Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XV
G
22
NAPOLI

XV
G
22

2

Digitized by Google

Digitized by Google

D. D.
NICOLAI RODRIGVEZ

FERMOSINI,

DE

OFFICIIS ET SACRIS
ECCLESIÆ.

Digitized by Google

Digitized by Google

D. D. NICOLAI RODRIGVEZ
FERMOSINI,

QVONDAM COLLEGÆ
DIVI ÆMILIANI SALMANTICÆ,

PRO SACERDOTIBVS ET GRADVATIS; DEINDE CANONICI Doctoralis Eccleſiæ Auſturicenſis, & poſt Canonici Pœnitentiarij Valliſoletanæ Eccleſiæ, & in eius Tribunali Sanctæ Inquiſitionis (Fiſcali Electi) iam Inquiſitoris Creati; & itidem à Rege PHILIPPO IV. Iudicis Bonorum Confiſcatorum dictæ Inquiſitionis etiam Intitulati; demum Fiſcalis Electi pro Supremo Conſilio Sanctæ & Generalis Inquiſitionis; nunc eiuſdem Conſiliarij.

TRACTATVS SECVNDVS
DE
OFFICIIS ET SACRIS ECCLESIÆ.

AD TITVLVM XXII. LIBRI I. DECRETALIVM GREGORII PONTIFICIS IX.

A Titulo de Poſtulatione Prælat. ad Titulum de Officio Vicarij.

Cum Indice multiplici Titulorum, Capitum, Quæſtionum, Canonum, Legum, Iurium, Locorum; Rerum & Verborum in hoc Tractatu contentorum.

EDITIO PRIMA IN DVOS TOMOS DISTRIBVTA.



CVM PERMISSV SVPERIORVM.
LVGDVNI, M. DC. LXII.
Sumptibus HORATII BOISSAT & GEORGII REMEVS.

ILLVSTRISS. AC REVER. D. D.

ANTONIO DE PIÑA ET HERMOSA,

IAMDIV COLLEGÆ S. SALVATORIS

Obeten apud Salmantinos, & in eius Vniuerſitate Inſtitutionum Primario; inde Auditori Conſilij Nauarræ Regni Creato, ac Senatui Granatenſis Cancellariæ Aſſignato; poſt hæc in noſtro Conſilio Supremæ Inquiſitionis laudabiliter ſe gerenti, ad Præſulatum Regalis Cancellariæ Valliſoletanæ volanti, miréque habito, & Epiſcopo Salmantino Nominato, Electo, atque confirmato inibi acceptione communi gubernanti, quaſi intempeſtè tranſlato ad Eccleſiam Malaçotenſ. in præſentiarum eius, iuſto & integerrimo Moderatori.

SVVS EX CORDE

D. D. NICOLAVS RODRIGVEZ FERMOSINO.

IAMPRIDEM mihi in Votis fuit (CLARISSIME TANTÆ DIGNITATIS ECCLESIASTICÆ PRÆSVL) inter nonnulla locubrationes Canonici Iuris tibi, quæ propriſſima eſſent aſſignare, & quia Te aſpicerem in initio huius cogitationis ſcientiæ legalis practicum Profeſſorem, inclinabar animo Te Patronum adciſcere alicuius ex Tractatibus

lib.1. Decretalium, ad praxim litium accommodatiorem. At quia iam te inſpexerim grauem ſpiritualis rei Amatorem, in animum reuocaui exercitationes quaſdam optimi Paſtoris Eccleſiaſtici tuo conſpectui repræſentare, vt quod ego ſpeculatiuè peruigilaſſem, deauratum practicè tuâ doctrinâ, & exemplo redderetur. Multi quidē petitiores rem difficilē exiſtimarunt, quam ego aggredi, decreui, vt parum cultam & à Doctoribus Antiquis, & à Neothericis eam potiùs ſilentio cōmendantibus, quàm colere curantibus; aut quia inſolitam, aut infructuoſam, & non ſine fundamento, cùm Lambertinus, Mendoſius, Nicolaus Garcia, ac alij, materiam *Poſtulationum & Electionum*, (vt infrà aduerto in principio Rubricæ de Electione) ab aula receſſiſſe firmarent, qui, & ſecuriùs de aliis ſubſequentibus Titulis Libri 1. Decretalium, vſque ad Titulum de Officio Vicarij poſſent confirmare; eò quòd DD. Canoniſtæ aliorum quinque Librorum Decretalium, ſubtiliſſimi atque copioſi Scriptores de his, quibus Nos ſtuduimus manu leuata, & quaſi calamo obtuſo, tranſeundo diuagarunt, & non miramur attenta Rubricarum ſerie, quarum nonnullæ Theologorum ingeniis egeant, aliarúmve officia Miniſtrorum Eccleſiæ pertingentes parum vtilitatis afferentium. Hac inquam Præfatione manifeſtum profero meæ inſufficientiæ ad rem ſic aridam vberem reddendam. Sed quia Te Doctorem toto corde conſpicio, iam Manuductorem Te aduerto, vt felicior ad portum perueniam; Accipe, lege & protege Beneuolus (AMANTISSIME ANTISTES) Tractatum hunc in duos Tomos ſparſum *DE OFFICIIS ET SACRIS ECCLESIÆ*, compaginatum ſuper *Lib. 1. Decretal. à Titulo de poſtulat. Prælator.* Titulos 22. comprehendentem, *vſque ad Titulum de Officio Vicarij*, quem ſic intitulaui, partitionis formam ſequendo ad quinque Libros Decretalium, cùm inter alios Gregor. IX. nulli alij ſint curæ, & Gubernatoris Eccleſiaſtici Officio intra propriam eius Eccleſiam aptiores. Et licèt non ignorem nonnullos ſimiles Tractatus compoſitos eſſe, ſed ſuper ſingulis Capitibus illorum, non ſic abundè hucvſque alius, cùm capiant illum ferè 1200. Quæſtiones, præter alias tantùm ſignatas. Viue in annos proſperos, vt proſequaris benefaciendo, ſimilia in me conferens, ex tot beneficiis à tempore iam collatis, & VALE.

INDEX

ELENCHVS CAPITVM QVÆ REPETVNTVR SVB HIS TITVLIS XXII.

A Titulo de Poſtulatione Prælatorum, vſque ad Titulum de Officio Vicarij.

Ad Rubricam & Titulum, de Poſtulatione Prælatorum. folio 1

AD Cap.I. In ipſo. *fol.* 3
Ad Cap. Gratum II. in ipſo. *ibidem.*
Ad Cap. Bonæ III. in ipſo. *folio* 4.
Ad Cap. Bonæ memoriæ IV. in ipſo. *ibid.*
Ad Cap. Poſtulationem V. in ipſo. *ibid.*
Ad Cap. VI. & fin. de Poſtulat. Prælatorum, in ipſo. *f.* 5

Ad Rubricam de Electione. ibid.

AD Cap.I. in ipſo. *Cum 42. quæſtionibus. folio* 53
Ad Cap Oſius II. in ipſo. *f.* 54
Ad Cap. Poſtquam III. in ipſo. *ibid.*
Ad Cap. Significaſti IV. in ipſo. *f.* 55
Ad Cap. Quid diligentia V. in ipſo. *ibid.*
Ad Cap. Licet de Vitanda VI. in ipſo. *f.* 56
Ad Cap. Cum in cunctis VII. in ipſo. *f.* 59
Ad §. Cum vero electus huius Capitis, in ipſo. *f.* 60
Ad §. Inferiora huius textus, in ipſo. *ibid.*
Ad §. Clerici hoc Tit. in ipſo. *f.* 61
Ad Cap. Cauſam VIII. in ipſo. *f.* 62
Ad Cap. Noſti IX. in ipſo. *ibid.*
Ad Cap. Conſiderauimus X. in ipſo. *ibid.*
Ad Cap. Suffraganeis XI. in ipſo. *f.* 63
Ad Cap. Super eo XII. in ipſo. *ibid.*
Ad Cap. Cum Monaſterium XIII. in ipſo. *ibid.*
Ad Cap. Cum in terra XIV. in ipſo. *f.* 64
Ad Cap. Tranſmiſſam XV. *Cum 33. quæſtionibus.* *ibid.*
Ad Cap. Cum inter XVI. in ipſo. *f.* 95
Ad Cap. Qualiter XVII. in ipſo. *ibid.*
Ad Cap. Cum inter XVIII. in ipſo. *f.* 96
Ad Cap. Cum nobis XIX. *Cum 1. quæſtione. ibid.*
Ad Cap. Innotuit XX. *Cum 1. quæſtione.* *f.* 97
Ad Cap. Cum inter XXI. in ipſo. *f.* 99
Ad Cap. Dudum XXII. in ipſo. *ibid.*
Ad Cap. Bonæ memoriæ XXIII. *Cum 2. quæſtionibus.* *f.* 100
Ad Cap. Querelam XXIV. in ipſo. *ibid.*
Ad Cap. Vbintonicen. XXV. *Cum 1. quæſt. fol.* 103
Ad Cap. Per Inquiſitionem XXVI. in ipſo. *fol.* 104
Ad Cap. Cauſam XXVII. in ipſo. *ibid.*
Ad Cap. Quod ſicut XXVIII. in ipſo. *ibid.*
Ad Cap. Auditis XXIX. in ipſo. *ibid.*
Ad Cap. In cauſis XXX. in ipſo. *f.* 105
Ad Cap. Cum Eccleſia Vultarana XXXI. in ipſo. *ibid.*
Ad Cap. Cum dilectus XXXII. in ipſo. *ibid.*
Ad Cap. Cum in Iure XXXIII. in ipſo. *fol.* 106
Ad Cap. Venerabilem XXXIV. *Cum 2. quæſtionibus.* *ibid.*
Ad Cap. Coram. XXXV. in ipſo. *f.* 108
Ad Cap. Bonæ memoriæ XXXVI. in ipſo. *f.* 109
Ad Cap. Ad noſtram XXXVII. in ipſo. *ibid.*
Ad Cap. Officij tui XXXVIII. in ipſo. *ibid.*
Ad Cap. Illa quotidiana XXXIX. *Cum 5. quæſtionibus.* *f.* 110
Ad Cap. Scriptum eſt XL. in ipſo. *f.* 114
Ad Cap. Ne pro defectu XLI. in ipſo *fol.* 115
Ad Cap. Quia propter XLII. in ipſo. *ibid.*
Ad §. Illud eiuſdem textus. in ipſo. *f.* 116
Ad §. Electiones eiuſdem textus. *Cum 16 quæſtionibus.* *ibid.*
Ad Cap. Quiſquis XLIII. in ipſo. *f.* 136.
Ad Cap. Nihil eſt XLIV. in ipſo. *f.* 137
Ad Cap. Vt præteritæ XLV. in ipſo. *fol.* 138
Ad Cap. Cum poſt. XLVI. in ipſo. *ibid.*

Ad Cap. Conſtitutis XLVII. in ipſo. *ibid.*
Ad Cap. Eccleſia veſtra XLVIII. in ipſo. *f.*139
Ad Cap. Cum Magiſtrum LXIX. in ipſo. *ibid.*
Ad Cap. Cummana L. in ipſo. *f.*140
Ad Cap. Sacroſancta LI. in ipſo. *ibid.*
Ad Cap. Cum in Veteri LII. in ipſo. *f.*141
Ad Cap. Congregato LIII. in ipſo. *ibid.*
Ad Cap. Dudum LIV. in ipſo. *f.*143
Ad Cap. In Geneſi LV. in ipſo. *fol.*144
Ad Cap. Meſana LVI. in ipſo. *f.*145
Ad Cap. Eccleſia veſtra LVII. in ipſo. *f.*146
Ad Cap. Publicato LVIII. in ipſo. *fol.*147
Ad Cap. Si alicuius LIX. in ipſo. *fol.*148
Ad Cap. His, quibus LX. in ipſo. *f.*149

Ad Rubricam & Titulum de Tranſlatione Epiſcopi. ibid.

AD Cap. I. *Cum* 2. *quæſtionibus. folio* 150
Ad Cap. Inter corporalia II. in ipſo. *f.*155
Ad Cap. Quanto III. in ipſo. *f.*156
Ad Cap. Licet in tantum fin. hoc titulo. *Cum* 7. *quæſtionibus.* *f.*158

Ad Rubricam & Titulum, de Authoritate & vſu Pallij. fol.165

AD Cap. I. *Cum* 11. *quæſtionibus. fol.*166
Ad Cap. II. in ipſo. *f.*171
Ad Cap. Niſi ſpecialis III. in ipſo. *ibid.*
Ad Cap. Ad honorem IV. in ipſo. *folio* 172
Ad Cap Ex tuarum V. in ipſo. *ibid.*
Ad Cap. Cum ſis VI. in ipſo. *ibid.*
Ad Cap. VII. & finali hoc titulo. in ipſo. *f.*173

Ad Rubricam & Titulum de Renuntiatione. ibid.

AD Cap. I. In ipſo. *f.*175
Ad Cap. II. in ipſo. *f.*176
Ad Cap. Ex tranſmiſſa III. in ipſo. *ibid.*
Ad Cap. Admonet IV. *Cum* 5. *quæſtionibus. f.*177
Ad Cap. Super V. in ipſo. *f.*182
Ad Cap. In præſentia VI. in ipſo. *ibid.*
Ad Cap. Sane VII. in ipſo. *f.*183
Ad Cap. Quod in dubiis VIII. *Cum* 4. *quæſtionibus.* *f.*184
Ad Cap. Ad ſupplicationem IX. in ipſo. *fol.*183
Ad Cap. Niſi cum pridem X. in ipſo. *ibid.*
Ad Cap. Poſt tranſlationem XI. in ipſo. *ibid.*
Ad Cap. Cedendi XII. in ipſo. *f.*189
Ad Cap. Veniens XIII. in ipſo. *f.*191
Ad Cap. Lectæ XIV. in ipſo. *ibid.*
Ad Cap. fin. hoc titulo. *Cum* 11. *quæſtionibus. ibid.*

Ad Rubricam & Titulum de ſuppl. neglig. Prælator. folio 199

AD Cap. I. in ipſo. *ibid.*
Ad Cap. Sicut II. in ipſo. *f.*200
Ad Cap. III. in ipſo. *f.*201
Ad Cap. Litteras IV. in ipſo. *f.*202
Ad Cap. fin. hoc titulo. in ipſo. *ibid.*

Ad Rubricam & Titulum de Temporibus Ordinationum. Cum 16. quæſtionibus. *ibidem.*

AD Cap. I. II. & III. item ad Cap. XIII. in ipſo. *f.*214
Ad Cap. Ex tenore IV. in ipſo. *f.*217
Ad Cap. Ad aures V. *Cum* 8. *quæſtionibus. ibid.*
Ad Cap. Si Archiepiſcopus VI. & VII. *Cum* 15. *Quæſtionibus.* *f.*221
Ad Cap. VIII. & XVI. *Cum* 4. *quæſtionibus. f.*236
Ad Cap. Cum ſecundum regulas IX. *Cum* 2. *quæſtionibus.* *f.*241
Ad Cap. Ex parte X. in ipſo. *f.*242
Ad Cap. Quod tranſlationem XI. *Cum* 60. *quæſtionibus.* *ibid.*

Ad

Ad Cap. Cum in diſtribuendis XII. in ipſo. *f.* 289
Ad Cap. Litteras XIII. in ipſo. *f.* 290
Ad Cap. Non eſt compos XIV. in ipſo. *Cum* 20. *quæſtionibus.* *ibid.*
Ad Cap. Dilectus XV. in ipſo. *f.* 299
Ad Cap. Conſultationi XVI. *Cum* 4. *quæſtionibus.* *f.* 300
Ad Cap. XVII. & fin. hoc titulo. *Cum* 14 *quæſtionibus.* *f.* 303

Ad Rubricam, & Titulum, de Scrutinio in ordine faciendo in ipſo. Cum 2. quæſtionibus. f. 310

Ad Rubricam, & Titulum, de Ordinatis ab Epiſcopo, qui renunciauit Epiſcopatui. f. 315

AD Cap. I. *Cum* 6. *quæſtionibus.* *ibid.*
Ad Cap. II. *Cum* 8. *quæſtionibus.* *f.* 321

Ad Rubricam, & Titulum, De ætate, & qualitate Ordin. Cum 10. quæſtionibus. f. 326

AD Cap. I. *Cum* 7. *quæſtionibus.* *f.* 342
Ad Cap. Ex ratione II. in ipſo. *f.* 355
Ad Cap. Indecorum III. *Cum* 12. *quæſtionibus.* *ibid.*
Ad Cap. Eam te IV. *Cum* 7. *quæſtionibus.* *fol.* 366
Ad Cap. Præterea V. in ipſo. *f.* 374
Ad Cap. Quæris à nobis VI. *Cum* 2. *quæſt.*
Ad Cap. Ad aures VII. *Cum* 8. *quæſtionibus.* *f.* 377
Ad Cap. Cum bonæ VIII. *Cum* 14. *quæſtionibus.* *f.* 386
Ad Cap. A multis IX. *Cum* 11. *quæſtionibus.* *f.* 394
Ad Cap. Tuam in Domino X. in ipſo. *f.* 403
Ad Cap. Cum contingat XI. *Cum* 22. *quæſtionibus.* *f.* 405
Ad Cap. Intellex mus XII. in ipſo. *f.* 424
Ad Cap. Accepimus XIII. in ipſo. *ibid.*
Ad Cap. Cum ſis ars XIV. *Cum* 4. *quæſtionibus.* *f.* 425
Ad Cap. XV. & fin. hoc titulo. *Cum* 9. *quæſtionibus.* *f.* 430

TOMVS SECVNDVS.

De Officiis, & Sacris Eccleſiæ.

Ad Rubricam, & Titulum XV. lib. 1. Decretal. de ſacra Vnctione, cum Cap. 1. & ſuis §§. Cum 15. quæſtion. f. 1

AD Cap. I. De Sacramento extremæ Vnctionis. *f.* 14
Ad §. Quia verò Chriſtus dicti Capitis vnici noſtri tituli in ipſo. *Cum* 67. *quæſtionibus.* *f.* 55
Ad §. Per frontis Chriſmationem textus noſtri in ipſo. *Cum* 83. *quæſtionibus.* *f.* 56

De Sacramento Confirmationis. ibid.

Ad Rubricam, & Titulum, de Sacramentis non iterandis. Cum 23. quæſtionib. f. 103

AD Cap. Paſtoralis I. *Cum* 16. *quæſtionibus.* *f.* 117
Ad Cap. A nobis II. *Cum* 13. *quæſtionibus.* *f.* 156
Ad Cap. III. & fin. *Cum* 15. *quæſtionibus.* *f.* 165

Ad Rubricam, & Titulum, De filiis Presbyterorum, & aliis illegitimè natis. f. 178

AD Cap I. Cap. Litteras XIV. & Cap. fin hoc titulo. *Cum* 47. *quæſtionibus.* & Cap. I. & II. eodem libro 6. *Cum* 31 *quæſtionibus.* *f.* 181
Ad Cap. II. vſque ad XVII. hoc titulo. & in Cap. XV. Trid Seſſ. 25. & Clem. Conſtit. *f.* 227

Ad Rubricam, & Titulum, De ſeruis non ordinandis, & eorum manumiſſione. Cum 4. quæſtionibus. f. 247

AD Cap. I. II. III. IV. & V. *Cum* 6. *quæſtionibus.* *f.* 250
Ad Cap. Seruorum II. *Cum* 11. *quæſt.* *f.* 256
Ad Cap. De famulis III. *Cum* 8. *quæſtionibus.* *f.* 263
Ad Cap. Nullus IV. *Cum* 7. *quæſt.* *f.* 270

Ad Cap. Conſuluit V. in ipſo. *Cum 2. quæſtionibus.* *f.*275
Ad Cap. Es libentius V I. in ipſo. *ibid.*
Ad Cap. Miramur VII. *Cum 2. quæſt.* *ibid.*
Ad Cap. V I I I. & fin. *Cum 15. quæſt.* *f.*276

Ad Rubricam, & Titulum, de Obligatis ad ratiocinia Ordinat. vel non, & in Cap. vnico. Cum 19. quæſtionibus. f.288

Ad Rubricam, & Titulum, de Corpore vitiatis Ordin. vel non. Cum 20. quæſtionibus. f.303

AD Cap. I. & Cap. Expoſuiſti V I. & Cap. fin. *Cum 10. quæſtionibus.* *f.*315
Ad Cap. Super eo I I. *Cum 26. quæſt.* *f.*319

Ad Rubricam, & Titulum, de Bigamis non ordin. Cum 9. quæſtionibus. f.342

AD Cap. I. I I. & penult. *Cum 10. quæſtionibus.* *f.*349
Ad Cap. Super eo II. *Cum 17. quæſt.* *f.*357
Ad Cap. II I. in ipſo. *f.*366
Ad Cap. Nuper I V. *Cum 13. quæſt.* *f.*367
Ad Cap. Debitũ V. *Cũ 2. quæſtionibus.* *f.*386
Ad Cap. Quia circa VI. in ipſo. *f.*388
Ad Cap. Nullus VII. & fin. *Cum 13. quæſtionibus.* *f.*389

Ad Rubricam, & Titulum, de Clericis Peregrinis. f.395

AD Cap. Tua nos I. *Cum 8. quæſtionibus.* *f.*395
Ad Cap. Inter quatuor II. in ipſo. *f.*401
Ad Cap. De nobis III. & fin. in ipſo. *f.*402

Ad Rubricam, & Titulũ, de Officio Archidiaconi Cum 9. quæſtionibus. f.403

AD Cap. I. Cap. II. Cap. IV. & VI. Cap. hæc. *Cum 8. quæſtionibus.* *f.*522
Ad Cap. Officium II. & Cap. I I I. *Cum 15 quæſtionibus.* *f.*427
Ad Cap. III. in ipſo. *f.*438

Ad Cap. Cum ſatis IV. in ipſo. *ibid.*
Ad Cap. Archidiaconus V. Cap. Significaſti VIII. Cap. Vt noſtrum. *Cum 5. quæſtionibus.* *ibid.*
Ad Cap. Mandamus VII: in ipſo. *f.*443
Ad Cap. Ad hæc VIII. *Cum 2. quæſt.* *ibid.*
Ad Cap. Significaſti IX. in ipſo. *ibid.*
Ad Cap. Vt noſtrum X. in ipſo. *ibid.*
Ad Cap. fin. *ibid.*

Ad Rubricã, & Titulũ, de Officio Archipresbiteri. Cũ 25. quæſtionibus. f.447

AD Cap. I. in ipſo. *f.*501
Ad Cap. Myſteriũ II. & Cap. III. *Cum 10. quæſtionibus.* *ibid.*
Ad Cap. Officium III in ipſo. *f.*523
Ad Cap. Vt ſingulæ IV. & fin. *Cum 10. quæſtionibus.* *ibid.*

Ad Rubricam, & Titulum, de Officio Primicerij. f.529

AD Cap. vnicum. *Cum 14. quæſtionibus. ibid.*

Ad Rubricã, & Titulũ, de Officio Sacriſtæ, & Cuſtodis in ipſo Cap. vnico. f.538

AD Cap. Vnicum. *Cum 10. quæſtionibus.* *f.*539

Ad Rubricam, & Titulum, de Officio Cuſtodis. f.544

AD Cap. I. *Cum 8. quæſtionibus.* *ibid.*
Ad Cap. fin. *Cũ 12. quæſtionibus.* *f.*557

Ad Rubricam, & Titulum, de Officio Vicarij. Cum 7. quæſtionibus. f.555

AD Cap. I. & Cap. II. in ipſo. *Cum 25. quæſtionibus.* f.563
Ad Cap. III. & fin. *f.*564
Ad Cap. Clericos IV. *f.*583
Ad Cap. Sua nobis V. *Cum 11. quæſt.* *f.*590
Ad Cap. fin. in ipſo. *Cum 62. quæſtionibus.* *f.*644

Sub his Capitibus includuntur 184. *Quæſtiones ex propoſito tractatæ præter alias, quæ alibi tractatæ, aut tractandæ inſinuantur ſub Paraphraſi cuiuſque Capituli.*

SERIES

SERIES
CAPITVM, ET QVÆSTIONVM,
Quæ continentur in Tomo Primo, & Secundo, de Officiis, & Sacris Eccleſiæ.

Ad Rubricam, & Titulum, De Poſtulatione Prælatorum. pagina 1

Ad Textum in Cap. I. hoc titulo, De Poſtulatione Prælatorum, in ipſo. p.3

Ad Textum in Cap. Gratum, II. *hoc titulo in ipſo.* ibid.

Ad Textum in Cap. Bona, III. *hoc titulo in ipſo.* p.4

Ad Textum in Cap. Bona memoria, IV. *hoc titulo in ipſo.* ibid.

Ad Textum in Cap. Poſtulationem, V. *hoc titulo in ipſo.* ibid.

Ad Textum in Cap. fin. hoc titulo, De Poſtulatione Prælatorum. p.5

Ad Rubricam, & Titulum, de Electione. Pag.5

QVÆST. I. AN ſi in electionibus ferātur vota ſub conditione, vel pro perſonis incapacibus, habenda ſint pro nullis; ita vt qui à maiori parte aliorum votorum fuerit electus, ritè dicatur electus; vbi qui eligere, ſeu eligi poſſint? Et an accuſatus, vel denunciatus debeat expelli ab electione? *p.6*

II. An eligentes ad Majoratum Cathedram, & Capellam, poſſint pro his accipere pecuniam? An Regibus Hiſpaniæ nominando, ſiue eligendo ad officia, ſiue Epiſcopatus, venditio permittatur, vel teneantur ad illa vtique digniores eligere? An minor pars in aliquo Capitulo, poſſit concurrere cum maiori ad eligendum indignum? *p.11*

III. Si electio maneat apud duos, an vnus alterum eligere poſſit? An licitum ſit ferre ſuffragium, quando iam eſt concluſum negotium iniuſtum? Et an electores ad faciendam electionem, debeant in vnum conuenire? Et an debeant habere ætatem determinatam, ſeu alia requiſita? *p.13*

IV. An Regulares, & alij electores, teneantur eligere digniores in Superiores? Et an Regularis ſit intelligibilis, ſi cœcus ſit, vel ſurdus, vt interueniat alicui Capitulo Generali? Et an poſſit Generalis ad aliud ſexennium in Religione Clericorum Regularium ſine diſpenſatione. Vbi de electione Abbatiſſæ, ſeu Prioriſſæ: Et in qua ætate, ac de aliis requiſitis? *pag. 16*

V. Et an quæ eſt eligenda in Abbatiſſam, debeat eſſe virgo, ſeu poſſit vidua, ſiue Bigama? An Abbatiſſa poſt

expletum triennium, poſſit Monaſtetium gubernare? Et an triennales Abbatiſſæ, debeant benedici ſicut perpetuæ? Et an ſotor Abbatiſſæ poſſit ei ſuccedere immediatè in officio? Et quænam poſſint Abbatiſſæ, ſiue Prioriſſæ exetcere teſpectu ſuarum ſubditarum? Et an liceat Abbatiſſis, finito ſuo Abbatiſſatus tempore, conſtituere eorundem Monaſteriorum Præſidentes, donec aliæ Abbatiſſæ eligantut? Et an tractatus, ſeu pacta eligendi ex vna partialitate Abbatiſſas, ſiue alios Superiores Regulares, liceant? *p.*21

VI. An electores ad electionem faciendam, debeant prius inuocare Spiritus ſancti gratiam? Et an electio Epiſcoporum debeat neceſſario à Papa confirmari? Vbi aliqua de priſco more eligendi? Et an nomen electionis habeat locum in beneficiis, ſicut in Epiſcopatibus? *p.*24

VII. An Principes toto cœlo curate debeant, vt Magiſtratus, ſeu Officiales publici, creandi ſint comparatiuè habiliores, vel ſufficiat habiles eligete? Vbi de electione per ſortes? Et an Regis Miniſtri ſuperiotes ad eligendos alios conſtituti, teneantur vtique digniores, & peritiores eligere ſub pœna peccati, & obligatione reſtituendi? Vbi an in aliquo caſu idem practicare debeant Papa, & Principes? Et quid de Prælatis Eccleſiæ quoad officia ſæcularia? Comitia, quæ olim fuerant? Item & de Calatis Comitiis? ſiue Curiatis, Centuriatis, ſeu Tributitiis? Et an electiones Officialium annalium, illico in Republica exequantur? *p.*28

VIII. An eligendi Pontifices, & Epiſcopos modus fuerit ſemper vnus à principio naſcentis Eccleſiæ, vel variationes acceperit, qualis hodie obſeruetur? Et num conueniat vnus perpetuus, proprer vitanda ſchiſma? Et an Pontifices, & Epiſcopi poſſint abſolutè, & independenter eligere ſibi ſucceſſores, ſeu diſponere, vt iure ſanguinis, ſiue hæreditario, deferantut Pontificia, & Epiſcopalis Dignitas? Et an queat renunciando Papatui liberè, ſeu aliquorum conſenſu, alium ſibi ſucceſſorem eligere? *p.*37

IX. An Pontifices poſſint titulum, & inſignia Regia Principibus ſæculi de Eccleſia benemeritis conferre, & condonare? *p.*44

X. An electio Decurionum, & aliorum in Republica, debeant fieri aliqua ſolemnitate? Et an ſi ſuſpenſa fuerit electio Officialium per controuerſiam, & pendente lite, annus elabatur reſtituti poſt annum elapſum, nondum facta electione, poſſint facere eam de Officialibus anni, ſcilicet ſequentis? Et an ab electione Decurionatus, aliorumve Officiorum Reipublicæ appellationes, ſiue excuſationes admittantur? *p.*46

XI. An Decuriones populorum poſſint iterum eligere eoſdem Officiales, qui in eodem fuerunt? Et an finito, poſſit aliquis damno vocari, vel compelli ſeruire in eodem officio juriſdictionis? Et an ſubeſſe poſſit aliqua iuſta cauſa, quare in annis continuetur vnius perſonæ electio? Et an Plebei poſſint eligi ad Nobilium officia? Vbi quæ vacatio, vulgò *Gueco* admittatur, & olim contingeret? *p.*49

Ad Textum in Cap. I. hoc titulo. De Electione, in ipſo. p.52

Ad Textum in Cap. Oſius II. *hoc titulo in ipſo.* p.54

Ad Textum in Cap. Poſtquam III. *hoc titulo in ipſo.* ibid.

Ad Textum in Cap. Significaſti, IV. *hoc titulo in ipſo.* p.55

Ad Textum in Cap. Quia diligentia, V. *hoc titulo in ipſo.* ibid.

Ad Textum in Capite, Licet de vitanda, VI. *hoc titulo in ipſo.* p.56

Ad Textum in Capite, Cum in Cunctis, VII. *hoc titulo in ipſo.* p.59

Ad §. Cum Verò electus huius capitis. p.60

Ad

Ad §. Inferiora huius Textus. ibid.

Ad §. Clerici, hoc titulo. p.61

Ad Textum in Capite, Cauſam, VIII. *hoc titulo in ipſo.* p.62

Ad Textum in Cap. Noſti, IX. *hoc titulo in ipſo.* ibid.

Ad Textum in Capite, Conſiderauimus, X. *hoc titulo in ipſo.* ibid.

Ad Textum in Capite, Suffraganeis, XI. *hoc titulo in ipſo.* p.63

Ad Textum in Capite, Super eo, XII. *hoc titulo in ipſo.* ibid.

Ad Textum in Capite, Cum Monaſterium, XIII. *hoc titulo in ipſo.* ibid.

Ad Textum in Capite, Cum in terra, XIV. *hoc titulo in ipſo.* p.64

Ad Textum in Capite, Tranſmiſſam. XV. *hoc titulo.* ibid.

QVAST. I. AN confirmatio electionis Epiſcopi nominati, ſiue alterius ad dignitatem aliam inferiorem, debeat ab electo peti intra certum tempus, ſub qua pœna? Et num confirmatori ſit tempus aſſignatum? Et quis ſit? Vbi quæ debeat de electo inquirere confirmator? Et an habeat jus caſſandi, vel confirmandi electionem: prout ſibi videatur? An electio nulla poſſit confirmari? Quæ ſit forma confirmationis, & quos pariat effectus? p.65

II. An electus, ſiue ad Epiſcopatum, aliamve Dignitatem, ſiue ad beneficia, queat in illis adminiſtrare ante confirmationem? Et an requiratur vltra confirmationem poſſeſſio realis, & vera? Et an ingereus ſe beneficij adminiſtrationi ante confirmationem, amittat beneficij jus? Et an Abbatiſſa electa à maiori parte poſſit adminiſtrare, non obſtante quod impugnetur confirmari? p.74

III. An poſſit dignior electus, ſiue prouiſus ante collationem fructus, percipere etiam, vti adminiſtrator, ſi antea eſſet conſtitutus adminiſtrator? Et an Epiſcopus, & Prælatus electus, & confirmatus, ſeu inſtitutus, vel prouiſus à Papa, poſſit conferre beneficia, adminiſtrare, vel exercere ea, quæ ſunt juriſdictionis ante inſtallationem, vel inductionem in poſſeſſionem? Et quid poſſit in vtroque caſu conſuetudo? Et an Parochialis vacans poſſit conferri in commendam temporalem ei, qui magis idoneus fuerit iudicatus, & electus, dum affert Bullas Papæ, ſeu poſſit interim conſtitui Vicarius in ea, aut ei quoquomodo perfici? Et an dato, quod magis idoneus iudicatus, & electus ad Parochialem in concurſu; ex eo quia in ea adminiſtrauit, vt Vicarius amitteret ius ſibi competens gratia, & prouiſio de illa à Papa ei facta, ſit valida, etiam non facta mentione deducta intruſione, ſeu adminiſtratione? p.77

IV. An ſi Clericus ingerat ſe in adminiſtrationem tantùm vnius fundi Eccleſiæ, ad quam electus eſt, incurrat in pœnas noſtri textus, & cap: auaritiæ hoc titulo? An hodie in aliquo ſint immutata dicta in præcedentibus quæſtionibus per extrauag. iniunctæ hoc titulo, cuius praxis aſſignatur circa adminiſtrationem prouiſi ad Epiſcopatum Abbatias, aliaſve Dignitates, Bullas Apoſtolicas exigentes? An penſio exigi, ac ſolui poſſit litteris ſuper illius reſeruatione,

nondum expeditis? An poſſit quis accipere poſſeſſionem beneficij authoritate propria? Et an gratia Pontificis ſit præcisè probanda per litteras, aut poſſit etiam per testes? Et quibus pœnis puniantur admittentes electos, vt adminiſtrent litteris non oſtenſis? *p.80*

V. An vt electus, & confirmatus admittatur à Capitulo præcisè, requiratur præſentatio litterarum, vel ſufficiat quod Capitulum habuerit notitiam de prouiſione, & de litteris expeditis? Et num ſi Rex de tali expeditione fidem Capitulo faciat ſchedula, aliove teſtimonio, teneantur Capitulares ad rogitum Regis electum admittere, ſi non vt Epiſcopum, ſaltem vt Gubernatorem: donec litteras originales præſentet: Vbi refero caſum de facto cum Eccleſia Auſturicenſi anno præterito 1640. An validauerit conſecratio Epiſcopi, antequam recipiat Bullas Romæ emanatas, vt poſſit conſecrari, etiam ab vno Epiſcopo? Et quid de accipienda poſſeſſione Epiſcopatus? *p.86*

VI. An Cardinales ad Epiſcoparum aſſumpti poſſint adminiſtrare, & beneficia conferre ſine oſtenſione litterarum, & nondum poſſeſſione obtenta? An poſſint conferre beneficia Epiſcopatuum à ſe reſignatorum? Et an in Eccleſiis ſibi commiſſis exercere iuriſdictionem, ante captam poſſeſſionem, & oſtenſionem litterarum? Et an Epiſcopus dando mandatum ad reſignandum Epiſcopatum in Curia, poſſit beneficia conferre poſt reſignationem admiſſam? Et num idem dicendum ſit de Epiſcopo ad alium Epiſcopatum tranſlato, ſeu cui datus eſt coadiutor. *p.90*

VII. An Legati Cardinalium excipiantur à regula dictæ extrauagantis iniunctæ de electione? Et quid de feudalibus: Vbi de aliis remiſſiuè ad dictam extrauagantem? Et an filius incapax inſtitutus ſub conditione, ſi legitimatur, poſſit pendente conditione, per ſe mitti in poſſeſſionem bonorum? *p.93*

Ad Textum in Cap. Cum inter XVI. hoc titulo in ipſo. p.95

Ad Textum in Cap. Qualiter XVII. hoc titulo in ipſo. ibid.

Ad Textum in Cap. Cum inter XVIII. hoc titulo in ipſo. p.96

Ad Textum in Cap. Cum nobis XIX. hoc titulo. ibid.

QVÆST. I. An electio legitimè facta vitietur per ſecundam, vt debeat valere prima etiamſi primò electus à ſecunda non appellauerit? *p.97*

Ad Textum in Capite, Innotuit, XX. hoc titulo. p.97

QVÆST. I. An infans ex genere Mahometano baptizatus, eſt poſtea Religionem ingreſſus, poſſit ſine vlla diſpenſatione eligi in Prælatum? *p.98*

Ad Textum in Cap. Cum inter XXI. hoc titulo in ipſo. p.99

Ad Textum in Cap. Dudum XXII. hoc titulo in ipſo. ibid.

Ad Textum in Capite, Bonæ memoriæ XXIII. hoc titulo. p.100

QVÆST. I. An electio debeat eſſe libera à metu? Et an ſuſtineatur conſuetudo, vt fiat ex certo genere perſonarum, vel ex vno de duobus nominatis? *p.101*

Ad Textum in Cap. Querelam XXIV. hoc titulo in ipſo. ibid.

Ad Textum in Cap. Vbintonicen. XXV. hoc titulo. p.103

QVÆST. I. An ſicut eligendi facultas amittitur per electionem indigni, ſic, & per præſentationem? *ibid.*

Ad Textum in Capite, Per inquiſitionem XXVI. hoc titulo in ipſo. p.104

Ad Textum in Cap. Cauſam XXVII. hoc titulo in ipſo. ibid.

Ad Textum in Cap. Quod ſicut XXVIII. hoc titulo in ipſo. ibid.

Ad Textum in Cap. Auditis, XXIX. hoc titulo in ipſo. ibid.

Ad Textum in Cap. In cauſis, XXX. hoc titulo in ipſo. p.105

Ad Textum in Cap. Cum Eccleſia Vulterana, XXXI. hoc titulo in ipſo. p.105

Ad Textum in Capite, Cum dilectus, XXXII. hoc titulo in ipſo. ibid.

Ad Textum in Cap. Cum in Iure, XXXIII. hoc titulo in ipſo. p 106

Ad Textum in Capite, Venerabilem, XXXIV. hoc titulo. ibid.

QVÆST. I. AN numerus electorum Imperatoris augeri, vel minui queat, inconſulto Romano Pontifice? Et an Pontifex habeat poteſtatem ordinandi Principes laicos titulo Regio, ſeu ditatus. *p.*107

Ad Textum in Capite, Coram, XXXV. hoc titulo in ipſo. p.108

Ad Textum in Capite, Bonæ memoriæ, XXXVI. hoc titulo in ipſo. p.109

Ad Textum in Capite, Ad noſtram, XXXVII. hoc titulo in ipſo. ibid.

Ad Textum in Cap. Officij tui, XXXVIII. *hoc titulo in ipſo.* ibid.

Ad Textum in Capite, Illa quotidiana. XXXIX. *hoc titulo.* p.110

QVÆST. I. AN hæretici ſint prohibiti ab electionibus Canonicis? Et an accuſatus de hæreſi in ſancto officio Inquiſitionis, habeat in illis vocem actiuam, & paſſiuam? An electio tempore peſtis facta ſit valida? Et an ſurdi, & muti poſſint eligere, aut eligi, ſeu an cæcus elector admittatur? Et an ſiquis eligatur in viſitatorem alicuius Religionis, & poſtea ſit factus cæcus, queat viſitationem continuare cum alio ſacro Viſitatore, & ſocio? *p.*111

Ad Textum in Cap. Scriptum eſt, XXXX. *hoc titulo in ipſo.* p.114

Ad Textum in Capite, Ne pro defectu, XXXXI. *hoc titulo in ipſo.* p.115

Ad Textum in Capite, Quia propter, XXXXII. *hoc titulo in ipſo.* ibid.

Ad §. Illud eiuſdem Textus p.116

Ad §. Electiones eiuſdem Textus. ibid.

QVÆST. I. AN Canonici in electionibus capitulariter faciendis, debeant præcisè ſeruare formam Capituli, quia propter de quo nunc diſputamus; item & in electionibus Prælatorum inferiorum, vtpote Eccleſiarum Collegiatarum, Abbatum, Priorum, & in electione Regularium Prælatorum, ſeu beneficiorum? Et an ea non ſeruata, electio ſit ipſo Iure nulla? Et quænam formæ vſitatæ fuerint? *p.*117

II. An Scrutatores debeant eſſe tres præcisè, & non pauciores? Et an debeant eſſe de Capitulo? Et an conſuetudine introduci poſſit, vt aliqui extra Collegium interueniant in electione, poſſintque eligi ſcrutatores? Et an de

ſubſtantia ſit electionis per ſcrutinium, vt eligentium vota exquirantur ſecretè, & quod nunquam publicentur eligentium vota, ſed ſemper maneant ſecreta? p.121

III. An vt electio legitimè fiat per ſcrutinium, debeant Scrutatores collegialiter in vnum conueniri in aliquo loco publico, non occulto, & clandeſtino? Er an requiratur, vt facta publicatione ſuffragiorum, fiat ſtatim collectio numeri, mariti, & zeli; ita vt non ſufficiat habere maiorem ſuffragiorum partem, ſed requiratur vlterius eandem eſſe ſanctiorem? Vbi quid hodie obſeruetur in praxi? Et an ſi vota in electione Canonica diuidantur in duas æquales partes, præferatur ille, qui maioribus iubatur meritis, & ſtudiis: ſeu an ſit ſorte dubium detrimentum, vel tantùm ſit electio facienda de illo, qui inter coopponitores eſt in ætate maior cæteris? Vbi de decreto in ſcriptis ipſius electionis factæ? Et an ſit locus Iuri collitigantis ſuperſtitis habentis paritatem votorum, ſi vnus moriatur ante vel poſt adeptam poſſeſſionem ſibi adiudicatam à Capitulo eligentium? Et an ſit faciendus nouus concurſus, ſi decedente magis idoneo, alius idonior cæteris remaneat? p.127

IV. An electio facta de quodam Religioſo in Abbatem à conuentualibus vocalibus quibus competit ius eligendi intra tres dies loco Abbatis demortui, poſſit nulla dici; eò quod Pater Generalis opponat ſibi illud eligendi jus competere iure deuoluto? Et an lis ſuper hoc mota, ſit ſupplantanda in prima inſtantia coram Illuſtr. Legato Nuncio Pontificis in his partibus exiſtente, ſeu ſpectet ad ipſum Reuer. Patr. Gener. aut ad ſolum Romanum Pontificem? Et num à conuentualibus electo interim dum lis durat, competat manutentionis jus? p.132

Ad Textum in Cap. Quiſquis XXXXIII. *hoc titulo in ipſo.* p.136

Ad Textum in Cap. Nihil eſt, XXXXIV. *hoc titulo in ipſo.* p.137

Ad Textum in Capite, Vt præteritæ. XXXXV. *hoc titulo in ipſo.* p.138

Ad Textum in Cap. Cum poſt, XXXXVI. *hoc titulo in ipſo.* ibid.

Ad Textũ in Cap. Cõſtitutis, XXXXVII. *hoc titulo in ipſo.* ibid.

Ad Textum in Capite, Eccleſia veſtra, XXXXVIII. *hoc titulo in ipſo.* p.139

Ad Textum in Capite, Cum Magiſtrum, XXXXIX. *hoc titulo in ipſo.* ibid.

Ad Textum in Cap. Cum mana. L. *hoc titulo in ipſo.* p.140

Ad Textum in Cap. Sacroſancta, LI. *hoc titulo in ipſo.* ibid.

Ad Textum in Cap. Cum in veteri, LII. *hoc titulo in ipſo.* p.141

Ad Textum in Cap. Congregato, LIII. *hoc titulo in ipſo.* ibid.

Ad Textum in Cap. Dudum, LIV. *hoc titulo in ipſo.* p.143

Ad Textum in Cap. In Geneſi, LV. *hoc titulo in ipſo.* p.144

Ad Textum in Capite, Meſana, LVI. *hoc titulo in ipſo.* p.145

Ad Textum in Cap. Eccleſia veſtra, LVII. *hoc titulo in ipſo.* p.146

Ad Textum in Cap. Publicato, LVIII. *hoc titulo in ipſo.* p.147

Ad Textum in Cap. Si alicuius, LIX. *hoc titulo in ipſo.* p.148

Ad Textum in Capite, His quibus, LX. *& fin. hoc titulo in ipſo.* p.149

Ad Titulum, De Tranſlatione Epiſcopi p.149

Ad Textum in Capite I. p.150

QVÆST. I. AN Epiſcopus per ſe, aut vnà cum ſuis Canonicis poſſit transferre Eccleſiam Cathedralem de vna ciuitate ad aliam, vt ibi reſideant, & pergant Officia diuina, primum deſtituendo locum? Et quid de Capitulo Sede vacante ſine Papæ auctoritate? Et an Papa id pro voluntate ſua facere poſſit ſine cauſa, & quæ dicatur ſufficere? *p.*151

Ad Textum in Cap. Inter Corporalia, II. *hoc titulo in ipſo.* p.155

Ad Textum in Capite, Quanto III. *hoc titulo in ipſo.* p.156

Ad Textum in Capite, Licet in tantum, fin. hoc titulo. p.157

QVÆST. I. AN Pontifex poſſit transferre Epiſcopum de vna Eccleſia ad aliam, ob pinguiores redditus? Et quæ ſint tranſlationis cauſæ? *ibid.*

II. An tranſlatio Epiſcopi de vna Eccleſia ad aliam debeat, aut queat fieri ob defectum œconomiæ, atque adminiſtrationis rei temporalis, Eccleſiaſticæ? Quid ob Epiſcopi infirmitatem? Et an, & queat Pontifex diſſoluere matrimonium ſpirituale per conſecrationem magis, quàm carnale confirmatum? Et an Epiſcopus transferri à Papa queat ſine eius conſenſu? *p.*158

III. Nominatus Epiſcopus nuper à Rege Hiſpano ad vnam Eccleſiam, ad quam electus & confirmatus à Papa fuit; an ad libitum per Conſiliarios, tuta conſcientia, proponi valeat ad aliam? *p.*159

Ad Titulum, De authoritate, & vſu Pallij. pag.165

Ad Textum in Capite I. *hoc titulo, De authoritate, & vſu Pallij.* p.166

QVÆST. I. AN Epiſcopus factus Archiepiſcopus ante receptum Pallium, poſſit Ordines conferre? Et an qui ſemel habuit Pallium vnius Archiepiſcopatus, ſi ad alium transferatur, & iterum redeat ad primum, indigeat nouo Pallio? Quid ſi ſua ſponte ſe abdicauerit, & iterum ad eandem Eccleſiam eligatur? Et quid ſi perdidiſſet Pallium, aut combureretur? Et an Archiepiſcopus factus Epiſcopus poſſit vti pallio? *ibid.*

II. An Archiepiſcopus, Patriarcha, ſeu Legatus Apoſtolicus, poſſint habere Baldachinum, & excommunicare eos impedientes? Et an Pallium, & Baldachinum ſint idem? Et num in propoſito, de quo loquimur, ſit ſcribendum Pallium, vel Palium? Et an Archiepiſcopi vtantur etiam aliis inſignijs præter Pallium? p.168

III. An Archiepiſcopus poſſit lite pendente, vti inſigniis Archiepiſcopalibus? Et an Pallij traditio per obiectum crimen, queat retardari? Et an ſi Archiepiſcopus faciat ea, quæ ſibi proueniunt ex Pallio, ſine eo valida ſint? pag.170

Ad Textum in Capite II. *hoc titulo in ipſo.* p.171

Ad Textum in Capite, Niſi ſpecialis, III. *hoc titulo in ipſo.* ibid.

Ad Textum in Capite, Ad honorem IV. *hoc titulo in ipſo.* p.172

Ad Textum in Capite, Ex tuarum, V. *hoc titulo in ipſo.* ibid.

Ad Textum in Cap. Cum ſis, VI. *hoc titulo in ipſo.* ibid.

Ad

Ad Textum in Cap. VII. *fin. hoc titulo in ipſo.* p.173

Ad Rubricam, & Titulum, de Renunciatione. ibid.

Ad Textum in Capite I. *boc titulo in ipſo.* p.175

Ad Textum in Cap. II. *hoc titulo in ipſo.* p.176

Ad Textum in Cap. Ex tranſmiſſa, III. *hoc titulo in ipſo.* ibid.

Ad Textum in Cap. Admonet, IV. *hoc titulo.* p.177

Qvæst.I. Reſignatio, vt locum habeat, an debeat cauſa, vel conditio adimpleri in forma ſpecifica? Et an reſignans poſt reſignationem factam ſimpliciter, vel ſub conditione, poſſit percipere fructus? Vbi de effectibus reſignationis? Et an reſignatio beneficij juris patronatus, ſit nulla ſine licentia Patroni? Et an Iudex Eccleſiaſticus faciat vim, qui admittit reſignantem ab beneficium, appellatione remota, & abſque noua collatione? *p.*178

Ad Textum in Capite, Super, V. *hoc titulo in ipſo.* p.182

Ad Textum in Capite, In præſentia, VI. *hoc titulo in ipſo.* ibid.

Ad Textum in Capite, Sanè, VII. *hoc titulo in ipſo.* p.183

Ad Textum in Capite, Quod in dubiis, VIII. *hoc titulo.* p.184

Qvæst.I. An reſignans, ſi Iudex eligatur, poſſit eſſe Iudex? Et effectuatio reſignationis probetur ante executas litteras reſignationis? Vbi an ſint purificatæ conditiones, antequam reſignatario detur poſſeſſio, ſeu manuteneatur reſignans? An Coadiutor poſſit dari in beneficio juris Patronatus? *p.*185

Ad Textum in Capite, Ad ſupplicationem, IX. *hoc titulo in ipſo.* p.188

Ad Textum in Cap. Niſi pridem. X. *hoc titulo in ipſo.* ibid.

Ad Textum in Cap. Poſt tranſlationem, XI. *hoc titulo in ipſo.* ibid.

Ad Textum in Capite, Cedendi, XII. *hoc titulo in ipſo.* p.189

Ad Textum in Capite, Veniens, XIII. *hoc titulo in ipſo.* p.191

Ad Textum in Capite, Lectæ, XIV. *hoc titulo in ipſo.* ibid.

Ad Textum in Capite finali, hoc titulo. ibid.

Qvæst.I. An renunciatio facta coram Epiſcopo, & cæteris ordinariis collatoribus ſub conditione retinendæ petitionis, aut alterius rei temporalis, ſit ſimoniaca? *p.*192

II An renunciatio conditionalis in fauorem certæ perſonæ, abſque vlla penſionis reſeruatione coram ordinario fieri poſſit? Et an hodie propter conſtitutionem Pij V. ſit cenſenda renunciatio ſimoniaca ſimpliciter facta ea mente, & ſpe, vt certæ perſonæ conferatur? Et an liceat inſimul renuncianti id procurare? Et an irregulatis queat renunciare? *p.*193

III. An ſi ex aliqua cauſa beneficium reſignatum, non quæratur Reſignatario, dicatur nihilominus vacare? Et an ſi reſignans,

reſignans, reſeruata penſione, vacet, ſi ea penſio in minori quantitate ſit aſſignata? Et quænam ſit differentia inter ſimplicem, & conditionatam reſignationem, numquid earum aliqua poſſeſſio beneficij amittatur? p.195

IV. An poſſit Papa liberè renunciare Papatui, abdicando à ſe poteſtatem jurisdictionis per modum voluntatis ſufficienter expreſſum? Et eſto renunciet, apud quem fiet, cum non detur ſuperior, qui eam Papatus renunciationem acceptet? Et an Papa poſſit ardua negotia ſine conſilio Cardinalium diſponere? p.196

Ad Titulum, De ſupplenda negligentia Prælatorum. p.199

Ad Textum in Capite I. *hoc titulo, De ſupplenda negligentia Prælatorum.* ibid.

Ad Textum in Cap. Sicut, II. *hoc titulo in ipſo.* p.200

Ad Textum in Cap. III. *hoc titulo in ipſo.* p.201

Ad Textum in Cap. Litteras, IV. *hoc titulo in ipſo.* p.202

Ad Textum in Capite finali, hoc titulo, De ſupplenda negligentia Prælatorum. ibid.

Ad Rubricam, & Titulum, De temporibus Ordinationum. ibid.

QVÆST. I. An materia, & forma ordinum fuerit inſtituta à Chriſto Domino? Et an qui in Ordinatione Sacerdotij tetigit tantùm Calicem, & non Patenam, validè ordinatus fuerit? Et an poſſit promiſſis dicendis accipere ſtipendium? An ſit valida ordinatio, ſi porrecta Patena cum Hoſtia, vinum intra Calicem ex incuria non appenatur? Et an Pontifex diſpenſare poſſit, ne contactus Phyſicus inſtrumentorum adhibeatur in ordine? An Subdiaconus ordinatus cum Calice non conſecrato, debeat iterùm ordinari? p.204

II. An Epiſcopus ſolus ſit Miniſter Ordinis Sacramenti? Et an conferat ordinem, quem non ſuſcepit? Et an conferat etiam Epiſcopalem ordinem? An ordinario Epiſcopalis diſtinguatur ab ordinatione Presbyterij? Et an ordinatio Epiſcopalis ſit ſacramentum? Et cuius ſit ordinare Eccleſiæ Miniſtros? p.208

III. An initiatus Ordinibus Minoribus, & ſacris, non ſuſcepta prima tonſura, ſit irregularis, & teneatur dictam tonſuram ſumere? Et quam intentionem debeat habere Sacerdos nouiter ordinatus, quando cum Epiſcopo in miſſarum ſolemniis celebrat? Et an, & quando ordinandi debeant ſe præſentare examinatoribus? Et an ſacer Ordo per vim & metum ſuſceptus imprimat caracterem, & teneatur ad votum continentiæ ſic ordinatus? p.212

Ad Textum in Cap. I. II. & III. *Item ad Cap.* XIII. *hoc titulo in ipſo.* p.214

Ad Textum in Capite, Ex tenore, IV. *hoc titulo in ipſo.* p.217

Ad Textum in Capite, Ad aures, V. *hoc titulo in ipſo.* ibid.

QVÆST. I. An Religioſi, qui ordinari volunt, debeant habere dimiſſorias à Diœceſano Epiſcopo? An Prælati Regulares locales poſſint concedere dimiſſorias ſuis Nouitiis vt ordinentur ab Epiſcopo? An Abbates inſulati poſſint conferre Ordines Minores laicis ſibi non ſubditis, ſi Epiſcopi licentia exiſtat? Et an Epiſcopi abſque alia inquiſitione vitæ ordinandorum, teneantur Religioſos ordinare, habitis

habitis dimiſſoriis tantùm ſuorum Prælatorum? p.218

II. An Religioſi, ſi parum intelligant linguam Latinam ordinari queant? Vel an Regulares non multum litterati ſint ordinandi? Et an irregularis diſpenſatus ad beneficia? Et an illegitimus diſpenſatus, vt Clericus fiat, intelligatur diſpenſatus ad omnes ordines minores? Et ad alias quæſtiones *remiſſiuè.* p.220

Ad Textum in Cap. Si Archiepiſcopus VI. *&* VII. *hoc titulo.* p.221

QVÆST. I. AN Conſecratio Epiſcopi, debeat ita præcisè fieri tribus Epiſcopis, vt ſi fiat à paucioribus ſit ordinatio nulla omnino? Et an Papa queat diſpenſare, vt in conſecratione Epiſcopi, adſit tantum vnus Epiſcopus? Et an conſecratus Epiſcopus contrahat vinculum coram Eccleſia? Et quæ ſit forma præfatæ conſecrationis? p.223

II. An ſi aliquis ex tribus Epiſcopis non imponeret manus ſuper caput conſecrandi, vel non proferret formam *accipere Spiritum ſanctum*, conſecratio eſſet inualida? Et an ſi aliquis non ſacerdos, ſeu infans, ſeu ante legitimam ætatem conſecraretur Epiſcopus, conſecratio eſſet inualida? Seu ſic conſecratus aliquam incurreret cenſuram? Vbi de fœmina, & Hermaphrodita? An conſecratio Græcorum differat à Latina? Et an Epiſcopus aliqua conſecratione datus, validè conſecret aliquem in Epiſcopum? p.227

III. An Epiſcopus conſecrando aliquem in peccato, peccet mortaliter? Et quid de ſuſcipiente? Et quot peccata committat Epiſcopus, qui conſecrat plures Epiſcopos, ſimul in peccato mortali? Et an Epiſcopi conſecratio inducat circumſtantiam in confeſſione explicandam, ſeu obliget illum voto obedientiæ ad firmitatem ſtatus emiſſæ? An conſecratio Epiſcopalis ſit maior ordinatione Sacerdotali? Et an Epiſcopi conſecrari negligentes ſeu per pſaltum promoti puniantur? Vbi breuiter de aliquibus dubiis circa cæremonias, & inſignia conſecrandorum. p.232

Ad Textum in Cap. VIII. *& Cap.* XVI. *hoc titulo.* p.236

QVÆST. I. AN ordinatus extra tempora, maneat ſuſpenſus, aut ſuſpendatur? Et an cum eo Papa, vel Epiſcopus diſpenſet? *ibid.*

II. An ſi Ordinatores & Ordinandi, non ſeruent de vno ordine ad alium interſtitia temporum, ſuſpendantur ab executione ordinum? Et an Epiſcopus diſpenſet in illis? p.238

Ad Textum in Cap. Cum ſecundum regulas IX. *hoc titulo.* p.241

QVÆST. I. AN Græci ſubſint in aliquo Latinis ordinariis? Et an ſit irregularis ſi ordinetur à Græco Latinus vel Græcus ſi ordinetur à Latino? ibid.

Ad Textum in Cap. Ex parte X. *hoc titulo in ipſo.* p.242

Ad Textum in Cap. Quod tranſlationem XI. *hoc titulo.* *ibid.*

QVÆST. I. AN ſummus Pontifex poſſit permittere, vt Græci adminiſtrent ſacerdotium ſine inſtrumentorum porrectione? Et an qui ſuſcipit Ordines minores ab Epiſcopo domicilij, poſſit variare, & accipere ſubdiaconatum ab Epiſcopo originis propriæ, vel paternæ, & poſtea accipere Diaconatum, & Presbyteratum ab Epiſcopo beneficiorum? Vbi nonnulla circa eos, qui dicantur Epiſcopi proprij ad Ordines conferendos? p.243

II. An ſi quis habeat duo domicilia, poſſit ab vtroque Epiſcopo ordinari? An Epiſcopus poſſit ordinare aliquem, cuius Pater natus eſt in ſua Diœceſi; licet filius fuerit natus in alia? Et quid de Auo? Et an poſſit ordinare aliquem, qui fortuitu natus eſt in ſua Diœceſi; ita vt ſit ei ſubditus ratione originis? Vel an poſſit ordinare aliquem, qui ex fornicatione natus ex matre, certo loco habente domicilium, & à Patre alio? Et an dicatur Epiſcopus originis, in

cuius Diœceſi natus eſt Pater Clerici ordinandi? p.246

III. An filius alicuius Officialis Regij, vt Senatoris, poſſit ab Epiſcopo illius loci ordinari? Et an poſſit Epiſcopus ordinare Barones feudatarios, & eius filios, vel ordinare ſcholares Vniuerſitatis? Et an profeſſi eiecti à Religione ob delicta, quibus fuerunt ordine, & habitu exuti, ordinentur ab Epiſcopo originis? Et à quo relegatus debeat, ac poſſit ordinari? Et quo pacto ratione Domicilij quis ordinari poſſit? pagina 249

IV. An Epiſcopus poſſit familiarem non ſibi ſubditum ad ordines promouere, ſi vltimus triennij dies ſit inceptus? Et quid ſi ſeruitium inceptum ſit ante aſſumptionem ad Epiſcopatum? Et an poſſit Epiſcopus ordinare familiarem, qui illum in Ciuitate ſeruit, ſed extra eius domum? Et quid ſi familiaris Epiſcopi degeret per triennium in Religione remota? Et an poſſit ordinare famulum ſui familiaris? Et quo pacto probetur triennalis familiaritas? p.252

V. An ſtatim debeat Epiſcopus conferre beneficium ſuo familiari triennali, vt poſſit illum ordinare? Sed an ſi conferat ei beneficium in ſua Diœceſi, poſſit illum ordinare? non expectato triennio? An poſſit Epiſcopus ordinare ante triennium familiarem ſibi non ſubditum ratione beneficij obtenti in alia Diœceſi? Et an ad titulum Patrimonij, ſeu penſionis? Et quid de familiaribus Cardinalium, ſeu de Magiſtro actorum? Et an priuilegium Trid. in Cap. te nono, Seſſione vigeſima tertia, extendatur ad Epiſcopum titularem tantùm? Et an Epiſcopus poſſit cum ſuo familiari triennali diſpenſare in interſtitiis, aut dimiſſorias concedere, vt ab alio ordinetur Epiſcopo? p. 254

VI. An Epiſcopus poſſit ordinare aliquem ratione beneficij, & num debeat eſſe perpetuum? Et an ſufficiat, vt ſit ſimplex? Quid ſi illud ſit tenue, vel poſſit ordinare illum, cur paulò ante beneficium confert? Et an ſi habeat beneficia in Diœceſibus pluribus, poſſit à quolibet Epiſcopo cuiuſque beneficij ordinari? Et an ſola actualis beneficij poſſeſſio ſine titulo, & collatione, ſufficiat, vt quis ordinari queat? p.259

VII. An Epiſcopus poſſit ordinare aliquem, qui in ſua Diœceſi haberet penſionem, commendam, aut præſtimonium, ſeu alia beneficia? Et an ad titulum Patrimonij, & quale ſit ſufficiens? Et an poſſit diſpenſare in interſtitiis Epiſcopus beneficij, vel concedere dimiſſorias, vt quis ab alio ordinetur? Et quid de Epiſcopo, qui ordinat ad titulum Patrimonij? Et an Clericus poſſit alienare Patrimonium abſque licentia Epiſcopi, ſi aliunde acquiſiuit beneficium, vel alia bona ſufficienter pro victu? pagina 262

VIII. An contracto iam ære alieno, tempore, quo Patrimonium in titulum alicui collatum eſt, nondum tamen ſuſceptis Ordinibus, eius prætextu iuſtè ad Ordines promoueatur, vel ob iuſtam cauſam poſt factam Ordinationem, Patrimonij alienationem patiatur? Et an donatio Patrimonij abſolutè, & illimitate facta Clerico, cauſa ſuſcipiendi Ordines ſacros, ad hæredes tranſmittatur? an vero mortuo donatario, ad donantem reuertatur? Et an ſufficiat Patrimonium ab alio donatum ſub conditione, vt ceſſet ſtatim, ac ordinando de ſuſtentatione prouiſum eſt? Et an Patrimonium Clerici illi à Patre donatum, vt poſſit ordinari, ſit ſupputandum inter bona legitima? Et num Patrimonij bona gaudeant priuilegiis Eccleſiaſticorum? Et de aliis? p.269

IX. An Epiſcopus in aliena Diœceſi poſſit ſine licentia conferre ſuis ſubditis primam tonſuram? Et an Epiſcopus inuſitatus ad ordinandum in aliena Diœceſi, poſſit ibi ordinare non ſolum ſuos ſubditos, ſed etiam alienos, litteras dimiſſorias ſuorum Epiſcoporum reportantes? Et an dans primam tonſuram ſine licentia proprij Epiſcopi, peccet mortaliter? Et an ſit nulla collatio primæ tonſuræ ab alieno Epiſcopo ſine licentia proprij Epiſcopi, non ſubditos ordinare, hoc eſt, ſine litteris dimiſſoriis, vulgò *reuerendas*? pagina 272

X. An laicus ordinatus ab alieno Epiſcopo gaudeat fori priuilegio? Et an

poſſit in alia Diœceſi celebrare Pontificalia, vel confirmare aliquam afferentem litteras dimiſſorias ſui Epiſcopi, vt ordinetur? Et an quis valeat in locum exemptum, & perſonas, exercere iuriſdictionem? Et an peccet Epiſcopus ſi confirmet in ſua Diœceſi ſubditos alterius Epiſcopi? Et an Prælatus alienus poſſit abſoluere alterius ſubditum à caſibus reſeruatis? p.274

XI. Epiſcopus ordinans alienum ſubditum; item & ordinatus ſine licentia proprij Epiſcopi, an contrahant ſuſpenſionem, & quas alias pœnas? Et an Ordinatores, & Ordinati ad titulum falſi Patrimonij, & tituli? Et an Epiſcopus, qui ordinat ſubditum alienum ex ratihabitione, incurrat ſuſpenſionem? Et an incurrat ſuſpenſionem conferens tonſuram in Diœceſi aliena? Et an Ordinatus ſine titulo cum ſola fidejuſſione alimentorum, ſit ſuſpenſus? Et remiſſiuè de aliis. p.278

XII. An ad fugiendam Iuriſdictionem Epiſcopi domicilij, poſſit quis ordinari alibi titulo beneficij? An eiectis à Societate IESV, ſi ſint in ſacris conſtituti, debeatur aliquid pro Patrimonio? Et an poſſit Epiſcopus ordinare illum, qui in ſua Diœceſi nullum habet beneficium, & hac intentione ſola illi confert? Et quid de interſtitiis? Et an qui ficto titulo impetrat dimiſſorias, puniatur? Vbi an incurrat ſuſpenſionem ordinans ficto titulo. p.287

Ad Textum in Capite, Cum in diſtribuendis, XII. hoc titulo in ipſo. p.289

Ad Textum in Cap. Litteras, XIII. hoc titulo in ipſo. p.290

Ad Textum in Cap. Non eſt compos, XIV. hoc titulo. ibid.

QVÆST. I. AN ſuſpenſio huius Capitis, & aliorum de Ordinato ante legitimam ætatem, ſit impoſita ipſo iure, aut veniat imponenda? Et quid ex conſtitutione Pij II. Et an ſi quis recipiat Ordines minores extra tempora ante legitimam ætatem, incidat in Bullam ipſius Pij II. latam anno 1461. Et quid ſi ſuſcipiat Ordines ſacros? Quid autem ſi ordinatur cum ignorantiâ craſſa, vincibili, aut inuincibili? Et an ordinatus ordinibus ſacris ante pubertatē, teneatur cōtinere? p.291

II. An irregularitatem contrahat, qui non expleto 24. anno ſuſcepit ordinem Presbyterij; aut in tempore interdicti, vel ſine titulo, vel ſine dimiſſoriis ab alieno Epiſcopo, aut extra tempus ſtatutum? Et an ſuſpenſus ex ordinatione ante legitimam ætatem, ſi canat Euangelium, Epiſtolamque in eadem Miſſa, incurrat irregularitatem? Et an ſuſpenſus ex ordinatione ante legitimam ætatem, poſſit celebrare, illa completa ſine alia diſpenſatione? Vel an ſufficiat diſpenſatio, deſumpta ex tolerantia Epiſcopi? p.295

III. An ſuſpenſus propter Ordines ſuſceptos ante legitimam ætatem, poſſit exercere ordines alios iam viræ ſuſceptos? An pœna ſuſpenſionis locum habeat in eo, qui ante legitimam ætatem Epiſcopus eſt ordinatus? An Regulares ipſo iure ſuſpenſi ſint, ſicut & Clerici, qui ante legitimam ætatem ſacros ſuſceperunt ordines? Et an Prælatus Regularis poſſit eis impertiri diſpenſationem, vt miniſtrent? Et an ſuſpenſus ab aliquo ordine, ſi aſcendit ad ſuperiores, abſque eo, quod illos exerceat, efficiatur irregularis? An gaudeat fori priuilegio qui ordinatus eſt ante legitimam ætatem? An ſuſcipientes primam tonſuram, & Ordines minores cauſa euadendi iudicium ſæculare, peccent mortaliter? p.296

IV. An Epiſcopi ordinantes aliquos ante legitimam ætatem, incurrant ſuſpenſionem noſtri textus, aut Bullæ Pij II. latam etiam aduerſus ſic ordinatos in ſacris? Et quare conferens infanti tonſuram ab illius collatione, tantum ſuſpendatur, & conferens eidem Subdiaconatus ordinem, non tantum à collatione illius, ſed etiam à cæterorum ſuſpenſione dignus ſit? Et à quo talis auferatur ſuſpenſio? p.298

Ad Textum in Cap. Dilectus XV. hoc titulo in ipſo. p.299

Ad

Ad Textum in Capite, Conſultationi XVI. *hoc titulo.* p.300

QVÆST.I. AN Ordines Regulatium habentes priuilegium, vt poſſint ordinari Regulares extra tempora, poſſent eo vti, vbi Concilium Trid. receptum eſt? An ſupetior Regularis diffetens ex induſtria mittere ſubditum ad Epiſcopum Diœceſanum ordinantem, vt poſtea illum mittat ad alium Epiſcopum, peccet mortaliter, & incurrat pœnas, ſtante deereto Clem. VIII. 1596. ſub dic 15. Martij? An pro Epiſcopis in diſpenſatione interſtitiorum cum Regularibus, ſufficiat ſola atteſtatio ſuperiorum? Et an Prælati poſſint quoad interſtitia diſpenſare cum ſuis ſubditis, vt ordinentur extra tempora? *ibid.*

Ad Textum in Capite XVII *fin. hoc titulo, De temporibus Ordinationum.* p.302

QVÆST.I. AN Epiſcopus in aliquo caſu poſſit diſpenſare cum homicida voluntario ad ordines ſuſcipiendos? Et an poſſit diſpenſate cum irregulari ex homicidio occulto, vt miniſtret in ordinibus ſuſceptis? Et an poſſit diſpenſate in irregularitate, ſi delictum fuit deductum ad Forũ contentioſum, & punitum? An irregularitas orta ex homicidio iuſto, ſit per Epiſcopum diſpenſabilis? Et quid de Prælatis Regularium? An ctimen inducens irregularitatem, ſi ſit occultum, dummodo ſit externum, inducat irregularitatem? *p.303*

II. An pro homicidio voluntatio qualificato, Clericus deponi debeat, vel Curiæ ſæculari ſit tradendus? An irregularitas ex infamia juris contrahatur, ſi crimen ſit occultum? Et an qui facit opus, cui imponitur inhabilitas, incurrat ipſo facto irregularitatem abſque ſententia? An in dubio ſi peccator ſit publicus, detur ei Euchariſtia? Et an liceat miniſtrare peccatori ſcienti, & petenti ſibi dati Euchariſtiam non conſecratam ad ſacrilegium ipſius, & graue damnum vitandum? *p.306*

III. An Epiſcopus conferendo ordines minores in peccato, vel conſecrando Chriſma, peccet? An peccator publicus, celebrando, fiat irregularis, vel an Sodomita? Vbi etiam ad quæſtionem de ſubintroductis mulieribus, ac de aliis, quæ poſſunt hîc tractari? Et quando delictum dicatur occultum ad effectum, vt queat Epiſcopus diſpenſare? An Prælati Regulares poſſint diſpenſare in irregularitate occulta contracta ex homicidio voluntario? *p.308*

Ad Titulum, De Scrutinio in ordine faciendo. p.310

QVÆST.I. AN Epiſcopi, ſeu Prælati recepturi ſubditos ad ordines, debeant prius informationem recipere de eorum ſcientia, moribus, & genere? Et qui teſtes ſufficiant ad probandam ordinandi idoneitatem? *p.311*

Ad Titulum, De Ordinatis ab Epiſcopo, qui renunciauit Epiſcopatui. p.315

Ad Textum in Capite I. *hoc titulo.* ibid.

QVÆST.I. AN Epiſcopus titularis poſſit licitè Ordines conferre? Et an quemadmodum ex textu noſtro requiritur, vt rogatus ſit Epiſcopus, qui renunciauit loco tantùm ad hoc, vt poſſit ordines conferre minores, & maiores; ſic etiam quando renunciauit Dignitati Epiſcopali, debeat eſſe rogatus, vt queat minores ordines conferre? Et an pœna textus noſtri ſit ſuſpenſionis cenſura, vel irregularitas? Et an dum excuſat ordinatum ex ignorantia, ſit intelligendum de vincibili, aut inuincibili? Et an cum renunciat Epiſcopus, intelligatur in dubio renunciaſſe loco tantùm, vel loco, & Dignitati ſimul? *p.317*

Ad Textum in Capite II. *hoc titulo.* p.381

QVÆST.I. AN Epiſcopus excommunicatus degradatus, validè conferat Ordines? Et an Epiſcopus ſuſpenſus à collatione Ordinum

minorum, poſſit conferre Ordines minores? Et an ordinatus incurrat ſuſpenſionem, qui recepit Ordines ab Epiſcopo excommunicato vitando? Et quid ab Epiſcopo excommunicato, vel ſuſpenſo per vim, aut merum cadentem in virum conſtantem? Et an Epiſcopus conſecrationem recipiens ab Epiſcopo excommunicato, vel ſuſpenſo, afficiatur cenſura aliqua? p.322

II. An ordinatus ab Epiſcopo hæretico, vel ſchiſmatico, incurrat ſuſpenſionem, de qua hic; etiam ſi fiat per metum? Vbi de aliis, *remiſſiuè*. Et an Pontifex poſſit habere inualidas ordinationes minorum factas ab Epiſcopis excommunicatis, vel ſuſpenſis? p.324

Ad Titulum, De ætate, & qualitate ordinandorum. p.326

QVÆST.I. AN ante ſeptennium prima tonſura, ſeu tres primi Ordines minores, poſſint conferri? An detur paruitas materiæ in ætate ad Ordines? An Epiſcopus in Epiſcopum ordinans infantem ante rationis vſum, validè illum ordinet? An qui veſpere ingreditur, annum aſſignatum pro aliquo ordine ſuſcipiendo, poſſit mane præcedenti illum ſumere? Et per quas demonſtrationes exiſtimetur annus completus? p.332

II. An ante ſeptennium poſſint conferri, & in qua ætate acolytatus, ſiue ſacri ordines, Subdiaconatus, Diaconatus, & Presbyteratus? Et an vt quis ordinetur Epiſcopus, requiratur præciſè ætas annorum triginta? Et quid de ſuis Coadjutoribus, vel de Pontifice, aut Cardinali? p.336

III. An Epiſcopus poſſit ordinare, aut dimiſſorias concedere filio alicuius ſatellitis aut meretricis, aut aliis? An dies vixeſtilis ſupputetur in ætate ordinandi, aut profitendi? p.340

Ad Textum in Cap.I. De ætate, & qualitate ordinandorum. p.342

QVÆST.I. DEcanatus an ſit Dignitas in Eccleſia? Et quæ ætas requiratur ad eam? Et quid de Præpoſitis? Abbates qui propriè dicantur in Eccleſia? Quæ eorum dignitas? Et quam ætatem deſiderent? Et quid de Guardianis, & Prioribus Eccleſiarum Cathedralium, aut Religionum? Et quid de Prouincialibus, aut Generalibus? *ibid.*

II. Imperatores, Reges, & Magiſtratus, aliæque Dignitates ſæculares, an debeant habere certam, & determinatam ætatem, vt eligi valeant? p.352

Ad Textum in Capite, Ex ratione II. hoc titulo in ipſo. p.355

Ad Textum in Capite, Indecorum III. hoc titulo. ibid.

QVÆST.I. CVi minori regimen Eccleſiæ concedi nequeat, cum aliqua beneficia, etiam concedantur minoribus annis quatuordecim? Et an ætas annorum quatuordecim ſufficiat ad perſonatus ſine cura? Et quæ ætas in beneficiis ſimplicibus, & inferioribus? Quæ in Collegiatis? Quid de Portionariis, & dimidiis, etiam in Cathedralibus? Et quæ ætas ad obtinendam penſionem? Et paruuli nomen, in qua ætate concipiatur? *ibid.*

II. Perſonatus nomen, an differat à Dignitate, & officio? Et in qua ætate Canonici in Cathedralibus debeant eligi? Et an ad receptionẽ Canonici Doctoralis, Magiſtralis, ſeu Scripturarij, exigatur alia determinata ætas, quam requiritur in cæteris ordinariis Cathedralium Canonicis? Et quare ætas annorum quadraginta exigatur in eligendo Canonico Pœnitentiario? p.360

III. Dignitas Sacerdotalis, & Eccleſiaſtica, an liberet filium à patria poteſtate? An Cardinalitia Dignitas? Et an Monachus liberetur? Et an matrimonio inito? An Iudicatura liberet? p.364

Ad Textum in Capite, Eam te, IV. hoc titulo. p.366

QVÆST.I. AN qui eligitur ad curatum beneficium, debeat non ſolùm eſſe in ætate annorum 25. verùm & quòd ſit in ordine Presbyteratus inſignitus, vel intra quod tempus debeat eum ordinem recipere, vt per ſe adminiſtret? Et an Epiſcopo permittatur de jure communi conferre beneficium curatum Clerico annorũ quatuordecim?

An

II. An ſi Parocho electo, & pacificè poſſidenti occurrat impedimentum in fine anni; quominus ordinari queat, excuſetur? Et an obtinens Parochialem inſufficientem ad victum, teneatur promoueri ad ſacerdotium intra annum? Et an Parochus, qui Parochiam ſuſcepit animo dimittendi, & non ſuſcipiendi ſacerdotium, poſſit fructus ſuos facere? Quid ſi animo ordinem ſuſcipiendi, & poſtea mutet voluntatem? Et an poſſit Epiſcopus diſpenſare, vt promotus ad Parochialem Eccleſiam, non affirmet intra annum, & durante ſtudiorum tempore, quorum cauſa diſpenſat? pag.370

Ad Textum in Cap. Præterea, V. hoc titulo in ipſo. p.374

Ad Textum in Cap. Quæris à nobis, VI. hoc titulo. p.375

QVÆST.I. AN ſit culpa mortalis accipere beneficium ſimplex animo non perſeuerandi in ſtatu Clericali, aut non aſcendendi ad Ordines ſacros? Et an qui ſuſcipit primam tonſuram, vel minoribus Ordinibus initiatur animo non aſcendendi ad alios Ordines? ibid.

Ad Textum in Capite, Ad aures VII. hoc titulo. p.377

QVÆST. I. AN Medicus propter euentum mortalitatis infirmi, impediatur ad Ordines ſacros promoueri, ſi peritus, & ſollicitus eſt, ac traditiones artis Medicæ obſeruet? Et an Medicus de publico ſtipendiatus fiat irregularis, ſi ex amiſſione curandi, pereat infirmus? Et an Medicus effectus ſacerdos, poſſit ſine peccato mortali exercere artem Medicinæ? Et an Medicinæ ars ſit liberalis, & nobilis, ſicut Aduocatiæ? Et an Medici teneantur, cum gradum Vniuerſitatis recipiunt, emittere fidei profeſſionem? p.378

II. An Clericus in ſacris exercens Chirurgiam per inciſionem, vel aduſtionem, ſit irregularis, morte ſequuta; licet adhibeat neceſſariam diligentiam? Et an venæ inſectio, ſit Clericis, & Religioſis prohibita; ſic vt incurrant irregularitatem latam in Cap. Tua nos, de Homicidio; & ſi vulneratus vulnere non lethali mortuus ſit Medici, vel propria incuria, incurratur irregularitas? Et an Clericus in minoribus conſtitutus poſſit exercere Medicinam ſine alia diſpenſatione Pontificia? p.383

Ad Textum in Cap. Cum bonæ, VIII. hoc titulo. p.386

QVÆST.I. AN qui manet ſuſpenſus priuatur beneficio? Et an ſuſpenſo ab officio illicitè, conferatur beneficium? Et an ſuſpenſus, qui abſolutionem obtinuit, poſſit retinere beneficium tempore ſuſpenſionis ſibi collatum? Et an ſuſpenſus, vt priuetur beneficio, debeat per triennium eſſe contumax, tam in cauſa ciuili, quàm criminali? Vel ſufficiat, vt per annum contumax perſeueret? Et per quod tempus, tranſacto tali tempore, debeat Iudex eum ſpectare, vt illum priuet beneficio? p.386

II. An ſuſpenſus à beneficio validè accipiat aliud beneficium? Et an ſuſpenſus à beneficio, validè ſuſpendatur à iure collationis beneficij, confirmationis, electionis, &c. ſibi prouenient e ratione beneficij, à quo ſuſpenſus eſt? Et an collatio beneficij facta excommunicato tolerato, ſit valida? Et quid de ea, quæ facta eſt ſuſpenſo, vel interdicto? An excommunicatus validè acceptet beneficium, ſi ante excommunicationē fuerit ei collatum? Et an excommunicatus ſit inhabilis ad recipiendas penſiones? p.390

III. An excommunicatus, cui facta eſt collatio beneficij, poſſit poſt abſolutionem retinere, vel acceptare illud, ſine noua collatione? Et quid ſi cum eo fuerit ab Epiſcopo diſpenſatum? Et remiſſiuè de aliis. p.393

Ad Textum in Capite, A multis, IX. hoc titulo. p.394

QVÆST.I. ORdo Epiſcopalis an neceſſariò includat Presbyteratum, ſub textu noſtro, art.1. & art.7. An laicus poſſit eligi in Epiſcopum? Et an cum quis eligitur, ſeu conſecratur

Epiſcopus debeat promittere continentiam? Et an Subdiaconus debeat continentiam vouere expreſsè, aut tacitè, cum ordinatur, ſicut facit qui ordinatur Diaconus, & Presbyter? Et an hæc obligatio ſit à natura Ordinum ſacrorum, ſeu ex iure tantùm Eccleſiæ? Et an ſacer Ordo ante rationis vſum, aut poſt eum ante pubertatem, obliget ad continentiam; & ſic, vt cœlibatus ſit de eius eſſentia? *p.396*

II. An poſſit Eccleſia inſtituere, vt initiati in minoribus, aut in poſterum initiandi, ſint ad matrimonium inhabiles, perdantve priuilegium Clericale, ſi continere nolint? Et an teneatur voto initiatus minoribus Ordinibus, exiſtimans votum caſtitatis illis annexum, dirimere ſubſequens matrimonium? Et an conſtitutus in ſacris teneatur, ſi non caſtè vixerit npere, aut mente Sacerdoti illam circunſtantiam detegere? Vbi de ratione, qua Clerici in ſacris tenentur ad continentiam, & caſtitatem? *p.399*

Ad Textum in Capite, Tuam in Domino, X. hoc titulo in ipſo. p.403

Ad Textum in Capite, Cum contingat, XI. hoc titulo. p.405

QVÆST.I. AN Abbates, qui ex textu noſtro poſſunt minores Ordines conferre, propriè dicantur illi Rectores Eccleſiarum Parochialium, qui vulgò in Regno Gallaciæ, & in aliis Regni partibus vocantur *Abades*; ſeu illi, qui dignitates in eccleſiis Cathedralibus habent, vel dignitatem primam in collegiatis, eo nomine nuncupati, ſeu illi, qui apud nos Hiſpanos ſunt Abbates S. Iſidori Legionen. Abbas *de Alcala la Real*, Abbas *de Ronces Balles*, Abbas *de Arbas*, & alij huius generis, ſeu illi, qui ſunt Abbates Præpoſiti Religionum Monachalium, vt S. Benedicti, S. Baſilij, S. Bernardi, aut Abbas Peromonſtraten. Et numquid deciſio textus noſtri porrigatur ad Priores eccleſiaſticos Conuentuum Ordinum militariũ Diui Iacobi, Diui Ioannis Alcantaræ, aut Calatrauæ, aut ad alios huius generis conſiſtentes in aliis Regnis vltra hos Caſtellæ? p.406

II. An ſi Abbas Benedictinus contulit Ordines minores non ſibi ſubditis, qui poſtea alios Ordines ſuſceperunt, & in illis miniſtrarunt, poſuerit ſic ordinatos ſub obligatione reiterandi Ordines? Et an Abbates inſulati poſſint conferre Ordines minores laicis ſibi non ſubditis, ſi Epiſcopi licentia exiſtat? Et an Abbates conferentes tonſuram, vel minores Ordines aliis, quàm ſuis ſubditis regularibus, incurrant ſuſpenſionem? *p.409*

III. An Abbates Benedictini, aut alij, attento Concilij Tridentini decreto, ſeſſione 23. cap. 10. taliter non poſſent dimiſſorias concedere ſuis ſubditis, vt eas concedentes in omni euentu incurrerent ſuſpenſionem, aut alias pœnas? An Nouitij poſſint ſuſcipere Ordines minores à ſuis Abbatibus Regularibus? Et an Abbates conferentes Ordines minores Nouitiis, incidant in ſuſpenſionem? Et quid ſi concedant dimiſſorias Nouitio? An aliqui Abbates poſſint hodie ſuis ſubditis conferre Ordines minores? An Monachi Benedictini incurrant ſupenſionem, ſi non vtantur habitu præſcripto in Clem. 1. §. *Siquis autem*, de ſtatu Monachorum? *p.412*

IV. An ſimplex Sacerdos ex conceſſione Pontificia, poſſit conferre Ordines minores? Et an Pontifex poſſit ante conſecrationem concedere ſimplici Sacerdoti, vt conferat minores, & maiores Ordines? Et an poſſit diſpenſare, vt ſimplex Sacerdos conferat Ordinem Subdiaconatus, aut Diaconatus? Et quid vt poſſit aliis Ordinem Presbyteratus conferre? Et an poſſit dare facultatem, vt Diaconus alium Diaconum, vel ſaltem Subdiaconum ordinet? Et an Pontifex diſpenſare queat, vt fœmina initietur prima tonſura? Et an irregulares poſſint ordinari prima tonſura, ſine præuia diſpenſatione? *p.415*

V. Epiſcopus, an poſſit non Epiſcopo facultatem committere Ordines conferendi, ſeu Cor Epiſcopo? Et an Abbates, qui ordinarij ſunt, & habent iuriſdictionem, quaſi Epiſcopalem, poſſint omnia, quæ ſunt iuriſdictionis, ſicut Epiſcopi in ſuo territorio? *p.419*

Ad Textum in Capite, Intelleximus, XII. hoc titulo in ipſo. p.424

Ad

Ad Textum in Capite, Accepimus, XIII. *hoc titulo in ipſo.* ibid.

Ad Textum in Capite, Cum ſit ars, XIV. *hoc titulo.* p.425

QVÆST. I. AN Sacerdotis Presbyteri officium ſit idem in Eccleſia exercere, ac ille, qui habet in Parochiis animarum curam? Et in quo conſiſtat vtriuſque obligatio? p.426

II. An Parochi, ſeu Presbyteri teneantur rudimenta Fidei Chriſtianæ docere, & explanare ſuis Parochianis? Et an nulliter Ordines ſuſcipiat ille, qui non fuerat ſanæ mentis? p.429

Ad Textum in Capite fin. De ætate, & qualitate ordinandorum? p.430

QVÆST. I. AN litterati in aliquo modo poſſint ordinari, aut beneficiari? Et an Epiſcopus poſſit diſpenſare cum illiterato habente aliquod principium Grammaticæ ad ordines? Vbi nonnulla de illiteratis? An collatio beneficij facta imperito, aut illiterato, ſit ipſo iure nulla? Et an facta irregulari ſit irrita ante Iudicis ſententiam? p.431

II. An poſſint Epiſcopi aliquoties examinare Parochos curam animarum exercentes? Et quid de Vicariis perpetuis, remiſſiuè? Et an poſſint ad libitum reexaminare ſimplices Sacerdotes approbatos ad Confeſſiones? Et an Regulares ſemel examinati, poſſint in eadem Diœceſi ab eodem Epiſcopo, vel ſaltem ſucceſſore iterum examinari? Et an qui reputatur dignus ad vnam Dignitatem, ſi eligatur ad aliam, debeat tunc etiam dignus reputari? p.435

TOMVS SECVNDVS.

De Officiis, & Sacris Eccleſiæ.

Ad Rubricam, & Titulum XV. *lib.* I. *Decretal. de ſacra Vnctione, cum Cap.* I. *& ſuis* §§. p.1

AN Vnctio conſecrationis Epiſcopalis, differat à Regia, & à Pontificia? Et quare Rex, & Imperator in humero vngatur tantùm oleo, Papa, & Epiſcopus in capite, & Chriſmate etiam? Et cur Epiſcopo, & Papæ conſecrandi vngantur manus, & caput? Et quibus Regibus Chriſtianis olim jus vngendi fuiſſet? p.5

II. An Vnctio non facta in conſecratione Epiſcopo Chriſmate confecto ex oleo, & balſamo, ſit ſupplenda, & iteranda per tres Epiſcopos? Et an quando aliquid eſt relictum in conſecratione Epiſcopali, ſit ſemper eodem modo reiterandum? Et an conſecratio Epiſcopalis miniſtrata cum opinione probabili, ſit reiteranda cum conditione? Et an ſit neceſſaria mixtio balſami cum oleo? p.10

III. An ſi conſecrans aliquem in Epiſcopum, adhiberet prius Vnctionem Chriſmaticam, & poſtea traditionem libri, conſecratio ſit tantum illicita, aut inualida? An Epiſcopus conſecrandus, ſi non fuerit inſignitus Sacramento Confirmationis, peccet mortaliter? Et an Conſecratores? Et an in conſecratione Epiſcopi, contrahatur ab Epiſcopo matrimonium ſpirituale? Et an peccet mortaliter Epiſcopus conſecrator, qui in Epiſcopali conſecratione vteretur Vnctione Chriſmatica abſque balſamo? pag.12

IV. An Chriſma adhibendum in conſecratione, ſit benedicendum ab Epiſcopo? An Epiſcopus peccet mortaliter, ſi in conſecratione Epiſcopali adhibeat Vnctionem Chriſmaticam confectam ex balſamo adulterino? Vel ſi vteretur Vnctione Chriſmatica alterius anni? pag.14

De Sacramento Extremæ Vnctionis. ibid.

QVÆST. I. AN Vnctionis Sacramentum immediatè fuerit inſtitutum

inſtitutum à Chriſto Domino, & quando? An probetur ex D. Iacobi epiſtola Canonica, Cap. 5. verſ. 14. Et ex Euangelio D. Marci, Cap. 6. verſ. 13. Et an fuerit inſtitutum in illis verbis Ioannis 20. *Quorum remiſeritis peccata, &c.* Et num ſit vnum ſpecie infima? Et qualiter diffiniatur? *ibid.*

II. An oleum oliuarum ſine admixtione balſami, ſit omnis materia Sacramenti Vnctionis? Et num debeat eſſe benedictum ab Epiſcopo? Vbi de aliis circa materiam? Et circa formam? Et quæ dicatur materia proxima? p. 16

III. An ſi pro adminiſtratione huius Sacramenti, addatur oleo conſecrato maior quantitas olei non conſecrati, remaneat, hoc non obſtante conſecratum? An vna gutta olei ſit ſufficiens in vnaquaque Vnctione? Et an benedictio olei ſit de neceſſitate Sacramenti, aut ſolum præcepti? Et an ſit de neceſſitate quod fiant Vnctiones in formam Crucis, & manu immediata Sacerdotis, aut virgula? p. 20

IV. An forma deprecatiua in Sacramento Extremæ Vnctionis, ſit de neceſſitate Sacramenti? Et an Vnctio debeat applicari ad huiuſmodi Sacramenti effectum omnibus partibus? Et quid queat Parochus facere in caſu neceſſitatis, vt peſtis? Seu an debeat in tali tempore miniſtrare Extremam Vnctionem, & Euchariſtiam cum periculo vitæ? p. 22

V. An poſſit permittere Pontifex tempore peſtis ex penuria Sacerdotum, vt queat miniſtrari Sacramentum hoc ab vnicâ Vnctione? Et an ſit validum hoc Sacramentum miniſtratum in qualibet parte corporis extra ſenſus? Vel ſit de neceſſitate quod fiant ſeptem Vnctiones, vel quod vtrumque organum vnius ſenſus inungatur. Vbi de Vnctione Sacerdotum, & de ordine Vnctionis faciendæ? Et an ſit de neceſſitate Sacramenti, vt ſenſus, qui vngitur nominetur? p. 26

VI. An recepturi hoc Sacramentum, debeant eſſe rationis capaces, vel queat miniſtrari puero, de quo dubium eſt, num habeat vſum rationis? Et an illis, qui inciderunt in amentiam, ſit in periculo mortis miniſtranda extrema Vnctio? Et an pueri in articulo mortis ſint vngendi, quando ſunt capaces Sacramenti Euchariſtiæ? Seu ſit miniſtranda Extrema Vnctio adulto in periculo mortis, ſtatim poſt ſuſceptum Baptiſmum? Et an teneatur Parochus ſi cognoſcat per confeſſionem puerum, nunquam actualiter peccaſſe, miniſtrare Extremam Vnctionem? p. 29

VII. An moribundus ſit inungendus tempore interdicti, non valens alia Sacramenta recipere, ſi non habet Bullam cruciatam? An ſit abſoluendus moribundus, qui non vult recipere Extremam Vnctionem? Et an vt conferatur debeat ſuſcepturus infirmari lethaliter? Et ſic poſſit dari lethaliter vulneratis, vel peſte percuſſis, aut læſis morſu viperarum. Item & in partu, deficiente, ſeu ſenio confectis. Vbi quænam diſpoſitio requiratur in ſuſcipiente, ſeu debeat prius ſuſcipi Euchariſtia? Et in quo ſtatu infirmitatis ſit conferendum? p. 33

VIII. An ſit neceſſarium vt infirmus in lecto iaceat ad conferendum Vnctionis Sacramentum? Et an in infirmitate diuturna, poſſit infirmus bis vngi? Vbi num iterum conferendum ſit collatum iam ſemel infirmo, non periculoſo, ſi poſtea laboret periculosè? An cæci à natiuitate, vel mutilati debeant vngi in partibus propinquioribus, partibus abſciſſis? Et an de facto B. Virgo receperit hoc Sacramentum? p. 38

IX. An ſolus Epiſcopus ſit propriè Miniſter huius Sacramenti, & Parochi, ſeu alij Sacerdotes ex gratia tantùm? Et an quilibet Sacerdos poſſit validè illud conferre, etiam ſi Religioſus ſit, aut ſaltim Parocho nolente? Et num liceat Parochis præbere laicis oleum Extremæ Vnctionis, vt ipſi infirmos vngant ad ſanitatem recuperandam, ſeu Diaconis, aut Clericis in minoribus, vel mittere ad infirmos, vt ipſi eo vngantur? p. 40

X. An plures Sacerdotes ſimul, aut aliquis alius cum Parocho poſſint adminiſtrare hoc Sacramentum? Et an vt ritè adminiſtretur, requiratur quòd Sacerdos ſit expoſitus, & ad confeſſiones audiendas approbatus? An Sacerdos moribundus poſſit ſeipſum vngere, vel ſolus adminiſtrare, & ſibimet reſpondere? An alius Sacerdos debeat perficere Sacramentum Extremæ Vnctionis, ſi primus morte præuentus, aut ob aliam cauſam non perficiat? p. 44

XI. An excommunicatus nominatim, vel ſuſpenſus, poſſit in articulo mortis miniſtrare

Digitized by Google

miniſtrare infirmo Sacramentum Extremæ Vnctionis? Et num Sacerdos exiſtens in peccato mortali? Vel num Parochus excommunicatus, aut ſuſpenſus poſſit dare licentiam, vt alter Sacerdos miniſtret hoc Sacramentum? An Epiſcopus hoc Sacramentum miniſtrans, debeat vngere oleo; at vero Chriſmate? Et an ſi Parochus portet domi oleum Extremæ Vnctionis timens de nocte ad moribundum vngendum vocari, ſecluſo ſcandalo, peccet mortaliter? An ægrotus ſi non fuerit confeſſus, & ſit in articulo mortis, teneatur Parochus cum periculo vitæ Sacramentum Extremæ Vnctionis illi miniſtrare? p.44

XII. An Parochus ratione officij teneatur ex iuſtitia hoc Sacramentum Fidelibus miniſtrare; ſin autem mortaliter peccet, ſi petenti neget? An ſimplex Sacerdos teneatur ſub peccato mortali adminiſtrare hoc Sacramentum tempore neceſſitatis, ſi licitè, & facilè poſſit? Et an peccet mortaliter ſi adminiſtret hoc Sacramentum, prætermiſſis precibus ab Eccleſia ſolitis præcanter poni? Et an Parochus cum periculo vitæ teneatur illud miniſtrare, infecto peſti, qui antequam incideret in amentiam, incidit in peccatum mortale, de quo habuit Attritionem tantùm? p.48

XIII. An qui poſt miniſtratum Sacramentum Extremæ Vnctionis, omittit dicere ritus præambulos, quos propter periculum inſtans non præmiſit, & etiam quæ ſolent dici poſt illum miniſtratum, peccet mortaliter? Vel peccet ſi illud adminiſtret in neſſitate, ſine veſtibus ab Eccleſia præſcriptis? Vbi de aliis? Et an in caſu neceſſitatis Sacerdos non habens Clericum ad reſponſiones, poſſit vti miniſterio fœminæ ſine peccato? Et an hoc Sacramentum conferat effectum ſuum poſt omnes Vnctiones, aut poſt primam tantùm? p.49

XIV. An præcipuus effectus huius Sacramenti, ſit remiſſio peccatorum venialium? Et etiam ſit eius præcipuus effectus tollere reliquias peccatorum. Et quæ illæ dicantur? Et an tribuat aliquando ſanitatem corporis? An Pontifex poſſit præcipere vſum Sacramenti Vnctionis, & contra tranſgreſſores pœnam imponere? Seu an detur caſus, in quo infirmus ex defectu aliorum mediorum obligetur ad hoc Sacramentum ſuſcipiendum? p.52

Ad §. Quia verò Chriſtus, dicti Cap. vnici, noſtri tituli. p.55

Ad §. Per frontis Chriſmationem textus noſtri. p.56

De Sacramento Confirmationis.

QVÆST. I. AN Sacramentum Confirmationis colligatur ex ſacris Litteris? An ſit à Chriſto Domino inſtitutum? Et quando? Quibus nominibus nuncupetur? ibid.

II. An Chriſma ſit materia remota Sacramenti Confirmationis? An mixtio balſami in Chriſmate, ſit de neceſſitate huius Sacramenti? Et an debeat eſſe benedictum? Et ab Epiſcopo? Vbi de conſecrato vnguento? p.60

III. An materia Sacramenti Confirmationis fuerit ab Eccleſia, an à Chriſto inſtituta? Sitque de neceſſitate Sacramenti? Et qualiter conficiatur hoc ſacrum vnguentum? Et quando? Qualiſque benedictio Epiſcopi in Chriſmate requiratur? Vbi de ritu huius Sacramenti in benedictione Chriſmatis? Et de proxima materia huius Sacramenti? p.67

IV. An impoſitio manuum ſit eſſentialis materia proxima Confirmationis diuerſa ab Vnctione? An hæc Vnctio de neceſſitate Sacramenti debeat fieri in fronte, & in forma Crucis, & quod fiat Vnctio manu Epiſcopi, & police dextro? Et num ſint vngendæ aliæ partes corporis? Vbi de alapa, & panno, quo circumcingitur frons, Chriſma? p.69

V. An forma huius Sacramenti eadem ſit apud Græcos, ac eſt apud Latinos? Sitque de neceſſitate Sacramenti? Vbi an omnia eius verba ſint eſſentialia ad valorem Sacramenti? Sitque neceſſaria expreſſa inuocatio ſanctiſſimæ Trinitatis? Seu ſufficiat dicere verba, *Confirmetur*, & *ſignetur* ſeruus Chriſti, aut alia verba æquipolentia? Poſſitque Pontifex aliqua mutare? p.73

VI. An poſſit Epiſcopus benedictione à ſe compoſita, ſacrum oleum, & Chriſma conſecrare?

conſecrare? Et an in nouo orbe, amiſſo Pontificali, quod per plurimos annos nequeat haberi, poſſit Epiſcopus licitè conſecrare Chriſma, & ſanctum oleum benedictione à ſe compoſita? Et an poſſint validè Sacramenta Confirmationis, & Extremæ Vnctionis diuerſis oleis miniſtrari? Et an poſſit Papa prohibere Epiſcopo, ne Sacramentum Confirmationis conferat? An ſi Epiſcopus omittat aliquam cæremoniam appoſitam in Pontificali pro benedictione Chriſmatis, dicatur, hoc non obſtante, Chriſma benedictum? p.79

VII. An Epiſcopus ſolus ſit Miniſter ordinarius Sacramenti Confirmationis? Et an poſſit etiam ex delegatione Pontificia hoc Sacramentum adminiſtrare ſimplex Sacerdos? Seu an Presbyter ſit ſufficiens Miniſter, quamuis peccet in conferendo? Et qua ratione conueniat Epiſcopo eſſe Miniſter ordinatius huius Sacramenti? Et an ſecluſa Romani Pontificis prohibitione, ſolo Iure Diuino attento, Presbyter ex ſolo ſui Epiſcopi aſſenſu, validè confirmet? Et an hodie regulares miſſionarij in terris infidelium miniſtrare queant hoc Sacramentum? p.82

VIII. An Diaconus, ſeu alius Clericus non Presbyter, poſſit ex commiſſione Pontificia miniſtrare, & conferre Sacramentum Confirmationis? An Abbates? Seu an poſſit Pontifex diſpenſare ad illud adminiſtrandum per Sacerdotem ſolum priori ordinatione conſecratum? Et an ſoli Pontifici competat priuatiuè talis diſpenſandi poteſtas, vel etiam Epiſcopo? Vel an poſſit Pontifex diſpenſare, vt ſimplex Sacerdos conſecrare queat ſanctū Chriſma? Et an ſi ſine cauſa diſpenſet, vt ſimplex Sacerdos conferat Sacramentum Confirmationis, ſit diſpenſatio valida? Et an Pōtifex tantum electus, & nondum conſecratus in Epiſcopum, poſſit hanc poteſtatem ſimplici Sacerdoti concedere? Vel an facultas talis conceſſa ſimplici Sacerdoti, expiret mortuo Pontifice? Vel ſi ſit conceſſa ex cauſa, ea ceſſante, expiret? An Regulares miſſionarij in partibus infidelium; præſertim in nouo orbe, habeant à Sede Apoſtolica priuilegium miniſtrandi hoc Sacramentum? p.88

IX. An conſuetudo ſit potens concedere Presbyteris facultatem adminiſtrandi Sacramentum Confirmationis, & benedicendi, ſiue conſecrandi Chriſma? Et quid in hoc potuerit Græcorum conſuetudo? Vbi de vſu commiſcendi oleum cum Chriſma? Et energumeni ſi ad Epiſcopum deferri non poſſint, à Presbytero de licentia Epiſcopi queant conſignari, & illis manus imponi? An Epiſcopus hæreticus degradatus, vel excommunicatus poſſit validè confirmare? Et an Epiſcopus non confirmatus, peccet mortaliter alios confirmans? Et an Epiſcopus, dum adminiſtrat hoc Sacramentum, debeat eſſe ſine conſcientia peccati mortalis, & habere intentionem ſaltim virtualem? p.92

X. An ſaltim peccet mortaliter Epiſcopus, qui ordinat illum, qui non eſt confirmatus? Vel ſic peccet ordinatus non confirmatus? An peccet mortaliter confirmans in ſua Diœceſi ſubditos alterius Diœceſis? Vel poſſit ſine graui peccato confirmare in aliena Diœceſi ſine expreſſa licentia proprij Epiſcopi? Vel debeat eſſe ieiunus, dum confirmat? Aut confirmare in Eccleſia? Et an Epiſcopus non confirmans in ſua Diœceſi, opportunis temporibus, peccet mortaliter? Vel an queat confirmare interdicti? p.98

XI. An Epiſcopus debeat admittere ad Sacramentum Confirmationis omnes homines, etiam infantes, & adultos? Seu requiratur ætas determinata? Et quæ ſit conuenientior? Et ſub qua diſpoſitione debeat eſſe adultus? Aut numquid ſit præmittenda confeſſio in habente peccatum? p.102

XII. An poſſit Pontifex diſpenſare, vt infantes ante vſum rationis confirmentur? An adultis poſſit miniſtrari hoc Sacramentum in articulo mortis; vel infantibus ante vſum rationis morituris? Et an hodie in nouo orbe, & in partibus infidelium, vbi feruet perſecutio, ſtatim poſt Baptiſmum ante vſum rationis infantes ſint confirmandi? Et an in aliquo caſu in articulo mortis teneatur quis ſumere Sacramentum Confirmationis? Et an infantibus filiis Principum ſit conferendum, non obſtante, quod non niſi ſeptennis ſit miniſtrandum? p.105

XIII. An perpetuò amentes poſſint validè confirmari? Vel ſint de facto confirmandi? Et an ægrotis, & conſtitutis in periculo mortis miniſtretur? Et an energumenis poſſit hoc Sacramentum

mentum

mentum Confirmationis miniſtrari? Et an ſi Epiſcopus confirmaret infantes ante vſum rationis abſque iuſta cauſa, peccet mortaliter, ſiue venialiter, aut nullo modo? p.106

XIV. An Sacramentum Confirmationis ſit ad ſalutem neceſſarium ex vi ſuæ inſtitutionis? Vel præcepti Diuini poſitiui? Seu an ſit aliquod præceptum Eccleſiaſticum ſuſcipiendi illud? Vel an quis peccet mortaliter non ſuſcipiens hoc Sacramentum Confirmationis? Vel ſaltim ſit peccatum veniale illud non recipere ex negligentia? Et an poſſit Pontifex præcipere ſumptionem huius Sacramenti ſub peccato mortali? p.109

XV. An de neceſſitate Sacramenti Confirmationis, ſit neceſſarius Patrinus, & quod ipſe ſit confirmatus, vt contrahat cognationem, aliàs non? An plures in numero cum qua obligatione? Vbi de Religioſis, ac vero reſpectu vxoris? Vbi etiam breuiter de effectibus, quos producit Sacramentum Confirmationis? p.113

Ad Rubricam, & Titulum, De Sacramentis non iterandis. p.117

QVÆST. I. AN ratio non iteranda Sacramenta, dependeat à caractere, qui imprimitur illorum ſuſceptione? Et in quibus Sacramentis hæc caracteris impreſſio contingat, in quibus verò non? *ibid.*

II. An caracter ita ſit indelebilis, vt etiam poſt mortem, tam in Beatis, quàm damnatis permaneat? Et an ita in alia vita permaneat, vt maneat cum poteſtate ſibi annexa ad validè recipienda, vel danda alia ſacramenta? Et an Circumciſio in lege veteri caracterem imprimeret? Et an ſi, v.g. Matrimonium imprimeret caracterem indelebilem, poſſet reiterari etiam inter diuerſos conjuges? p.121

III. An quia Rubricà noſtra inſcribitur de Sacramentis non iterandis, congruè nihilominus agi poſſit de cæteris Sacramentis reiterabilibus, & de eorum vſu, adminiſtratione, ac ſubjecto, cui miniſtrantur? Vbi quid ſit Sacramentum, quibus nominibus ſumatur, & quid ſit ſignum? An Chriſtus Dominus ea inſtituerit? Quo in loco? Qua ratione? Quæ ſit eorum natura? Et quo inquam numero in lege gratiæ fuerint inſtituta, ac de aliis breuiter? p.125

IV. An in lege Euangelica fuerint neceſſaria Sacramenta? Et an conſtent eſſentialiter ex rebus, & verbis? An Chriſtus materiam, & formam Sacramentorum determinauerit pro toto orbe? An detur in omnibus materia proxima, & remota, determinata ex Chriſti inſtitutione? Et an requiratur quod materia, & forma eorum ſimultate temporis coexiſtant? p.131

V. An Eccleſia poſſit variare materiam Sacramentorum à Chriſto aſſignatam? Quid de variatione formæ? Quibus modis contingat? Et an in coniunctione materiæ, & formæ Sacramentorum, detur paruitas materiæ? An detur in verbis formæ Sacramentorum? Et an ea detur in interruptione formæ Sacramentorum? An quis peccet mortaliter variando formam, & materiam? Et quid ſi formam abſolutionis variet in Sacramento Pœnitentiæ, dum tamen verba ſignificent actum iudicialem? pag.134

Ad Textum in Capite, Paſtoralis I. hoc titulo, De Sacramentis non iterandis. p.138

QVÆST. I. QVare ordinati in Subdiaconum, deficiente manus impoſitione, non iterùm ordinetur, ſed cautè ſit ſupplendum quod incautè fuerat prætermiſſum? Et quare idem dixerit Pontifex de Confirmato, non Chriſmatis, ſed olei Vnctione? Cum reuera Subdiaconus ordinatus cum Calice non conſecrato, debeat iterùm ordinari? Et ſic iterum confirmari qui tantùm oleo fuerit confirmatus, cum Chriſma neceſſarium in adminiſtratione Sacramenti Confirmationis videatur? p.138

DE SECVNDA PARTE Textus noſtri.

QVÆST. II. AN Pontifex poſſit ſi balſami copia deeſſet, diſpenſare, vt Sacramentum Confirmationis adminiſtraretur cum ſolo oleo oliuatum? Seu an præcipere, vt in articulo

articulo mortis confirmetur aliquis cum ſolo oleo, ſi balſamum non inueniretur; ſic vt valeat taliter hoc Sacramentum, vt denuò præſtandum non ſit, ſeu iterandum, ſaltim ſub conditione? *p.146*

III. An quoties probabilis opinio fert aliquod Sacramentum non fuiſſe validum, poſſit quis illud ſub conditione repetere? Et quid poſita conditione ſaltim in mente? Et an ſit peccatum mortale reiterare Sacramenta Baptiſmi, Confirmationis, & Ordinis, ſi adſit tantùm ſcrupulus de eorum validitate? Seu reiterare formam Sacramentorum ſine cauſa ſupra eandem materiam? An poſſit præcipere Pontifex, vt in articulo mortis, deficiente materia certa, miniſtrentur Sacramenta in materia dubia? *p.148*

IV. An ſi Epiſcopus proferat formæ verba, antequam applicetur materia, vel è contra, ordo ſit iterandus? An ſi adſint opiniones probabiles pro validitate, vel nullitate alicuius ordinis, teneatur quis in hoc caſu ordinem denuo ſuſcipere? An Pontifex ſuppleat defectum juriſdictionis, miniſtrantibus Sacramentum cum opinione probabili? Vel ſuppleat illam in miniſtratione Sacramentorum, ſtante errore communi abſque titulo colorato? Et an qui bis Sacramentum Confirmationis contulerit, vel ſuſceperit, irregularitatem incurrat? Idemque interrogatur de ſuſcipiente bis ordinem aliquem, aut Baptiſmum? *p.151*

Ad Textum in Capite II. *A nobis, hoc titulo, De Sacramentis non iterandis.* p.156

QVÆST. I. QVare corpora mortuorum ſepulta à Schiſmaticis, non ſunt exhumanda, cum è contra inquam, ſi ſepeliatur excommunicatus denunciatus, eius corpus ſit proijciendum extra Eccleſiam, ſi ab aliis decerni poſſit? Et num idem contingat ſi ſepeliatur Paganus, & Infidelis; ſic vt egeat noua benedictione, ſeu conſecratione Eccleſia, eò quòd ſit polluta? Et num polluatur Eccleſia ex ſepultura hominis interdicti? Seu an reiteraretur Epiſcopi conſecratio? Siue ſuppleatur aliquo in ea deficiēte? *p.157*

II. An ad valorem Sacramentorum ſit neceſſaria fides Miniſtri? Vel ſaltim requiratur probitas, ſeu ſanctitas Miniſtri; ita vt aliàs debeant repeti Sacramenta, vel tantùm dicatur neceſſaria, vt licitè adminiſtretur? An ſit licitum petere Sacramentum extra mortis articulum à Miniſtro non tolerato, ſeu à Miniſtro malo tolerato, & parato etiam extra caſum neceſſitatis, ſeu non parato? Et an liceat petere à malo Miniſtro exiſtente tantùm in peccato mortali? *p.159*

III. An Miniſter per accidens miniſtrando Sacramenta, peccet mortaliter, aut venialiter? An qui vult ſuſcipere Sacramenta ab aliquo Miniſtro, teneatur inquirere, num ſit improbus, aut probus? An exercentes præciſè ſine Sacramentorum confectione functiones, & actiones ordinum, exiſtentes in peccato mortali, peccent mortaliter? Et quid de Epiſcopo benedicente ſacras veſtes, conficiente Chriſma, conſecrante Eccleſias, aut habente conditionem ad populum? Et de Parocho benedicendo aquam, aut aſſiſtendo matrimonio, aut de exercente ſacramentalia? *p.163*

Ad Textum in Capite fin. De Sacramentis non iterandis. p.165

QVÆST. I. AN manus impoſitio in ordine Presbyteratus, ac Diaconatus, ita ſit de eſſentia iſtorum ordinum, vt ea omiſſa, & ſi alia materiæ neceſſaria poſita ſint, Sacramentum Ordinis iteretur, aut ſufficiat ſola ſuppletio manuum? Et quot manus impoſitiones inueniantur vſitatæ? Vbi de ritu Ordinis Presbyteratus Latinæ, & Græcæ Eccleſiæ, item & Armeniæ? *ibid.*

II. An ſi in aliqua ordinatione non fuit applicata debita materia, poſſit die ſequenti adhiberi, non expectando aliam ordinationem? An ſi Sacerdos, ac Epiſcopus non tetigit vaſa ſacra, aut illud inſtrumentum, in cuius porrectione imprimitur character, teneatur iterare ordinem, tam in Presbyteratu, quàm Diaconatu, & Subdiaconatu? Et an qui tetegit tantùm Calicem, & non Patenam, validè ſit ordinatus? Et de aliis remiſſiuè? An Epiſcopus poſſit
ordinare

ordinare extra tempora Subdiaconum, qui ſuſceperat ordinem Subdiaconatus, aut Diaconatus, aut Presbyteratus cum actuali intẽtione, & proteſtatione illud non ſuſcipiendi? Et an habuerit Eccleſia authoritatem, & poteſtatẽ determinandi materias, & formas ſpecificas ordinationũ, eò quod Chriſtus Dñs in hoc Sacramento in genere tantũ, vt in aliquib⁹ inſtituerit, pręcipiẽs reb⁹, & verbis aptis ad ſignificandam practicè gratiã, & effectũ Sacramentorum ea confici? *p.*170

III. An character per cõſtitutionẽ Eccleſiæ circa materiam, & formã ordinum imprimi valeat, & qualiter? Et an cum quis ordinando vngit, debeat inſimul orationes dicere? Et quid fiet, ſi aliquid deficiat, ſeu orationes mediet? An alius Epiſcopus poſſit ſupplere defectus ordinis collati ab illo, qui cõtulit? An manus impoſitio Presbyterorum adſtantium cum Epiſcopo, ſit tantùm cæremonialis, & ſupplenda? Et quando ſit locus ſuppletioni, & non iterationi iuxta ſpeciem textus noſtri? *p.*177

IV. An qui adminiſtrauit Sacramentum Ordinis, vel Baptiſmi, inualidè teneatur cum periculo honoris, & vitæ manifeſtare hunc defectum? *p.*177

Ad Titulum, De filiys Presbyterorum, & aliys illegitimè natis, in ipſo. p.178

Ad Textum in Cap. I. Cap. Litteras XIV. *& Cap. fin. hoc titulo, & Cap.* I. *&* II. *eodem lib.6.* p.181

QVÆST. I. Filij Presbyterorum, & cæteri ex fornicatione nati, quare ad ordines non promoueãtur, cum alias expoſiti, vt filij legitimi reputentur ad prædictos effectus, item & ad officia? An Baſtardi, ac ſpurij poſſint officia Reipublicæ obtinere? An filij Presbyterorum ante Presbyteratum concepti, valeant ordinari, & beneficiati? An hæc irregularitas imponatur etiam parentibus? *p.*182

II. An ſit legitimus reputandus ille filius, qui etſi expoſitus non ſit, eius vero parentes non reperiuntur? Vel quando natus eſt ex matre habente virum, à quo creditur genitus, ſed reuera eſt genitus ab alio? Vel teneatur credere matri dicenti cuius viri ſit filius? An filius genitus à coniugatis poſt matrimonium ratum, & nõ conſummatum, & vtriuſque coniugis, aut alterius in Religione profeſſionem, ſit illegitimus, & irregularis? Vbi quid ſi vix ordinetur, & de expreſſione, vt diſpenſetur? An profeſſione filij illegitimi tollatur irregularitas, quoad ordines, & beneficia? *p.*185

III. An ingreſſus ſolus religionis abſq; profeſſione auferat irregularitatẽ illegitimitatis quoad ordines, & beneficia? An quoad Prælaturas ingreſſus, ſiue profeſſio tollat ſine diſpenſatione Papæ illegitimitatẽ? Et quid reſpectu Monialiũ, vt Abbatiſſę, ſeu Priorisſę fiãt? Et an omnis illegitimus reddatur per profeſſionẽ ſolemnem, legitimatus, & aptus ad omnes pręlaturas, & dignitates, ſeu officia intra Religionem obtinenda, aut ad Epiſcopi Vicariatum, vel Moniatum, ſeu Prioratum alicuius Conuentus? *p.*189

IV. An ſi illegitimus abſque diſpenſatione ordinat⁹ eſt; deinde ingrediatur religionẽ, & in ea profiteatur, poſſit non ſolum promoueri ad alios ordines, verũ in ſuſceptis miniſtrare abſque diſpenſatione? An hodie per priuilegia cõceſſa religionibus, poſſint abſque diſpẽſatione Põtificia, & ex ſola electione facta ab habentib⁹ poteſtatẽ eligendi profeſſi obtinere Prælaturas, & dignitates in ſuis religionibus, ſeu fiat diſpenſatio per Generales, & Prouinciales ſeorsũ? Et ſi filius naſcatur ex parẽtibus profeſſis, ſiue adſtrictis caſtitatis voto, an ſine profeſſione in religione cenſeatur legitim⁹ ad ordines, & beneficia abſq; vlla diſpenſatione? *p.*193

V. An illegitimus occult⁹ incurrat irregularitatem? An Pontifex legitimando illegitimũ, habilitet illũ quoad ſpiritualia, & temporalia, ſicut habilitaretur legitimatus per ſubſequens matrimonium? Et an ſi illegitim⁹ diſpenſetur à Papa quoad ordines, intelligatur diſpenſatus ad omnes ordines ſacros? Et beneficia ſimplicia ad patronatus, ad Curata, dignitates, & Epiſcopatus? Et an facultas cõceſſa ſuperioribus Religionum ad diſpenſandũ cum ſuis ſubditis illegitimis ad omnes Prælaturas porrigatur etiam ad obtinendam dignitatem Generalatus? *p.*196

VI. An diſpenſatus quoad omnes ordines, beneficia & dignitates, cenſeatur diſpenſat⁹ quoq; ad Epiſcopatũ, & Cardinalatum? An diſpenſat⁹ ad beneficium poſſit obtinere nõ ſolũ ſimplex, verum, & Curatũ Canonicatũ, dignitatem, & etiã primam poſt Põtificalẽ in Cathedralib⁹, & Collegiatis, & ad duo inſimul beneficia; & ſic vt vno dimiſſo, poſſit aliud obtinere? Vbi de aliis remiſſiuè? Et num hæc dicta de diſpenſato procedãt quoque in legitimato à Põtifice? *p.*303

VII. An illegitimus diſpẽſatus ad ordines, intelligatur, & eo ipſo ad penſionem? An

diſpenſatus illegitimus, vt Clericus fiat, intelligatur tantùm ad primam tonſurã? An diſpenſatus ad dignitatẽ inferiorem vi talis diſpenſationis, eligi poſſit ad dignitatem ſuperiorem, aut è contrà? An illegitimus in ſæculo diſpenſatus ad omnia, & quæcumque beneficia, hoc ipſo poſſit eligi ad Prælaturas, ac dignitates regulares? Et an illegitimus, cui diſpẽſatum eſt à Papa, vt poſſit obtinere beneficium Curatum, ſi poſtea efficiatur Religioſus, egeat noua diſpenſatione, vt prçlatus fiat irregularis? Et an irregularis illegitimus, qui ſuſcepit in ſçculo ſine diſpenſatione ordines ſacros, poſſit poſt religionis ingreſſum, non ſolũ promoueri ad alios ordines, verum, & in ſuſceptis miniſtrare abſque alia diſpẽſatione? An Religioſus diſpenſatus ad gradus, honores, & dignitates ordinis, neceſſe ſit, vt exprimat qualitatem illegitimitatis? Num ſpurcus ſit naturalis, ſacrilegus, aut inceſtuoſus? *p.*208

VIII. An Epiſcopus poſſit etiã cum illegitimis, quibus habet diſpẽſare in ſua Diœceſi quoad ordines, & beneficia, ſicut Papa in vniuerſo orbe, & qualiter? An Capitulum, ſede vacãte, hoc idẽ poſſit? An ad Canonicatũ, & dimidiã portionem? An vt ordinatus illegitimus poſſit ad ſacros ordines aſcẽdere, & in receptis miniſtrare? Et quid cũ irregulari ex occulta illegitimitate? Et num cum proprio filio? Quid de Commiſſario Cruciatç, ac delegato Papæ, vel Rege? *p.*211

IX. An Epiſcopus promouendo ad ordines illegitimum, ſeu alium, qui de jure communi promoueri non poteſt, in caſibus tamẽ, in quibus poteſt diſpenſare, intelligatur cũ eo diſpenſaſſe? An poſſit diſpenſare cum illegitimo ad pluralitatem beneficiorum ſimplicium? Et vt diſpenſatus à Papa ad vnũ ſimplex beneficiũ, poſſit aliud obtinere Epiſcopi diſpenſatione? An poſſit diſpenſare dum Clerico cõiugato? Et an diſpenſatio prçſumatur, ſi illegitimus in habitu, & tonſura incedat? Et an diſpenſatus per ſuum Epiſcopum poſſit beneficiari in diuerſa Diœceſi? Et de aliis pro praxi? *p.*217

X. An filius in dubio præſumendus ſit naturalis; hoc eſt natus ex concubina? An verò ſpurius hoc eſt natus ex coitu dãnato, & punibili ad defectũ natiuitatis pro diſpẽſatione cõſequẽda illegitimitatis? Et an tollatur irregularitas illegitimitatis, nõ ſolũ diſpenſatione, aut profeſſione? verum per morũ probitatem, ſcientiam, & alias illegitimi dotes? *p.*220

Ad Textum in Cap. II. *vſque ad* XVII *hoc titulo, & in Cap.* XV. *Trid. ſeſſ.* 25. *& Clem. Conſt.* p.221

QVÆST. I. AN illegitimus (ſuppoſita diſpenſatione) poſſit habere beneficium, in quo fuit beneficiatus eius pater; qui tempore Cõcilij iam erat mortuus, vel reſignauerat? Vel obtinere illud beneficiũ quod olim pater poſſediſſet ſine legitimo titulo? Vel ſi pater eius habuit tantum titulum, & prouiſionem beneficij, non autem poſſeſſionem? Seu an filius Clerici prohibeatur obtinere beneficium, vel ſeruire tanquam Capellanus amobilis in Eccleſia, in qua eius pater tanquam Capellanus amobilis, ſeu Vicarius temporalis ſeruiui? Vbi de multis caſibus? *p.*223

II. An filij Presbyterorum poſſint habere penſiones ſuper fructibus beneficiorũ, quæ parentes ſui obtinent, vel obtinuerunt? An pater poſſit obtinere beneficiũ in Eccleſia, in qua filius eius habuerit aliud etiam diſſimile? Et quid ſi de præſenti habet? An patres poſſint renunciare beneficia, quæ obtinebant ad fauorem tertij, impoſita penſione, ſoluenda propriis filiis illegitimis? Et quid de patre habente facultatẽ trãsferendi penſionẽ? Et quid quando facta eſt reſigatio alicuius beneficij in fauorẽ filij Clerici, reſeruata penſione reſignãti ſuper beneficio de cõſenſu patris? vbi qualiter probetur Et an qui ante Conciliũ obtinuit beneficium in Eccleſia, in qua pater eius olim fuit Beneficiatus, poſſit poſt Concilium ad aliud beneficiũ aſcendere, ſeu tranſire per optionem, aut alias? *p.*227

III. An Trid decretum in d.c.15. ſeſſ.25. de reform habeat locũ in habentibus penſionem ante Concilium ſuper beneficio à patre obtento? An in habente ante Cõcilium coadiutoria? Cum futura ſucceſſione? An regula de triennali iuuet contra dict. decretum? An nepotes legitimi ex filio, vel filia illegitimis, comprehendantur ſub d. decreto Trid. Et num extendatur ad fratres? Et an contra ius cõmune aliquid innouatum fuerit circa Presbyterorum filios, qui fuerunt nati ex legitimo matrimonio per Trid. in d. c.15. & conſt. Clem. 7. *p.*230

IV. An filius illegitimus Presbyteri poſſit obtinere ex Trid. in d.c.15. & ex d. cõſt. Clem. beneficia, quæ pater ante dimiſit, vel intra tres menſes à publicatione d. Concilij? An poſſit recipi in Clericum Eccleſiæ

Eccleſię receptitię, in qua eius pater fuit receptus? An Trid. Decretũ in dict. c. 15 ſeſſ. 25. de reform. locũ habeat, & ſe extẽdat ad illegitimos regulares filios Religioſorum? An filius Presbyteri, qui ſimul cum patre in eadem Eccleſia beneficium retinet, teneatur præcisè illud dimittere, renunciare, ſiue permutare ſub pœna priuationis, vt nec ſufficiat quod pater ſuum beneficium dimitteret intra illud tempus? Et de aliis dubiis? Et an procedat ſi ſuper beneficio filij, aliquis haberet regreſſum? Et quid ſi tantũ eſſet beneficiũ in perſona patris, & filij cum alternatiua reſidentia? p. 236

V. An Epiſcopus poſſit diſpenſare, vt filius Clerici illegitimus queat habere beneficium in Eccleſia, vbi pater, vel eadem beneficia, quæ pater habuit, vel ſpectet ad ſolum Papam hæc diſpenſatio? An ſaltim poſſit Epiſcopus, ſi quos inuenerit in Eccleſia intruſos, aſſignare eis terminum competentem ad docendũ de diſpẽſatione Apoſtolica, ſi fortè ea ſint ſuffulti? An quælibet diſpenſatio generalis Pontificia ſufficiat, ſeu debeat eſſe expreſſa ad beneficia paterna? Vbi de pluribus caſibus, in quibus exemplificatur c. 2. hoc tit. Et an ſuffragetur tali illegitimo tolerantia Epiſcopi, ſiue poſſeſſio quieta annorum ſcilicet 30. p. 238

Ad Rubricã & Titulũ, De ſeruis non ordinandis, & eorũ manumiſſione. p. 247

QVÆST. I. An ſeruitus ſit naturæ contraria? Quid ſit? Vnde origo etiam mancipiorum? Quibus modis contingat? An vna ſit ſpecies ſeruorum, ſeu plurimæ? Et quam poteſtatem domini præſtent, quominus ſeruus ordinari queat? Vbi de ſeruis adſcriptitiis, cẽſitis, inquilinis, ordinariis Vicariis, & mediaſtinis, & de aliis, qui ſub prædictis nominibus includuntur? p. 242

Ad Textum in Cap. I. II. III. IV. & VI hoc titulo. p. 250

QVÆST. I. Manumiſſio quare requiratur, vt ſeruꝰ ordinari valeat ritè, & rectè, cũ ſint plures ſerui, qui ſine vlla manumiſſione poſſint, non ſolũ, dño contradicente ordinari; imò & ducere vxores, alioſque actꝰ gerere in iure validos? Vbi plura de manumiſſione, & eius effectibꝰ, ac de libertis, & libertinis? *ibid.*

II. An oporteat vt manumiſſio ſit omninò libera, ad hoc, vt ſeruus manumiſſus valeret ordinari, ſeu profiteri, debeatque eſſe abſoluta, aut ſufficiat ſub aliqua cõditione? An manumiſſio debeat antecedere ordinationẽ, vel ſufficiat per ordinationem ipſo facto fieri? Et an ſufficiat etiam licentia domini tacita? p. 254

Ad Textum in Cap. Seruorum, II. hoc titulo, De ſeruis non Ordinandis. p. 256

QVÆST. I. An ſi Epiſcopus ſciens ordinet ſeruum alienum in ſacris ſine licẽtia domini, ſeruus tunc fiat liber? Et an teneatur Epiſcopus, ſi ſcienter eum ſacris ordinet, reddere domino aliquam ſatiſfactionem condignam? Et num idem procedat ſi ſeruum tantũ in minoribus ordinaret? An ſi ſeruus ordinetur in minoribus, contradicente domino, conſequatur nihilominus libertatem, ſi domino ſatiſfactio reddatur nolenti? Et quid de ſeruo, in quo ius pignoris habebã? Et quas pœnas incurrat ſeruus, ignorante domino ordinatus? p. 257

II. Si Epiſcopus ignorans conditionẽ ſeruitutis, ſeruum in ſacris ordinet, an teneatur ad ſatiſfactionẽ domino faciendam qui Epiſcopum induxerunt ad ordinationem, vel rogando, vel falſũ teſtimoniũ ferendo? Et an ſi interlocutores culpa careant, & bona fide, aut cum ignorantia rogarunt, teneantur nihilominus ſatiſfacere domino, vel ſeruus ipſe ordinatus? An ſi ſeruus fraudibus vſus profiteatur? vbi per quod tempus ſi dominus taceat, nec petat ſi ſeruum ordinatum reſtitui, aut profeſſum non audiatur? Et num monaſterium debeat aliquam domino reddere ſatiſfactionem? p. 259

III. An ſi ſeruus profeſſionẽ emittat intra triennium, caſu quo à domino reuocari poteſt, validè profiteatur? An ſeruus poſſit delinquere, & teneatur ex delicto? Et an dominus poſſit illum defendere pro ſuo intereſſe? Et an aduerſus dominum detur actio propter damnũ à mancipio ſuo culpabiliter illarum abſque domini culpa? Et an hæc obligatio liget illico in foro conſcientiæ, aut ſolum poſt iudicis condemnationem? Et quibus probationibus procedatur in ſeruum? p. 261

Ad Textum in Cap. De famulis, III. hoc titulo. p. 263

QVÆST. I. An ætas fuerit de iure antiquo, vt dominus ſerui eum poſſet manumittere? Et qua authoritate ſi eſſet ætatis minoris? Et in qua ætate ſerui præſent, ac poſſint manumitti?

Et an Dominus poſſit compelli, vt ſeruũ ſuum manumittat aliqua de cauſa? Et an ſit ætas conſtituta, vt in minori ætate poſſit ſeruum manumittere pupillus authoritate tutoris? p.264

II. An ſeruus, qui Domino ſuo operas præſtat, manumiſſus aliquo tẽporis ſpatio, ab hac præſtatione liberetur? Et quare ſeruus ab Eccleſia manumiſſus poſſit ordinari, & poſt ſuum obitum quod acquirit ſit Eccleſiæ manumittentis? Et quare ſi Eccleſiam manumittentẽ accuſet, vel contra eã teſtificetur, debeat libertate, & ordine priuari, cũ iã ſemel libertatẽ adeptus, & ſibi acquirat, & poſſit in iudicio petere, ac teſtificari? p.267

Ad Textũ in Cap. Nullus IV hoc tit. p.270

QVÆST. I. AN ſerui adipiſci poſſint libertatem aliis modis præter manumiſſionẽ, & modos, de quibus dictum eſt ſub cap. I. & in Rubr. q. I. An per adoptionem? An ſi Dominus conſentiat in matrimonium, perſona libera ignorante? An eã acquirat ſeruus infidelis, ſeu hæreticus, ſi conuertatur ad fidẽ? An ſerui Chriſtianorũ, qui in Tribunali S. Inquiſitionis damnantur, tanquã hæretici fiant ipſo iure liberi? Et an ſerui, qui à Domino ad turpia ſollicitantur, maneant ipſo iure liberi? Et an ſerui, qui plenam libertatem acquirunt, acquirant eam pro toto orbe? p.271

Ad Textum in Cap. Conſuluit, V. *hoc titulo in ipſo.* p.273

Ad Textum in Cap. Eo libentius, VI. *hoc titulo in ipſo.* p.275

Ad Textum in Cap. Miramur, VII. *hoc titulo.* ibid.

QVÆST. I. AN Epiſcopus ſeruo ſcienter alieno, conferat ordinem Subdiaconatus, teneatur Domino dare duplicem ſatisfactionem, ſicut ſi cõferret illi ordinem Diaconatus, ac Presbyteratus, vel reddi debeat Domino ſeruus ipſe, veluti ſi tantum eſſet ordinatus in minoribus? p.275

Ad Textum in Cap fin. hoc titulo, De ſeruis non ordinandis. p.276

QVÆST. I. AN natus ex libera matre, & patre ſeruo impediri poſſit ad ordines promoueri? Vbi quid quoad ſtatus conditionem, vel honores, nobilia, & dignitates? An natus ex vno parentum libero, alio vero ſeruo, ſit liber, ſeruus? Et ex quibus temporibus natiuitatis filij hoc metiatur? p.277

II. An fœtus ſit liber ſi tempore, quo mater ſe vendidit, vel à patre venundata eſt, prægnans eſſet? An Domino promittente ſe manumiſſurum certo tẽpore ſeruam, promiſſione ipſi ancillæ facta, & nõ impleta tẽpore præfixo, fœtus poſt id tempus conceptus, ſit liber? Et quid de Ancilla ſtatu libera, quę peperit durante cõditionis aduentum? Et an aliqua conſuetudo, ſeu ſtatutũ potens ſit, quod filius natus quoad ſtatum patris, & non matris conditionem ſequatur, aut è contra quoad dignitates, & honores, vt non patris, ſed matris conditionem? p.279

III. An natus ex ancilla communi, quæ ab aliquo Dominorum manumiſſa eſt ante quam alteri Domino pretium ſibi ſolutũ ſit ſuæ partis habitę in ipſa ancilla, liber naſcatur, vel ſit adhuc ſeruituti ſubiectus? Et an libertas tradita ancillę ex tẽpore certo, & pręfinito, aut pro tali tempore v. g. ad duos annos, vel poſt duos annos faciat vt natus liber naſcatur, valeatque ordinari? Et quid de ignorantia ſtatus liberi, nempe eius, cui cõceſſa eſt libertas poſt certum tempus comparanda? Et an liberti ad honores admitterentur, ſi ius aureorum annulorum impetrarent, & non antea ſic vt nec ordinari poſſent, ſeu matrimonio iungi? Et an ſerui poſſint ſe aliquibus modis redimere à Domino Heri? Vbi de aliis? Et quid dicendum, vbi dubia eſt voluntas teſtatoris ſeruo libertatem legantis? p.283

Ad Titulum, De obligatis ad ratiocinia ordinandis, vel non, & in Cap. vnico. p.288

QVÆST. I. OBligati ad ratiocinia, qui reputentur tales, vt ante ea pręſtita prohibeãtur ordinari? An omnis obligatio ad ratiocinia prohibeat ordines ſuſcipi? Vbi quid ſi redditis ratiociniis reſultet ſolùm pecuniarium debitum abſque alia lite, vel infamia? p. 288

II. An irregulares ſint qui obligati ſunt ad reddendam rationem ex aliquo contractu, vt ex mutuo, conducto, depoſito, aut promiſſione, ſeu quolibet alio nullam adminiſtrationem continente? Et an illi, qui nimis ſunt grauati ære alieno,

alieno,ob quod depauperati judicẽtur? Et an ſit irregularis, qui reſeruata ſibi congrua ſuſtentatione bonorum,ceſſionem fecit obligatus ad ratiocinia reddenda? Et num ſit irregularis ille,qui fidejuſſorem præſtat aſſumentem in ſe onus ratiocinij pro ſe? p.291

III. An obnoxij ratiociniis reddendis poſſint ingredi Religionem, ac in ea profiteri,ſi debita ſint certa? Et quid ſi ſint incerta? Et num ſi non habent ſpem ſoluendi manendo in ſæculo? An ingreſſus Religionis liberet debitorem ab onore reſtituendi, ſeu conuentus teneatur reſtituere pro eo? Et an vt ſoluat,teneatur exire de Religione,ſeu eius profeſſio ſit nulla? Et an poſſit expelli à Religione ære alieno grauatus,& de aliis? p.292

IV. An ordinati,ſiue profeſſi,qui ære alieno grauati ſũt,& ad ratiocinia obnoxij, ſi conueniantur à creditoribus ſuis, debeat de eorum cauſa cognoſci corã Eccleſiaſtico,aut corã laico? An Epiſcopus poſſit compellere adminiſtratores piorum locorũ ad rationẽ reddendam, ſeu ſemel redditam, iterùm ad illam compellere? Et an minor 25.annis,qui aliena adminiſtrauit negotia, rationẽ reddere teneatur? Et an non obſtante liberatione tutori à Minore,poſſit ab eo iterùm ratio peti? Vbi de computationibus,& calculationibus factis à Tabulariis? Et an qui tenetur reddere rationẽ,poſſit antea condemnari ad certam ſummam? p.297

Ad Rubricam, & Titul. m, De corpore vitiatis Ordinandis, vel non. p.303

QVÆST. I. AN arreptitij,qui à Dæmone vexantur,qualis dicitur dæmoniacus & energumenus, ſit omninò irregularis; etiam ſi ſemel,aut iterum ſit obſeſſus,& vexatus dæmone? Et an ſi poſt ſuſceptos Ordines eorum corpora fuerint obſeſſa,poſſint in ſuſceptis Ordinibus miniſtrare, ſi omninò à tali vexatione liberati fuerint? Vbi quid de maleficiato, aut fingente ſe dæmoniacum? Et quid de febricitante in amẽtia verſo, ſeu ebrioſo, aut ſtimulato amoris in furorem, arrepto ad tempus breue? Quid de non baptizato, non confirmato,furioſo,& ignorante? p.305

II. An Prælati regulares poſſint judicare de defectibus corporis circa ſuos ſubditos promouendos, ſeu hoc ſpectet ad Epiſcopum? Et an poſſit Prælatus Regularis diſpenſare cũ ſubdito,qui ambulat cum pede ligneo? Et quãdo diſpenſatio ſuper corpore vitiatis ab Epiſcopo cõcedi poſſit? Et quomodo concedi ſoleat in Curia Romana? Et an claudus, qui ſine baculo incedere nequit, adeo irregularis ſit, quod egeat diſpenſatione Pontificia,tã ad ſacros ordines,quam ad primam tonſuram? p.306

III. An Giboſus ſit irregularis? Vbi quid de Pygmæo,& Pumilione,vulgò *ẽn. no.* aut Gigante? Et an ſint irregulares febrificantes continuè,aut laborãtes morbo gallico,lepra,ſcabie,peſte,tuſſi,epilepſia,podagra,aut chiragra? Et quid de illo, qui vinum non poteſt bibere,quin euomat, qui abſtemius vocatur? Et an Papa poſſit cum illo diſpenſare,vt ad Sacerdotium promoueatur,conſecrando ſub vna tantùm ſpecie? p.309

IV. An ſexus muliebris,ſeu Hermaphrodita,ſiue qui caret ætate ad ordines requiſita, dicantur corpore vitiati, vt ex tali vitio dicãtur irregulares,vel ex alio capite? Vbi quid de fœmina erumpente à natura in virum? Et an quis ob nimiã & decrepitã ætatẽ,ſit prohibitus ordinari? Vbi de breui doctrina ad intelligentiam præcedentium, & ſubſequentium in ſingulis capitibus? p.314

Ad Textum in Cap. I. & Cap. Expoſuiſti IV. & Cap. fin. hoc titulo. p.315

QVÆST. I. QVare presbyter,qui in duello digiti partẽ amiſit,poſſit ex diſpenſatione ſui Epiſcopi in ſuo ordine miniſtrare,cũ de jure qui directè nõ cooperatur ad occiſionẽ,non videatur incurrere irregularitatẽ? An irregularitas cõtrahatur ex mutilatione digitorũ,quibus à Sacerdote Euchariſtia contrectatur? Et quid de illo,qui ſibi partem digiti volens abſciderit? Vel de eo, qui caret digitis dextræ, quibus in Miſſa fit Crucis ſignatio? Sen de illo, qui in dextra,vel ſiniſtra habet digitum mediũ,& indicem coniunctũ ſine diuiſione? ibid.

II. An digitos ſenos habens in manibus,ſit irregularis? Vel an poſſit ſuperfluos ſibi digitos amputare illos habens in manibus abſque irregularitate? An ſit irregularis,qui manum habet mutilatam, aut manus articulatas, ſiue aridas, ſeu tremulas? Et an ſit irregularis ille, cui deeſt vngula pollicis? Et an poſſit Põtifex diſpenſare, vt celebret Sacerdos cum vna tantùm manu, aut ſi vtramque habet truncatam? p.318

Ad Textum in Capite, Super eo II. hoc titulo, De corpore vitiatis, &c. p.319

QVÆST. I. AN macula in vno ſolo oculo, reddat ordinem irregularem? Seu ſint irregulares Lyppi, hoc eſt, qui lacrymantes oculos continuo habent? Vel qui Luſcus eſt, ſeu ſtrabo, id eſt, qui habet oculos diſtortos, aut diſpares, vel ſine palpebris? Vel qui habet vnum oculum grandiorem altero? Vel qui habet vnum tantum oculum; ſeu qui caret virtute videndi oculo, qui vocatur canonis? Et quid de cœco ante, vel poſt ordines? Et qua diſpenſatione cœcus celebret? Et an Epiſcopus poſſit diſpenſare cum monoculo ad minores ordines? p.327

II. An carens omnino, vel ex parte naſo, aut habens illum nimis paruum, aut magnum nimis, vel diſtortum, vel qui caret odoratus ſenſus, ſit irregularis? An habens os diſtortum, ſeu labia curroſa, vel abſciſſa, aut cui pars linguæ fuit abſciſſa, vel qui caret omnino dentibus, vel qui furore aliquo ſibi dentes extraxit, ſeu pugno euulſit alterius dentes; ſeu prominentia dentium extra os? Quid de muto à natiuitate, vel caſu facto? Et de balbis? pag.325

III. An ſurdus omnino, aut ſurdaſter, aut qui vna aure caret, ſit irregularis? An qui caret auriculis ſit irregularis, etiam ſi crinibus poſſit talem defectum detegere; vel qui per ſeipſum auriculam totam, vel partem amputauit? Vel ille, à quo per inſidias, ſeu vi inimicorum abſciſſæ ſunt auriculæ? Vel qui in pœnam culpæ fuit priuatus auricula, vel qui alium auricula priuat? p.327

IV. An habens barbam corroſam, aliave deformitate maculatam, ſit irregularis? Et an qui capillis caret ob morbum Gallicum, aut ſimilem? Et an habens cicatrices in facie, ſeu faciem deformem? Et an color Æthyopis, ſeu Mauri, &c. faciat ordinandum irregularem? Vel qui Gibbum habet, vulgò *Lonanillo* in facie? p.329

Ad Textum in Cap. III. IV. & V. hoc titulo. p.330

QVÆST. I. AN qui non ſua ſponte, ſed in cunabulis caſtrati ſint, fiant irregulares? Et an qui caſu aliquo ſine culpa aliqua; Vel ſi à Barbatis abſciſſus ſit; Vel qui caret abſque culpa teſticulis? p.337

II. An qui ſponte, aut ſine iuſta cauſa ſibi virilia amputauit, aut fecit amputari, ſit irregularis? Et quid ſi ex indignatione, aut ſua culpa accideret? Et an ſit irregularis ille, à quo dante operam rei illicitæ, virilia amputata ſint, vt ſi v. g. deprehendatur in adulterio? Vbi de aliis caſibus? Et an qui velo caſtitatis ſibi per ſe, vel per alium amputauit virilia? Et quid ſi id fecerit ob conſeruandam vocem? Et an incurrat irregularitatem, qui euirationem iuſſam à Tyranno, vel quamcumque aliam mutilationem, quæ non ſit partis neceſſariæ ad Ordines, patiantur, etiam ſi deformitatem inducat, vt maius malum euitet? Et an neceſſum ſit abſciſſo virilia in puluerem redacta, aut ſicca ſecum portare, ſi fiat Clericus, vt dicunt vulgares? p.331

III. An Eunuchus, qui occultè, ſed ſponte ſe fecit caſtrare, ſit ab Epiſcopo diſpenſabilis, vt ad ſacros Ordines promoueatur? Et an mulier, quæ erumpente ipſa natura, in maſculum tranſiuit, poſſit initiari ſacris Ordinibus, inconſulto Papa? Et quid de ordinato ſub præualente ſexu virili, ſi poſtea fœmineus præualeat, num conſecret proferendo verba? p.336

IV. An qui vitio corporis cenſetur ad Ordines recipiendos irregularis; ſic etiam, vt nec miniſtret in ſuſceptis etiam in parte? Nec vt retinere poſſit beneficium ſemel iam ritè acceptum? Et quod dicatur modicum vitium, quæ notabilis deformitas, cur incumbat declarare? p.339

V. Medica curatio Hernicorum qua teſte vno orbatur, aut cum priuatur vir altero recondito intra inguem, an reddat illum inhabilem ad matrimonium, & ad Ordines, vbi de quodam reſponſo Medicorum pro intermiſſo Romæ, ibique viſo. p.340

Ad Rubricam, & Titulum de Bigamis non ordinandis. p.342

QVÆST. I. AN irregularitas ex Bigamia, ſeu Polygamia ſit Iure Diuino, vel tantum Canonico? Et an ad illam contrahendam requiratur, quod vtrumque matrimonium ſit conſummatum, ſeu ſufficiant ſponſalia? Seu amplius requiratur ſeminis emiſſio intra vas mulieris; Et quod ipſa infimul ſemen emittat? p.343

II. An qui ante Baptiſmum duas habuit vxores legitimas, & cum vtraque conſummauit, ſit Bigamus, maneatque irregularis poſt Baptiſmum? An qui contrahit duo matrimonia, ſed vtrumque inualidum, ſit Bigamus? Et quid ſi duo conſummat matrimonia, alterum quidem irritum? Et an Bigamia cadat ſupra infidelem pro tempore infidelitatis? Et an Monogamia fuerit in honore apud Gentiles? p.346

Ad Cap. I I. & Penult. De Bigamis. p.349

QVÆST. I. QVare Bigami exiſtimentur mariti repudiatarum vxorum, cum pateat nullum poſſe propriam legitimam vxorem repudiare? Et quare vera Bigamia dicatur illa, quæ ex duobus matrimonijs oritur ſucceſſiuè, contractum ſecundum, mortua prima vxore, cum hic nullus detur ſubſtantialis defectus ex parte Sacramenti in ſecundo matrimonio: & è contra videamus pœnitentiam iure imponendã propter ſecundas nuptias? Et an ad Bigamiam veram contrahendam ſufficiat duplex matrimonium exterius contractum, & conſummatum, quando contingit alterum eorum inualidum eſſe? p.350

II. An Bigamia incurratur per multiplicem concubinarum, deficienti matrimonio iure, vel de facto? An Bigamus ſit, qui ducit eam, quæ ab alio corrupta eſt? Et quid ſi non recepto ſemine? Vel quæ integra manens ſemen viile receperit, aut extraordinariè, ſodomiticéve cognita eſt? Et an Bigamus verus ſit, qui prima legitima ſuperſtite, & nondum vxore cognita, ad alias tranſiuit nuptias, illaſque conſummauit, ſi poſtea coactus ab Eccleſia, ad priorem vxorem redeat, ac illam cognoſcat? Et quid ſi quiſpiam prioris matrimonii, nullitate cognita propter impedimentum dirimens, aut ex defectu conſenſus, aliud ineat? Et quid ſi ignorauerit impedimentum ſubeſſe, quo poſtea cognito matrimonium ſeparetur judicio Eccleſiæ? p.352

Ad Textum in Capite, Super eo, II. hoc titulo. p.357

QVÆST. I. AN Pontifex Summus poſſit in vera Bigamia, & irregularitate ab ea orta diſpenſare? Et qua poteſtate? Et an Epiſcopus ad ſacros Ordines ſuſcipiendos, ſeu ad minores, vel diſpenſare cum Bigamis propriis, vt in ſuſceptis ordinibus miniſtrent, vel ſaltem quoad minores ordines cum Bigamis interpretatiuis? Et num Commiſſarius Cruciatæ habeat facultatem diſpenſandi in Bigamia? *ibid.*

II. An ſi Bigamus proprius, vel interpretatiuus tranſeat ad Religionem, poſſit Epiſcopus cum eo diſpenſare ad ſacros Ordines ſuſcipiendos? Et an poſſit diſpenſare, quando merus laicus Bigamiam contraxit, qui nondum ſtatum, aut priuilegia Clericalia habuit? Vel in caſu, quo adſit legitima, & euidens cauſa, vt nobilitatis, & ſcientiæ? Et an ad impetrandam diſpenſationem in Bigamia, debeat explicari, quod nuptiæ ter, aut quater, aut pluries ſint celebratæ, vt facere mentionem, quod eſt ligatus duplici Bigamia? Et an proprius Bigamus, aut interpretatiuus priuetur priuilegio fori, & canonis; item, & habitus Clericalis, ac beneficio Eccleſiaſtico, aliiſve miniſteriis Eccleſiæ? Et quid de Bigamo ſimilitudinario? p.361

III. An diſpenſatio præuentiua, & præſeruatiua remouens de medio obſtaculum Canonis inductiui Bigamiam, impediat Bigamiæ incurſum, & efficiat vt permaneat præſeruatus, non ſolùm Clericatus habitu indelebilis, ſed etiam exercitium ad effectum diſpenſatum? Et an dum Papa diſpenſat verè in

defectibus juris poſitiui, remaneat quis propriè, & ſemper, prout ab initio erat ante Bigamiam, vel caſum irregularitatis? Et an talis diſpenſatio ſit ab initio purè præuentiua, ſeu dependeat à caſibus futuris expreſſis in ea? Et an diſpenſatus pro penſionibus retineat clericatum illæſum ad defectum diſpenſatum? Vbi de Bullis Sixti V. loquentibus de præuentiua Bigamiæ futuræ diſpenſationis? Et quas pœnas incurrat Epiſcopus ordinans Bigamum, & ipſe Bigamus ordinatus? *p.*364

Ad Textum in Cap. III. *hoc titulo, De Bigamis in ipſo.* p 366

Ad Textum in Cap. Nuper IV. *hoc titulo.* p.367

QVÆST. I. AN ex vnico matrimonio contrahatur interdum Bigamia interpretatiua? Et an illam incurrat, quando cum vidua nulliter matrimonium contraxit? Et an qui contrahit verum matrimonium cum vidua à priori viro cognita, & conſumat illud, verè contrahat Bigamiam interpretatiuam, & irregularitatem defectu Sacramenti? Et an qui contrahit matrimonium cum corrupta ab alio, dicatur Bigamus interpretatiuus? Et quare talis non efficiatur, quando illam duxit à ſe corruptam? *p.*368

II. An cenſeatur Bigamus interpretatiuus, qui contrahit cum vidua exiſtimans illam eſſe virginem, cum tamen ſit corrupta à priori marito? An qui poſtquam duxit virginem, quæ adulterata eſt, illam carnaliter cognouit, ſciens, aut ignorans; & etiam ſi ipſa vi oppreſſa ab alio cognita fuit; vel qui coactus ab Eccleſia per cenſuras, vt ad vxorem rediret, illam cognouit? Et an incurrat prædictam Bigamiæ irregularitatem, qui cognouit vxorem, quæ ex falſo rumore, & fama mortis primi ſui mariti, ſecundas nuptias contraxerat? *p.*370

V. An ſi matrimonium cum vidua, vel corrupta, ſit validum iuxta Eccleſiæ præſumptionem, quamuis in foro exteriori non ſit tale, incurratur irregularitas Bigamiæ interpretatiuæ? Et an ſi de facto cohabitet vir cum ſua vxore adultera, ſi illam amplius non cognoſcat? Et de aliis remiſſiuè. *p.*372

IV. An Polygami delictum propter ſuſctam hæreſim priuatiuè ſubjaceat Tribunali Inquiſitorum, etſi Reus ex ſolo duplici præuentus fuerit, vel ab Eccleſia, vel à Iudice laico? Et an ſine metu irregularitatis poſſint Curiæ ſæculari tradere illum alio delicto irretitum, ſiue familiares delinquentes, qui nequeunt foro Inquiſitionis potiri? *p.*373

Ad Textum in Cap. Debitum V. *hoc titulo.* p 386

QVÆST. I. AN vir corruptus ducens virginem, & cum ea copulans, ſit Bigamus, & irregularis? Et quia negatiuè reſpondetur, tunc inquiritur de ratione, quare maior caſtitas in vxore, quàm in viro requiratur, cum fides eorum ſoleat ad paria iudicari? *p.*387

Ad Textum in Capite, Quia circa VI. *hoc titulo in ipſo.* p.388

Ad Textum in Cap. Nullus, fin hoc titulo. p 389

QVÆST. I. AN ex vnico matrimonio nullo, interdum contrahatur irregularitas propter Bigamiam ſimilitudinariam? An profeſſus matrimonium iniens cum vidua, ſit irregularis? Et quid ſi Clericus in ſacris conſtitutus? Et an ſi virginem ducant, & an deſideretur copula, & qualis? *ibid.*

II. An Ieſuita poſt biennium iam ab eo, votis ſimplicibus emiſſis, matrimonium contrahendo, incurrat Bigamiæ ſimilitudinariæ irregularitatem? Et an illam incurrat, qui poſt emiſſum votum ſimplex caſtitatis, matrimonium contrahit? Aut illam contrahat vix ſolutus ducens in vxorem Monialem iam profeſſam? Et an Bigamia ſimilitudinaria priuet in ſacris conſtitutum, aut profeſſum priuilegio fori, & canonis, item, & beneficiis, aut officiis Eccleſiaſticis? *pag* 392

III. An

III. An Papa ſolus diſpenſet, ſeu poſſit etiam Epiſcopus cum Clerico in ſacris conſtituto, qui contraxit matrimonium cum vidua, vel corrupta? Et quid ſi contraxit cum virgine? Et num Abbates ſæculares, ſeu Commiſſarius Cruciatæ, aut Prælati Regulares queant cum illis diſpenſare? Et an Epiſcopus poſſit diſpenſare in Bigamia ſimilitudinaria Religioſi profeſſi? Seu abſolutè diſpenſare, quando talis Bigamia oritur ex delicto occulto? p.393

Ad Titulum, De Clericis peregrinis. p.395

Ad Textum in Capite, Tua nos I. *hoc titulo.* p.396

QVÆST. I. QVare Clerici peregrini vltramarini, & valdè remoti ordinationem ſuam probare debeant per quinque Epiſcoporum ſigilla, vt admittantur ad celebrandum, & Sacramenta adminiſtranda hic v. g. in partibus, cum videamus multa eſſe Clericorum priuilegia peregrinantium. Et quod non requirantur plus, quàm tres ſubſcriptiones Tabellionum ſignantium, vt detur fides in quantumuis arduis actis in remotis, & admodum longinquis partibus? Vbi aliquid de aliis tranſlatis vocatis metroicis, ſeu mærecis? p.397

II. An peregrini laici, aut Clerici poſſint tranſuerſo itinere vagari? Quid de Regularibus ad Indos miſſis? Et quid de exteris peregrinis venientibus ad inuiſenda limina D. Iacobi? Et an Clerici peregrini poſſint petere eleemoſynam? p.399

III. An opiniones nouæ vitandæ ſint, aut qua de cauſa ab antiquis dictis diſcedendum? p.400

Ad Textum in Capite, Inter quatuor II. *hoc titulo in ipſo.* p.401

Ad Textum in Capite, Tua fraternitati III. *hoc titulo in ipſo.* p.402

Ad Textum in Capite, Te nobis, ſin hoc titulo in ipſo. ibid.

Ad Rubricam, & Titulum, De Officio Archidiaconi. p.403

QVÆST. I. ARchidiaconus quare ſit major in Dignitate Archipresbytero, cùm ille tantùm præſit Diaconis, iſte verò Presbyteris? Vbi de officio Diaconorum, & Subdiaconorum, & quo tempore vtrique creati? Et de Diaconis? Et num Apoſtoli fuiſſent vxorati? p.408

II. An Diaconi, vt munus ſui ordinis adimpleant, teneantur prædicare? Et an ſic continere, vt nunquam potuiſſent poſt Ordinem Diaconatus ſuſceptum, contrahere matrimonium? Et an Papa diſpenſare valeat, vt in illo Ordine conſtitutus poſſit ducere vxorem; ſic vt liberetur ab obligatione Ordinis, & beneficij? Et an Archidiaconi poteſtas porrigatur in Eccleſia ad alios Acolytos? Et an Archidiaconus fieri poſſit, ſeu Canonicus portionarius, qui habet portionem aliqua penſione grauatam? p.417

Ad Textum in Capite I. *Cap.* II. *Cap.* IV. *&* VI. *Cap. Ad hæc,* VII. *hoc titulo.* p.422

QVÆST. I. AN Archidiaconus ſic dicatur Vicarius Epiſcopi, vt habeat perpetuam Vicariam, & iuriſdictionem ordinariam? An eodem iure viſitare valeat? Seu an mittere in poſſeſſionem inſtitutos ab Epiſcopo? Seu valeat inſtituere? Et an Sede vacante valeat eam exercere iuriſdictionem? Et an different Archidiaconus, & Vicarius Epiſcopi in ſpectantibus ad iuriſdictionem? Et quis eorum præcedat quoad ſtallum in Choro? Vbi de Vicario foraneo? Et an poſſit cauſas criminales cognoſcere ſine Capitulo? *ibid.*

Ad

Ad Textum in Capite, Officium, II. *&* *Cap.* III. *hoc titulo.* p.427

QVÆST.I. AN Archidiaconus teneatur cum Epiſcopus celebrat ſolemniter, & ipſe etiam indutus paramentis Diaconalibus canere Euangelium, ſeu poſſit aliis committere? Et quæ Archidiacono competant, dum Epiſcopus ſolemniter in Eccleſia incedit? Et quæ alia circa horarum cantum præcipere, ac de cuſtodia ſacrorum vaſorum? Et an, abſente Epiſcopo, præferatur Archipresbytero in celebratione Miſſarum ſolemnium, ac in deferendo ſolemniter ſacram Euchariſtiam? *ibid.*

II. An Acolyti, hoc eſt, minores alij Eccleſiæ Miniſtri, ſubſint etiam Archidiacono, vbi præter ſolemnia ordinum minorum, de quibus ſub Rubr. & Tit. de temporib. ordin. ac de ætate ordinandor. & alibi ſuprà, ſcitur quale ſit officium in Eccleſia, ſcilicet Acolyti in ſpecie, Exorciſtæ, Lectoris, Hoſtiarij, ſiue Sacriſtæ, Pſalmiſtæ, Foſſarij, & Pſalmicantoris? Et an omnes iſti validè poſſint contrahere matrimonium in officio Eccleſiæ remanendo? Et num peccent miniſterium adimplentes in peccato mortali? p.431

Ad Textum in Capite III. *hoc titulo in ipſo.* p.438

Ad Textum in Cap. Cum ſatis, IV. *hoc titulo in ipſo.* ibid.

Ad Textum in Cap. Archidiaconus, V. *Cap Significaſti*, VIII. *Cap. Vt noſtrum*, IX. *hoc titulo.* ibid.

QVÆST.I. AN Archidiaconus poſſit exercere juriſdictionem ſuam, excommunicando, ſuſpendendo, & interdicendo? An queat dare dimiſſorias litteras ad ordines; ſic vt per eas ordinatus nullam incurrat pœnam? Et an Archidiaconus ordinandos valeat examinare, & Epiſcopo præſentare? Et an Archidiaconi officium ſit ponere Prælatos in Sede? Vel an poſſit habere familiam armatam ad executionem ſententiarum, vel capiendos delinquentes, vt habet Epiſcopus? *ibid.*

Ad Textum in Cap. Mandamus, VII. *hoc titulo in ipſo.* p.443

Ad Textum in Cap. Ad hæc, VIII. *hoc titulo.* ibid.

QVÆST.I. AN Archidiaconus de jure communi habeat curam animarum, & etiam in foro contentioſo? Debeatque eſſe graduatus, & quo gradu? p.444

Ad Textum in Cap. Significaſti, IX. *hoc titulo in ipſo.* ibid.

Ad Textum in Cap. Vt noſtrum, X. *hoc titulo, in ipſo.* ibid.

Ad Textum in Capite fin. hoc titulo in ipſo. ibid.

Ad Rubricam, & Titulum, De Officio Archipresbyteri. p.447

QVÆST.I. AN Presbyteri, & Sacerdotes ſubſint Archipresbytero? Et quale ſit eorum officium in Eccleſia Catholica Romana? Et qua de cauſa potuerit dicere Clemens Pontifex Presbyteros, & Sacerdotes legis Euangelicæ ad imitationem Gentilium creatos fuiſſe à D. Petro? Vbi de Sacerdotibus Gentilibus, & antiquæ legis, & quo in honore fuerint? Item de Pontificibus illius temporis, ac noſtro Pontifice Romano, qui dicitur Summus Sacerdos? Vbi qui dicantur in Eccleſia Copiatæ, ſiue Decani, aut Parabolani?

Et

Et quale officium iſtorum, &de Decania, ſiue Diaconia? *p.*449

II. An Cardinales, Patriarchæ, ſiue Primates, Archiepiſcopi, Epiſcopi, differant in poteſtate, & dignitate? Quale ſit omnium officium ſpeciale, & onus? Et an iſtæ dignitates poſitæ ſint in Eccleſia à Diuo Petro, imitando Archiflamines, & Flamines primos, & Diales, quibus vtebantur Pontifices Ethnici? Vbi aliquid de ornatu eorum, ac noſtrorum Principum Eccleſiæ? *p.*456

III. An Canonici Aſſiſſij, ac Portionarij, ſiue Miſſionarij habeant in Eccleſiis Cathedralibus, & Collegiatis peculiaria aliqua officia? Et quale debeant exercere ex propria inſtitutione Canonici Doctoralis, & Magiſtralis? Vbi de Bulla Vrbani VIII. & Auctoris conſeruatione in Eccleſia Valiſoletana ſimul cum Inquiſitione? *p.*477

IV. An Canonici dignitates, & Aſſiſſij teneantur ſociare, & reducere Epiſcopum venientem ad Eccleſiam celebraturum, vel diuina officia auditurum? Et quid reſpectu Dominorum temporalium venientium ad Cathedralem propriæ Ciuitatis? Et an Epiſcopo celebranti, & alia Pontificalia exercenti aſſiſtere, ac inſeruire teneantur? Et quale officium debeant, ac poſſint intra, aut extra Eccleſiam præſtare Canonici Coadjutores, & in quo loco ſedere; & cum proprietarijs coadjutis concurrere? Et an Canonici, qui vocantur adiuncti habeant officium, ſeu juriſdictionem exercere ſimul cum Epiſcopo? Et ad quos effectus, & reſpectu quorum de Eccleſia beneficiatorum, & ſi quis ſedeat prius, aut ſtet? Et an officium Canonicorum debeat per ſe adimpleri, aut valeat per ſubſtitutos? Vbi an cogi poſſint ad canendam Epiſtolam, & Euangelium, ſi alius Canonicus, aut Portionarius celebret? Et de Punctoris officio in Choro. *p.*479

Ad Textum in Capite I. *hoc titulo, De Officio Archipresbyteri, in ipſo.* p.501

Ad Textum in Cap. Myſterium, II. *&* III. *hoc titulo.* ibid.

Qvæst.I. AN Archipresbyter ſit parochorum primus; ſic vt quemadmodum quilibet Parochus in propria Parochia, ita ille in Cathedrali, & in cæteris totius Diœceſis? Et quæ incumbant miniſtrari ab Archipresbytero, ſiue quolibet Parocho ex officio Curæ? *p.*502

II. Parochus an debeat curare, vt ſana doctrina, & boni mores in plebibus ſuis conſeruentur, vitia auertantur, diſcordias componere, infirmos ſuæ Parochiæ viſitare, & opportunis remedijs juuare? Et an Parochus debeat habere alios libros, præter librum Baptizandorum, ad inſcribendum matrimonia contrahentes in ſua Parochia, vel Eccleſia, & ad inſcribendum mortuos, ac ſepeliendos, ſepultoſve in ea? Et an debeat etiam habere matriculam omnium, qui ſunt ſub ſua Parochia? In qua forma? Qua cuſtodia? Et quæ fides eis præſtetur? An debeat facere Proceſſiones per Parochiam, ſeu poſſit alius, eo nolente? Et an in die Sabbati ſancti poſt factam fontis benedictionem, aut in ipſa die Reſurrectionis ſpectet priuatiuè ad Parochos aſperſiones domorum facere, ac de alijs remiſſiuè, quæ pertinent ad Parochi officium? *p.*516

Ad Textum in Cap. Officium, III. *hoc titulo in ipſo.* p.523

Ad Textum in Capite, Vt ſingulæ, fin. hoc titulo, De Officio Archipresbyteri. ibid.

Qvæst.I. AN Archipresbyter habeat ordinariam iuriſdictionem de iure inſtar Archidiaconi reſpectu Epiſcopi? Et in quo differat? An Archypresbyteri rurales eandem poteſtatem habeant, an Archipresbyter Cathedralis? Et in quæ opera inſtituti? Et an Decani rurales differant ab illis, & qui tales dicantur? Et an ſint dignitas in Eccleſia? Et quare plebs quælibet debeat habere ſuum Archipresbyterum? Vbi Plebanus, & Plebania quid ſint? Et an dignitatem plebanus retineat? Et de aliis nominibus infrà in Cap.2.de Officio Cuſtodis, q.2. *ibid.*

Ad

Ad Titulum, De Officio Primicerij. p.529

Ad Cap. vnicum. ibid.

QVÆST. I. AN Primicerius ſit idem quoad officia Eccleſiæ, quod Præcentor, & Cantor, ſeu Magiſter ſcholarum, ac Chabiſcolus? Qui propriè quilibet dicatur, & ad ciuilia munia quis diceretur Primicerius? An dignitatem habeant in Eccleſia? Et ſuccentor, ac concentor quis dicatur, & ad quale officium? Et num Primicerius, Præcentor, Concentor, & Magiſtri ſcholæ præferantur Acolythis, Exorciſtis, Pſalmiſtis, atque Lectoribus, ac de aliis? Et an Primicerius vocetur etiam Præpoſitus? *ibid.*

II. An Magiſter ſcholæ, ſeu ſcholaſticus in Cathedralibus, & Collegiatis diſtinguantur hodie iam à Primicerio, in officio, ac dignitate? Et quale officium ſpeciale per Concilium Trid. exercere debeat diſtinctum ab illo, quod Primicerius, Cantor, ſiue Præcentor exercent, etiam in docendo? Et an dignitas Magiſtri ſcholæ debeat dari Doctoribus, ſiue licentiæ gradibus inſignitis in ſacra Theologia, aut ſacris Canonibus, & per quam Vniuerſitatem? Vbi de Magiſtris ad docendum pueros, ſeminarij erecti in Cathedrali, iuxta Trident. ſeſſione 23. cap. 18. de reformat. Et de Magiſtro Capellæ, Magiſtro Chori, & de Magiſtro cæremoniarum, & de Magiſtris aliis ſcholæ puerorum? p.535

Ad Titulum, De Officio Sacriſtæ, & Cuſtodis, in ipſo vnico. p.538

Ad Caput vnicum, De Officio Sacriſtæ. p.539

QVÆST. I. AN Sacriſta in aliquo differat à Theſaurario? Et quale officium vtriuſque in ſpecie, hodie iam iuxta vſum Eccleſiarum Cathedralium? An ſicut Theſaurarius dicitur hodie dignitas in Cathedralibus, & ſimiliter de Sacriſta verificetur? Et an ſicut iam nominatur Theſaurarius quidam maior, exinde inferatur ad alium Theſaurarium minorem, qui propriè, & in ſuo origine ſit Sacriſta, ſicut de noſtro titulo ſolet cantari? Vel an hodie Sacriſta, de quo titulus de Officio Sacriſtæ propriè Sacriſta maior in ordine ad Cuſtodem eſſet, & Cuſtos in ordine ad illum Sacriſta minor ad inferiora Eccleſiæ officia deſtinatus? Et an Sacriſta habeat commune cum Archidiacono ſeruare, & cuſtodire vaſa ſacra Eccleſiæ, ſeu ſit inter illos aliqua differentia quoad prædictam Cuſtodiam; ſic vt nec vnus pro alio vſurpetur? *ibid.*

II. An Sacriſta, Theſaurarius, & Cuſtos ex vi nominis cuiuſque denominentur ab eadem cauſa, & ad eundem finem? Et an Cimeliarca, Cimilcharchium, Siminile, ſeu Ciminilia, vel Cimelia, habeant aliquam ſimilitudinem cum prædictis nominibus? Et quid ſi velit Ciminiarcha, & Sacellarius quoad Eccleſiaſtica? Et quæ differentia in vſu practico ſit inter Theſaurarium, & Sacriſtam? Et an Cuſtos Eccleſiaſticarum rerum poſſit habere dignitatem in Cathedralibus? p.542

Ad Titulum, De Officio Cuſtodis, in Cap. I. pag.544

QVÆST. I. CAmpanarum vſus in Eccleſiis quare introductus? Quando ad quos effectus? Et quid ſibi velit campanas baptizare? Et qui eas habere poſſint, quæ primo pulſantur? Corporale quid ſit? Vnde dictum? Quid repræſentet? Cur Palla nominetur? Quotuplex ſit Palla, ac de aliis circa materiam, & vſum? Et lampades, ac lucernæ cur in Eccleſia introductæ? Et quare dicta hora lucernalis, &c. p.545

Ad Textum in Cap. fin. hoc titulo, De Officio Cuſtodis. p.551

QVÆST. I. INcenſi oblatio in Eccleſia à quo tempore introducta? Vbi de Thuribulo, & thymiamaterio? Quid ſignificet thuribulum? Incenſi vſus

quare introductus in Eccleſia Catholica? Et thus apud Gentiles, quando in vſu? Et quod ab hæreticis incenſi vſus ineptè reiicitur? Vbi qui mittentes, thurificuli, & ſacrificati dicerentur? *p.552*

II. An Archimandrita, Archigerontes, ſiue Diœcetæ, Archipſaltes, & Archiphaxaphoniſta ſint Miniſtri deputati ad exercenda aliqua officia intra Eccleſiam; Et quæ illa fuerunt, aut ſint? *p.554*

Ad Rubricam, & Titulum, De Officio Vicarij.

QVÆST. I. VIcarij perpetui Parochialium, an dicantur beneficiati, ſicut & ipſi Parochi? Et an Vicarij earum alij, qui perpetui non ſunt dicantur amobiles, nec vllo modo beneficiati? Et qua differentia nominentur ad ſeruiendum in Parochialibus? Et an Rectore mortuo, duret nihilominus ſibi Vicarius perpetuó ſuffectus? Et an idem ſit de Vicario temporali? Et an mortuo Præſide, ſiue Epiſcopo, poſſit eius Vicarius execere iuriſdictionem? Et qui de materia Vicarij perpetui in beneficiis, aut temporalis item & Epiſcopi agant? *p.558*

Ad Textum in Cap. I. & II. hoc titulo, De Officio Vicarij, in ipſo, p.563

Ad Textum in Cap. III. & fin. hoc titulo, De Officio Vicarij. p.564

QVÆST. I. AN Vicarij perpetui conſtitutio, & inſtitutio ſpectet ad ordinarium Epiſcopum præciſè, ſeu queat ad alios pertinere ex Trid. ſeſſ. 7. de reform. cap. 7. in aliquibus caſibus? Et an in Monaſteriis poſſit Epiſcopus ponere Vicarium perpetuum, ſiue temporalem, quando transfertur in illum tota cura animarum? Vbi de differentia inter Rectorem proprium, & eius Vicarium quoad curam, cæteraque munera Parochialia? Et cum quo ſtipendio, ſiue congrua portione? *ibid.*

II. An habens dignitatem, vel Canonicatum in Cathedrali, vel Collegiata Eccleſia, cui acceſſoriè, & in perpetuum eſt annexa Parochialis per Vicarium temporalem eſſe deputatum ab immemoriali deſeruiri ſolitam, poſſit in illius Curæ exercitio ſe intromittere; Et quid de Rectore, cui eſt vnitum aliud beneficium ſimili obligatione, & vnione? Et an ſi in ea ſe ingerant, faciant actum validum? Et an in Eccleſia, vbi eſt vnus Paſtor principalis, poſſit, & alius æquè principalis, ſiue Vicarius perpetuus deputari; ſic vt eodem tempore ambo deſeruire valeant eidem cum plena iuriſdictione Parochiali? Et an in Vicario temporali habeant locum regulæ de annali, de trienali, de nominationibus, aut reſeruationibus? *p.569*

III. An Vicarij debeant inſtitui ad præſentationem Canonici, vel beneficiati, cuius Canonicatui, vel beneficio Parochialis acceſſoriè eſt vnita? Et quando dicatur vnio facta plenè quoad temporalia, & ſpiritualia? Et in quo differat vtraque, ſi quoad vnum, & non aliud facta ſit? Et an Rector Eccleſiæ Patronatæ poſſit apponere Vicarium temporalem ſine conſenſu Patroni? Et an Rector, ſiue Epiſcopus poſſint ſemel aſſignatam portionem, ſiue congruam Vicario perpetuo, aut temporali reuocare, vel diminuere? Et an appellatio à nominatione Vicarij, vel aſſignatione congruæ operetur vtrumque effectum? *p.574*

IV. An Rectoris prohibitio ſe ingrediendi in cura animarum, ſpreto Vicario, abſolutè intelligatur, ſeu tantum procedat in Vicariis Parochialium vnitarum alteri beneficio independenter? Et an Vicarij iuxta Trident. in cap. 7. de reformat. ſeſſ. 7. & conſt. Pij V. perpetui pro tempore deputati teneantur expedire nouam prouiſionem, & ſoluere annatam? Et an ſi dubium eſt, num Vicaria ſit perpetua, vel temporalis, debeat attendi vltimus ſtatus? Et an appellatio à nominatione Vicarij facta ab Epiſcopo, ſeu ab aſſignatione congruæ pro victu Vicarij, ſuſpendat vtrumque effectum, vel tantum deuoluat? non enim executionem impediat? *p.576*

V. An in Vicariis perpetuis Parochialium vnitarum debeat fieri concurſus, ſicut in Parochialibus, ſaltim iuris patronatus Eccleſiaſtici? Vbi quid ſi Vicaria ſit de per ſe, & ſi etiam vnita? Et an procedat etiam quando Vicaria vacat in menſibus reſeruatis?

Et an Vicarij nominatio interim , dum vacat Parochialis , ſpectet ad Epiſcopum cum aliquo examine , an ad libitum remoueri poſſit? Et intra quod tempus, tam iſte Vicarius, quàm aliquis aliꝰ perpetuus , ſiue temporalis ? Et alia de congrua tali Vicario aſſignanda? p.578

Ad Textum in Cap. Clericos IV. *hoc titulo.* p 583

QVÆST.I. AN Vicarius Parochiæ perpetuus , ſiue ad nutum amobilis, poſſit ponere alium Vicarium, ſibique in officio impendendo, Curati aliquando ſine Epiſcopo ſubſtituere ? Et an Vicarius Epiſcopi ea facere queat ex ſola commiſſione generali abſque ſui Epiſcopi ſpecialis licentia ? Et quid de Vicario , ſiue Delegato Papæ? Et de Vicario Capituli, Sede vacante? *ibid.*

II. An Inquiſitores S Officij, & Regij Auditores, fiſcales atque Iudices ordinarij, deſeruire poſſint per ſubſtitutum ? An Decuriones ? An cui datur facultas excommunicãdi, detur facultas vices ſuas committendi? Et an ſubſtitutus gaudeat honoribus illum ſubſtituentis? Et num ſubſtituens poſſit mulctari ex defectu ſubſtituti ? *ibid.*

Ad Textum in Capite , Sua nobis V. *hoc titulo.* p.590

QVÆST.I. AN Vicarius Papæ habeat iuriſdictionem in alios Officiales Papæ, non ſolum in vrbe, verum & extra? Et in quibus caſibus, aut circa quæ habeat cognoſcere, ſiue diſponere? Et an officium eius expiret, mortuo Pontifice? Vbi de aliis Vicariis mandatariis Papę; An Vice Cancellarius Papę præponetur adminiſtrationi iuſtitię, ſeu alij ſpeciali officio Pontificis ? Et num morte Papæ expiret? Quid de Camerario, Commiſſario Cameræ, & Clericis de Camera, ſiue Magiſtro viarum? De Pœnitentiario ſummo, ſiue Bibliothecario ? Et an iſti poſt mortem Papæ durent in officio ? Præpoſitus officio ſacræ generalis Inquiſitionis, aut cuilibet alij officio ad libitum Romani Pontificis, ſint eligendi è ſacro Cardinalium Collegio? *ibid.*

II. An Vicarius Papę ratione ſui officij ſine Epiſcopi proprij licentia, ordinare forenſem poſſit? An Auditor Cameræ habeat iuriſdictionem ordinariã, & circa quæ? Et qualẽ Auditor Rotæ, & confidentiarum? Et num morte Papæ expirent eorum officia? Qualiterque vendantur auditoriatus, & Clericatus Cameræ? p.595

III. An Referendarij officium ſit ſignare ſupplicationes ordinarias, & extraordinarias, exiſtẽs cum aliqua dignitate Eccleſiaſtica? Quot eligi, ac quarum qualitatum? An Prælati retineant ſignaturæ gratiæ officia, Sede vacante? Et ad quem effectum Summi Pontifices ſignaturam gratiæ, & iuſtitiæ conſtituerint? Abbreuiatorum quæ ſint officia? Quibus potiantur quantum durent? Et an eadem dicẽda ſint de Scriptoribus; Et de Secretario Breuium Pontificis; Vbi de Gubernatoribus, & qui olim fuerint Vice-dominus, Caſtaldus, & alij Papæ; Et Collectoris, atq; Subcollectoris officiũ quale, & cũ qua iuriſdictione; Et an Cancelaria ſuppleat Cõcilij derogationẽ? p.599

IV. An Prothonotariorũ participantium, aut titularium, ſeu extraordinariorum officium ſit dignitatis, & iuriſdictionis; & ita Papæ Commenſales, vt eorum beneficia ſint reſeruata? Et an qui habuit ſcriptoriam Apoſtolicam, & dimiſit, ob iſtam dimiſſionem deſinat eſſe Prothonotarius, ſicut deſinit eſſe Scriptor; ita vt beneficium, quod obtinebat intelligatur eſſe reſeruatum, vel non; Et an ſinito officio, omnibus priuilegiis veris Prothonotariis conceſſis, priuetur; Et de aliis Notariis inferioribus Curiæ? Curſores Papæ qui dicãtur? Aduocati Conſiſtoriales qui; Et qui ex officialibus Curiæ dicantur familiares, ac Papæ Commenſales; Et de materia Vicarij Epiſcopi tam Generalis, quàm foranei; item Capituli, remiſſiuè? p.606

V. An Vicarius neceſſariò cõſtituendus ſit ab Archiepiſcopo, & Epiſcopo pro rebus iuſtitiæ, & gratiæ? Quis debeat eligi, & nominari; An ex quo creatus eſt, dicatur Iudex delegatus, aut ordinarius, habens eandem iuriſdictionẽ, ac Epiſcopus ipſe, vel limitatã ad caſus tantum ſuæ commiſſionis; Et quænam exercere valeant ex ſolo mandato generali? p.615

VI. An Vicarius foraneus Epiſcopi habeat iuriſdictionem ordinariam; Et quare ab eo appelletur ad Epiſcopum, non ſic à Vicario Generali? Et an Vicarius, qui alias dicitur Generalis, in caſibus exceptis à iure, quibus deſideratur ſpecialis Epiſcopi commiſſio, ſit habendus

in illis, non vt ordinarius, ſed tantum vt delegatus, & in illis appellatio admittatur ab eo ad Epiſcopum, ſicut admittitur à Vicario foraneo? An à Vicario Epiſcopi,vel ab Epiſcopo ad Epiſcopũ ipſum,valeat ſupplicari?Et an Vicarius Epiſcopi à Papa confirmatus poſſit recuſari ob iuſtam Epiſcopi ſuſpicionem? Et an Delegato Epiſcopi prouocetur ad eius Vicarium? Seu poſſit prouocari à Metropolitano reſidente in Ciuitate Salmantina ad Archiepiſcopum Compoſtellanum? p.622

VII. An Vicarius Generalis Epiſcopi poſſit in integrum reſtituere aduerſus ſententiam ſui Epiſcopi, vel econtrà? An appellari valeat à ſententia interlocutoria Vicarij generalis ad ipſum Epiſcopum? An poſſit Epiſcopus pro ſua Diœceſi binos Generales creare? Et qui tales ſint in Archiepiſcopato Toletano? Vbi an conſilium illius Archiepiſcopi Primatis conſtituat idem Tribunal cum eodem Archiepiſcopo? An à Vicario Ciuitatis appelletur ad ipſum Epiſcopum? Et an poſſit Epiſcopus ad libitum reuocare quemlibet Vicarium Generalem, aut foraneum à ſe nominatum? p.628

VIII. An Vicarij Generalis facultas requirat pro titulo Vicariatus formularium aliquod, quo demonſtretur, data ſibi Generalis commiſſio, ſicut requiritur ad caſus ſpeciales, qui alias ipſimet Epiſcopo reſeruati ſunt? An hoc idem procedat in Vicario generali Capituli, Sede vacante? Et quam iſte poteſtatem habeat, vbi de illius nominatione, intra quod tempus, aut cui incumbat Capitulo non nominante? An plures Vicarios valeat conſtituere,ſicut & Epiſcopus? An vterque Vicarius obnoxius ſit Syndicatui? Vel an valeat vltra ſportulas ex officio prouenientes ab Epiſcopo, vel à capitulo exigere amplius ſalarium? Et quibus de cauſis vtriuſque iuriſdictio finiatur? Vbi de aliis remiſſiuè. p.631

IX. An Coadjutores perpetui cum futura ſucceſſione, poſſint dari cauſa ſenectutis, infirmitatis, alteriuſve impedimenti Epiſcopis à Papa?Et eſto poſſit, num ſic conueniat, vel vt tantum nominetur eis Coadjutores temporales, tanquam Vicarij ad nutum, etiam ſi ſit ad partes remotas Indorum, vbi ex mora ſucceſſoris, poteſt aliquod nocumentum parari integræ adminiſtrationi Epiſcopatus? p.639

Ad Textum in Cap.fin. hoc titulo, De officio Vicarij in ipſo. p.644

QVÆSTIONES 116. HIC INSINVATÆ SVNT, QVÆ deducuntur ex littera cuiuſque textus hic repetiti, & non ponuntur ad locum, quia cùm potiùs pertineant ad alia Capitula, vbi vel ſunt tractatæ, vel conuenit tractari; ideò longos Commentarios fugiendo, ſufficit inſinuaſſe, vt deſideranti perlegere, facilis ſit eatum perquiſitio.

Sub Tit. De Poſtulat. Prælator. in Cap. I.

F*AMA an poſſit matrimonium probare?* ibi ſub n. 7. de qua in cap. 32. de teſtibus q. 2. verſ. *ad vltimum.* pagina 3

Sententia, vt pronuncietur, an debeat eſſe redacta in ſcriptis? ibi ſub num. 10. de qua dixi in Rub. de re iud. q. 4. an 1. ibid.

Excommunicationis ſententia, an deſideret ſcripturam? ibi ſub dicto num. 10. & latè dicta quæſt. 4. verſ. *ad tertiam.* ibid.

In Cap. II.

E*Lector an poſſit variare, qui indignum elegit* ſub n. 3. de quo ſub cap. 7. de elect. & in cap. cum vos de officio ordin. aliquid infra ſub cap. 58. n, 15 ibid.

Excommunicati aliqui de Collegio, numquid impediant rectè fieri electionem? hic ſub n. 6. Vide ſub cap. 39. de elect. pag. 4

In Cap. Bonæ III.

A*Ppellatione pendente, non eſt aliquid innouandum.* hic num. 1. de quo ſub cap. 1. & cap. Bonæ 51. de appellat. ibid.

Quaſi poſſeſſio non acquiritur ex actis, qui fiunt gratia iurium incorporalium. hic ſub num. 3. latè in cap, cum non liceat 12. de præſcript. ibid.

Expoſiti, quorum origo incerta eſt, an ſint irregulares, ſeu inhabiles ad officia publica? hic ſub n. 7. latè in cap. 16. de iud. q. 8. & infra ſub cap. 1. de filiis Presbyt. ibid.

Poſtulari queat dignus omiſſo digniori? hic n. 8. latè dico in cap. 29. de præb. & dixi in c de elect. & in Rub. ibi ſub quæſt. 2. ibid.

Auocationis, & inhibitionis materia hic inſinuatur ſub n. 10. dixi latè in cap. vt noſtrum 56. de appellationibus. ibid.

In Cap. finali.

P*Oſtulari an poſſint tantum Epiſcopi de vna Eccleſia ad aliam?* expenditur per dicta in titulo de tranſlatione Epiſcoporum. p. 5

Sub titulo, de Electione, in Cap. I.

F*Vndans, vel dotans Eccleſiam, an habeat ius eligendi, vel præſentandi?* hic ſub num. 7. latè in cap. nobis de iure Patronatus. ibid.

Oratio indefinita quid comprehendat? ſub n. 8. & melius in cap. cum omnes de conſt. ibid.

In Cap. II.

E*Mendatus an poſſit ad Epiſcopatum aſſumi?* hic ſub num. 3. & latè per dicta in cap. teſtimonium 54. de teſtib. & infrà ſub cap. 12 p. 54

Proceſſus conficiendus ſuper qualitatibus eligendi. ſub num. 3. ſunt applicanda dicta in cap. quoſdam, & cap. quanto, de præſumpt. ibid.

In Cap. Significaſti IV.

F*Idelitatis iuramentum inſinuatur.* num. 4. ſed latè dixi ſub cap. 4. & 5. de iureiurando. p. 55

Papa an ſubijciatur legibus, vt alij conditores Principes Laici? ſub n. 5. & latè in cap. 1 de probationib. q. 8. & 9. ibid.

Papa an poſſit ab aliquo iudicari, in dicto n. 1. latè in cap. 12. de iudic. q. 8 ibid.

Papa non errat in pertinentibus ad fidem. n. 6

n.6. hic latè in cap. ſub cap.2. de ſumma Trinitate,& fide Catholica. ibid.

In Cap. Quia diligentia V.

Electio excommunicati, & ſchiſmatici, an ſit nulla, aut irritanda? ſub n.2 ibid.

In Cap. Licet de vitanda VI.

Electus an computetur in numero duarum partium? hic ſub n.3 p.56

Appellatio ad futurum Concilium prohibita remiſſivè. ſub n.6 ibid.

In Cap. Cum in cunctis VII.

Legitimati, an poſſint ad Epiſcopatus, ſeu Cardinalatus promoveri? ſub n. 2. & 3 latè ſub tit.de filiis Presbyt. p.59

Theologus an ſit præferendus Canoniſtæ in aſſecutione Epiſcopatus? hic ſub n.4. latè dixi in cap.Clerici 8.de iudicijs,q.13 ibid.

Cardinales an poſſint relinquere dignitatem, eligendo? hic ſub n.5.& 6.videbis in c.29.de præbend.infra hic in §.*Clerici*. ibid.

In §. Inferiora.

Ætatis plura ad Canonicatus prælationes, & officia hic inſinuantur Videnda infrà ſub titulo de ætate, & qualitate ordin. p.60

In Cap. Cauſam VIII.

Compromiſſarij Iudicis materia inſinuatur, de qua ſub tit.de arbitris, & in cap.3.de iudiciis. p.62

Tertiarij, an connumerentur intra Religioſos gaudeantque immunitate Eccleſiaſtica? Dixi latè in cap. 2. de foro comp. q. 18. & à quæſt. 15. Eremitis, & Equitibus militantibus. ibid.

In Cap. Suffraganeis XI.

Epiſcopus an poſſit talis vocari ante conſecrationem? hic ſub num.6.applicabis plura dicta hic, ſub cap.15 ibid.

In Cap. Super eo II.

Hæreticorum filij, an priventur beneficijs iam obtentis, & ſub tit.de hæreticis, aliqua ſub cap.cum non ab homine de iudicis q.26 ibid.

In Cap. Cum terra XIV.

Laici an poſſint beneficia conferre? ſub n.5 & latè in cap. 3.de iudiciis q.5. infra ſub cap.24 & 31 p.64

Aſſenſus Regius an neceſſariò requiratur ad electionem Prælatorum? ſub n. 6. applicabis nonnulla dicta ſupra in Rubr. quando Reges intererant electionibus, & infrà ſub cap. cum Eccleſia ſutrina 3. de cauſa poſſeſſionis,& propriet.q.2.& 3 ibid.

In Cap. Innotuit XX.

Interrogatus legitimè, an teneatur prodere ſuum reatum. hic ſub n. 13. & latè dixi ſu cap 1.& 2.de confeſſis. p.97

Reſtitutus quæ recuperet à Principe? inſinuatur hic ſub n.17. latè dixi in cap. cum te 23. de ſent. & re iudicata. p.98

Electio prima, an per ſecundam invalidetur? hic n. 9.& ante ſub c.19.hic. ibid.

In Cap. Cum inter XXI.

Appellatio extraiudicialis, num ſuſpendat executionem aut cauſæ attentata? ſub n.1.latè ſub cap.Bonæ 51. de appellationibus. p.99

Dæmoniaci,& obſeſſi,num poſſint ordinari? hic ſub n. 6. latè ſub tit. infra de corpore vitiatis. ibid.

In Cap. Bonæ memoriæ XXIII.

Negantis factum per rerum naturam, an nulla directa probatio ſit? inſinuatur hic n.9.ſed latiſſimè dixi in c.quoniam contra falſam de probat. & ibi in c.penult. p.100

Teſtes ſingulares, an probant? hic n.10.latè in c.tam litteris,de teſtib. & infrà ſub c.32 n. 3. ibid.

Nuncio, an credatur? hic n.11.latè dixi ſub c.7.de prob.& ſub cap. 1.de cauſ.poſſeſſ.& propriet. p.101

Series Capitum,

In Cap. Querelam XIV.

A*Ctus conferendi, eligendi, & præsentandi, an pertineat ad illum, qui eſt in quaſi poſſeſſione?* hic ſub n.7. latè in cap.cum Eccleſia ſutrina, de cauſa poſſeſſ.& propriet. q.1.& quid ſi ex vnico actu, hic n.8. p.102

Teſtes omni exceptione maiores, qui dicantur? inſinuatur, n.10. dixi latè in cap. licet ex quadam, in cap. teſtimonium de teſtibus, & in aliis capitibus ibi. ibid.

Iudex primæ inſtantiæ, an poſſit eſſe iudex ſecundæ? hic n.12. latè ſub c.4. de foro compet. à q.32 ibid.

Præſcriptio iuris patronatus Eccleſiaſtici, an laicus ſit licita? hic n.13 latè dixi ſub cap.7 de præſcript.& intrà ſub c.31 ibid.

Vaſallorum dominis, an competant remedia poſſeſſoria pro impoſitionibus percipiendis? hic n.14. latè dixi ſub cap.4.& alijs de præſcriptionibus. ibid.

Cumulare pluries actiones, an liceat? hic n.15. latè dixi in cap.15. de judicijs, à q.13 ibid.

Titulus, an excurſu temporis, præſumatur? hic n.16. latè ſub cap. ſi diligenti, de præſcript. q 1. verſ. *ad ſecundam.* ibid.

Cenſus redimibilis, aut perpetuus, an præſumatur; eò quod quis ſoluerit redditus per decennium? Et num *hoc ſufficiat ad obtinendum in poſſeſſione & proprietate?* ſub dicto tit. de præſcript. p.103

Interdictum vnde vi an competat pro quaſi poſſeſſione annuæ præſtationis? hic n.18. Vide ſub tit. de reſtit. ſpoliat. ibid.

In Cap Quod ſicut XXVIII.

L*Ocus an ſit de ſubſtantia electionis?* hic n.3. latè infrà in cap 53.& ibi an.14. & ſup. ſub cap.15. p.104

In Cap. In cauſis XXX.

I*Vriſdictio quando dicatur, vt re integra non dicatur radicata, ſeu incœpta?* hic, & latè in cap. aſſatum, & relatum de officio deleg & dixi latiſſimè ſub quæſt. 1. cap. penult. de foro compet.& in alijs. p.105

In Cap. Cum dilectus XXXII.

S*Ententia in cauſa beneficiali, num transeat in rem judicatam, quid in matrimoniali?* hic n.4. latè dixi in cap. lator, cap. tenor, & vberrima in cap.11. de ſent.& reiud. ibid.

Diſpenſatio in minori ætate ad ordines. hic latè ſub tit. de ætate ordinand. ibid.

Sententia ſuper beneficio, an tranſeat in rem judicatam, reſpectu ſuperioris? hic n.10. latè in c.5. de dolo, & contum. notatur. p.106

In Cap. Venerabilem XXXIV.

I*Mperatorum, & Regum poteſtas reſpectu Papæ.* hic ſub n.1. latè dixi ſub cap. nouit. de iudic. p.107

Iuramenti obligatio hic inſinuatur n.8. latè dixi ſub t.t. de jureiur. vbi, & in cap.1. de *relaxatione.* Et quid de *illicitis iuramentis* ibid.

Gratificare, an poſſit iudex vni ex litigantibus, aut vni imperatori ex duobus electis? hic an.16. latè ſub cap. licet de probationib. & in c.2. de re iudicata q 2 ibid.

In Cap. Scriptum XL.

C*Anonici, an poſſint admittere Clericos Eccleſiarum inferiorum ad coeligendum?* hic n.6. latè dixi ſub c. cum Eccleſia ſutrina, de cauſa poſſeſſionis: aliquid ſupra ſub Rub. p.114

In Cap. Quia propter XL. & ibi in §. Electiones.

S*Ententia nocte lata, an valeat?* Et quid de electione? hic, & ſub n.4. Vide in Rub. de re iudicata, q.1. verſ. *ad tertiam.* p.115 & p.116

In Cap. Vt prætereas XLV.

E*Xpenſarum materia inſinuatur*, de qua dixi latè in cap. finem litibus de dolo, & contum. & ſub cap. grauis de reſt. ſpoliat. p.138

In Cap. Conſtitutis, XLVII.

C*Onſenſus expliciti, aut taciti effectus.* hic n.5. latè in cap.1. de foro comp.& q.4 p.138

Experiar, an quis poſſit ſine actione in iudicio? hic ſub n.6 latè dixi ſub c.6. de iudiciis, & ſub tit. de libelli oblatione. p.139

Monachus factus Epiſcopus, an ſolutus ſit à iƚtimis ſuæ religionis? Et *à quibus aliis* hic inſinuatur ſub n.8. *Et num fruatur priuilegiis ſuæ religionis?* Videbis ſub tit. de regular. ibi cap.10.& in cap 2. de vita, & honeſt. Cleric, ibid.

In Cap. Cum Magiſtrum XLIX.

P*Roſeſſionis materia hic inſinuatur* : pluta dico in cap.ad noſtram 8. & in cap.ad Apoſtolica de regularibus. ibid.

Scriptum an requiratur in profeſſione? inſinuatur hic ſub n. 3. applicantur aliqua infrà de libelli oblat.& in Rub.de reiud. ſub quæſt. 1 ibid.

An in electione per ſcrutinium? hic,& ſub cap.42.ſuprà. p.140

In Cap. Cumana, L.

P*Roteſtationis materia hic mouetur ex Gloſſa*, de qua plura dixi in cap.fin. de appellat.aliquid ſupra in cap.cum M.de conſtit. ibid.

In Cap. Sacroſancta, LI.

L*Aici an poſſint concurrere ad electionem Epiſcoporum?* dixi plura ſup.in Rub.& infrà in cap.cum Ecclefia ſutrina de cauſa poſſeſ.& prop. ibid.

In Cap. Dudum LIV.

P*Robatio per confeſſionem hic inſinuatur*, de qua dixi latiſſimè in Rub. & tit. de confeſſis. p.143

Poſitionum materia hic inſinuatur, dixi latè in c.vnico de litis conteſtatione. ibid.

Archidiaconorum materia hic inſinuatur, n.7.de qua plura dico infrà de offic Archidiaconi. p.144

Pœna leg. 10. tit. 4. recopil. an incurratur per ſolam citationem laici coram Iudice Eccleſiaſtico, ſi ante litis conteſtationem pœniteat actorem. inſinuatur hic n.9.latè in c.licet ex ſuſcepto de foro comp.q.3.& 8 ibid.

Sub Tit. De Poſtulat. Prælator. in Cap. I.

A*Vocationis materia Pontifici in prima inſtantia inſinuatur hic* n.18. & *in quibus caſibus*, dixi latè in c.1.de foro comp.ſub q.3 & in c.vt noſtrum,de appellat. p.149

Sub tit. De authoritate, & vſu Pallij p.166

In Cap. Ex tuarum, V.

P*Riuilegia Principum, an ſint latè interpretanda?* hic inſinuatur,n.2 ſed latè in tit. de priuileg. aliqua dixi ſuprà ſub tit.de reſcriptis, p.172

In Cap. finali.

M*Iſſarum reductio, & anniuerſariorum, an fieri poſſit ab Epiſcopo?* inſinuatur n.4.in cap.16.de foro comp.q 3 p.173

Sub tit. de Renunciatione, in Cap. II.

I*Vramenti vis qualiter intelligatur?* inſinuatur hic, ſed latè dixi ſub tit. de iureiur. vbi ad quæſtiones hic motas, & ad plures alias ibi. p.176

In Cap. Ex tranſmiſſa III.

R*Edimere an poſſit quis ad beneficium reſignatum abſque noua collatione, quando reſignatio à principio ex aliqua cauſa non valuit?* n.3.videbis in c.2.de reſtit.ſpol. ibid.

Reſignatio ab excommunicato facta in fauorem tertij, an ſit valida? hic n.4.& adiunges quæ dixi in c.ad probandum 24.de ſent.& re ind.q.4.verſ.*ad ſecundam*. ibid.

Votum ab infirmante factum, an valeat? hic n.5.latè in c.litterarum 3.de voto, vbi DD. p.177

Profitendi tempus quantum debeat eſſe? hic n.6. latè dico in cap.ad noſtram, & in cap. ad Apoſtolicam de regularibus. ibid.

Offerens ſe, & ſua Monaſterio, an valeat ad aliam Eccleſiam transferre ſecum res, quas obtulit? hic n.7. latè dixi ſub cap.in præſentia 8.de probationib. ibid

In Cap. Super V.

N*Egatiuæ probatio qualiter fiat?* hic n.5. aliquid in c.bonæ 23.ſup.de elect.dixi latiſſimè in c. quondam contra falſam 11.& cap.ſequent.de probat. p.182

In Cap. In præſenti VI.

P*Lures quæſtiones hic inſinuantur, de authoritate Iudicum in ſententiando*, & in aliis, & à n.6 p.183

In Cap. Ad ſupplicationem IX.

P*Aupertatis, & pauperum materia*, inſinuatur hic n 4. & 5. de qua dico latè ſub c.ſi qui teſtium 8.de teſtibus. p.188

In Cap. Niſi cum pridem X.

S*Candali materia inſinuatur*, n.2. & dixi de ea latè in cap.2.de præſcript. & alibi. ibid.

Senes an delinquere poſſint, vt puniantur? inſinuatur hic n. 3.latè infra ad titul.de delictis puerorum. ibid.

Jn Cap. Poſt tranſlationem XI.

I*Mpulſiua cauſa effectus inſinuatur* hic n.8 latè dixi in c.cum ceſſante, de appell. & in c.ſuper litteris ſupra de reſcriptis. p.189

Jn Cap. Veniens, XIII.

D*Vbia, an reddatur res per negationem?* inſinuatur hic n.3.& dixi latè in cap. quoniam contra falſam 11.de probat.q.4 verſ.*ad tertiam* à n.13 p.191

Sub tit. De ſuppl.neglig.Prælat.

D*Euolutionis, ſpectatiuarum materia circa beneficia,* hic inſinuatur, à n.4.& 6.de qua ago infra ſub tit.de conceſſ.Præbendę pag.199

Iuris patronatus laici, & Eccleſiaſtici differentia quæ? hic n.15.de qua latè dico ſub tit. de iureiurando. ibid.

Jn Cap finali.

P*Atronatus ius Eccleſiaſticum, an poſſit præſcribi à laicis?* hic ſub n.2.& latè dixi in c. cauſã 7.de præſcr.verſ.*ad ſecundã*. p.202

Sub titulo, De temporib. ordinat. in Cap. Ex parte X.

A*Poſtata an ſit, qui exit à religione animo intrandi aliam?* inſinuatut hic n.2. & noto infrà in tit.de apoſtatis. p.242

Jn Cap. Dilectus XV.

O*B temperandum an ſit ſuperiori mandanti aliquid iniuſtum?* inſinuatur hic n.2. latè dixi ſub 2.p.cap.nouit.de iudiciis, vbi de *correctione fraterna*: alia dico infrà de maiorit.& obed. p.299

Interſtitiorum materia quoad ordines inſinuatur hic. ibid.

Pontifex an poſſit infantem ante vſum rationis ordinibus initiatum reddere habilem ad matrimonium? inſinuatur hic n.6.& dico latè in cap.1. qui Clerici, vel vouentes; aliquid infrà de ætate ordin. ibid.

Sub tit. De ætate ordinandor. in Cap. II.

E*Cceleſia minori conceſſa eſt regenda per Vicarium,* inſinuatut hic, ſed latè dico infrà ſub Rub.& tit.de officio Vicarij p.355

Jn Cap. Eam te IV.

I*Ncompatibilitas beneficiorum* inſinuatur hic, latè dico in c.de multa, de præb. aliquid dico infrà ſub præmiſſo cap.1.de filiis Præsbit. p.366

Jn Cap. Cum bonæ VIII.

E*Xcommunicatus per annum inſordeſcens, an à beneficio priuetur? & à quo?* inſinuatur hic ſub n.2.latè dixi in c.1.de iud.q.31 pag.386

Excommunicatus ex cauſa fidei, qui comparet, elapſo decimo anno, an ſit admittendus ad reſpondendum? ibi q.32 ibid.

Inſordeſcens per annum in excommunicatione, an puniatur ab Inquiſitoribus? ibi q.fin. ibid.

Sub tit. de Clericis peregrinis, in Cap. II.

T*Eſtis num poſſit eſſe aliquis in ſua cauſa?* hic ſub n.1.latè dixi in cap.12. de iudiciis, q.11.& in cap.propoſuiſti 5.de probat. & in cap. inſuper, cum aliis notatis de teſtibus. ibid.

Indicia, præſumptiones, & argumenta, qualem probationem faciant? inſinuatur. p.401

Jn Cap. Tuæ III.

T*Eſtis vnus, an queat probare Clericatum?* inſinuatur hic. Latè ad plures alios caſus *de probatione per vnum teſtem.* Dixi in cap.à nobis 28.de teſtibus & ibi n.30.& 31 de hoc caſu. p.402

Jn Cap finali.

E*Xteri an beneficiari valeant?* inſinuatur hic. Latè dico in cap. ad decorem de inſtitut.applicabis dicta in cap.16.de iudiciis, q.4 ibid.

Impetrans an debeat facere mentionem de loco, ac Diœceſi? hic n.6. & dixi in cap.ſignificante 34.de reſcriptis. ibid.

Sub titulo, De Officio Archidiaconi, in Cap. Ad hæc.

P*Erjurus habet Deum vltorem*; inſinuatur hic n.12. dixi latè in cap.breui 17 de iureiurando q.2.à n.25 p.443

INDEX

INDEX CANONVM, LEGVM, Aliorúmque Iurium, & Locorum, quæ in hoc volumine lib .1. Decretalium explicantur obiter à titulo de Poſtulatione Prælatorum, vſque ad Titulum de Officio Vicarij.

Ex Decretalibus.

CAP. 1. & 2. qui Clerici, vel vouentes, in cap.fin. de bigamis, q.1.n.18.& q.3.n.3. & 5.t 2 p.391

Cap.1. De tranſlat.Epiſc. ibi,& in c.licet,q.2,n.6.& 8 p.159

Cap.1.de ſchiſmaticis,in c.2.de ordin.ab Epiſc. qui renunc q.2.n 2.tomo 1 p.324

Cap.1.de Clerico per pſaltum promoto,in Rub. de ætate ord.q.1.n.9.tomo 2 p.333

Cap.1. de ætate ordin.in c 4.eodem, q.1.n.19 & latè in ipſo,t.1 p.368

Cap.1. de Sacram. non iterandis ibi latè,& in c.1.de ſacra vnct.q.3.n.13.t.2 p.21

Cap.1. de ſponſal.in cap.1.de bigamis, quæſt.2 numero 23. tomo 2 p.354

Cap.2. de arbitris,in cap.fin. de renunciat.n.3 tomo 1 p.192

Cap.2. de Baptiſmo, in cap.1. de Sacram. non iterand.q.3.n 8.& 9.tomo 2 p.149

Cap.2. de Eccleſ. ædificand. in Rub. de corpore vit q.2.n.22.tomo 2 p.311

Cap 2. qui Clerici, vel vouentes in c.2.de bigamis,q.2.n.1.& 3.t.2 p.361

Cap.1. de eo, qui ordinem furtiuè ſuſcepit,in cap. Archidiacon. 5. de officio Archid. quæſtione 41. numero 13. tomo 2 p.440

Cap.1. & 2. de coniugio ſeruorum, in cap.1 de ſeruis non ordinandis, quæſtione 1. numero 12. tomo 2 p.252

Cap 2. de Iudæis, in dicto capite 1. de ſeruis non ordinandis, quæſtione 1. numero 15 tomo 2 ibidem

A

Cap. AD aures de reſcrit.in cap.1.de ætate ord.q.1.n.17.tomo 1 p.345

Cap.Ad Monaſterium,de ſtatu Monach.in c à multis,9.de ætate ord.q.1 n.20.t.2 p.398

C

Cap. COnſultationibus,de iure Patr.in c.3 de offic.Vicar.q.4.n.18.t.2 p.578

Cap.Congruente de filijs Presbyt.in ipſo,& in cap.1.q.3.num.2.tomo 2 p.197

Cap. Cum dilectus,32. de elect.forma non eſt ſublata, in cap.quia propter,42.de elect.q.1 numero 28.tomo 2 p.197

Cap.Cumana,de elect.ibi,& in cap.quia propter 42.de lect.q.3.n.16.tomo 1 p.129

Cap. Cum ſis penult.de authorit.& vſu Pallij, in cap.1.ibi n.4.& 6.tomo 1 p.167

Cap. Cum inter 21. de elect. in cap.ſanè,7.de renunciat n.7.tomo 1 p.184

Cap.Cum in cunctis,de elect.in c ſi Archiep.6 de temporib ord.q.2.n 23.t.1 p.367

Cap.Cum in cunctis,§.inferiora,de elect.in c.1 de ætate ord q.1.n.21.& in c.4.de ætate ord. q.1.n.11.& in cap.1.de filijs Presbyt. b.6.n.4 tomo 1 p.345

Cap Cum Monaſterium 13.de elect.in cap.10 de ætate ord.q.1.n.7.tomo 1 p 404

Cap.Cum ab Eccleſiarum,de officio ord.in cap. Archidiaconus,5. de offic.Arch.& in c.4.de offic. Archip q.1.n.51.tomo 2 p.528

Cap.Cum M.de conſtit.in cap.5.de offic.Vicar. q.6.n.32.tomo 2 p.627

Cap.Conſultationes,16.de temporib.ordin. ibi, & in c.8.q.1.ſub.n.16.tomo 1 p.237

Cap.Conſuluiſti,de conſecr.Eccleſ.in c.2.de Sacram.non iterand.q.1.n.5.t.2 p.157

Index Canonum, Legum, &c.

D

Cap. DEmum de Cappell.Monach.in Rub. de offic. Archipreſb.q.4.n.133
Cap. Dilecto de praebend. in cap.fin.de renunciat.quaeſt.2.numero 7.tomo 1 p.194
Cap. Dudum, de elect.in cap. Archidiacon. 5 de offic. Archid. q.1.n.13. & in ipſo. t.2 p.441

E

Cap. ECcleſia veſtra, 2. de elect. in Rub.de poſtulat. Praelat. n.19. & in cap. quia propter 42.q.3.n.16.tomo 1 p.2
Cap. Ea quae intra, de offic. Archid. in cap.1 & in cap.2.q.1.n.6 tomo 2 p.429
Cap.Excommunicamus 13.§ qui autem de haeret.in cap.cum bona de aetate ord.quaeſtione 1 numero 1.& 3.tomo 1 p.387
Cap Ex parte de officio delegati,in cap fin. de renunc.q.2.n.7.t.1 p.194
Cap. Ex parte 5.de Clerico. agrot. miniſtr. in c.5.de offic.Vicarij,q.9.n.5.& 14.t.2 p.640
Cap.Expoſuiſti de corpore vitiat.in ipſo, & in cap.1.q.2.n.6.t.2 p.138
Cap.Extirpandae,§.qui vero,de praeb.in cap.5 de offic.Vicarij,q.2.n.23.t.2 p.572
Cap.Ea quae 3.de offic. Archid.in cap.10.& in c.1.de officio Sacriſtae,q.1.n.24.t.2 p.541

F

Cap.1. FIn.de elect.in ipſo,& in cap.15.eodem.
Cap.Fin.de authorit.& vſu Pallij, in c.1.eod. numero 4.& 6.tomo 2 p.167
Cap.Fin. de rerum permut.in c.fin. de renunc. q.1.n.5.t.2 p.192
Cap.fin. de pactis,in cap.fin.de renunc.q.2.n.6 tomo 2 p.255
Cap.Fin.de verb.ſignific.in cap.11. de temporibus ordin.q.4.n.11.t.2 p.253
Cap. Fin.de homicidio, in cap.ad aures 7.de aetate ordinandor.n.15.t.1 p.380
Cap.fin.de poenis,in cap.cum bona,de aetate ordind.q.1.n.1.& 3.t.1 p.387
Cap.fin.de Clerico excommunicato, in dicto c. cum bona, de aetate ordin. q.1.n.10.& q.2 n.20.tomo 2 p.388
Cap fin.de Sacram.non iterand.in ipſo latè,& ibi in c.1.q.1.n.26.37.& 38.t.2 p.142
Cap.fin.de corpore vitiatis,in ipſo, & in cap.1 ibi q.1.n.9.tomo 2 p.316
Cap fin.de bigamis,in ipſo, & in c.nuper, n.3. & 4.tomo 2 p.321
Cap. firmiter, de ſumma Trinit.in cap.nuper, de bigamis,q.4.n.50.tomo 2 p.380
Cap. fin. de ſeruis ord.vel non, in ipſo latè,& in c.1.eod.q.1,n.11.& ſub n.1.t.2 p.252
Cap.fin. de pactis,in cap.1.de ſeruis ordin. vel non,q.2.n.14.t.2 p.252

G

GLoſſa in cap. deputati, 16.de iudicijs, in cap.1.de filijs Presbyt. q.3.n.13. & 9 tomo 2 p.191
Gloſſa in Clem.1.§.1.de haeret.in cap.1.de filijs illegitimis,q.8.n.19.tomo 2 p.213
Gloſſa in cap.1.diſt.85.in Rub.de corp.vitiatis, q.4.n.3.tomo 2 p.314
Gloſſa in cap.2.de verb.ſignif. in cap.2.de corp. vit.q.1.n.29.tomo 2 p.324
Gloſſa in cap.ſignificauit,4.de corpore vitiat. in 6.& in c.3.q.3.n.1.t.2 p.337
Gloſſa in c.2.de bigamis,in ipſo,& in Rub. q.2 n.21,& in cap.4.q.2.n.4.t.2 p.308
Gloſſa in cap.2 de Iudaeis,in cap.1.de ſeruis non ord.q.1.n.15.tomo 2 p.252
Gloſſa 29.q.2.in c.1.de ſeruis ord. vel non, q.1 n.16.t.2 ibid.

I

Cap. IAm dudum,de elect. in cap. tranſmiſſam eodem,q.3.n.34 t.1 p.80
Cap.Indecorum de aetate ordin.ibi,& in cap.1 eodem,q.1.n.28.t.1 p.446
Cap.In Geneſi,de elect.ibi,& in cap.quia propter 42.q.3.n.16.t.1 p.129
Cap. Innotuit de elect.in c.1.de filijs Presbyt. q.3.n.3.& 5.& q.6.n.4.t.2 p.197
Cap.Inter corporalia,de tranſlatione Epiſcopi, ibi in cap.licet,q.2.n.6.t.2 p.159
Cap Inter dilectos,de exceſſibus Praelat.in c.1 de offic.Primicerij,à n.43.t.2 p.533

L

Cap. LItteras 13.de tempor.ord. & in Rub. ibi,& in c.1.2.& 3.n.15. tomo.2 p.216
Cap.Litteras de filijs Presbyt.in ipſo,& in c.1 ibi q.8.n.5.t.2 p.212

N

Cap. NIſi eſſent de praeb.in c.fin.de renunc. numero 2.tomo 2 p.192
Cap.Non ſatis 4.de offic.Archid.in ipſo, & in cap.1.ibi q.1.n.9.t.2 p.424
Cap.Nullus 4.de ſeruis ord.vel non,in ipſo, & in cap.1. ibi q.2.n.3. & 10.cum cap.3.& 5 tomo 2 p.255
Cap.Nuper 4.de bigamis in ipſo,& in Rub.eodem, q.2.n.19.& in c.1. q.2.n.33. & in c.2 numero 1. tomo 2 p.348

Cap

Cap. *Officium, de offic. Archid. in ipſo, & in c. 1 de officio Primicerij, q. 1. n. 5 1. t. 2* p. 534

P

Cap. PEr *inquiſitionem, de elect. ibi in cap. transmiſſam eodem, q. 3. n. 34. t. 2* p. 80

Cap. *Penult. de ſim. in cap. 11. de temporib. ordinat. q 11. n. 63. t. 1* p. 285

Cap. *Per tuas eodem dicta, q. 11. n. 63* ibid.

Cap. *Penul. de Clerico excommun. miniſtrante, in cap. 1. de ordin. ab Epiſcopo, qui renunciauit Epiſcopat q. 1. n. 46. t 2* p. 320

Cap. *Praterea 5. de atate ordinand. ibi, & in c. eodem, q. 1. n. 27. & in c. 4. eodem, n. 49 & in ipſo, t. 1* p. 346

Cap. *Paſtoralis de Sacram. non iterand. ibi latè & in cap. 1. de ſacra vnct. §. per frontu, q. 2 n 2. tomo 2* p. 64

Cap. *Penult. de conſecr. Eccleſia, in c. 1. de ſacra vnct. § per frontiū, q. à n. 17. t. 2* p 87

Cap. *Penult. de bigamis in ipſo, & in c. 1. q. 2 n. 1 1. t. 2* p. 353

Q

Cap. QVia *propter de elect. latè in ipſo, & ibi in Rub. q. 5. n. 2. t. 1* p. 14

Cap. *Quaſitum. de rerum permut. in cap. fin. de renunciat. q 2. n. 6 t. 1* p. 194

Cap. *Quia diuerſitatem, Detonus, Prabenda, in cap. 4. de atate ordin. q. 1. num. 18. tomo 1* p. 308

Cap. *Quia circa de bigamis in ipſo, & in c. 9 de atate ord. q 2. n 26. t. 1* p. 402

Cap *Quoniam de filijs Presbyt. ex ipſo, & in cap. 1. eodem, q. 3. n. 2*

R

Cap. ROmana *de ſent. excommun. in cap. Archidiaconus 5. de officio Archid. tomo 2* p. 440

S

Cap. SAnè, *2. de Cleric. coniug. in cap. nuper, de bigamis in princip. num 4. & in cap. fin. q. 1. n. 14. tomo 2* p 367

Cap. *Sententiam ſanguinis, ne Clerici, vel Monachi, in cap. ad aures 7. de atate ord. q. 1 numero 1. & 14. tomo 2* p. 385

Cap. *Significauit, 4. de corpore vitiatis in ipſo, & in Rubr. ibi quaſtione 2. numero 10. tomo 2* p. 307

T

Cap. TVa *nos de homicidio. in cap ad aures, 7. de atate ordin quaſt. one 1 numero 1. & 14. & numero 35. 35 & 36 & quaſtione 2, à n. 4. tomo 1* p. 381

Cap. *Tua de filijs Presbyt. in ipſo, & in cap. 1 eodem, q. 3. n. 2. t. 2* p. 197

V

Cap. VEritatis *de dolo, in c. cum bona. de atate ord. q. 1. n. 1 & 3 1 1* p. 387

Cap. *Veniens el. 1. de eo qui ordines furtiue ſuſcepit, in cap. Archidiaconus, 5. de officio Archid. q. 1. n. 6. tomo 2* p. 440

Ex Sexto Decretal.

Cap. 1. DE *rerum permut. in cap. fin. de renunc. q. 2. n. 7. tomo 1* p 194

Cap. 1. *De filijs Presbyt. in cap 1 eodem, q. 8. à numero 2. tomo 2* p. . 4

Cap. 1. *De Cleric. coniug. in cap. 1. de bigam. quaſt. 2. numero 8. tomo 2.* p. 153

Cap. 1. *De bigamis, in cap. 1. 2. eodem q. 1. n 14 & q 2. n. 11* ibid.

Cap. 1. *De Cappell. Monachor. in cap. 3. de offic. Vicarij, q. 1. n. 2 1. tomo 2* p 5. 2

Cap 2. *De conſuet. lib. 6. in cap 5 de offic. Vicar. quaſtione 5. numero 38. tomo 2* p 620

A

Cap. AVaritia *de elect. in c. transmiſſam, 15. eodem, q. 2. n. 25. & q. 3. n. 22 tomo 1* p. 79

Cap. *Accuſatus, §. ſanè de haret. in cap. nuper de bigamis, q. 4. à n. 35. tomo 2* p. 378

C

Cap. CVm *nullus de temporib ordin. lib 6 in c. 4. eodem, q. 1. n. 7. t. 1* p. 2 8

Cap. *Cum ex eo de elect. lib. 6. in c. 3. q. 1 n 33 & in cap 4. q. 2 n. 27. de atate ord. tomo 1* p. 373

Cap. *Cum contumacia de haret. lib 6. in c. cum bona, de atate ordin q. 1. n. 1. & 3* p. 387

E

Cap. EX *eo de elect. in cap. indecorum 3. de atate ord. q 1. n 33. t. 1* p 357

Cap. *Eos, fin. de temporib ord. in c. 1. de bigamis quaſtione 3. numero 18. tomo 2* p 366

F

Cap. FIn. de elect. in cap. tranſmiſſam, 15 eodem n.59.t.1 p.80

Cap. fin. de temporibus ordinat. in cap.2. de bigamis, q.3.n.16. tomo 2 p.366

I

Cap. INdemnitatibus 43. de elect. lib. 6. in c.1. de ætate ord. q.1.n.102.t.1 p.350

Cap. Is cui, §.1. de ſentent. excommunicat. in cap. 2. de Sacramentis non iterandis, quæſtione 1. numero 15.t.2 p.158

L

Cap. LIcet Canon de elect. lib.6. in c.4. de ætate ord. q.1.n.11.t.1 p.367

Cap. Licet Epiſcopus de præbendis, in cap. 1 de offic. Archidiac. quæſtione 1. numero 13 & 14. tomo 2 p.424

N

Cap. NEc captandæ de conceſſ. præbendæ, in cap.11. de temporib. ordinat. q.1.n.19. tomo 2 p.246

Cap. Nullus de temporibus ordinat. in cap.11 eodem q.6.t.1 p.260

R

Cap. ROmana de appellat. in c.5. de officio Vicarij, q.6.n.28.t.2 p.226

S

Cap. SEmel, de reg. in c.2. de ſeruis non ordinandis, vel non, q.1.n.6.t.2 p.298

Ex Decreto.

CAp. 1. 15. q.7. in Rub. de officio Archipresb q.4.n.138.t.2 p.496

Cap. 1. diſt.7. in cap.11. de temporib. ordin. q.1 numero 15

Cap. 1. diſt.33. in Rub. de bigamis, q.2.n.2.t.2 p.346

A

Cap. ACcidens, diſt.5. in cap.2. de ordin. ab Epiſcopo, qui renunciauit, q.1 numero 8.t.1 p.323

Cap. Aliquantum, diſt.51. in c. ad aures 7. de ætate ord. q.1.n.15. & 3.

C

Cap. CLerici, diſt.33. in Rub. de corpore vitiat. q.1.n.7.t.2 p.305

Cap. Cum igitur, 15.q.1. in Rub. de offic. Archidiac. q.1.n.80.t.2 p.416

Cap. Cleros, diſt.21. in verſ. ſicut, in Rub. de officio Archipresbyt. n.50.t.2 p.464

Cap. Comperimus, 14. q.6. in cap.2. de ſeruis ordin. vel non, q.1.n.6.t.2 p.258

Cap. Cum multæ 15. q. fin. in cap. fin. de ſeruis ordin. vel non, q.1.n.3. & 13.t.2 p.277

D

Cap. DArbertum 1.q.7. in cap.2. de ordin. ab Epiſcopo, qui renunciauit, q.1 numero 8.t.1 p.323

Cap. Degradatio de pœnit. diſt.6. in cap.2. de ordinand. ab Epiſcopo, qui renunc. q.1.n.8 ibidem

Cap. De his verb. Lectorum, diſt.28. in Rub. de ætate ordinand. q.1.n.2.t.1 p.333

Cap. De his de conſecrat. diſt.5. in cap.1. de ſacra vnct. §. per frontis, q.7.n.17. & quæſt.14 n.16.t.2 p.85

Cap. De his, 31.q.1. in cap.1. de bigamis, q.1 n.8. & à n.11.t.2 p.351

Cap. Dominus ad finem 93. diſt. in Rub. de offic. Archiac q.1.n.44.t.2 p.414

Cap. Diaconiſſam. 27. diſt. in Rub. de offic. Archid. q.1.n.66.t.2 p.415

E

Cap. EX antiquis, diſt.54 in cap.7. de ſeruis ordin. vel non, q.1.n.3.t.2 p.275

Cap. Epiſcopus 6. diſt.77. in cap.1. de ætate ordin. q.2.n.8.t.2 p.353

Cap. Epiſcopi de conſecrat. diſt.5. in c.1 de ſacra vnct. §. per frontis, q.10.n.12.t.2 p.100

Cap. Etiam 1. diſt.36. in c.1. de filijs presb. q.3 n.16. & 7.t.2 p.189

Cap. Epiſcopus 88. diſt. in c.2. de filijs presbyt. q.4.n.14.t.2 p.299

F

Cap. Felix 50.16.q.1. in c.1. de tranſl. Epiſcop. q.1.n.25.t.2 p.154

Cap. fin. 75, diſt. in c.1. de temporib. ord. n.18 tomo 1 p.216

Cap. fin. diſt.49. in c. ſuper eo 2. de corpore vitiat. q.1.n.18.t.2 p.323

Cap. fin. 32. diſt. q.4. in cap. fin. de ſeruis non ordin. n.26. & 28.t.2 p.278

Cap.

H

Cap. HInc etenim diſtinct.49. in cap.2.de corpore vitiatis in præmiſſa,n.17 tomo 2 p.320

I

Cap IN illis diſt.86. in Rub. de officio Archipresbyt. ſub num.10. & ibi à numero 34. & ibi quæſt.2.& 3. verſ.ad vltimam,n.186.tomo 2 p.475

Cap. In Eccleſia 1.q.1.in c.2 de ordin.ab Epiſcopo,qui renunciauit,q.1.n.3 p.322

Cap. Is qui diſt.55.in c.de corpore vitiat. q.2 num.6.t.2 p.333

Cap. In ſingulis, diſt.28.in Rub.de ætate ord. q.1.n.2 p.333

L

Cap. LEctor 34. diſt. in cap. 2. de bigamis q.1.n.7.& 24.t.2 p.358

Cap. Lectores,diſt.32.in cap.2.de officio Archid.q.2.n.65 p.437

Cap. Lator diſt.55.in c.1.de corpore vitiat.q.1 n.18.t.2 p.317

M

Cap. MAritum 33.diſt. in Rub.de corpore vitiot. q.1.n.7. & in cap.3 q.2.n.6. & in c.4.q.1.tomo 2 p.305

N

Cap. NOn licet de conſecrat. diſt. in cap 1 de ſacra vnct.§.per frontis q 15 numero 16.tomo 2 p.116

Cap. Nullum 9.q.2.in cap.ſi Archiepiſcopus 6 de temporib.ordin.q.2.n.16.t.1 p.231

Cap. Nullus Epiſcopus de conſecrat. diſt.1. in Rub.de corpore vitiot.q.2.n.20.t.2 p.368

Cap. Neminem diſt.70.in cap.11.de temporibus ordinat q.12.n.15.t.1 p.289

Cap. Non autem 7.q.1.in cap.5. de officio Vicarij q.9.n.21.t.2.t.1 p.642

Cap. Nos conſecrationem 9.q.1.in cap.2.de ordin abEpiſcopo,qui renunciauit,q.1.n.4.vbi Gloſſa n.6.in §.ſed excommunicati. p.322

Cap. Nouiſſimè de conſecrat. diſt.50. in c.1.de ſacra vnct.§.per frontis,q.7.n.17.t.2 p.85

O

Cap. ORdinationes 9.q.1.in c.2.de ordin. ab Epiſcopo,qui renunciauit,q.1 num.7.t.1 p.323

Cap. Omni tempore,de conſecr.diſt.4.in c.1. de ſacra vnct.§ per frontis,q.7.n.14.t.2 p.85

Cap. Omnes fideles de conſecrat.diſt.5.ibi q.14 n.12.t.2 p.111

P

Cap. POrrò 66.diſt in cap.ſi Archiepiſcopus 6.de temporibus ord.q.1.n.29 tomo 1 p.225

Cap. Paſtoralis,42.7.q.1. in c.2. de offic. Archipresb.n.4 in princ.t.2 p.501

Cap. Presbyter 28.diſt.in cap.9. de ætate ord. q.2.n.28.& in cap fin.de bigamis,q.1.n.15 tomo 1 p.402

Cap Presbyter 96.diſt.in cap.1.de ſacra vnct. § per frontis,q.7.n.14 tomo 2 p.85

Cap. Placuit 16.q.1 in dicto § per frontis,q.15 num. 16.t.2 p.116

Cap. Presbyterum diſt.28.in c.1.de Bigamis, q.2.n.39.& in cap.fin.q.1.n.15.& q 3.n.6 tomo 2 p 356

Cap Presbyteri diſt.34 in cap.2.de officio Archid.q.2.n.66.t.2 p 438

Cap. Præcipimus,diſt.93.in cap.1 de oblig.ad ratiocinia ordin.q.1.n.22.t.2 p.291

Q

Cap. QVicumque diſt.50.in c.2.de bigam. q.3.n.fin.& diſt.34.in cap.1.de ſeruis non ordin.q.2.n.20 t.2 p.366

Cap. Quotidie 75.diſt.in cap.ſi Archiepiſcopus 6.de temporibus ordin.n.16 p.222

Cap. Quotquot 27.q.1. in cap. nullus fin. de bigamis q 1.n.16 & 17.tomo 2 p.390

Cap. Quarundam 1. diſt.34. in Rub. de ætate ord quæſtione 2.numero 4 p 337

Cap. Quod ante de pœnit. & remiſſ.in c.1.de ſacra vnctione, q.7.n.5.t.2 p.34

Cap. Quoniam 69.diſt.in cap.1.de Sacramentis non iterandis,n.1.n.14.t.2 p.141

Cap. Qui partem,diſt.55. in cap.3. de corpore vitiatis,q.2.n.55.tomo 2 p.333

Cap. Qualis,30.q.5. in cap.1.de bigamis, q.2 n.8.tomo 2 p.353

Cap. Quiſquis,diſt.84.in cap.2.de bigam.q.2. num.23.tomo 2 p.364

Cap. Quamuis,el.2 7.q.2.in c.5.de officio Vicarij,q.9 n.16.& 39.tomo 2 p.641

R

Cap. RVrſus,7.cum olijs, 35.q.3. in c.cum bona,de ætate ordinand.q.1.n.1 & 3.t.1 p.387

S

Cap. SAluberrimum, 1.q.7.cum Gloſſa ibi, in cap.1.de Sacram.non iterandis, q.4.in fin.t.2 p.156

Cap. *Sacris de ſepulturis, in cap.2. de Sacram. non iterand dict.q.1.n.6*
Cap. *Scripſit q.1. cauſa 7. in cap. 5. de officio Vicarij q.9.n.24.t.2.* p.642
Cap. *Si cuius 34.diſt.in cap.nuper de bigamis q.2.n.2.& 3.t.2* p.370
Cap. *Sicut in vnaquaque 21. 2. in cap. 1 de tranſlat.Epiſc.q.1.n.26.t.1* p.154
Cap. *Si quis 3.73.diſt. in cap.11. de temporibus ord.q.1.n.15.t.2* p.308
Cap. *Si Petrus 8 q.1.in Rub.de elect.q.8.n.34 t.1* p.42
Cap. *Si quis 1.2.& 3. dict.§.in cap.3. de corpore vitiat.q 2.n.6 t.2* p.333
Cap. *Si tranſitus 79. diſt t.1* p.42
Cap. *Sanctorum diſt.20. in cap.11. de temporib.ordinat. q.12.n.fin.t.1* p.289
Cap. *Si quis viduam el.2. diſt.34. in cap. debitum de bigamis n.9.t.2* p.387
Cap. *Si quis viduam diſt.50.in cap.ad aures 7 de ætate ordin.q.1.n.15.& in cap.2.de bigamis q.3.ſub n.21.t.1* p.380
Cap. *Spiritus ſanctus de conſ. dict.5. in cap.1 de ſacra Vnct.§.per frontis, quaſt.14.n.16 tom.2* p.111
Cap. *Sors 2.q.6.in Rub.de officio Archip.q.1 n.79.t.2* p.416
Cap. *Subdiaconus 15.diſt.23. in cap.1. de Sacrament.non iterand.q.1.n.12.& 13.tom.2* p.141
Cap. *Si quis cum Clero 22. q.2.in Rub.de offic.Archipresb.q.4.n.133.t.2.* p.496
Cap. *Studuiſti de officio Legati, in cap. 5. de offic.Vicarij,q.6.n.34.& ante,t.2* p.627
Cap. *Si contra vnum, § cum autem, de officio Delegati in dicto cap.5. de offic.Vicarij, q.6 n.33.t.2* p.627

V

Cap. V*Nde 8.q.1* p 43
Cap. *Vt ieiunij de conſecrat. diſt. 5. in cap.1.de ſacra Vnct. §.per frontis q.10.n.12 & ibi q.11.n.9.& 16.t.2* p.100
Cap. *Vndecumque 3. vſque ad 9. 56.diſt. in cap.1. de filijs Presbyter. quaſt.10. num. 14 t.2* p.221

Ex Clem.

Clem. V*NICA de prabend.in cap.fin.de renunciat. quaſt.2. ſub num. 4 t,1* p.193
Clem.1.§ *Caterum de ſtatu Monachor. in c.1 de ætate ordinand.q.1.n.132.t.1* p.351
Clem. *Dudum de ſepulturis, in c.fin.de ætate ordin.q.2.n.20.t.1* p.438
Clem.1. *De ſepult. in c.2. de ſacram. non iterandis,q 1.n.15.t.2* p.158
Clem.1. *De haret.in c.nuper, de bigamis q.4 n.29.t.2* p 378
Clem.2. *De reſcript.in c.5.de officio Vicar.q.6 n.4.t.2* p.624
Clem.vnica *de Baptiſmo,in c.de officio Archipresbyt.q.2.n.125.t.2* p.515

Ex Extrauag.

E

E*XTRAVAG. execrabilis de prab. in c.3.de officio Vicarij q.2.n.3. & in c.5 q.3.à n.29. t.2* p.572

F

E*Xtrauag.frequens,Ioan.22. in d.c.fin. dicta q.2.n.20.23.26.& 29.t.1* p.438

I

E*Xtrauag. iniuncta de elect. in c.transmiſſam 15.eodem,q.2.n.5.& q.5.n.31.& q.7.n.12.& de materia per totum cap. t.1* p 90
Extrauag. inter cunctas de priuileg. ibi d. q.2 n.20.23.25.& 29.t.2 p.438

S

E*Xtrauag.ſuper Cathedram,de ſepultur.in c.fin.de ætate ordinand. q.2. n.20. 23 26.& 29.t.1* p.438

V

E*Xtrauag. vnica de vſu Pallij,in cap.1.eod. q.3.n.3.t.1* p.170

Ex Clauſul.

A

Clauſ. A*Ddentes, in cap.5.de offic.Vicarj q.5.n.19.t.2* p.118

C

Clauſ. C*Oadjutoria in Rub.de officio Archipresb.q.4.n.116.& q.8.n.6 tom.2* p.483

D

Clauſ. DE plenitudine poteſtatis, & dummodo alteri non fiat præiudicium, *vel* ſine præiudicio iurium ſuorum, *in c. illa quotidiana 39. de elect. n. 13*

E

Clauſ. E*xceptis maioribus, ibi q. 6. num. 21*

G

Clauſ. G*enerales in c. 5. de officio Vicarij, q. 5. n. 19. t. 2* p. 138

O

Clauſ. OMnes, *in c. 1. de filijs Presbyter. q. 5. n. 29. & quæſt. 6. num. 20 tom. 2* p. 199

P

Clauſ. P*rorſus in diſpenſatione ibi dict. q. 5. n. 41. t. 2* p. 205

Q

Clauſ. Q*uæcumque ibi dicta q. 6. n. 20 n. 2. à n. 5. & 12. t. 2* ibid.

Cap. 7. *ſeſſ. 14. in c. fin. de renunciat. n. 5. & in c. fin. de temporib. ordin. q. 1. n. 8. t. 1* p. 304

Cap. 2. *ſeſſ. 21. in c. 11. de temporib. ordin. q. 7 à n 60. & q. 11. n. 56. t. 1* p. 268

Cap. 5. *ſeſſ. 6. ibi q. 9. num. 11. & q. 10. n. 10 tom. 1* p. 238

Cap. 14. *ſeſſ. 24 in c. fin. de renunciat. q 2 ſub n. 6. t. 1* p. 194

Cap. 1. *Trid. ſeſſ. 24. in Rub. de ſacram. non iterand. q. 5. n. 1. cum alijs, & n 16. t. 2* p. 185

Cap 8. *ſeſſ. 23. in cap. 8. de temporib. ordin. q. 1 n. 8. & c. 11. eiuſd. ſeſſ. quæſt. 2. n. 9. & q. 11 n. 15. & cap. 9. dict. ſeſſ ibi q 4 n 15 & q. 5 n 2. & q 6. n. 22. & 23. & c. 10. n 5 & iterum dict. cap. 8. ibi q. 11. & cap 4 dict. ſeſſ. in Rub. de ætate ordin. n. 55. & in c 1. de ſacra Vnct. §. per frontis q. 10. n. 2. & 3. & q 14. n. 14. & 24. t. 2* p. 287

Cap. 12. *Trid. ſeſſ. 24. in cap. 1. de ætate ordin. q. 1. num 31* p. 346

Cap 3. *ſeſſ. 25. in cap. cum bona de ætate ordin. q. 1. n. 1. & 16*

Cap. 15. *ſeſſ. 13. in cap. fin. de ætate ordinand. q. 2. à n. 23. & c. 4. Trid. dict. ſeſſ. 23. in Rub. de ſacra Vnct. q. 3. n. 7. t. 1* p. 439

Cap. 13. *ſeſſ. 7. in dicto cap. fin. de ætate ordin. q. 2. n. 40. & in eadem ſeſſione 7. in cap. 1. de ſacra Vnct. § per frontis, q. 2. n. 14. t. 1* p. 441

Canon. ſeſſ. 7. in dicto cap. 1. de ſacra Vnct. §. per frontis, q. 8. n. 4. t. 2 p. 89

Ex Tridentino.

Cap. 1. S*ESS. 21. in cap. fin. de ſacram. non iterandis, q 2. n. 17*

Can. ſeſſ. 7. ibi, & à n. 18

Cap 2. *Trid. ſeſſ. 24. in c. 1. de filijs Presbyteror. ſub n. 24. & ibi dicto cap. liceat Epiſcopis, à n. 34* p. 395

Cap. 15. *ſeſſ. 25. de reform. in c. 2. de filijs Presbyt. q. 2. t. 2* p. 228

Cap. 7. *dict. ſeſſ. 25. in dicto cap. 2. q. 3. n. 4. t. 2* p. 231

Trid. ſeſſ. 23. de reformat. in fine, in c. 2. de bigamis q. 1. n. 15. t. 1 p. 359

Trid. ſeſſ. 14. de reform. c. 19. in c. 1. de offic. Archid. q. 1. n. 21. t. 2 p. 425

Trid. cap. 18. ſeſſ. 24. in cap 3. de officio Vicarij, q. 5. n. 9. & 18. cum conſt. Pij V. t. 2 p. 580

Trid. ſeſſ. 25. c. 7. in c. 5. de officio Vicarij, q. 9 per totam. t. 2 p. 63

Cap. 6. *ſeſſ. 25. in cap. quia propter de elect. q. 2. n. 28 t. 1* p. 125

Cap. 3. *Trid. ſeſſ. 7. in c. fin. de ætate ordin. q. 1 n. 32. cum c. 4. ſeſſ. 22. & n. 32. 33. & n. 36 tom. 1* p. 434

Concil.

C*Oncil. Nicen. can. 17. & 19. in cap. 2. de ordin. ab Epiſcopo, qui renunc q. 1. n. 5. t. 1* pag. 322

Concil. Florent. ſub Eugenio IV. de confirmat. in cap. 1. de ſacra Vnct. §. per frontis, q. 2 n. 18. & in cap fin. de ſacram. non iterandis q. 1. n. 16

Concil. Aracuſan. can. 7. in cap. 1. de ſacra vnct. § per frontis, q. 7. n. 13. t. 2 p. 85

Concil. Tolet. cum D. Auguſt. & Ambroſ. ibi num. 15. & decret. 24. cap. 9. in cap. 3. de offic. Vic. q. 5. n. 10. t. 2 p. 580

Concil. Illiberit. can. 39. in cap. 1. de ſacra Vnct. § per frontis, q. 13. n. 8. t. 2 p. 551

Concil. Laodicen. can. 48 num. 5. in cap. 1. de ſacra Vnctione, dicto § per frontis, q 14. n. 1 & 5. tomo 2 p. 109

Concil. Arelianen. can. 3. in dicto cap. 1. §. per frontis, dicta q. 14. n. 1. & 6. t. 2 ibid.

Concil. Mediolanen. 4. ibi q. 14. ſub Carolo, dicta q. 14. n. 13. tomo 2 p. 111

Concil. Neoceſar. in cap. 1. de bigamis, q. 1. n. 13 tom. 2 p. 351

Conc.Grãgen.in c.2.de bigam.n.10.t.2 p.358
Concil.Illibert. in cap.1.de Officio Cuſtodis q. 1 n.64.& ibi n.66.ſuper cap.17.t.2 p.551

Breue.

BREVE Vrban.VIII.reformationis ſacræ pœnitent.in cap.6. de temporib. ordin. q.3.n.26.t.1 p.235
Breue Vrban.VIII.pro examinand.in cap.fin de ætate ordin. q.2.n. 22.t.1 p.438

C

CLemens VIII. quid decreuit circa electiones, in Rub.de elect.q.4.n.10.t.1 p.17
Conſtit.Pontificis,quibus illegitima queunt eligi in Abbatiſſas, in Rub.de elect. dict.q.4 n.50.t.1 p.20
Conſtit.Sixti V. & Gregorij XIII. circa Abbatiſſas, in dicta Rub.q.5.n.10.t.1 p.22
Conſtit. Iulij III. in cap.15. de elect. q.3. n.31 & q.4. n.12 p.82
Conſtit.Iulij II. in dict.cap.15.q.4.n.12. Pauli III.& Pij IV. ibid.
Conſtit.Pauli V.in cap.fin.de renunciat.num.4 t.1 p.194
Conſtit.58. Pij V. in cap fin. de renunciat. q.2 num.12. & 13. einſdem conſt. 37. in cap.4 de temporibus ordin.n.11. cum alia Gregorij XIII. intenta. t.1 p.194
Conſtit. Pij II. in cap.ſi Archiepiſcopus 6. de temporib.ordinat.q.2.n.22 t.1 p.229
Conſtitutio Sixti V. incipit ſanctum,in cap.8 de temporib ordin.q.1.n.6.t.1 p.236
Conſtit. Clem. VIII. incipit Romanum, in d. cap.8. de temporib. ordin. q.1. n. 7. & alia ipſius incipit ſanctiſſimus,cap.11 eodem tit. q.1.n.6 & in cap.1.de ſacra vnct.§ per frontis q.9.numero 21 p.137
Conſt.Pij V. circa prouiſionem vicar cum Trid. in cap.3.de offic.vicarij, q.4.num.13.& q.5 numero 9.& 18.t.2 p.577

Bullæ.

BVLLAE Pauli IV. in cap.innotuit 20 de elect.q.1.n.1.t.1 p.94
Bulla Sixti IV. & Leonis X. in c.quia propter 42.de lect.q.3.n.18.& 19.t.1 p.130
Bulla Sixti V. in cap.1. de oblig.ad ratiocinia q.3.n.1.& 44.t.2 p.296
Bulla Pij II. in cap non eſt 14.de temporib.ordin.q.1.n.21.& q.3.n.3.t.2 p.294
Bulla Pij V.de reſidentia in cap.1.de ætate ord. q.1.n.84.t.1 p.349
Bulla Cruciata tempore interdicti,in cap.1. de ſacra vnct.q.7.n.6.t.2 p.33
Bulla Vrbani VIII. de Canonicis de officio in Rub.de offic.Archipresb.q.3.n.80.t.2 p.619
Bulla Greg.XIV. circa diſpenſat. regulares, in cap.1.de filijs Presbyt.quæſt.2.n.2. alia Gregor.XIII. de diſpenſ.illegitim.ibi q.5.n.40 cum alia Pij V.n.39. tomo 2 p.195
Bulla Clem.VIII. in cap. de oblig. ad ratiocin. quæſtione 3. numero 44.tomo 2 p.296

Ex Sacra Scriptura.

PAVL. I. ad Philippenſ.in Rub.de temporib.ordin.q.2.n.23.t.1 p.211
Timoth.cap.4.verſ.4.ibi n.24.& ad Timoth.in Rub.de bigam.q.1.n.5. & Timoth. 3.in c.3 de bigamis q.1.n.2.t.1 ibid.
Paul.an Galatas 3. in cap. ſi Archiepiſcopus de temporibus ordin q.2.n.35.t.2 p.229
Can.78. Apoſtolor.in Rub.de corpore vitiatis q.1.n.4.& can.22.& 23.in cap.3.de corpore vit.q.2.n.6.& can.12.in Rub.de bigamis q.2.n.2.& can.18.n 20 & can.25.in cap.2 de officio Archid.q.2 n.6.t.2 p.333
Oſea Propheta cap.5.in cap.fin de ætate ordin. quæſtione 1. numero 27.t.1 p.434
D.Marcus dict.cap.6.verſ.13.cum loco D.Iacobi c.5.verſ.14.in c.1.de ſacra vnct q.1.n.10 & q.10.n.1.& 2.& q.14.n.16.t.2 p.45
Matth.cap.19. in cap.3.de corpore vit. quæſt.2 numero 28.t.2 p.335
Actor.cap.6.in Rub.de offic.Archid.q.1.n 42 & cap.8.ibi q.2.n.3.t.2 p.413
Cap.8.Apoſtolorum in cap.1. de ſeruis non ordinand.q 2.n.19.t.2 p.256
Gregor.X.in Concilio Lugdunen.in cap.1.§.per frontis,de ſacra vnct. q.9.n.18. & ibi Gregor.XIII.n.24.& q.14.n.6.t.2 p.95

Sancti.

SANCTVS Auguſtinus epiſt.19. ad Hieronym. in Rub.de temporib.ordin. numero 26.quæſtione 2.t.1 p.211
S.Baſilius loco de Spiritu ſancto, cap.17. in c.1 per frontis,de ſacra vnct.q.1.n.7.t.2 p.58
S.Hieronym.in cap 1.§.per frontis,q.14.num.6 & circa luzernas in cap.1. de offic.Cuſtodis q.1.n.64.& 67.t.2 p.110
S.Hieronym.ſuper epiſt.ad Titum, in Rub.de temporibus ordin q.2.n.25.t.2 p.211

Innocent.

Index Canonum, Legum, &c.

Innocent. IV. *in epiſtola ad Epiſcop. Tuſculan. in cap.1. de ſacra vnct §.per frontis, q.4.n.5 & q.9 n 17. t.1* p.69

S.Petrus, qualiter accipiatur, dum dicitur, non videbis dies Petri in c.6. de elect. ſub n. 32 tomo 1 p.58

S. Cyprianus circa electiones, in Rub. de elect. q.6.n.21.& in c.7. Melchiadis, in c.1. de ſacra vnct.§.per frontis, q.14.n.11, t.1 p.27

S.Auguſtin nominatus ad Eccleſiam Hypponenſem, in c.5. de officio Vicarij, quæſt.9.n.4 & 21.t.1 p.640

Alexander Capadociæ Epiſcopus datus coadjutor Naſciſo, in cap.5. de offic.Vic. q.9.n.7 epiſt.4. Clem.4 ibid.

Rotæ Deciſion.

D*ECIS. 70. n.8. in cap.5. de officio Vicarij, q.4.n.30.t.2* p.611

Boni Authores.

L*ACTANTIVS cap.1. lib.6. in cap.1 de offic. Cuſtodis, q.1.n.65 t.2* p.551

Ciceronis locus in Topicis contra manumiſ.cum §.1. inſtit. de libert. in cap.3. de ſeruis ordin. vel non, q.1, n 27.t.2 p.266

Ex ff.

L.1.§. E*VDI quoque ff. de varijs, & extra ordin. cog. in cap. 2. de filijs Presbyt.q.4.n.48.t.2* p.303

L.1.§.*Præterea ff. de contr. actione tutelæ, in dicto capite 2. dict.q.4.n.49.t.2* p.303

L.1. *In princ. ff. de rerum diuis, in Rub. de ſeruis ordin. vel non, q.1.n.19.t.2* p.144

L.1.§.4. *ff. Nautæ Caupon. in Rub. de ſeruis ordin. vel non, q 1.n.60. tomo 2* p.248

L.1 *ff. De manumiſ. vindicta, in cap. fin. de ſeruis ord. vel non, q 3.n.10. tomo 2* p.285

L.1. §. *Ab eo. ff. quis, & à quo appell. in cap.5 de offic. Vicarij, q.6.n.12. tomo 2* p.625

L.2.§. *Numerus ff. de vacat. muner. in Rub. de elect. q.10.n.19. tomo 1* p.48

L.2.3.4.5.& 20. *ff. de euict. legata, in cap.11. de temporib. ordin. q.1.n.21 tomo 2* p.146

L.3. *ff. de peculio. in Rub. de ſeruis ordin. vel non, quæſtione 1. numero 19. tomo 2* p.244

L.4 *in fine, ff. de his, qui not. infam. in Rub. de ſeruis ordin. q.1.n.55. tomo 2.* p.248

L.6. *ff. de officio Proconſulis, in cap.1. de filijs Presbyterorum, q.6.n.17. tomo 2* p.172

A

L. A*Mbitioſa, ff. de decretis ab ordine faciendis, in cap. ad aures 7. de ætate ordin.q.1.n.46. tomo 1* p.382

L. *Apud Labeonem, §. prætor ait, in Rub de ſeruis ordin. vel non, q.1.n.63.t.2* p.248

L. *Arecuſa 15. ff. de ſtatu hom. in cap fin. de ſeruis ordin. vel non, q 1.n.8.t 2* p.277

B

L. B*Arbarius Philippus, § ſi ſciſſet, ff. de offic. Prat. tomo 1* p.34

C

L. C*Vm inter, ff. de fideicommiſ. libert. in cap.3. de ſeruis ordin. vel non, q. 1 numero 32. tomo 2* p.266

L. *Cum legitimi. ff. de ſtatu hom. in cap fin. de ſeruis ordin. vel non, q.1.n.25.& 28. tomo 2* p.278

D

L. D*E bonis, §. non ſolum, ff. de Carboniono edicto, in cap.11. de temporibus ordin.q.11.n.43. tomo 2* p.283

E

L. E*Ius, qui manumiſſus, § fin. in cap.11. de temporibus ordin. q.3. n.28. & 29 tomo 2* p.251

L. *Eum qui duas, ff. de adulter. in cap. nuper de bigamis, q.4.n.44. tomo 2* p.380

F

L. F*In. ff. de jure immunit. in c. ad aures 7 de ætate ordin. q.1.n.46.t 1* p 382

L. *Fin. ff de ritu nuptiar. in cap nuper 4. de bigamis, q 4.n.17.& ibi n.56.t.2* p.381

L. *Fin. de jure deliberandi, in cap.1. de ſeruis ordin. vel non, quæſtione 1. numero 33. fin. tomo 2* p.254

H

L. H*Oc in iure 10. ff. de verb. oblig. in cap.4. de ætate ordinand. quæſt. 2 numero 5. tomo 1* p.371

I

L. IVris iurandi 7. §. dabitur, ff. de operis libertor. in cap. 2. de filÿs presb. q. 4. n. 47 tomo 2 p. 302

L. In oneribus, ff. de vacat. muner. in Rub. de elect. q. 10. n. 19. t. 1 p. 48

L. Legatis, ff. de alimentis, & cibarÿs legat. in cap. 11. de temperib. ordin. q. 11. n. 42. t. 1 p. 283

L. Legatis in fine, ff. de officio Præſid. in cap. 5 de offic. Vicarÿ, q. 6. n. 16. t. 2 p. 624

L. Liberorum, §. relegatus, ff. ad municipal. in cap. 11. de temporib. ordin. q. 5. n. 28. & 29 tomo 2 p. 251

L. Liberta 35. ff. de operis libert. in cap. 3. de ſeruis ordinandis, vel non, q. 2. num 2. & 3 tomo 2 p 268

M

L. MAnumiſſiones, ff. de manumiſ. vindicta, in cap. 3. de ſeruis ordin. vel non, q. 1. n. 40. tomo 2 p. 267

P

L. PVpillus, ff. de manumiſ. vindicta in c. 3 de ſeruis ordin. vel non, q. 1. 40. t. 2 p. 267

Q

L. QVod ſeruus, ff. de ſtipul. ſeruor. in Rub. de ſeruis ordin. vel non, q. 1. n. 19 tomo 1 p. 243

L. Qua ætate, ff. de teſtam. in cap. 3. de ſeruis ordinandis, vel non, q. 1. n. 6. & 12. t. 2 p. 265

R

L. REſcripto, ff. de muner. & honor. in Rub. & cap. 1. de obligat. ad ratiocin. ordin. vel non, n. 22. tomo 2 p. 291

S

L. SPonte 17. ff. de minorib. in Rub. de elect. q. 11. n. 16. t. 1 p. 52

L. Si ita ſtipulatus eſſem, ff. de verb. oblig. in cap. 4. de ætate ordin q. 2. n. 5 p. 371

L. Si rogatus 20. in princip. ff. de manumiſ. vindicta, in cap. 3. de ſeruis ordin. vel non, q. 1 n. 8. 9. & 34 tomo 2 p. 264

L. Si minor 33. ff. de minorib. in dict. cap. 3. q 1 numero 34. tomo 2 p. 367

V

L. VSumfructum 23. ff. de liberali cauſa in Rub. de ſeruis ordin. vel non, q. 1 n 19. tomo 2 p. 244

Ex Codice.

L. 1. COD. de aduocatis diuerſ. judic. in cap. 5. de offic. Vicarÿ, q. 4. n. 36 tomo 2 p. 611

L. 1. & 2. Cod. in quibus cauſis Coloni, in cap. fin. de ſeruis non ordin. q. 2. n. 38. t. 2 p. 283

L. 1. Cod. Theodoſ. de collegiatis, in d. cap. fin. de ſeru. non ord. d. q. 2. n. 38. t. 2 p. 283

L. 1. Cod. de ſeruis, aut liberis, in dict. cap. fin. dict. q. 2. n. 39. tomo 2 ibid.

L. 1. in fine, Cod qui pro ſua juriſdict. in cap. 5 de offic. Vicarÿ, q. 6. n. 13. t. 2 p. 625

L. 2. Cod. de fundis Patrim. in cap. indecorum 3 de ætate ordin. q. 1. n. 45. tomo 1 p. 360

L. 2. Cod. de fundis Patrum, in cap. indecorum 3 de ætate ordin. q. 1 n. 45. t. 1 p. 360

L. 2. Cod. de libertis, in cap. fin. de ſeruis ordinandis, vel non, q. 1 n. 1. & 10. t. 2 p. 277

L. 2. Cod. de ſeruis Reipub. in dict. cap. fin dict. q. 1. n. 2 ibid.

L. 4 Cod. de Profeſ. & Medic. in cap. 2. de filÿs Presbyt. q. 4. n. 48. tomo 2 p. 303

C

L. COlonos, Cod. de agricolis, in cap. fin. de ſeruis ord. q. 2. n. 38. t. 2 p. 283

L. Cum ſcimus, Cod. de agricol. in cap. fin. de ſeruis non ordin. dict. q. 2. n. 58. t. 2 ibid.

E

L. EAm, legem, Cod. de excuſat. muner. lib. 10. in cap. 5. de offic. Vicarÿ, q. 4. n. 36 tomo 2 p. 611

L. Eos de excuſat. muner. dict. lib. 10. in dict. c. 5 de officio Vicarÿ, q. 2. n. 36. tomo 2 ibid.

L. Ex ingenio 4. de agricolis, & mancip. in c. fin. de ſeruis ordin. vel non, q. 1. num. 33. & 44 tomo 2 p. 279

L. Exemplo 36. Cod. de Decurion. in dict. cap. fin. q. 2. n. 38. tomo 2 p. 283

F

L. FIn. Cod. de militari teſtam. in Rub. de elect. n. 6. tomo 1 p. 34

L. Fin. Cod. de ſeruis fugitiuis, in cap. fin, de ſeruis ordin. q. 1. n. 21. tomo 2 p. 278

Index Canonum, Legum, &c.

H

L. HI qui Cod.de murilegulis, in cap.fin. de ſeru.ord.vel non, q.1.n.3.& 44.t.2 p.279

L. Humanum, Cod.de legibus, in cap.de tranſl. Epiſc.q.1.n.30.tomo 1 p.154

I

L. INterpoſitas 13. Cod.de tranſact. in c.fin. de ſeruis non ord.q.2.n.15.t.2 p.281

M

L. MVlier 16.Cod.de agricolis, in c.fin. de ſeruis non ordin. q.2.n.38. tomo 2 p.283

N

L. NAti 29.Cod.de Decurion.lib.10.in cap. fin.de ſeruis ord.vel non, q.1.n.31 & 44.& ibi q.2.38.tomo 2 p.279

P

L. POſſeſſiones, Cod.de feud.Patrimonial. in cap.fin.de cauſis ordin. vel non, q.2 n.38.tomo 2 p.383

Q

L. QVicumque, Cod.de re milit.in cap.fin. de ſeruis ordin.vel non, q.2. n.38 tomo 2 p.283

S

L. SI per vacua, Cod. de temporib. in integ. reſtituend.in cap.tranſmiſſam 15. de elect.numero 27.t.1 p.69

L. Si qui adſcriptitia 24. Cod. de agricol. & cenſitis, lib.11.in cap.fin.de ſeruis ordin.vel non, q.1.n.34.& 44.tomo 2 p.279

L. Seruus 9. Cod.de Decurion. in dicto cap.fin. q.2.n.39.tomo 2 p.283

Authenticæ.

AVTH. ad hac, Cod.de Latina libertate, in cap.1 de ſeruis ord.vel non.q.1.ſub n.16.tomo 2 p.252

Auth. de nuptijs, §. adſcriptio. dict. q.1. ſub dict.n.16 ibid.

Auth.Si ſeruus, ſub leg.iubemus, Cod.de Epiſcopis, & Clericis, in c.1.de ſeruis ordin.vel non, q.2.n.11.tomo 2 p.255

Auth. Vt ſponſalitia largitas, §. & hoc quoque, col.9. in cap.3. de ſeruis ordin vel non, q.1.n.5.& 11.tomo 2 p.264

Nouellæ.

NOVELLA 22. Iuſtinian. de nuptijs, in cap.2.de offic.Archid. q.2.ſub n.64 tomo 2 p.437

Nouella Valentiniani de Colonis, & Vagijs, in cap.fin.de ſeruis ordin.vel non, q.2.n.38 tomo 2 p.283

Inſtitut.

§.1 INSTIT. de Libertinis, in cap.1.de ſeruis ordin.vel non, q.1.n.50.& in cap.3.n.27.tomo 2 p.253

§. Cum ergo inſtit. quibus ex cauſ. manumit. non licet in cap.3.de ſeruis ordin. vel non, q.1.n.4.& 10.tomo 2 p.264

§. In his in fragment.Vlpiani, in cap.fin de ſeruis ordin.vel non, q.1.n.7 tomo 2 p.277

Partitarum.

L.5. TIT. 10.p.6. in cap.2. de fil.Presbyt. q.4.n.6.tomo 2 p.299

L.13. Tit.1.p.6. in cap.3. de ſeru.ord. vel non, q.1.n.6.& 12.tomo 2 p.265

L.7. Verſ. eſibo quiſiere, tit.12. p.4. in dict. cap.3.dict.q.1.n.6.& 12 ibid.

L.1. Tit.2. p.4. verſ aya de veinte años, in dict.cap.3 q.3.n.12 ibid.

L.3. Tit.15.p.4.in cap.fin.de ſeruis ordin.vel non, n.35.& 45.tomo 2 p.279

Recopilat.

L.10. TIT.1.lib.4. Recop.in cap.Dudum, 54.de electione n.9

L.5.Tit.11.lib.7.Recopil.in cap.3.de ſeruis ordin.vel non, quæſtione 2.numero 6. tomo 2 p.268

Leg. Styli.

L.118. STYTLI, in cap.2. de filijs Presb. quæſtione 4. numero 6

De Particulis.

PART. Mox, ſigillatim, cunctorum, diligenter, & exquirant, quid ſibi velint, in c. quia propter, de elect.1.q.n.47 tomo 1 p.126

Particula, maior, & particula, ſenior, in c. publicato 59. de elect. n.11. t.1 p.148

Dictiones.

DICTIO, Irrita, de per ſe importat latam ſententiam, in cap. congregato, 53 de elect. n.12. t.1 p.143

APPROBATIONES DOCTORVM.

EGo infrà Scriptus Doctor Theologus perlegi quæ compoſuit *ad Titulum, De Officijs, & Sacris Eccleſiæ, D. D. Nicolaus Rodriguez Fermoſinus* Hiſpanus, &c. nec in ijs reperi aliquid à fide diſſonum, & quod publicationem impediat, datum Lugduni. Hac die prima Iulij anni Domini milleſimi ſexcenteſimi ſexageſimi ſecundi.

P. I. ROBE'.

IDem cenſeo ego infrà ſcriptus facultatis Pariſienſis Doctor Theologus. Hac die prima Iulij anni currentis 1662.

Fr. Cyrillus Morel Carmeli Lugdunenſis Prior.

LICENTIA.

VIſa Doctorum Approbatione per nos licet Typis mandari Librum, *de Officijs, & Sacris Eccleſiæ, D.D. Nicolai Rodriguez Fermoſini*, nam nihil continet contra bonos mores, fidémque Catholicam. Lugduni, die tertia Iulij 1662.

DE NEVF-VILLE VICARIVS GENERALIS.

PERMISSIONES.

NOn Intercedo Regis cauſa ne Liber cuius Titulus eſt *D. D. Rodriguez Fermoſini Hiſpani, &c. Tractatus de Officijs, & Sacris Eccleſiæ*, Imprimatur, & in lucem edatur ab HORATIO BOISSAT, & GEORGIO REMEVS, huiuſce Ciuitatis Bibliopolis, cum prohibitionibus alijs omnibus Bibliopolis, in hoc caſu fieri ſolitis. Lugduni, die tertia Iulij 1662.

VIDAVD.

FIat iuxta conſenſum Procuratoris Regij. Die tertia Iulij 1662.

DV SAVZEY.

D. D.

NICOLAI RODRIGVEZ FERMOSINI, HISPANI,

TRACTATVS SECVNDVS.

DE OFFICIIS ET SACRIS ECCLESIÆ.

AD TITVLVM *DE* POSTVLATIONE PRÆLATORVM.

AD RVBRICAM.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Poſtulatio, electio, confirmatio, & tranſlatio, ſiuè nominatio, ſolent ab Interpretibus ſub vna tractatione examinari.*
2 *Poſtulationis diffinitio.*
3 *Poſtulatio debet fieri à maiori parte Capituli, alias poſſit Superior eam reiicere.*
4 *Poſtulatus nequit ante admiſſam poſtulationem à Superiore exercere, aut adminiſtrare.*
5 *Poſtulantes facultate poſtulandi, priuantur, ſi poſtulatus ante admiſſam poſtulationem à Superiore adminiſtret, & pro illa vice ſit deuolutio ad Papam.*
6 *Poſtulatio differt ab electione; quia hæc nequit variari, publicato ſcrutinio, illa ſic; donec fuerit Superiori præſentata, & de ratione,* num. 7. & 8. *&* num. 14. & 15.
7 *Electo ante confirmationem, ſicut præſentato ante præſentationem, quæritur ius.*
8 *Poſtulato nullum ius quæritur antè declaratam Superioris voluntatem.*
9 *Poſtulatus poſt admiſſionem à Superiore, dicitur prouiſus: & quando in ſolemni poſtulatione;* num. 11. *vel in non ſolemni;* n. 12.
10 *Poſtulantes non poſſunt recedere, Superiori præſentata poſtulatione.*
11 *Poſtulatio duplex eſt: alia ſolemnis, alia non; &* num. 12. & 13.
13 *Poſtulatus admiſſus à Superiore non antea conſulto, fit habilis, vt eligi valeat.*
14 *Poſtulantes nequeunt variare, præſentata, Superiori poſtulatione; & hoc ob reuerentiam Superioris.*
15 *Poſtulatio facta ab omnibus, vel à duabus partibus, non reiicitur abſque iniuria à Superiore.*
17 *Poſtulari poſſunt, qui habent legitimum impedimentum Canonicum, ne eligantur.*
18 *Cardinalis eligi nequit, ſed poſtulari.*
19 *Cap.* Eccleſia veſtra l. 2. de electione.
20 *Poſtulatio Abbatum, & inferiorum non eſt propria.*
21 *Nominatio differt à poſtulatione.*

1 ELECTIO, confirmatio, tran-
ſlatio, & poſtulatio, ſiue nomi-
natio ſolent ab Interpretibus ſub
vnica tractatione examinari: &
poſt alios nouiſſimè Franc. Ton-
2 durus *p.2.de quæſt. benef. c.4. §.6.*recolligit † di-
cens, *à n.4.* vt *Poſtulatio ſit illius quem eligentes
ob aliquem defectum eligere nõ poſſunt apud Sum-
mum Pontificem ex eius mera indulgentia requi-
3 ſitio.* † quæ debet fieri à maiori parte Capituli;
aliàs Superior poſſit poſtulationem reiicere, &
reiiciendo nemini faciat iniuriam: *ex c.poſtulatio-
4 nem hoc tit.* † non enim poteſt poſtulatus exer-
cere,aut adminiſtrare ante admiſſam à Superiore
poſtulationem; Romanus *conſ.330. n.20.21.&
ſequent.* alioquin & poſtulatus omni commodo
5 poſtulationis priuatur, & poſtulantes facultate
poſtulandi, vel eligendi, vel fieri pro illa vice
deuolutionem ad Papam, & Sedem Apoſtoli-
cam, dixit idem Romanus *ibidem*, & Tuſchus
*littera P, concluſ.*459.
6 Et quia Barboſa hîc congerit plures Docto-
res ſcribentes de materia, quibus addo Narbo-
nam, qui *in Annalibus anno 27.q.3.* agit de illa
quæſtione in qua ætate poſſit quis poſtulari; &
Iulius Lauorius *variar.lucubrationum tit.4.*expli-
cet quid ſit poſtulatio, & qui poſtulare, ſeu
poſtulari queant *cap.* 14. Ideò nunc tantùm ex-
pendo differentiam, quæ verſatur inter poſtula-
tionem & electionem; etenim in hac non licet
variare, publicato ſcrutinio,ſed collatio facienda
eſt, & electio celebranda; *cap.publicato.*58. *de
elect.* ſed in poſtulatione licet variare, & ab ea
recedere; donec fuerit Superiori præſentata;
7 Doctores *in dict. c.publicato*: † quia electo ante
confirmationem, ſicut & præſentato ante inſti-
tutionem, quæritur ius ad rem; licèt non
quæratur ius in re; *cap.qualiter.*17.*de elect. cap.
auaritia eodem lib.6.ex extrauag.Iniunctæ de ele-
ctione in communibus.* D. Ioannes de Eſcobar *in
tract.de puritate, & nobilit. prob.q.7.n.29. & à
8 n.34.*Tondutus *ſuprà num.* 8. † ſed per poſtu-
lationem nullum ius acquiritur poſtulato ante
declaratam Superioris voluntatem, *ex cap. pen.
9 hoc tit.*vbi cum multis Barboſa *ibi num.* 2. † ad-
dens *num.3.*quod poſt admiſſionem dicatur pro-
uiſus; Rebuffus *in concordatis tit. de reg.nomin.
§.1.in verb.Poſtulationem.*
10 Etenim præſentata Superiori poſtulatione,
poſtulantes non poſſunt amplius ab ea recedere,
& variare; non quod poſtulato ſit aliquod ius
ex ea poſtulatione acquiſitum, ſed ob reueren-
11 tiam Superioris.† Quod ſi poſtulatio fuerit ſo-
lemnis, veluti ſi coram tali Superiore facta ſit,
qui ſuper quolibet impedimento poſtulati facul-
tatem habeat diſpenſandi, tunc poſt admiſſio-
12 nem dicitur prouiſus. † Et hæc inquam ſolem-
nis dicitur talis, cùm ſit ſeruata forma; *cap.quia
propter de elect.*Lotterius *de re beneficiaria lib.2.
q.17. num.*231. Vbi quod tunc poſtulaturis, in
quem maior,& ſanior pars conſenſerit, quem ſi
admittat Superior, qui ſupra quolibet impedi-
mento poſtulati facultatem habeat diſpenſandi,
eumquè confirmet; tunc poſtulatio habeat vim
electionis; ſin autem poſtulatio ſolemnis non
fuit; vt quia facta inconſulto Superiore, qui in
impedimento poſtulati diſpenſare poteſt, ſi ipſe
poſtea eam admittat, huiuſmodi admiſſio vim
13 non habebit electionis, & confirmationis, † ſed
ex tali admiſſione nihil aliud conſequetur po-
ſtulatus, niſi quod cenſeatur habilis, vt eligi
poſſit; ita quod ſublatum ſit impedimentum,
quo obſtante, prius eligi non poterat; Rendi-
na *in promptuario receptarum ſentent. tom.* 1.
*tit.*36. *num.*35. benè Barboſa *de Iure Eccleſ.
p.1.cap.19.num.*14. Petr. Gregor. *de elect.cap.2.
n.*11. Iulius Lauor. *eod.cap.13.n.*30.
Vnum notabis cum Iulio Lauorio *dict. cap.* 14
14. *tit.* 4. *num.* 8. & 9 quod præſentata Supe-
riori poſtulatione, non poſſint amplius poſtu-
lantes ab ea recedere,& variare; non quod poſtu-
lato ſit aliquod ius acquiſitum ex tali poſtulatio-
ne, ſed ob reuerentiam Superioris: ſic docet ex
gloſſa *verb. nullum in verſ. & licet non poſſint*,
& ex eodem Iulio Lauorio Barboſa, *in dict. cap.
poſtulat.* 5. *hoc tit. n.*5.† Subdens vt Superior
non poſſit poſtulationem factam ab omnibus, 15
vel à duabus partibus ob vtilitatem Eccleſiæ abſ-
que iniuria reiicere, † vnde ſi dubitetur an publi-
cato Scrutinio liceat poſtulantibus variare, & 16
gloſſa *infra in cap.* 3. *verbo deſidere, verſ. vel
niſi, & in cap. pen.* & *cap. fin. hoc tit.* videantur
negare: tamen verius eſt,vt ſemper liceat poſtu-
lantibus variare, & à poſtulatione recedere,
quovſque illa fuerit Superiori præſentata: mul-
tis probat Barboſa *in dict.cap.3. num. fin.* Iulius
Lauor.*variar.lucubrat.tom.1.tit.4.cap.13. n.* 30.
de hac materia congerit plura videnda Barboſa
de iure Eccleſ. cap.19.à n.5.
Et quia poſtulatio ſuprà, *num.* 2.eſt petitio 17
gratiæ facta, Superiori, qua aliquis petitur in
Prælatum, qui propter impedimentum aliquod
Canonicum non poterat ab Electoribus eligi,
Panormit. & cæteri *in hac Rubrica*, Caſtellin.
*de elect.cap.2.num.*1. Barboſa *de iure Eccleſ.p.1.
cap.* 19. *à num.* 5. vbi agit de materia poſtu-
lationis; & ex hoc poſtulari poſſit qui legitimam
non habet ætatem; item qui non eſt ex legitimo
matrimonio natus, & qui non eſt ſacris Ordi-
nibus initiatus, & qui eſt alteri Eccleſiæ alliga-
tus, vt docent Syluester *in ſumma, verbo poſtu-
latio q.* 3. Mandagot. *de elect. nouor. Prælator.
p.1.cap.*53. Caſtellin. *dicto cap.* 2. *n.* 5. Iulius
Lauor. *variarum lucubrat. tit.4. c.14.n.5.* † eue-
nit vt Cardinalis non poſſit in Epiſcopum eligi, 18
ſed poſtulari, *ex cap. bona memoria hoc tit.*Lauor.
dict. tit.4. cap.16. num.67. Azor. *inſtitut. mo-
ral.p.2. lib.4. cap.3.num.15.* † Nec obſtat tex-
tus *in cap. Eccleſia veſtra el 2. infra de elect.* vbi 19
fuit electus non poſtulatus; quia reſpondetur;
ideò factum, quia erat Canonicus; & vt talis
fuit electus in Epiſcopum, vel forſan quia non
erat S. R. E. Cardinalis, ſed Canonicus Car-
dinalis; id eſt principalis inter Canonicos ipſius
Eccleſiæ: ita Azor. & Barboſa *in dict. cap.* 19.
*num.*10.† vbi *num.* 16. ait quod poſtulatio Ab- 20
batum, vel aliorum inferiorum non eſt propriè
poſtulatio, ſicut Epiſcoporum: & *n.* 15. quod
poſtulatio alicuius, ſi fiat Electoribus ipſis, vt
eligatur, non poſtulatio, ſed nominatio, aut
ſimplex ſit petitio; & ponens *à num.* 17. † plu-
res differentias inter poſtulationem, electionem, 21
& nominationem, ait quod nominatio differt
quia hæc fit de pluribus, ſed electio, & poſtu-
latio de vno tantùm; vbi quod primò nominatus
dicitur dignior, de quo dixi ſuprà *in cap. veritatis
de dolo quæſt.2. à num.12.* & alibi.

Ad Text. in cap. 1. hoc tit.

De Poſtulat. Prælator.

P R Æ M I S S V M.

S V M M A R I V M.

1 *Poſtulari nequit qui interdictum Eccleſiaſticum violat, nec Excommunicatus* ; n 2. *nec criminoſus* ; num. 3.
4 *Ignorari non licet ſcitum ab omnibus.*
5 *Scire quilibet præſumitur quæ ſunt notoria in ciuitate.*
6 *Fama, & vox publica inducit ſcientiam.*
7 *Excommunicatio probatur per famam, ſi non agitur de præiudicio alterius, vel foro animæ.*
8 *Fama non ſufficit ad repellendum excommunicatum ab agendo.*
9 *Fama ſola non facit ſufficientem probationem, vt interdictum Superioris obſeruetur.*
10 *Scriptura non eſt de ſubſtantia legis.*
11 *Promulgatio neceſſaria eſt, vt lex habeat vim obligandi.*

1 IN hoc textu poſſunt congeri hi omnes, qui
poſtulari non poſſunt; & ob id leges citatum
ſuprà Iulium Lauor. *diſt.tit.4.cap.14 per totum*;
etenim dicit primò textus noſter, quod inter-
dictum violans Eccleſiaſticum, impoſtulabilis
2 eſt, dicit cum multis Barboſa hic *num.* 1. † vbi
*n.*3. notat quod excommunicatus non poteſt po-
3 ſtulari, multis comprobans † & *n.*12. dicit quod
criminoſus poſtulari non poteſt; ob idquè ad
extenſionem adiunges hic quæ adduxi, *de inter-
dicto Eccleſiaſtico*, infrà *in cap.9. de iure iur. quæſt.*
6. & quæ *de prohibitis excommunicatis* adduxi
ſub cap. intelleximus de iudiciis : & magis ad
noſtrum propoſitum *ſub cap. ad probandum* 24.
de ſententia, & re iudic. Item & quæ latè adduxi
*de criminoſis non admittendis ad teſtificandum in
cap. teſtimonium* 14. *de teſtibus*, aliqua *ſub Rub.
de elect.* hic applicanda.

4 *In verſ.* ibi, *Quæ ad eius notitiam*, tria ex
multis notat Barboſa hic à *n* 4. 15. & 16. nempe
vt non liceat quidquam ignorare quod omnes
5 ſentiunt. † Et quòd quilibet ſcire præſumitur
6 quæ in ciuitate notoria ſunt, & publicata. † Et
quod publica vox, & fama inducit ſcientiam.
Ob id vt ampliès adiunges quæ dixi *in cap. illud
de præſumpt.* vbi dixi de quæſtione : *An fama
poſſit matrimonium probare* : & in *cap.*32. *de teſti-
bus q.*2. *verſ. ad vltimam*, vbi egi *de teſtibus de-
ponentibus de fama* : & à *num.* 52. vbi plura *de
7 fama.* † Et ſic dicit Barboſa hic *num.* 13. & 14.
quod excommunicatio probatur per famam cùm
non agitur de præiudicio alterius, vel in foro
8 animæ † ſecus ad hoc vt quis repellatur ab agen-
do, tunc enim deſiderati apertiſſima documenta,
9 nec famam ſufficere ſcribit. † Et addunt Dueñas
*regul.*299. *verſ. fin.* & Maſcardus *de probat. con-
cluſ.* 753. *num.* 63. Famam ſolam non facere
ſufficientem probationem, vt interdictum ſupe-
rioris obſeruetur. De eo, qui ignorauit proclama.
Cacheran *deciſ.* 71.

10 Et *in verſ.* ibi : *Cum conſtitutio ſolemniter edi-
tur*, & ibi : *Aut publicè promulgatur* : notat Bar-
boſa cum multis hic *n.*8. quod ſcriptura non eſt
de ſubſtantia legis. Ob id applicabis dicta ſuprà
*in Rub. de conſtitut. q.*2. *in verſ. ad ſecundam*, &
dicta infrà *in Rub. de re iudic. quæſt.* 4. *à num* 1.
vbi egi de quæſtione: *An vt pronuncietur ſenten-
tia, debeat redigi in ſcriptis*, & ibi *verſ. ad ter-
tiam*, vbi dixi, *An excommunicationis ſententia
deſideret ſcripturam?* & alia, quæ ibi notaui ſcri-
pturam deſiderantia pro ſolemnitate : applicabis
quæ de libello in ſcriptis porrigendo, aut non,
dixi *in cap* 1. *de libelli oblat. à quæſt.* 1. † Et no- 11
tat Barboſa *num.*9. quod promulgatio neceſſa-
ria eſt, vt lex vim habeat obligandi; quare ap-
plicabis quæ notaui ſuprà *ſub Rubrica de conſtit.
q* 7. & 8. vbi dixi plura de publicatione legis;
item *q.*5. & 6. de eius acceptatione.

Ad Text. in cap. Gratum 2. hoc titulo.

P R Æ M I S S V M.

S V M M A R I V M.

1 *Poſtulandi, & eligendi poteſtate eſt priuatus, qui poſtulationem caſſatam vitio perſonæ innouat.*
2 *Eligens indignum ad Officia ſæcularia, priuatur pro illa vice à poteſtate eligendi.*
3 *Electio irrita declarata propter vitium perſonæ, poteſt ab Electore de alio fieri ſi prioris vitium ignorauit.*
4 *Elector variare queit, quoties prima electio ſortita non eſt effectum, ſed taliter remiſsiuè.*
5 *Præſentantes indignum peccant; & ſi ſunt Patroni Eccleſiaſtici priuantur pro illa vice iure præſentandi.*
6 *Collatio beneficij non impeditur, ſi aliqui Electores Collegij, ad quos ſpectat ſunt excommunicati.*

TExtus iſte aptus eſt vt agatur de prohibi- 1
tis eligere, ſeu poſtulare, de quibus ſcri-
bit Iulius Lauorius *variar. lucubrat. tit.* 4. *cap.* 14.
& ex hac littera notat Barboſa hic ſequentia;
nempe quod eligendi, & poſtulandi poteſtate
eſt priuatus qui poſtulationem caſſatam vitio
perſonæ innouat. Ob id applicabis ea, quæ
ſolent Doctores agere circa pœnas, quas in-
currunt eligentes ad beneficia, ſeu officia in-
habiles, ignorantes, & ineptos, de quibus latè
noto infra *in cap. graue nimis* 29. *de præbendis,
& dignit.* vbi de eligentibus minus dignum,
omiſſo digniori, & aliqua *titulo ſequenti.* † Et 2
Molina *de primogen. cap* 4. *lib* 2. *num.* 39. probat
quod eligens indignum, etiam ad officia ſæcu-
laria, priuatur pro illa vice facultate eligendi.
Videbis infra *in cap. publicato* 58. *de elect.* vbi
Barboſa *num.*3.

Et *in verſ. intelligens*, *num.*2. notat Barboſa 3
quod ſi electio propter electi vitium irrita de-
clarata fuit, iterum fieri poſſit electio de alia
perſona; dummodo Elector tempore electionis
primæ vitium ignoraſſet Electi. Ob id applica-
bis quæſtionem, de qua Molina *lib* 2. *de primog.*
dum agit de quæſtione, an variare poſſit Elector,
qui indignum elegit ad maioratum, ibi *cap.*4.

4 *num.*38 † vbi dicit quod Elector ſemper poteſt variare, vbi prima electio effectum ſortita non fuit; legendus *à n.*22. vide infra notata *ſub cap.* 7. *in fine de electione*: & infrà *in cap. cum vos de*
5 *officio Ordinarij.* † Et quòd præſentantes minus idoneum, vel indignum peccent mortaliter. Et ſi ſunt Patroni Eccleſiaſtici priuentur pro illa vice iure præſentandi, dixit Barboſa *in paſtorali* ex multis probans *p.*3. *allegat.*72. *n.*105. quod amplius exorno *ſub titulo de Iure patronatus.*

6 Et ad gloſſam *Pauciores*, ibi; *Siue vnus, &c.* quatenus dicit quod collatio beneficij, ſi ad Collegium ſpectat, & aliqui de eo ſint excommunicati, id non impediat, quominus cæteri à tali vinculo liberè poſſint conferre, etiamſi vnus tantum ſit: applicabis quæ abundè noto infra *in cap. illa quotidiana* 39. *de electione.*

Ad Text. in cap. Bonæ 3. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Allegationes partium in litibus, quando admittantur remiſſiuè.*

1 PEr hunc textum exornat Barboſa, cui tantum addo ad verſiculum: *Nos igitur*, quæ de partium allegationibus dixi Ego *in c. in cauſis* 15. *de teſtibus tota quaſt.* 1.

Ad Text. in cap. Bonæ memoriæ 4. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Poſtulantes nequeunt mutare poſtulationem dum eſt præſentata Superiori.*
2 *Appellatione pendente non eſt aliquid innouandum.*
3 *Quaſi poſſeſſio iurium incorporalium non acquiritur per actus, qui fiunt ex gratia, vel amicitia.*
4 *Poſtulare an queant qui eligere valent.*
5 *Factum à maiori parte, dicitur factum concorditer, & vnanimiter.*
6 *Beneficia exteris à Regno, num conferri valeant.*
7 *Papa intendit cuique prouidere in patria ſua.*
8 *Poſtulari num queat dignus, omiſſo digniore, remiſſiuè.*
9 *Magiſtratus, & Officiales Regij circa officia conferenda, debent conſulere Regem.*
10 *Auocatio cauſæ per manus Superioris: remiſſiuè.*
11 *Leges de poteſtate Regia qualiter fundentur? remiſſiuè.*

1 PEr hunc textum probant Doctores quod poſtquam poſtulatio eſt præſentata Superiori, non poſſunt poſtulantes illam mutare: ſic Barboſa probat cum multis, & conducunt aliqua
2 notata ſupra *in Rubrica.* † Et pro extenſione applicabis quæ dico latiſſimè infrà *in cap. bona* 51. *de appellat.* vbi quod appellatione pendente, non eſt aliquid innouandum, quod verum eſt etiam ex noſtro textu, vt *ibi* explicaui in materia electionis, & poſtulationis.

Et ibi, *in verſ. de gratia multoties*: probat hic Barboſa *n* 3. quòd per actus, qui fiunt ex gratia, vel amicitia non acquiritur quaſi poſſeſſio iurium incorporalium. Et in comprobationem applicabis multa, quæ tractaui infrà *in cap. cum non liceat* 12. *de præſcript.* vbi quod in facultatiuis non datur præſcriptio. 3

Et ibi; *Electionem canonicam, vel poſtulationem*; notat Barboſa quòd poſtulare poſſunt, qui eligere valent; ſed videtur infirmari ex dictis *ſub Rubrica*, vbi egi de differentia poſtulationis & electionis: illud verò non eſt de hoc caſu. 4

In verſ. vnanimiter vota veſtra. probat hîc *n.*6. Barboſa concorditer, & vnanimiter dicti factum, quòd à maiori parte fit in his, quæ à pluribus fiunt iure Collegij, ſeu Capituli; ex quo dicto veniunt applicanda quæ Doctores ſcribunt infra ad titulum de his quæ fiunt à maiori parte Capituli, vbi non pauca noto. Et videbis infra *in cap. ad aures.* 30. *de elect.* & quæ dixi ſuprà *in cap. cum omnes de conſtitut.* 5

Et ibi; *quæ de Regno Vngariæ originem ducerer*: occaſione horum verborum tractat hîc Barboſa *à n.* 7. quod beneficia non exteris à Regno conferenda ſint. 6

Et quòd Papa intendit cuique in patria ſua prouidere; ad quod plura notabilia congero infra *in cap. ad decorem* 5. *de conſtitut.* & applicabis quæ latè ſcripſi *in cap. cum deputati.*16. *de Iudic.* vbi *q.* 8. egi de ea: *An expoſiti, & quorum origo incerta eſt ſint irregulares, vel ſint inhabiles ad officia publica.* 7

Per hunc textum agit Garcia *de benefic. p.*7. *cap.* 16. de quæſtione an dignus omiſſo digniori poſtulari queat: de quo, vt iam notaui plura recolligo infra *in d. cap.*29. *de præbend.* & infra dicta *ſub tit. de elect. in cap.*7. & aliis, & ibi, *in Rub. ſub q.*2. & in aliis *ibi.* 8

Et dum Maſtrillus *de Magiſtratibus lib.*2. *c.*1. tractat quid debeat curare Princeps in creatione Magiſtratus, poſtea *à num.*68. dicit quod Officiales, ac Magiſtratus maiores circa officia conferenda, debent conſulere Principem, notans ad textum noſtrum: & *numeris ſequentib.* ponit nonnulla, quæ debent Magiſtratus obſeruare, vt eligant perſonas ad officia. De quo *in Rub. de elect. ſub q.* 6. 9

Et quia Riccius per hunc textum *collect.*1763. agit de auocatione cauſæ per manus Superioris; ideò applicabis, & adiunges plura, quæ adduxi de inhibitione, & cauſæ auocatione *ſub cap. vt noſtrum* 56. *de appellat.* 10

Et quia Couaruuias *in practicis cap.* 35. per verba vltima huius textus *à verſ. quia verò*, fundat leges de poteſtate Regia; ideò applicabis quæ latè ſcripſi *in c.*2. *de iudiciis q.*19. 20. *&* 21. 11

Ad Text. in cap. Poſtulationem 5. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

TExtus hic ſatis expenditur ex adductis ſuprà, *in Rubrica*; cùm eius deciſio ſit generalis ad poſtulationem.

Ad Text. in cap. fin hoc titulo.

De Poſtulat Prælatorum.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus non eſt eligendus ad aliam Dignitatem, ſed poſtulandus.*
2 *Eligi Epiſcopi non poſſunt ad aliam Eccleſiam ſine conſenſu Papæ, cum liberum volatum non habeant.*
3 *Poſtulationis materia parum in vſu eſt.*

1 DOcet hic Pontifex quod Epiſcopus non eſt eligendus ad aliam Dignitatem, ſed poſtulandus; & *ibid.* ex multis Barboſa *num.2.* probat cum Chochier *de Iuriſdict. Ordinarij in*
2 *exemptos part 4. quæſt.5. n 2.* † Epiſcopos vnius Eccleſiæ poſtulari tantùm deberi ad aliam; quia eligi ſine Pontificis conſenſu non poſſunt, ex quo ſunt matrimonialiter propriæ Eccleſiæ alligati, liberumquè volatum non habeant. Quare iam poteris applicare quæ dico infra *in Rub de tranſlatione Epiſcopi, & ſub cap. inter corporalia*, ibi, quatenus textus ille probat electos Epiſcopos, & confirmatos transferri poſſe à ſolo Papa. Et ad maiorem expoſitionem applicabis quæſtionem, de qua ſupra dixi *in cap. ſancta Mariæ q.34 verſ. ad tertiam*, & alia quæ dico
3 infra de tranſlatione Epiſcoporum.† Igitur hanc poſtulationis materiam amplius; nec doctrinis, nec Doctoribus exorno, quia ſupra citati alios multos adducunt; & quia vt dico infra *in Rub. de elect. n.1.* hæc materia parum eſt in vſu.

AD TITVLVM De Electione.

AD RVBRICAM.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Electionis materia parum vſitata.*
2 *Electionis materiam qui tractent?*
3 *Electio monialis eſt magis in praxi, & à quibus tractetur?*
4 *Electionis definitio.*
5 *Electio dicitur propria quando fit plurium conſenſu, impropria quando fit à ſolo Superiore, vt per collationem, inueſtituram, ſeu inſtitutionem.*

1 HAnc materiam, etſi parum vtilem vocent Doctores, quia parum in vſu eſt, idemquè dicant de Poſtulatione; eò quòd his temporibus non ſit practicabilis, cum Titulus iſte *de Electione*, ab Aula receſſerit, vt inquiunt Lambertinus *1.part.lib 2.quæſt.7.art.20.num 6.in fin.* Maodoſius *regula 2. Cancellariæ in præfatione num.3.* & Ego cum aliis infra *in cap. Eccleſia Sutrina de cauſa poſſeſſ. quæſt.2.num.11.* Et ſic contingere, maximè in noſtra Hiſpania dicat Garcia *de benef. part 4. cap.1. num.11.* ob eam cauſam opus non eſſe in ea immorari; etſi Ego latè illam non peragam, nihilominus duxi, tam hîc, quàm in Capitibus aliquas Quæſtiones tractare, quæ ad praxim non parum vtiles videbuntur.

2 Verùm quia ſi deſideres tractantes de hac, & de materia poſtulationis, tranſlationis, nominationis, ac aliis concernentibus plenè participare, etiam in materia Prælatorum Regularium, & Abbatiſſarum, ſeu Prioriſſarum, videbis Zabarel. Bald. Bellar. Ioannem Andream, Imol. Ananiam, Panormit. Decium, Butrium, Mantuam, Vaſconcel.*in armonia Rubric.* Petrum Raueña *in compendio Iuris Canonic* Bernard. Compoſtel.*in breuiario Iuris Canonici*.Guilliem.Durand. *ſpecul.in breuiario aureo Iuris Canonici, fol.* 10. Daniel. Bernat *in annali methodica Iuris Pontificij a pag.* 57. Mart.Meſnart *in epitom. decret. fol.7. verſ.* Gofred. & Hoſtienſ. *in ſumma*, Alex. Caſſan. & Anaſtaſium German. *in paraſild hic*, Lancellot. *inſtit. Canon.* Zipeum *in analytica poſtremi Iuris Eccleſ enarrat.* noniſſimè Ioan. Honor.*lib.1.*Caniſium, Bartholomeum Cartagena, Caſarel *in ex.otium huius Iuris*, Andream Valenſ. Paul. de Eleazarius, & aliis ordinariis ſuper hunc titulum,& Rubricam, præter quos ſecerunt nonnulli, inter quos Iulius Lauorius *var.lucubr. tit.4.* Caſtellin. *in ſuo ſpeciali tract. de elect. & confirmatione Canonica, præſertim Prælatorum Regular.* Sigiſmundus, Bonacina, Goaden *de forma.& modo eligendi nouum Prælatum*, Petr. Biaſius *in director.electionum* Guilhierm.de Mandagoto *in tract.de elect. nouorum Prælatorum.& in eodem tract.* Guaden. Tamburin. *de Iure Abbat. tom.1.diſp.5.* Turzen. Villalob. *donatus ò fine*, Rebuffus, Zechius, Petr. Gregor. Azor. Nauar. Filiucius, Fr. Eman. Rodrig. Rendina, quos refert Barboſa hîc *n.1.& 2.* Boër.& Math.Borſ.Flenering. & alij de materiâ agentes, vt videre eſt *in tom.15. tractatuum nouorum p.1.* vt etiam refert Garcia ſuprà *dict. c.1.n.12.* quibus addo Cornaſiû *4.p c.3.* Ioan. Nicolaum, Simon. *in Enchiridio beneficior. tit.1. c.6* Duaren.*de beneficiis & penſion.* Moſconium *de Maieſt. milit. Eccleſ. lib 5. p.1. c.2.& 8* Tuſchum *à concluſ.57. cum multis ſeq.lit.E.* Silueſtrum & alios Summiſtas *in verbo, Electio.* Chuchum *inſtit.moral.lib 4.c.* Barboſam *de Iure Eccleſ.p.1.c.19* qui etiam agit *in compendio deciſion.& in Bullario verb Electio*; item & *in Paſtorali*, cum multis, † & de electione Monia- 3
lium, quæ eſt magis practicabilis, ſed non pertinet ad Titulum *de beneficiis*. Videndus eſt textus *in cap.indemnit.de elect.lib.6.* Concil.Trid. *ſeſſ.25.de regul c.7.* & vtrobique plures referens Barboſa idem *de Iure Eccleſ.vbi de elect. Prioriſſarum, & Abbatiſſarum p.1.tit.45.& de præpoſit & Miniſt. religion.* Coſmas *in pragmatica Sanctiſſimè, hoc tit.§.& cum humana, verb. Abbatis*, Chuch.*dict. tit.1.1 n.264.* Zerol. *in praxi Epiſcop verbo Abbatiſſa*, & Caſtellin. ex propoſito, *de elect.regularium, & Monachorum*, vbi ſuprà.

4 Et ſuppoſita definitione electionis, quæ nihil aliud eſt, *quàm alicuius perſonæ, ad prælationem, vel fraternam ſocietatem Canonicè facta vocatio*, vt dixit gloſſ.*in Rub. de poſtul.Prælat.l.6. & in cap.1.eod.tit.in verb.vera poſtulatio*, Petrus Gregor.*de elect.c.2.n.14.* Iulius Lauor. *variar. lucub at. tom.1. titulo 4. cap. 13. n. 31.* † Et quod 5
hæc ſumatur duobus modis, primò propriè pro ea, quæ plurium conſenſu per vota, vel

ſuffragia fit ſecundùm Canones, alia impropriè, pro ea, quæ à ſolo fit Superiore, & quæ propriè in beneficiis vocatur collatio, inueſtitura, ſiue inſtitutio, de quibus *in titulo de preb. de conceſſione prabenda, de inſtitution* & aliis infrà *lib*.3. & ita etiam per collationem dicantur Prælati eligi, ſeu per inueſtituram, quæ de Eccleſia fit in eorum perſonis, iuxta text. *in cap. Adrianus cum aliis ſequentibus* 63. *diſt.* & de prima tantùm intelligatur dict. Gloſſ. *de poſtul. Pralator.* Ideò ergo duxi pro generali Rubrica, & materia nonnullas reſoluere difficultates, vt tranſitum faciam ad contexturam cuiuſlibet Capituli; itavt occaſione verborum cuiuſque textus, nihil de materia Electionis intactum relinquamus; imò & plures alias difficultates reſoluamus.

QVÆSTIO I.

An ſi in Electionibus ferantur vota ſub conditione, vel pro perſonis incapacibus, habenda ſint pro nullis, itavt qui à maiori parte aliorum votorum fuerit electus, rectè dicatur electus: vbi qui eligere, ſeu eligi poſſint. Et an accuſatus, vel denunciatus, debeat expelli ab electione.

SVMMARIVM.

1 *Vota conditionalia, alternatiua, & incerta in electionibus, poſtulationibus, & ſcrutiniis ſunt nulla: intelligitur* à num. 2. *exemplificatur*, num. 3. & 4. *Vbi ad quos tunc ſpectat*, & num. 5. 6. 7. & 8.

5 *Suffragium per votum incertum, & conditionatum in electionibus nihil prodeſt, vt etiam* num. 6. & 8. *Vbi quòd vota debent eſſe expreſſa, non per fabas.*

8 *Electores non poſſunt ſub conditione, vel alternatiuè eligere, nec & poteſt conferri, aut inſtitui.*

9 *Electio ſub conditione*, ſi Vacat *non valet.*

10 *Electio ſub conditione* ſi placuerit Papæ, *non valet.*

11 *Præſentatio conditionalis valet, & quare?*

12 *Collatio ſub conditione*, ſi vacat, *valet.*

13 *Eligere, ſeu eligi qui poſſint;* & num. ſequentibus.

14 *Eligendi ius priuilegio, vel pacto, aut conſuetudine acquiritur.*

15 *Eligere non poſſunt laici improbata conſuetudine contraria.*

16 *Eligentes, ſiue Electores, debent eſſe ætatis legitima, & quare?* num. 18.

17 *Canonicus impubes non dicitur contemni ſi ante 14. annum non vocetur ad electionem.*

18 *Conſilij maturitas requiritur in electionibus.*

19 *Vocem in Capitulo Cathedralium, ſiue Regularium, non habet qui non eſt Subdiaconus: & quid ſi ante ætatem annorum* 22. *ordinaretur*, n. 22.

Cap. 12. *Trid.* ſeſſ. 23. n. 22. & 23.

20 *Electurus ſi tempore electionis eſt factus Subdiaconus, & ſi tempore vacationis talis non extiterit, legitimè eligit: Idem reſpectu aliorum defectuum*, n. 21.

23 *Electio Superiorum in ordinibus Mendicantium poteſt fieri ab Electoribus non ordinatis in ſacris.*

24 *Capitulum non tenetur ſpectare Canonicum non ordinatum ſiue minoris ætatis ad coeligendum. Fallit ſi dolo non ſpectaret abſentem*, n. 25.

25 *Elector abſens dolosè non ſpectatus, irritare queit electionem ab aliis factam.*

26 *Canonicus in ſacris non conſtitutus poteſt conferre beneficia per Hebdomadas ſicut alij Canonici.*

27 Clem. vt hi de ætate, & qualitate ordin.

28 *Epiſcopus maior factus ex diſpenſatione, poteſt conferre beneficia.*

29 *Elector cuius habilitas à principio requiritur, non ſufficit ſi ex poſtfacto fiat habilis.*

30 *Canonicus qui vult promoueri intra quatuor Tempora proxima, num ſpectari debeat ſi immineat Electionis tempus.*

31 *Conuerſi, etſi profeſſi, & alij non profeſſi nequeunt eligere in religionibus, & cœnobiis, niſi conſuetudo approbata adſit.*

32 *Regulares Laici carent voce actiua eligendi niſi ex priuilegio vocem, habeant ſtatuto, fundatione, vel conſuetudine.*

33 *Nouitius ad eligendum non ſpectatur donec profiteatur.*

34 *Regulares non profeſſi carent actiua, & paſſiua voce.*

35 *Profeſſio tacita ſufficit ad eligendum, ſed vt quis eligatur requiritur profeſſio expreſſa.*

36 *Eligere nequeunt qui per regulas approbatas ſuæ religionis prohibentur vocem habere.*

37 *Elector nullius ſub prætextu commiſſi delicti non prohibetur admitti ad electionem Canonicam Prioris, Abbatis, aut alterius Prælati ante ſententiam, vel niſi pateat euidenter*, n. 39.

38 *Criminoſi non repelluntur à ſuo Iure, niſi ſint maiori excommunicatione excommunicati.*

39 *Electores qui ipſo Iure priuati non ſint, non repelluntur ab electione ſolùm venient priuandi nec tales ſunt violenter expellendi, & ſat erit vt proteſtentur, veri electores de non admittendo, non admittendos.*

40 *Eligi in Epiſcopum, vel ad Prælaturas nequeunt Laici, nec Excommunicati maiori cenſurâ, vel Suſpenſi minori, nec Interdicti.*

41 *Eligi nequit vitio corporis affectus, nec reprehenſibilis, & curialis, Neophitus.*

42 *Eligi nequit contagioſo laborans morbo, nec Irregularis, nec Schiſmaticus.*

43 *Eligi non valent Simoniacus, publicus aleator, ſacrilegus, vſurarius, illegitimus, nec notati aliquo crimine.*

44 *Eligi nequeunt qui non ſunt legitimæ ætatis.*

45 *Eligi nequit habens plura curata, & Dignitates, & qui eſt alligatus alia prælatura incompatibili*, n. 46.

47 *Proſequi nemo poteſt duas electiones de ſe factas, ſed tenebitur vnam eligere, quam maluerit.*

48 *Nouitius non profeſſus eligi poteſt in Epiſcopum.*

49 *Reli*

49 *Religioſus Chirurgiam exercens, quando ſit ineligibilis, nec homicida, diſcedens à ſuo Monaſterio, nec publicus pænitens.*
50 *Pœnitentiati Religioſi in ſancto Officio Inquiſitionis ad Dignitates, & Prælaturas ſunt inhabiles, vſque ad pænitentias expletas, vel niſi ſint aggratiati,* n. 51.
52 *Accuſatus de aliquo delicto verius eſt vt adhuc eligibilis ſit, vſque ad ſententiam latam.*
53 *Infamia non æquè valet, ſicut teſtis vnus, nec facit ſemiplenam probationem, vt quis poſſit iudicari.*
54 *Infamia ſolum habetur pro accuſatore.*
55 Cap. omnipotens, de accuſationibus.
56 *Electio facta de eo, q. tenetur aliquo impedimento iuſto, eſt ipſo iure nulla, & electores pro ea vice carent eligendi iure triennio* n. 57.
58 *Electi impedimenta poſſunt probari per laicos, & fæminas.*
59 *Eligibilis non eſt ſemel electus perſona vitio, niſi reſtituatur.*

1 AD primam quæſtionis partem videtur
reſponſum præberi *in cap. in electionibus*
2. hoc titulo lib 6. vbi colligunt ex ordinariis La-
pus, Abbas, Archidiac. Gemin. Ioannes An-
dreas, Ancharan. Domin. Monachus, Franc.
Burrius, & Barboſa *ibi*, vota conditionalia alter-
natiua, & incerta in electionibus, poſtulationi-
bus, & ſcrutiniis eſſe nulla, & totam poteſta-
tem eligendi deuolui ad alios, qui purè elege-
runt: ſic etiam docent Viuianus *in rationabili,*
lib. 1. pag. 155. Alagona *in compendio Iuris Canon.*
pag. 60. remiſſiuè, Ximenez *in concord. p. 1. & 2.*
Fr. Ludouicus Miranda *in Manuali Prælator.*
2 *tom. 2. q. 23. art. 17. concluſ. 2.* † vbi intelligit de
conditionibus, quæ reddunt electionem incer-
tam, perplexam, & dubiam, non verò de aliis
quæ nihilominus ſunt ex natura actus: & his
addo Dianam ex gloſſa *tract. 7. part. 8. reſ. 77.* vbi
idem dicit cum Sylueſtro *in electione ambigua,*
vel ſubdiſiunctione.
3 Vnde Caſtellinus *in tractatu de elect. cap. 5.*
num 4. Miranda, & Diana *vbi ſupra* dicunt, vt
ſiquis ſua ſchedula, ſuffragio, ſeu voto dixerit:
Conſentio in Petrum, ſiue Paulum, aut in Pe-
trum, ſi Paulum habere non potero, aut conſentio
in eum, in quem Ioannes, vel maior pars, ſiue
Præſes Capituli conſenſerit, huiuſmodi ſuffra-
gium nihil prorſus valere; imò eſſe omnino irri-
tum, & inane, & non modò cæterorum ſuffra-
giorum vim non impedire, quin verò accreſcere
voces illorum, qui purè, ſimpliciter, abſolutè,
& determinatè conſenſerunt, iuxta determina-
4 tionem Innocent. *in dict. cap. in electionibus,* †
& inde dicunt, vt ſi v. g. ſuffragia Electorum
omnium eſſent tantum 12. & ipſorum quatuor,
ſua ſuffragia ferrent indeterminatè, ſeu cum
aliqua ex conditinnibus ſupradictis, haberi debe-
rent pro non adiectis, & totum ius Electionis re-
manere in reliquis octo; itavt illud quod maior
pars ſtatuerit ſit firmum, & validum, ac ſi qua-
tuor ſupradicti in collegio, ſeu ex collegio nul-
latenus eſſent, & hoc eſſe valdè notandum, ac
commendandum memoriæ exiſtimant.
5 Et confirmatur ex doctrina Sigiſmundi à
Bonacina *de elect. dub. 29.* Iul. Lauor. *variar.*
lucubrat. hoc tit. 4. de electione cap. 19. num. 64.
dicentium aduertendum eſſe quod ſi quis per
votum conditionatum, vel incertum ſuffraga-
retur, votum, pro non dato haberetur, nec in
aliorum numero computari, ac ſi neminem no-
minaſſet, vel ab extraneo datum fuiſſet, ſed
electionem conſurgere ex aliis votis, ſi aliquis
maiorem partem obtinuerit. † Et ita etiam eſſe 6
ſi ex alio capite Vota eſſent inutilia, vt ſi no-
minarentur perſonæ à paſſiua voce omninò ex-
ceptæ, & idem ſi in ſcrutinio per ſchedulas ce-
lebrato reperiatur aliqua ſchedula alba; tunc
enim dicunt vt ea reiecta, ac ſi non eſſet, cæ-
tera vota numerari: & ita practicari ſæpius vidi
per decem, & octo annos in Eccleſia Aſturi-
cen. & Valliſoletana, vbi fui Canonicus Do-
ctoralis & Pœnitentiarius.
Et ex prædicta doctrina firmat Diana *dict. p. 8.* 7
tract. 7. reſol. 77. in fin. ſe rectè reſpondiſſe in
electione cuiuſdam Abbatiſſæ, in qua aderant
17. Moniales, quarum ſeptem elegerunt Ca-
tharinam incapacem; & ni illam eligerent fuit
ab Epiſcopo proteſtatum; item aliæ ſex ex reli-
quis, elegerunt Ioannam, & aliæ alias, dicendo
Ioannam eſſe ritè electam, cum habuerit maio-
rem partem votorum; quia Moniales, quæ Ca-
therinam elegerunt non computantur amplius
inter vota eligentium.
Itaque ad concluſionem redeundo, dico Ele- 8
ctores non poſſe ſub conditione vel alternatiuè
eligere, vt dicunt Sylueſter *in ſumma, verbo,*
electio 2. num. 6. Ripa *lib. 2. reſponſo 32.* Rochus
de iure patronatus verb. honorificum quæſt. 8.
num. 29. cum aliis Barboſa *de iure Eccleſ. cap.*
19. part. 1. num 199. vbi ſubdit vota hæc de-
bere eſſe expreſſa, id eſt ſcripta, ſeu voce, non
autem per fabas, aut lapinos; quia ſic facta
non valerent, & *num. 200.* cum Iulio Lauorio,
vbi dicit quod ſi quis per votum conditionatum,
vel incertum ſuffragaretur, tale votum pro non
dato habendum, ac ſi neminem nominaſſet, vel
ab extraneo datum, idemquè eſſe ſi ex alio ca-
pite eſſent vota inutilia, vt ſi nominarentur
perſonæ à paſſiua voce omninò exceptæ. Idem
de collatione, & inſtitutione reſoluunt Mohe-
dan. *deciſ. 30. num. 2. de præb.* Caſſador. *deciſ.*
35. num. 3. eodem, Caputaq. *deciſ. 298. num. 5.*
part. 2. & *deciſ. 1241. num. 3. part. 3.* Puteus
deciſ. 395. part. 3. Marcus Anton. *variar. reſol.*
lib. 1. reſol. 112. caſu 60. quia beneficium Ec-
cleſiaſticum debet purè, & ſine aliqua extrin-
ſeca conditione conferri: & docent Garcia *de*
beneſ. part. 8. cap. 2. à num. 1. Gonzalez *a regula*
8. Cancel. gloſſa 5. num. 15. vbi cum multis aliis,
& ante illos Rebuſ. *in praxi beneficiali, titulo*
Requiſita ad collationem bonam, n. 2. & 3.
Et ſic inferunt idem Rebuffus *in concord. in* 9
forma mandati verb. innodatus verſ. intellige. Co-
uar. *lib. 3. variar. cap. 16. num. 2.* Domin. *in*
dict cap. in electionibus num. 10. & 11. Franc. ibi
num 5. Barboſa *num. fin.* Ripa *reſponſ 32. lib. 2.*
ex gloſſa, ibi: *Contrarium poſſet dici,* vt non
valeat electio facta ſub conditione ſi vacat, vel
ſimili; & quod in ea nihil adiici poteſt, quod
ſonet in conditionem, etiam de præterito ſeu
de præſenti; † imò & idem Ripa, & Nicol. 10
Garc. *dict. cap. 2. num. 9.* contra Fr. Eman. Ro-
driguez *quæſtion. regular. tom. 2. quæſt. 51. art. 3.*
dicunt electionem factam ſub illa conditione *ſi*
placuerit ſummo Pontifici irritam fore.
Nec obſtat dicere vt in præſentatione non 11

præcedat prædicta doctrina; cùm quòd valeat etiam conditionalis, incerta, dubia & obſcura, quia hoc procedit dummodo infra tempus datum ad præſentandum conditio purificatur, incertitudo, dubietas, & obſcuritas certificentur; itavt ſi conditio, vel incertitudo venit purificanda, vel certificanda per habentem inſtituere, ſtatim dicatur purificata, & certa præſentatio, ſic docent Viuianus *in praxi iuris patron. lib.* 8. *cap. 6 num. 24. in vltima impreſſione*, Nicolaus Garcia cum aliis *dicto capite 2. numero 3.* Rebuffus *in concord. in form. mandati, verb. Innodatus, in fine.*

12 Ex his infertur vt ſi Epiſcopus dicat confero tibi talem Eccleſiam, vel præbendam ſi vacat; quia vt Doctores dicunt ea conditio purificatur in vacatura; & ob id dicunt Domin. *in dict. cap. in electionibus 2. hoc tit lib 6 n.* 10. Franchis *n.* 4. Barboſa *n.*8. Lapus *allegat.6.num.*2. Azor. *inſtit. moral p.2.lib.6.cap.26.q.*3. Couar. *lib 3 Variar. n.2.cap* 16. Nicol. Garcia *dict.cap.2.n.*4. Viuianus *in praxi iuris patron.lib.3.cap.6. n.* 25. Zerola *in praxi Epiſc p.p.1. verb. beneficia verſ. ſecundum dubium*, vt Epiſcopus etiam ignorans mortem, poſſit conferre beneficia ſub conditione, ſi vacant: ſed de hoc, & aliis proprius infrà *ſub tit. de conceſſione Præbendæ.*

13 Ad ſecundum quæſtionis partem qui eligere poſſunt, ſeu eligi, quia infra, iuxta litteram nonnullorum canonum videbis infrà *in corpore noſtri tituli*, vbi dico de excommunicatis, ſuſpenſis, interdictis, irregularibus, hæreticis, ſiue aliis criminibus irretitis, item & de inhabilitate laicorum ſiue illorum, qui ſunt minoris ætatis, aut carent iudicio, ſeu non vocandis ad electionem. Et de primo puncto qui eligere non poſſunt ſuppoſito etiam quod electio Epiſcoporum fiebat antiquitùs, ſiue à populo, ſiue à Capitulis Eccleſiarum, aut aliter ſecundùm diuerſa tempora, de quibus dico *ſub q.5 infra, & in dict.cap. cum Eccleſia ſutrina de cauſa poſſeſſ. & propriet.* Vbi an præſcriptione, ſiue conſuetudine ius eligendi acquiratur per vnum, aut diuerſos actus, de quo hanc quæſtionem agens Iulius Lauorius *var. lucubrationum tit 4.cap.15.a num.9* vbi *num.*20.

14 † dicit quod priuilegio, vel pacto ius eligendi acquiritur, per textum *in cap ſcriptum hoc tit.& ex cap. cum Eccleſiis in fine eodem lib. 6.* vbi ſi adeſt conſuetudo quod electio ſpectet ad canonicos exiſtentes in ciuitate ea ſit ſeruanda; *n.* 19. addit quod poſſeſſio huiuſmodi acquiritur ſolum

15 per eos, qui ſunt capaces. † Et ob id excludit laicos ex regula textus *in c.ſacroſancta.verſ.attendentes*, infrà; itavt conſuetudo in contrarium improbetur ex regula textus *in cap.cum terra.*14. *cap.quiſquis* 44.*cap.meſana hoc tit.* cùm non poſſint in re ſpirituali ſe ingerere, vt dicunt Doctores in prædictis, & aliis iuribus; & vt confirmatur ex his, quæ dixi longiſſimè *in cap Eccleſia ſanct. Mar. ſuprà de conſtitut. & ſub tit. de iudic. &*

16 *foro comp.* † dico quòd eligentes, ſiue electores debent eſſe ætatis legitimæ, & conſilio prudentes; itavt alias eligere non poſſint, vt dicit Caſtellin. *de elect cap.*5. ex textu *in cap ex eo.* 32. *hoc*

17 *tit.lib.6.* † Vbi Barboſa *num.* 1. cum antiquis ait vt Canonicus impubes ante decimum quartum annum ſi non vocetur ad electionem Epiſcopi, non poſſit dici contemptus, nec impugnare electionem; quia non admittitur ad ſuffragium dandum: & docent etiam Tiraquellus *de iure mariti gloſſa* 9. *n.*8. Guillielm. Mandagot. *de elect nouor. Prælator cap.*7. Cottaſ. *de Sacerdot. part.4. cap.1. num.*14. Iulius Lauor. *dict. cap.*15. *num.*29. Petr. Biaxio *in direct. elect. p 1. cap.*16. idem Barboſa *in paſtorali part.1. tit.1. cap. 3. num.19. & de iure Eccleſ.lib 1. cap.19. num.*48. quibus & aliis addo, Andream Valens *in Rub. hic n.*1. vide infrà *quæſt.3. verſ. ad quartam*, & quæ cum multis adducit Narboua *in annal. anno* 22. *q.*4.

Et horum ratio generica eſt; quia in electionibus requiritur conſilij maturitas vt melior, atque vtilior Eccleſiæ eligatur *ex cap.conſtitutis el 2. de appellat.* nam vt dicit Caſtellin. *dict. cap.5. ſub num.* 1. ad illos ſpectat eligere Prælatos officium Magiſtri exercentes, & recta docentes ad imitationem Chriſti, de quo cecinit Iſaias *cap. 45. Ego Dominus Deus loquens iuſtitiam, & recta annuncians* ad quos ſpectat regimen animarum ſubditorum ſuorum, quod eſt ars artium iuxta quæ dixi infra *ſub cap.penult. & fin. de ætate, & qualit. ordin.* 18

Et his addo quod in Cathedralibus, & collegiatis Eccleſiis ſæcularibus, & regularibus non habet vocem in Capitulo, quamuis ab aliis ei liberè concedatur is, qui ſaltim in ordine ſubdiaconatûs non fuerit conſtitutus, *ex clem. vt ii*, vbi gloſſa, & DD. *de ætate, & qualit. ordin.* Concil. Trident. *ſeſſ. 22. de reform. cap.* 4. & vtrobique cum multis Barboſa; qui de hoc latiſſimè dixit *in tract. de Canonic. cap. 37. per totum*, vbi videbis, quibus addo Nouarium *in Lucerna regularium verb. electores, ſiue Eligentes. num.* 1. Iulium Lauorium *dict. tit. 4. Variar. lucubrat. num.* 33. vbi dicit ex Trid. *ſeſſ. 23. cap. 12. de reform.* vt cum ad ſubdiaconatum nemo aſſumi poſſit ante ætatem annorum 22. inde ſequatur, vt ante dictum tempus nullus valeat eligere, vt dixit etiam Andreas Valens *dict. num.* 1. vbi quòd ius eligendi non habent ſacris ordinibus non initiati; & hæc eſt æqua, & vniuerſalis praxis omnium Eccleſiarum Cathedralium, & Regularium. 19

Hæc verò doctrina limitatur in ſequentibus caſibus; quia ſi tempore vacationis ſacris inſignitus non ſit, ſed tempore electionis iam ſuſcepit Subdiaconatum habebit votum; quia ſufficit, vt ſit habilis tempore electionis, gloſſa *in dicta clem. vt hij de ætate, & qualit. ordin. verb. conſtitutum.* Abbas, & Barboſa cum aliis *ibidem*, & per textum *in cap. cum inter R. hoc tit. cap. is cui de præb. lib.* 6. Moneta *de diſtribut. quotid. part. 2. quæſt. 20. num.* 6. Iulius Lauorius *dict. cap. 15. tit. 4. num.* 34. Vbi addit idem dicendum de aliis defectibus; quia ſemper requiritur, vt tempore electionis ſit habilis, & ſit ſublatus defectus. 20 21

Dubium verò eſt an ſi ordinetur quis ſubdiaconus ante illam legitimam ætatem annorum 22. poſſit eligere ſimul cum aliis legitimis electoribus: ſed reſpondent Rodriguez *tom. 2. quæſt. regular. quæſt.51. art.*5. Anton. Chuchus *inſtitut. moral. lib 4.tit. 1. hoc tit. n.* 74. referens Abbatem *in cap.pro illorum, col.2. de præb.* Petr. Biax *cap. 17.part.1. hoc tit.* poſſe talem, habito reſpectu, ad hunc effectum admitti ad eligendum cum aliis legitimè ordinatis; quia non tam Ordo ſacer, quàm ius Canonicatus, vel religionis hoc ius tribuere creditur: & ſequitur Iulius Lauor. *ſub dict. capite 15. numero* 37. 22

addens

addens Concilium Tridentinnm non ſtatuiſſe
ætatem annorum 22. vt neceſſariam præciſè ad
tribuendum ius eligendi, ſed tantum quod ſint
electores ſubdiaconatus ordine initiati; & ſic ſi
ante legitimam ætatem aliquis, etſi non legiti-
mè ſe faciat promouere cùm ordinem verè re-
cipiat poſſit admitti, quod demùm verum pu-
tat Lauorius habito reſpectu ad illum defectum;
quia ſi talis ſe faciat ſcienter promoueri ex alio
capite excludetur, cùm ſit ſuſpenſus, & ſuſ-
penſi excludantur: quare concludit vt ſi quis ex
priuilegio ante illam legitimam ætatem ordine-
tur, non ſit excludendus à ſuffragio ferendo,
dum tamen ſit rationis compos.

23 Et idem Fr. Eman. Rodriguez, & Iulius,
Lauor. *dict. cap.15. num.41.* dicunt prohibitio-
nem dicti Trident. Concil. *ſeſſ.22. cap.4.* non
extendi ad electionem Superiorum in ordinibus
mendicantium, in quibus etiam ſacris ordinibus
non inſigniti, non prohibentur vocem habere,
quod pluribus rationibus D. Manuël probare
nititur, & vt ponderat Lauorius verba Concilij
Regulari Eccleſia, ſolum comprehendere, &
verificari in Eccleſiis Canonicorum Regula-
rium, quæ vocantur propriè Eccleſiæ, *cap. nul-
lius* 10. *q.3.* Et dato quòd etiam comprehende-
ret mendicantes, ait cum D. Rodrig. non pri-
uari voce actiuâ in vniuerſali in omnibus nego-
tiis, ſed ſolùm in electione, in multis enim ne-
gotiis particularibus docent, etiam ſacris ordi-
nibus non inſignitos ſuffragari, vt in Nouitio-
rum receptione.

24 Notant verò Doctores ex gloſſa *dict. clem. vt
hi*, vbi Bonifacius Vitalinis *num.26.* Imola *n.23.*
Iulius Lauor. *dict. cap.15. tit.4. variar. Lucubrat.
num.* 35. Barboſa *de Iure Eccleſ. part.1. cap.19.
num.*53. non teneri Capitulum ſpectare, vt quis
promoueatur ad ſacros ordines intra tempus à
iure electionis faciendæ præfixum; quamuis di-
cat ſe eſſe paratum ordines ſuſcipere, ſicut nec
tenetur ſpectare impuberem, donec perueniat
ad ætatem legitimam, nec excommunicatum,
25 vt abſoluatur. † Et ſubdunt prædicti quod ſi
mora modica eſſet futura, nec damnum vllum
Eccleſiæ allatura, & malignitate, aſtutia, & dolo
potius illos concludendi, quàm Eccleſiaſticæ rei
bene gerendi ſtudio, ita acceleraſſet electionem,
ne abſentes venirent, & abſens veniens hoc pro-
bauerit reſtitui illum contra electionem per gloſ-
ſam: *verbo impedimento, in cap. cupientes hoc
tit.* & cum Chucho *hoc tit. n.83. argum. textus
in cap. cum dilecti, de dolo, & contum.*

26 Iterum notant Petr. Rebuf. *in tract. nomin. q.8.
n.* 3. & Iulius Lauorius *variar. lucub. dict. tit. 4.
cap.* 15. *n.* 39. & alij Canonicum, etiam in ſa-
cris non conſtitutum poſſe conferre beneficia per
Hebdomadas, ſicut alli Canonici, non obſtante
27 † *d. clem. vt hi, de ætate, & qualit. ordin.* quia
ibi priuatur tantùm ſuffragio, & ſic in electione
non tamen in nominatione, collatione, ſeu præ-
ſentatione, cum inter iſta ſit longa differentia, vt
patet ex textu *in c. cum in illis* §. 1. *de prabend.
lib.6. & quia dict. clem. eſt pœnalis*, non eſt ex-
tendenda ab vno modo prohibitionis ad alios
modos non comprehenſos ex regula textus *in l.
interpretationes ff. de pœnis, cap. odia de reg. iur.*
28 *lib. 6.* † itavt poſſit Epiſcopus minor factus ex
diſpenſatione conferre beneficia, vt probant
Doctores per textum *ibi*, *in cap. cum nobis hoc
tit.* Iulius Lauorius *dict. cap.* 15. *num.* 40. cum
Ioanne Selua *de benefic. part.* 2. *quæſt.* 6.

Hæc tamen in caſu electionis limitantur in eo 29
caſu, quando ſcilicet habilitas à principio requi-
ritur: nam non ſufficit quod poſtea ſuperueniat,
vt dicunt Barboſa *in dicta clem. vt hi num.* 10. &
Flamin. Pariſ. *de reſignat. benef. lib.4. q.1. num.14.*
† Et idem Barboſa *num.* 11. cum Moneta *de di- 30
ſtrib. quotid. q.20. num.5.* per gloſſam *in dict. clem.
vt hi verb. ſed fortius quæro*, notant quod ſi Ca-
nonicus in ſacris non conſtitutus valet promoueri
inter quatuor Tempora proxima, non debet ſpe-
ctari, ſi immineat electionis tempus; etſi aliter,
vt *infra* dico, abſentes electores ſint vocandi.
† In Religionibus, & cœnobiis, non profeſſi, 31
& etiam conuerſi, licèt profeſſi de iure com-
muni electioni Canonicæ non poſſint intereſſe,
niſi adſit conſuetudo approbata ſecundùm re-
gulam, & conſtitutiones ſui ordinis; *cap. ex eo
§. in Eccleſiis quoque Regular. hoc tit. lib.6.* Caſte-
lin. *de elect. Prælat. dict. cap.5. num.* 20. & ita Do-
ctores ex illo textu colligunt Regulares nondum
profeſſos intereſſe non habere cum profeſſis in
electione, ſicut nec Laici conuerſi cum clericis:
& ita Petr. Gregor. *de elect. dict. cap. 7. num. 4.*
Chuchus *inſtit. moral. eodem tract. num.* 114. Fr.
Eman. Rodrig. *quæſtion. regular. tom.2. dict. q.* 51.
art.5. in fine. Suarez *de relig. tom.4. lib. 2. cap. 4.
num.3.* Barboſa *in illo textu num. 8. & de iure
Eccleſ. dict. cap.19. p. 1. n.* 49. Cruz *de ſtatu relig.
lib.2. cap.3. in fine princ. concluſ.* Fr. Sigiſmundi à
Bononia *hoc tract. dub.* 91. † dicunt laicos regu- 32
lares carere voce actiua in electionibus eorum
ordinnm, in quibus ſunt profeſſi; qui ſecus di-
cendum eſſe affirmant ſi alias habeant vocem ex
priuilegio, ſtatuto, fundatione, vel conſuetu-
dine, vt tenet gloſſa *in dict. cap. verb. electionibus.*
† & dicunt Iulius Lauor. *dict. cap.15. ſub n.* 35. 33
Barboſa *dict. cap. 19. n.* 54. Vt nec Collegium,
Cœnobium, ſiue Monaſterium teneantur ſpe-
ctare nouitium, vt profiteatur: Vbi cum Azor.
inſtitut. moral. p.2. lib.6. cap. 14. verſ. item vnum,
Moneta *de diſtribut. Quotidiana part. 2. n. 1.*

Vnde dici debet vt ſi Regulares tacitè, vel 34
expreſsè profeſſionem non amittant actiua, paſ-
ſiuaquè voce careant ſequenti modo explicato;
† nempe vt quis eligere valeat, ſufficiat tacita 35
profeſſio; Vt verò poſſit eligi, neceſſariò re-
quiratur expreſſa: ſic cum multis Barboſa *dict.
cap.19. de iure Eccleſ. p. 1. n.* 50. Suarez *de reli-
gion. tom.4. tract.8. lib.2. cap.4. n.2.* Petr. de Baxio
in director. election. p.2. cap. 6. num. 2. Sigiſmund.
à Bononia *hoc tit. dubio 90. n.2.* Nouar. *in lucerna
regul. verb. Electores*, ſiue *eligentes n.1.* Tambu-
rin. *de iure Abbat. tom.1. diſp.5. n.6. & 7.* Syluester
Verbo Electio 4. n. 5. Chuchus *dict. lib. 4. inſtit.
moral. hoc tit. n.94.* † Et addit Caſtellin. *dict. c.5. 36
hoc tit. n.* 21. Vt pariter veniant illi omnes exclu-
dendi, qui per eorum regulam, & conſtitutio-
nes approbatas prohibentur habere vocem in
electionibus, ita cum Syluestro *verb. Electio, 1.
n.3. in fine* De excommunicatis, ſuſpenſis, & aliis
prohibitis eligere dico infra *in cap. illa quotidiana
39. hoc tit.*

Vnum tamen notabis, vt vnus Elector poſſit, 37
aut debeat excludi ab electione Canonica prio-
ris Abbatis, aut alterius Prælati, ſub prætextu
alicuius commiſſi delicti, etiam pendente cauſa,
niſi prius fuerit ſententialiter condemnatus: ſic
docent Hoſtienſis, Ioannes Andreas, & Felin.
in cap. inniminè, de accuſat. Caſtellin. *dict. cap. 5.*
hoc

hoc tit. ſub num. 1. *in fine*, qui *num.* 2. ait hoc
idem ſtatui pro Fratribus Prædicatoribus *in cap.
Romano* 1589. *declarat.* 4. vbi dicitur: *Quod
nullus intelligatur priuatus voce, niſi antea ſit
per ſententiam condemnatus, vel niſi conſtet
euidenter aliquid mali egiſſe, per quod reuera in-
ciderit in excommunicationem latæ ſententiæ.* †
38 Et pro fundamento adducit textum *in dict. cap.
illa quotidiana*, vbi & in gloſſa dicitur, quod
criminoſi non repelluntur à ſuo iure, niſi ſint
39 excommunicati maiori excommunicatione. † Et
quòd nec pariter repellendi ſint ab electione illi
Electores, qui non ſunt ipſo iure priuati, ſed
ſolùm veniunt priuandi *ex cap. cum vitamen,
hoc titulo*, vbi Panorm. *num.*13. & alij clarius
in cap. quia propter eodem, & *num* 14. addit in-
quam Panormitanus, vt non ſint tales violenter
expellendi, ſed ſat eſſe, vt veri Electores præ-
mittant proteſtationem de non admittendo non
admittendos, &c. dummodo notoriè non ſint
priuati per excommunicationem, aut ſuſpenſio-
nem: in quibus caſibus ait poſſe violenter re-
pelli à loco electionis. De regularibus alia dico
infrà *in hac Rub.*

40 Ad tertiam quæſtionis partem, qui verè in
Epiſcopum ad Prælaturas, ſiue alias Dignitates,
& officia Eccleſiaſtica eligi nequeant. Et quia
diſperſim *ſub titulo noſtro* dico, nunc breuiter
duxi ſub compendio reſpondere, vt eligi non
poſſint Laici, iuxta *cap.* 1. *diſt.*61. niſi ex cauſa
cap. ſtatuimus §. 1. *eadem diſt.* excommunicati
maiori, vel minori excommunicatione ſuſpenſi,
vt dico infrà, *in dict. cap. quia illa quotidiana*
39. *hoc titulo*, per textum ibi, *in cap. inquiſitio-
nem hoc titulo, cap. cum dilectus de conſuet.* vbi
41 etiam de interdicto. † Nec poteſt eligi vitio cor-
poris affectus, vt dico infrà *in titulo de corpore
vitiatis*, tali inquam impedimento, vt nequeat
miniſterio inſeruire, nec eligi debet reprehenſi-
bilis; & qui curialis eſt, & Neophitus in fide, id
eſt, qui nuper Chriſtianam fidem amplexus eſt,
42 nec inſuper eam erigatur. † Nec qui morbo
contagioſo, & incurabili laborat, nec irregula-
ris; nec ſchiſmaticus, etiamſi ad vnionem Ec-
cleſiæ ſit reuerſus; licèt ex diſpenſatione poſſit
43 confirmari; *cap. quia diligentia* 5. *hoc tit.* † Nec
eligi poterunt Simoniacus, publicus aleator,
ſacrilegus, vſurarius, illegitimus, nec illi, qui
aliquo crimine fuerint notati, ex his, quæ enu-
44 merantur *in cap. quia in aliquo diſt.*51. † Nec
eligi debent illi qui non ſunt ætatis legitimæ, nec
ille, qui non eſt ſufficientis ſcientiæ, & cui
obſtat aliud Canonicum impedimentum ad or-
dines, in quo Electores diſpenſare non poſſunt,
de quibus latè cum multis Barboſa *de iure Eccl.
p.*1.*cap.*33. *à num.* 94. & Ego infrà *in hoc titulo*,
& faciunt plura, quæ dico infra *de ætate, &
qualit. ordinand.* Hæc refert Andreas Valens *in
45 hac Rubrica* §.5. *num.*3. † Vbi *in fine*, ait, vt
habens plures dignitates, vel beneficia curata
ſine diſpenſatione eligi non poſſit, per textum
46 *in cap. dudum* 54. *hoc tit.* vbi dico, † & ego
addo, vt qui alteri Prælaturæ incompatibili eſt
alligatus, eligi non poſſit; etſi poſſit poſtulari,
47 *cap. fin. de poſtulat. Prælat.* † Et quod ob id non
poſſit quis proſequi duas electiones de ſe factas,
ſed teneatur eligere vnam, quam maluerit; *cap.
ſciant cuncti hoc titulo lib.*6. vbi Doctores, quos
refert idem Barboſa *dict. cap.*19. *lib.*1. *de iure Eccl.
num.*127.

Et licèt in Abbatem, vel Priorem Regula- 48
rem eligi nequeat Nouitius, non profeſſus regu-
lam, *cap. Præſbiteros* 16. *q.* 1. *cap. cum cauſam* 27.
cap. cum in Magiſtrum 49. *hoc tit.* in Epiſco-
pum tamen eligi poterit, vt ibi dico, per tex-
tum, *in cap. nullus* 28. *hoc tit.* nec enim poterit
eligi in Prælatum Regularem non Monachus,
cap. cum ad noſtram 37. *hoc tit.* item nec in Ab-
batem poterit eligi non inſtructus in regula Mo-
nachali, *cap. officij* 38. *infra.* † Et Caſtellin. *de* 49
*elect. cap.*11. *n.*32. ſubdit eſſe ineligibilem Reli-
gioſum, qui Chirurgiam exercuit, ex qua ſe-
quuta fuit mors, idem dicit Barboſa *de Iure
Eccleſ. part.*1. *cap.*19. *ſub num.*125. de homicida,
& diſcedente à ſuo Monaſterio pro quocum-
que crimine, etiam leui & occulto, & de pœ-
nitente publico, iuxta quod vltimum diſputat
Laurentius de Peirinis *de Prælato q.*2. *cap.*5. §.7.
an qui abiurauit in Sancto Inquiſitionis officio,
poſſit eligi ad Dignitates Eccleſiaſticas. † Et 50
quòd Regulares pœnitenti in ſancto Officio ad
Dignitates, & Prælaturas omnino inhabiles ſint,
etiam ſi pœnitentias impleuerint, dicunt idem
Perin. *tom.* 2 *priuilegiorum ſui ordinis Minimo-
rum in annotat. ad conſtit.* 9. *Pauli V. n.*29.
pag. 337. Tamburin. D. Thom. *de Iure Abbat.
dict. diſp.*5. *q* 21. *n.*17 Barboſa *dict. cap.* 19 *de
Iure Eccleſ. n.*128. referentes ſic determinatum
in generali Congregatione S. R. & Vniuerſalis
Inquiſitionis habita in Palatio Apoſtol. Montis
Quirinalis coram S.D.N. Vrbano VIII. & Inqui-
ſitoribus Generalibus à ſancta Sede Apoſtolica
ſpecialiter deputatis, vt in poſterum Regulares
omnes cuiuſcunque Ordinis, Religionis, Socie-
tatis, & Inſtituti, quibus pro delictis ad ſanctæ
Inquiſitionis officium ſpectantibus pœnitentiæ
genus aliquod impoſitum fuerit (ſalutaribus pœ-
nitentiis exceptis) eo ipſo ad omnes religionis
ſuæ gradus, & officia inhabiles cenſeantur. † 51
Deinceps etiamſi pœnitentiæ tempus expleue-
rint: Vel gratiam receperint, ab illa tamen
promoueri nullatenus poſſint, niſi prius ob-
tenta à S.D.N. vel à dicta ſacra Congregatione
coram Sanctitate ſua habenda ſpeciali, & ex-
preſſa rehabilitationis; & quod aliàs promotio
nulla ſit, & promouentes ipſi priuationem ſuo-
rum beneficiorum, ac propterea vocis actiuæ, &
paſſiuæ ipſo facto incurrant; ad quæ reſtitui, niſi
ab eodem S. D. N. vel ab eadem S. Congrega-
tione coram Sanctitate ſua habenda non poſſint,
& ab eodem S. D. N. mandatum fuit, vt dictum
Decretum intimaretur omnibus Religionum Su-
perioribus; quæ reſtitutio in Hiſpano ſanctæ In-
quiſitionis officio fiet ab Inquiſitore Generali, vt
docent. Videbis quæ dixi infrà *in cap. illa quoti-
diana, q.*1. *ſub verſ. ad ſecundam*, vbi quid in offi-
ciis temporalibus.

Ad quartam quæſtionis partem, etſi per tex- 52
tum *in cap. omnipotens de accuſation.* dicant
Naldus *in ſumma verbo Infamia, num.*1. Molfe-
ſius *tom.* 1. *ſum. tr.* 6. *num.* 29 *&* 30. Peirinus
de ſubdito tom. 1. *q.* 1 *cap.* 31. §. 8. vt ſi accu-
ſatus apud bonos viros, gratus ſit de tali peccato,
intelligibilis ſit tunc propter malam famam. Ni-
hilòminus exiſtimo dicendum vt accuſatus de
delicto non ſit incapax electionis, vt patet ex iam
dictis, vbi probaui cum Caſtellin. & aliis, vt
requiratur ſententia contra delinquentem, & te-
nent Nouar. *lib.* 1 *conſ.* 6. *de accuſat.* Rodri-
guez *in ſumma cap.* 105. *num.* 2. nam aliàs eſſet

in

Digitized by Google

in poteſtate vnius maleuoli , inuidi , & ini-
mici ablegare meritiſſimos viros à promotione
ad dignitates , maximè quæ pet concurſum dan-
tur; multis rationibus hanc partem docent Lean-
dius à Murcia *in cap. 8. regul. S. Franc. cap.12.*
53 *n.10.* † quia infamia non æquè valet ſicut teſtis
vnus , nec facit ſemiplenam probationem , vt
quis iudicari queat , vt dico infra *in Rubrica de*
54 *probat.*† ſolum ait vt infamia habeatur pro ac-
cuſatore , non pro teſte ; & quia vt dixi ad hoc
vt quis repellatur à ſuffragio ferendo, requiritur
vt ſit conuictus finaliter , & quòd Iuridicè in
55 eum procedatur in cauſa † qui etiam explicat
textum *in dict. cap. Omnipotens,*& cum eo Diana
alios adducens *p. 10. tract. 13. reſol. 32.* Vt ille
textus intelligatur quando ſcilicet tempus poteſt
eſſe intermedium , in quo accuſatus ab infamia
purgetur ; quod ſi electio inſtet,tunc reuera ad-
mittendum accuſatum, ſiue denunciatum ad eli-
gendum probant,imò vt eligatur etiam ; & con-
firmari poteſt ex his quæ dico infra *in cap. fin. de
tempor.ordin.* & alibi : Videbis quæ dico infra *in
c.39.q.1.à n.1.*

56 Pro complemento totius huius quæſtionis bre-
uiter duxi tria notanda. Primum quod electio
facta de eo , qui aliquo de relatis impedimentis
57 tenetur , ſit irrita ipſo Iure. † Et tunc quando
irrita eſt ipſo iure Electores pro ea vice,poteſtate
eligendi priuentur , & ſuſpenſi ſint triennio ab
eiuſdem Eccleſiæ beneficiis : *cap. cum in cunctis
hoc tit.cap.1.in fine* , vbi gloſſa *de poſt.Prælater.*
58 † Secundum quod ad probanda impedimenta ,
electi etiam Laici , & fœminæ admittantur ; ſic
vt eorum teſtimonio non ſtetur , ſi de fama tan-
tum , & auditu deponant , *cap. tam litteris de
59 teſtibus* , Vbi dixi plura. † Tertium , vt qui ſe-
mel ob vitium perſonæ eſt reiectus , non poſſit
amplius eligi niſi ſit ſpecialiter reſtitutus , *cap.
ſuper eo hoc tit.* Iulius Lauor. *hoc tit. 4. cap 16.
n.117.*Tamburin.*dict.diſp.5. q. 21. n. 4.* Barboſa
*dict.cap.19.lib.1.de iure Eccleſiaſtico n.126.129.
& 130.* Andrea Valens *in hac Rub. §. 5. in fine*,
Vbi hoc vltimum admittit , quando electio caſ-
ſata eſt vitio perſonæ : nam ſi ex alio Capite, vel
modo electionis , tunc iterum eligi poſſe ait.

Qvæstio II.

An eligentes ad Maioratum Cathedram , & Capellam, poſſint pro his accipere pecuniam. An Regibus Hiſpaniæ nominando, ſiue eligendo ad officia , ſiue Epiſcopatus, venditio permittatur , vel teneantur ad illa vtique digniores eligere. An minor pars in aliquo Capitulo , poſſit concurrere cum maiori ad eligendum indignum ?

Svmmarivm.

1 *Electores ad Maioratus, Cathedram, & Capellam, poſſunt ſecundum aliquos accipere pecuniam, & munera pro actu eligendi, & quare ?* num.2. *& vbi quod duplici titulo retinetur res donata ; contraria ſententia,* num.5.

3 *Gratificare poteſt Iudex , quando dantur duo vota æqualia.*

4 *Maioratus poſſeſſor ex conſanguineis , poteſt præferre vnum , quem maluerit in æquali gradu.*

6 *Actus Iuſtitiæ eſt inuendibilis.*

7 *Officia vendebatur in Regno Indiarum.*

8 *Sapientior cæteris eſt , cui eſt cor audiens in arte gubernandi.*

9 *Iudices nominati ad officia ſoliti erant Iurare, quod adminiſtrarent cum integritate , & de cito , & meliori modo expediendi lites;* num.10.

11 *Officia vendita Iuſtitiæ in Indiis decreto Regio fuerunt ab ementibus inſtaurata ; vt ſic digniores perſonæ cum conſilio Indiarum eligerentur ,* num.12.

13 *Conſultores Regum ſunt plectendi ex damnis cauſatis ab electis indignis eorum conſilio.*

14 *Carolus V.inuitatus, vt venderet Officia , reſpondit ſe potius velle vinci ab Inimicis.*

15 *Pecuniam nemo gratis pro bono communi offert , ſed proprio commodo.*

16 *Simonia eſt vendere habitus militares , aliter alij* num.17.

18 *Reges nullomodo poſſunt nominare ad Epiſcopatus aliquâ pecuniâ acceptâ , ſeu datâ ab eligendis , ſeu ab aliis illo prætextu ;* & num.20.

19 *Electio vt aliter ex eligentibus ſuffragetur pro vno, aliter pro alio, eſt ſimoniaca.*

21 *Pars maior in electionibus informat eam, non minor.*

22 *Elector poteſt ſe conformare cum timoratis Electoribus.*

AD primam quæſtionis partem videtur reſ- 1
pondendum affirmatiuè ; eò quòd talis
eligendi actio non eſt debita huic parti determi-
natæ , cùm poſſit iudex ſine iniuria illius pro
alia parte ferre ſententiam ; ſicut electio illius
partis, pro qua eſt ferenda ſententia, ſit in manu,
& arbitrio Iudicis , ſed eligere , & determinare
hanc partem litigantem , pro qua feratur ſenten-
tia , eſt fauor pendens ex voluntate Iudicis , &
eſt pretio æſtimabilis ; quia eſt valdè vtilis liti-
ganti , & ſimul eſt coniuncta cum aliquo incom-
modo Iudicis ; quia perdit gratiam , & amici-
tiam alterius partis ; ergo. Item quia hîc non
datur acceptio perſonarum , quæ iuſtitiæ diſtri-
butiuæ opponitur , vt dixi *in cap. nouit , de iu-
diciis quæſt. penultima* , cum hic iudex videatur
eſſe liber ad faciendum quod voluerit. † Inde- 2
què fieri , vt nulla fiat iniuria ei parti , à qua
pretium petitur , & accipitur ; quia petitur pro
re , quæ non eſt ei debita , vel alioquin eſt valde
ei vtilis : quare ſic tenent Leſſius, quem citat
Diana *part.3. tract.5. reſol.55.* Fagundez *in præ-
cepta Decalogi tom. 2. lib.8. cap.26. num.34* Fra-
goſus *in regimine Chriſtianæ Reipublicæ tom 1.
lib 4. diſp.9. num.42.* Trullench.*in præcepta De-
calogi lib.8.cap.1 dub.6.num.10* probabilem vo-
cantes ſecluſa iuris prohibitione prohibentes mu-
nerum receptiones. † Vt quando dantur duo 3
vota æqualia poſſit Iudex licitè aliquid accipere
pro electione partis , pro qua ferat ſententiam.
Et cùm talis donator voluntariè donet , eueniat
vt res accepta à Iudice ex duplici titulo, ab eo
retineri poſſit , ſcilicet titulo pretij iuſti , & ti-
tulo donationis liberalis ; & ob id in noſtro caſu
cum Rodriguez , Lopez , & Bañez , idem Fa-
gundez

Digitized by Google

gundez *n.39. & 40.* probabilem dicit; quia datur locus fauori, ſeu gratificationi. † Siquidem
4 Maioratus poſſeſſor ex conſanguineis poſſit præferre vnum, quem maluerit inæquali gradu; & ſic adminiſtrator Capellæ eligere hoc Monaſterium præ illo, vt in eo ædificet, ac conſtituat Capellam cum ſuis emolumentis, & cæteris paribus poſſit eligere hunc pauperem præ illo, & idem ex ſuffragantibus ad Cathedras, quando oppoſitores ſunt æquales; ſed illa prælatio, vt dictum eſt, pendet ex voluntate, liberalitate, & fauore eligentis; quia non eſt debita huic determinatæ perſonæ; ergo.

5 Sed præhabitis quæ dico infra latiſſimè *in cap. cum ab omni, de vita, & honeſt. Cleric.* vbi de munerum acceptione, exiſtimo in caſibus propoſitis in quæſtione, nullomodo Electores ad Maioratum, ad Cathedram, & capellam poſſe accipere pecuniam, ſeu munera; quia omnia ſupradicta non cõceduntur ab Electoribus, ſed à fundatoribus, teſtatoribuſquè & inſtitutoribus emphyteuſis. Et ſic poſito, vt quis ſit Dominus directus, & quòd alij munus Electorũ, aut teſtamentariorum ſpontè, & voluntariè, minimequè coactè acceptauerint, tenebũtur ex officio, & veluti ex cõtractu ad hanc electioné, quæ eſt intrinſeca muneri, quod ſponte, & liberè acceptarunt, & per hanc acceptationem ſe ad id ſponte obligarunt; & ob id non poſſint poſtea aliquid pro ea electione accipere, ſic vt teneantur ad reſtitutionem pretij; ſi quod forte ob eam rem acceptarunt; hanc probabiliorem amplectitur relatus Fagundez *dict. cap. 26 n. 41.* Diana *part. 6. tract. 6. reſol. 19.* qui re melius conſiderata huic
6 adhæret ſententiæ † quia actus Iuſtitiæ eſt inuendibilis; & vt iudex non poteſt manere ſuſpenſus, ſed tenetur pro aliquo iuſtitiam ferre; imò & ex officio tenetur ſe determinare ad vnam partem; & ſic gratis: nam in ea determinatione conſiſtit exercitium ſui muneris; ita eſt in caſibus noſtris: & docent Sairus *in Claui Regia lib. 10. tract. 5. cap 3. num. 8.* Turrian. *2.2. diſp. 4. dub 3.* Rebellus *p. 2. de iuſt. lib. 8 q. 10. num. 1.* Leſſius *de iuſtitia lib. 2. cap 14. dub. 67.* & alij.

7 Ad ſecundam quæſtionis partem, ſuppoſitis, quæ dixi infra *in cap. cum Eccleſia Sutrina de cauſa poſſeſſ. & propriet.* Vbi *q. 2. & 3.* tractaui, quod nominatio, ſiue electio ad Epiſcopatus ſpectat ad Reges noſtros Hiſpanos in ditione ſua Hiſpaniæ, Indiarum, Siciliæ, Neapoli, &c. Vnde iam quia in prædicto Regno Indiarum officia vendebantur, viderimquè manu ſcriptum D. D. Chriſtophori Moſcoſi eiuſdem Conſilij aulicus Conſiliarius, qui nunc à nonnullis annis degit in ſupremo, Caſtellæ litteratiſſimus, & prudens mihi viſum fuit; & ſi aliquantulum ab inſtituto deuiem, initiare quæſtionem hanc cum monitu, quo vtitur ad noſtrum piiſſimum Regem Philippum IV. † qui poſtquam *n. 1.* cum P. Zelada *in iudic. lib. 1 §. 9. n. 68.* vt ille præſtet in arte gubernandi, & cæteris ſapientior ſit, cui eſt cor audiens, & cor docile, non cui ineſt ferreum ingenium, & pertinax ratio, iuxta petitionem illam Salomon. qui *lib. 3. Reg. cap. 3 verſ. 5. & 9.* loquens ad Deum dixit: *Dabis ſeruo tuo cor docile, vt Populum tuum iudicare poſſit*, vt refert idem Zelada *dict num. 68.* ex illo etiam Dauid *Pſalm. 142.* & exortans, vt Rex noſter commendaret ſummè ſuis Conſiliariis ad obſeruantiam omnimodam Iuſtitiæ, corrigendo malos, & bonos augendo, quibus Reſpublica rectè geritur, referens ex Valenzuela Velaſquez *conſ. 2. à num. 79.* Leges Iuris communis, ac Regias allegante, cum Deciano, Michaële de Luna *variar. lect. cap. fin. n. 24.* Annæo Roberto *2. rerum Iudicat. c. 12. fol. 442* Fr. Ioan. de ſancta Maria *in politica cap. 21.* Ioan. Salgado *in l. Regia Portug. diſcurſo 1. n. 27.* Chriſtoual. Beſold. *diſſertatione de publicis Iudiciis n. 21.* Pat. Gueuara *in Matthaeum cap. 1. verſ. 1. obſeruat. 1. n. 15.*
& aliis. † Et hac de cauſa Iudices nominatos in 9
admiſſione ſuorum officiorum ſolitos eſſe iurare quod adminiſtrabunt cum integritate, iuxta textum *in l. rem non nouam cod. de Iud.* Zypeo *de Senatoribus à cap. 3.* Langlao *1. ſemeſtrium cap. 2.* Camillo Borrello *de Magiſtratib. lib. 1. cap. 14.* Bulengero *de Imperatore 2. p. cap. 15.* Oſuvaldo *lib. 24. cap. 3.* Chriſtoual. Beſold. *de iure iurando*
diſp. 2. n. 26. † ad quod dicit Moſcoſo ſingu- 10
larem legem eſſe illam *6. tit. 5. lib. 2. recop.* vbi diſponitur vt Iudices iurent ac cito, & meliori modo, quo poſſint in litibus expediendis, & cum legalitate.

Cum hoc ſuppoſito latè exornato interroga- 11
tus reſpondet, vt ex miſſo decreto Regio ad ſupremum Conſilium Indiarum annullante prouiſiones venditorum officiorum Iuſtitiæ cum refectione emptoribus illarum Prouinciarum in plurimum originariis ab eis, quibus prohibitum eſt legibus ea empſiſſe, vt ipſe Moſcoſo narrat, *ex Abbate*, Caramuël *in reſponſo ad manifeſtum Portugaliæ fol. 24.* D. Ioan. de Larrea *deciſ. 45. n. 33. & in alleg. 219.* Salerno *conſ. 27. lib. 3. cap. 6.* Fragoſo *de Repub. p. 1. lib. 1. diſp. 2. cap. 2. à n. 121.* eamquè ſatisfactionem faciendo ex pecuniis Theſauri Regij vicinioris tecæ, ſiue loci, vbi ea habeantur, ex doctrina textus *in l. 1. ex l. ſi quis §. cum quidam l. ſi fundus ff. locati*, D. Hieron. de Leon *deciſ. 174. n. 6.* Larrea *alleg. 17. n. 4.* Capicio Galeota *2. controuerſia 69.* Anton. Amato
reſol. 18. † præambulum concludens, vt præ- 12
dicti Conſiliarij ſupremi Conſilij Indiarum conſultent, ac Regi proponant perſonas digniores, ſanguine, qualitate, litteris ſufficientiâ ac virtute iuxta eorum obligationem, vt dicunt Maſtrillus *de Magiſt. lib. 2. cap. 1. n. 68.* Seſſe *2. tom. deciſion. in Epiſtola ad Regem. n. 67.* Mag. Fr. Ioannes Marquez *in gubernatore Chriſtiano lib. 1. cap. 20. §. 4.* Nauarrete *in diſcurſ. politicis 27.* Perez de Lara *de vita hominis cap. 30. num. 26.* Ceruantes *in l. 2. Tauri à num. 10.* Fr. Ioan. de ſancta Maria *in politica Chriſtiana c. 8.* Verat. *de viſitat. c. 9. n. 19.* Capiblanco *de Baronibus pragm. 2. n. 122.* Fr. Leander de Murcia *in cater. cap. 2. cap. 3. §. 2.* ſequutus Abulenſem *in lib.*
1. Regum cap. 2. † dicentem plectendos eſſe 13
conſultores Regum ex damno cauſato ab indignis electis per Conſilium eorum; & alia in confirmationem adducens D. Muſcoſo ex illo Mathei *cap. 21. Auferetur Regnum, & dabitur genti*
facienti iuſtitiam, plures citans † illico adducit le- 14
gé Regiam Caroli V. Proaui noſtri Philippi IV. qui cum eſſet in magna neceſſitatè, & egeſtatè prouueniente à cauſa multiplicis Belli & ab aliquibus conſultoribus magni nominis, ac litteratum exhortans, quod venderet officia Iuſtitiæ; Vt ſic alleuiaret Regna; ipſe tamen ſanctius decernendo, & ex conſilio S. Fr. Ioannis à Vilanoua noluit ire, nec irrumpere, Deum præ oculis habendo, dicens ſe potius velle vinci ab inimicis,

Digitized by Google

micis ſuis, & ſpoliatum omnium ſuorum Regno-
tum, quàm eſſe infima ſpe illa non amitendi, ſi
officia vendendo, offenderet rectæ adminiſtrationi
Iuſtitiæ: ſic cum Salone *de iuſt. & iure q. 63. art 2.*
15 *controu. 8. fol.* 1055. ibi: † nemo enim eſt qui pecu-
niam ſuam gratis, vel pro bono communi offerat;
ſed vt ſibi conſulat: qua ratione diſſuaſit D. Tho-
mas à Villanueua Carolo V. ne venderet officia
Prætorum Caſtellæ, quòd multi illi ſuadebant; fa-
ciunt Valenzuela Velaſquez contra Venetos *p. 5.
n. 206. & in diſcurſu de ſtatu, & Bell. p. 2. conſide-
rat. 22. n. 57.* Baldas *de Dignit. Reg. cap. 19.* & Clau-
dian. *in Panegerico ad Honorium Honorinum*,
& aliis ex Auſtor. qui dixit Alexandro Magno:
*Dij proniores ſunt in eos, qui maximè illos co
lunt.*
16 Et concludit dicendo quòd vendere habitus mi-
litares; eſt ſimonia iuxta multorum opinionem, vt
ſunt cum Fillincio Conſtantio & Azore *in l. 1. cod.
de filiis official. num. 2.* Victoria, Alcozor, Tho-
mas Sanchez *lib 2. conſil. cap. 30. dubit. 24 num 24.*
& cum aliis Fragoſo *de Repub. 2. p. lib. 5. diſp. 13. §.
11. num. 3.* Nicolaus Garcia *1. p. cap 7. num. 6.* An-
17 ton. de Marinis *quotidian. controuerſ. cap. 318.* † Alij
inquam contra tenent inter quos P. Peñafiel *de ex-
cellentia trium ordinum milit. tract. 1. cap. 11. n. 101.*
Diana *p. 3. tract. 2. reſ. 35.* cum Fagundez, Macha-
do, & aliis dicentibus, eam venditionem eſſe per-
miſſam; qui omnes, & alij dicunt vt qui officia
publica vendunt, peccant mortaliter propter ratio-
tionem ſupra adductam.
18 Et licèt alia D. Moſcoſo doceat; quia non de
hoc puncto, Ego inquam ex dictis per eum, & ex
adductis *a n. 1. huius queſtionis*. dico nullomodo
poſſe Reges noſtros nominare ad Epiſcopatus ali-
qua pecunia accepta, ſiue data ab eligendis, ſeu ab
aliis illo prætextu; quia quemadmodum electio
ſimoniaca reputabitur, ſi pro ſuffragio, ſiue (vt
dicunt) pro voce quis promiſerit beneficium *cap.*
19 *de hoc 11. de ſimonia* † & eodem modo ſit ſimo-
niaca illa electio, in qua Electores conueniunt,
vt alter ſuffragetur vni in vna electione; quia alter
ſuffragabitur alteri in alia ſecundùm Nouarr. *in
man. cap. 23. num.* 100. *verſ.* 2. ſitque etiam electio
irrita, ſi aliquis, ignorante electo, pro eo eligen-
do pecuniam dederit *ex cap. de regularibus 25. de
ſimonia*; Layman. *in Theologia morali lib. 4. tr. 10.
cap. vltimo n. 37.* & cum Azor. Tambuino, Regi-
naldo, & aliis, Barboſa *de iure Eccleſ. cap. 19. à*
20 *num. 256.* † imò & multò magis Reges præſen-
tando ad Epiſcopatus, pecunia accepta, peccare,
ſimoniam committendo, & grauiter; inquam ſi
pecunia mediante alia officia temporalia Iuſtitiæ
vendiderint propter adductas cauſas *in verſ. ad ſe-
cundam.*
21 Ad tertiam quæſtionis partem, poſitis, quæ dico
infra *in cap. quia propter cap. in Geneſi, cap. vt Ec-
cleſia hoc tit.* vbi de maiori parte eligentium reſpe-
ctu minoris; licèt pro affirmatiua ſententia faciant
rationes ſequentes. Prima quia minor pars non eſt
cauſa electionis; cum ab ea non pendeat electionis
valor ex dictis iuribus; & quia cauſa remota non
attenditur, ſed proxima, quæ verè, & efficaciter
influit in effectum, ex textu *in l. ſed ſi plures §. in
arrogato. ff. de vulg. & pupill ſubſtit. l. cum de hoc ff. de
except. rei iudic.* Oldradus *conſ. 25. de ſepul*. ſed
cauſa proxima eſt maior pars; ergo ea debebit at-
tendi, non ſolum ad electionem validam; ſed
etiam licitam, ſeu illicitam, iuxta illud Prophetæ:
Cum ſancto ſanctus eris, & cũ peruerſo peruerteris;
non enim minor pars conformando ſe cum maiori,
dicitur conſentire, nec approbare illorum factum,
ſed tantum permittere ex materiali ſuffragatione
votorum, tamen hanc non admittunt Petrinus
de ſubdito tom. 1. q. . cap. 31. §. 2. q. 4. cum Soto,
Vaſquez, Vega, & Bañez, Leſſius *de Iuſtit. lib. 2.
cap 34. dubio 13 num. 60.* Diana *p. 10. tract. 13. reſ.
31.* ex eo; quia cum ille electus ſit ab aliis iniquè in-
truſus, non eſt cur à minori parte tali iniquitati ſuf-
fragetur; & quod eligere indignum, eſt intrinſe-
cè malum; quod nulla ratione poteſt fieri lici-
tum.

Et contraria ſententia, quam cum aliis docent 22
Bordon *in conſ. Regularib. tom. 2. reſol. 61. num. 32.*
poterit ſubſtineri, ſi Elector eſt dubius de indigni-
tate perſonæ eligendæ, non poteſt tunc ſe con-
formare cum timoratis Deo, ſed ſi certus fuerit
omnino de indignitate, nequaquam: ſic Diana
dict. p. 10. reſ. 31. in fine dicens, vt debeat iudicare
eos non habere eam certitudinem de indignitate
eligendi, quam ipſe, ſed potius contrariam.

QVÆSTIO III.

*Si electio maneat apud duos, an vnus alte-
rum eligere poſſit. An licitum ſit ferre
ſuffragium, quando iam eſt concluſum
negocium iniuſtum. Et an Electores ad
faciendam electionem, debeant in vnum
conuenire. Et debeant habere ætatem de-
terminatam, ſeu alia requiſita?*

SVMMARIVM.

1 *Electio vt valeat debet eſſe vnius ex pluribus, ſed an ex duobus, vnus ex diuerſis ſententiis*, vſque ad num. 9.

2 Cap. quia propter, de Elect.

3 *Sancti Matthiæ electio, qualiter ex pluribus fuit facta?*

4 *Collegium etſi conſtituatur ex pluribus, poteſt ad vnum deuenire.*

5 *Electioni de ſe factæ, poteſt ab Electo conſentire.*

6 *Capitulum poteſt conſentire in duobus vocalibus; ſic vt electio canonicè fiat.*

7 *Actus in dubio debet interpretari validus ad omnes actus; quæ regula eſt aliarum Regina*; num. 9.

8 *Eligere aliquis ſe poteſt, cùm facultas eligendi pluribus commiſſa eſt, non quando vni tantùm.*

10 *Suffragium datum primò ab vno ex Electoribus pro indigno, quem certò ſcit ab aliis eligendum, qualiter licere queat* num. 11. 12. & 13.

14 *Pecuniis redimere poteſt vexationem, qui habet Ius ad beneficium; ſecus ſi non habet.*

15 *Conſiliarius, qui ſuffragat vltimo loco in ſententia iniuſta, concluſa iam a maiori parte, non tenetur: quid ſi influit, vt executioni mandetur* num. 16.

17 *Examinator Synodalis concurrens vltimo loco ad approbationem, indignè tenetur.*

8 *Electores ad faciendam electionem, debent collegialiter in vnum conuenire, in aliquo publico, & loco honeſto; etſi contra* numer.19.

20 *Electores quam ætatem debeant habere, vt legitimè fiat electio: quid de Iure: quid ex Tridentino*, n 23.

21 *Patronus poterat poſt ſeptennium eligere, ſed eligere nec Monialis non ante 12. nec Monachus ante 14.*

22 *Preſentatio parit quaſi ſponſalia, electio ſpirituale quoddam matrimonium.*

23 *Electores debent eſſe Subdiaconi.*

24 *Moniales eligentes, debent eſſe in ætate expleta 16 annorum.*

25 *Eligere num poſſit Subdiaconus, ſi ante 22. annum ex diſpenſatione, ſit ordinatus*, & n.26.

1 AD primam quæſtionis partem videtur negatiuè reſpondendum; primò quia vt dicunt Ægidius Bellamera *in cap. nullus hoc tit. n.5. & 6.* Caſtellin. *de elect. cap 5. ſub num.69.* ſi duo ſunt tantùm Electores, neceſſariò debent eligere extraneum, cum neutrum eorum facere poſſit maiorem partem: & ſic idem Caſtellin. cum Innocent. & Archidiaconn *in cap. poſt petitam, cap. in Geneſi, cap. ſi quando infra*, vbi quod tres Electores poſſunt eligere more ſolito, *in cap. quia propter eodem*; licèt formam ſcrutinij in omnibus ſeruare non valeant, & quod duo ſcrutentur tertium, & ſcruent alia, quæ poſſunt, & in ſpecie faciant collationem,
2 quæ fieri ſolet in electione concordi. † Cum ergo ex regula *dict. cap. quia propter.* maior pars conſentiat in aliquem, hic tamen non detur maior, nec minor, nec vota dici poſſint ſecreta, & neceſſariò electio debeat fieri vnius de pluribus: ſequitur vt inter duos ſolos nequeat electio perfici, cum eius eſſentia conſiſtat in electione vnius ex pluribus, ad minus ex duobus; ſic vt pluralitas ſoluatur in duobus, *cap.40. de regul. Iuris lib.6.* at ſic eſt quod in caſu præſenti non ſunt duo, quorum alter poſſit eligi; eo quod ſi vnus ex illis eſt prior iam eligibilis; nimirum ille, qui debet eligere; non non enim poteſt eligere, & eligi, cùm nemo poſſit oriri à ſe ipſo; ergo eueniet, vt electio remaneat tantum reſpectu vnius; quod eſt contra naturam electionis, quæ ex pluribus eſt vnius vocatio.

3 Et confirmatur ex electione ſancti Matthiæ *Actor.1.* vbi ita dicitur: *Oportet ergo ex his viris, qui nobiſcum ſunt congregati teſtem reſurrectionis eius nobiſcum fieri vnum ex iſtis*, & ſtatuerunt duos Ioſeph, qui vocabatur Barrabas, qui cognominatus eſt iuſtus, & Matthiam, & orantes dixerunt: *tu Domine, qui corda noſti omnium, oſtende quem elegeris ex his duobus vnum.* Quibus verbis patet, vt electio ſit vnius ex pluribus, & ita & ex aliis hanc docent Sopranus *de elect. Pontif. lib.4. cap.8. quæſtion. 6.* Roman. Villadiego, Gambarius, & Panormitanus penès Bonacinam, vt refert Diana *part. 10. tract. 13. reſolut. 33.* Bordonus *in concilsis regular. tom.2. reſolut. 62. num. 59.* Nauarrus *lib.1. conſ.6. hoc titul. num.4.* Miranda. *in manuali Prælatorum tom.2. quæſt.23. artic. 5. concluſione 21.* Azorius *tom.1. lib.4. cap. 5. quæſt.8.* Rodriguez *in quæſtionibus regular. tom. 2. quæſt.53. articulo 12. ſub fine.*

4 Contrariam nempe ſententiam, vt ſi electio remaneat apud duos, vnus alterum eligere poſſit, docent quamplures, veluti ſi vnus vtendo eligendi poteſtate, & alter cedet iuri ſuo, tunc ille eligat bene, ſic, vt hic electus, intelligatur electus à toto Collegio: nam licet ad conſtituendum Collegium, requirantur plures, poteſt tamen ad vnum deuenire; & tunc reſidere in illo totam Collegij poteſtatem † & faciunt regula textus infra *in cap. cum in iure peritus*, vbi poteſt quis conſentire electioni de ſe factæ; ſed ſic eſt quod ille conſentiens auget eligentium numerum, cum ipſe non incipiat ſuam electionem, ſed ab alio inceptam compleat; ergo cum in hoc caſu ſeruetur quod Ius præſcribit *in cap. quam 18. quæſt. 1.* † Et facit, 6
quia capitulum ſecundùm Ius Canonicum ſubſiſtere legitimè poteſt in duobus tantùm vocalibus; ſic vt electio ſit canonica; quamuis aliquando palam fiat, ſicut etiam cenſetur valida, licita, & legitima electio facta inter duos ſolum vocales per acceſſum vnius ad ſeipſum, cum alterius libero conſenſu inſiſtendo, tum iuri communi, tum etiam ſpeciali Religionis.

Et confirmatur ex illo axiomate iuris, quod 7
actus in dubio debet interpretari validus; *l. quoties ff. de reg. iuris, l. quoties ff. de verb. oblig. l. ſi quando ff. de leg. 2.* Abbas *conſ. 62. col.1. num.7. verſ.3. lib.2.* Rolandus à Valle *conſ. 61. num.25. & ſequents, verſ. conſiderandum. lib. 3.* vbi extendit ad omnem actum, latè Romanus *conſ.183. a num.4.* vbi extendit ad omnem diſputationem, videlicet contractus, teſtamenta, iuramentum, atteſtationes, & priuilegia, Bertazol. *de clauſul. inſtrum. clauſula 1. gloſſa 4. num.5. & repet. legis ſi quis maior. Cod. de tranſact. num. 506.* Pichard. *in §. ſi quis alium, num.4. de inutilibus ſtipulat.* Fenerius *in conſtitut. Catalonia gloſſa 1. num. 151.* cum ergo hæc ſententia faciat pro validitate electionis. † Et Barthol. *in l. ſi conſul. ff. de adoptionib.* 8
dicat aliquem poſſe ſe eligere, dum facultas eligendi pluribus commiſſa eſt, non verò quando vni tantùm eſt demandata, ex *l. ſi mandauero §. ſi tibi ff. mandati*, ſequitur vt hæc ſententia, quando caſus neceſſitatis occurrit, probabiliter ſuſtineatur, cùm omnis interpretatio admittatur ad ſuſtinendum actum, Rota *deciſione 469. num.3. part.2. recent.* Roland. à Valle *conſ. 61. num. 26. libro 3.* Tuſchus *tom. 4. littera A. concluſ. 136. num.14.* & in terminis docent Samuellius *de elect. diſput.3. tractat.1. contr. 8. per totam*, Petr. Vidal. *in Archa Theologiæ moral. hoc titulo, inquiſit. vnica per totum*, probans latè, & doctè electionem Canonicam poſſe fieri inter duos; Paſqualigus *deciſione 235. numero 4.* Anchiaranus *in dict. cap. nullus hoc titulo*, Paulus de Elcazariis *ibi num.13. tom.2. repert.* Ioan. Andreas *in regula in toto de reg. Iuris libro ſexto*, Panormitanus *part.2. conſ.25. numero ſecundo*, Biaxio *in director. electton. part.3. capite 23. numero 3.* Boich. *in dict. cap. quia propter hoc titulo, numero primo*, Tuſchus *littera E. concluſione 72. & 78.* Sigiſmundus *hoc titulo, parte prima, capite tertia, dubio vigeſimo quarto, numero quinto*; Ergo cùm hæc opinio ita ſit admiſſa & eam probabilem putet Bonacina *de electione Pontificis concluſione 3. punct. 1. numero 11.*
† Et regula, quæ facit pro validitate actus ſit 9
Regina aliarum interpretationum, vt dicunt Zephalus *conſil.51. numero 39.* Cardinalis Mantica *de coniect. vltim. volunt. lib 12. tit.17. num.13.* etiamſi aliquid, quandoque diſponatur præter intentionem agentium, *cap.1. §. idem quoque in fine de ſponſ. impuber.*

Digitized by Google

imouber. lib.6. Federicus de Senis *Conſ 15. n.5.* ſequitur vt hæc ſecunda ſententia debeat ſuſtineri, quam teſtantur plures ex relatis practicari in Religionibus Theatinorum,& Clericorum Regular.

10 Ad ſecundam quæſtionis partem, cuius reſolutio, ſi pro affirmatiua ſententia loquamur, quam tuetur Thomas Hurtadus *tom.2. tract.12. c.1. §.3. n.14.& 18.* non eſt parum difficilis, eam rationem habet: nam ex eo quod maior pars, eſt ſufficiens ad electionem canonicam faciendam, & determinata ad eligendum indignum, poſſunt ad euitandum notabile damnum, aut perſecutionem iniuſtam concurrere in eo voto externo, non conſentiendo interius in eius electionem; & hoc ſiue primus idem ſuffragium, ſiue medius, ſiue vltimus; quia quantum ad hoc nihil intereſt.

11 Et confirmatur nam in hoc caſu quis non eſt cauſa, aut concauſa electionis indigni, ſed Electores, qui ſunt illius partialitatis, & eſt maior pars,& tam conſtans in ſua determinatione, vt moraliter ſit certum, quod ſemel determinarunt executores.
12 † Tum etiam quia non conſentit interius, ſed potius dicenti electioni indigni, & ſolum exterius præbet ſuffragium ad euitandum damnum imminens, quod rationabiliter timetur: quare fieri dicit, vt materialiter dumtaxat ſuffragetur electioni indigni; & ob id euenire, vt ſuffragatio in iſto caſu fiat illi inuoluntaria moraliter: ita docet Hurtad. aduerſus Malderum, Siliucium, & alios, qui dicit,†
13 vt licèt primus ego dem ſuffragium eſt tantum materialiter, vt me defendam, & conſeruem ius, quod habeo ad me conſeruandum indemnem; non quia conſentiam electioni, quæ certo moraliter ab aliis eſt concludenda, ſicut D.Thomas 2.2. *q.100.*
14 *art.6. ad 5.* † dicit licitum eſſe illi, qui habet ius ad beneficium pecuniis redimere vexationem, & auferre impedimenta, ſecus ſi non habuerit ius ad beneficium: quare in hoc caſu non teneri quem primum dantem ſuffragium ad reſtitutionem; & ſic in ordine ad electionem indigni, non ſim moralis cauſa efficax damni poſitiuè moraliter ad illa, conferens, cum antecedenter ſciam alios ſine meo ſuffragio electionem perfecturos; indequè procedere, vt antecedenter non influam in electionem, ſed ſolum materialiter conferam ſuffragium ſine conſenſu in electionem.

15 Diana verò, *p.11.tract.4 reſ.5.* dubitans de veritate horum omnium aliis iudicandum relinquens, & an poſſint applicari, quando in Parlamento, ſeu Comitiis Regnorum, concludendum eſſet aliquod donatiuum; ſed refert quod idem Hurtadus limitat ſuperius dicta in caſu, in quo Conſiliatij Regij ſententiam iniuſtam ferunt, & poſtquam pro maiori parte concluſa eſt, vltimus, qui aduenit confirmat, & approbat ſententiam iam concluſam.
16 † Quæ tamen ſi fuerit executioni mandata de omnium conſenſu; quamuis vltimus non fuerit cauſa ſententiæ iniuſtæ, fuit tamen cauſa partialis eius executionis, quæ immediatè affert damnum parti læſæ; & ſic concurrit ad illud inferendum, ſi vltimum ſuffragium influit, vt citius ſententia iniuſta executioni mandetur, & quidem ita eſſe dicunt Hurtardus,& Diana quando nomine omnium ſubſcribentium, ſententia exequitur, niſi qui non concurrit ad ſententiam proteſtetur ſe ſubſcribere, vt maiori ſatisfaciat; non verò quia ita ſentiat.

17 Quod ſimiliter dicendum eſſe dicunt in Examinatoribus ſynodalibus; quia quando omnes concurrunt ad approbationem, proculdubio citius mouetur Epiſcopus ad conferendum beneficium, quàm ſi non omnes concurrant: de quo Doctores infrà *in cap.7. hoc tit.* & latè *in cap.29. de præb.*

Ad tertiam quæſtionis partem an Electores ad 18
faciendam electionem, debeant in vnum conuenire. Et reſpondeo affirmatiuè, debent enim collegialiter in vnum congregari in aliquo publico, & honeſto loco Eccleſiæ, ſeu Conuentus; puta in loco Capituli, Sacriſtia, Choro, & ſimilibus in tantùm, quod non ſufficiat conſenſus eligentium ſingulariter præſtitus, puta Domi, vel alibi, vt *in cap. in Geneſi 55. hoc tit.* Coſmas *in pragm. ſanct. tit. de elect. verb. conueniant pag.86. verſa.* Bertachinus *de Epiſcopis lib.1. cap.3. quæſt.32.* Petrus de Biaxio *in direct. elect. p.2. cap.21.* Petr.Gregor. *hoc tit. cap.5. à n.2. & c.16.* Sigiſmund. à Bononia *hoc tit dub.111. n.3. & 11.* Iulius Lauorius *variar. lucubrat. tit.4. cap.18. n.1.* Caſtellin. *hoc tit. cap 3. n 2 verſ. primo,* Tamburin. *tom.2. de iure Abbat. cap.5. q.6. à n.2.* Rota *in Cæſaraugust electiõn. 20. Martij* 1623. coram R. P. Coccino Decano. † Nec probat contra- 19
rium Cardinal. *in conſ.103. n.10.* dum dicit ſufficere, quod Canonici ſingulariter conſentiant, dummodo in Capitulo; quia per illud aduerbium *ſingulariter* non excludit ſimultaneum Capituli conſenſum; ſed excludit communem illam electionem, poſt ſcrutinii publicationem ab vno nomine Capituli per verba *ſingularis numeri* faciendam in terminis, *cap. quia propter 44. hoc tit.* & *dict. cap. in Geneſi requiſitam,* vt per Gloſſam *ibi, verb communiter & verbo repert.* Abbas *notab. 4. in 3. requiſito,* Rota *in vna Hiſpalen. Canonicat.* 18. *Februarij* 1619. coram Buratto inter eius impreſſas *deciſ.* 180. alia tradit videnda cum multis Barboſa *de Iure Eccleſ. p.1. c.19. à n.167. ad 175.* de quibus Ego *in dict. cap. quia propter, in cap congregato 53.* & *dict. cap. in Geneſi 55. & in aliis huius tituli,* vbi etiam dixi quod locus non eſt de ſubſtantia electionis, dum clandeſtinus non ſit.

Ad quartam quæſtionis partem, an Electores 20
debeant habere ætatem determinatam, nonnulla dixi ſuprà *ſub q.1. ſub verſ. ad ſecundam,* addo dicendum aliter in electionibus Canonicorum, aliter Monialium, & aliter in præſentatione contingere, & aliter poſt Trident. Concil. ac contingebat antea, iuxta Iuris communis regulas. † Poterat enim Pa- 21
tronus impubes poſt ſeptimum annum præſentare; ſed ad electionem de Iure communi, nec Monialis ante duodecimum annum, nec Monachus ante decimum quartum ad omnem electionem admittebatur, ex textu *in cap. in dignitatib. 43. in princ. cap. ex eo 32. hoc tit. lib.6.* expreſsè Archidiacon. *in c. quæ dam n.3. diſt.2.* Syluеſter *in ſumm verbo ætas n.2. verſ ſeptimum.* Martinus Rabault *in floſculis beneficialibus fol 41* Quintilianus Mandoſius *de ætate minor. cap.5 n.54. & regul. 18. Cancel. q.1. n.3.* Petr. Gregor. *hoc tit. c.8 n 1.* & reddunt diſcriminis rationem Cæſar. Lambertinus *de Iure Patronat. lib.2. p.1. 2.1. princ. art.5. n.10.* & latè *2. q. princ. art.9 à n.10.* Narbona *anno 22. q.4. n.3.* † quia per actum 22
præſentationis ſponſalia quodammodo contrahuntur inter præſentantem, & præſentatum, ſed inter eligentes, & electum ſpirituale quoddam matrimonium celebratur, vt profitetur Innocent. III. *in cap. cum inter Canonicos 21. hoc tit.* in verbis, ibi: *Si dictus Præpoſitus eidem electioni conſenſerit, vt per mutuum conſenſum eligentium, & electi, quaſi coniugale vinculum, ſpecialiter ſit contractum:* & ſic rectè ad præſentationem; velut ad ſponſalia ſeptimum annum, & ad electionem, quaſi ad

matrimonium duodecimum in fœminis, & in viris quatuordecimum expoſtulatur

23 Sed iam hodie per Trid. diſpoſitionem *ſeſſ.22.*
cap.4. in electionibus requiritur, vt eligentes ſint in ætate annorum 22. & ordinati Subdiaconi, vt
24 iam dixi latè *ſub dict. q 1. verſ. ad ſecundam.* † Et reſpectu Monialium idem Narbona ex dicto Concilio Trident. *ſeſſ.25. de regular. cap.15.* quatenus ibi ad profeſſionem emittendam aſſignatur annus decimus ſextus expletus, dicit iam ante eam æta-
25 tem Moniales nō admitti ad eligendum. † Et addit idem Narbona *num 6. & fin.* ſic præſcriptam ætatem Trid. prærequiri à Deo in Canonicis quarumcumque Eccleſiarum ad eligendum, vt quamuis Apoſtolica diſpenſatione impetrata, aliquis ante debitum tempus fuerit in Canonicum receptus, virtute tamen prædictæ diſpenſationis vocem in Capitulo dare, & in electionibus ſuffragari non poſſit: Sic cum Rebuffo *in prax. benefic.* vbi de diſpenſatione ad plura beneficia *n.58.* Maiolo *de irregularit. lib.1. cap.30. num 12. in fine*, vt probari videtur *ex dict. cap. ex eo 31. hoc tit.* iuncta explicatione communi, quæ tenet impuberem in illius ſpecie beneficio Pontificiæ diſpenſationis fuiſſe Canonicum, qui tamen ideò ad electiones, cæteroſque capitulares, actus non vocabatur abſque metu nullitatis ob ipſius contemptum: ſic Narbo-
26 na.† Sed Ego aliter exiſtimo, ſi vt dixi *ſub dict. q.1.* qui minor annorum 22. Subdiaconus ordinatus fuerit, conſtitutus verò in ætate tali, vt cum iudicio ſuffragari valeat.

Quæstio IV.

An Regulares, & alij Electores teneantur eligere Digniores in Superiores. Et an Regularis ſit ineligibilis, ſi cæcus ſit, vel ſurdus, vt interueniat alicui Capitulo generali. Et an poßit Generalis confirmari ad aliud ſexennium in Religione Clericorum Regularium ſine diſpenſatione: Vbi de Electione Abbatiſſæ, ſeu Prioriſſæ. Et in qua ætate, ac de aliis requiſitis?

Summarium.

1 *Regularis Prælatus ſufficit ſi eligatur dignus ſecundùm Hurtadum: vbi quod dixit Caietanus*, n.2. *ſed contra* à n.6. & 17.

2 *Prælatus minus idoneus gratus tamen omnibus, melior eſt illis, quàm magis idoneus, ſed minus illis acceptus*, & n.13. & 15.

3 *Acceptio eſt perſonarum omittere digniorem propter dignum*, & n.11.

4 *Dignior eſt eligendus, non ſolùm ad Summum Pontificatum, ſed ad Epiſcopatum, vel dignitatem cum animarum cura*, & n.5.

5 *Eligentes bonum peccant, cum poſſunt eligere meliorem*, n.16.

6 *Beneficia ſubduntur diſtributiuæ Iuſtitiæ; non ſolùm quia officia; ſed quia bona communia diſtribuenda dignioribus*, n.7.

7 *Elector non eſt beneficiorum diſtributor, ſed adminiſtrator.*

8 *Baſilienſe Concilium ponit formam de eligendis magis idoneis.*

9 *Patronus digniorem ab Examinatoribus approbatum, debet Epiſcopo præſentare, vt ab eo inſtituatur.*

10 Clem. VIII. *decreuit vt Electores iurent de eligendo magis idoneos.*

11 *Eligens dignum, omiſſo digniore, anteponit minus ſui officij, non autem Eccleſiæ, vel Conuentus.*

12 *Dignior eligebatur ad officia in veteri Teſtamento.*

13 *Poſtponere meliorem minus bono in Electionibus Canonicis, non eſt ſine crimine.*

14 *Dignus relicto digniore, poteſt eligi, quando Elector videt quod alij Electores, volunt eligere indignum.*

17 *Religioſi propriis conſtitutionibus obligantur ad meliores eligendos in ſuis Ordinibus.*

18 *Societatis Ieſu Patres, qualiter iurent de eligendo Præpoſitum Generalem.*

19 *Eligi debet melior in prælatum Regularem.*

20 *Generalis Religionis tenetur eligere digniorem in Prælatum.*

21 *Cæcus, vel Surdus nullomodo poteſt eligi in Prælatum.*

22 *Cæcus in ſcribam eligi nequit. nec poteſt eſſe viſitator, nec in Collegam* n.23. *nec in commiſſum* n 24. *niſi* n 25.

26 *Generalis, qui certum tempus, puta ſexennij habet, non reeligitur ad aliud ſexennium.*

27 *Abbatiſſa, ſeu Prioriſſa illa eligitur, quæ in habitu, & moribus eligi meretur.*

28 *Electio Abbatiſſæ fit per duas partes ex tripartito numero, niſi vbi alia ſit loci conſuetudo.*

29 *Epiſcopus in diſcordia Monialium, eligit vnam, quam magis idoneam iudicet, quibus prius ad ſe concordandum eis aſſignat tempus*, n.30.

31 *Epiſcopus poteſt intereſſe electionibus Abbatiſſarū vnà cū Regularibus per ſe, vel per alium.*

32 *Dies electionis Abbatiſſæ, eſt ſignificandus Epiſcopo per Regulares.*

33 *Epiſcopus poteſt animaduertere in Electores, qui ante aſſignatum diem progreſſi ſunt ad eligendam Abbatiſſam.*

34 *Vota Monialium eligentium* Abbatiſſam, *requiruntur à ſuperiore earum.*

35 *Septa Monialium ingredi non debent prætextu electionis* Abbatiſſæ, *ac Prioriſſæ, quæ repetitur quolibet triennio.*

36 *Electio* Abbatiſſæ *tantùm durat ad triennium.*

37 *Abbatiſſa, ſeu Prioriſſa electa triennio, denuo non eliguntur in Italia.*

38 *Ciſtercienſes, ſeu Clariſſæ, aut alia Minorum ordinum* Abbatiſſa *finito triennio, tenentur renunciare ſub pœna excommunicationis in Italia.*

39 *Reelectio* Abbatiſſarum *in Hiſpania, & Portugalia ſolet fieri.*

40 *Abbatiſſa eligenda debet eſſe quadragenaria, & per octo annos antea laudabiliter profeſſa, &* n.44.

41 *Abbatiſſa ex alio ordinis Monaſterio poteſt eligi quando non adeſt in proprio alia cum qualitatibus requiſitis. Et poteſt de proprio tunc eligi ea, quæ ſit annorum 30. ante poſt quinquennium profeſſa*, n.42. & 45.

43 *Epiſcopus nequit diſpenſare in ætate requiſita Abbatiſſæ eligendæ.*

44 *Anni 40. eligendæ Abbatiſſæ, ſeu Prioriſſæ non requiruntur completi.*

46 *Conſtitutiones loquentes, vt non eligantur de maculato*

Digitized by Google

maculato ſanguine , non extenduntur ad Abbatiſſas , ſeu Prioriſſas , contra n. 47.
47 *Eligi in Abbatiſſam nequit infamis.*
48 *Illegitima non eligitur in Abbatiſſam , vel Prioriſſam ſine diſpenſatione , alıter attentis Mendicantium priuilegiis ,* n.49.
50 *Conſtitutiones Pontificia , quibus illegitima queunt eligi in Abbatiſſas, & ad alia officia.*
51 *Abbatiſſa debet Epiſcopum facere certiorem de tempore profeſſionis Virginum ante menſem.*

1 AD primam difficultatis partem , nonnulli,
quos ſequitur Thomas Hurtad. *var.ar.*
tom.2. tr.12. cap.1.n.1561. & Caietanus *in ſumma*
verb. electio Officialis ; quatenus dixit vt ſi in ele-
ctionibus ſpectetur ad ſpirituale tantùm officium,
ad quod eligitur , cum eligatur ad onus , ceſſat
ratio iniuriæ reſpectu dignioris , ſicut in cæteris
onerofis officiis credit ſufficienter prouiſum, ſi eli-
gatur dignus ; & idem Hurtadus putans procedere
in ſuperioribus , dicit non adeſſe obligationem eli-
2 gendi digniores. † Et ob id Caietanus dixit quod
Prælatus minus idoneus, gratus tamen omnibus,
melior eſt illis , quam Prælatus magis idoneus , &
minus illis acceptus ; quia ibi charitas coaleſcit , hic
periculum operandi ex metu , ſolum Hurtadus li-
mitat quoad Abbates perpetuos, & Generales.
Sed exiſtimant alij , & probabilius , digniores
3 eligendos eſſe , ſiue ad Epiſcopatus , ſiue ad bene-
ficia curata , ſiue ad dignitates , aliavè officia Rei-
publicæ, ex ea præcipua ratione ; quia omittere di-
gniorem , propter dignum , eſt acceptio perſona-
rum , violariquè iuſtitiam diſtributiuam , & com-
mutatiuam, probant Sotus, Bañez, Aragon. Salon.
& Nicolaus Garcia *de benefic. p.7. cap.16. num.2.*
poſt citatos ſupra quinquaginta Authores , inter
quos Hieronymus Plato *de Cardin. dignitate , &*
officio , Cardinalis Paleotus *de ſacri Conſiſtorij con-*
ſultationibus 4.part.quaſt. 1. cum alιis multis , Ca-
ſtellin. *de elect.cap.9.per totum*, Doctores per Trid.
4 *ſeſſ.24. cap.12. & 18.* † dicentes quod eligendus eſt
dignior , non ſolùm ad Summum Pontificatum,
ſed etiam ad quemlibet Epiſcopatum , vel dignita-
tem Curam animarum habentem ſecundùm deci-
ſionem Rotæ *in cauſa Toletana Canonic. 18. May*
1584. coram Sanctiſſimo Clem.VIII. de qua Gar-
cia *5.part.de beneficiis cap.4. num.166 & in cauſa*
Valliſolet. præem nentiarum 24. Nouemb.1603. co-
ram Illuſtriſſimo Pamphilio, Azorius *part.2. inſtit.*
mor.lib.6. de 4 Decalogi pracepto cap.15. ſub lit. ?.
& D.Ioan. Franc. Leonius *in ſuo theſauro fori Ec-*
5 *cleſiaſtici part.2.cap.3.num.37.& 38* † qui *in n.31.*
expreſsè inquit : *Peccant eligentes bonum, cum poſ-*
ſint eligere meliorem : nam ad id neceſſariò tenen-
tur , & Petr. de Aragonia Auguſtinian. *in 2.2. D.*
Thom.quaſt.63.de acceptatione perſonarum art. 2.in
1.concluſione , inquit : *Eligere minus dignum, relicto*
digniori ad beneficia , quæ habent annexam curam
animarum, vel aliam gubernationem perpetuam per
ſe loquendo , eſt peccatum mortale. Sunt enim , vt
ait Caſtellin. ſuprà *n.20.* beneficia , & Dignitates
curam animarum inuoluentes , primò ordinatæ ad
Dei cultum , & Eccleſiæ vtilitatem ; ſecundariò
autem vt ſint præmia virtutum , quibus Digniores
in Eccleſia onerentur , & promoueantur ; ſed præ-
termiſſo Digniore , & vtiliore pro Eccleſia de di-
recto agitur contra hunc finem , dum aliquando
ſpectatur conſanguinitas , ſiue priuata amicitia , aut
potentium commendatio , ergo.
6 Etenim Dominicus Bañez in 2.2. *D.Thom q 63.*

à dicto art.2. §. ad rationem primæ opinionis reſ-
pondens argumentis contrariis commendans , vt
Epiſcopi , & ſuperiores Prælati ſibi conſulant , &
efficaciam rationum oppoſitæ ſententiæ conſide-
rent, concludit ſequentibus verbis : *Etenim benefi-*
cia non ſolùm ſubduntur diſtributiua iuſtitia ; quia
officia ſunt , aut quia curata ſunt , ſed quia bona
communia , & Dignitates Eccleſiaſtica, ac ſubinde
diſtribuenda dignioribus Miniſtris ; quia pramia
ſunt , & honores virtutis , & ſcientia , atque indu-
ſtria ? & ob id bene dixit Azorius *inſtit.moral. p.1.* 7
lib.dict.decalogi pracepto 4. cap.15.§.accedit, quod
Elector cum non ſit Dominus beneficiorum , ſed
adminiſtrator ratione ſui muneris , & officij vtram-
que iuſtitiam ſeruare debet , & quæ diſtribuit , &
quæ commutat, ne Eccleſiam lædat indigno electo,
& ne digniori ius deneget, vel adimat, ſed qui iuſti-
tiam in ſuo munere, & officio non ſeruat, damnum
compenſare debet : ita ille cum Silueſtro , & Palu-
dano. † Et confirmatur, tum ex Concilio Baſilienſ. 8
ſeſſ. 20. decreto de electionibus , & confirmationibus
Epiſcoporum , & Pralatorum , vbi ponitur forma
iuramenti de eligendis magis idoneis Eccleſiæ , &
ex dict. Trid. decreto *ſeſſ 24. de reform. cap.18.* vbi
mandatur Epiſcopo , vt inter admiſſos ab Exami-
natoribus eum eligat quem cæteris magis idoneum
iudicauerit , atque illi , & non alteri collatio Eccle-
ſiæ fiat. † Et ſtatim ibi : *Circa iuris patronatus, de-* 9
cernitur , vt is quem Patronus digniorem inter pri-
uatos ab examinatoribus iudicabit , Epiſcopo pra-
ſentare teneatur, vt ab eo inſtituatur , & ſtatim ſub-
ditur ; *Cum verò inſtitutio ab alio , quàm ab Epiſ-*
copo erit facienda, tunc Epiſcopus ſolus ex dignis, eli-
gat digniorem. quem Patronus ei præſentet, ad quem
inſtitutio ſpectat. Quod ſi ius patronatus laicorum
fuerit debeat qui à Patrono præſentatus erit ab eiſ-
dem deputatis , vt ſupra examinari, & non niſi ido-
neus repertus fuerit admitti † Imò *Clem. VIII.* in 10
decretis generalibus editis ad Regularium refor-
mationem , & in vltimo ex impreſſis Romæ ex or-
dinatione Pauli V. 1609. *n.36.* verba ſequentia pro-
tulit : *Iurent Electores magis idoneos electuros ; pro-*
pterea priuſquàm ad electionem deueniatur in pri-
mis , & ante omnia pralegantur Conſtitutiones de
qualitate , & requiſitis eligendorum.
Et iterum non ſolùm Iuris canonici authoritate , 11
vt Doctores agnoſcunt in *cap. cum in cunctis hoc*
tit. & *in cap. quoniam de iure patronatus* , & ratio-
ne naturali , quæ dictat : nam qui digniori , dig-
num anteponit perſonarum , & non ſui muneris,
& officij rationem habet , & perſonæ ; non autem
Eccleſiæ , & Conuentus negotium gerit ; etenim
eligentis fidei committitur , vt eligat quem vtilio-
rem iudicauerit : ſic Caſtellin. cum Azorio *in dict.*
c.9.hoc tit.n.17.† Sed etiam exemplo Dei in veteri, 12
& nouo Teſtamento , qui ſemper elegit meliores ,
& digniores, vt patet in Moyſe, de quo *lib. Numer.*
c. 12. dicitur quod *erat vir mitiſſimus ſuper omnes*
homines , qui morabantur in terra. de Saule 1. *Reg.*
cap 9. quod *electus bonus , & non erat vir de filiis*
Iſrael melior illo , & 1. *Regum c.18.* de Electione
Dauid , vbi habetur , *quod erat vir ſecundum cor*
Dei, & Chriſtus elegit meliorem inter Apoſtolos in
Pontificem , & ſuum Vicarium vt habetur *Ioan.c.*
vlt. quia *plus charitatis erat in illo, & dilectionis.*
Imò & idem Caietanus adductus pro contraria 13
ſententia *in ſumma verb. electio Pralati , n.1.* quem
ſequitur Caſtellin. *dict.c.9.n.14 hoc tit* cum cæteris
Doctoribus docet ſemper eſſe eligendum melio-
rem , quantum ad regimen pro nunc , & reſpectu

talium ouium; & addit quod poſtponere meliorem minus bono in electionibus Canonicis, non eſt ſine crimine acceptionis perſonarum, dum perſona præponitur cauſæ; & ita in propoſito citatus iam Petr. de Aragonia *in 2. 2. D. Thomæ dicta quæſt. 63. Corollario 3.* ſequentibus verbis, vt refert idem
14 Caſtellin. *dict. cap. 9. num. 19.* alloquitur. † *Infero tertiò quòd quando ſunt plures Electores, & electio fit ad plura ſuffragia, ſi contigerit rem eo eſſe deuolutam, vt aliquis Electorum ſit certus, quòd dignior non eligetur, etiamſi ipſe ei ſuum ſuffragium præſtet, & ex altera parte eſt probabile periculum; quod eo ſuffragante pro digniore ea pars præualebit quæ vult eligere omnino indignum, poterit tunc ad obuiandum electioni indigni; imò tenebitur præſtare ſuffragium digno relicto digniore, ſi ſit aliqualis ſpes, quòd eo modo electio indigni euitabitur, & eligetur dignus: & eſt hoc verum adhuc ſi iurauerit ſe electurum digniorem; ſemper enim iuramentum eſt intelligendum, ſuppoſito quod poſſit illum eligere, habita maioris vtilitatis Eccleſiæ, quæ ſemper præ oculis eſt habenda*: Ita ille.

15 Hæc enim veniunt intelligenda non ſemper de digniori abſolutè, ſimpliciter; verùm de digniori comparatiuè, vel ſaltem per accidens, vt tradunt S. Thom. 2. 2. *dict. quæſt. 63. Summiſtæ verb. Electio canonica*, præcipuè Caietanus *ibi*, & *in ſua ſumma caſuum dict. verbo Electio Prælati, numero 1.* cum quo conſentiunt Bartholom. Vgolin. *de officio, & poteſt. Epiſcopi cap. 50. de beneficiorum Eccleſiaſticorum collatione* §. 12. *num. 3.* pro qua citat Trident. Concil. *dicta ſeſſ. 24. cap. 18. de reform.* & apertius teſtatur Dominicus Bannez *de Iuſtitia, & Iure q. 63. artic. 2.* poſt dubium tertium, vbi reſpondendo ad argumenta §. *ad confirmationem*, inquit: *Negatur quod ille qui in præſentia dignioris, eligit dignum, faciat opus bonum; imò peccat; quia impedit ne Eccleſia conſequatur digniorem, ac vtiliorem Miniſtrum*: & ſtatim ſubdit, *quod licèt abſolutè loquendo eligere dignum bonum ſonet; nihilominus tamen eligere dignum, relicto digniori, ſonat malum* tradit alia videnda idem Caſtellin. *dict. cap. 9. hoc titulo, à num. 1. 6 & 7.* cum Molfeſio *in promptuario triplicis iuris tract. 6. titu-*
16 *lo de beneficiis num 6.* in illis verbis † *Dico quartò Electores teneri ſub pœna peccati mortalis, eligere digniorem, omiſſo digno*, & ſtatim inquit hoc eſt contra quoſdam Iuriſtas, qui vt notat Vaſquez voluerunt eſſe propitij electoribus, & *num. 62.* ait ſed dictum noſtrum eſt commune Theologorum, & Canoniſtarum: pro qua ſententia præter adductos à Barboſa *in dicto Concil. Trident. dict. cap. 1. cap. 12. & cap. 18. ſeſſione 24. de reform.* ſunt D. Thom. 2. 2. *dict. quæſt. 63. art. 1. ad 2. & quæſt. 185. art. 3. quodlib. 4. articulo 9. quodlib. 2. art. 6.* D. Anton. Chryſoſtom. Bernard. Adrianus, Syluester, Aragona, Salin, Valent. Rodriguez, Azor. Couarruuias, Molin. Nauarr. & alij innumeri, quos citat Garcia *de beneficiis dict. part. 7. cap. 5. & 6.* vbi *num. 63.* ait hanc ſententiam, & firmiorem, qua ſacri Canones præcipiunt Electoribus, vt eligant meliorem, vt *in cap. Metropolitano diſt. 67. & in cap. Moyſes 8. quæſt. 2. cap. 1. de officio Cuſtodis*, & cum aliis multis ex antiquioribus Molfeſius, & Caſtellin. vbi ſuprà *dict. cap. 9. à num. 7.*

17 Iam ergo ad propoſitum quæſtionis noſtræ dico cum Diana *p. 11. tract. 4. reſ. 37.* Andrea Gerunda *de Epiſcopo tom. 2. diſp. 13. cap. 7. num. 10.* Religioſos propriis obligari conſtitutionibus in omnibus ordinibus ad meliorem in Prælatum eligendum, imò & quamplures Religioſos, Ordines iuramento ſuos obligare, quo ſe præſtantiores in ſuperiores erigere obligentur, & patet etiam ex *conſtit. Clement. VIII. in Decretis pro reform. Regularium datis 25. Iunij* 1599. per hæc verba num. 36. *Iurentque Electores ſecundum veritatem cuiuſque conſcientia probiores, ac magis idoneos ſe electuros; ac propterea priuſquam ad electionem deueniatur, in primis, & ante omnia prælegantur conſtitutiones de qualitate & requiſitis eligendorum*: & per Vrbanum VIII. anno 1624. menſis Octobris die 6. hæc eadem confirmata, & publicata fuerunt.

Imò & Patres Societatis IESV in Congregatione Generali ad electionem Generalis Præpoſiti hanc formam relatam in Decretis primæ Congregationis eiuſdem Societatis IESV *decreto 16.* tacto enim pectore in hunc modum iurant: *Teſtem inuoco Ieſum Chriſtum, qui ſapientia eſt æterna, quod eum eligo, & nomino in Præpoſitum Generalem Societatis Ieſu, quem ſentio ad hoc onus ferendum aptiſſimum*: Itaque contra Caietanum dicentem vbi ſuprà *in princip.* ſufficere dignum eligere in electionibus, ſi ſpectaretur tantum officium, ad quod eligitur, cùm ſit ſolutus oneris rationem ceſſare iniuriæ reſpectu dignioris, Diana, & Pater Andreas Gerunda, *vbi ſuprà*, & Giragus *de regimine Eccleſiæ part. 1. dub. 3. per totum*, inuehunt. 18

† Dicentes falſam eſſe eius doctrinam, & abſolutè ſentiendum meliorem eſſe eligendum in Prælatum Regularem; imò nomine potiori cum vitæ perfectionem ſectentur, tum electoris, tum ſubditi; atque iuxta finem proprij, ac præſtantiſſimi inſtituti digniores profectò Prælati deſiderantur, ad quorum electiones; vtpotè arctiori vinculo deuincti ſtrictius etiam tenentur. † Et addit Gerunda quod ſi ad ſolum Generalem Religionis pertineat eligere ſuperiorem, teneatur ad eligendum digniores, vel æquè dignos poſt ſufficientem, atque exactam diligentiam circa cognitionem, perſonarum. 19 20

21 Ad ſecundam quæſtionis partem, an Cæcus, vel Surdus ſit eligibilis, vt interueniat alicui Capitulo Generali; quia annis præteritis hæc quæſtio fuerit ardenter Romæ agitata inter viros doctos; ideo illam hîc pono, eo quòd ex regulis iactæ iam quæſtionis *à num. 1.* dependeat; & ſic reſpondeo, vt nullo modo Cæcus, vel Surdus poſſit eſſe eligibilis; quia cum teneantur Religioſi eligere digniorem, videtur impoſſibile, vt attentis circumſtantiis, non ſint alij Religioſi in Prouincia, qui digniores non ſint, ſiquidem ex defectu cæcitatis, ſiue ſurditatis illius nimis dignioris iudicari, ſi viſum, & auditum haberet, iam minus dignus reputetur, tam reſpectu aliorum conſociorum, quàm officij, ſiue Prælaturæ, ad quam electio fieret, † & ob 22 id dicunt Stephanus Iſnardus *conſ. 16.* poſt codicem minimum S. Franciſci de Paula. Diana *p. 10. tr. 13. reſ. 4.* Cæcum non poſſe eligi in ſcribam, nec ſcrutatorem, vt patet, nec in ſuperiorem; cum ſuperioris munus rectè non poſſit exequi, nec poſſit eſſe viſitator ob eandem rationem, tum quia oportet viſitatorem eſſe oculatum. † Nec poſſit 23 eligi in Collegam ob eandem rationem; & quia Collegæ ſunt participes officij Prælati. Et idem prædicti cenſent de Surdo reſpectu officij; quod exequi rectè non poſſit, vt Prælaturæ, Collegatui, Scribæ, & ſimilium. † Et licet idem Iſnardus dicat, vt Cæcus poſſit eligi in commiſ- 24
ſum;

ſum; quia tale officium reducitur ad electiones,
negotiorum diſcuſſiones, ſeu concluſiones,
& litterarum fratrum ad Capitulum delatio-
nes, quibus non obſtat cæcitas; ſed quia dignior
ſemper ſit eligendus, vt iam ſupra dixi, & impoſ-
ſibile videatur, vt in tota vna Prouincia non repe-
riatur alius æquè dignus cum viſu, & auditu, credo
cum eodem Diana etiam eſſe ineligibilem ad præ-
25 dictum commiſſum † niſi electio fieret de Religioſis
alicuius Cœnobij tantùm ad ipſum Cœnobium
conſtans paucis ſubiectis: nam tunc poſſet eligi, ſi
reliqui non eſſent habiles. Alia dico infrà *in c. 39.
quæſt. 1. verſ. ad quartam, & verſ. ad vltimam.*

26 Ad tertiam quæſtionis partem, an poſſit Gene-
ralis confirmari ad alium ſexennium, ſi loquamur
de religione, vbi eſt expreſſa conſtitutio illud
prohibens, videtur ſine diſputatione pro negatiua
reſolutione reſpondendum; quia tunc verba, &
mens legis debet omnino amplecti, vt agnoſcunt
omnes per textum *in l. ſcire leges ff. de legibus l. no-
minis, & res §. verbum ex legibus ff. de verborum
ſignific.* Surdus *deciſ. 35. n. 34.* Marcus Anton. Ge-
nuenſ. *in pract. Eccleſiaſt. quæſt 144. num. 3.* Ferrer.
in conſtitut. Cataloniæ gloſſ. 4. num. 66. fol. 87. & in
terminis Diana explicans Conſtitutionem Regula-
rium minor. quatenus probatur in ea non debere
Generalem perdurare, niſi per ſexennium, ablata
poteſtate eum confirmandi; & ita neceſſariò di-
cendum propter inconuenientia, quæ ex diuturna
gubernatione, & ex dicta confirmatione ſequi po-
terant: Nam tunc Generalis potius de eius Con-
firmatione, quàm de bona Religionis adminiſtra-
tione in primo ſexennio tractaret, & ſollicitus
eſſet; & ob id idem de confirmatione facienda in
cæteris aliis Capitulis probat, quoties ad tẽpus cer-
tum eſſet electio, & reſpectu Religionis Clerico-
rum Regularium, propter verba *cap. 18. num. 10.
p. 4. conſtitut.* & Verbum *Tamen* ibi poſitum,
quo poterat contrarium amplecti, adhuc ipſe ſe-
quitur ex pluribus axiomatibus Iuris hic non re-
petendis ad reſolutionem noſtri dubij propter ad-
ductam rationem, quæ generalem doctrinam præ-
ſtat ad omnes Religiones.

27 Ad quartam quæſtionis partem de electione
Abbatiſſæ ſeu Prioriſſæ, & in qua ætate, &c. reſ-
pondeo breuiter cum Naldo *in cap. iuuenculas 20.
quæſt. 1. & in cap. Vbi periculum §. ſacro hoc titulo.
lib. 6.* & cum Cauil. *concil. 2. tempore Caroli Magni.
cap. 52.* Vt refert Barboſa *de Iure Eccleſiaſt. p. 1.
cap. 45. num. 43.* Vt in puellarum Monaſteriis tales
debeant præferri fœminæ Abbatiſſæ & creari, quæ
& ſe, & ſubditum gregem cum magna religione,
& ſanctitate nouerint cuſtodire, & his, quibus præ-
ſunt prodeſſe non deſinant, ſed & ſe, & illas ita
obſeruent, vtpote vaſa ſancta in Monaſterio Do-
mini præparata; & vt talem ſe debeat Abbatiſſa
ſubdictis exhibere in habitu, in veſte, in communi
conuictu, quod eis ad cæleſtia Regna pergentibus
ducatum præbeat, ſcitura etiam ſe pro his, quas
in regimine accepit in conſpectu Domini ratio-
nem reddituræ.

28 Et vt legitima ſit electio Abbatiſſæ, ſiue Prio-
riſſæ, debent concurrere ex tripartito numero duæ
partes, ex textu *in cap. indemnitatibus §. ſane,* ibi:
Quæ à duabus hoc titulo, lib. 6. Vbi Doctores, &
Barboſa cum multis, qui *de Iure Eccleſ. dict. cap.
29 45. num. 27. p. 1.* † id limitat, Vbi alia fuerit loci
conſuetudo, addens, vt ſi fuerint diſcordes, poſſit
Epiſcopus nominare vnam quam magis idoneam
iudicauerit; quemadmodum ſancta Congregatio
Cardinalium reſcripſit Epiſcopo Aſſiſij præpoſita
negotiis Epiſcoporum, & Regularium ſub die 20.
Nouemb. 1558. quod idem ab ea fuiſſe deciſum
atteſtatur Piaſſetius *in praxi Epiſcoporum, p. 2.
cap. 3. num. 37. in verſ. in Monaſteriis,* quem refert
Zypæus *in analitica poſtremi Iuris Eccleſiaſt. enar-
rat. ſub hoc titulo num. 9. verſ. Abbatiſſa in fine,* No-
uarius *in Lucerna Regularium verb. Electio, n. 13.*
Rota apud Tamburinum *in fine tom. 3. de iure Ab-
bat. deciſ. 17. num. 5.* Lezana *in ſumma tom. 3. verb.
Abbatiſſa, num 6.*

Tamen Epiſcopus non ex abrupto procedet; 30
ſed prius quàm in caſu diſcordiæ deputet vnam
Abbatiſſam, debebit Monialibus ipſis competens
tempus ad ſe concordandum aſſignare; quo autem
elapſo, poterit ad deputationem deuenire, vt ea
ſancta Congregatio declarauit reſcribens Epiſco-
po Cremonen. ſub die 19. Octobris 1592. † imò in 31
Abbatiſſarum & Prioriſſarum electionibus pote-
rit Epiſcopus vna cum ſuperioribus regularibus
per ſe, vel per alium intereſſe, ac præſidere abſque
vlla tamen Monaſteriorum impenſa, vt ſtatuit Gre-
gor. XV. *in ſua conſtit. incipit Scrutabilis, ſub data
Nonis Februarij, 1622.* Lezana *in ſumma tom. 1. cap.
25. num. 46. & tom. 3. verb. Abbatiſſa num 3.* qui
addit ſacram Congregationem declaraſſe non pro-
pterea Ius illas confirmandi ad Epiſcopum cenſeri
debere.

Vnde fit vt Regulares teneantur diem electio- 32
nis Abbatiſſæ Epiſcopo ſignificare, & eum vſque
ad præfinitum tempus ſpectare, ſi antè ipſe expreſſè
declarauerit ſe vti velle facultate in hac parte attri-
buta Abbatiſſarum electionibus per ſe, vel per
alium intereſſe † ſic vt poſt eam declarationem li- 33
ceat Epiſcopo animaduertere in Regulares, qui
ante tempus ſignificatum, aut die electionis eidem
non prænuntiata ad Abbatiſſæ electionem proce-
dunt, vt tenuit ſancta Congregatio Concilij im-
preſſa ſecundum Lugdunen. die 10. Septembr.
1634. quam habet Barboſa *poſt tractatum de offi-
cio Epiſcopi pag. 6. in fine, dubio 15. de anno 1626.*
& etiam ſacra Congregatio Eminentiſſimorum
Cardinalium Concil. Trid. interpretum, vt refert
etiam Barboſa *de Iure Eccleſiaſt. p. 1. dict. cap. 45.
ſub num. 34.* † & Peirinus *de priuileg. Regular. tom. 3.*
† Vbi de decretis nouis ſacræ Congreg. *decreto 16.* 34
pag. 570. cenſuit: *Epiſcopum in electione Abbatiſſæ
Monaſterij Monialium Regularibus ſubiectarum
non poſſe exquirere, ſeu recipere Vota Monialium,
ſed illum exquiri, & recipi debere à ſuperiore Re-
gulari, ſciente tamen, & audiente eodem Epiſcopo.*

Nec prætextu interueniendi electioni Abbatiſ- 35
ſæ, vel Prioriſſæ ſepta Monialium ingredi poterit
cum illa ad Monaſterij Crates peragi valeat, vt
cenſuit Congregatio Cardinalium negociis Epiſco-
porum, & Regularium ſub die 16. Octob. 1600.
quæ annuente Clem. VIII. declarauit ſub die 21.
Maij 1604. conſtitutionem 80. Gregorij XIII. felicis
memor. editam incip. *Expoſcit* 1. Ianuarij 1583.
ſuper mutatione officij Abbatiſſæ, ac Prioriſſæ
Monialium in Italia exiſtentium ſingulis quibuſ- 46
que trienniis obſeruari in omnibus Monialium Mo-
naſteriis, quamuis militarium etiam Hieroſolymi-
tanorum. † Ex quo venit vt dicat, idem Naldus
in dict. cap. indemnitatibus hoc titulo libr. 6. quod
electio Abbatiſſæ tantùm duret ad triennium, vbi
loquitur etiam de modo, *& in Clem. rationi eodem.*
Itaque dicta ſacra Congregatio negociis Epiſco-
porum, & Regul. præpoſita declarauit † Abbatiſ- 37
ſas, aut Prioriſſas, expleto officiorum ſuorum trien-

nio, non eligendas denuo ad eadem officia, abſ-
que Sedis Apoſtolicæ, aut S. Congreg. licentia:
alia adducit Barboſa *dict. cap. 45. lib. 1. de iure*
38 *Eccleſ à num 25. & 35.* † vbi ait quod Ciſtercien-
ſes, & Clariſſæ, ſeu aliæ ordini minorum ſubie-
ctæ, durant per triennium, quo finito, teneantur
renunciare ſub pœna excommunicationis, vt habe-
tur *in compendio Minorũ*: verum addit hoc pro ſola
Italia præceptum eſſe, quod omnes Abbatiſſas re-
ligionum per Greg. XIII. *in dict. ſua conſtit. expoſ-
cit* 1583. quam refert Quaranta *in Bullario verb.
Abbatiſſa*, & Caſtellin. *in hoc tract. de elect. cap.*
17. *num.* 9. qui ſubdit *num* 13. ex Portel. *verb.
Abbatiſſa num.* 4. idem ſtatuiſſe Sixtum. V. quoad
Clariſſas.

39 Verum Fr. Eman. Rodrig. *quæſt. regular. tom.* 1.
q. 16. *art.* 2. & 3. & *in additior. ſummæ tom.* 3. *cap.* 3.
n. 6. Miranda *tract. de Monialibus q* 7. *art.* 9. dicunt
extra Italiam omnes Abbatiſſas, præter Clariſſas
poſſe, finito triennio reeligi, & continuari. In
Portugalia autem ſanctæ Claræ Abbatiſſas non
poſſe reeligi intra ſexennium dicunt Portel. *in du-
biis regular. verb. Abbatiſſa, num* 4. Hieronym.
Rodriguez *in compend. quæſt. regular. reſ.* 2. *ſub
numero* 6. ſic ex ſpeciali Conſtitutione S. Mem.
Pauli V.

40 Ad quartam quæſtionis partem de ætate, in
qua debet eſſe, quæ eſt Abbatiſſa, ſeu Prioriſſa
eligenda, breuiter reſpondeo ex definitione Trid.
Concil. *ſeſſ.* 25. *de regular. cap.* 7. vbi Barboſa, Fa-
rinac. & alij cum multis, vt non minor annis qua-
draginta, & quæ per octo annos ab emiſſa pro-
41 feſſione expreſſa, laudabiliter vixerit. † Itavt ſi
harum qualitatum præficienda in eodem Monaſte-
rio non reperiatur, poſſit ex alio eiuſdem ordinis
42 Monaſterio aſſumi. † Et ſi hoc etiam in commo-
dum ſuperiori videatur ex eis, quæ in eodem Mo-
naſterio annum triginta exceſſerint, & ſaltim quin-
que annis poſt profeſſionem rectè vixerint, electio
fiet, vt docent Nouarius *in lucerna regular. verb.*
Abbatiſſa *num.* 5. Vrſelis *in concluſionibus legali-
bus verb. Abbatiſſa, concluſ.* 3. *num.* 17. Me-
gala *in promptuario Theolog. verb. Abbatiſſa nu-
mero* 3.

43 Nec enim Epiſcopus circa hanc annorum æta-
tem poterit diſpenſare, vt reſoluunt Aloyſius Ric-
cius *in deciſ. Curiæ Archiep.* 309 *part* 4. *num.* 9.
Machado *de perfecto confeſ tom.* 2 *lib.* 5. *part.* 3. *do-
cum* 4 *tract.* 4. *num.* 1. & 2. Amendar. *in additión.
ad recopil. legum Nauarræ lib.* 1. *tit.* 18. *l.* 7. *de Epiſc.
num.* 102. Azor. *inſtitut. moral. part.* 2. *lib.* 6 *cap.* 5.
q. 9. Sigiſmund. à Bononia *de elect. dubio* 62. *n.* 6.
Fr. Ludouic. Miranda *de Monialibus q.* 6. *artic.* 4.
Vrſell. *dict. concluſ.* 3. *n.* 16. Hieronym. Rodrig. *in
compend. quæſt regul. dict reſ.* 2. *num.* 5. Nouarius
dict. verb. Abbatiſſa num. 6 & in ſingularibus ca-
nonici Iuris *concluſ* 3. *num.* 2. Nicol. Garcia ante
præfatos, multis adductis *de benef. part.* 7. *cap.* 4.
n. 71.

44 Quod ſi dubitas an prædicti quadraginta anni
debeant eſſe expleti, vel ſufficiant incæpti, repe-
tendo pro reſolutione planiori quæ infra dixi *de
ætate, & qualitate ordin.* exiſtimo ex *ibi* dictis di-
cendum, vt non requirantur completi illi anni, vt
docent Portel. *in conſultation. moral. p.* 1. *caſu* 12.
Lezana *in ſumma quæſt. regul. tom.* 3. *verb. Abbatiſſa
n.* 2. Barboſa ſuprà *in dict. Trid.* idem *de iure Eccl.
part.* 1. *dict. cap.* 45. *n.* 19. *in fine.* vbi ita videtur ſen-
tire Nouarius *dict. verb. Abbatiſſa, & in dict. ſin.* 13.
n. 3. vbi ſic reſoluit contra Nicol. Garciam *dict. c.* 4.
n. 71. exigentem illos annos 40. completos. † Ita- 45
que concludit Barboſa *n.* 20. *dict. cap.* 45. ex S. Con-
gregatione Concilij *in Viterbien* 16. *Maij* 1623. vt
electio Abbatiſſæ, quæ ætatem 40. annorum re-
quiſitam modo dicto non habuerit, ſit nulla, ſi
in Monaſterio non deſunt aliæ Moniales quadra-
genariæ, atque habiles; licèt non adeò idoneæ,
ſicut electa. Vide Narbonam de ætate ad omnes
humanos actus anno 40. *q.* 7. & quia de prædicta
difficultate Diana iterum contra Garciam loquitur
part. 7 *tract.* 12. *reſ.* 9. multis comprobans; & item
quia Concilium permittendo ex defectu Monialis
ætatis quadragenariæ, petat ibi electionem alterius
annorum 30. expletorum; ſequatur inde nullo
modo deſiderari annos 40. expletos; quia ibi non
eſt tantum, ſicut de 30.

De aliis inquam qualitatibus dico quod licèt 46
ſint aliquæ conſtitutiones ſummorum Pontificum
pro aliquibus religionibus, quibus exigitur, vt
nullo modo eligantur deſcendentes ex maculato
genere; puta Hæbreorum, vel Saracenorum; ta-
men eas non procedere reſpectu Monialium, cum
de iure communi, non ſit prohibitum: argumento
textus *in cap. eam te de reſcriptis*; & ſic poſſe eligi
in Abbatiſſas, ſiue Prioriſſas habentes ætatem re-
quiſitam, & alia requiſita illico referenda reſoluunt
Miranda *de ſanctis Monialibus q.* 6 *art.* 2. Portel *in
dubio Regul. verbo Abbatiſſa*, *n.* 6. Lezana *in ſum.
quæſt. regul. tom.* 2. *eodem verb. n.* 9. Barboſa *de iure
Eccleſ. dict. cap.* 45. *ſub n.* 26. dicentes prædictas con-
ſtitutione tantùm loqui de viris, & non de fœmi-
nis. † Tamen quia Maiolus *de irregularit. lib.* 1. 47
cap. 29. *n.* 12. & 13. Viuald. *in candelabro aureo p.* 3.
c. 5. *n.* 11. Sanchez *in præcepta decalog. tom.* 2. *lib.* 5.
cap. 1. *n.* 24. dicunt vt infamis Abbatiſſa eſſe non
poſſit, ſiue infamia ſit iuris, ſiue facti; ego liben-
ter crederem Moniales deſcendentes ab Hæbreis,
ſiue Saracenis, non rectè in Abbatiſſas, ſiue Prio-
riſſas eligi; quia quantumuis pollere videantur,
virtute, adhuc reſpectu ſubditarum poteſt notari
electa de tali infectione; etſi ex alio capite queant
admirabiliter proficiſci in religione illius ſic electæ
Abbatiſſæ exemplo.

Nec enim illegitima eſt eligenda in Abbatiſ- 48
ſam, vel Prioriſſam abſque diſpenſatione Apoſto-
lica, ſolutis Religionum priuilegiis; imò ſacra
Congregatio Concilij ſub die 27. Aprilis 1630.
cenſuit electionem in Abbatiſſam Monialis illegi-
timæ abſque diſpenſatione Apoſtolica eſſe de iure
irritam circunſcriptis priuilegiis. † Quidquid dicant 49
Fr. Eman. Rodriguez *quæſt. regul tom.* 1. *q.* 13. *art.*
11. Miranda *de Monialibus q.* 6. *art.* 3. Portel. *dict.
verb. Abbatiſſa n.* 6 Hieronym Rodericus *dicta reſ.*
2. *n.* 21. Iulius Lauorius *Variar. lucubrat tit.* 9. *de
elect. cap.* 24 *n.* 38. Lezana *in ſumma quæſt. regular.
cap.* 26. *n.* 6. quos explicat Barboſa *de iure Eccleſ.
dict. p.* 1. *cap.* 43. *ſub n.* 11. dicendo eorum reſolutio-
nem procedere poſſe attentis Mendicantium Re-
ligionum priuilegiis, ſecundum quæ illegitimæ ha-
bilitantur ad omnes gradus ſuæ religionis, † prout 50
Epiſcopo Cortanen, reſcripſit ſancta Congrega-
tione Cardinal. negociis Epiſcoporum, & Regu-
larium, præpoſita ſub die 4. Octob. 1594. & antea
in Corduben. de an. 1582. declarauerat Moniales ex
illegitimo Thoro procreatas Conſtit. felicis Recor-
dationis Sixti V. contra Regulares illegitimas, edita
non comprehendi, quominus ad officium, & di-
gnitatem Abbatiſſæ, & Prioriſſæ aliavè Monaſte-
rij munia, eligi poſſint: videbis Sanchez *in præ-
cepta dict. lib.* 5. *cap.* 5. *n.* 19. & 20. Suarez *tom.* 5. *de
conſ.*

Digitized by Google

cenſ. diſp. 50. *ſect.* 15. Flamin. Pariſ. *de reſignat. benef.lib* 3.*q*.12.*n*.11. Sayrum *de cenſ.lib* 6 *cap*.11. Bellet *diſquiſi . clericalp*.1. *tit. de diſciplina clerical*.§.3.*n*. 5. Naldus *in ſumm. verb. Abbatiſſa n*. 2. multis adductis Barboſa *in cap. t. de filiis Præſbit. n* 7. Nouar. *in lucerna Regul.verb. Abbatiſſa n*. 0. Sanctarel *Variar.reſol.q*.40.*n*.7. Nauar. *in manuali cap*.27.*n*.201.*& in conſ*.2. *de regul. n*. 60. Maiol vbi ſuprà *lib*. 1. *cap*.10. *in fine*. Mandoſ. *de ſignatura gratia , tit.de diſpenſ.ſuper defectu natal. in fine* , & alij plures.

51 Vnum tamen notabis quòd debet Abbatiſſa, certiorem facere Epiſcopum de tempore profeſſionis Virginum ante menſem , iuxta decretum Concil. Trident. *dict. ſeſſ*.25. *de regul.cap*.7. cuius meminit Barboſa *in ſuo formulario , Epiſcoporum, forma* 42. *in fine , in verſ. probationis anno* , idem de Iure Eccleſ. *dict. libro* 1. *capit*. 45. *num*.41.

Qvæstio V.

An quæ eſt eligenda in Abbatiſſam debeat eſſe virgo , ſeu poſsit Vidua , ſiue Bigama. An Abbatiſſa poſt expletum triennium , poſsit Monaſterium gubernare. Et an triennales Abbatiſſa , debeant benedici , ſicut perpetuæ. Et an Soror Abbatiſſa poſsit ei ſuccedere immediatè in officio. Et quanam poſsint Abbatiſſæ, ſiue Prioriſſa exercere reſpectu ſuarum ſubditarum. Et an liceat Abbatiſsis , finito ſuo Abbatiſſatûs tempore , conſtituere eorundem Monaſteriorum præſidentes; donec alia Abbatiſſa eligantur. Et an tractatus , ſeu pacta eligendi ex vna partialitate Abbatiſſas , ſiue alios Superiores Regulares, liceant?

Svmmarivm.

1 *Abbatiſſa eligenda , debet eſſe Virgo , niſi diſpenſetur* num.2.3. *&* 4. *contraria ſententia*.n.2.

2 *Vidua poſſunt eſſe Abbatiſſa.*

5 *Bigami viri ſunt incapaces prælationum : contra de fæminis , & quæ ſit differentia*, num.6.

6 *Fœmina Bigama poſſunt eſſe Abbatiſſa.*

7 *Bigamorum leges pœnales , non extenduntur ad Bigamas.*

8 *Abbatiſſarum officium , eſt quædam adminiſtratio.*

9 *Abbatiſſa officium , etſi vltra triennium non duret , poteſt nihilominus gubernare , dum ſit electio alterius : vide* num. 29. & 30.

10 *Conſtitutiones Sixti V. & Gregorij XIII. circa Abbatiſſas* , numero 29. & 30. & numero 31. *Vbi in quo caſu intelligantur.*

11 *Adbatiſſa nequeunt eligi perpetua , niſi fiant ad præſentationem Patroni.*

12 *Abbatiſſa triennales , non benè dicuntur perpetua : ſic intra annum à confirmatione*, n.13.

14 *Abbatiſſa eligi poteſt minore tempore triennij.*

15 *Abbatiſſa triennio expleto , non tenetur officio renunciare , ſed ſpectare aliam nouam : fallit* n.17.

16 *Moniales poſſunt vltra triennium creari officiales*

17 *Prioriſſa Dominica , explete triennio , ipſo iure expirant.*

18 *Abbatiſſa ſoror poteſt ei ſuccedere in officio Abbatiſſatûs : fallit in Prioriſſis Dominicis*, num.19

20 *Abbatiſſa , ſeu Prioriſſa poſſunt diſpenſare cum Monialibus circa ieiunia regula , & eſum carnium impropriè*, num.21.

22 *Abbatiſſa poſſunt imponere præcepta ſpiritualia ſuis ſubditis : vbi qualiter id de iure fiat.*

23 *Abbatiſſa poteſt præcipere virtute ſancta obedientia.*

24 *Abbatiſſa , etſi habet quæ Abbates ſui ordinis; non tamen queit viſitare Monaſteria* , n 25.

25 *Abbatiſſa Iure antiquo viſitabat Monaſteria, & ea impedita per virum.*

26 *Abbatiſſa nequit Virgines velare, nec benedicere Moniales , confeſſiones audire , aut publicè prædicare.*

27 *Abbatiſſa nequit diſpenſare in votis Monialium, ſed bene irritare per poteſtatem Dominatiuam*, n.28.

29 *Abbatiſſæ , ſiue Prioriſſæ poſſunt eligi in præſidentes vſque ad nouam electionem : & de ratione*, n.30.

30 *Abbatiſſa veteres maiorem notitiam habent rerum Monaſterij quam alia Moniales*

31 *Abbatiſſa finito officio , nequit habere aliud officium triennale, vt Vicaria.*

33 *Prioriſſa , & Syndica in ordine Prædicatorum poſt triennium expletum , nequeunt immediatè eligi in Prioriſſas.*

34 *Prioriſſa regulariter nequit iterum eligi , niſi poſt annos quatuor ; niſi Monaſterium eſſet nouum, vel reformatum*, n.35.

36 *Monialis Vicaria perfuncta officio eligi queit in Abbatiſſam.*

37 *Pacta, ſeu tractatus eligendi ex vna partialitate Abbatiſſas , ſeu alios ſuperiores Regulares, non licent*, n 40.

38 *Religioſi ante electiones facientes tractatus, etiam actionales reprehenduntur.*

39 *Tractatus per modum conſultationis , viuente Prælato ſuper electione futura , quando liceant?*

40 *Tractatus pactionales , vt de meo grege tot eligantur , & de tuo tot , non licent , ſunt ploratu digni.*

41 *Confeſſor , nec ſuperior Monaſterij , nequit præſtare votum in caſu diſſenſionis Monialium.*

42 *Moniales de Monaſterio ad Monaſterium, non transferuntur.*

AD primam quæſtionis partem, video Doctores inter ſe pugnantes , quidam pro negatiua reſoluentes , inter quos Mandoſius *de ſignatura gratia tit. diſpenſatio pro corrupta , incipit ſtatim, & in additionib. ad Lapum allegat*.60.*litt.N*. Selua *de benef. p*. 4. *q*.7. *n*.7. Maiol. *de irregularit. lib. t. cap*.29. *num*.13. Viualdus *in candelabro aureo cap*. 5. *num*. 13. Fr. Eman. Rodrig. *quæſt. re-* 1

guli

gul. tom. 1. queſt. 64. art. 4. & tom. 2. q. 54. art.
3. Caſtellinus *hoc tit. cap. 17. num.* 5. qui pariter
dicunt in hoc ſolum Pontificem poſſe diſpenſare;
& ita tenent per textum *in cap. iuuenculas* 20. *q.* 1.
vbi D. Gregorius *in regiſtro lib. 3. epiſtol.* 11 iuuen-
culas fieri Abbatiſſas, vehementiſſimè prohibet,
& in verbis ibi: *Nullam igitur fraternitas ſua niſi,
ſexagenariam Virginem, cuius vita hoc, atque
mores exegerint, velari permittat*, & ex *cap.* 2. 1.
quæſt. 7.

2 Verum Sanchez *in præcepta decalogi tom. 2. lib.
5. c. 5. n 22.* Portel. *in dubiis Regul. verb. Abbatiſ-
ſa poſt num.* 10. Machado *de perfecto confeſ. tom. 2.
lib. 5. part 3. docum. 4. tract. 4. n. 5.* exiſtimant ad Ab-
batiſſæ munus non deſiderari Virginitatem, niſi
vbi mos eſſet, impertiendo Abbatiſſis benedi-
ctionem ſpecialem, Virginum propriam, ſeu con-
ſecrationem: & addit Fr. Eman. *tom. 3. addit. ſum-
mæ cap. 3. num. 9* Iura contrariæ ſententiæ tantum
procedere in Abbatiſſis benedictis, & conſecran-
dis velo virginitatis, ſe retractans ab opinione con-
traria, quam prius amplexus fuerat *in quæſt. regul.*
ſequitur Hieronym. Roderic. *in compend. quæſt re-
gul. reſ. 2. n. 26.* vbi ex Portel. tenet intrepidè poſſe
non virginem, ſeu viduam, eſſe Abbatiſſam, &
velari, velo prælationis, & Suarez, quem refert
Barboſa *cap. 45. de iure Eccleſ. n 24. in fine*, Nouar.
in lucerna regular. verb. Abbatiſſa n. 1. & 2. Vrſell.
in concl. legal. verb. Abbatiſſa elect o concluſ. 3. n. 1.
Lezana *in ſumma quæſtion. regular. cap 26. num.* 57.
3 † Adhuc verò idem Caſtellin. omninò videndus
hoc tit. dict. cap. 17. à n. 14. reſpondens contrariis
fundamentis, ſequitur nullomodo de iure contrà
Sanchez, Suarez, Portel. & alios corruptam poſſe
in Abbatiſſam eligi, & propter declarationem, &
reſolutionem factam ſuper hoc, ſpecialiter à Sa-
cra Congreg. Epiſcoporum, ac Regularium, die
15. Iulij 1616. niſi adhibita diſpenſatione, vel niſi
fuerint fundatrices, & dicit non eſſe tutam conſue-
4 tudinem contrariam, alia plura congerens † qui
etiam *n. 27.* ait, vt vidua prohibeatur eligi in Abba-
tiſſam, adducens declarationem relatam per Verba
ibi: *Si vidua monaſticum aſſumat, ad Abbatiſſa,
aut Prioriſſa obeundum, abſque ſedis Apoſtolicæ
diſpenſatione eligi non poteſt.*

5 Sed illa, quæ eſt Bigama dubitant Interpretes,
& ſecundum relatam reſolutionem Doctores diuer-
ſè opinantur; quia negantes ex eo etiam tenent;
quia ſicut Viri Bigami, ſunt Prælationum incapa-
ces; ita eſt mulieres Bigamæ, & quoad hunc effe-
ctum dici Bigamam, quæ poſt caſtitatis votum præ-
uaricata eſt, vt refert Sanch. *in præcepta decalog.
tom. 2. lib. 5. cap. 5. num.* 23. & videtur ſequi Ma-
chado *dict. docum. 4. num.* 4.

6 Sed prædictam ſententiam alij, & benè impug-
nant dicentes legem pœnalem loquentem de viris,
vt infra dico *in tit. de Bigamis non ordinandis*, nul-
lo modo extendi ad fœminas *ex cap. generali hoc
7 tit. lib. 6.* † quia Bigamæ irregularitas indicta eſt à
iure ad arcendum Bigamos à ſuſceptione ordinum
ſacrorum, primò, & directè; illoſquè ex vi hu-
ius prohibitionis, tantum indirectè incapaces vi-
deri Prælationum, & Dignitatum; quatenus ſcili-
cet iſtis annexa eſt iuriſdictio, & poteſtas clauium:
vnde Hieronym. Rodrig. *in compendio quæſt. regul.
dict. reſp. 1. n. 23.* Barboſa *dict. cap. 45. n. 22.* conſide-
rantes fœminas eſſe incapaces ſacrorum ordinum
recipiendorum, vt infrà dico *ſub Rub de ætate, &
qualit. ordin.* dicunt, & conſequenter eſſe incapa-
8 ces bigamiæ ſeu huiuſmodi inhabilitatis, † ac
proinde illis non videri repugnare habere officium
Abbatiſſatus; quatenus eſt quædam adminiſtratio,
ſine iuriſdictione ſpirituali, & ſine poteſtate cla-
uium, de quo dico latè *in cap. dilecta de maioritate,
& obed.* ſecundùm aliqua, quæ dixi *in cap. nouit.
de iudic. q. 9. à n. 26.* vbi illum textum expendi: &
ſic reſoluunt, vt cum ſit eorum officium quædam
adminiſtratio, non repugnans Abbatiſſarum ſta-
tui; & conſequenter abſque vlla diſpenſatione
fieri poſſe Abbatiſſas, ſiue Prioriſſas; & ita ſe-
quor, vt reſolui *de viduis fœminis, ſub verſ. ve-
rum.*

Ad ſecundam quæſtionis partem, an Abbatiſſa 9
poſt expletum triennium poſſit Monaſterium gu-
bernare; & in hoc dubio breuiter reſpondeo, vt
licet officium Abbatiſſæ expiret, finito triennio, nec
Epiſcopus poſſit illud prorogare, vt ſacra Con-
gregatio Epiſcoporum cenſuit die 20. Februarij.
1615. teſte Gauanto *in manuali Epiſcoporum, ver-
bo Monialium officiales n.* 20. tamen hoc non ob-
ſtante poſſe per illos dies, in qua noua electio effi-
citur, regere Monaſterium ſub aliquo titulo, ſeu
nomine, docent Sanctorius *in commentariis ad con-
ſtitutiones minorum cap* 11. *ſtat.* 7 ante illum Mi-
randa *in manuali Prælatorum, tractatu de ſacris
Monialibus q. 7. art. 9. concluſ.* 2. vbi ſic ait: *Siue
Abbatiſſatus officium a ſuperioribus fuerit accepta-
tum, ſiue non, nulla tamen Monialis Abbatiſſa,
nec Vicaria minorum fratrum cura ſubiecta vltra
triennium in ſuo officio poteſt durare.*

Et hanc concluſionem ſatis comprobari ait 10
Diana *part. 7. tract. 11. reſ. 19. in principio*, ex con-
ſtitutione relata Sixti V. nam quamuis alia ex
Gregorio XIII. non comprehendat, niſi dum-
taxat Moniales Italiæ, & Siciliæ Monachalem
vitam profitentes, vt retuli *ſub quæſt. præcedenti*,
& generalis clauſula ibi poſita non extendatur ad
maiora, expreſſis, nihilominus, dicit conſtitutio-
nem Sixti V. comprehendere omnes Moniales
Abbatiſſas, & Præfectas quocumque nomine nun-
cupentur, minorum fratrum curæ ſubiectas, in qui-
buſvis partibus, & Prouinciis, generaliter ita,
quod poſt tranſactum triennium prædictum nul-
lum Abbatiſſatus, ſeu Præfecturæ, Monaſterio-
rum, aut aliud officium, nec aliquam poteſtatem,
vel authoritatem in eoſdem poſſent obtinere, &
exercere, vt ibidem dicitur.

Ad tertiam quæſtionis partem an triennales Ab- 11
batiſſæ debeant benedici, ſicut perpetuæ: & vt reſ-
pondeas præmitto dicendum ex dictis conſtitutio-
nibus Greg. XIII. & Sixti V. prohibentibus eligi
Abbatiſſas perpetuas, non prohiberi eas Abbatiſ-
ſas, quæ fiunt per præſentationem, & inſtitutio-
nem, cum facile reddatur ad ius antiquum, in quo
talis inſtitutio, & confirmatio, erat perpetua: ſic
Portel. *verb. Abbatiſſa n.* 10. vbi addit primam fun-
dationem alicuius Conuentus ſanctæ Claræ, poſſe
continuari officio Abbatiſſe per 20. annos, per ſta-
tuta illius ordinis, & Hieronym. Roderic *in com-
pendio quæſt. regular. dict. reſ. 2 n. 7.* vbi reſoluit
poſt expletos 20. annos Abbatiſſatus poſſe præfa-
tam fundatricem iterum eligi in Abbatiſſam: alia
tradit Barboſa *de iure Eccleſ. dict. cap. 45. p. 1.
num.* 37.

Vnde iam ad difficultatem reſpondeo trienna- 12
les Abbatiſſas non ſolere benedici, ita vt ius diſ-
ponens quod perdunt Abbatiſſatum, ſi intra annum
à confirmatione, non benedicantur, intelligatur
de perpetuis, Fr. Eman. *tom. 1. quæſt. regular. q. 11.
art. 3. in fine*, Hieronymus Rodrig. *dict. reſol. 2.
n. 3.*

num. 3. Barboſa *dict. cap.* 45. *numero trigeſimo ſexto.*

13 Vbi dicit, quod iſtæ Abbatiſſæ perpetuæ intra annum à tempore ſuæ confirmationis computandum teneantur munus benedictionis ſuſcipere; alioquin niſi ſubſit cauſa rationabilis, à iure ſuo cadant per *Clem. attendentes* § *ſtatuimus de ſtatu Monachorum*, Tamburin. *de iure Abbatiſſ. diſp.* 29. *num.* 5. Lezana *in ſumma tom.* . *cap.* 5. *verb. Abbatiſſa num.* 11. & de forma benedictionis ſcribit idem Tamburinus.

14 Et quòd Abbatiſſa poſſit eligi minori tempore triennij, docet Nouatius *in Lucerna Regul. verb.*
15 *Abbatiſſa num.* 3. *& num.* 9. † Quòd Abbatiſſa finito triennio, non tenetur renunciare Abbatiſſatui,
16 ſed ſpectare creationem nouæ Abbatiſſæ. † Et *n.* 14. quòd officiales Monaſterij, præter Abbatiſſam eligi poſſunt vltra triennium, Lezana *eodem verbo à num.* 12. Tamburin *de iure Abbatiſſ. diſp.* 30. Naldus *in ſumma verbo Abbatiſſa. n* 5. Machado *de perfecto confeſ. tom.* 2. *lib* 5. *part.* 3 *docum* 5. *num.* 6.
17 † Et quòd in ordine Prædicatorum nequeat officium Prioriſſæ protrahi vltra triennium; & quòd illo expleto declarantur nunc pro ex tunc ab officio abſolutæ: idem Caſtellin. *hoc titul. cap.* 17. *num* 11.

18 Ad quartam quæſtionis partem breuiter reſpondeo poſſe ſororem Abbatiſſæ ei ſuccedere in officio Abbatiſſatus per electionem Monialium, aut electorum, vt patet ex declaratione ſacræ Congregationis negociis Epiſcoporum, & Regularium præpoſita ſub die 23. Aprilis 1619. in ſequentibus verbis. *Abbatiſſa, & Monialibus de Olinellas. Vlixbonen. petentibus declarari, vtrum Soror. Abbatiſſæ, poſſit ſuccedere in officio Sorori, ſi Canonicè eligatur; dummodo non adſit aliquod impedimentum legitimum circa eius perſonam, vel prohibeatur per conſtitutiones ordinis, non eſt prohibitum in iure,* &c. Ita docent Ioannes Anton. Nouatius *in ſumma Bullarium, verb. Abbatiſſa num.* 6. & eius Frater Ioannes Maria, Nouarius *in Lucerna regular. ver-*
19 *bo. Abbatiſſa n.* 7. *&* 8. Caſtellin. *de Electione.* † qui etſi de iure dicat non prohiberi; addit tamen, vt in ordine Prædicatorum nun poſſint duæ ſorores Moniales ſecundùm carnem ſuccedere in Prioratu, ſiue ſubprioratu immediatè ex ordinat. 30. Romæ anno 1580.

20 Ad quintam quæſtionis partem, quænam poſſint Abbatiſſæ, ſeu Prioriſſæ exercere reſpectu ſuarum ſubditarum, breuiter reſpondeo, vt poſſint cum Monialibus diſpenſare circa ieiunia Regulæ, circa æſum Carnium, & Lacticiniorum, ſiue Ouorum, quando cognouerit dictas Moniales; propter debilitatem, vel aliam cauſam non poſſe ita commodè huiuſmodi ieiunia, & abſtinentias ſeruare, quod fieri declarant Hieronym. Roderic. *in compendio quæſt. regular. reſ.* 2. *num.* 13. & Portel. *in addit. ad dubia regularia verb. Ab-*
21 *batiſſa. num.* 3. † aduertentes, vt iſta non ſit propriè diſpenſatio dimanans à iuriſdictione ſpirituali, cuius eſt incapax fœmina, vt dico *in dict. cap. dilecta de maiorit. & obed.* & explicui *in dict. cap. nonit, de Iudiciis*; ſed tantum declaratio, vel
22 diſpenſatio, Papæ authoritate. † Item poſſunt imponere præcepta ſpiritualia ſuis ſubditis; quia promittunt ei obedientiam, non tanquam matri, ſed tanquam Prælatæ, cuius munus eſt approbatum à Sede Apoſtolica, iuxta regulam, quam profitentur ad regimen ſpirituale, & temporale ſibi gregis commiſſi in omnibus illis, quæ non repugnant ſexui fœmineo, cui non contradicit poteſtas imponendi præcepta ſpiritualia, quando neceſſitas adeſt, maximè, ſi id habeat ex commiſſione ſuperioris, Fr. Eman. Rodrig. *tom.* 3. *cap.* 5. *num.* 19. addit ſummæ mutata ſententia, quam probauerat *tom* 1. *quæſt. regul. quæſt.* 12 *artic.* 2. *& quæſt.* 25. *artic.* 1. Miranda *in tractatu de Monialibus quæſt* 6. *artic.* 4. *concluſione* 3. *ad finem.* Azor. *inſtitut. moral. part.* 1. *lib.* 13. *cap.* 10. *quæſt.* 7. dum 23
docet poſſe Abbatiſſam præcipere Monialibus virtute ſanctæ obedientiæ, ratione voti emiſſi in profeſſione, & ſancti Spiritus; quia officio Prælati fungitur cui Moniales ex vi profeſſionis parere coguntur, tanquam habenti poteſtatem, & Iuriſdictionem à Superioribus commiſſam, nec diſſentiunt, Suarez *tom.* 4. *de religione lib* 3. *cap.* 10. *n.* 12. 13. *&* 14. Sanchez *in præcepta Decalogi tom.* 2. *lib.* 5. *cap* 1. *n.* 22.

Et quamvis officium Abbatiſſæ ſit idem in Mo- 24
naſterio, quod Abbatis, aut Generalis in Monachos; ſic vt quæcumque competunt Abbati, ea ferè competant Abbatiſſæ, exceptis quæ fœminæ repugnant, vt dicunt Marcus Antonius Chuchus *lib.* 3. *inſtitut mor tit.* 13 *de Abbatiſſis*, Hieronym. Rodericus *in compend quæſt. regul. dict. reſolut.* 2. *ſub num.* 25. *verſ. & confirmatur.* † Tamen ipſa 25
tam ex Tridentino Concilio *cap.* 5. *ſeſſ.* 25. *de regularibus*. non poterit viſitare Monaſteria ſibi ſubiecta, Machado, *lib.* 5. *de perfect. confeſſore part.* 3. *tract.* 4. *docum.* 5. *num.* 1. Fr. Eman. *tom.* 2. *quæſt. regul. quæſt.* 5. *artic.* 10. etſi vt ait Barboſa *de Iure Eccleſ part.* 1. *dict. cap.* 45. *num.* 38. dicat de iure antiquo ſolere viſitare Monaſteria ei ſubiecta, & ea legitimè impedita ad egregiendum licuiſſe per alium etiam virum omni exceptione maiorem viſitare.

Et addunt etiam Doctores per textum *in cap.* 26
ſtatuimus 20. *quæſt* 1. non poſſe Abbatiſſam Virgines velare, nec Moniales benedicere, nec earum confeſſiones audire, vel publice prædicare, vt *in cap in noua de pœnit. & remiſſionibus*, latè dico,
† nec diſpenſare in votis Monialium, nec ea com- 27
mutare; quia caret ſpirituali Iuriſdictione: ita Fr. Eman. Rodrig. *quæſt. regul. tom.* 1. *quæſt.* 24. *artic.* 7. Suarez *tom.* 1. *de religione tract. de voto lib.* 6. *cap.* 7. *num. fin.* Petr. de Ledeſma *in ſumma tom.* 2. *tract.* 10. *cap.* 7. *ad finem*, Leſſius *de Iuſtit. lib.* 2. *cap.* 40. *dubio* 14. *num.* 107. *verb. Abbatiſſam*: Loquens de irritatione in præcepta Decalogi *lib.* 4. *cap.* 33. *n.* 19. & quoad diſpenſationem *cap.* 39. *num.* 7. & quoad
commutationem *cap.* 49. *num.* 24. † qui & alij di- 28
cunt bene poſſe Abbatiſſam ea irritare per poteſtatem Dominatiuam, quam habet ſuper ſubditas, quæ quidem eſt maior, quam habent Pater, & Maritus ſuper filios, & vxorem.

Ad ſextam quæſtionis partem, ſuppoſitis quæ 29
dixi *in verſiculo ad ſecundam*, & verſ. *ad tertiam*, reſolutiuè reſpondeo poſſe Abbatiſſas, ſiue Prioriſſas eligi in Præſidentes, vſque ad nouam electionem, ob pacem, & bonum regimen Conuentus, vbi vſus obtinuit; non obſtante iam adducta conſtitutione Sixti V. ſic tradunt Fr. Eman. Rodrig. *tom.* 1. *quæſt. regular. quæſt.* 16 *artic.* 3. *& in additionibus ſum. tom.* 3. *cap.* 3. *num.* 7. Miranda *in tract. de Monialibus quæſt.* 7. *art.* 9. *concluſione* 2. Barboſa *de Iure Eccleſ. part.* 1. *cap.* 45. *ſub num.* 33. Quibus addo Dianam *par.* 7. *tract.* 12. *Miſcel. ſub reſol.* 19. *in verſ. an ſcilicet*; qui dum refert ſententiam negatiuam per dicta ſupra *in dict. verſ. ad ſecundam*; nihilominus ſibi videtur probabilis proxime affir-

matiua

matiua ſententia; eo quod id pertinere poteſt ad
bonum regimen Monaſteriorum Monialium, &
eorum debitam adminiſtrationem, vt ſcilicet pro
paruo aliquo tempore eædem ipſæ, non verò aliæ
præſidentes conſtituantur; propter vitanda innu-
mera mala, damna, atque incommoda, quæ ex
contrario facto, vt plurimum exoriuntur, aut
ſaltem poſſent euenire.

30 Et quia illæ maiorem habent notitiam, diſpo-
ſitionis, & ſtatus ſuorum Monaſteriorum, quàm
aliæ. Quis enim non videat, ait Diana, quod aliæ
nominatæ præſidentes nouitatum amatrices breui
illo temporis ſpacio, quamplura poſſint innouare;
quæ in maximum damnum, & detrimentum pa-
cis, quietis, & tranquillitatis prædictorum Mo-
naſteriorum caderent Monialium ordinum in or-
dine ad finem futuræ electionis animos ſollicitare,
omnibuſquè velle placere, quæ ſua ſunt quærant,
non quæ Ieſu Chriſti.

31 Ob idquè reſpondendo ad verba conſtitutionis
relatæ *ſub dicto verſ. ad ſecundam*, dico cùm illo,
& cum Miranda *in manuali Prælator. tract. de ſa-
cris Monialibus quæſt. 7. art. 9. concluſ.* 2. quod
inibi tantummodò prohibentur Abbatiſſæ præ-
dictæ, expleto ſuo triennio, habere in dictis Mo-
naſteriis aliud officium (quocumque nomine nun-
cupetur) quod etiam per triennium duret, ſicut
eſt officium Vicariæ, ſeu alicuius ſimilis; hoc
32 enim dicit eſſet in officiis perpetuari, † quod ibi-
dem à ſummo Pontifice prohibetur; non verò
ipſas eſſe Præſidentes, finito ſuo Abbatiſſatûs par-
uo tempore aliquo; donec aliæ ipſarum loco eli-
gantur.

33 Et ſic Caſtellin. *de elect. cap.* 17. *numer* 7. dicit
quod Prioriſſæ, ac ſyndicæ in ordine Prædicato-
rum poſt expletum earum officium, non poſſint
immediatè eligi in Prioriſſam, vel Abbatiſſam,
contrariumque eſſe irritum, & inane ſua ordina-
34 tione 8. anni 1580.† Et quod generaliter loquendo
non poſſit eligi, quæ fuerit Prioriſſa, niſi poſt
quatuor annos completos à tempore ſui Prioratus
expleti, ex ordinatione Valentiæ 16. annorum 1569.
Cui ſtatuto dicit omninò ſtandum; quia Bulla
Gregor. XIII. non aufert diſpoſitionem ſtrictio-
35 ris, ſed latioris ſtatus † quod *num* 11. *&* 12 limi-
tat ſi Monaſterium eſſet nouum, vel nouiter refor-
matum, nam in eo caſu, dicit vt poſſit iterum
eligi.

36 Et ex eadem ratione Miranda, & Diana iam
relati dicunt multo minus decreto relato *in dicto
verſ. ad ſecundam*, prohiberi, quin perfunctæ of-
ficio vicariæ, eligi poſſint in Abbatiſſas, quod
etiam à quibuſdam extitit dubitatum.

37 Ad vltimam quæſtionis partem reſpondeo cum
Girago *de regimine Eccleſiæ*, Laurentio Peirino *de
Prælato quæſt.* 2. *cap.* 3. §. 3. *num.* 19. Thomas Hur-
tado *variar. tom.* 2. *tract.* 12. *cap.* 1. *num.* 1641. Diana
part. 11. *tract.* 4. *reſ.* 37. *verſ. vide*, tractatus, & pacta
in quæſtione relata non licere; itavt merito præ-
dicti inuehantur in Religioſos, qui in Capitulis
generalibus Religionum capita factionum nuncu-
pantur, & male facere quoſdam, qui potentes
38 ſunt, qui ante electiones, & ingreſſum Capituli
faciunt tractatus, non ſolum conſultorios, ſed
actionales, vt ij, vel illi eligantur, & non alij
39 diuerſæ factionis. † Nam quamuis liciti ſint tra-
ctatus, viuente Prælato, vt conſtat ex *cap. ſi tran-
ſitus* 29. *diſt.* per modum conſultationis, vt agnoſ-
catur dignus, qui eligendus ſit, vt tenent Molfe-
ſius (quem ſequitur Hurtado) *in practicis cap.* 16.
num. 47. † Tamen tractatus pactionales, vt de meo 40
grege tot eligantur, & de tuo tot prorſus, illici-
tos eſſe demonſtrant; ſic vt ex illis omnis peſtis
regiminis, regularis oriatur, & foueatur ambitio,
quæ venenum eſt in religione. Etenim vbi hu-
iuſmodi partialitates aſſiſtunt, nec præmiatur vir-
tus, nec punitur vitium, ſed virtutes, præmij op-
poſiti vitia iudicantur, & vitia gremialium ſuo-
rum virtutes reputantur; concluditque Diana, vt
ſit deploranda miſeria iſtarum Religionum, ſi quæ
reperiuntur, in quibus talia reperiuntur.

Pro complemento notabis, vt in electionibus 41
Prioriſſarum, ſeu Abbatiſſarum, etiam in caſu diſ-
ſenſionis, inter Electores, nequeat præſtare vo-
tum Confeſſor, nec ſuperior Monaſterij: Nam vt
quæſtion. præced. dixi, hoc totum pertinet ad Monia-
les, ſic dicit prohibitum die 23. Maij 1623. ſicut
latè probat videndus Caſtellin. *dict. cap.* 17. *de elect.
n.* 28. vbi ad plures conſtitutiones † qui *n.* 6. ait non 42
poſſe transferri Moniales de Monaſterio ad Mona-
ſterium, ſine ſpeciali licentia ſedis Apoſtolicæ ex
decreto Pauli V. publicato à ſacra Congregatione
Epiſcop. & Regular. ſub die 22. Decemb. 1617. &
intimatum Procuratoribus Generalibus ordinum,
quibuſcumque in contrarium non obſtantibus:
alia dico infra *in cap. quia propter*, vbi de forma
eligendi; item *& cap.* 6. *&* 19. vbi an ante confir-
mationem queat Abbatiſſa adminiſtrare.

QVÆSTIO IV.

An electores ad Electionem faciendam, debeant prius inuocare Spiritus ſancti gratiam. Et an electio Epiſcoporum, debeat neceſſariò à Papa confirmari: vbi aliqua de priſco more eligendi. Et an nomen electionis, habeat locum in beneficiis, ſicut in Epiſcopatibus?

SVMMARIVM.

1 *Præmiſſum.*

2 *Spiritus ſancti miſſa, num præmittatur in Electionibus?*

3 *Confirmanda eſt Electio Epiſcoporum à Papa.*

4 *Eligendi Epiſcopos mores diuerſi in antiquitate referuntur* num. 5. 6. 7. 8. & 9.

7 *Populus in electione Epiſcoporum, non habebat olim ius eligendi, ſed interuentionis, & aſſenſus: expenditur* num. 8. 9. 10. & 11.

9 *Populus legitimè conceſſione Pontificia potuit eligere? aliter factum fuiſſe vſurpatione, & improbatur* num. 25. & 26.

10 *Principes ſæculares olim habuerunt electionem Epiſcoporum, vſurpatione, & diſpenſatione Pontificia: exemplificatur* num. 13. 14. 15. & 16.

15 *Principes à populo abrogare ius eligendi Epiſcopos refertur, ſed improbatur.*

16 *Electio Epiſcoporum nunquam legitur clarè, Diuina prouidentia pertinuiſſe ad populum, & poſtea ius tranſlatum ad Principes: & improbatur contra ſentientes,* & num. 19.

18 *Portugaliæ Rex nunquam habuit ius eligendi Epiſcopos, ſed tantum nominandi,* & num. 21. & 22.

19 *Reges Hiſpaniæ, & Portugaliæ à quo tempore*

habuerunt

habuerunt ius nominandi, & præſentandi Epiſcopos, non a tempore Gotho, & aly dixerunt, n.27.& 28.

21 *S. Cyprianus* n.17 *relatus explicatur.*

22 *Patrum anthoritates, quibus Aynon nititur probare electiones pertinuiſſe ad populum expenduntur.*

23 *Electio eſt actio Eccleſiaſtica competens Eccleſiaſticis perſonis, non laicis*, n 24.

27 *Electio per Canonicos de Epiſcopo vſitatur his temporibus in Germania.*

28 *Electio in quibus Dignitatibus habeat ius; & quæ ſint electiua beneficia*, n.29.

29 *Beneficia electiua quæ, & quando veniant in mandato de prouidendo*, n.30.

1 AD primas difficultates, vt reſpondeas adiunges quæſtion.2.3.4.5.6.& 7. quas ſignaui partim, & partim planè tractaui *in cap. cum Eccleſia Sutrina de cauſa poſſeſſionis, & propriet. & in cap. olim 7.* vbi de Epiſcoporum electione, & de poſſeſſione iuris eligendi, ac de aliis.

2 Vnde iam ad requiſitum primæ quæſtionis de præmittenda Miſſa Spiritus Sancti, reſpondebis, vt dixi infra *in cap.....infra hoc tit.*

3 Ad ſecundam quæſtionis partem, an Electio Epiſcoporum, neceſſariò debeat à Papa confirmari. *Et ſuppoſitis quæ dixi infra in dicto cap. cum Eccleſia Sutrina de cauſa poſſeſſ. & propriet. vbi de quæſtione, an Epiſcopatus electio, non tantum ſit propria Pontificis, verùm, & competat aliis, veluti Capitulo Eccleſiæ Cathedralis, ſeu poſſit competere Clericis aliis: & quæſt.3. vbi de Iure, quod habent Reges Hiſpaniæ nominandi ad Epiſcopatus, aliave beneficia; & item de Regibus Galliæ, & Poloniæ, & quæſt.4. an Canonici poſſint admittere ad coëligendum Clericos extraneos: & quid poſſit in hoc conſuetudo: & quæſt.7. an admittatur poſſeſſio Iuris eligendi.* Iam breuiter dico infra *in cap. 9.* vbi de aliis ad materiam Confirmationis Electorum ſpectantibus.

4 Ad tertiam quæſtionis partem breuiter etiam reſpondeo, antiquitùs fuiſſe diuerſos mores eligendi Epiſcopos; & quia de illis ſingulis dixi iam *ſub dict. cap. cum Eccleſia 3. de cauſa poſſeſſ. & propriet. quæſt. 2.* vbi quinque tempora poſui; ideo

5 nunc aliqua notabo *ibi* adiicienda. † Primò quod defuncto Epiſcopo alicuius Eccleſiæ admonebatur Metropolitanus, vt viſitatorem Epiſcopum aliquem ex ſuis ſuffraganeis mitteret, qui futuræ electioni præeſſet, populum, & Clerum conuocaret, hortaretur, & doceret, quid in electione obſeruandum. Et vocabatur non tantùm Clerus Eccleſiæ Matricis, ſed etiam aliarum Ciuitatis paræciarum; imò & aliquando ex aliis Eccleſiis extra Ciuitatem, & de Monaſteriis, etiam quidem ſeligebantur; & poſt omnium vota, & ſuffragia perquiſita componebatur decretum electionis, quod communi omnium ſubſcriptionum roboratum ad Metropolitanum mittebatur, à quo & confirmatio, conſecratio, ſiue benedictio Ordinandi, poſtulanda erat, qui poſtea in forma electionis, & electi perſonam ſedulò inquirebat, & eam demum confirmabat; deindequè in præſentia, tam Eligentium, quàm Epiſcoporum Comprouincialium examinabatur; quod ſi idoneus reperiebatur ante conſecrationem Metropolitano ſuo, profeſſionem tradere tenebatur; quæ fidei ſuæ declarationem, & ſubiectionem, & obedientiam Metropolitanæ Sedi continebat ſecundùm ſacros Canones Conciliorum: & decreta Apoſtolicæ Sedis ex ſacris Canon. legibus, quibus authoritas Metropolitanorum, ſcilicet conſtituta eſt.

Et profitebatur tertio ſe ſeruaturum quædam documenta ex ſacris Conciliorum placitis & ſcripta, quæ ad officium Epiſcopi ritè adminiſtrandum pertinebant; & ſecundùm Eccleſiaſticum morem ab omnibus Epiſcopis Comprouincialibus ſubſcripta tradi ſolebant; & quod poſtremo, his omnibus peractis, conſecrabatur, & poſt conſecrationem ordinatores, ne obſcuritas dubiæ obligationis incurreret & Canonicas litteras dabant ordinato ad plebem, & Clerum, à quibus electus fuerat, quibus litteris omnis ordo rei geſtæ continebatur, ſubſcriptionibus omnium ordinatorum firmabatur, & dies ſimul, & Conſul adſcribendus erat ex Concilio Meliuitano, vt etiam ex pluribus locis confirmatur, *tom. 2. Conciliorum Galliæ à pag.633. & ex ordin. Romano in l. de Diuinis officiis, p.1. à pag. 95.* ibi, incipit: *Examinatio in ordin. Epiſcop. ſecundum Gallorum inſtitutiones*, & explicat Alui. Flaccus *in eodem lib. à pagina 72. parte 2.* Franciſcus Florentius *in hoc titulo, folio 129.* 6

Et ex hac occaſione poſſemus incidere in quæſtionem illam, an populus in electione Epiſcoporum olim habuerit ius eligendi; & ſuffragandi; ſed quia iam qualiter hoc acciderit, dixi *ſub dicta quæſt.2.* & aliqui affirmant per textum *in cap. Epiſcopos*, ibi: *Poſt electionem Cleri, & populi, cap. lectis*, ibi: *Clerum, & plebem eiuſdem Eccleſiæ elegiſſe; 63.diſt.cap.factus*, ibi: *De plebis, quæ tunc adfuit ſuffragio; 7. quæſt.1.* & docent Vaſquez *in tertiam partem, D. Thomæ tom.3. diſp. 144. cap.5. numero 53.* & ex multis amplè Michaël Rauſel *in Hiſtoria Iuriſdictionis Pontificia lib. 2. cap. 1. numero 20.* cuius verba refert Diana *part. 10. tract. 1. reſ.3.* Iacobus Pamelius *in annotationibus ad Epiſtolam ſancti Cypriani, epiſt.68.* † Aliqui verò negant, vt ſunt Duualius *in tractat. de poteſtate Pontificis part.3. quæſt.6.* Cælotius *de hierarchia lib.4. cap 17.* & Coëffeteau, ac Bouerius contra Rempublicam M. Antonij de Dominis *lib.3. cap.3. per totum*; & hoc *ex cap. Noſſe, diſt.63. & ex cap. non licet 161. & ex cap. cum longa 9. electionis dict. diſt.* & ibi: *In canone vota*, vbi gloſſa, & altera gloſſa notanda *in cap. Sacror. dict. diſt. verb. Electionem*, & authoritate ſanctis Leonis *epiſt. 87. & Epiſtola 27.* probantes latè populum in electionibus Epiſcoporum, non habuiſſe ius ſuffragandi, & eligendi, ſed tantùm poſtulandi, & teſtimonium ferendi, quo eius conſenſus ſignificaretur circa idoneitatem eligendi; ſic tamen, vt eligendis Epiſcopis, & Miniſtris, ita populum admiſſum; vt tamen penès ſolos Epiſcopos, & Clerum ipſum veri ſuffragij ius eſſet, nec plus populo, quàm de eligendo, teſtimonium reddere liceret, quo eius conſenſus ſignificaretur. 7

8

Vtcumque tamen fuerit aduertit Cardinalis Bellarminus *lib.1. de Clericis cap.7. verſ. tandem obtinuit in quibuſdam locis*, populum vſurpaſſe ius eligendi Epiſcopos, velut putant Vaſquez *in 3. parte, tom.3. diſput.244. cap.1. num.53.* poſt alia Diana *dict. part.6. tract.1. reſ.4.* Suarez *de fidei defenſione libro 3. capite 29. à numero 7.* Sopranus *de electione Papæ lib.1. cap 4.* & Ego *ſub dict. q.2.* populum illum Ius habuiſſe ex conceſſione Pontificia, qua populi incapacitas potuit auferri: argument. eorum; quæ dixi *in capit. 4. de Iudic. quæſt.5. & in capit. nouit.13. eodem*, cum nunc nec 9

proprio iure, ſiue ordinario non agat, ſed facultate Superioris Eccleſiæ vniuerſalis.

10 Et ex eadem vſurpatione, ſine aſſenſu Pontificio olim aliquando in electionibus Epiſcoporum partem habuiſſe Principes plures ſæculares, vt patet de Theodorico Magni Clodouei filio, qui Apollinarem dedit auernis Epiſcopum, oblatis ab eo multis muneribus, & Apollinari defuncto ſubrogaſſe ſanctum Quintianum, & quod Rege opitulante, Gallus ſucceſſerit Quintiano; & de pluribus exemplis Gregor. Turonenſ. *lib 3. capit. 2. lib. 4 capit. 5. 11* & *16. lib. 6. cap. 39. l. 8. cap. 22.* & de aliis exemplis idem *lib. 4. capit. 15.*
11 *& 18. & lib. 5 capit. 40. & 46.* & Daniel, *de Nobilibus in ſelectis iuris ſacri, & ciuilis aſpiciat. 0. numero 5.* vbi ponit plures Epiſcopos electos à ſolis Imperatoribus, & Principibus: plura P. Gregorius Tholoſanus *hoc titulo capit. 6. ſub num. 13.* vbi ponit capitulationes Ioannis XXII. cum Henrico I. & Othone eius filio. Quibus non obſtantibus Imperatores inueſtituram Epiſcopatuum ſibi aſciuerint, & quod inoleuerat iam mos, vt Epiſcopi ab ipſis eligerentur; & baculo Paſtorali inueſtirentur, vt ſcribit Guillelmus Tyrius *libr. . Belli ſacri capit. 13.* & etiam P. Gregor. *libr. 15. ſyntagmat. iuris cap. 12. numero 11.* ex Polidoro, Virgilio tradit Henricum I. Britanniæ, ſeu Angliæ Regem clarum victoriis tantum ſibi iuris ſumere cæpiſſe, vt ſua dumtaxat authoritate Epiſcopos faceret, & factis, Epiſcopatuum poſſeſſionem
12 daret, † & quod Nicephorus Phoca in Oriente, Imperator ſumpſerit ſibi ius conferendi Epiſcopatus, & Sacerdotia, eoquè tempore Otho I. authore Zonara *tom. 3.* anno Domini 961. hoc iure cæperit vti in Occidente. † Et Ioannes Fileſacus
13 *de ſacra Epiſcop. authorit. cap. 5. folio 5* obſeruat Principes olim Abbatiſſas, & Abbates, & Epiſcopos elegiſſe; imò notat Theodor. Balſamon. *ad Concil. Carthagin. cap. 16. & ad cap. 12. Concil. Calcedon. & cap. 38. Sexta Synod. in trulo habita* tantam fuiſſe violentiam circa electionem Epiſcoporum, vt Principes, etiam nouos Epiſcopos inſtituere conſueuerint in locis, in quibus antea non
14 fuerunt † imò Iuſtinianus *in Nouella 11. de priuilegiis Iuſtinianæ primæ* Archiepiſcopi creauit Epiſcopum Iuſtinianæ primæ ſuæ ciuitatis; eique prouincias ſubiecit, & B. Rhenanus *lib 2 rerum Germanicarum* refert Dagobertum, qui adeptus fuit Regnum Francorum ſub Honorio III. ſummo Pontifice inſtituiſſe nouem Diæceſes Epiſcopatuum.

15 Nec ſuſtineri debet Michaël Rouſſel. *in Hiſtor. Iuriſdict. Pontificia lib 2. cap. 1. num. 21. in fine.* dum referens modos electionum in prima Eccleſia, ſiue à Clero, ſiue à populo, ſiue ab Epiſcopis ſolis; & quod prior fuerit validior, ſiue frequentior poſtea, quaſi lege Regia tranſlata, Principes poſtea hoc Ius eligendi ſibi abrogaſſe, cum reuera populus, qui ex ſe, ſed à Pontifice ſolum prædictum ius habere non poterat; nequiret verò eam eligendi poteſtatem concedere, vt defendunt Vaſquez ſupra, & Diana *dict. p. 10. tract. 1. ſub reſol. 5.* vbi probat *reſ. 6.* fuiſſe olim à ſummis Pontificibus interdictum, oẽ populi, & Principes in electionibus Epiſcoporum, ſe immiſcerent; ad cuius comprobationem plura decreta Conciliaria refert, quæ ego retuli infra *in dict.*
16 *cap. 3. de cauſ. poſſ. ſub quæſt. 2.* † Et quia propter ibi à me dicta *in relata quæſt. 2.* Video quòd Rebuffus *in concordatis titulo de elect. derogation. ſuper verbo, & cum ex electionibus, in principio* optimè recenſeat varietatem eligendi à principio naſcentis Eccleſiæ, quem ad literam refert idem Diana *dict. p 10. tractat 1. reſolut 8. circa finem*, vt improbaret doctrinam Anonymi firmãtis electionem Epiſcoporum olim diuina authoritate ſpectaſſe ad populum; & poſtea Ius illud fuiſſe tranſlatum in Principes, quorum conſenſu Pontifices tale Ius poſtea ſibi acquiſierunt per illa verba ſancti Cypriani Epiſtola 68. *Propter quod de tradition. Diuina*, & ex aliis authoritatibus veterum Patrum, & Conciliorum deſumptis ex Republica Marci Antonij de Dominis; item & doctrina Vigorij Galli Conſiliarij Regij in Parlamento Pariſienſi, ſententia Anonimi docentis in Apologia de ſuprema Eccleſiæ authoritate *titulo de diſciplina Eccleſiaſtica num. 38. folio 185.* Epiſcopos à Principibus conſtitutos fuiſſe primis Eccleſiæ ſæculis tum iure ſuo, tum lege Regia, qua quidquid iuris populus habebat in Regem tranſlatum eſt: † quinam authores toto cælo 17
aberrantes eos incidiſſe in hæreſim Caluini dicunt Duualius *de poteſtate Pontificis parte 3. quæſt. 6.* Azorius *inſtitut. moral. part. 2. lib. 3. cap 18.* Vaſquez *in 3. part. D. Thomæ diſput. 244 cap 5 num. 53.* Bellarminus *lib. 1. de Clericis cap 7.* Ioannes Letau. *tract. de ſumma Pontificis authoritate lib. 3.* impreſſum Ebroicis apud Antonium Lemariæ anni 1622. & alij.

Et ob id licèt idem Anonimus curet probare 18
Regem Portugaliæ potuiſſe Epiſcopos nominare; quia dicta electio ad illum ſpectaret: tamen Diana *dict. reſol 8.* Duualius *quæſt. 6 ſupr.* Iſambert. *in 3. part. D. Thomæ tom. 3. de Sacram. ordinis diſp. 6. num. 2.* Franciſcus Alier. *de ſacris ordination. cap. 3. § 1. & 2.* Coëffeteau contra Marcum Antonium de Dominis *lib 3. cap. 3.* Cællotius *de Hierarchia Eccleſiaſtica lib. 4. cap. 17.* Sauſſay *in Panoplia Epiſcopali lib 7.* mordicus, & benè docent populum nunquam habuiſſe ius eligendi, & ſuffragandi ex iure diuino, cum ex eo ſolùm ad Papam electio Epiſcoporum ſpectet; etſi aliquando ſe immiſcuerint in illa, Clerus, vel Principes Laici, hoc totum factum fuiſſe expreſſo, vel tacito Pontificis conſenſu; ita vt contrarium aſſerere, ſit hæreticum.

Vnde abundantiſſimè probant Pereira *de manu* 19
Regia concord. 28. num. 76. Solorzano *de Iure Indiarum tom. 2. lib. 3. cap. 4. num 31.* Reges Luſitanos legitimos nunquam Epiſcopos elegiſſe, cuius verba notanda refert idem Diana *dict. reſol. 8. ſub verſ. pergit*, qui inferebat in eo Regno ſupponi quod Epiſcoporum electio ſpectaret ad Capitulum; ſed Reges Hiſpaniæ à tempore Concilij Toletani ſub Pontifice Leone II. Regnante Eruigio Rege Goto, Epiſcopos Summo Pontifici præſentaſſe; & ſic negat Pereira Ius eligendi Epiſcopos in Rege Luſitaniæ iuxta quoddam reſponſum Regio Luſitaniæ ad Innocentium VIII. Pontificem in verbis ſequentibus: *quod Rex in Eccleſiis minoribus à Cathedralibus, quibus eſt per electionem Prælatis, vel Rectoribus prouidendum, ſi vacent maiorem ſibi authoritatem vindicare intendens in eis Clericis familiaribus ſuis, vel aliis minus dignis, Capitulis Eccleſiarum huiuſmodi vniuerſaliter, & ſingulariter ſingulis literas ſuas mittit precibus exigens, & minis grauibus, & terroribus intericctis, vt nullum omnino in Prælatum eligant, niſi quem ipſe in huiuſmodi literis nominat, vel per ſuos Miniſtros facit nominari: reſponderunt Procuratores, quod idem Rex, ſi aliquando preces porrexit pro aliquibus eligendis in talibus Eccleſiis pro*

dignis

dignis, interpoſuit preces ſuas, nullus ſuper hoc minus, vel terroribus interiectus; & quod ſuper hoc non grauauit, nec intendit grauare Eccleſias, vel Canonicos, & promiſerunt Regem ita perpetuò ſeruaturum, nec in ſuis precibus adiecturum, quod nullus alius eligatur, niſi is, pro quo dixerit preces.

20 † Ex his enim verbis patet fateri Reges Luſitanos, nunquam habuiſſe ius eligendi Epiſcopos, nec ideò nunquam illos elegiſſe; imò & infert Pereira relatus priuilegium nominandi Epiſcopos à tempore Alphonſi Quinti, ex priuilegio Papæ illos Reges habuiſſe, vt notat etiam idem Solorzanus.

21 Ita præcitati Doctores Duualius, Azorius, & alij reſpondent ad locum ſancti Cypriani per authoritatem Diuinam, de qua ille loquitur, non intelligi præceptum, ſeu ius Diuinum, ſed exemplum ex ſacra Scriptura depromptum, inſtar cuius exiſtimabant Cyprianum dicere fieri debere electionem noſtrorum Miniſtrorum coram populo, & ipſo etiam conſentiente, ſicut legimus *num. 19.* electum fuiſſe Eleazar *Actorum 1.* Mathiam, &

22 ſeptem Diaconos *Actorum 7.* † & ad alias authoritates Patrum, quibus Anonymus nititur probare laicos elegiſſe Epiſcopos; ſed hoc intelligi de facto per vſurpatorem, non propriè, & legaliter, vt dicunt, & reſpondent latè Diana *dict. reſ. 8. in verſ. ad alias*. Bonacina *tract. de ſummo Pontifice quæſt. 1. puncto 1. num. 10.* Coeffeteau, & Bouerius contra Rempub. Marci Antonij de Dominis *dict. lib. 4. cap. 4. per totum*, dicentes, vt licèt alicubi habeatur elegiſſe, non tamen verè, propriè,

23 & poſitiuè, † cum electio ſit actio Eccleſiaſtica competens Eccleſiaſticis perſonis, ſed negatiuè tantum, quatenus non impediebant electionem ſuo teſtimonio, nec quidquam obiiciebant, aut quatenus perſonam populus proponebat in eam conſentiebat, & acquieſcebat electioni, *ex cap. nullus 61. cap. Clerici, & cap. Vota 6. dist.* de quo dixi *in dict. quæſt. 2 dict. cap. Eccleſia Sutrina de cauſ.*

24 *poſſeſ. & prop.* † Etenim vt ſcribit Iacob. Pamelius *in annotat. ad epiſt. ſancti Cypriani cap. 68. num 2.* non negans ſuffragiis plebis Epiſcopos fuiſſe electos in Africa, Gallia, Hiſpania, perdurasſequè dicat eam conſuetudinem ad Gregor. I. Vſque ex eius Epiſtolis; imò & ad tempora, vſque Caroli, & Ludouici Imperatorum *ex lib. 1. capitulorum eorundem*, ſatis conſtat; ait tamen plebi ſola ſuffragia conceſſa, non electionem, quæ per ſubſcriptionem fieri ſolet, perſpicuè probans in primis ex Concilio Laodic. *Can. 12. & 13* vbi prohibetur electionem Epiſcoporum per plebem fieri; & ex Diuo Hieronymo *in epiſtola ad Euagrium, & ex epiſtola 87.* Leonis, qui dixit, vt non cogerentur quemcumque nominatum à plebe Epiſcopum admittere, *ex Canone 1. & 2. Gracar. Synod.* à Martino Bracarenſi *collectar.* & ex Celeſtini Papæ *2. Epiſtola*, & Stephani Papæ *decreto 68* addens quòd ſi Epiſcopo ſic nominato à Clero, & populo obiecta vera non eſſent, tunc ordinaretur Epiſcopus ex Canone 40. Concilij Cartaginenſis; alia refert videnda Diana *dict. part. 10. tract. 1. per totum.*

52 Nec dictum iam de antiquo Iure à tempore Goto exiſtente penès Reges noſtros Hiſpanos nominandi Epiſcopos, impugnatur ex doctrina Ioannis Ignei *in l. neceſſarios, §. non alias num. 336. ff. ad Silanianum*, & Ferraldi *in tractat. de inſignibus Regum Franciæ IX.* Iure, qui conantur probare Reges Hiſpaniæ ius præſentandi Epiſcopos habuiſſe ratione conceſſionis Carolo Magno Gallicano Regi factæ; quia etſi non admittas à tempore illo Goto illis tale ius competere, vt retuli ex Pereira, & Diana ſuprà. † Tamen fateri neceſ- 26
ſum erit per centum viginti annos; antequam Carolus Magnus in rebus humanis eſſet noſtris Hiſpaniæ Regibus competiiſſe, vt ex Couarruu. Perez, & Salzedo probat, Martyrius de Alzedo *de præcedentia Epiſcopatus dignitatis part. 1. cap. 3. num. 9* & benè ex his, quæ dixi *in dict. c. Eccleſia Sutrina de cauſ. poſſeſ. & proprietat. n. 4.* vbi *n. 5. de tempore Goto.*

Vnum vero notabis cum Azorio *inſtit. moral. part 2. lib. 3 cap. 28. quæſt. 1.* Anaſtaſio Germonio *de ſacrorum immunit. lib. 3. cap. 12. num. 40.* Diana *dict. part. 10 tract. 1. reſ. 7. in fine*. & aliis quod hodie ſolum in Germaniæ Eccleſiis ſeruatur vetus conſuetudo, in quibus Canonicorum Collegium Epiſcopum nominant, deſignat, & eligit; electus verò à Pontifice confirmatur; quod Iuridicè fiet, ſi ſeruetur forma quinti temporis, de qua dixi *in dict. cap. Eccleſia Sutrina dict. quæſtione ſecunda, à numero octauo.* & ita dicit ſine Doctore vllo Barboſa *de Iure Eccleſ. part. 1. dict. capite 19. num. 43. in fine.* 27

Ad tertiam quæſtionis partem reſpondeo breuiter quod electio habet locum etiam in Eccleſiis, & beneficiis electiuis, vt vocant in Epiſcopatibus, ſeu Cathedralibus Eccleſiis, in Abbatiis, & aliis Præpoſituris Regularium in Archipræsbyteralibus, ac aliis Eccleſiis, in quibus ius eligendi Rectorem, reſidet penès Collegium aliquod Clericorum, in quo forma electionis canonica ſeruari poſſit: Sic docet Barboſa *de Iure Eccleſ. cum aliis part. 1. c. 19. num. 39.* vbi *num. 43.* dicit vt hodie non in omnibus electiuis habeat locum electio propriè ſumpta, ſed in paucis propter reſeruationes ſedi Apoſtolicæ factas. 28

Notant verò Iulius Lauorius *variar. lucubrat. tit. 4. cap. 13. num. 37.* Caputaquen. *deciſione 295. part. 1.* Gonzalez *in reg. 8. Cancellariæ gloſſa 19. à num. 12.* vt non omnia beneficia, vel Eccleſiæ electiuæ vocentur; ſed illæ tantummodo electiuæ dicantur, in quibus Prælatus, aut Rector animarum inſtituitur, præcedente electione, quam debet ſequi confirmatio; quia vt ait Nicol. Garcia *de benefic. part. 2. cap. 6. num. 23.* Si prouideretur per electionem, ſine confirmatione diceretur prouiſio, † qui etiam addit beneficia electiua non venire in mandatis de prouidendo, niſi de electione fuiſſet mentio facta, ſpecialis etiam, ſi ſimpliciter mandaretur prouideri de beneficio vacaturo, nullo expreſſo prouidendi modo per textum *in cap cum illis §. illis de preb lib. 6.* 29 30

* * *

QVÆSTIO VII.

An Principes toto cœlo curare debeant; vt Magiſtratus, ſeu officiales publici creandi ſint comparatiuè habiliores, vel ſufficiat habiles eligere: vbi de Electione per ſortes. *Et an Regis Miniſtri ſuperiores, ad eligendos alios conſtituti, teneantur vtique digniores, & peritiores eligere ſub pœna peccati, & obligatione reſtituendi: vbi an in aliquo caſu, idem practicare debeant Papa, & Principes: Et quid de Prælatis Eccleſiæ quoad officia ſæcularia. Comitia quæ olim fuerint: Item, & de calatis comitiis ſiue curiatis, centuriatis, ſeu tributitiis. Et an electiones Officialium annalium illicò in Republica exequantur.*

SVMMARIVM.

1 *Principes ad Iuſtitiam expediendam, tenentur creare, & eligere Magiſtratus præſtantiores, & in hoc inuigilare,* n.4. & 15.

2 *Salutis communis pars magna conſiſtit in Conſiliariis optimis, & integerrimis eligendis.*

3 *Imperare bene nihil intereſt, ſi miniſtri expedientes negotia ſint ignari, & inmites.*

4 *Vir malus mala Iura adminiſtrat,* & n.15.

5 *Officialis Reipublicæ talis conuenit eligi, qui à pueritia vita ſuorum probatus ſit, ac immaculatus extiterit.*

6 *Magiſtratus optimi, ſunt potiſſima propugnacula.*

7 *Populi, dum optimis Magiſtratibus reguntur, nihil aliud ſibi quærunt.*

8 *Magiſtratus optimus in Republica corda ſubditorum captat.*

9 *Reſpublica non bene regitur abſque bonis Conſiliariis.*

10 *Conſiliarij mali corrumpunt Principes.*

11 *Conſiliarius debet eſſe talis, qui nihil nebuloſum habeat, nihil fallax.*

12 *Conſiliarius optimus dicitur qui non ad gratiam, ſed vtilitatem communem fert ſententiam ſuam.*

13 *Alexander Seuerus habuit Conſiliarios Sabinum, Vlpianum, & alios Iuriſconſultos optimos, qui nunquam eligebat Præſides ad beneficium, ſed ad Iudicium,* n.14.

15 *Reſpublica deſtruitur conſilio imprudenti, & commodo priuato, odio latentis Conſiliariorum.*

16 *Athenienſes ad conſilia eligebant, & admittebant præſtantiſſimos, qui, & Legatos, atque Magiſtratus creabant.*

17 *Imperatores antiqui, etſi luce vera priuati eligebant meliores viros in Magiſtratus, quorum nomina populo proponebant; vt ſiquis eſſet criminoſus videretur ſic.*

18 *Magiſtratus optimi dicebantur, quos ambitio nulla detorquebat, & qui mala cognoſcere poſſent Reipublicæ.*

19 *Rex debet habere probos, & honeſtos Conſiliarios.*

20 *Reſpublica tutior dicitur, in qua Rex malus eſt, quam in qua Conſiliarij mali ſunt.*

21 *Delictum Principis, eſt malos Conſiliarios eligere,* n.22.

22 *Delictum populi eſt quando Principes mali ſunt.*

23 *Electio digniorum ad officia Reipublicæ Iuriſdictionalia debet fieri: quid de Rege eligente;* n.24. & 25.

25 *Princeps ſupremus eligens dignum, omiſſo digniore, ſatisfacit.*

26 *Papa, & Princeps ad beneficia curata poſſunt eligere dignos tantum.*

27 *Principes malè agerent, ſi præferrent imperitos peritis.*

28 *Princeps non vacat à culpa, ſi vt eligat Miniſtros, non conſulat ſupremos Senatores informatos de vita, & literis eligendorum.*

29 *Adrianus Imperator libenter patiebatur moneri, & corrigi.*

30 *Princeps debet non impatienter audire Conſiliarium non ſibi placentem in ſuo ſuffragio præſtando.*

31 *Veritas ſolet abſcondi Principi, cùm non adeſt, qui eam ſibi dicat.*

32 *Princeps debet vocare Magiſtratus, & facere, vt cum eo ad eius latus ſedeant.*

33 *Principes boni non ægrè ferant conſilia pia ſuis opinionibus diſſentanea, ſi meliora ſunt.*

34 *Principes benefacient legendo libros de Regno ſcriptos; vt ſic vera ſciant Regni,* n.35.

35 *Diocletianus Imperator dicere ſolebat, quod Princeps bonus venditur à ſuis Officialibus.*

36 *Princeps non debet nimium deferre ſuis Conſiliariis, qui ſolent ſuis propriis commodis inſeruire;* n.37.

38 *Conſiliarius debet puniri, qui Principi conſulit de grauibus, tanquam de leuibus.*

39 *Princeps vt cautius verum ſciat ſuos Conſiliarios habebit ſuſpenſos.*

40 *Electio Senatorum qualiter olim fieret per ſortes, & hodie practicatur Siciliæ.*

42 *Dotationes piæ pro maritandis Virginibus, ſeu religioni dandis ſolent hodie ſorte diſtribui, & quo ordine.*

43 *Sors per fraudem in electionibus, eſt peccaminoſa vbi multa de electione per ſortes,* n.44. 45. & 46.

44 *Officiales maiores tenentur habere plenam notitiam de Magiſtratibus creandis; alias non ſaluant conſcientiam.*

45 *Eligi debent officiales, qui bona exiſtimatione noti ſint.*

46 *Eligentes Miniſtros, qualiter debeant de eorum bonitate notitias acquirere.*

47 *Magiſtratus ſupremi debent proponere Regi viros habiliores, vt de eis eligat.*

48 *Eligentes ad officia non debent gratificare perſonis.*

49 *Eligentes ad officia Reipublicæ indignos, peccant, & tenentur reſtituere, & debent digniores eligere.*

51 *Officia Reipublicæ ſunt bona communia.*

52 *Electio Officialium ſæcularium ſufficit de digno ſi fiat à Principe, vel ſi fiat ad officia non habentia adminiſtrationem,* n.53.

54 *Electio ſi fiat ex partibus communitatis, non ſit peccaminoſa, ſi non ſit de digniore.*

55 *Senatores eligentes indignos, peccant, & tenentur ad reſarcienda damna.*

56 *Papa,*

56 *Papa, & Princeps eligentes ſeruum ſcienter, ſeu irregularem videntur diſpenſando indignum habilitare ad officia; impedimentum eſt humanum.* n. 8. *non ſi à natura* n. 59.

57 L. Barbarius Philippus §. ſed ſi ſciſſet ff. de officio Prætoris.

59 *Princeps aliquid concedens infanti, vel impuberi, & diſcretione carenti, nihil facit in officiis habentibus perſonalem adminiſtrationem, ſecus ſi officium Conſiſtat in nomine,* vt n. 60. & 61.

60 L. fin. Cod. de milit. teſtamento, num. 61. & 62.

61 *Tribunatus officium quale, & de quo loquatur textus* in l. fin. Cod. de militari teſtamento.

63 *Tribunorum officium in bello quale fuiſſet.*

64 *Epiſcopus officia ſecularia ſui Epiſcopatus, quot eligere debeat, & qualiter in venditione,* & num. 66. *quid de beneficiis* num. 67. remiſſiuè.

65 *Epiſcopi ſupremam non habentes poteſtatem, poſſunt ſe habere, ſicut Domini titulares.*

66 *Officia Eccleſiaſtica nequeunt vendi ab Epiſcopis.*

68 *Eligi debent qui diligentes ſint, & prudentes ad Magiſtratus, quando alij nequeunt inueniri.*

69 *Electionum de officialibus praxis, contra quam exclamant nonnulli. Quid de Hiſpania,* num. 70.

71 *Dignior circa officia propriè appellatur non ſanctior, ſeu litteratiſſimus, ſed prudentior, & de Republica benemeritus.*

72 *Comitia antiqua dicta erant à coeundo in vnum, ad ſuffragia præſtanda in electionibus Magiſtratuum, Senatorum, & aliorum officialium Reipublicæ.*

73 *Comitia ſolebant fieri Romæ conſularia, prætoria, tribunitia, ædilitia, cenſoria, quæſtoria, &c.*

74 *Comitia Romæ quantam durationem habuerint.*

75 *Comitia calata, curiata, & centuriata fuerunt apud Romanos; & quæ iſta* num. 76. & 77. *vbi ad quos effectus, & in quibus locis,* num. 78.

79 *Comitia tributa quæ olim fuiſſent?* n. 60.

1 AD primam quæſtionis partem reſpondeo
dicendum vt Principes, ſiue Reges teneantur ad Iuſtitiam expediendam, create Magiſtratus
optimos, & præſtantiores ex toto ſubditorum cœtu: nam vt dicunt D. Hieronymus *epiſt. Paul. ad
Philippen.* Segura *in director. Iudic part. 1 cap. 13.
num. 8. in fine*, Vlcut. *in tract. de regimine mundi,
part. 4. q. 2. à n. 1.* Rim. *conſ. 103. num. 42* Franchis
2 *deciſ. 438. num. 5.* † pars magna communis ſalutis
in Conſiliariis optimis, & integerrimis eligendis
poſita eſt, & alij Doctores ex doctrina textûs *in
3 cap. ſiquis hominem 58. cauſa 11. q 3.* † Etenim
Maſtrillus *de Magiſtratibus*; dubium latè proſequutus *lib. 2. cap. 1.* ait nihil prodeſſe bene decernere, aut imperare, ſi Miniſtri, per quos negotia
expediri debeant deſides, ignaui, immites, &
aliis eiuſdem generis notis fœdati ſint.

Cum ergo veriſſimile ſit malum virum, mala
4 Iura adminiſtrare, vt tradit Iamblicus *in exhortatione ad Philoſophiam*; indequè, vt periculoſum

eſt inſanienti gladium; & ita improbo viro Magiſtratum committere, vt dicit D. Carol. Tapia
*lib. 2. Iuris Reg. num 2. & 3. de Official. in Reg.
conſt.* Subdens quod Princeps nimium inuigilare
debet in Magiſtratuum electione, cum ad Rempublicam in pace gerendam, quæ Principi fœlicem
hic vitam ducere facit: † ideo fiat vt Officialis ille, 5
& Iudex conſtitui debeat, qui à pueritia, & adoleſcentia, ac in matura ætate maxime vita ſuorum
probatus fuerit, ac immaculatus extiterit: ſic Didacus Perez *in l. 2. tit 6. lib. 1. ordinam. colum 254.*
Auiles *in capitibus Prætor. verb. que les dixe, n. 1.
& 2.* pulchra loquens, † ſunt enim, vt ait Maſtril- 6
lus *dict. cap 1. num* 10. Magiſtratus optimi potiſſima propugnacula, fortiſſima Caſtra, & murorum
potentiſſima phalans, † nam dum populi ab optimis 7
reguntur Magiſtratibus, nihil aliud ſibi quærunt.

Quippè cum Magiſtratus optimus in Republica 8
bene viſus ratione cuncta perſoluat, corda ſubditorum, qui rationales ſunt captet, & veluti rete
piſces: nam vt ait Demoſthenes *in oratione 2. contra Ariſtogit*, & Bieſius *lib. 4. de Republica*, eas
Reſpublicas maxime, ditiſſimequè floruiſſe, quæ
Magiſtratibus ſapientiſſimis, & optimis vtebantur,
† non inquam eſt poſſibile, ait Maſtrillus ſupra 9
num. 16. bene regi Rempublicam abſque bonis
Conſiliariis. † Siquidem mali Conſiliarij Principes 10
corrumpunt, ſi fortè, præſertim habeant aliquod
intereſſe, vt ex Heredia ait Mutius Surg. *in annot.
ad Neap. Illuſt. fol. 318. in fine*, Aluarot *in Speculo
Pontific. & Reg. cap. 54. à n 44.* Iuxta illud Eccleſ.
cap. 37. ibi: *à Conſiliario ſerua animam tuam, prius
ſcito quæ ſit illius neceſſitas, & quid ipſe in animo ſuo
cogitabit.*

Vnde venit dicendum, vt Conſiliarius debeat 11
eſſe talis, qui nihil nebuloſum habeat, nihil fallax.
nihil fabuloſum, nihil ſimulatum, quod vitam
eius, aut mores refellat, nihil improbum, ac maleuolum, vt dicit D. Ambroſius *lib. 1. de beneficiis,
cap 17.* † Et ob id Titius Romulus, vt refert Dio- 12
nyſius Alicarnaſſeus *lib. 10.* eum optimum Conſiliarium dicebat, qui ſententiam ſuam non ad gratiam, aut priuatas inimicitias, ſed ad communem
vtilitatem ferebat, † quare vt aduertit Ianſen. *in* 13
prouer cap. 20. Alex. Seuer. omnium fere optimus
Imperator habuit Conſiliarios Sabinum, Vlpianum, Paulum, Pomponium, Alfenum, Florentinum, Martianum, Calliſtratum, Hermogenem,
Venulcium, Triphonium Maximum, Celſum,
Proculum, & Modeſtinum, omnes Iuris profeſſores celeberrimos, quorum Conſilio omnia faciebat, † qui etiam nunquam eligebat Præſides, 14
Proconſules, & Legatos ad beneficium, ſed ad
Iudicium, vel ſuum, vel Senatus, iuxta textum *in
lib. 2. Cod. de officio Præſid.* ibi: *Prætoris electa opinionis in hac vrbe per ſingulos annos Iudicio Senatus præcipimus ordinari*, Ioannes de Platea *in l. 1.
Cod. de præt. & honor. præt. lib 12.* Michael Vlcur.
*de regimine mundi part. 4. quæſtione 2. numero 6.
& 8.*

Debent ergo Principes in eligendis Magiſtratibus rimari, conſiderare, & animaduertere, vt 15
ſicut Rempublicam deſtruunt, conſilium non
prudens, commodum priuatum, & odium latens, vt dicunt D. de Ponte *in tractat de poteſtate Proregis tit. de elect. officior §. 5. num. 10.*
Albericus *in lib. 1. Cod. de Iuſtinianeo Cod ee confirmando*: ita mali Magiſtratus, & improbi, in
quibus nihil boni reperiri poterit, niſi iuxta illud

Digitized by Google

Prouerb.*cap.*12.ibi: *Iniuſtitias, adulationes, cogitationes, iuſtorum iudicia, & Conſilia impiorum fraudulenta*; maximè ſi Conſiliarius ſit ignarus litterarum neſcius, imprudens in faciem Principis,
16 ſtudens, ei diſplicere timens; † Nec errabunt ſi Athenienſes veteres ſequantur, qui non omnes ad Conſilia, & Magiſtratus admittebant, ſed prudentiſſimos, & optimos, & vitæ integritate ſpectatiſſimos; atque hos Imperatores, & Legatos creabant, & Magiſtratus Vrbis omnes illis mandabant, vt refert Maſtrillus *dict. lib.*2. *de Magiſtrat. capit* 1. *num* 33.

17 Imò ſi fieri poſſet, debent imitari illos antiquos Imperatores, qui etſi luce vera priuati, meliores ſemper elegerunt; & v. ſic appareret omnibus, ante omnia eorum nomina populo proponebant, ipſum hortantes, vt ſi quis aduerſus eos, quid haberet criminis probaret manifeſtis rebus, ſicut de Imperatore Alex. Seuero refert Lamprid. *in eius vita*, referunt Simancas *de Catho. inſtitut. titul.* 41. *de Miniſtris, & eorum officiis num.*2. Bobadilla *in polit. lib.*1. *capit.*3. *numer.*9. & Carolus Octauus Rex Galliæ idem exequebatur, vt notat
18 Arno.Ferr.*lib* 2. *de rebus geſtis*, † qui propterea eos optimos diceret, quos ambitio nulla, nulluſque priuati boni detorqueat intuitus: quippe nota probitate, ac Reipublicæ ſtudio, perſpicacique iudicio, communem ſalutem æſtimare, & mala obſtantia cognoſcere poſſint ad notata per Bartol. *in tract. de regimine ciuit. quæſt.*2. *num.*9. Auiles *in proœm. cap. Prætor. verb. à cordado num.*13. † vbi
19 ait quod Rex debet habere probos, & honeſtos Conſiliarios, & expertos: nam vt dicebat Petr. Crinit. *lib.*6. *de honeſt. cap.*6. † eam tutiorem me-
20 lioremquè Rempublicam eſſe, in qua Princeps malus eſt: quàm in qua ſunt Conſiliarij, Principes mali; quia ſi Princeps effrenatus eſt bonorum, Conſiliariorum virtus retinet, ſi malè morigeratus fama populi ſibi ſecretò per aliquem ex Con-
21 ſiliariis denunciatur; & ſic de ſingulis. † Verùm ſi Conſiliarij, qui Principi veritatem conſulere debent mali ſint, eiuſquè iniuſtitias taceant, ad delictum pertinebit Principum, qui prauos Iudices contra voluntatem Dei, populis præficiunt: † nam
22 vt populi delictum eſt, quando Principes mali ſunt; ſic Principis eſt peccatum, quando Iudices iniqui exiſtunt, vt dixit Iſidor. *lib.*3.*cap.*54. tradunt alia Maſtrillus ſupra, *à numer.* 23. Petrus Gregor. Tholoſ. *in ſyntagmat. iuris part.*3.*lib.*47. *capit.*15. *num.*27.

23 Ex his ad difficultatem facilis videtur reſponſio: nempe vt Reges, Principes, ſiue alij Superiores maiorem habentes poteſtatem, debeant ad officia publica Reipublicæ iuriſdictionalia eligere digniores, & habiliores è ſuo Regno, populo, ſiue Prouincia; quia ita de Senatoribus, & Iudicibus ſupremis, alios Iudices, ſeu officiales eligentes, dicitur infra *in verſ. ad ſecundam.* † Tamen reſpectu
24 Regum, & aliorum ſupremum habentium imperium, exiſtimo, vt ſufficiat fieri electio de Miniſtro digno, habili, & capaci, etſi non ſit habilior, vt docent Bartol. *in l. cum quidam ff. de leg.*2. per textum *in l. cum pater §. ergo ff. eodem, & l. ex facto §. ſi quis rogatus* 2. *ff. ad Trebellian. §. eos autem in auth vt Iudic. ſine quoquo ſuffragio auth. de defenſoribus ciuitat. in princ. & in l.* 2. *Cod. de decurion. lib.*10. Molina *de Hiſpanor. primog. lib.*2. *cap.*5. *in princ. & n.*65. Peguera *in pract. cap.*7. *n.*9. *&* 10.

25 Et ſic videntur ſentire Caietanus *in ſumma verb. Electio*, Vaſquez *in opuſculo de beneficiis cap.*2. §.5. *dub.*13. *num.*97. cum Molſeſio *tom.*1. *tract.* 6. *cap.*6. *num.* 83. Homobonus *in examin. Eccleſ. part.*2. *tract.*9. *cap.*4. *quæſtione* 7. quatenus dicunt eſſe opinionem probabilem illam, quæ docet, vt in officiis ſæcularibus ſufficiat eligere dignum, relicto digniori, quos ego intelligo cum Diana *part.*2. *tractat.*15. *miſcell. reſ. fin. verſic. dico tertiò.* Loqui in Principe ſupremo, officia diſpenſante: & ſecundum hanc partem videtur expreſsè prouiſum in Regno Siciliæ per *capit. Regis Ferdinandi* 64. vt tradit, ac tenet etiam Maſtrill. *de Magiſtrat. dict. part.* 2. *cap.*1. *num.* 63. vbi *n.* 64. refert Doctores agentes de hoc puncto in foro conſcientiæ, inter quos Gutierrez *lib.*2. *canonic. quæſt. cap.*11. *n.*42. Bañez *de Iuſtitia folio* 192. Salon. & Soto *in eodem tract.* ille *tom.*1. *folio* 192. iſte *q.*6. *art.*1. *concluſione* 9. Caietan. 2.2. *quæſt.*18. *artic.*1. Scotus, & Ricardus *in* 4. *cap.* 15. Couarruuias *in regula peccatum*, §.7. Doctores *in cap. his quicumque* 1. *quæſtione prima*, Vaſquez *controuerſ. illuſtrium perſon. capite* 27. *&* 43. Padilla *in lib. cum quidam, num.*19. & D. Carolus de Tapia *in conſtitut. Iudices in verb. diſcretio, fol.*108. de quo dubio conſcientiæ poſt illos alij multi; ſed Ego exiſtimo vt quia in foro externo licet Principibus eligere dignos; ob id nec peccare, ſi digniores non eligant: nam alias anxij eorde continuo vagarent. Et his omnibus addo etiam Dianam *part.*1. *tractat.* 15. *Miſcellan.*1. *reſ.*67. Villalobos *in ſumma part.*2. *tractat.*8. *diſ.*6. *num.*8. *&* 9. qui etſi dicant Principem peccare, tamen dicunt probabilem eſſe ſententiam à nobis adductam, vt dixit Turrianus *in ſelectis diſput. centur.*2. *cenſ. Theologica dubio* 87. cum Vaſquez, & amplectitur Sanchez *in*
*opuſculo tom.*1. *lib.*2. *cap.*1. *dubio* 36. *num.*15. † vbi 26
quod quando electio non fit per plura ſuffragia, ſed ab vno tantum, ſufficiat eligere dignum ex ciuibus Reipublicæ; imò, & de Papa, & Rege, habentibus conferendi liberam poteſtatem, dicetur non peccare eligendo ad beneficia curata dignos, prætermiſſo digniori, item & ad Epiſcopatum, niſi digniores in promptu ſint, cum alioquin ſemper tenerentur quærere digniores, quod à Papa, & Rege exigere durum eſſe ait Reginald. *tom.*2. *lib.*20. *tractat.*3. *cap.* 14. *n.*179. quem ſequuntur etiam Ægidius Trullench. *in opere morali lib.*7.*cap.*11. *dub.*8.*ſub n* 4. Dian. *dict. part.*1.*tr.*15. *Miſcell.*1.*reſ.*4.*in fine*, contra Leſſium *lib.*1.*de Iuſtit.*
*cap.*34. *dub.*14. *num.*64. affirmantem, † eſſet ta- 27
men abſurdum nimis in vtroque foro; imò & iniuſtum quod præferrent imperitos peritis, nouellos antiquis, ac rudes emeritis, vt dixerunt Ioannes de Platea *in l.*1.*cod. de princip. agent. in rebus lib.*10. Boërius *de diſciplina ſchol. cap.*6.

Verum non euacuabitur à culpa Princeps, ſeu 28
Rex, qui ſuper electionibus faciendis Miniſtrorum, præcipuè maiorum iudicum, non requirat conſilium à ſuis melioribus, ac confidentiariis, ſupremis Conſiliariis, informatis de vita, literis, moribus; ac aptitudine eligendorum ad officia ſæcularia; quia etſi Princeps ſit ſapiens; tenetur, vt dixerunt Auiles, vbi ſuprà *num.* 3. Maſtrillus *dict. cap.* 1. *num.* 42. amplecti libenter Magiſtratuum conſilia, iuxta illud Eccleſiaſt. *cap.*32. ibi: *Fili ſine conſilio nihil facias, & poſt factum non pœniteas*, & Thobiæ 4 *conſilium ſemper a ſapiente perquirito* & Prouerb.*cap.*8. ibi: *Ego ſapientia habito in conſilio, & eruditis interſum cogitationibus*, & ſecundùm aliam literam Vatabli: *Ego ſapientia cohabito ſolertia,*

lertia , & ſcientiam conſiliorum aſſequor, vt etiam
repetit in eiſdem *Proaerb.cap.*12.ibi.*Via ſtulti recta
in oculis eius ; qui autem ſapiens eſt audit co-ſilia,
& cap.*13.*inter ſuperbos* (ait) *Iurgia ſunt , qui au-
tem agunt omnia cum conſilio,reguntur ſapientia* : &
de iure eſt textus *in l. placet* , vbi Bald. Iaſon *in* 1.
lect. & alij Doctores *cod. de ſacroſanct. Eccleſ.*
Auiles iam citatus *verb.acordado à num.*1.
29 Et confirmatur ex his , quæ tradunt Dionyſius
Caſſianus *in vita Adriani Imperatoris* , ſcribens ,
quod Imperator ille in quocumque negotio liben-
ter patiebatur admoneri , & corrigi , nedum à Ma-
giſtratibus , ſed etiam ab humili qualibet perſona;
& quod idem in principio ſui imperij obſeruauit
Tiberius Cæſar,teſtatur Suetonius *in eius vita* ; fa-
ciunt etiam verba ſequentia Senecæ *lib.* 19. *epiſt.*
110. dum ſcribens ad Lucil. amicum ſuum , quæ-
rentem nùm ſapiens , aliquid acturus , debeat ab
aliis perquirere conſilium : & affirmatiuè reſpon-
dens , provt Medicus Medicum in eius infirmitati-
bus adire debet, ſequentibus verbis , *Quid ſapiens
ſapienti proderit ? impetum illi dabit occaſiones
actionum honeſtarum , commonſtrabit præter hæc,
aliquas ſuas cogitationes exprimet , docebit quæ in-
uenerit ; ſemper enim , & ſapienti reſtabit quod in-
ueniat , & quo animus eius excurrat : nam æquius
eſt (dicebat) Imperator Antoninus , vt ego tot ami-
corum conſilium ſequar , quàm vt tot meam vnius
voluntatem ſequantur.*
30 Nec ex eo quod Conſiliarius prudens, pius , ac
in ſententia dicenda modeſtus Principi non conſu-
net , eſt impatienter à Principe recipiendus , ſed
humaniter ab illo eſt audiendus , vt ſalus publica
illæſa conſiſtat ; alias enim Princeps non admittens,
amittet dignitatem, exemplo Roboan , qui ſenio-
ribus non credidit 3. *Reg.cap.*12. *verſ.ſpon.cap.*10.
31 *& cap. denique* 8.*q* 1. † Nec mirum ſi aliquando
peccant ; quoniam , vt dixit Seneca hoc ſolo pri-
uentur magna faſtigia, quia præ timore,vel magna
reuerentia non eſt qui eis dicat veritatem , Bald.
*conſ.vltimo col.*5.*p.*1 Decius *conſ* 189.*in fine* , Petr.
Gregor.*de conceſſione feudi p.*1.*in princ.n.*7. Auiles
in proœmio cap Prætor.dict.verb.acordado,à num 1.
23 † Debet enim Princeps Magiſtratus , ſiue Conſi-
liarios ſuos vocare , & facere , vt cum ad eius latus
ſedeant,iuxta illud Eſdræ *cap.*3.& Bartol.*in l. iuris
peritos , in principio ff de excuſat. tutorum* , & *in
l.*3.*cod.de uſuar.lib.*10.
33 Abſit verò à bonis Principibus , vt ægrè ferant
ſincera , piàque conſilia ſuis opinionibus diſſenta-
nea , ſi meliura ſint , aut ſententiam propria au-
thoritate mentiantur , non ratione , pondere , ac
pietate : nam ſi potentiâ in hoc genere abutantur
toruis oculis intuentes , aut verbis auſteris repellen-
tes , quos ſibi accipere concernunt hoc ipſn com-
mune bonum labefactant , vt ſcribit Maſtrillus *in*
34 *dict.c.*1.*n.*52. † Quare ne Reges prædictos Conſi-
liarios audire nolentes obcęcari omninò videantur;
optimum erit ſi ſequantur , quod Demetrius Pha-
lerius hortabatur Optolomeum Regem ; nempe
vt libros de Regno ſcriptos emerent , ac legerent:
nam de quibus ámici Regis illum admonere non
auderent ea in libris eſſent ſcripta : ſic Stobæus *in
admonitione de Regno ſermone* 48.
35 Et præmaximè procedere debebit , quandò ti-
meret & Rex, ſeu Princeps quod venderetur à ſuis
officialibus , & Magiſtratibus , ſicut Imperator
Diocletianus affirmare ſolebat , quod bonus , cau-
tus , & optimus Princeps ſolebat ab illis vendi : ita
refert Flauius Vopiſc. *in aurel.* in verbis ſequenti-
bus.*Nihil eſſe difficilius , quàm bene imperare , col-
ligunt ſe quatuor , vel quinque , atque vnum Conſi-
lium ad decipiendum Imperatorem cupiunt, dicunt
quid probandum ſit ? Imperator qui Domi clauſus
eſt , vera non nouit , cogitur hoc tantum ſcire quod
illi loquuntur , facit iudices , quos fieri non oportet,
amouet à Republica , quod debet retinere quid
multa?*
Vnde mihi , ſicut , & aliis videtur , vt nimium 36
non debeat ipſis tribuere ; adeo quòd illos audaces
ita efficiat , vt ſua ipſius bonitate nimium abutan-
tur, atque ſuarum hoc faciant prætextu rapinarum,
(quod non credo contingere temporibus hiſce , &
ab aliis retro inter noſtrum Piiſſimum , ac Catho-
liciſſimum Regem Philippum IV. & eius ſupre-
mos Conſiliarios , & Officiales , tot Conſiliorum
ſupremorum , quæ in hac Curia Matriten. creata
ſint ; & ſi multis ab hinc annnis audiamus vulgi
quærelas , an iuſtas relinquo prudentioribus rumi-
nãdas ab effectibus ſucceſſiuis [noſtræ Monarchiæ.)
† Sed non deſinam admonere accidere poſſe , vt 37
contingat aliquos Officiales creari , qui cum Prin-
cipem nihil aliud , quàm quod ipſi conſulunt,
agere conſpexerint per hanc occaſionem , non iam
Principi , ſed ſibi ipſis conſulant , non publicæ vti-
litati ; ſed propriæ auaritiæ ſeruiendo, vt dixit Ter-
menat.*in Republica God.cap.*18.
Hinc enim ſcribunt Auiles *in proœm cap. Prætor* 38
*n.*12.*dict.verb. Acordado*, Maſtrillus *de Magiſtrat.
dict. lib.*2. *cap.* 1.*n.*57 puniendum eſſe Conſilia-
rium , qui de grauibus , tanquam leuibus , & è
contra Principi conſulit : quare cum eodem Ter-
menat.*dict.cap.*18. † dico quod ſi Princeps, aut Rex 39
habeat ſuos Conſiliarios ſæpè ſuſpenſos , quam eo-
rum conſultationem ſequi , efficiet ſanè , vt quo-
tidie meliora conſilia excogitare , ac præbere ni-
tantur. Et ob id concludo cum Diuo Gregorio *in
regiſt.cap.*33. *diſt* 9. *vt nullus fidelior tibi* (ô Rex)
*ad conſilium eſſe poſſit quam qui non tua , ſed te di-
ligit.*
Ad ſecundam quæſtionis partem , de qua ſo- 40
lent anxiè diſputare , & ſub inuolucro verborum
ſuppoſitis quæ dixi *in toto verſ. ad primam de Prin-
cipe eligente* ; & ſuppoſito etiam quòd de iure com-
muni ſpectabat ad Senatores Ciuitatis officiorum
electio , vt inter multos obſeruarunt Azeuedus , &
Matienzo *in l.*1.*lib.*5. *tit.*18. *recopil.* Villadiego
*in politica cap.*1. §. 17.*num* 32. cum aliis antiquis.
Et ſuppoſito etiam quod antiquitas Romæ obſer-
uabat , vt per ſortes fieret electio (vt loquitur ta-
citus) *Vrna quid eſſet agendum decernebat* , vt &
annotauit erudítiſſimus Florent.*in illa verba Horatij
lib.* 1. *odc.* 4 ibi : *nec Regna vini ſortiere tales* , vbi
ait , *ſortiri iudices , & Magiſtratus dicebant Ro-
mani* ; cum verò Iudices , qui Magiſtratus, ac pro-
uinciarum Rectores futuri erant , ſorte eligebantur , vti etiam ex pluribus notauit eruditus Torre-
blanca *in epitome delict.ſeu de Magia lib.*1. *cap* 2.
*n.*50.imò ad hunc morem alluſiſſe *Virg.*6.*Æneid.*
In illis verbis *quæſitor minos Vrnum mouet* , putauit
Beroaldus *in ſueton.cap.*29.*in vita Octaui Augusti*,
ex quibus nunc intelligo quæ dixi infra *in cap* 4.
*de foro comp.quæſt.de iudicibus per ſortitionem ci en-
ſandis, vel non*, de quo more , etiam latè Iulius La-
uorius omnino videndus *variar. lucubrat. in hoc
tract.tit.*4.*cap.*20.*per totum à n.*7.vbi refert ex Giun-
chio *lib.*1.2.*&* 3. pluribus in locis,tempore Veſpa-
ſiani Imperatoris , vt cum altercatio de ratione fe-
rendi ſuffragia occaſione cuiuſdã legationis in Se-
natum accidiſſet , Marcelli obtinuerit ſententia , vt

Digitized by Google

ſecundum vetera exempla, quæ ſortem legationibus poſuerant; eo quoque tempore retineretur, & res non nominatim, ſed vrna diſcerneretur, ne ambitioni, aut inimicitiis locus relinqueretur, *ex dict.* Cornelio Tacito *lib.2. annal. & ex Cicerone lib.1. de diuinatione pro Pantio*; item & quod pro ſuffragiis ferendis omnium Tribuum nómina in ciſtellam quandam coniiciebantur, vt qui prior exiret, prior ſuffragium ferret, ex Hiſtoria Tyberij Gracchi: plura adducunt Grach. apud Appianum *lib.1. n.112. litera G. H. lib.2. tit.132. & 1.9. litera C.* Victor. *lib.25. variar. cap.15.* Paylan. *in Meſen.* Dionyſius *lib.4. Hiſt.* & alii.

41 Et ſuppoſito ſecundò quod Thomas Sanchez *in ſumma tom.1. lib.1. cap.13. num.* . Diana *part.1. tract.15. miſcell. reſ.* approbant prædictam electionem per ſortes, ſicut etiam olim fieri ſoleret in Sicilia, vt ex Plutarcho obſeruat Del Rius *in diſquiſit. Magic. lib.4. cap.24. quæſt.1.* Portel *in additionib. ad dubia regularia verb. Electio n.4.* quæ, & nunc practicatur in electione officialium. Panormi. *in forma ſequenti*; ſcilicet vt ex multis eliguntur tres per ſecreta ſuffragia, qui poſtea mittuntur in vrnam, & primus qui poſtea ſine fraude à deputata perſona ſumitur, is officium conſequitur: ſic Portel citatus, & Diana, & multi relati à Sanchez *in lib.2. ſumm. cap.38. num.58.* †

42 & ſic de Virginibus Orphanis maritandis, ſeu religioni dicandis, vidi quotannis practicari in Eccleſia Valliſoletana, vbi ad adiudicandas v.g. octo, ſiue duodecim pias dotationes, mittebantur in vrna nomina ſigillatim ſcripta in ſchedulis quarumlibet prætendentium in numero centum plus, minuſve; & ex his puer propria manu ab Vrna ſingulas extrahendo, illæ, quæ primo exiſſent, quouſque numerus extenuaretur; ſic vt tantundem in Vrna remanerent viginti quatuor ad nihilum proficiebant, & ex remanentibus in prædicta Vrna, tunc cui ſchedulæ abſtractæ ab Vrna per puerum obtigeret ſors, Virgini talis nominis adiudicaretur Præbenda, repetendo abſtractionem tot vicibus, ac eſſent præbendæ prouidendæ. Et iſte modus, vt iuſtus, practicatur in hac, ſeu alia ſimili forma in aliis Cathedralibus, confraternitatibus, ſiue communitatibus habentibus ius patronatus earum; vt ſic affectiones, negociationes, & aliæ illicitæ diligentiæ euitentur.

43 Vnum tamen notabis cum Suarez *de religionib. tom.1. lib.2. cap.22.* Sanchez *in ſumm. dict. tom.1. lib.2. mor. cap.38. n.68.* Toleto *lib.4. ſumm. cap.15. n.2.* Sayro *de clauı Regia lib.4. cap.5. n.20.* Martino Bonacina *de legib. p.3. q.5. puncto 3. n.12.* & aliis dicentibus quod ſi quis vtatur in ſortibus aliqua fraude, ſit iniuſtitiæ peccatum, ſicut ſi ea vteretur in ludo; vt ſic excluderentur habentes partem in ſorte, vt contingere poteſt; veluti ſi aliquis ex electoribus, poſtquam eligendi ſunt in Vrna cum aliis, vel in pileo, vnum pro alio eligat, vel aliquam Chartulam v.g. ex tribus paulò grandiorem efficiat, vt illam facilius aliis in pileo relictis ſumat; & hoc quia aliis duobus infert fraudulenter iniuriam in re graui.

44 Et licèt ſortium vſus apud pleraſque nationes ſit receptus, vt ſorte diuidatur quod poteſt in diſtributione eſſe confuſum; quæ eſt propriiſſima acceptio, de qua in hac tractatione, præter alias acceptiones, ſcilicet, vt ſors accipiatur pro fortuna, conditione, vel ſtatu cuiuſque hominis, vt *in l. fin. de ſpect. Cod. lib.11.* vel pro ſortilegio, & diuinatione, de qua *in cap.1. & 2.* infra *de ſortilegiis.* Tertiò pro capitali, ſiue pecunia prima, & ſumma principali, quæ mutuatur *cap.1. & 2. & cap. conqueſtus de vſuris, l. acceptam Cod. eodem.* Quartò pro parte, ſeu portione hæreditatis, vel patrimonij, *cap. cleros diſt.21. cap. cum ſecundum de præbend.* Quintò pro facto, ſeu fatali neceſſitate ſecundùm Papiam, quem refert Lucas de Peña *in l.2. in principio Cod. quando, & quibus quarta pars debit. lib.10.* Sextò Metaphoricè pro gratia Dei; qua ſaluamur, vt dicitur Pſalmo 36. *in manibus tuis ſortes meæ.* Septimò denique pro particulari, & fortuito caſu, vel euentu, quod fit ab homine ad diſcernendum per euentum fortunæ, quid cuique ſit tribuendum; quæ ſors diuiſoria ſolet à Theologis vocari, & damnando ſortes diuinatorias, & alias illicitas, de quibus *in dict. cap.1. & 2. de ſortilegiis*; nunc dubium eſſe poteſt, nùm hæc ſint permiſſæ, etiam de Iure Canonico; Et generaliter reſpondeo, eas permitti per gloſſ. *in cap. Cleros 21. dict. verſ. primum*, vbi tempore neceſſitatis ſorte vti poſſumus; *cap. non exemplo 26. q.2. cap. ſors*, ibi, vbi in Magiſtratibus eligendis nihil mali ſors habere videtur ex D. Auguſtino *Pſalmo* 301. imò & Iure ciuili videmus, vt dubium factum ſorte diuimatur, *in l. cum ambo ff. de iudiciis, §. optionis*, vbi gloſſ. *verb. ſorte inſtit. de leg. l. in tribus cum l. ſequenti ff. de leg.3. l.1.* cum gloſſa, & Baldo *Cod. quando, & quibus quarta pars, l.10. l. Iudicium ff. finium regund. l. ſi duobus Cod. comm. deleg.* vbi Bald. Iudicium ſortis, fortunæ Iudicium eſſe perhibet, cum iudex eſt Deus, teſte Seneca *epiſtol.7. ad Lucillum*, cui enim eſt credendum; quia cum fortuna, & muta ſit, & ſurda, & ſortis Iudicium ſinceritate munitum credatur, & conſequenter ſit cuique inexorabilis, vt teſtatur Conſultus *in dict. l. ſi duobus*. vbi idem Bald. notat quod à Iudicio ſortis, non datur appellatio: Videbis *l. ſi qua ſunt cautiones ff. familia erciſcunda.*

Sed maius dubium, nùm ſortes in electionibus 45
Canonicis permittantur; & videtur quod ſic, cum ex dictis de natura ſua, nihil mali intercedere videatur, nec illicitum eſſe illis vti, vt declarat D. Auguſt. *Pſalm 30.* & tranſumptiuè *in dict. cap. ſors 26. q.2.* & communiter Theologi; niſi ratione alicuius circumſtantiæ aliquid mali accedat; veluti diuinationis, ſeu ſortilegij, & ſic Bald. *in l. fin. cod. commun. delegat.* dixit ſortem non eſſe peccatum, nec prohibitam rationem fiois; non enim in hac ſorte militare videntur rationes prohibitoriæ; prout eſt diuinatio, & ex aliis teſtamenti veteris *lib.1. Ther. cap.3.* Ioſue, *cap.18.* prouerb. *cap.16. lib.1. Regum. cap.10.* & eodem *lib. cap.14.* & Ionæ *cap.1.* vbi referuntur etiam electiones Regum ſorte factas, & ex Actis Apoſtol. *cap.1.* videmus quod S. Matthias ſorte in Apoſtolatum electus fuit Et ſic dixit Cardinalis *conſ.150. in fine*, vt ſi inter duos de Pontificatu contendatur ſorte dirimi poſſit, vt cum aliis tradit Iulius Lauor. *dict. in 4. cap.10. var. lucub.* dum tamen fiat de conſenſu vniuerſalis Eccleſiæ ſeu Concilij Generalis, vel Domin. Cardinalium, quantum ad hoc repræſentantium vniuerſalem Eccleſiam, cuius principaliter intereſt, iuxta quæ etiam retuli *in cap.7. hoc titulo*; indequè inferri, vt in beneficialibus detur locus ſorti. Verùm quia alij ex eodem Cardinali *in cap. licet cauſam, de prob.* & *in cap. cum qui, de eo, qui mittitur in poſſeſſion. lib.6.* contrarium teneant, ne detur vitioſus ingreſſus; ideo dices de Iure noſtro Canonico has ſortes eſſe prohibitas in Eccleſiaſticis Præbendis

Digitized by Google

bendis ex regula textus *in c. Eccleſia veſtra 3. de ſortilegiis*, vbi latiſſimè dico: nam cum tales electiones debeant fieri Spiritus ſancti inſpiratione, & inuocatione, ſitquè periculum ne Dæmon inuocetur in eis cum periculo idolatriæ; item & iuxta formam. *c. ſi e.* ſuprà *hoc titulo*, *c. quia propter*, *c. indemnitatibus eodem lib. 6.* & quia oportet eligi digniores, vt in hac quæſtione dicimus, & in aliis *ſuprà* ſequitur nunc breuiter reſpondendum hoc non prouenire à natura ſortis diuiſoriæ, ſed à ratione prohibente iuxta literam *dict. c. 3. de ſortilegiis*; propter mala ſortilegia Dæmonis, quæ valent intermiſceri; & ſic euenit, vt ſicut in caſibus, in quibus nulla cadit Eccleſiaſtica adminiſtratio, vſus ſortium non eſt per ſe malus; ita nec prohibeatur etiam in Eccleſiaſticis, ſi concurrat priuilegium Apoſtolicum, vt legitur de electione diſcretorum, ſeu ſociorum Prælati apud congregationem ſancti Bernard. in Italia Monachorum ordinis Ciſtercienſ. Canonicorum Regularium S. Saluatoris, & aliorum, de quibus Frater Sigiſmund. *p. 1. c. 4. dub. 27. n. 6* Ludouic. Miranda *in manual. Prælator. tom 2. q 23. art 17. concl. 3.* Lauor. *dict. c. 20. tit. 4. n. 39.*

46 Quare, etſi vſque ad noſtra ferè tempora, vt Ego ſæpiùs vidi in noſtris Regnis Caſtellæ, & Legion. fuerit in praxi actitatum, vt quoties duo ex coopoſitoribus ad Canonicatus Magiſtrales, ſeu Doctorales, eſſent in paritate ſuffragiorum; tunc non deueniretur ad ſortes, ſed ad qualitates generis, officiorum dignitate, graduum literaturæ in vniuerſitatibus, & ætatis ipſorum prætendentium, factis, & receptis informationibus, per teſtes, & inſtrumenta reperta à Præbendato ad id nominato per Capitulum Cathedralis Eccleſiæ: quibus viſis per omnes Capitulares, tunc ei, qui vberius probaret, adiudicaretur Præbenda, vt inter alios caſus vidi in Eccleſia Chonchen. anno 1634. inter DD. Antonium Painum hodie Archiepiſcop. Burgenſ. & DD. Franciſcum Barrientos, Canonic. tunc Granaten. qui migrauit è vita, iam tempore currente, Canonicus Magiſtralis ſacræ Scripturæ Hiſpalenſ. & hoc iuxta formularium amplum Bullæ Sixti V. & aliam Leonis X. quas ad literam longè explicans, refert Nicolaus Garcia *de beneficiis p. 5. cap. 4. à num. 169.* Tamen iam à decem annis nunc in ſimili æqualitate ſuffragiorum vulgò *empate* practicatur, vt ſorte adiudicetur vbi eorum præbenda in concurſu prætenſa per electa, vt in Eccleſia Abulenſ. contigit in Canonicatu Pænitentiariæ inter R. Antonium Caſtanon. cui ſors obtigit, & R. Paton. de Aiala, tunc Canonicus Magiſtral. Ciuitaten. nunc Magiſtrum Infantis Margaritæ, quod ſic iam fieri patet ob euitandas ignominias, quæ accreſcebantur ei, qui apparebat minus idoneus, item & falſas informationes, ſuppoſitas contra veritatem, quæ ad id ex maiori diligentia vnius fieri ſolebant; quæ praxis nititur in Bulla ad id expedita à Romano Pontifice quam ad literam poſui infra *in cap. quia propter 43. quæſt. fin. num. fin.* Vbi & iterum dixi: *de hoc modo election. in paritate votorum.*

47 Et ſuppoſito etiam quod Officiales maiores tenentur habere plenam notitiam de Magiſtratibus creandis *ex cap. bonæ el. 2. ſupra de poſtul. Prælat.* Vbi Abbas *notab. 12.* ait quod eligentes, non ſaluant conſcientiam ſuam eligendo illum, cuius plenam non habeant notitiam, cum ad eos ſpectat Principem conſulere circa Officialium electionem. Ioannes de Platea *in Rub. quemadmodum Ciuil. muner. in fine lib. 10.* Afflictis *in conſtitut. vniuerſi*
num. 50. Bobadilla *in politica cap. 3. num. 4.* † Vbi 48
ait eligi debere qui bona exiſtimatione noti ſunt, *ex cap. Epiſcopus 63. diſt.* & ex textu *in l. ſed etſi ex improuiſo ff. de re militari* ibi: *inſpecto eius vitæ præcedentis actu*, & ex textu *in l. non omnes §. Barbarius ff. eodem* ibi: *Sed licèt hoc liquido conſtare non poſſit argumentis: tamen cognoſcendum eſt, etſi bonus miles ante æſtimatus fuerit; propè eſt, vt affirmationi eius credatur, ſi emanſor, aut negligens ſuorum, aut ſegnis, aut extra contubernium agens, non credatur.*

Quod ſi adipiſci integram notitiam nequeant, 49
exiſtiment Angelus *de clauſ. in ſumm. verb. elect. §. 22.* Tabiena *in ſumma, eodem verbo §. 17.* ſat eſſe, aut ex notitia propria, aut ex relatione aliorum ad dignoſcendum eligendorum partes; ſic vt leuis ignorantia notitiæ Iudicum eligentem excuſet, vt per prædictos referunt, & ſequuntur Burgos de Paz *in l. 2. Tauri n 86.* Maſtrillus *de Magiſtratibus lib. 2. cap 1. n. 70.* Nec ob hoc excuſentur ab accurata inquiſitione vitæ, morum, eligendi peritiæ, & aptitudinis, vt notabiliter notarunt Cardinalis *in Clem. 1. de conceſ. Præbend.* Alciat. *de præſumpt. reg. 3. præſumpt 2. n. 6* † ſequitur dicendum in pro- 50
poſitu noſtræ quæſtionis, vt Magiſtratus electores teneantur, iuxta præfatam diſquiſitionem eligere, ſiue proponere Regi eligendos meliores, & digniores, taliter vt alias ipſi de eorum exceſſibus teneantur, vt docent Doctores ad textum *in l. ſi ſeruus ſeruum, §. fin. & §. ſi fornicarius ff. ad leg. Aquil.* Ceruantes *in l 1. Tauri num. 12. fol. 14.* Domin. de Ponte *in tract. de poteſt. Proregis tit. de elect. officiorum num. 7.* † Vbi *num. 6.* dixerat quod eligentes, 51
& nominantes Officiales ad Iuſtitiæ adminiſtrationem, tenentur maximè animaduertere; quia non debent in hoc gratificare perſonis, nec attendere preces, vel aliorum interceſſiones.

Imò & ſubdit à Ponte *dict. num. 7.* ex communi 52
Theologorum ſententia, non ſolum committere peccatum electores dignos tantum eligendos prætermiſſis dignioribus; ſed teneri ad reſtitutionem omnium damnorum, ſiue attendatur commutatiua, ſiue diſtributiua iuſtitia. † Et quod ſub pœna 53
peccati mortalis teneantur Senatores, & Magiſtratus Vrbis eligere digniores, docuerunt Bañes *22. quæſt. 63. artic. 2. dub. 6.* Salon. *2. 2. quæſt. 63. artic. 5. contr. 9. concl. 2.* Leſſius *de Iuſtit. lib. 2. cap. 32. dub. 3. num. 17.* ob quod dixit Auiles *in cap. 17. Prætor. verb. eligant num. 2.* ſpectare de Iure communi ad Concilium Ciuitatis electionem Officialium, & quod talis electio debeat fieri de magis idoneis: idem docent Ioannes Valerus *in differentiis vtriuſque fori verb. electio differentia 2. num. 3.* ibi: *qui libet diſtributor, ſeu ad collator munerum Reſpublicæ, tenetur ea conferre dignioribus ſub pœna peccati mortalis*, Bobadilla *in polit. tom. 2. lib. 3. cap 8. n. 45.* ibi: *Toca a los reſidores la eleccion de los oficios, y deben eligir los mas idoneos expertos para ellos* idem aliis verbis docent ex doctrina D. Thomæ Madariaga *in tract. de Senatu cap. 42.* Ledeſma *in ſumm. tom. 2. tract. 7. cap. 2. difficult. 5.* Petrus d'Aragon. *in 2. 2. dict. quæſt. 63. art. 2.* ibi: *ſi Reſpublica ad plura ſuffragia eligeret Miniſtros, quilibet ſub peccato mortali teneretur ſuffragari digniori.* † docent etiam 54
Innocent. *in cap. cum olim de reſtit. ſpoliat. num 2.* Platea *in l. humilioribus Cod. de ſuſceptorib. lib. 10. num. 2.* & omnes ex ea ratione; quia hæc officia ſunt bona communia, quæ ordinantur in bonum Reipublicæ, & in dignitatem, & honorem perſonæ; quæ debent diſpenſari dignioribus; cumque

dictâ

dicta officia ſint inſtitura ad conſeruationem, & gubernationem Reipublicæ, ſintque fructuoſa, & honorifica, venit, vt debeant reſpondere meritis, tanquam præmia.

55 Et licèt aliqui ex doctrina Caietani, Vaſquez, Molfeſii, & Homoboni ſupra *in principio à num.* 1. adductorum, dicant probabilem eſſe eam opinionem, quæ docet in officiis ſæcularibus ſufficere eligere dignum, vel ſecto digniori: tamen, vt iam ibi dixi hæc doctrina procedit in Principe, Rege, ſeu

56 Pontifice diſpenſante, & eligente † vel vt exiſtimat Sanchez *in conſiliis moralib. p.* 1. *lib.* 2. *cap.* 1 *dubio* 36. *à num.* 11 procedere eam in officiis ſæcularibus, quæ non habent adminiſtrationem Iuſtitiæ, in quibus ſatis erit eligere dignos ad vitandum peccatum mortale: ſequitur etiam Ægidius Trullenc. *in opere morali p.* 2. *tom.* 11. *lib.* 7. *dubio* 8. *ſub dict. n.* 4.

57 † Vbi addit quod ſi officia habeant Iuſtitiæ adminiſtrationem, etiam, ſi electio non fiat ex particularibus eiuſdem communitatis; imò etſi facienda ſit ab vno electore, ſi tamen facienda ſit de particularibus Communitatis illius probabilius eſſe, vt tantum ſit peccatum veniale non eligere digniorem, & meliorem, vt quando Rex eligit Præſides, vel Auditores Regios, vel Prætores &c. qui, & Sanchez ſupra, vt vides, loquuntur de Rege. Et ita relatam à nobis ſententiam docent etiam Vega *in ſumma. p.* 2. *c. p.* 8. *n.* 4. Turrianus *in* 2. 2. *tom.* 2 *diſp.* 23. *dubio* 1. *n.* 6. Gaugericus Hiſpanus *in ſumm. Caietani verb. electio lit. B.* Petrus de Ala *in tract. de decurion. Chriſt. cap.* 16 Ioannes de la Cruz *in direct. or. conſcient. p.* 1. *precepto* 7. *q.* 7. *art.* 2. *dubio* 11. *concluſ.* 2. Maldeus *in* 2. 2. *tract.* 1. *cap.* 1. *dub.* 5. Rebellus *de Iuſt. p.* 1. *lib.* 3. *q.* 4. *num.* 13. Valentia *tom.* 3. *diſp.* 5. *q.* 7. *puncto* 2. §. 5. Reginald. *in ſumm. tom.* 2. *lib.* 25. *cap* 3 *n.* 35. *in fine*, & alij.

58 Addo inquam vt Senatores eligentes indignos, non ſolùm peccent mortaliter, ſed & teneantur ad reſarcienda damna (eſto quòd eligentes dignos, omiſſis dignioribus, ad ea non teneantur) vt docent citati Doctores, & Naldus *in ſumma verb eligere n.* 6. Fernandez *inſtruct. confeſſ. p.* 2. *cap.* 21. *num.* 5. Couar. *in regula peccatum* §. 7. *n.* 6. cum Miranda *in manuali Prælat. tom.* 2. *q.* 23. *art.* 11. Maderiaga vbi ſupra *de Senatu c.* 42. in ſequentibus verbis: *Quantos de eſtos pecados ſe beben algunos, pidiendo el officio que no merecen, y los que ruegan por ellos, y los que conſie ten, ſin acordarſe Iamas de confeſarlos, ni de reſtituir los daños que aquel hizo a la Republica, que no faltara que hacer con ellos el dia del Iuizio.*

59 Ad tertiam quæſtionis partem in aliquo caſu; ſi vt proximè dictum eſt procedat in Principe, ſiue Papa eligente, aut nominante inhabilem aliquem ad officium ſæculare. In quo dubio exiſtimo reſpondendum cum diſtinctione, quia ſi tales ſuperiores v. g. ſcienter impedimenti ſeruiuns v. g. in eligendo eum, nihilominus eligant, vel ſi Pontifex admittat ad ordines eum, quem ſcit eſſe irregularem; eo quod in tali caſu videatur diſpenſatum cum incapaci, illum habilitando ad officia, & honores.

60 Sic Doctores colligunt ex verbis textus *in l. Barbarius Philippus ff. de offic. Prætor. in verſ. ſed ſi ſciſſet ſeruum eſſe liberum, cum effeciſſet*, quibus verbis patet ſcientiam in eligente fuiſſe neceſſariam: ita docent DD. per textum *in l. quidam conſulebat.* 59. *ff. de re iudic.* Innocentius *in cap. veniens de filiis Preſbyt.* Platea & Rebuffus *in l.* 2. *cod. ſi ſeruus, aut libertus lib.* 10. Accurſ. per textum ibi *in l. imperiales* 23. §. *ſimiles verbo oportet cod. de nuptiis l. vide* 12. §. *fin. ff. de excuſat. tutor.* Menochius *lib.* 1 *de præſumpt. p. aſum p.* 1. 20. Th. Sanchez alios referens *de matrim. lib.* 8. *diſp.* 4. Leſſius *de iuſtitia lib.* 2. *cap.* 35. *dubio* 5. Gironda *de priuileg. à n.* 726. Graff. *de effectibus clerici eff. ctu* 4. *à num.* 288. Caſtro Palao *in opere morali tom.* 1 *tract.* 3. *diſp.* 6. *num.* 4. & *diſp.* 1. *puncto* 24. *num.* 8. Suarez *allegat.* 12. & ibi *num.* 24. vbi eius additionator Valda plures congerit *lit. H.* Roman. *conſ.* 307. *num.* 2. Salas *de legibus diſp.* 10. *ſect.* 3. *num.* 3. Bonacina *tom.* 1. *tract. de ſimonia diſp.* 1. *q.* 6. *num.* 8. Seſſe *tom.* 3. *deciſ.* 294. Azeuedus *in l.* 3. *tit.* 3 *lib.* 8 *recop. n.* 59. † quod verum eſſe intelligo cum Suarez, Sanchez, Menochio, & Amaya *in dict. l.* 2. *cod. ſi ſeruus, aut libert. lib* 10. *num.* 28. & 30. ſi impedimentum ſit iuris humani, & poſitiui. 61

Quod ſi impedimentum eligendi ſit Iuris naturalis, veluti ſi Princeps aliquid concedat infanti, aut impuberi, animo & diſcretione carenti, veluti ſi Decurionatum, aut Magiſtratum ei præſtet; tunc reuerà non ſuppleatur per Principis diſpenſationem iuris naturalis defectus, in tali eligendo; eo quod pupillus tam teneræ ætatis, caret diſcretione, & animi iudicio, quod præcipuè eſt neceſſarium ad adminiſtrationem talis officij, ita docent Cumanus, & Alex *in l. fin. cod. de milit. teſtamento*, per textum ibi, Anton. *in cap. conſultationibus de iure patron.* Suarez *dict. alleg.* 1. *à num.* 16. taliter, vt nec Iuriſdictio, nec officium, nec titulus ad illud exercendum ex tali promotione reſultet, vt dicunt Caſtrenſis *in dict. l. quidam argumen.* §. *ſed naturalia inſt. de iure naturali.* Antonius Gomez, & cum multis Ayll. eius additionator *tom.* 3. *Variar. cap.* 1. *n.* 36. Amaya, vbi ſuprà *in d. l.* 2. *num.* 33. & alij per textum *in l. ad Rempub.* 8. *ff. de muneribus, & honor. l non tantum* 21. *ff. de decurionib. l.* 2. §. *fin. ff. de reg. iuris*; *l. Lucius* 21. §. *imperatores ff. ad municip. l.* 2. *cod. de his, qui veniam ætatis*, iuncta gloſſa *ibi*, cùm non ſit defectus Conſilij ex tenera ætate; & ſic nullus conſenſus detur in infante, qui nec diſpenſatione Principis ſuppleatur. 62

Nec vltimo membro dictæ diſtinctionis obſtat textus *in l. fin. cod. de militari teſtam.* vbi ſcriptum eſt pupillum poſſe Tribunum eſſe, & teſtamentum condere; & quod conſtet, vt fere cum Conſulibus Tribuni eandem poteſtatem habeant ex *l. officium* 12. §. *fin. ff. de re milit.* Liuius *lib.* 28. Vopiſc. *in Aurelian.* Veget. *in lib* 2. *de re milit. cap.* 12. Anchar. apud Schar. *de verbis iuris verb. Tribuni militum*, Budæus *in annot. ad l.* 2. *ff. de ordine iuris.* Roſin *lib.* 10. *antiquit. cap.* 7. Reuard. *d. lib.* 4. *variar. cap.* 8. Stavvech. *in notis ad Vegetium lib.* 2. *cap.* 7. Lipſius *de militia Romana lib.* 2. *dialogo* 9. & poſt eos Bulleng. *lib.* 5. *de imperio Romano cap.* 4 nec quod Spartian referat de Adriano in eo, *Nullum Tribunum feciſſe, niſi eum, qui plena barba eſſet, aut eius ætatis quæ prudentia, & annis tribunatus robur impleret, & Tribunis non fauorem militum, ſed Iuſtitiam commendaſſe*; nec quod Valerianus Imperator apud Vopiſcum *in Probo*, excuſet ſe, quod fecerit Probum imberbem adoleſcentem Tribunum, nec quod credatur ab aliis maius Iudicium in Tribuno, quam in Decurione, ſeu Magiſtratu requiri. 63

Sed omiſſis nonnullis explicationibus, vnam Gotofredi dicentis Iuſtinianum loqui de legibus, quæ ante Adrianum latæ fuerant, indicans ſuo tempore eas leges vigere, quæ pupillis Tribunatum concedebant, vt patet ibi: *Attamen noſtris temporibus* 64

ribus indignum eſſe videtur. Aliam Reuardi *lib.4.*
variar.cap.8.in l.2. §.1. *ff. de reg. iur.* reponendi
pro tribunatum numero vna in tribunatu. Aliam
Oldradi, Bartul. & aliorum antiquorum, quos
ſequitur Suarez ſupra *num.*20 dicentium *d.tl.* *.tit.*
eo. *de milit. teſtam* loqui in dignitate, quæ non
habet annexam adminiſtrationem, exiſtimo ſe-
quendam eſſe interpretationem Cuiacij *lib.17. ob*
*ſeruat.cap.*36 *& ad tit. cod. de milit. teſtam. & ad*
*tit ff. de excuſat. tutor. in l.*8. Corraſij *lib.*5. *miſcel*
cap 15. Petri Fabri *in dict.l.*2 §. *ff. de reg.iur. n.pag.*
22. Oſuvald *lib.*6 *commentariorum*, Donelli *c.*18.
lit. C. docentium tribunatum *in dict l.fin.* nudum
fuiſſe nomen dignitatis ſine adminiſtratione ima-
ginariæ militiæ genus, quod vocabatur ſuper nu-
merum, quo abſentes honore tenus, & titulo fun-
gebantur ſine fauore militiæ, quod à tempore
Claudij inſtitutum teſtatur Sueton. *in eo c.*25. ibi:
Equeſtres militias ita ordinauit, vt poſt cohortem
alam, poſt alam tribunatum legionis daret, ſtipen
diaque inſtituit, & imaginaria militia genus, quod
vocatur ſupra numerum, quo abſentes, & titulo
tenus fungerentur: ſequitur alia adducens Amaya
in d. l. cod. ſi ſeruus, num. 30 dicens conducere
duo Appiani loca, & adducit Petr. Faber *ibi.* &
alium incerti authoris, quem recenſet in propoſito
Stewech. *in veget.lib.2.c.*19. quibus addit textum
in l.2.cod. de caſtre ſi peculio l. 9. 5. *l. ſerenitas* 17.
65 *cod. Theodoſ.de Palatin ſacrar.largition.* † qui cre-
di, *verb. numerorum dict.l.fin.* magis ſignificare co-
hortes, ſeu legiones, quàm ſupernumerariam Di-
gnitatem, vt voluit Reuard. *dict. cap.*18. variis lo-
cis probans: & ſic Caſtrenſis *in dict.l.fin.* ex ratio-
ne, quam affert Veget. *lib.* 1. *de re milit. cap.* 4.
prædicti honoris ſine titulo, & officio erat capax
pupillus, cui facilius tribunatus numerorum, vel
ſimilis alia dignitas militaris mandabatur; maximè
ſi ex illuſtri familia profectus eſſet, cum poſſet
maiores natu Vicarios, ſeu Locum tenentes habere,
66 vt iam alibi dixi † ſed non cum exercitio; cum Tri-
bunorum officium in bello ita dictum eſſet, quod
ex ſingulis Tribubus regionem ducerent, exercen-
do officium in exercitu, vt miles munitus, veſte
indutus, incederet, claues portarum ſuſcipiendo,
vigilias circumeundo, frumentationibus Commili-
tonum exercendo, frumentum probando, deli-
cta ſecundum ſuæ authoritatis modum caſtigando,
cauſas definiendo, & exercitationes producendo,
quæ, vt in argumento dicitur, fieri, & exequi à
pupillo, iuxta relatam doctrinam minimè poſſe
conſtat.

67 Ad quartam quæſtionis partem de Epiſcopo eli-
gente Officiales laicos ad officia ſæcularia in caſu,
quo Prælati habent aliqua oppida, & ſupremam
poteſtatem temporalem, exiſtimo reſpondendum
eodem modo ſe habiturum circa eorum diſtribu-
tionem de dignis, vel dignioribus, ſicut Reges in
ſuo Regno; quia hi ſunt, ſicut Reges, & ſimili-
ter quoad eorum venditiones, vt docet cum alijs
Ægidius Trullench. *in opere morali d. l.7.p.2.c.*11.
*dub.*8. & ibi *cap.5.q.3.à num.*6. Sanchez *in conſ.p.*1.
libro 2. *dub* 38. *&* 39. *cap.*1. Salon. 2.2.*q.*64. *art.*2.
68 *poſt controuerſ.* 2. † addentes, vt ſi Epiſcopi ſupre-
mam poteſtatem non habeant, temporalem poſſint
69 ſe habere, ſicut Domini titulares † quod aliter
credo cum dictis, & aliis dicendum circa officia
Eccleſiaſtica; quæ etſi aliquando dignis dari ſuffi-
ciat; vendi non poterunt; ſed ea gratis dari debe-
re, & non tantum ſpiritualia, ſed etiam ſæcula-
ria, quæ ad ſpiritualium cuſtodiam inſtituta ſunt

† De beneficiis ſimplicibus curatis, & Præbendi 70
dices, vt dico infra *in cap.*29. *de prabend. & ſub*
tit. de conceſ. Præb.

Pro complemento harum omnium difficulta- 71
tum, quoad eligendos Magiſtratus, Iudices, &
Officiales Reipublicæ, addo quod ſi fortè inue-
niri, non queant viri perfecti, qui Magiſtratus ge-
rant, & officia iuriſdictionis, hi ſaltim eligantur
qui eruditi ſint, & prudentes: nam vitiis nemo
ſine naſcitur, & optimus ille erit, qui minimis vrge-
tur † ſed vt exclamant Lucas de Peña *in l.1.in fine* 72
ff de diuerſ.officiis lib. 12. Afflict. *in conſtitut. vt de*
*ſucceſſion n.*56. Burgos de Paz *in d. l.2 tauri n.*48.
de Ponte *in tract. de poteſt. Proreg. tit. de electione*
*official.in princ.n.*23. Maſtrillus *de Magiſtrat lib.*2.
*cap.*1. *n.*72. quid vacamus in meritis virtutum, aut
vitæ ſic extollendis; cum hodie nihil ſibi dignitas,
nihil induſtria vindicet totum aurum profanus
amor obtineat, hodie honor vitia indefenſa remu-
neret, & in locum Vltoris, ſeu iudicis, is, qui fue-
rat puniendus adiciatur, *ex cap. ferunt* 1. *q.* 2. & vt
referunt, ac dicunt cum Luc. de Peña relato Avi-
les *in cap.*4. *Prætor.verb proruego.* Maſtrillus *dict.*
*cap.*1. *lib.* 2. *de Magiſt. in fine*. hodie non morum
honeſtas, ſed verborum honeſtas antecedit, non
ſcientiæ virtus, ſed ſtultitiæ uſus, non puritas ma-
nuum, ſed quantitas munerum confouetur, &
non virtutes, ſed veſtes ad inſignes honores, &
vilitatis officia promouentur.

Credibile namque erit quod iuſte de noſtra 73
conquerantur Hiſpania; videtur quod non, cum
tam Rex noſter, quam eius Magiſtratus maiores
vulgò *de la camara* ſint mirum in modum ſpecta-
biles, curam exercentes, ſedulo circa impertien-
da prœmia, & officia Iuſtitiæ litteratiſſimis, ac bo-
nis moribus præſtantioribus viris, aduertens cum
Couarruu. *in reg.peccatum* §.7.*n.*4 *verſ dignior.vi-*
ro Viuio *deciſ.*455. Auiles *in d.cap.*4 Prætor. *verb.*
*quales diere n.*8. & gloſſa *le comple a n.*1. Vaſchio
*controuerſ.illuſtrium perſon. cap.*27 *&* 28. *in prin-*
cip.

Digniorem circa officia non dici ſimpliciter il- 74
lum, qui eſt Doctor, vel in maiori dignitate, no-
bilitate, vel prærogatiua poſitus, ſed is, qui iuxta
munus, & rem, cui præficiendus eſt aptior eius
miniſterio appareat, præferentes diligentiorem ad
curam viro ſanctiori, qui non ita diligens fuerit, &
doctiori, qui non ita conueniat publico muneri,
ſicut tantum doctus, qui doctrinam habeat ſuffi-
cientem ad munus, quod ei confertur, vti etiam vi-
detur à Platone conſideratum antiquitùs *lib.* 4. *de*
legibus, ibi: *Non enim Magiſtratus alicui dabi-*
mus, qui diues ſit, aut huiuſmodi quidquam poſſi-
deat, aut roboris magnitudinem, vel generis clari-
tatem, ſed ei, qui poſitis legibus parebit, maximè,
& hac re cæteris in Ciuitate præſtabit, quibus con-
ſonat textus in §. *fin. inſtit. de ſuſpectis tutorib.* Quæ
doctrina circa beneficia erit vtique practicabilis
iuxta quæ infra conſidero *in cap. penult. & fin. de*
ætate, & qualit ordinandor.

Ad quintam quæſtionis partem de differentia 75
comitiorum ab antiquitate inuenta, vt per congre-
gationem multorum in vnum coadunatorum, ſuf-
fragia de aliqua re præſtarentur, dicta erant, à
coëundo, quod populus iis coire, & vnum in lo-
cum conuenire ſoleret, vel à ſimultando, dum
conuentus populus ad eligendum Magiſtratum
conueniret, quæ non inquam ab ſimilia ſunt nimis
à formulari electionum, ſiue ad Dignitates, &
officia Eccleſiæ ac ad munera temporalia Republi-

cæ,

cæ, quæ per electionem, conuocatis electoribus
fiunt in loco certo, vt innuit plura ex antiquitate,
bonis authoribus recenſens, Iulius Lauorius *lib* 1.
variar. lucubrat à cap.1. omnino legendus ad cu-
rioſa, & non ſpernenda pro electionibus aſſuetis
in Ciuitatibus Magiſtratuum, Decurionum, ſeua-
76 liorum officialium Reipublicæ. † Etenim Romæ
conſueuerant fieri comitia conſularia, Prætoria tri-
bunitia, ædilitia, cenſoria, quæſtoria, & reliquo-
rum Magiſtratuum creandorum, vbi poſt alia de
multiplici officialium numero pro Republica Ro-
mana Creato, & à quo tempore ab vrbe condita
77 ait, *n*.14. † fuiſſe penès Romanos comitia, quan-
diu Reſpublica ſub Conſulibus permanſit, atque
adeo ſub Iulio Cæſare, & Auguſto, Imperatori-
bus: nam Tiberius initio ſui imperij ius Comitio-
rum à populo ademit, qui ex Cornelio Tacito *lib*.
1. addit ſub Auguſto, & Cæſare, populum comi-
tia retinuiſſe; non tamen libera, quia non poterat,
niſi pro dimidia parte creare quos vellet Magiſtra-
tus; ſub Auguſto autem paulò fuiſſe liberiora.

78 Et quia legimus apud Romanos fuiſſe tria Co-
mitiorum genera; Calata nempe, Curiata, &
Centuriata, ſed quod Calata dicerentur omnia Co-
mitia, non à verbo Græco, de quo gloſſa *in* §. 1.
inſtit. de teſtament. vt ibi ſolent inſtitutarij ſcribere,
quod bonum ſignificat, quaſi eſſent bona initia,
vel boni conuentus, ſed à Verbo alio Græco, quod
eſt voco, quia Vocatio perſonarum fiebat, inde-
què vetuſtas rudis *calare* dixerit latina forma pro
Vocare; imò & Chalendas dictas eſſe primam diem
cuiuſlibet menſis; quia in ea populus conuocaba-
tur; ſed poſtea; quia tale Verbum eſſe deſiiſſet,
retantum fuiſſe nomen calatorum comitiorum, in
his tantum, quæ pro Collegio Pontificum habe-
bantur, vel condendorum teſtamentorum cauſa
fiebant. Ob idque inſtitutarij tripartitum teſtamen-
torum genus, ſcribentes, alterum cùm homines ad
præliandum irent, alterum per æs, & libram;
nempe per emancipationem; id eſt imaginatiam
quandam venditionem, quinque teſtibus præſenti-
bus; dixerunt deprimo in pace, & otio appellari,
ſic quod calatis comitiis fiebat, hoc eſt, vocatis
comitiis, ſeu conuocato populo, per cornicinem,
vt teſtator, eo præſente, & quaſi teſte, vltimam
ſuam declararet voluntatem quod tempore pacis
bis in anno fieri ſolere, ſcribit idem Iulius Lauor.
var. lucubrat. dict. p. 1. *cap* 2. *num*. 5. vbi *num* 6. addit
ſub calatis, quandoque Curiata; & Centuriata
comprehendi Iuxta Gellium *lib*. 5. *cap*. 27. Vbi calata
comitia dicuntur quæ habentur, aut pro Collegio
Pontificum, aut Regis, ſacrificuli, aut flaminum
inaugurandorum cauſa, vt *à num* 18. optimè ex-
plicat ex pura antiquorum boni nominis autho-
rum.

79 Et quod calata Comitia pro Collegio Pontifi-
cum, ſolita etiam haberentur, non male ex Cice-
rone *in oratione pro domo ſua*, colligit Lauorius
dict. cap. 2. *de comitiis prophanis, & Eccleſiaſticis à
num*. 7. legendus, qui dicit, vt quamvis ſacerdo-
tia præter Pontificatum Maximum à populo anti-
quitùs non darentur, ſed tantùm in Collegiis co-
optarentur, qui Sacerdotes futuri eſſent, ſed non
tamen malè dictum Comitia calata pro Collegio
Pontificum haberi ſolita; ſic vt licet Rex Sacro-
rum, & flamines non eſſent Pontifices, tamen ita
in Pontificum Collegio adſcripta fuiſſe, vt ſi quan-
do de re aliqua apud Pontifices ageretur, ipſi ſimul
Iudices ſederent eius rei, de qua ad Collegium
Pontificum relatum eſſet; indequè verè dictum illa
Comitia, quæ habentur Regis Sacrorum, & fla-
minum inaugurandorum cauſa pro Collegio Pon-
tificum haberi, vbi explicat quæ fuerunt flamines,
Augures, Regem Sacrorum; & quod Pontifices
fuerint inſtituti à Numa Pompilio, de qua anti-
quitate dixi aliqua ex Anaſtaſio Germonio *à c*. 1.
lib. 1. *de ſacror. immunit*. & qui antiqui Sacerdo-
dotes ſupra *in cap. tranſlato* 3. *de Conſtitutio-
nibus*.

Iam ergo ad ſecundam ſpeciem comitiorum 80
Curiatorum breuiter reſpondeo cum eodem Iulio
Lauorio plura ſcribente *dict lib*. 1. *variar. lucubrat.
cap*. 3. *à num*. 1. Curiata comitia fuiſſe, cum qui ex
curiis erant ex cenſu, & ætate per Lectorem Cu-
riatum conuocati ſolerent; & quod plures Curiæ
ſtatuiſſent, id viſum populo diceretur, & hæc in-
quam ſic dicebantur, quando fiebant per curias,
id eſt per Ciues, qui erant contra Ciuitatem, quæ
dicebantur calata, quando vocabantur, & dice-
bantur prætoria; provt ex eis creabantur Prætores,
vbi non omnes Ciues ſuffragia præſtabant, ſed
tantum Ciues Romani, qui in Curia erant de-
ſcripti, & in vrbe habitabant: Sic Lauorius *dict.
cap* 3. *& num*. 8. qui *à num*. 5. ſcribit Romulum
diuiſiſſe populum in numero triginta Curiarum,
quæ poſtea auctæ fuerunt ad 35. vnicuique Cu-
rionem qui curaret ſacrificia cum aſſignatione loci,
& Deorum adorandorum; & quod in his curiis
fuerunt celebrata comitia, in quibus creabantur
Magiſtratus, Sacerdotes, leges, quæ habebant no-
mina peculiaria: nempe *Calabra* curia ſcilicet iux-
ta capitolium *Hoſtilia*, quæ erat principales, & ſi-
miles; & quod vetus Curia dicebatur, vbi Augu-
res reſidebant, quæ erat Romæ intra Eccleſiam
ſancti Petri ad vincula, & Colloſſeum; & quod
dicta Curiata non poſſent fieri, niſi intra pome-
rium, quod illud dicebatur quod erat poſt mu-
rum, ſeu proximum muro: nam vt Roſinus *lib*. 1.
cap. 3. ſcribit veteres mœrum, pro muro dicebant,
qui erat locus intra agrum effatum per totius vrbis
circuitum penès muros regionibus certis determi-
natus, qui faceret finem vrbani auſpicij, & quod
perſonæ, quæ intereſſe ſolebant fuerunt Reges,
Magiſtratus, Pontifices, Patritij Prætores, Dictato-
res, & Interreges, de quorum Officio, & qualitati-
bus Roſinus, vbi Dempſt. *de antiquit. Romana mul-
tis in locis*, & Alex. *de diebus generalibus*, Iulius La-
uorius *dict. cap*. 3. *n*. 8. qui *n*. 6. dicit vltimis tempo-
ribus prædicta comitia curiata fieri cœpiſſe poſt-
quã Lex Voleronis lata fuit, vna legum, quæ fuerunt
de quorundam Magiſtratuum de imperio, hoc eſt
Dictatoribus, Cõſulibus, Procõſulibus, Prætoribus,
Pro-Prætoribus, Quæſtoribus, & reliquis Reipu-
blicæ militaris Miniſtris, facultatibus dandis de re-
uocatione Camilli ab exilio de adoptionibus fa-
ciendis, teſtamentis confirmandis, Sacerdotibusquè
creandis, qui Flamines erant; & ſic altera comitia
curiata fuiſſent quorundam ſacerdotum ferendo-
rum.

Ad tertiam, & quartam ſpeciem de Comitiis, 81
Centuriatis, & Tributis, breuiter reſpondeo ad
primum, quod Comitia Centuriata erant, quibus
à populo per Claſſium centurias ſingulis, calculus
vnus pro ſuffragio ferebatur: nam ſic ciues ob mul-
titudinem centenario numero diſtribuebantur in
creandis Conſulibus. Erat enim Centuria ſocietas
centum hominum, de quarum origine Seruio Tul-
lo ad eas Dempſt *lib* 6. *antiquit. Roman. cap*. 8. ita
Centuria à decreto Senatus Romani poſt mortem
Romuli, quæ habebantur tribus de cauſis, vel pro-
pter

pter Magiſtratus creandos, vel propter leges ferendas, vel propter bella indicenda, ſintendavè erant; ergo hæc omnia penès populum, & ſuffragium ferebant, qui in Comitiis deſcripti erant, tam qui in vrbe, quàm qui extra vrbem in Italia habitabant, & præter prædictos poterant etiam adeſſe Candidati, qui dicebantur, qui Magiſtratum aliquem petebant, dicti à Candida Toga, quam geſtabant: hæc, & alia docet Iulius Lauorius *variar. lucubrat. dicta p.1. cap.4.* vbi *num.*10. ait quod locus Comitiorum erat Campus Martius, quem Cicero dicit Conſularibus auſpiciis conſecratum extra vrbem propè portam, flumen tamen; & *numero* 12. quod hæc Comitia non habebantur, niſi peractis ſacrificiis; & quod qui conuocabant Comitia, dicebantur Comicines; vbi *n.*13. quo ordine fierent.

82 Ad ſecundum quòd Comitia Tributa dicebantur, cum ex omnibus Regionibus vrbis, & Tribubus ſuffragium ferebatur ex omnibus, qui militarent iuuenibus, & veteranis, vt Volaterran. *in Phirolog. lib.29. folio* 697. & Dempſt. *cap.15. antiquit. Roman.* & quòd cauſæ ea creandi fuerunt quatuor, nempe ad creandos minores Magiſtratus, ad Sacerdotes Collegiorum cooptandos; ad leges ferendas, & ad Iudicium ferendum: multa alia addit Iulius Lauorius *ſupr. toto cap.5.* vbi *num.*14. quod nullus erat deſtinatus locus pro his Comitiis, ſicut pro aliis; & *numero* 5. quod ius ea habendi fuit penès Tribunum plebis; & penès eos, quibus ſorte eueniebat, & penès Conſules; & quòd perſonæ, per quas habebantur, erant Romani Ciues, quibus data erat Ciuitas cum Iure ſuffragij, &c. Ad alia de diebus Comitialibus, de auſpiciis, & de Comitiis Eccleſiaſticis Lauorius *ſupr. cap.8. el. de Pauli V. obitu, & Comitiis in nouendialibus.*

83 Ad vltimam quæſtionis partem dixi infra latè *in cap.fin. de Iudiciis, quæſt.fin.* vbi de Officialibus annalibus.

QVÆSTIO VIII.

An eligendi Pontifices, & Epiſcopos, modus fuerit ſemper vnus à principio naſcentis Eccleſiæ vel variationes receperit, qualis hodie obſeruetur? Et num conueniat vnus perpetuus propter vitanda ſchiſmata. Et an Pontifices, & Epiſcopi poſſint abſolutè, & independenter eligere ſibi ſucceſſores, ſeu diſponere; vt iure ſanguinis, ſiue hæreditario deferantur Pontificia; & Epiſcopalis Dignitas? Et an queant renunciando Papatui liberè, ſeu aliquorum conſenſu, alium ſibi ſucceſſorem eligere?

SVMMARIVM.

1 *Electionis Pontificum modus fuit multiplex in Eccleſia. Et de ſingulis* à n.2.

2 *Eligendi Pontificem modus primus per inſtitutionem*, n.3.

3 *Chriſtus Dominus Primatum obtinuit, Diſcipulos elegit, ex Diſcipulis Apoſtolos, & Diaconos.*

4 *Chriſtus elegit in Pontificem D.Petrum.*

5 *Electio Pontificum ſecundo poſt Petrum fuit apud Senatum ex Preſbyteris, & Diaconibus vrbis, quos per orbem Conſiliarios, & coadiutores Petrus inſtituit. Et qui Cardinales dicti ſunt*, n.6.

6 *Cardinales à quo tempore ſic nominati ſunt, &* num.8. *Qui eos crearunt primo in Eccleſia*, num.7.

7 *Cardinales in vrbe Romæ fuerunt creati in Eccleſiis ibi quaſi per Diœceſes ad baptiſmum, & pœnitentiam, & Martyrum ſepulturam.*

8 *Cardinales, Preſbyteri, & Diaconi delinquentes quot teſtibus damnentur?*

9 *Electionis Pontificum tempora diuerſa enumerantur*, & à n.10.

11 *Electio Pontificum quæ fit in praxi nouiſſima*, & num.12.

13 *Electioni facta à duabus partibus Cardinalium, nulla exceptio poteſt opponi.*

14 *Electus in Pontificem non Cardinalis ſuſtinetur: exemplificatur*, n.15.

15 *Gregorius X. Eugenius III. & Celeſtinus V. non Cardinales, electi fuerunt Pontifices.*

16 *Electio Papæ Simoniaca, nulla declaratur à Iulio II. Clement. VIII. & Vrban. VIII.*

17 *Electioni Papæ antecedunt aliqua capita, aliqua in ea requiruntur, aliqua poſt eam.*

18 *Electio Pontificum ſperatur in futurum facienda ſine ſchiſmate, quia fit ſecluſis Laicis.*

19 *Laici nonnulli electores Pontificiæ Dignitatis, tale ius renunciauerunt propter incapacitatem.*

20 *Electionis forma Pontificis nulla fuit determinata à principio naſcentis Eccleſiæ; etſi modus fuerit multiplex.*

21 *Schiſmata plura diuerſis temporibus fuerunt excitata in Eccleſia propter varios modos eligendi Papam, vt hic enumerantur Laconicè.*

22 *Electionis Prælatorum fuit etiam modus multiplex.*

23 *Papa nequit eligere ſibi ſucceſſorem*, à num.29. *latiſſimè. Etſi contra videatur poſſe*, à num.24.

24 *D. Petrus dicitur quòd elegerit Clementem ſibi ſucceſſorem, intelligitur*, à num. 34. *vbi expenduntur Iura contraria*, & numero 35.

25 *Electio Papæ, quod fiat ab iſto, vel ab illo, Iuris eſt humani.*

26 *Papa poteſt concedere facultatem, vt in ipſum locum poſſit alter ſucceſſorem eligere.*

27 *Papa poteſt facere conſtitutionem ſuper electione ſui ſucceſſoris.*

28 *Clemens ſecundum Turrecrematam non fuit immediatè Pontifex à Petro, ſed Linus, & Cletus.*

29 *Papa, & Epiſcopus ſe habent ad Eccleſiam, ſicut vir, & vxor.*

30 *Electio refertur ad tempus, in quo Papa futurus eſt; de ratione*, n.31. & 32.

33 *Succeſſorem poſſe eligi à Papa non damnatur, vt hareticum contra Paulum Grilandum, & ſuppoſitam conſtitutionem Pij IV.*

34 Cap. ſi Petrus, 8. q.1.

35 *D. Petrus ex Diaconibus, & Preſbyteris Romane vrbis elegit 24. cum quibus explicaret ardua Eccleſia negotia,*

36 Cap. ſi tranſitus 79. diſt.

37 *Tractare de ſucceſſore Papa, ne cui licet ſuperſtite Pontifice.*

38 *Chriſtus ſolus confert Dignitatem, & poteſtatem Pontifici electo.*

39 Cap. vnde 8. quæſt. 1. epiſtol. 1. Clem. ad Iacobum, *n.* 40.

41 *Epiſcopus, ſeu alius quiuis Prelatus nullomodo poteſt ſibi eligere ſucceſſorem ſine Papa diſpenſatione.*

42 *Pontifices nequeunt deferre, nec ſtatuere, vt Iure hareditario, vel ſanguinis ſuccedatur in Papatu; ſed vt fiat electione, infra* n. 43. *& vtrobique de ratione.*

44 *Papa, etſi poſſit renunciare Papatui; non tamen ſibi eligere ſucceſſorem, etiam poſt renunciationem.*

1 ETſi in aliquibus capitibus noſtri Tituli opportunè poſſem de his dubiis agere; quia tamen generalia ſunt, placuit ſub Rubrica peragere. Igitur ad primam difficultatis partem reſpondeo non vnum, ſed multiplices fuiſſe modos eligendi Pontifices, & Epiſcopos à principio naſcentis Eccleſiæ vſque ad tempus Gregorij XV. quia de anno à Natiuitate Domini trigeſimo tertio, & trigeſimo quarto, electio libera erat Eccleſiaſticis, dum Chriſtus ſibi libere elegit diſcipulos Apoſtolos, & Petrum eius Vicarium, Matt. *cap.* 3. Iulius Lauorius *variar. lucubrat. titulo* 4. *capit.* 10. *numero* 63.
2 *in princ.* † Fuit enim tam in veteri, quàm in nouo Teſtamento primus eligendi modus per inſtitutionem, conſtat ex illo Leuitici *cap.* 27. & Eccleſiaſt. *cap.* 46. quod Moyſes, qui in veteri Teſtamento gerebat Chriſti perſonam, ſeu Chriſtum, vel Papam præfigurabat, inſtituerit Ioſuè in ſucceſſorem ex præcepto Dei illi dicentis: *Tolle Ioſuè, & pone manum tuam ſuper eum*, vti refertur *in cap. inter hæc verſ. Moyſen de pœnit. diſt.* 3. *cap.*
3 *Moyſes* 8. *quaeſt.* 1. † In nouo autem Teſtamento, poſtquam Dominus noſter Ieſus Chriſtus, à quo Sancta Romana Eccleſia proprio eius ſanguine redempta, primatum obtinuit *cap. Sacroſancta* 22. *diſt. cap. ita Dominus* 19. *diſtinctione*, diſcipulos ſibi elegit, ex diſcipulis Apoſtolos, & ſeptem Diaconos, & ipſi Apoſtoli elegerunt Matthiam loco Iudæ. *Marci* 33. *Actor. Apoſtol. cap.* 6. & ex
4 Apoſtolis; † Demùm Chriſtus elegit Petrum, qui Chriſti Diuinitatem agnoſcens, primus omnium Apoſtolorum, non à carne, & ſanguine, ſed à Patre luminum illuſtratus ad Chriſti interrogationem: *Vos autem quem me eſſe dicitis?* eum confeſſus eſt reſpondens, *tu es Chriſtus Filius Dei viui*, Matth. 10. à qua confeſſione *Beatum* primo appellauit, dum illi dixit, *Beatus es Simon Bariona, quia caro, & ſanguis, non reuelauit tibi, ſed Pater meus, qui in cœlis eſt*, Matth. ibidem. Et ſecundò promittendo ei primatum Eccleſiæ, Principem, caput, & paſtorem per verba ſequentia deſignauit: *Ego dico tibi, quia tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam, & tibi dabo Claues Regni cœlorum; & quodcumque ligaueris ſuper terram; erit ligatum, & in cœlis, & quodcumque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum, & in cœlis*, Matth. ibidem: quare Dionyſius *de Diuinis nominibus cap.* 3. ipſum Petrum *ſupremum, & antiquiſſimum Theologorum faſtigium*, & Sanctus Ignatius epiſtol. ad Roman. *Eccleſia Preſidem*, & S. Clem. epiſtol. 1. *Fundamentum Eccleſia appellant*: ita communiter Doctores, & latiſſimè Lauorius, legendus etiam ad alia iuxta hoc dictum *dict. titulo quarto, per totum, cap. ſecundo.*

Secundò electio Summi Pontificis poſt Petrum 5
fuit apud Eccleſiæ Romanæ Senatum ex Presbyteris, & Diaconibus Romanæ vrbis, quos ipſe Beatus Petrus in locum aſſiſtentium Apoſtolorum, qui per orbem diuiſi erant, Romani Pontificis conſiliarios, & coadiutores inſtituit, qui poſtea Cardinales nominari cæperunt, vt inſinuat idem Iulius Lauorius *dict. titulo* 4. *cap.* 4. *num.* 3. vbi ait 6
electionem Pontificis poſt Petrum mortuum ad 24. Senatores, qui Cardinales dicti ſunt ſpectaſſe, vt cum ipſis, tanquam cum Conſiliariis Romanæ Eccleſiæ omnia grauia negotia explicarentur: quos Senatores ait temporibus Sylueſtri Papæ, qui creatus fuit anno 310. Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, Eccleſiæ Cardinales fuiſſe appellatos; & hoc ad inſtar 24. quatuor ſeniorum, quos in Apocalypſi *cap.* 4. Ioannes ſuper thronos in conſpectu Dei ſedere conſpexit, quorum præcipui erant Cletus, Linus, & Clemens; vt *in cap. ſi Petrus* 8. *quaeſt* 1.
qui poſtea ſinguli Romanam ſedem tenuerunt, & 7
vt ait Barboſa legendus *de Iure Eccleſiaſt. part.* 1. *cap.* 3. *à numero* 3. poſt Petrum, Cletus Summus Pontifex de eiuſdem præcepto in vrbe 25. Præsbyteros inſtituit, & ſeptem Diaconos ordinauit; ac deinde Pontianus & Marcellus Pontifices, Cardinales crearunt; & quod idem Marcellus 15. titulos in vrbe inſtituerit, quaſi Diœceſes quaſdam Præſbyteris, & Diaconibus aſſignatas ad Baptiſmum, & pœnitentiam, ac Martyrum ſepulturam, vt dixit Barbatia *de præſt. Cardinal. quaeſt.* 1. *num.* 5. Flamin. Pariſius *de reſignat. beneficior. lib.* 2. *quaeſt.* 1.
numero 34. † Sed addit cum multis *numero* 6. idem 8
Barboſa, Cardinalis nomen ante tempora Beati Sylueſtri non conſtare extitiſſe; & ſic credi ab ipſo adinuentum, cum dixerit in ſexta Synodo Romana, quam poſt Conſtantini Imperatoris conuerſionem, celebrauit à Subdiacono vſque ad lectores omnes ſint ſubditi Diacono, Cardinali, viro Reuerendiſſimo in Eccleſia repreſentantes ei honorem. Et iterum in eadem Synodo ibi Præſul non damnetur, niſi cum 72. teſtibus, Præsbyter verò Cardinalis, niſi cum 64. Diaconus verò Cardinalis Romæ niſi cum 27. quod forte videntur ſignificare verba textus *in cap. Conſtantinus* 96. *diſtinctione*. Et poſt Sylueſtrum conſtat Gelaſium Papam eis attribuiſſe idem nomen, dum ſcribens Cæleſtino Epiſcopo *in cap. Præbyteri* 24. *diſtinctione*, in ſequentibus ſcribit verbis, ibi: *Scituros viſitatoris te nomine, non Cardinalis creaſſe*: Quo etiam nomine ſequentibus aliis temporibus, illos appellantes Cardinales ab aliis Pontificibus, patet *in cap. relatio, & ſequenti*, & *in cap. paſtoralis* 7. *quaeſtione* 1. *in cap. oportebat cum ſequent.* 79. *diſtinctione, in cap. in nomine Domini, diſt.* 22. ac ab aliis poſterioribus, vt dicunt Marchinus *de Sacrament. Ordinis, tractat.* 1. *part.* 1. *cap.* 12. *numero* 13. Azor. *inſtit. moral. p.* 2. *lib.* 4. *cap.* 1. *quaeſtione* 4.

9 Tertiò inquam, quòd anno 64. poſt mortem Apoſtolorum, meliores eligebantur conſenſu Chriſtianorum. Quartò quod anno 364. Laici cum Clericis conſenſum in electione præſtabant, & teſtimonium; non tamen eligebant, vt patet *ex cap. vota cum ſimilibus diſt. 63.* Et anno 533. quod inuitis ciuibus, non fiebat electio, *cap. per ordinationem dicta diſt. 63.* vbi *ex cap. obeuntibus*, patet quod anno 606. Bonifacius III. præcepit non fieri electionem, niſi poſt tertium diem à morte Pontificis. Quintò quod anno 616. populus, & Clerus eligebat, vt patet *ex cap ſin §. ſed nec diſt. 51.* Sextò quod anno 657. Vitalianus, & Agatho dant poteſtatem Principibus eligendi, iuxta dictum *in cap. Agatho eadem diſt. 63.* Septimò quod anno 773. data fuit poteſtas ab Adriano I. Carolo Magno in remunerationem, vt patet *in cap. Adrianus dicta diſt 63.* quod ſubſtulit Nicæna Synodus *in cap. omnis 63. diſt & in cap. ſi quis Epiſcopus 16. q.* cui Iuri anno 1617. & 818. Imperatores renunciaſſe legitur *in cap Sacrorum cap. Ego Ludouicus 63. diſt. cap. ſi quis 79 diſt.* & quod anno 858. idem prohibuit Nicolaus I. vt patet *in cap. ib 96. diſt* ſed reſtituiſſe anno 886. Adrianum III. videtur legi *in cap. nunc 63. diſt. & in cap. non longe § electionem eadem diſt* Et quod anno 898. ſub Stephano Papa libertas Eccleſiæ opprimitur. Octauò, quod anno 955. Ioannes XII. vult populum interuenire pro ſedandis ſeditionibus, vt dixerunt textus *in cap conſtitutio, cap. ibi dicta diſt 63.* Et quod anno 961. Imperatores iterum vſurpent, Platina *in vita Leonis VIII.* Et quod anno 963. Leo VIII. id conceſſerit Othoni Imperatori, vt patet *ex cap. quia ſancta diſt. 63.*

10 Verùm anno 1059. Nicolaus II. conſtituit in Concilio Romano apud Lateranum habito electionem fieri per Cardinales, ſalua reuerentia Imperatorum, & multa alia, quæ habentur *in cap. in nomine 23 diſt.* quod anno 1063. Alex. II. confirmauit, vt dicit textus *in cap præter hos diſt. 32.* Sed patet quod anno 1073. Gregorius VII abſque Imperatoris aſſenſu à ſolis Cardinalibus eligitur; & quod Henricus V. ſub Paſchali II. renunciauerit, patet in anno 1107.

11 Iam verò in anno 1179. *ex cap. licet noſtri tituli*, patet quod Alex. III. voluerit vt duæ ex tribus Cardinalium partibus in electione conſentirent. Sed conſtat poſt in anno 1191. Cæleſtinum III. *in cap. coram hoc tit.* ſtatuiſſe electionem Prælatorum fieri à maiori, & ſaniori parte; quod qualiter in aliis electionibus contigerit, dico infra *ſub. cap quia propter 42. hoc tit.* vbi quia Innocent. III. *in Concilio Generali Lateranen.* triplicem modum, per ſcrutinium ſcilicet, compromiſſum, & quaſi inſpirationem, ſtatuerit electionem Prælatorum inferiorum fieri; ideò qualiter hoc contingat ibi leges. Deinde autem, & Gregorius X. in Concilio Lugdunen. relato *in cap. vbi periculum hoc tit. lib. 6.* nouam inſtituit formam eligendi in Concilio Lugdunen. anno 1274. ſed anno 1310. Clemens V. in Concilio Viennen. vt refertur *in Clem. ne Romani hoc tit.* aliam formam addidit; & circa prædictam electionem legimus Pium IV. in Bulla *In eligendis* quamplura mandaſſe.

12 Poſtremo tamen tempore anno 1621. videmus Gregorium XV. nouam ſtatuiſſe formam quæ hodie ſeruatur, & continetur in Bulla *Æterni*, & in Bulla *Decet*, vbi Ceremoniæ præſcribuntur, quas illico poſt Vrban. VIII. in ſua Conſtitutione: *Ad Romani* anno 1625. confirmauit; quæ omnia, & alia ad longum cum multis ſcribit omnino legendus Iulius Lauorius *dict. tit. 4. variar. lucubrat. à cap. 2.* cum aliis vſque *ad* 0. vbi quamplura curioſa refert, quæ non refero, ne moroſus fiam, & poſt eum multis non ita longe repetit Barboſa *de Iure Eccleſiaſt. dicta part. 1. cap. 5. à num. 49.* referens etiam nonnulla ex relatis iuribus iuxta dicta diuerſa tempora, vbi abundantius.

Tamen pro complemento de Pontificis electione, dico *ex dict. cap. licet hoc titulo*, nullam exceptionem opponi poſſe contra eum, qui fuerat electus à duabus Cardinalium partibus præter hæreſim, aut aliam exceptionem, quæ in Iure Diuino conſiſteret. Ob id ergo ſi aliquis electus ſit extra Collegium Cardinalium, cum in Romana Eccleſia non inueniatur idoneus, valebit electio. † 13
Et ſie non Cardinalem electum, verum eſſe Pontificem dicunt Auguſtin. Triumph. *de electione Papa quaſt. 3. artic. 6.* Mandoſ. *ad regul. 13. Cancel. quæſt. 8. num. 23.* Hieronym. Manfred. *de Cardinal. deciſione 265. & 299.* Campanil. *in diuerſ. Iuris Canon Rub. 7. cap 4. num 7.* Gondiſalu. *de origine, & poteſt. Cardinal. quaſt. 5. num. 31.* Sotus *de Iuſtitia lib 3. quaſt. 6. articulo 2. ad 5.* Gambara *de poteſt. Legati à latere lib. 7. ex num. 155.* Pelag. *de planctu Eccleſia lib 2. cap. 10. col. 5. verſiculo, hinc eſt*, Cerolus Sigonius *de Regno Italia lib. 9. anno 1059.* Illeſcas *in hiſtoria Pontific. part. 1. lib. 5. c. 11.* Azor. *in moral. part. 2. lib 4. cap. 5. q. 6.* Suarez *de fide diſpu. 10. ſectione 4. num. 19.* idem Iulius Lauorius *variar. lucubrat. dict. titulo 4. cap. 12. à num. 7.* Barboſa cum aliis *dict. cap. 1. à numero 58.* 14
† Vbi addit multos Sanctiſſimos Viros fuiſſe Summos Pontifices; nec legi eos nunquam fuiſſe Cardinales, vt de Gregorio X. qui ex Archidiacono, fuit electus in Pontificem Kalendis Septembr. anno Domini 1271. vt refert Roſinal. *de re Pontific. lib. 2. cap. 40.* Illeſcas *dicto lib. 5. cap. 40.* Iulius Lauorius *dicto cap. 12. num. 8. in fine*, qui ſubdit Eugenium III. ex Abbate ſimplici, & Cæleſtinum V. cum nec in ſacris adhuc eſſet, in Pontifices fuiſſe electos, vti & Platina tradit *lib. 2. cap. 28. ad med. de bono ſtatu religion.* 15

Lego tamen Iulium II. voluiſſe in ſua Bulla *Cum tam diuino*, vt electio Simoniaca nulla ſit, ita anno 1505. & Paulum IV. anno 1558. deteſtari crimen ambitus in electione Papæ in ſua Bulla *Cum ſecundum*, vt refert Iulius Lauorius *dict. titulo 4. cap. 10. ſub num. 63. circa finem.* Quare ne Romana Eccleſia diuturnæ vacationis incommodis præmeretur, neve Patres poſſent ambientium ſtudiis corrumpi, ſtatutum fuit à diuerſis Pontificibus, à Gregorio X. *in dicto cap. vbi periculum hoc titulo, lib. 6.* à Clement. V. *in dicta clementina ne Romani hoc titulo*, à Clemente VII. *in ſua conſtitutione, cum chariſſimus*, ſub data 26. Octobr. 1529. vt videre eſt *in Bullario nouo tom. 1. pagina 195.* à Diuo Paulo IV. in alia ſua conſtitutione: *Cum ſecundum*, de anno 1554. & demùm à Pio IV. in dicta Bulla, quæ incipit: *In eligendis*, ſub data Romæ 7. Idus Octobris 1562. de qua *in Bullario nouo, tom. 2. pagina 91.* à Gregor. XV. in dicta ſua conſtit. *Æterni*, & ab Vrbano VIII. *ſupra*, qui hac de re plura ſtatuerunt. † Ex quibus Machado *in ſuo perfecto confeſſor. tom. 2. lib. 4. p. 7. tract. 3. documen. 4.* Barboſa cum infinitis *dict. p. 1. de Iure Eccleſiaſt. à num. 60. cap. 1.* Iulius Lauor. *variar lucub.* 16 17

titulo tertio,per totum de conclaui , & conclauiſtis cum infinitis , & ſigillatim referunt circa Papæ electionem eſſe quædam capita ante ipſam electionem , quædam in ipſa electione , reliqua poſt ipſam , quæ nunc non placet repetere ; eo quòd nos ſumus in Partibus , & extra illam electionem.

18 Vnum tamen ſperamus , iam fauente Deo ; in futurum quietè , & pacificè , & ſine ſchiſmate electionem Romani Pontificis faciendam fore , ſtante excluſione Laicorum, qui tale v ſurpaoerunt ius , tanquam ſpirituale , cuius ſunt incapaces, quod nec aliqua præſcriptione acquiri poteſt per ea , quæ dixi ſupra *ſub queſtiono 6.* & *in cap. Eccleſia ſutrina de cauſa poſſ. ſſ. & propriet.*

19 Ob quam rationem , vt dixi, aliqui renunciauerunt illud , vt conſtat ex *cap. nullus Laicus , dict. cap. Adrianus , cap. Valentinia us cum aliis dicta diſt.6.* Gambara *in repetitione Bulla Iulij II.n* 144. Mandag. *in reg.*1398. *num.*13. Azor. *lib.*4. *moral. part.*2. *cap.*25. verſ. *queritur* . Manfredus *de Cardinalibus* , Iulius Lauor. vbi ſupra *dicto titulo* 4. *cap.*10. *in fine* ; qui , & alij reſoluunt , vt iam adduxi , & probat latiſſimè Barboſa *dict. cap.*1. & *cap.*2. *de Iure Eccleſiaſt. lib.* 1. penès Cardinales ; hodie tandem eligendi reſidere poteſtatem , vt etiam ſcripſerunt Petr. Gregor. *hoc titulo cap* 6. Turrecremata *in cap quia ſancta* , §. *verum* 63. *diſt.* Burſatus *conſ.*126. *num.*16. & alij.

20 Ex his iam patet fuiſſe à principio naſcentis Eccleſiæ , vſque ad tempora Gregorij X V. diuerſos eligendi Pontificem modos ; & in eligendis perſonis , ſed nullam tamen determinatam , aut ſeruatam formam , vt tradunt Petr. Andreas, Gambara *in Bulla Iulij I I.* quæ incipit : *Cum tam,num.*114. *ſeu* 140. Gondiſ. *de poteſt. Eccleſia num.* 23. Manfred. *deciſione* 301. Honophr. Pauin. & Platin. *in vita Pontificum* , Iulius Lauor. *dict. titulo quarto, variarum lucubrat. capit* 2. *num.*1.& alij ſcriptores, præcipuè Abbas *in dicto cap. licet hoc titulo,num.*8. *verſ. & ſic.*

21 Et quod hæc electionum varietas multa Schiſmata excitauerit in Eccleſia , ſeditiones , tumultus, contentiones , rixas , & quandoque cruentiſſimas pugnas. Et ne longius agam breuiter dico primum Schiſma , quod nihil aliud eſt , quam ſciſſura , id eſt diuiſio , per quam quis ſe ab vnitate Eccleſiæ ſeparat , vt docent D.Thomas 2.2.*q.*39 *art.*1. & ibi Doctores , Anton. Ricciulus *in ſuo tract. de Iure perſonar.lib.*9.*cap.*1.*à num.*5. & Scriptores per textum *in cap. Schiſma* 27.*q.*1. fuiſſe anno 254. Nouatiani contra Cornelium Papam , Succeſſorem Fabiani ; Nouatianus inquam , vt referunt Baronius anno 254. *num.*41.58. *& ſequent.* Euſebius *lib.*6. *cap.*35.*&* 37.*& in Chron.*anno 255.& Iacob. Caulter. *in ſua fabal. Chronon. in* 3.*ſeculo, folio* 212. *&* 222. *col.* 2. Franciſc. Long. *in ſuo breuiario Chron. in vita eiuſdem Cornelij eiuſdem anni fol.* 49. Legatos miſit ad omnes Eccleſias , deditquè de ſua, aduerſus Cornel. electionem litteras mendaciis, & calumniis plenas , talequè fuiſſe , vt contra Cornelium , & eius pariter ſucceſſores Romæ perſeuerauerit ; ſic vt per annos 171. id eſt ad Cæleſtini I. vſque tempora Nouatiani ſucceſſores Pontificia inſignia retinuerint. Secundum Schiſma anno 355. Felicis contra Liberium. Tertium anno 419. Eulalij contra Bonifacium I. menſium trium, dierum 7. Quartum anno 498. Laurentij contra Symachum. Quintum de anno 530. Dioſcori Diaconi aduerſus Bonifacium II. quod cito quieuit. Sextum anni 537. Vigilij Diaconi contra Syluerium. Septimum fuit de anno 686. poſt obitum Ioannis V. Octauum anno ſequenti 687. inter Theodorum Archipresbyterum , & Paſchalem Archidiaconum. Nonum anno 757. poſt obitum Stephani III. eligendo quidam de populo Theophilactum alij Paulum. Decimum poſt mortem Diui Pauli anno 768. Vndecimum ortum de anno 824. quo dum eligitur Eugen. II. aliqui ſeditioſi tumultum in electione concitarunt ante Papam excitantes Zinzinum quendam. Duodecimum anno 844. Decimum tertium anno 855. in electione Benedicti III. ſuſcitatum Rodualdi Epiſcopi Portuenſis ſectatoribus. Decimum quartum fuit Sergij contra Formoſum de anno 891. nam mortuo Stephano III. electorum pars elegit Formoſum Portuenſem Epiſcopum virum religioſe , Diuinarumque ſcripturarum , & doctrinarum ſcientia cognitum , dum alia pars Sergium Diaconum Pontificem fieri cupiebat , vicerunt Formoſi fautores , & fuit vocatus Stephanus VII. De quibus omnibus, & de aliis ſigillatim vſque ad trigeſimum de anno 1439. aduerſus Eugenium IV. ſcribunt Baronius, Franc. Long. Onuphrus , & alij , quos ſequitur omnino legendus Iulius Lauorius *dict. tit.*4.*variar. lucub cap.*11. *per totum.* Ex quibus , & ante *a n* 1. adductis, iam videre poteris quam conuenientiſſimum ſit electionem Pontificis fieri vt iam vſus conualuit in Eccleſia.

22 Reſtat nunc videre de varietate in eligendis Prælatis ; ſed quia iam de tempore priſco eos eligendi dixi ſupra *ſub dicta queſtione ſexta , noſtra Rubrica , & in dict. capit. cum Eccleſia Satrina de cauſa poſſeſſ. & propriet.* ideo ſolum dico quod etſi in dictis locis ſcripſerim à quo tempore poſt reſtauratam noſtram Hiſpaniam à Mauris , à Pontificibus indultum eſt Regibus noſtris Hiſpanis nominare Epiſcopos ad Eccleſias Cathedrales. Sed ſi ad tempus retro attendas inuenies ſub Leone II. anno 684. datam fuiſſe Regibus Hiſpaniæ poteſtatem quoad Archiepiſcopos eligendos : ſic refert Iulius Lauorius *dict. titulo quarto, variar. lucubrationum , cap.* 10. *ſub dict. numero* 63. *verſ. anno* 684.

23 Ad ſecundam difficultatis partem an Pontifices , & Epiſcopi poſſint ſibi ſucceſſores eligere. Quia longos commentarios Doctores antiqui , & moderni fecerunt , vt in quæſtione problematica, & ordinaria , quare te remitto ad infra referendos, & ad ea , quæ dico , & communiter Doctores ſcribunt *in capite* 1. *de prabendis* . vbi agitur nùm in beneficiis Eccleſiæ queat ſuccedi Iure hæreditario , vel ſanguinis , Ego nunc tantum referam Iura Canonum antiqua , quibus tam affirmatiua , quàm negatiua fundatur ſententia , deinde Iudicium ex Claſſicis Doctoribus proferam in medium , non longè , ſed imò potius laconicè.

24 Et pro affirmatiua ſunt Vaſquez *in tertia parte, tom.*3. *diſput.*244. *capite* 3. *numero* 26. Magiſter Victoria *in relectione* 11.*de poteſtate Eccleſiaſt. q.*2. *propoſit.*10. *num.*23. Andreas Duualius *de poteſt. Pontific. parte* 3. *queſtione* 6. Martinus Bonacina *tractatu de electione Pontificis queſtione ſexta,puncto* 4.*propoſit.* 2. *numero tertio , & quinto* , & alij plures etiam antiquiores , quorum opinio fulcitur ex facto Diui Petri , qui ſibi primo ſucceſſorem delegit Clementem , vt refertur *in cap. ſi Petrus cum ſequentibus* 8. *q.*1. Quo exemplo & cæteros etiam

Pontifices

Pontifices eius ſucceſſores potuiſſe ſibi eligere
ſucceſſores ex doctrina relati textus, præter rela-
tos dicunt Franciſcus Turrianus *lib. 3. cap. 10.* &
ſaltem eo raro caſu, vrgente aperta neceſſitate Ec-
cleſiæ, tenuerunt Martinus Ledeſma *in 4. quæſt. 20.
art. 4. concluſ. 2. cum duabus ſequentibus*, Birgien.
in ſuo indice, verb. Papa, Suarez *de fide diſput. 10.
ſect. 4. n. 16. & de defenſione fidei lib. 3. cap. 3. n. 13.*
quorum ea eſt triplex potiſſima ratio, quia hoc
tantum Iure canonico prohibetur, ſuper quo poſ-
25 ſunt Romani Pontifices diſpenſare. † Nam quod
Romanus Pontifex ab iſto, vel ab illo eligatur,
Iuris humani eſt, non Diuini, quia vt *in principio
huius quæſtionis*, adduxi. & *in verſ. Ex his*, vide-
mus à tempore naſcentis Eccleſiæ electionem Pon-
tificis ad diuerſos pertinuiſſe: & ob id colligi ele-
ctorum perſonas nulla lege, quæ mutationem non
recipit fuiſſe deſignatas, ſed humanis Conſtitutio-
nibus inferentes, vt non minus, quam Cardinali-
bus, ad quos eligere ſpectat Pontificem, vt iam
dixi, ſit in beneplacito Papæ ſibi eligere ſucceſſo-
26 rem. † Deinde quia poteſt Papa concedere alteri
facultatem, vt in ipſius locum poſſit ſucceſſorem
eligere, vt de facto dediſſe Adrianum I. & Leonem
VIII. O hon. I. refert textus *in cap. Adrianus el. 2.
& in cap. Synodo diſt. 66.* quæ nominatio valet, vt
eligat ſibi ſucceſſorem iuxta textum *in cap. petit. 7.
quæſt. 1.*

27 Et demùm quia poteſt Papa facere conſtitutio-
nem ſuper electione ſui ſucceſſoris ex Victoria ſu-
pra *quæſt. 2.* Suarez *de fide dict. diſp. 10 ſect. 4 n. 11.*
Flamin. Pariſ. *de reſignat. lib. 2. quæſt. 1. n. 13.* Azor.
inſtit. mor. part. 2. lib. 4. cap. 5. quæſt. 2. Et pro hac ſen-
tentia ſunt etiam verba textus *in cap. ſi tranſitus 79.
diſt.* ibi: *Si tranſitus Papæ inopinatus euenerit, &
de ſui electione ſucceſſoris, non poſſit ante decernere*,
quas rationes referunt Barboſa *de Iure Eccleſiaſt.
dict. part. 1. cap. 1. num. 39.* & eo non citato Diana
p. 10. tract. 5. ſub reſ. 1. vbi refert verba Vaſquez, &
Victoriæ.

28 Et licèt Cardinalis Turrecremata dixerit Pe-
trum non elegiſſe Clementem, qui ſibi ſuccederet,
ſed ſolum nominaſſe illum vt poſtea eligeretur;
ſic vt reuera Clemens non fuerit ſecundus Ponti-
fex à Petro, ſed Linus, & Cletus, vt patet ex Ca-
none Miſſæ, & ex Iren. *lib 3. cap. 3.* reſpondet ta-
men ex ſcholaſticis Pitigianus *in 3. ſentent. tom. 2.
diſt. 25. quæſt. 2. art. 3. concluſ. 2.* Turrecrematæ opi-
nionem non eſſe admittendam, cum ſit contra Ter-
tullianum de præſcriptionibus Hieronymum *lib. 1.
in Iouinianum, & in cap. 52. Iſaiæ*, Rufinum *in
præfatione relectionum, & in inuectiua contra Hie-
ronymum, Ioannem III. Papam in epiſt. ad Epiſcopos
Germaniæ, Anacletum epiſt. 1.* Damaſum *in vita
Petri*, & contra *dict. cap. ſi Petrus. & cap. vnde 8.
q. 1.* & ſic videntur ſentire Epiphanius *ſermone 27.*
imò docent Belarminus de Romano Pontifice *l. 2.
cap. 5.* Baron. *tom 1. annal. anno 60. à num. 35.* Cle-
mentem fuiſſe quidem à Petro electum; ſed ſtatim
poſt mortem ipſius Petri renunciaſſe, ac noluiſſe
ſuccedere.

29 Contrariam negatiuam ſententiam, quod Papa
in vita ſua nequeat ſibi eligere ſucceſſorem, bre-
uiori calculo docent alij Doctores; imò ſecurè
tenendam eſſe dicunt. Primò, quia Papa, & Epiſ-
copus ſe habent ad Eccleſiam ſicut vir, & eius
vxor, *cap. ſicut vir 8. quæſt. 1.* ſed vir licet ſit ca-
put vxoris *1. ad Corinth 6.* non poteſt vxori ſuæ
alium virum relinquere, quia eo mortuo ab illius
lege eſt ſoluta, *1. ad Corinthios 8.* igitur. Secundo

quia ſi id liceret, aliud non eſſet; quàm Eccleſiam,
vniuerſalem & ſtatum Eccleſiæ immutare, gloſſa
in cap. Apoſtolica §. his omnibus 8. quæſt. 1. cum
eſſet ſubuertere modos electionis Pontificiæ vſita-
tos ab ſtatu primitiuæ Eccleſiæ vſque ad noſtrum
tempus † Tertio quia electio refertur ad tempus, 30
in quo Papa futurus non eſt: argum. textus *in l. ſi
quis ff. de iuriſd. omn. Iudicum*, inferentes vt que-
madmodum tunc non poſſet, ita, nec nunc, cum
paria ſint aliquid gerere tempore habili, vel inha-
bili, & tempus eius conferre in tempus inhabile, *ex
l. quod ſponte cod. de donat. ante nuptias.* Quare op-
timè Cardinalis Caietanus *tom 1. opuſcul. tract 3.
in apologia de comparatione authoritatis Papæ*, cum
authoritate Concilij *p. 1 cap 22.* ex illa propoſitione
Ariſtotelis de Somno, & Virgilia ibi: *eius eſt po-
tentia, cuius eſt actus* arguit. † Sed electionis Papæ 31
actus ſimpliciter, & abſolutè non eſt Papæ; ergo
poteſtas electiua Papæ, non conuenit formaliter
Papæ, cùmque maior pateat ex Ariſtotele, mino-
rem probat, quia electio Papæ eſt actus factiuus
quantum ex ſe tunc Papæ, quod eſt dicere quod
per actum electionis pro illo tempore, quo eligitur
Papa, efficitur Papa ille, qui eligitur; & ſic re-
pugnare ei, quod præſupponat pro tunc Papam:
nam quod fit non eſt; ſi enim eſſet non fieret, † 32
inferens ſequentes etiam illationes; ergo elector
præſupponitur ſecundùm naturam rei electioni, &
eſt ſimul tempore cum electione, & vltra: ergo
actus electionis Papæ non eſt Papæ, quia electio
Papæ eſt actus electionis Papæ: alias verò rationes
adducunt, hanc ſententiam abſolutè tenentes, Tur-
recremata citatus *in ſumm. Eccleſ. lib. 2. cap. 51.* Ia-
cobatius *de concil. lib. 5. artic. 22. num. 2. & lib. 8.*
Cardinal. Albanus *lib. de Cardinalatu, quæſt. 32.*
Pater Vincent. Candidus cum aliis *in peculiari diſ-
quiſitione*, de hac quæſtione impreſſa *in fine*, tam
ſuor. operum *folio 342.* Comitol. *in reſponſ. moral.
lib. 1. quæſt. 98.* Azorius *in ſumm. tom. 1. lib. 4. c. 5.
quæſt. 3.* Alfonſus Mendoza *in qq. quotlibeticis
q. 4.* Rodulphus Cuperſ. *tractatu de Eccleſia art. 2.
num 23. folio 151.* Paludan. *de Republ. Eccleſ. c. 7.*
Turrian. *in 2. 2. tom. 2. diſput. 15. dubio 3.* Michaël.
Torra. *in amplitudine beneficiaria diſput. 1. & 5.
q. 2. num. 18.* Villadiego *de Cardinal. q. 5. num. 19.*
Mancin. *diſqu. ſ. cent. 2. cap. 177.* Aougna *in decre-
tum Gratiani parte prima, diſt. 79. cap. 10. num. 1.*
Tiraquel. *de Iure conſt. parte tertia, limit. 2. num. 4.*
Iulius Lauor. *variar. lucubrat. titulo 4. capit. 43.
num. 33.* Turrian. *in 2. 2. tom. 2. diſput. 15. dubio 3.*
& multis aliis Barboſa *dict. cap. 1. à num. 40.* per
gloſſam *verb. Beatus, cap. Apoſtolica §. his omni-
bus 8. quæſt. 1.* & *in dicto cap. ſi tranſitus 79. diſt.* &
relati à Diana *dict. part. 1. tract. 5. reſ. 2.* vbi ad lit-
teram refert alias rationes; & quod hæc doctrina
fundatur in iure naturæ.

Et ego ſic amplectendo non vtique damnarem 33
ſententiam affirmantem Victoriæ, & aliorum, vt
fecit Paulus Grilandus, Dominicanus *in deciſion.
fidei Cathol. verſ. Papa num. 17* dicendo, vt ſit
propoſitio temeraria aſſerere poſſe Pontificem ſibi
eligere ſucceſſorem; quia vt illum carpit Diana
dicta p. 10. tract. 5. reſ. 4. is Magiſter aliquando nimis
audacter ſe gerit in cenſurandis opinionibus, qui
debebat conſiderare iſtam opinionem, quam, vt
temerariam, damnat, docuiſſe ornamentum ſuæ
religionis dictum Magiſtr. Victoriam, & ſapientiſ-
ſimum Vaſquez, & alios Viros doctos. Nec fir-
mari ait Diana Grilandi dictum *ex conſtit. Pij IV.*
quam retulit, Andreas Victorellus *in additionibus*

ad Giac. in vita Papæ dict. Pij IV. Sequentibus verbis: *Anno 1565. die 18. Cardinales in Conſiſtorio alloquens ætatem ſenio confectam in occaſum, quaſi præcipientem ferri, narrans adiecit ſcire ſe quæri à Iuriſconſultis, an Romanus Pontifex ſibi ſucceſſorem deligere queat, & ſub Paulo IV. agitatam quæſtionem, an Summus Pontifex cum futura ſucceſſione adſcire poſſit; & quamuis nonnulli, Decius inprimis affirment eam tamen ſententiam Pius, vt falſam reiiciendam cenſuerit*: nam reſpondet non conſtare authenticè de tali conſiſtoriali decreto, nec declarationem Pij Pontificis in lucem prodiiſſe; itaque licèt Pater Suarez *vbi ſuprà*, & Pater Franciſcus Amicus *in curſu Theologiæ tom.4. diſp 6. ſect.6. à num.* 204. mediam ſententiam docuerint, nempè in caſu raro, vrgente aperta Eccleſiæ neceſſitate, affirmatiuam poſſe ſententiam ſequi; negatiuam, quando Pontifices ſine cauſa, & frequenter valent ſibi eligere Succeſſores; quorum fundamenta, & impugnationes refert idem Diana legendus *dict. p 10. tract.5. reſ.3.* tamen ipſe *in eadem reſ* 4 & Turrianus *in 2 2. D. Thomæ tom.1. diſp.15. dubio* 3. impugnando prædictam mediam ſententiam, noſtram amplectuntur abſolutè, eo equidem quòd nullus caſus peculiaris neceſſitatis poſſit moraliter contingere.

34 Nec obſtant Iura *in dict cap. Petrus, cap. ſi tranſitus*, & alia fundamenta adducta pro prima ſententia, quia vltra quod Doctores latè expendunt dicendo Petrum, Clementem non elegiſſe, ſed illum cum cæteris à ſe electoribus nominaſſe. Ego è contra exiſtimo verè illum elegiſſe, vt patet ex illis verbis: *Succeſſori ſuo ſancto Clementi*: & amiſſis tribus ſolutionibus, vna, quod Petrus, & cæteri Apoſtoli habuerint plura priuilegia; & quod multa ex ſpeciali prouiſione, & Diuina inſpiratione fecerunt, quæ aliis Pontificibus concedere non debemus. Alia, quod non conſtat Clementem Petro ſucceſſiſſe immediatè; imò contendant plures immediatè ſucceſſiſſe Petro Linum, & Cletum, & in quarto loco Clementem; ita vt Petro Linus, Lino Cletus, Cleto Clemens in Pontificatu ſuccederent, vt poſt S. Irinæ. *lib.3. aduerſus hæreſes, cap.* 3. docet, Hieronymus *tom.1. de Eccleſiaſt. ſcriptor. ad fin.* in Clementis vita, Platina *in vitis Pontificum*, & alij grauiſſimi Doctores, & Doctiſſim. Boët. Epo *de regalibus l.1. à num.169.* & citati per Bonacinam *de elect. Pontif. quæſt.4. puncto 4. part.2.* quorum ſententiæ fauet plurimum Eccleſiæ vſus, qui Linum, & Cletum ſub Pontificum nomine veneratur. Et altera reuera, ſcilicet quæ fatetur Clementem à Petro Apoſtolorum Principe Romanæ Eccleſiæ fuiſſe Pontificem, eique immediatè ſucceſſiſſe. Sed ne poſſet poſteris ſimile exemplum relinqui, vt nemo poſſet vſquam ſibi ſucceſſorem eligere, & ne Papatus potius ſucceſſione, quàm electione deferretur, quod Romanæ Eccleſiæ pernitioſum valde videbatur; ideo Papatui renunciauerit.

35 Verius tamen eſt vt iam ſupra adduxi Petrum ex omnibus Diaconibus, & Presbyteris Romanæ vrbis elegiſſe 24. cum quibus omnia ardua negotia Eccleſiæ explicaret, quos ſibi Coadiutores, ac Conſiliarios, & Summi Pontificis Electores inſtituerit, ordinaueritquè, vt ex ſacro hoc 24. Senatorum Collegio, quos poſtea Syluester I. Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales nuncupauit, Pontifices eligerentur, vt colligitur *ex cap. oportebat 3. cum ſequentib. diſt.79.* & quod ante hos electores Petrus in vltimis ſuæ vitæ diebus conſurgens, Clementem in Pontificem nominauerit, ſi vt creditur à Sacro illo Romanæ Eccleſiæ Senatu admittetetur; qui cognoſcentes huiuſmodi nominationis formam grauiter in futurum Eccleſiæ poſſe nocere; non Clementem, ſed Linum elegerunt, quem præeſſe voluerunt poſt Petrum: ſic colligitur ex cæremoniali Romano *lib.1. ſect.1 cap.3.* Barboſa *dict. cap.1. de Iure Eccleſiaſt. p.1. ſub num.46.* dicens ex hoc apparere Sanctum Petrum non ſibi Clementem neceſſariò ſucceſſorem elegiſſe, ſed tantum nominaſſe, vt à Sacro Collegio Senatorum, iuxta formam ſibi traditam eligeretur; & ſic intellige *dict. cap. ſi Petrus*, & alia *dict. quæſt.1. cauſa* 8.

Et ex hac reſolutione conſtat etiam intelligendum eſſe textum *in dict. cap. tranſitus*, in relatis illius verbis; eo quod verba ibi: *ſi tranſitus Papæ inopinatus euenerit, & de ſui electione ſucceſſoris, non poſſit ante decernere, &c.* Si intelligerentur iuxta primos intellectus *dict. cap. ſi Petrus*, deberet vtique admitti ea licentia eligendi ſibi ſucceſſorem, quod non eſt ſic amplectendum, ſed potius quod prædicta verba debeant intelligi de modo, & forma in ſucceſſoris electione ſeruanda, aut de commendatione perſonarum, quæ ſibi ad tantum munus ſubeundum præſtantiores viderentur; quod, vt vides potius eſt de ſucceſſoris electione, cum fratribus deliberare, & alloqui, vt plures Pontifices ante obitum facere conſueuerunt, quam de ſubſtitutione ſucceſſoris, actualique Pontificis nominatione tractare; ob idque factum, vt Priore Pontifice mortuo ea eligendi ſucceſſorem forma excogitaretur, quam Pontifices reliquerunt *in dict. cap. ſi tranſitus*: ita idem Barboſa ſupra *dicto cap.1. num.4.* vbi addit quod quamuis Sacerdotum electio verè ſit Deo reſeruata; hanc tamen bonis Sacerdotibus, & ſpiritualibus populi: conceſſerit, vt Anacletus affirmat *in cap. electionem vltimo dict. diſt.79.* Et relata reſolutio vera videtur quantumvis Pater Franciſcus Amicus *in Curſu Theolog. tom.4. diſput.6. à num.*204. firmat Pontificem poſſe ſibi poſt mortem ſucceſſorem deſignare; ita vt deſignatus ſic validè electus foret, modo talis electio apertam non contineat iniuſtitiam; quod tunc eſſet, vt declarat gloſſa *in dicto cap. ſi tranſitus*, quando Pontifex hoc faceret quaſi ex teſtamento Dignitatis ſuæ hæredem ſubſtitueret, addens, vt ſi poteſt illum nominare, mediantibus electoribus, cum quibus ante mortem de futuro ſucceſſore deliberet; cur non etiam poſſit, & per ſe ſolum eligere, cum ſit ſupra electores, qui poteſtatem habent eligendi ab ipſo Papa, qui poteſt electores pro futuro Pontifice determinare; quia ſatisfit ex iam adductis *num. præced.* 36

Ex quibus patet quàm benè vetuit Simachus Papa relatus *in cap. ſi quis Papa 79. diſt.* ne cui liceret, Pontifici adhuc ſuperſtite verbo ſcripto, vel promiſſionibus, iuramento, aut alio quovis modo de ſucceſſore tractare ſub anathematis pœna, & priuationis Dignitatum, vt obſeruant Hieron. Albanus *de Cardinal. q.3. inter tract. Doctor. tom.13. part.2. folio* 116. Manfredus *eodem tract. dec.*298. Bonacina *de elect. Pontif. diſp.2. quæſt.2. in princ. à num.5.* Azeuedus *in l.1. num.108. tit.18. lib.8. recopil.* Azor. *inſtit. moral. p.2. lib.4. cap.2. quæſt.5.* Iulius Lauor. *variar. lucubrat. tom.1. tit.4. cap.3. n.59.* quos etiam aliis pœnis afficit noua Conſtitutio Pauli IV. incipit: *Cum ſecundum*, ſub dat. Romæ 16. Decembr. 1558. quæ habetur *in Bullario nouo tom.1. pag.735.* de qua meminit Barboſa *dict. cap.1. num.*48. 37

Vnum

38 Vnum tamen notabis in electione ſummi Pontificis, etſi electores perſonam deſignent, poteſtatemquè determinate videantur: tamen ſolum Chriſtum immediatè conferre Dignitatem, & poteſtatem; itavt electores in cauſa ſint, vt talis Pontifex electus poteſtatem habeat à Chriſto immediatè dimanantem, cuius Vicarius eſt, vt docent Turrecremata *de poteſtate Eccleſ.lib.2.cap.42.* Caietanus *opuſculo 1. de authoritate Papæ cap.14. & in part.2. Apolog.cap.22.* Torres *de fide diſput.13.dubio 3.* Suarez *in ſimili tract.diſp 10.ſect.10.num.3.* quos referunt Barboſa ſupra *dict.c.1.ſub dicto n.47.* & D. Rodericus de Acunha *in commentar. ad textum in dicta cap.electionem dict.diſt.79.*

39 Nec dictis obſtat dicere Chriſtum Dominũ, Petrum ſibi in terris elegiſſe ſupremum Vicarium; & quod ex epiſt.1. S. Clementis ad Iacob. Hieroſolymitanum, quæ habetur *tom.1.Concilior.pag.279.*& vt refertur *in cap. vnde 8. q.1.* ſanctus Petrus non procul à morte dum martyrij ſui tempus, Domino reuelante, appropinquare cognoſcens, conuocatis iis, qui ſibi aderant Chriſti fideles Beatum D. Clementem, veterem Romæ Præsbyterum, Epiſcopum Romæ deſignatum ſucceſſorem ſibi ſubſtituerit, quia vltra reſponſum datum *ad dictum cap. ſi Petrus, & cap.ſi tranſitus*, & primum de Chriſto nominante Petrum, eius exemplum non eſſe cæteris Pontificibus trahendum, vt ſibi deinceps poſſent ſucceſſores nominare, & eligere, cum ſibimet obſtent rationes adductæ; † dicunt Doctores

40 illam Epiſtolam videri falsò inſcriptam eiuſdem Clem. nomine, vt inſinuat Cardinal.Baron.*annal. Eccleſiæ tom.1. anno Chriſti 69. pag.680.* cum longè ante obiret Iacob. cognomento Alphei, frater Domini, dictus Iuſtus & minor, qui conſtitutus erat à Petro Epiſcopus Hieroſolymitanus, qui ex vertice templi fuit præcipitatus anno Domini 63. Petri.19 Neronis 7.ex tabula Chronografica Iacobi Gualteri primo ſæculo *folio* 8.& ex Breuiario Chronologico Fr.Franc. Coriolani *fol.15.* & ex Baron. *tom.1.anno Chriſti 69 pag 628.& 680.* ſic Barboſa *de iure Eccleſiaſt.dict.cap.1.p.1.num 45.* Vbi addit quod non debet confundi iſte Iacobus cum altero Iacobo filio Zebædei, qui cæſus obiit anno Domini 44.ſub Hærode Agrippeo; imò Cardinal.Bellarm.*de ſcriptoribus Eccleſ in S. Clemente,* dicit dictam Epiſtolám non carere ſcrupulo; & Iulius Lætorius idem multis rationibus oſtendit *variar.lucubrat.dict.tit.4.cap.3.num.51.*

41 De Epiſcopo, ſeu alio quouis Prælato per iam adducta de Papa; imò & multo difficilius dici debet, vt nullo vnquam modo poſſit Prælatorum vllus præeligere ſibi ſucceſſorem, etiam in exitu vitæ: non enim legitur alicui Epiſcopo conceſſum aliquandò fuiſſe imò potius expreſſè prohibitum *in c.1.& 3. & per totam 7.q.1.* ita dicunt Doctores *ibi*, & Barboſa *de Iure Eccleſiaſt.dict p 1 cap 19.n.47.* vbi limitat ſi ex Apoſtolica authoritate moriens Epiſcopus, Coadiutorem ſuum ſibi Epiſcopum ſubſtituere iudicet; provt Zacharias Papa, Bonifacio Archiepiſcopo Maguntino conceſſit, *in cap. petiiſti 7. q.1.* quia tunc ſolus Papa eſt, qui eligit, non prælatus, qui nominat ſibi ſucceſſorem ſuum Coadiutorem: & dicit Diana *dict. p.10. tract. 15. reſ.3.* verſ.*dices.*

42 Ad tertiam quæſtionis partem, nùm Pontifices queant deferre Iure hæreditario, vel ſanguinis Papatum? ſuppoſitis quæ dico infra, & communiter Doctores ſcribunt *in dict.c.1.deprabend.& Dignit.* exiſtimo non poſſe facere Pontifices, vt Iure hæreditario, vel ſanguinis ſuccedant ſibi in Papatu eorum conſanguinei, vel hæredes, tum ex adductis *in toto verſ. ad ſecundam*: Tum etiam quia licèt in Lege veteri Exodi *cap.28.* in ſacerdotio legali vim haberet ſucceſſio originis, & carnis, cum deberent ſacerdotes eſſe ex ſtirpe Aaron: Tamen quia tranſlato ſacerdotio legali oportuerit transferri formam aſſumendæ perſonæ ad ſacerdotium: argum.textus & eorum, quæ dixi *in cap.tranſlato 3 ſupra de conſtitut.* ideò in lege noua factum, vt iam non per carnis originem, ſed per electionem aſſumptio fieret perſonæ ad Pontificatum: ſic Turrecremata *in ſumma Eccleſ.lib.2.cap.51.* qui etiam probat ex ſpiritualitate Sacerdotij Euangelici, cuius Summus Pontifex non carni, ſed vitæ, & ſpiritui debetur; item ex vniuerſitate Sacerdotij, quod ad omnes tribus & nationes pertinere poteſt, ac pertinet, & ex qualitate vitæ, & Sanctimonia, quæ requitur in maximo Sacerdote; quæ ſanctitas minus periclitatur difficiliuſquè perit, ſi Sacerdotium ſummum non origine, ſed electione mandetur; imò, & ex periculo futuro, quod accidere poſſet, ſi ſucceſſione originis, Pontifex eligeretur; item probat ex vtilitate populi Chriſtiani, cui Pontifex Maximus præficitur, & ex ratione naturali; quia nullus videtur iuſtè præeſſe multitudini, niſi ex eius conſenſu; & iſtá ait à Chriſto Eccleſiæ poteſtatem permiſſam eſſe ſibi creandi Pontifices, ſubiungens Turrecremata de iure naturali, & quaſi diuino videri eſſe, quod Papa non faciat ſibi ſucceſſorem, nec poſt mortem, nec per reſignationem, inferens quod tam iure Diuino, quàm naturali conſonum videatur, vt ex electione cum Vniuerſali Eccleſia ſit tranſlatum ius eligendi (ſicut hodie ſunt Cardinales, vt *in cap.in nomine Domini 23.diſt. & 79.c.1.*) & fiat Papa, ſiue aſſumatur ſummus Pontifex.

Et ita Azor.*in ſumma tom.2.lib.4.cap.5.q.3.*confirmans, addit quia eo ipſo, quòd Chriſtus Petrum ſuum Vicarium creauit, & voluit in eadem poteſtate Romanum Pontificem ſuccedere liberum Eccleſiæ reliquit, vt hoc, aut alio modo Pontifex eligeretur: nam hac poteſtate libera à Chriſto relicta conſequitur, vt ipſa naturalis ratio præcipiat, ne Romanus Pontifex ſucceſſorem eligat, cum illa dictet innumera penè mala in Eccleſiam oritura, ſi Papa id fecerit; & ob id dicit vt ſi aliquis Romanus Pontifex ſibi ſucceſſorem creaſſet, nihil ſanè feciſſet, cum poſt eius obitum, Eccleſia nequaquam permiſiſſet, eo quòd alias totius Reipublicæ Chriſtianæ pax, & tranquillitas perturbaretur, ac proinde alium inde mortui Pontificis locum Eccleſia ſubrogaret, teſte Gomez *quæſt.1.regula de infirm. reſign.* Diana *dict.p.10.tract.5.ſub reſ.2.* quorum ſententia eſt communis inter Doctores, vt teſtatur Panormitanus *in cap. licet de vitanda, hoc tit. num.2.* ſic aſſerens: *Non tamen Papa poteſt ſibi eligere ſucceſſorem*, vt notat gloſſa *in cap. Apoſtolica §. his omnibus 8. q.1.* Ioan. Andreas *in dicto cap. licet*, & Archidiaconus *in dict. cap. tranſitus 79. diſt.* ergo vt dictum eſt per eadem fundamenta nec diſponete, vt in Pontificatu ſuccedatur Iure hæreditario, vel ſanguinis. 43

Ad quartam quæſtionis partem abundè, & ex propoſito reſpondeo per textum *in cap.fin.de renunciat.quæſt.3.& fin.* vbi videbis; ſed quia Pater Franciſcus Amicus *dicto tom.4. in curſu Theolog.tom.4. diſp.6.ſect.6. à num.204.* vult arguere à propoſitione, quod Papa queit Papatui renunciare, & quod etiam poſſit alium ſibi eligere Succeſſorem adhuc viuens; ſed reſpondeo admittendo, vt poſſit 44

Pontificatui renunciare, ſed non alium, deinde eligere; quia renunciato Papatu, non haberet amplius poteſtatem mutandi modum præſcriptum ab alio Papa; admitto tamen vt adhuc Papa exiſtens poſſit alium deſignare, per qoam deſignationem ſimul, & alter eligatur, ſed modo iam relato *ſub verſ.ad ſecundam in fine.* Verum iam tunc ipſe deſignatus deſineret eſſe Papa, ita vt electio vnius eſſet renunciatio, & depoſitio alterius, vt nec ſimul tempore eſſent duo ſummi Pontifices; nec daretur tempus, in quo nullus eſſet in tali caſu Pontifex, ſed quando vnus deſineret, alter inciperet: ita Amicus, quem adducit Diana *dict. p.10. tract. 5. reſ.3. in fine à verſ.addit.*

QVÆSTIO IX.

An Pontifices poſſint titulum, & inſignia Regia Principibus ſæculi de Eccleſia bene meritis conferre, & condonare?

SVMMARIVM.

1 *Pontifex queit poteſtate indirecta, quam habet in temporalibus, inſignia, & titulum Regium condonare Principibus Chriſtianis,* numeris ſequentibus: *Vbi de ratione, & exemplis, contra Doctores relatos,* num.6.

3 *Pontifex poteſt condecorare Principes laicos benemeritis titulis Regiis temporalibus, non ſpiritualibus.*

4 *Principes plures condecorati à Papa titulo Regio, aut Ducis in diuerſis Prouinciis, & Portugalia,* & num.5.

6 Ioannes Caramuël. *dicens Pontificem titulum ſpiritualem indulgentiarum, &c. concedere, cùm creat Reges, Principes de Eccleſia benemeritos: improbatur, & alij.*

7 *Principes Catholici ſunt defenſores Eccleſiæ, & ad id conſtituti.*

1 Ibuit hanc difficultatem in noſtra Rubrica inſerere quaſi non alienam ab electione, vt ex inſcriptione videtur, cum non ſit alius aptus locus in decretalibus Gregor. IX. vbi poſſet tractari præter textum *in cap.nouit.13.infra de Iudiciis,* Vbi per dicta ibi *à queſtione* 1. *&* 4. cum aliis cognoſcitur quanta ſit penès Pontifices authoritas in Reges, & Principes Chriſtianos: Quibus ſuppoſitis nunc reſpondeo Pontifices habere poteſtatem indirectam in temporalibus, vt *in dicto cap.nouit* abundè dixi; & ob id poſſe titulum Regium temporalem Principibus de Eccleſia benemeritis præbere, vt dixit Seraphin. Freytas, *l. de imperio Iuſto Aſiati cap.6. num.33.* inde inferens ex eadem poteſtate indirecta poſſe ſummum Pontificem Principibus Catholicis, & benemeritis titulos, & inſignia Regia concedere temporalia, non titulum Regium ſpirituale, vt perperam putat Ioannes Caramuël *in ſuo philippico diſp.1. lib.1. art.7. concluſ.2.* ita tanquam certum ſupponunt Theologi, inter quos D. Cardinalis Lugo *de Iuſtitia tom.2. diſp.36. ſect.1. num.4.* Vaſquez *opuſculo de reſtit. cap.6. §.1. dub.1. num.14. & 15.* Del Caſtillus *de Iuſtitia lib.2. tract.20. diſp.1. dubio 3. num.68.* Turrianus *in 2.2. tom.2. diſput.44. dub.1. num.8.* Salas *de legib. diſp.7. ſect.4. num.31.* Bzobius *de Romano Pontifice cap.44.* Schunechenjus *in Apologia pro Bellarmino cap.6. num.121.* Balthazar Nardius *in expunctionibus ad librum de Papam cap.9.* & ex Iuriſtis Maſtrillus *de Magiſtratibus. lib.1. cap.2. n.6.* Rudolphinus *tractatu de poteſtate Ducum Italiæ num.3.* Mathias Stephanus *de Iuriſdictione tom.2. lib.3. p.1. cap.3. num 66.* Torreblanca *in praxi Iuris ſpiritualis lib.15. cap.2. num.90.* qui alios plures ſic tenentes referunt.

Quod etiam probatur; quia etſi Pontifex ſecundùm aliquos non habeat poteſtatem directam, tamen ſecundùm omnes, tam Canoniſtas, quàm Theologos habet poteſtatem indirectam in temporalibus, vt latè dixi *in dicto cap nouit*: qua de cauſa poterit diſponere, vt dictum eſt, iuxta quæ adducunt relati à Diana *p.1. tract.2. reſolut.121.* cum aliis Cæſar Carena *in praxi S. Officij p.1. tit.1. num.67.* ad ſacietatem Solorzan *de Iure Indiarum tom.1. lib.2. cap.22. num.45.* Bellarmin. *toto tract. de poteſtate Pontificis* cum Schulk. tota apologia in eius fauorem contra Bocer, & præter eos docent Canoniſtæ, Felicianus de Vega, & Balboa *in dict. cap. nouit*, ille *à num.48.* hic *à num.4.* Bobadilla *in politica tom.1. lib.2. cap.5.* Pereira *de manu Regia tom.1. pral.2. num.4.* Zeuallos *tract. de cognitione per viam viol. in prologo, num.9.* Ramirez *de lege Regia §.2. num.30.* Morla *in emporio Iuris part.1. tit.2. q.4. num.5.* Paramo *de origine Inquiſitor. lib.3. q.1. opinione 4. per totam*, Anguian. *de legibus lib.2. controuerſ. 17. per totam.* Et quidem vt obſeruat Schulchenius *in apologia pro Bellarmino cap.6. folio mihi 273.* multi qui antea Duces erant, & Comites fuerunt poſtea à Pontificibus Reges creati; vt Reges Poloniæ, Bohemiæ, Scilicæ, & alij. 2

Quare concludunt Diana *p. 10. tract. 6.* longè agens, & omnino legendus & Antonius de Soſa *in libello contra Caramuël*, cuius titulus eſt *Ioan. Caramuël conuencido, p.1. num.7.* impreſſo anno 1642. cuius verba refert idem Diana, vbi deſignans exempla plura poſſe Pontifices condecorare Principes de Eccleſia benemeritos titulis Regiis, non ſpiritualibus, ſed temporalibus; & quod Principes, qui petierunt à Pontificibus, titulum Regium petiſſe temporalem, non ſpiritualem, vt manifeſtè demonſtrant Tobias Paumeiſter *de iuriſdictione lib.2. cap.3. num.29.* Mathias Stephanus etiam *de Iuriſd. p.1. lib.2. cap.3. num.17.* Daniel Ottonus *in diſſertatione politico Iuridica de iure publico imperij Romani cap.11.* Henricus Bocerius *tract. de Regalibus cap.1. num.9.* Theodorus Reinkinqk *tract. de regimine ſæculari, & Eccleſiaſtico lib.1. claſſe 2. c.4. num.30.* Sixtinus *de Regalibus lib.1. c.4. num.117.* aſſerentes quod cum Pius V. creaſſet Ducem Florentinum in magnum Hetruriæ Ducem, orta fuerit quæſtio, & contentio inter Pontificem, & Maximilianum Imperatorem aſſeuerantem non à Papa, ſed à ſe Regios titulos eſſe petendos, inde inferentes titulum Regium à Pontificibus ſolitum concedi non eſſe ſpiritualem, ſed temporalem, cum alioquin Maximilianus non diceret eius conceſſionem pertinere Imperatori, quorum Verba referens idem Diana à verſ. *Non eſt*, & verſ. *quæ omnia*, concludit vt nec tunc Pius V. Oratori Cæſareo in ſui fauorem adduceret exemplum Leonis III. de tranſlatione Imperij à Græcis ad Francos, & Germanos, & ſic etiam probat Pater Odericus *in tom. 13. annalium Eccleſiaſtic.* Vbi anno 1204. *num. 34.* refert Innocent. III. creaſſe Principem Bulgarorum in Regem. 3

Multiſquè exemplis dicta ſententia confirmatur, ſiquidem Gottfredus Buglio anno 1099. Regis Ieruſalem 4

ruſalem titulum, quem glorioſè ab infidelium dominatu, & tyrannide vindicauerat, impetrauit, vt refert. S. Antonius *de excommunic.cap.72.* Martha *de Iuriſd.lib.1.cap.26.num.33.* imò inter Reges noſtros Alphonſus Rex VIII. vocatus fuit Hiſpaniarum Imperator de conſenſu Innocentij II. anno 1135. vt teſtatur Mariana *lib. 10. Hiſtoriæ Hiſpan.cap.16.* & quòd Henricus 1. ab Alex. III. no 1179. Regiam Luſitaniæ Dignitatem ſibi, & ſucceſſoribus ſuis impetrauit, vt docent Eduardus Non, & alij *in eius vita.* Baron.*tom.12.* Azor. *inſtitut.mor.tom 2.lib 4.cap.34.* Acunha Epiſcopus Portugalenſe *no chatalogo dos biſpos de porto 2. p. c.6. ad finem*, Pater Anton de Vaſconcel *in deſcriptione Luſitaniæ in princ.n.4.* Vbi refert Alex. de Ploma, & relatus Soſa contra Caramuël refert Innocent. II. anno 1142. Alex. III. anno 1179. & alios poſteriores conceſſiſſe; ac confirmaſſe titulum Regium in perſona D. Alphonſi Henriquez, & ſucceſſorum eius, referens Reges legionen. miſiſſe Romam Legatos, vt illud impedirent, & clarè videtur colligi ex verbis bullæ Innocent. II. ibi: *Et Regem Portugaliæ redintegratæ honoris, Regnique Dignitate, quæ ad Reges pertinet, & alia loca excellentia tua, concedimus, & authoritate Apoſtolica confirmamus* Et in Alex.Bulla ibi: *Proinde nos attendentes perſonam tuam prudentia ornatam, Iuſtitia præditam, atque ad Populi regimen idoneam*, & ſtatim. *Regnum Portugalenſe cum integritate honoris, Regni Dignitate, quæ ad Reges pertinet, necnon omnia loca, quæ cum auxilio Cæleſtis gratiæ de Sarracenorum manibus eripueris, in quibus ſibi non poſſunt Chriſtiani Principes circum poſiti ius vindicare. Excellentiæ tuæ concedimus, & authoritate Apoſtolica confirmamus*, & infra, *Decernimus ergo, vt nulli hominum liceat perſonam tuam, aut hæredum tuorum, vel etiam præfatum Regnum temerè perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare*; Imò & contra eundem Caramuël mordicus etiam ſcripſit Nicolaus Fernandez de Caſtro *in Portugal Conuencido p. 4. cap. 2. ſect.9.* in verſ. *tuuo deſgracia el Padre Caramuël*, qui *p.2. ſect.1.* conatur probare dictum Alphonſum Henriquez ab Alphonſo. VII. Rege, Leonis, Caſtellæ, ac Imperatoris totius Hiſpaniæ, tanquam eius vaſallum, & feudatarium Regium titulum prius impetraſſe, vt teſtatur aliam Rodericus Sanctius *Hiſtoriæ p.1 cap.14.* quem Rex Caſtellæ primo Ducem Portugaliæ creauerat; & qui mox volente Rege, titulum Regis aſſumpſit; quod approbat Horatius Turſelinus *in epitome Hiſtoriarum ab orbe condito lib.8.in conrado 4.* referens cauſas, ob quas id obuenit; namque quia idem Alphonſus Dux Luſitaniæ Eboram vrbem Regiam, Vliſſiponam, aliaquè Luſitaniæ oppida de Sarracenis recepit: inde cæleſti viſo, oblatáque Crucifixi ſpecie erectus, & ab exercitu Rex ſalutatus cum Iſmaële, aliiſquè Sarracenis Regibus acie conflixit, diuinaque ope Hoſtem profligauit, & victoriis ingens ab Alphonſo Rege Caſtellæ, cuius beneficiarius erat, Rex Luſitaniæ appellatur; ſed hoc non implicat, ſiquidem vt ſcribit Diana *dict. tract 6, in fine*, potuerit Alphonſus titulum Regium obtinere, & à Rege Leonis, & Caſtellæ, & ſimul à Pontifice ſummo.

5 Item amplius confirmatur cum legamus Gregorium VII. inſtituiſſe Demetrium Regem Croatiæ cui miſit Sceptrum, Coronam, & Vexillum dono, vt ſcribit Cardin.Baron. *anno 1173.tom.11.* Et vt docet Cromer *lib.3.polit.* idem Baron.*tom.10. ſub anno 980.* Stephanus Vngariæ Princeps *dict. anno.* Legatos ad Pontificem Benedictum VII. miſit, vt ab eo Regium nomen acciperet, quod ei datum eſt Miſcela Polonorum Duci flagitanti negatum; nec enim ex alio capite Rex Hiſpaniæ vocatur Rex Sardinæ, niſi ex conceſſione Pontificis facta Iacobo II. Aragoniæ Regi, vt patet ex diplomate Bonifacij VIII. quod etiam patet ex Guellielmo IV. Rogerij III. filio vtriuſque Siciliæ Regi ab Adriano IV. ex Poloniæ Duce in Regem ſublimato, vt dicit Cranc. *in Vandalia lib 8 cap 2.* & de Iacoldo Regio titulò priuato, & rurſus reſtituto à Ioannne XXII. referunt Bodinus *de Republica lib.1.cap.9.* Martha *de Iuriſd.dict. p.1.cap.26.* qui *dict.p.1.cap.33.* ſub Verbo *Vmbria*, idem ait de Friderico ex illuſtri Feltrenſium familia in Ducem Vrbini à Sixto. IV. euecto: de Polonorum Principe Miſcelao Cromerus refert, quod is Lambertum Archiepiſcopum Cracouienſem ad Benedictum VII. Pontificem Romam miſit, vt Regium Diadema ſibi concederet, Regemquè Polonorum ſe, & poſteros ſuos eſſe iuberet, quod etiam ſcribit Bzouius *de Romano Pontifice cap. 44.* imò vt notat Hiſtoria Concilij Trid: *lib. 5. pag. min.* 1318. Paul. IV. Hiberniam titulo Regni decorauit, & vt obſeruat Odericus *annal. Eccleſia dicto tom.3.anno 1254. num.27.* Innocent. IV. præbuit Ruſſorum Principi Regiam Dignitatem, ſicut & Lithuano; & quod olim de Roberto Guiſcardo Normano à Nicolao II. anno 1060. Apuliæ, & Calabriæ Duce conſtituto dicit relatus Martha *dict. cap.26. num.10.* & de Duce Ferrariæ à Paulo II. creato refert Tiberius Decian. cum multis *conſ.19. volum.3. num.114.* ante eum Zepol. *conſtitut.17.* Cardinalis *conſ.2.* & Ioannes Baptiſta de San Seuerino *in l. cunctos populos Cod de ſumma Trinitate, & fide Catholica.*

Nec his omnibus obſtant Ioachimus Eluten *in ſylloge rerum quotidianarum theſi 8.in gloſa, littera E.* Daniel Ottonius *in diſceptatione Iuridico-politica, cap.11.* Henricus Bocerius *tract de Regalibus cap.1.* Ioſias Nodlen *in tractatione ſinoptica de ſtatu nobilium cap.2. num. 29.* quos Comilitones potuit habere Ioannes Caramuël *dict ſuo Philip diſput.1. lib 5.art.7. concluſione 2.* qui loquens de Alphonſo Rege iam dicto verbis ſequentibus affatus eſt: *Alphonſus, & reliqui Luſitanorum Reges, quia creati, & electi, confirmati à Pontifice ſunt Reges Portugalenſes, verùm non temporaliter, ſed ſpiritualiter*; eo quia authoritas Pontificis eſt ſpiritualis, & quæ ad ſpirituale ſolummodo directè ſe poteſt extendere; & ſic quod Reges Luſitanorum ſpiritualiter nihil aliud ſit, quàm participare gratias, indulgentias, Iubilea, indulta, & reliquos fauores Eccleſiaſticos, qui authoritate Apoſtolica aliis, quà Regibus concedi poſſunt, negans etiam non eſſe liberum cuique Principi, Reges, aut ſupremos creare Principes, quia nemo poteſt alteri ſubditum eximere; & ob id non poſſe Regem Galliæ eximere Ducem de Lerma ab obedientia, quam debet, & quam fideliter præſtitit Hiſpano Regi, dicens, vt nec Innocentius dictus ſupra, potuiſſet Alphonſum Luſitaniæ Ducem titulo Regio inſignire, cum ipſe Alphonſus eſſet infans ſubditus Monarchiæ Legionenſ. & quod neutri ſuperat Innocent. *dict.* quà Romaniæ Rex &c. Quia reſpódeo tum ex latè adductis contra Caramuël poſſe Pontificem titulo Regio condecorare Principes ſæculares Eccleſiæ benemeritos, vt iure, ratione,

&

& exemplis abundè probatum eſt *à num.* 1. Nec iurari Caramuël. per relatos ſcriptores, Ioachimum, Daniel. Bocerum & alios relatos cum ſint hæretici, vt dicit Diana *dict. p* 6. *tract.* 5 *in verſ. patet, in fine*, qui in Pontificiam authoritatem hoſtes ſunt iurati.

Imò cum placuerit etiam Chriſtophoro Beſoldo
7 *in diſerta Politico Iuridica, de Maieſtate in genere cap.* 3. *num.* 9. qui dum eſſet adhuc hæreticus, & poſtea feliciter conualuerit ex Lutheraniſmo ad Eccleſiam dixerit, quod Papa habet poteſtatem indirectam in temporalibus; à fortiori debemus ſine diſputatione dicere poſſe, & Principes, Eccleſiæ benemeritos titulo Regio condecorare, quod fortius patet; quia Principes Catholici ſunt defenſores Eccleſiæ, & ad id conſtituti, & neceſſarij, vt dicit textus *in cap. Princeps* 23. *q.* 5. Quare optimè concludunt iam pro nobis adducti, & Seraphinus Freytas *dict. cap* 6. *n.* 33. *lib. de Imperio Iuſto Aſiatice*, condecens eſſe, vt præm iſſis promeritis à ſupremo Eccleſiæ Principe condecorentur, &c.

QVÆSTIO X.

An electio Decurionum, & aliorum in Republica debeat fieri aliqua ſolemnitate? Et an ſi ſuſpenſa fuerit electio Officialium per controuerſiam, & pendente lite annus elabatur, reſtituti poſt annum elapſum, nondum facta electione, poßint facere eam de Officialibus anni, ſcilicet ſequentis? Et an ab electione Decurionatus aliorumvè officiorum Reipublicæ appellationes, ſiue excuſationes admittantur?

SVMMARIVM.

1 *Populus ſiue Senatus antiquitùs, qualiter conuocabatur, Campana, aut Buccina, & qua ſolemnitate*, n. 5.

2 *Electio Decurionum facta ſine ſolemni citatione, eſt nulla*

3 *Curia conuocatur apud nos, per ianitores, apparitores, nuncios, &c.*

4 *Concilium, conuocatione facta, procedit ad electionem Officialium Reipublicæ.*

6 *Electio deuoluitur ad primos, quorum poteſtas fuit lite ſuſpenſa*, n. 7. 8. 9. 10.

10 *Officiales elapſo anno, reſtituuntur ad intereſſe, etſi non ad officia.*

11 *Depoſitarius & ſequaſter non eligunt, ſi reſtituatur electus per ſententiam*, n. 14. *vbi quid ad beneficia* & n. 15.

12 *Eligere impeditus, lite; non ideo priuatus exiſtimatur, & de ratione*, n. 13.

15 *Officia Reipublicæ ob litem ſolent ſequeſtrari, & & depoſitari tantum pro tempore litis.*

16 *Excuſationes admittuntur ab electione Decurionatus cauſa ſenectutis, infirmitatis, liberorum, vt* num. 18. 19. & 20. *& alij* num. 21. & 22.

17 *Decurionatus officium fuit oneribus plenum: Et quæ fuerint etiam* n. 23. 24. 25.

19 L. 2. § numerus, l. in honoribus 8. ff. de Vacatione munerum.

22 *Parentes filios duodecim habentes, habent prærogatiuas, quas ſic non tenent tot filios non habentes.*

26 *Decuriones populos vexabant.*

27 *Elector eligens in Decurionem eum, qui habet excuſationem, punitur.*

28 *Decuriones huius temporis, qui dicantur? & num excuſentur?*

SVppoſitis pro vera exornatione harum quæſtio- 1
num quæ latè dixi *ſub hac Rub. in quæſt.* 7. *& in cap. fin. de Iudicijs quæſt.* 3. *&* 8. item & *ſub cap. quia propter* 40. *hoc tit.* vbi de Conuocatoria eligentium; reſpondeo ad primam partem cum Imperatoribus Arcad. & Honor. *in l. nominationum* 46. *& in l.* 2. *cod. de Decurionibus lib.* 10. ad electionem faciendam conuocandos eſſe ſolemniter Decuriones à Magiſtratibus, id eſt vt explicauit Accurſ. ad ſonum tubæ, vel campanæ hoc more ſui ſæculi; & quòd apud nos receptum eſt *in l.* 21. *tit.* 18. *p.* 2. quod non multum diſtat à priſcis Romanis apud quos per Buccinas Senatus, aut populus conuocabatur, Propertius *l.* 4. *eleg.* 1. ibi. *Buccina cogebat priſcos ad verba Quirites*, poſtea per edictum, & illud interdum viua voce, interdum per præconem, aliquando tabella ſcripta, ſuſpenſa vel affixa, vt ſcribit ex varijs locis Dorleus ad Tacitum
l. 1 *annal. pag.* 30. ad illud *Ne edictum quidem*; † ſicut 2
quamuis ad ordinarias res, ſufficiat citatio conſueta, verum ad electiones, & alias cauſas, quæ magni ponderis ſunt, ſit neceſſaria ſolemnis conuocatio; alias actum eſſe nullum, & factum eius ratione, Doctores per textum *in l. actuarios* 7. *cod. de num. & actuarijs lib.* 10. *& in dicta l. nominationum*, per quam Bobadilla *lib.* 3. *polit. cap.* 7. *n.* 15. *&* 16. cum aliis D.D. Franc. de Amaya *ibi num* 5. cum obſeruata non ſit ſolemnitas, quæ in prædictis caſibus requiritur obſeruata *ex l. cum his* §. *ſi Prætor ff. de tranſaction.* & ob id, D.D. Franc. Salgad. *de Regia protect.* 3. *p. cap.* 8. *num.* 19. dixit, vt ſi nulliter facta ſit electio, tanquam nulla, non indigeat appellationis remedio.

Vnde cùm apud nos Curiæ cogantur per ianito- 3
res, apparitores, nuncios, vel provt conſuetudine receptum eſt, Auendan. *in cap.* 20. *Prætor. lib.* 1. Curia Piſana *lib* 1. *curiæ, cap.* 7. *& lib.* 2. *cap.* 5 Bobadilla *dict. lib.* 3. *cap.* 20. *n.* 14. vti etiam aduertunt Pyrrus, & Platea *in dict. l. nominationum num.* 2. & plures apud Hermoſillam *in l.* 15. *tit.* 5. *p.* 5. *gloſſa* 2. *num* 21. & longa conſuetudo ſit in electionibus cuſtodienda Officialium, vt docent Accurſ. per textum ibi *in l. ſuper creandis Cod. de Iure fiſci, & in l. Veras Cod. de diuerſis officiis, & in l. non tantum* 11 *in fine ff. decurion. verb. Conſuetudo*, Hermo-
ſilla ſupra *n.* 21. Nauarr. *in dict. l. ſuper creandis* † 4
ſequitur, vt conuocato provt docet conſilio ad nominationem, ſeu electionem officialium procedatur, eorum ſcilicet, quorum electio ad eos pertineat, provt apud antiquos fuit Magiſtratuum municipalium Duum-virorum, Decurionum & ſimilium, apud nos in populis, & villis *Alcaldes hordinarios, y dela hermandad, Reſidores, Iurados, ſindicos y otros Officiales delos Conçejos.* In ciuitatibus verò: quia Decurionatus Officia à Rege donantur, aut conceduntur *ſe eligen Alcaldes dela hermandad, Procuradores dr Cortes, y otros oſiçios ſemelantes, que perteneçen à la adminiſtraçion publica*, vt in *l.* 1. *tit.* 13. *lib.* 8. *l.* 5. *tit.* 2. *lib.* 7. *recopilat. l.* 4. *&* 5. *tit.* 7. *lib.* 6. *recopilat. l.* 3. §. *ſi decuriones ff. quod cuiuſque Vniuerſit.* Auiles *in capitibus Prætor. cap.* 17. *Verbo Eligan. n.* 1. *&* 11. Bobadilla *dicto lib.* 3.

lib. 1. *polit.c* 8. *à n.*41. dict. Amaya *in dict.l.nomina-*
tionum n 13. † Vbi *à n.*10. addit ad ſolemnitatem
requiri, vt fiat authoritate publica Magiſtratus, cui
competit tale ius, & quod conuocatio fiat in Cu-
ria, & quod electio fiat tempore conſueto, multis
comprobans, vt iuuare poteris ex ſolemnibus, quæ
in dicto cap quia propter, adduxi pro electione Ca-
nonica facienda; notatque ibi *n.*14. quòd Præſides
ordinibus remittebant electionem ſuorum officia-
lium, & quem crearent Magiſtratum, aut Decu-
rionem, iuxta *l.*1. *§. ſolent.* 3. *quando appell. ſit.*
6 Ad ſecundam quæſtionis partem *An ſi ſuſpen-*
ſa fuerit electio, &c. breuiter reſpondeo, vt debeat
electio deuolui ad eos, qui prius elegerunt; eo quòd
electio, quæ non ſortitur effectum conſummatum,
non tollit eligenti ius iterum eligendi; *cap. ſi electio*
26. *cap. comprom ſſarius* 37. *hoc tit. lib.* 6. Oldra-
dus *conſ.* 57. *de conceſſione præbendæ n.* 1. cum mul-
tis Gonzalez *in reg* 8. *Cancellariæ gloſſa* 45. *ex n.*6.
Stephanus Gratianus *diſcept.forenſ.tom.*1. *cap.*58. *à*
*num.*5. ſuidus omnino Videndus *conſ.*264. *num.*29.
*vol.*2. Fontanel. *tom.* 1. *de pactis nupt. clauſula* 4.
7 *gloſſa* 10. *n.*49. † Cùm non poſſit dici electio, quæ
non habuit effectum, quia illo remoto, remoue-
tur nomen, & ſpecies, vt dixerunt Bald. *in l. alie-*
nationes ff. familiæ erciſcundæ, Gratianus ſuprà *n.*2.
8 † Tum quia cum primus actus non obtinuerit
ſuum effectum iuxta intentionem agentis, debet
iterum fieri, *l. qui per ſalutem* 33. *ff. de Iureiur. l. de*
die 8. *§. ſi ſeruus*, *l. ſi arbitrio.*10. *in fine ff. qui ſatiſ-*
dare cogantur, Tiraquel. *in l. boue §. hoc ſermone, li-*
*mit.*1. *n.* . *&* 20. *& limit.* 6. *n.*6. *poſt gloſſam Verbo*
Reiterari in *cap. Daibertum.*24.1.9.9.
9 Item in Iudice, qui licèt nulliter declarauit; non
tamen propterea priuatur facultate iterum iudi-
dicandi, vt tradunt Menochius *de arbitr.q.*67. *n.*2.
Pereyra *de nominat.emphyteuſ.tom.*3. *cap.*1. *à n.*8.
Fontanella ſuprà *à n.*58.
10 Et in terminis facit, nam quamuis Officiales
obtineant poſt annum elapſum, licèt ad officia non
reſtituantur, reſtituuntur tamen ad intereſſe *ex l. ſi*
vſusfructus mihi in triennium 6. *ff. de vſufructu le-*
gato; & ſic ad nouam electionem celebrandam re-
ſtitui videantur; debent inquam qui obtinuerunt
gaudere ſubrogatione temporis præſentis in locum
præteriti: *argum. l. ceſſare.*15. *ff. de publicanis.* Are-
ctinus *in l. ſi ita ſtipulatus eſſem n.*2. *&* 4. *ff. de verb.*
obligation. Franchis *deci.*419. *n.*4 D. Alaya *in dict.l.*
nominationum; alia adducens *dict.n.*36. dicens per
ſententiam in officio exiſtentes remotos exiſtere, &
ſic non eſſe in ſtatu de nouo eligendi, cum tempus
expirauerit, in quo poterant manentes in officio
eligere: argumento textus *in l. epiſtola* 52. *§. fin. ff.*
de pactis l. imperator ff. de poſtulando cum adductis
à Romano *conſ.*6. *à n.*62.
11 Et confirmatur, quia ſi contingat v.g. dubitari ſi
annullata ſit electio, an nihilominus debeant eli-
gere, qui nulliter elegerunt; an verò depoſitarij,
qui in ſequeſtrum habuerunt officium, pendente
lite, & docent Auendan. *in capitibus Prætor. di-*
cto cap 19 *à n.*22. *verſ. de nouo*, Bobadilla *dicto lib.*3.
*polit.cap.*8. *n.*46. Cabed. *deciſ.*84. *n.*14. *p.*2. Caldas
de poteſt eligendi 3. *p. cap.*5. *n.*8. Fontanella *tom.*1. *de*
*pactis nupt. clauſ.*4. *gloſſa* 10. *p.*1. *ex n.*41. Loſæus *de*
*Iure Vniuerſ.*1. *p. cap.*34. *n.*108. Amaya ſuprà *n.*38.
dicens ſæpius in Granatenſi Senatu vidiſſe pronun-
ciatum in fauorem eorum, qui nulliter elegerant,
cùm non ex eo, quò nulliter fecerint perdiderint
ius eligendi; ſiquidem ad id iure proprio admit-
tantur, non alieno, ipſe latè agit Amaya, & reti-
net *à n* 42. ſatisfaciens *à n.*48. contrariis, quibus
plures Doctores pro depoſitario, ſeu ſequæſtro
reſpondent: de quo magis ex propoſito ago infra
in cap. ex litteris de Iure patronat.
Nec obſtat dicere in propoſito noſtri dubij, 12
quòd ſi tranſitus eſt annus, iam non poterit ille,
qui ſententia obtinuit, reſtitutionem eligere; quia
reſpondeo excluſum non eſſe; eo quod tantum
fuerit impeditus vti durante litigio, & ob id adhuc
reſtitutus poſſit progredi ad nominationem, & ele-
ctionem ſucceſſoris, cum impedito non currat tem-
pus per textum *in lib.*1 *§ fin. ff. de annali except.*
cum vulgatis: quæ adducit Barboſa *in axiom. verb.*
tempus num. 116. & per alia multa, quæ de im-
pedito adduxi *in c.*8. *&* 10. *de præſcript.* præcipuè
quia cùm non ſit electus ſucceſſor, rectè poterit,
ſaltem quoad electionem officium exercere; ſicut
qui ſpectat ſucceſſorem retinet officium, vſque ad
aduentum eius *ex l. meminiſſe ff de officio eius*, cum
notatis *ibi* à Bart. & aliis, Auiles *in cap. Prætor c.*5.
n 6. Bobadilla *l.*1. *polit.c.*2 *n.*23. Maſtrillus *de Ma-*
giſtrat. lib 1. *cap* 23. *n.*77. Amaya *in dicta l. nomina-*
*tionum cod. de Decurion. n.*37. † Vbi dicit alias ſe- 13
qui abſurdum, quòd non eſſet in populo, qui poſ-
ſet eligere Officiales anni ſequentis; ſiquidem per
declarationem ſententiæ primo nominati rectè ele-
cti iudicantur; & qui in officio interim ſuppoſiti, de-
ſierint eſſe in eo, & conſequenter, vt eligere non
potuerint, cum iam nullum ius habeant ex doctrina
Cabedi *dicta deciſ.*84. *n.*5. *p.*2.
Et licet de ſequæſtro, vt poſſit eligere ad bene- 14
ficia, & officia, multi exiſtiment ex regula *cap.*
examinata, cap fin. de Iudiciis, & cap. ex litteris,
cap. Conſultationibus de Iure patronat. vbi vberius
explenabo; adhuc, quia regulariter depoſitarius,
& ſequæſter ſua poſſeſſione, poſſeſſorem nõ priuat,
vt docent plures apud Barboſam *in cap.* 1. *de ſe-*
*queſtr. poſſ. num.*5. vbi Sahagun. *num.* 18. Menoch.
de retinend. rem. 3. *à num.* 86. Ludouic. *deciſ* 9.
num. 2. Gratianus *tom.* 1. *diſcept. cap.* 114, *num.*
12. Riccius *collect.* 1645 *p.* 2. vtaturque Iure alie-
no, & non ſuo, iuxta Cabed. *dict. deciſ.* 84. *n.*14.
& concedatur ſequæſtro vſus, dum lis pendet ad
tempus, ſcilicet limitatum, ſequitur, vt debeat
limitatum producere effectum, iuxta vulgatam
regulam textus *in l. in agris* 21. *ff. de acquirend. rerum*
dominio. Gonzalez *in proœm. d. reg.*8. *Cancel. §.*7.
*n.*59 & ſic non poſſe depoſitarios eligere cum alias
traſcenderent, & vſurparent officium proprietario-
rum; ſiquidem iam lite finita, ſequæſtrum expi-
rauerit, cum iuxta decretum Cancellariatum, vſ-
que ad illud tantum tempus depoſita ſint ea ſæcu-
laria officia, argumento textus *in l. in hoc iure*
ius 53. *verſ. ſed cum reſciſſa ff. de obligation. &*
action. dicta l. epiſtola 52. *§. fin. ff. de pactis*; quia la-
pſus temporis excludit à beneficio, quod ad tem-
pus fuit conceſſum; argumento textus *in l. impe-*
*rator ff. de poſtulando Rom. Comb. n.*64. & traditis à
Coſta *de retrotract. cap.* 9. *caſu* 17. cum Beltra-
minio ad Ludouiſ. *deciſ* 9. & Riccio *reſol.* 4 5. *in*
fine, Bobadilla *lib.*3. *cap.*8. *n* 57. D. Amaya *in di-*
*cta l. nominationum à num.*45. dicens tunc iam cele-
brandam eſſe electionem ab iis, qui prius eam fece-
runt. † Cum pendente lite, non videantur poſſeſ- 15
ſionem perdidiſſe, quoad hanc cauſam, ex clau-
ſula (*nempe*) præſeruatiua, qua vti ſolent Cancel-
lariæ, vt ſequeſtrentur officia ſine præiudicio ele-
ctorum; quod ſecus erit in vero poſſeſſore, à quo
diſtat ſequæſter: ſic intelligendus Bald. *in dicta l.*
alienationes ff. famil erciſcundæ, explicat cum infi-
nitis

Digitized by Google

nitis idem Amaya *ex num* 48. *& a num.* 51. *&* 54. quæ de ſequæſtro ad ius patronatus comminiſcuntur Doctores per text. *in dict.cap. ex litteris, dict. cap.conſultationibus de Iure patronat.* quo pacto de vero poſſeſſore intelligit Amaya *a num.* 19. textum *in dict.cap.fin.de Iudic.* De cuius intellectu dixi late *in eodem textu.*

16 Ad tertiam quæſtionis partem, an appellationes, ſiue excuſationes admittantur ab electione Decurionatus, aliorumve officiorum Reipublicæ: & quatenus ſpectat ad appellationem reſpondebis per dicta infrà *in dict.cap fin.de Iudiciis q fin. verſi ad ſecundam*: Quatenus ad aliam partem de ſe excuſando electus, breuiter reſpondeo, quod etſi multa priuilegia concederentur Decurionibus, vt in multis Iuris antiqui,& ff.partibus conſpiciuntur, & commemorantur à Pancirol. *de Magiſtratibus municipalibus, cap.*6.Fornerio *lib.*1. *Selection. c.*18. Gothofred. *in Rub.cod.de Decurion. lib* 10. Pater Bulger. *lib.*7.*ſemeſt. cap.*6. & honorem, & Dignitates Decuriones dicantur habere, *l.*1. *&* 3. *dict.tit. & l.*2.*§.fin.ff.eodem*, cum adductis à Bobadilla *dicto lib* 3.*polit.cap.*8.*n.*19. Azeuedo *in Curia Piſana lib.*3.*c.*5.poſt plateam *in l.*1.*dict.tit. cod. de De-* 17 *curion.* in cuius Rubrica notat D. Amaya *n.* 14. † ſed quia id officium Decurionatus, fuit etiam oneribus plenum,vt Albo Decurionum non niſi inuito adſcriberentur, vt conſtat ex Syneſio *c.*93. quia vt notat Caſſiodor *lib.*9. *epiſt.*2. *Quidquid eis honoris cauſa delegabatur,ad iniuriam potius videatur eſſe perductum* ad ſubeundum munus hoc ſolebant cogi, cum ſe occultarent, *l.ex omnibus* 31.*d. tit.cod de Decurion.* & extrahebantur, etiam ſi priuilegio domus Auguſtæ ſeſe defenderent, *l.curiales* 39.*dict.tit* & perſeuerare cogebantur in eo munere ſemper; & ita erant Curiæ adſcripti, ſic vt eam deſerere nequirent, *l.omnes* 50.*l.ſi quis* 55. *d. tit.*in tantum, vt ſi aliquis qualibet fraude Curiæ ſeſe ſubtraheret, bonis priuaretur, *l. quamuis* 51. *dict.tit.*ideo plures excuſationes,attento eorum nimio labore in Iure fuerunt propoſitæ, quibus qui eligebatur liberari poſſet à nominatione.

18 Et harum vna eſt ſi electus habuerit ſeptuageſimum ætatis annum, vel quinquaginta annis maior fuerit, *l.fin.cod. qui ætate, vel profeſſ. ſe excuſ.* quia is ſenex dicitur, vt ſcribunt Menoch. *de arbitrariis caſu* 59. Gratianus *diſcept.forenſ.tom.*2.*cap.*328. D. Amaya *in dict.l.*2.*& l.*36.*à n.*55.Vbi de honoribus ſenibus debitis tradit etiam ex antiquitate,vbi *n.*58. quod ſenectus præbet iuſtam cauſam reſignandi Epiſcopatum *ex cap.* 1. *cap. niſi cum pridem. verſ. alia verò de renunciatione*, vbi ſcripſi, & de aliis *in cap.quoniam frequenter, vt lite non conteſt.* de quo, & de aliis videndi Gratianus *ſup.ex n.*2. Nouar. *in l.fin.cod.de Tyronibus lib.*10.*ex n.*3. Zenedus *cum aliis in collect.*9.*ad decretum n.*5.Cabedus *deciſ.*84. & alij.

19 Nec obſtat textus *in l.*2. *§. numerus, & in l. in honoribus* 8.*ff de vacat.muner.* Vbi ſeptuaginta anni non tribuunt vacationem à muneribus delatis; quia reſpondeo cum Cuiacio *lib.*1.*reſponſ. Papin.in dict. l.* 8. & Amaya *in dicta l. nominationum à num.* 59. Septuaginta annorum numerum excuſare à muneribus perſonalibus, vt in dictis Iuribus, *l. manifeſti infra qui ætate*; ſed ſi iam electi ſint, & tales honores habeant annexa aliqua munera, quæ ea neceſſariò ſequuntur, non ideo excuſationem habere dicunt, veluti ſi aliquis Decurio creatus ſit,& deinde Septuagenarius,Duū-vir creatus, iuxta *l. honores* 7.*§. his qui ff. de Decurion.* non habebit excuſationem; eo quod Duum-viratus cohæret muneri Decurionatus, ſicut etiam non poterit Decurio, quantumvis ſenior iam eſſet ſe excuſare ab aliis muneribus, quæ honoribus adhærent, veluti æditione muneris, *l. circenſium dict. tit. cod. de Decurion.*, *legatione, vel ſacerdotio*, *dict. l. honoribus*, *l.* 3. *cod. de periculo Succeſſor*, quæ Dignitas Patrimonij erogationem continebat, vt teſtatur Panciról. *in not. Imper. Orient. cap.* 105. quemadmodum non excuſabitur, ſi ſuperueniat grauis ætas ei, qui munus iam ſuſceperat: ſequitur dict. Amaya rectè loquens ſupra, *num.* 60. *& a num.*61. *&* 63. vbi *ex l.* 3. *eodem, & toto tit. cod. lib.* 10. *de his, qui ſponte publi. l. non diſtinguemus* 32. *§. Sacerdotio ff. de arbitris* ait annoſum, id eſt habentem 55. annos non ſe excuſare, etſi ſenex dicatur, quando excuſare ſe noluit, ſed ſponte Decurionatum ſuſcepit. Quæ omnia magis explicare poteris, ſi recurras ad infra dicta *in cap.*1. *de ætate & qualit. ordin. quæſt.*2. *verſ. ad ſecundam*, vbi expendo qualiter infans poſſit habere Decurionatum? Et de ætate ad illum requiſita.

Item excuſantur à Decurionatu qui morbo ſunt 20 affecti, & afflicti, vt *toto tit. cod. qui morbo lib.* 10. veluti ſi vtroque oculo careat, *l.* 1. *illo tit. l. infamia* 8. *l. à muneribus* 13. *cod. de Decurion.* † Item muti, & ſurdi, & perpetuo morbo la- 21 borantes, qui podraga affligitur; itavt rebus ſuis intereſſe nequeat: *l qui morbo* Bobadilla *lib.*2.*polit. cap.*21.*n.*234.Anton.Faber *in Papinian.tit.*24.*princip.*1.*illat.*4.*§.de excuſat.ob Valitudinem.* Cabedus *deciſ.*84.*num.*35.Maſtrillus *lib.*1. *de Magiſtr. c.*30. *num.*93.*& lib.*2.*cap* 10. Giurba.*conſ.*8.*num.*13. & alij.

Item excuſabitur Pater liberorum 12. *l. ſi quis* 22 *Decurio.*24.*cod.de decurion.*Vt introductum fuit *ex l. Iulia, & Papia*, quæ matrimoniorum frequentationi, & liberorum procreationi præmiis, & pœnis prouidit: de quo leges qualiter intelligatur D.D. Franciſc. de Amaya *in dicta lib.* 2. *&* 36. *à n.*65.*ad* 68.ex multis colligens etiam prærogatiuas, quas habent iſti parentes reſpectu aliorum tot filios non habentium:Qui & *n.*69. recenſet caſus,in quibus ſe excuſantes non admittuntur,veluti ſi aliquis ſe excuſaret, quod litteras neſciret, *l. expertes.*6.*d. tit.cod.de Decurion.*quia in decurionatu magis ſpectatæ ſunt olim facultates, quàm ſcientia litterarum, cum ad munera potiores, & locupletiores electi ſint; & quia non tam vices, quàm vires attenderentur per *l.ad ſubeunda* 45.*cod.de Decurion. l. honor.* 14. *in princip. ff. de muner. & honor. l. honores* 7. *in princ. dict. tit. de Decurion.* Addit etiam *num.* 70. quod infamis non poteſt eſſe Decurio: & de vtroque caſu, alia plura tradit cum Bobadilla, Auiles, Cabedo Gothofredo, Valenzuela, Platea, Fabro, Oſuualdo, & aliis.

Deſiderabis ſcire quæ, & qualia fuerint onera 23 grauia Decurionatus, vt ſic legitima ſit excuſatio ab honere, quod alias ex Decurionatu ſtat in habentibus eam dignitatem. Ad quod breuiter reſpondeo onera Decurionum fuiſſe tractare omnia Ciuitatis munera, pecuniam publicam exigere, & de ea rationes reddere, annonam curare, opera publica tueri, locare, omnequè in vniuerſum,quod Ciuitatis adminiſtrationem reſpiceret peragere,*l.*2. *§.*1.*l decuriones.*5.*ff.de adminiſtr.rerum ad Ciuit. l. liberius* 17.*§.exigendi* 7.*l.non debere* 8. *ff ad municipal.* Panzirola *de Magiſtr. cap.*4. Bullengar. *dict. lib.*7. *ſemeſtr. cap* 5. Briſon, & alij, quos ſequitur Amaya *in dicta Rub. de Decurion. num.* 17. Vbi

*n.*18.

num. 18. quod plerumque pertinebat ad eorum curam, Ludi Circenſes *l. Circenſium* 20. *cod. de Decurion. l.* 1. *cod. de ſpectaculis*, curſus publici exhibitio, *l. publici* 14. *cod. de curſu publico*, quod laborioſum, & ſumptibus plenum, cum equos publicos alere, & curare, pabula conferre, ſtabulaquè attendere, reficere, extruere, ipſoſquè equos emere tenerentur, vt patet *ex l.2. l. in omnibus, l.comperimus* 9. *cod. de curſu publico cum aliis.*

24 Imò tantis incommodis, damnis, & oneribus erant Decuriones obnoxij, vt pœnæ loco Chriſtiani ab impiis Principibus, curiis fuerint addicti, vt teſtatur Caſſiodor. *libro* 1. *Hiſtor. tripart. capite* 9. *&* *libro* 6. *capite* 7. Briſſonius *libro* 4. *antiquit. capite* 13. Gothofredus *in l nequis* 38. *cod. de Decurion* dum prohibet ipſa lex, ne pœnæ cauſa fiant Decuriones: & in tantum etiam onerabantur, vt qui ſine prole decederet, quartam partem bonorum Curiæ derelinqueret, *ex l.1. & toto titulo, cod. quando, & quibus quarta pars*: Quam ob cauſam multi Curiis ſe ſubtrahebant varios quærentes modos refugiendi patrias deſerebant, vt *in l. in omnibus* 31. *&* 41. *l. omnes* 50. *dict. titulo, cod. de Decurion.* vt eleganter demonſtrant verba nouellæ Maiorian: Decurialibus, ibi: *Curiales neruos eſſe Reipublicæ, ac Viſcera Ciuitatum nullus ignorat, quorum cœtum rectè appellauit antiquitas, minorem Senatum huc redegit antiquitas Iudicum exactorum plectenda venalitas, vt multi patrias deſerentes natalium ſplendore neglecto, occultas latebras, & habitationem elegerint Iuris alieni: itaque factum eſt, vt vrbibus ordines deperirent.*

25 Et mirandum maximè quòd multis nuptiis abſtinebant, ne liberos Curiæ obnoxios relinquerent, vt legitur apud Iuſtinianum *nob.* 38. *auth. de Decurion. in princip.* §. 1. ex quibus interdum ſe excuſabant, vt dictum eſt, ætate, *l.* 3. *l.* 10. *&* 13. vel imperitia litterarum, *l.* 6. vel amiſſione oculorum, *l.* 8. aut alio morbo, *l.* 13. aut cauſa Reipublicæ, aut militia, *l.*16. 17. *&* 27. aut impetratione ſubreptitia reſcripti Principis, *l.* 19. *&* 37. aut Domus Auguſtæ, *l.* 39. aut filiorum numero, *l. ſi quis* 24. *cod. de Decurion.* aut in Domum potentis ſeſe recipiebant, *l.* 50. *cod. theodoſ. eodem*; & ita fugiebant Curias, vt manuum inectione ad eas reuocarentur, *l. generali* 54. ibi Donel. *lib.* 2. *comment. cap.* 21. D. Amaya *in Rubrica cod.*

26 *de Decurion.* vbi *num.* 21. tradit alia videnda. † Et *num.*22. cum Cujacio *ibi*, & *lib.* 9. *quæſtion. Papin. in l* 3. § *fin. ff. de peculio*, ait vt quemadmodum Decuriones vexarentur, ipſi etiam vexarent populos exactionibus, & aliis modis; itavt peſtes populorum fuerint; quemadmodum deplorat Saluianus *libro* 5. de vero Dei iudicio: & ob eam cauſam abrogatas eſſe omnes Curias Leonis *conſtit.* 46. *&* 47. indequè in Baſiliorum libris hunc titulum non inueniri.

27 Quare optime Donellus *libro* 26. *comment. capite* 3. vbi Oſuvald. *littera F.* Cabed. *dicta deciſione* 84. *numero* 27. *&* 34. Auiles *in cap. Prætor. verb. aliam numero* 10. quem corruptè allegat Fontanella *de pactis nupt. clauſula* 4. *gloſſa* 10. *numero* 128. Pichardus *in Rubrica de pœn. temerè litigant*, *a numero* 4. *&* *in* §. *hac autem omnia eodem*, & alij per textum *in l. vnica cod. de ſumptuum recuper. l.*1. §. *qui excuſatione ff. de vacatione muner. l. cum quem* 79. *ff. de iudiciis*, *l.*4. *cod. de fructuum, & litium expenſis*, docent quod ſi nominator, ſeu elector indebite in Decurionem aliquem nominauerit, qui excuſationem haberet, & ab iniuſta electione appellauerit, in omnes litis ſumptus veniret condemnandus, ne dolus, & malitia ſua impunita remaneret.

Breuiter notabis pro complemento, quod in locum dictorum Decurionum, & Curiarum ſucceſſit apud nos in quolibet populo ordo regentium, qui in noſtro idiomate dicuntur *Regidores, veinte y quatros, Iurados*, qui repreſentant totum populum, ſeu Ciuitatem; itavt quidquid ab illis ſit factum, à toto populo factum videatur; qui etiam cum in populo conſtituuntur, à Principe creantur, vel honoris, vel beneficij, vel venditionis cauſa *l.* 1. *& toto tit.* 3. *lib.* 7. *recopilat.* imò & illa iam conceſſa officia per renunciationem eorum qui ea obtinuerunt apud Principem factam aliis conceduntur, plerumque pretio interueniente, *titulo* 4. *libro* 7. *recopilat.* de quo conqueritur Tellus Fernandez *in libro* 26. *Tauri a numero* 9. varia incommoda narrans inde prouenientia; quæ quidem officia in àliis populis annuatim eliguntur, vt dixi *in dicto cap. fin. de iudiciis quæſtione* 3. *&* 8. ſed quia iſti multa priuilegia honoris habent, paruoquè onere, vt recenſent Corraſius *lib.* 5. *miſcellan. cap.* 24. credo non ſic excuſari, vt Decuriones antiqui: & patet in familiaribus ſancti officij, quorum excuſationem non admittimus ab his officiis & aliis honoris. 28

QVÆSTIO XI.

An Decuriones populorum poſſint iterum eligere eoſdem officiales, qui in eodem fuerunt? Et an anno finito poſſit aliquis denuo vocari, vel compelli ſeruire in eodem officio Iuriſdictionis? Et an ſubeſſe poſſit aliqua iuſta cauſa, quare in annis continuetur vnius perſonæ electio? Et an Plebei poſſint eligi ad officia nobilium? Vbi quæ vocatio vulgo Hueco *admittatur, & olim contingeret?*

SVMMARIVM.

1 *Officialis ſi nullus de Republica reluctetur, poteſt continuare officium ſuum* num.2. *fallit* num. 3. & à num. 5.

3 *Magiſtratus nequit officium continuare; alias aderit ambitio* num. 4. & 5.

5 *Officiales non habentes Iuriſdictionem, poſſunt in officiis continuare.*

6 *Filij Officialium nequeunt officia Iuriſdictionalia Patris continuare, nec Patres officia filiorum hic &* numero 7. *&* numero 10. *vbi intelligitur de filio in poteſtate conſtituto.*

8 *Officiales Reipublicæ debent mutari, ne veluti in Tyrannidem exeant vexando ſubditos, & aliis negetur præmium honoris.*

11 *Fratres non expelluntur à Continuatione officiorum Reipublicæ ; etſi bona indiuiſa habeant*, n.13.

12 *Munerum ciuilium cauſa reſpicit ſingulas perſonas ſeparatim.*

14 *Officialis probatiſſimus poterit aſſumi ad alios annos.* & n.19.

15 *Officiorum Reipublicæ iteratio fit aliquoties voluntariè*, n.16.17.& 18.

16 L.ſponte 17.ff.de muneribus.

17 *Sacerdotes cur contineantur in officio? Et de quibus intelligatur?* n.18.

18 *Sacerdotium vocatur munus patrimoniale. Et quare.*

19 *Nobiles vulgò* hydalgui *vacationem præſtant ab officiis Iuriſdictionis, ſi ſint eiuſdem familiæ. Et quare*; n.20.

21 *Officij Iuriſdictionalis fit ſequeſtrum in Plebeio pro anno, in quo datur vacatio fidelis*, num. 22. & 23. *vbi de praxi Cancellariarum.*

22 *Decurionatus officia queunt continuari in Republica per eaſdem perſonas*, n.29.

24 *Iudex ordinarius loci vulgò* Alcade ordinario, *reeligi nequit, niſi anno, aut biennio tranſacto.*

25 *Legatus, vt reeligatur, debet eſſe tranſactum biennium.*

26 *Vacatio à muneribus publicis olim erat quinquennalis, ſeu triennalis*, numero 27. & 28.

27 *Praſcriptio quinquennalis vocatur, quæ datur ad repetendum honorem.*

28 *Ciuis duarum Ciuitatum, aut oppidorum, queit ſine vacatione temporis eſſe Iudex anno vno in vna ciuitate, & anno proximè ſequenti in alia.*

29 *Continuatio officiorum Reipublicæ permiſſa erat aliquoties olim in præmium gratiarum actionis.*

30 *Magiſtratus delinquens diuerſis pœnis affligebatur.*

31 *Officia duo modici redditus poſſunt ab vno exerceri ſimul.*

32 *Inhabiles & viles, habita pœnuria hominum, poſſunt eligi ad officia publica.*

1 AD primam quæſtionis partem, & videtur affirmandum per verba *Nouellæ* 15. *de defenſoribus Ciuitatum*, vbi Iuſtinianus in verbis ibi, *Niſi cuncta Ciuitas reluctante nullo elegerit eum*: ex quibus relati à Bobadilla *lib.3. in polit. cap.8. num.60. & 61.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.184. à num.16.* Azeued. *in l.4. tit.5. lib.5. recopil.* Vincent. de Anna, *allegatione* 15. Paſchalius *de viribus Patriæ poteſt. pagina 4. cap.10. num.6.* docent officialem nullo de Ciuitate reluctante, poſſe continuare officium ſuum; quia licèt dicatur fieri ab omnibus, quod fit à maiori parte; *ex l.quod maior ff. ad municipal.* hoc procedit, quoties ſtatutum, vel decretum Ciuitatis eſt ſecundùm legem. † Sed
2 quando eſt contra legem, tunc eſt neceſſarium, vt omnium conſenſus concurrat ſine aliqua contradictione; itavt ſi vnus tantum de Ciuitate contradicat, licèt omnes alij conſentiant, non poſſit fieri continuatio officij.

3 Sed reuera in officiis Magiſtratus, Duom-viratus, aut aliis Iuriſdictionalibus non admittendum, exiſtimo dicendum; quia in iſtis laboret admodum honoris ambitio cum teſte D. Ambroſio *lib.4. in Lucam*, ad illud: *& eduxit illum Diabolus*, hoc ipſo pernitioſior eſt ambitio, quod blanda quædam eſt Conſiliatricula Dignitatum, & ſæpè quos vitia nulla deflectunt, quos nulla potuit mouere luxuria, nulla auaritia ſubuertere facit ambitio criminoſos. Sunt enim plures (vt ait Lactantius *l.8. in principio*) qui ardore dominandi, & potentiæ cupidine inflammati omne ſtudium ſuum ad honores capeſſendos contulerunt; eo quod ea cupido cunctis affectibus flagrantior ſit, vt Tacitus dixit *lib.5. annalium.*

Et confirmatur per *leg.1. in fine, tit.13. lib.8. recopilat* vbi ex indulgentia particulari Principis 4
permittitur in officialibus fraternitatis vulgò *Alcaldes de la Hermandad*, vt poſſint iterum eligi ſic ex verbis hic *y queremos, y permitimos, que paſado el digo año de ſus Alcaydias, pueda otra vez ſer nombrador*. Et ſic infert D.Franciſc. de Amaya *in l. 3. cod. de muner. & honorib. lib 10. num.22.* per caſum dictæ Legis Regiæ ſpecialem, & exceptum firmari regulam in contrarium, nempe vt in aliis officialibus id non permittatur; imò prohibeatur; ſiquidem cautum ſæpius reperiatur in pluribus Regiis Diplomatibus, vt minimè ſemel officialis effectus, iterum eligatur, niſi tranſacto illomet tempore, conſtituto in dictis diplomatibus, quod aliquoties eſt duorum, aliquoties trium annorum. Alia expendit Amaya *num. 23. 24. & 25.* pro intellectu dictæ leg. 1. contra alium intellectum Azeuedi: & facit pro hac ſententia *l. 12. titul 5. lib. 3. recopilat.* vbi diſponitur, vt omnes Iudices antequam præſtent Syndicatum, non poſſint ad alia officia aſſumi, cum tamen dicti Iudices fraternitatis iterum poſſint.

Tamen quia ſolent Doctores promiſcuè loqui 5
de omnibus officiis, etiam œconomi, ſiue Syndici, & aliorum non habentium Iuriſdictionem, primam tenentes ſententiam, alij ſecundam, dicen pro ſecunda ſententia eſſe reſpondendum; quatenus ad Iudices, ſiue Magiſtratus ſpectat publicum officium exercentes authoritate, & vtilitate, vt eſt Decurionatus; non ſic de munere publico, authoritate tantùm, non vtilitate, quale eſt tutela, & Cura; quia qui tutor eſt, non excuſatur à tutela, niſi propter tria onera tutelarum, & alias cauſas, de quibus *in titulo ff. de excuſat. tutor. & inſt. l. 1. equè, l. munerum 18. §. 1. ff. de muneribus*, Antonius Faber *in Iuriſprud. titulo 24. princip.1. illat. 2. de excuſat. tutor. pagina* 1058. Donellus *libro 3. comment. capit.9. & 16.* Oſuvald. *littera A.* Cujacius *in l.2. ad finem de excuſat. tutorum*: Sic in officiis œconomi, Syndici, aut Procuratoris Generalis, Amaya vbi ſupra *in dicta l. 3. ſub numero* 21. ex ſententia Bobadillæ; quia iſti vocantur Reipublicæ defenſores.

Ad ſecundam quæſtionis partem ex dictis reſ- 6
pondendum eſt in officiis Iuriſdictionis non eſſe permittendam continuationem illius, qui munus finiuit, nec ad illam compellendum; imò nec reſpectu filiorum eius, quos habet in poteſtate, & è contra, & patet prima pars *ex l. honor. 14. §. gerendorum, ff. de muneribus, & honoribus, dicta l. Diuus 12. ff. ad municip. l. legato 12. ff. de vacat. muner. l. filio ff. delegation. l. nemo 5. cum ſequenti cod. de aſſeſſoribus l. vnica ad leg. Iuliam de ambitu, l 2. & 3. cod. de munerib. & honorib. lib. 10. l. neminem 4. cod. de ſuſcept.* dict.

dict. lib. l. nulli 10. dict. lib. 10. de numerariis, docent Cujacius lib. 1. quæſtion. Pauli in dicta l. Diuus, Tyraquel. in l. ſi vnquam in præf. ic. num.23. Gratian. tom.1. diſcept. forenſ. cap. 184. per totum. Maſtrillus plures adducens lib.1.de Magiſt. cap 23. & in prædictis locis,& iuribus alij Doctores ordinarij, & in l.locatio.9 §.reliquatores ff.de publican.

7 Secunda pars de filio reſpectu Patris,vel è contra probant Tyraquel. ſupra Paſchalius de viribus patria poteſt in proœmio, Cujacius in l quod dicitur 130.ff.de verb obligat. ſub lib.5.quæſtion. Paul Donellus in l. ſtipulatio iſta 49. §. alteri n.26 eodem tit. Pichardus in §. 3. inſt. de inutilib. iſti, & alij, & D. Franc. de Amaya in dicta l 2. & 3. cod. de muner. num. 2. per eam rationem; quia Pater, & filius pro vna perſona reputantur ex l. fin. cod. de impuberib. l. cum ſumus 22. cod. de agricolis l 10. & vna vox, §. ei vero inſt. de inutilibus, non oportet, quòd in vna Domo hæc continuatio honorum fiat; & quia vt ait Tertullian. de habit.mulieb. ad fin. Concupiſcentia apud animum ambiente naſcitur ad gloriæ votum. Etenim continuatio inter iſtas ſic coniunctas perſonas, vel de eadem vna perſona ad ſeipſam paret inconuenientia grauia, ea nempe, quæ verbis diſertis explicat textus in dict. l.neminem cod. de ſuſceptor.

8 Debent ergo mutari, ne veluti in tyrannidem exiret auctaquè, firmataquè diuturnitate temporis poteſtas, quo publica libertas minueretur; item etiam; quia iniuria afficerentur cæteri ciues, ſi vnus tantùm ad regimen ſufficiens videretur in to-
9 ta Ciuitate, † eſſetquè iniuſtum, vt præmio, & honores perpetuò durarent in vno, nam ad virtutem minimè accederentur, cum virtus marceſcat, honoribus ſublatis, & præmiis: Quis enim (ait Caſſiodorus) virtutem amplectitur ipſam præmia ſi tollat? Et diutina poteſtate vnus inſoleſceret, & multorum profectus deperirent; conferunt quæ tradunt Maſtrillus dict. lib 1. cap.23.de Magiſt. ex num.4. Gratianus dict.cap.184.à num.1. Paſchalius de viribus patria poteſt.4.p.c.10. à n.2.

10 Quare ſi Pater v. g. Duum-viratum functus ſit, ſequenti anno, filius non eligetur, nec è contra Pater, finito anno filij; quod dicit accipiendum de filio in poteſtate,D.Franc.de Amaya in dict.l.2. & 3. cod. de muner. ſub num. 2. cum Accurſio, & Platea ibi, & Cujacio vbi ſupra; quia ita indicare videtur l.1. ibi, in eadem Domo; & quia, vt ait Conſultus in l. pronunciatio 195. §. familia, verſ. Pater autem, ff. de verb. ſignificat. §. ſui inſt. de hæred. qualit. ibi: Quia Domeſtici hæredes ſunt, Domum vocant Conſulti, & DD. plures perſonas vnius Patris familias poteſtati ſubiectas, & probant textus in l.1. & 3.cod. de filiis famil.l.10. & faciunt quæ notant Cujacius in l.2. verſ. nunc tranſeamus ff. de excuſat. tutor. Tyraquel. in dicta l.ſi vnquam in præf.n.22.& Gothofred.in l.4. §.fin. ff. de excuſat. tut.

11 Vnde dubium poteſt eſſe an hæc officia inter fratres continuari poſſint? in quo articulo reſponderi poteſt ipſum, quod inter Patrem, & filium in patria poteſtate durantes; quia vt conſtat ex verbis dicta leg.3. cod. de munerib. & honorib. lib.10.ibi: Interualla temporum, quæ in vnius perſona locum habent, fratribus minimè prodeſſe frequenter conſtitutum eſt (licèt communia poſſideant bona.) Verùm ſi rectè animaduertas contrarium probant relata verba; cum etſi fratres haberent indiuiſa bona; non inde ſequi quod munera ciuilia debeant eſſe diuiſa inter fratres ex l.licet 7.cod.de Decurion. lib.10. in verbis, ibi: Licet indiuiſa bona fratres habeant nihilominus ſinguli ſuo nomine Ciuilibus teneantur muneribus, non enim efficere poſſunt ſua conuentione, vt quis immunitatem habeat, l. origine 4. cum ſequenti ad municip. & cum Bart. & aliis, Platea in dicta l.3. † ex ea ratione, nam cauſa 12
Ciuilium munerum ſingulas perſonas reſpicit ſeparatim, vt quilibet ſuo nomine teneatur: & ſic in Ciuilibus muneribus communionem non dari, cum ſit perſona vnius fratris à perſona alterius diuerſa, & inde debeat quoque eſſe cauſa munerum diuerſa quam non potuit confundere bonorum indiuiſio, quæ nihil habet commune cum ipſis muneribus, vt rectè probat Iuriſconſultus in l. cum duobus 52. §. ſi fratres 6. alias l.53. ff. pro ſocio, vbi ſi fratres hæreditatem paternam inter ſe non diuiſerint, ſed retinuerint, hac mente, vt damnum, & emolumentum in commune ſentirent, inter eos non communicari quidquid aliunde fuerit quæſitum; quemadmodum, quod quis eorum amiſerit ex bonis propriis communi hæreditati non reputari, l. ex parte 39. §. filius ff. famil. erciſcundæ, rectè, & exuditè alia cumulans, & ſatisfaciens contrariis, D. Franc. de Amaya in dicta l.2. & 3. cod. de muner. à num 26. ad 30. legendus: Vbi de nonnullis caſibus, non multum ad propoſitum, de quo agimus concernentibus.

Ad tertiam quæſtionis partem, an cauſa iuſta ſubeſſe poſſit, vt in eadem perſona officium continuetur? Et reſpondeo accidere poſſe, vel ex cauſa neceſſaria, vel voluntaria, & ex neceſſaria; veluti ſi idonei non reperiantur ad officia exercenda ex l. 2. in fine, cod. qui ætate, l. vt gradatim 11. §. quoties, dict. l. honor 14. §. fin. ff. de muneribus, & honorib. vbi ordinarij, Bartol. Platea, & Cuiacius in dicta l. 2. & 3 cod. de muner. Gratianus diſcept. forenſ dicto cap. 184. num. 44. & 49. & faciunt quæ dixi in noſtra Rubrica. Et confirmatur; quia ſi magna eſſet officij tenuitas, dicta in contrarium non debent attendi ex traditis à Natta conſ. 58. num. 4. lib. 1. Amaya in dicta l. 2. & 3. num. 47. ad id expendens textum in l. 1. §. libertinus ff. de excuſat. tutor. vbi tutores ingenui, non niſi ingenuis pupillis dantur, & Libertini non niſi libertinis: ſic cum Antonio Fabro in Iuriſprudentia tit. 24. princip.1. illat.5. itavt propter penuriam libertinorum poſſint dari ingenui, vt eius legis argumentum tenuit Gothofred. in dict. §.libertinis, aliqua dico num. fin. 13

Et ob id inquam fallit regula ſuperius adducta 14
in Officiali probatiſſimo magnæ ſcientiæ, prudentiæ, ſiue iudicij, vel cuius induſtria populo eſſet maximè neceſſaria, ſeu qui de Republica benemeritus eſſet, l. liceat 11. cod. de aſſeſſoribus, vbi quamvis in l. nemo, eiuſdem tit. prohibeatur, ne quis idem officium repetat in dicta l.12. propter induſtriam, & probitatem admittuntur, vt in l. 4. cod. de princ. agentib. in reb. lib. 10. ibi: Ex agentibus in rebus Principibus Domeſticos ſuis actibus habere liceat eos, quorum fidem, induſtriamque probatam ſibi exiſtiment, etſi ſæpe fuerint eodem officio ante perfuncti. Non inquam inſolens eſt ob eam rationem recedi à iuris regulis, l.ad Beſtias 31. ff. de pœnis: in terminis docent Marius Muta in conſuet. Panormit. cap.68. num.10. Amaya in dicta l.2. & 3. cod. de muner. num. 18. comprobans ſui Collegij Conchen. apud Salmantinos ibi num. 19. & de alio eiuſdem Collegij ibi n.13.& facit novell. 15.de defenſorib.Ciuitat.ad fin.& quę tradit Gratian.

*dict.cap.*184. *à num.*28.*&* 31. cum aliis, & com-
probat Amaya ex verbis Caſſiodori *lib.*1. *epiſt.*13.
ibi: *Habetis iudicem noſtrum*, & ibi: *Hunc ergo*
P. C. tot meritis abſolutè relucentem fauor veſter
excipiat; debetis enim bene gerentibus, vt eos laudis
veſtra comitetur aſſenſus.

Voluntate verò officiorum iteratio fiet; quando
15 v.g. eligitur de nouo vnanimiter modo dicto *à n.*1.
ille, qui iam functus erat officio, vel ille, qui cum
poſſet vti præſcriptione quinquennali, vt deſineret
in officio exercere ipſe ſponte renunciat benefi-
cium ſibi competens per textum *in l. Diuus* 18. *ff. ad*
municipalem, dum inquit: *Diuum Seuerum re-*
ſcripſiſſe interualla temporum in continuandis hono-
ribus inuitis; non etiam volentibus conceſſa; dum
modo non continuent eundem honorem; quia tunc
neceſſarium eſt, vt aliquod interuallum interue-
16 niat. † Idemquè probatur *in l. ſponte* 17. *ff. de mu-*
neribus, vbi ſponte honorem repetit, qui antea
geſſerat quod accipiendum: Sic docet D. Franc.
Amaya *in dicta l.*2. *&* 3. *cod. de muneribus num* 9.
ſi talis adminiſtratio eſt cum ſumptu; quia tunc
continuare volens non repellenit iuxta *dictam l. ho-*
*nor.*14. §. *munus ff. de muneribus l, filio* 6. *ff. de lega-*
tionibus, ſecus ſi ſine ſumptu ſit: nam tunc, etſi
velit non admittetur, cum tunc incideret *in l. Iu-*
liam ambitus, vt docent Accurſ. *in dicta l* 2. *&* 3.
gloſſa 1, Platea *n.*1. Paſchalius *de patria poteſt. dicto*
17 *cap.*10. *num.*2. Amaya *ſupra*, † qui cum aliis *n.*10.
addit non ſine ratione Iuriſconſultus *in dicta l. ſpon-*
te. poſuit exemplum in Sacerdotio prouinciæ, quod
iterare non prohibetur: eo quod eiuſmodi Sacer-
dotes ſemper erogabant in ludis edendis in hono-
rem Deorum: & expenſa hæc ad eorum curam
ſpectabat per *l. qui ad Sacerdotium* 75. *l. Africa-*
nus 141. *l. exceptis* 176. *cod. Theodoſ. de Decurion.*
qui dicebantur Syriarcha, Alytarcha, Lyciarcha, id
eſt Sacerdotes Syriæ, Aſſiæ, Lyciæ, *l.*1. *cod. Theodoſ.*
de præd. Senator. l. fin. cod. Theodoſ. de expenſis Lu-
dor. l. vnica cod. de officio Comitum Oriental. quæ
eſt optima Lex, & eam rectè explicat Cuiacius *lib.*
18 2. *obſeruat. cap.* 13. *& in l.* 6. *de excuſat. tutor* †
Et facit Lex nec Apoſt. ſiæ *cod. de munerib* vbi Sa-
cerdotium vocatur munus patrimoniale, quia cum
erogatione, & ſumptu conſiſtebat: & videndi ſunt
Tertulian. *de ſpectaculis cap.* 11. *num.* 111. Sy-
manch. *lib.* 4. *cap.*66. *& lib.* 10. *epiſt.* 54. Pamel.
& Zerda ad Tertullian. *dicto loco*, Buleng. *lib.* 9.
de imperio Rom. cap. 69. Petrus Faber *lib.* 5. *ſeme-*
ſtrium cap. 1. *ad finem cap.* 17. Gotofred. *in l. in*
honoribus cod. de vacat. muner. Iuret. *in notis ad*
Symanch. dict. epiſt. 62. Panzirola *in notis vtriuſ-*
que Imperij Orient. cap. 105. *& lib.* 2. *var. cap.*
258. *in fine.*

19 Ad quartam quæſtionis partem, an Plebei poſ-
ſint eligi ad officia nobilium? In quo dubio cum
diſtinctione reſpondeo, quod in locis, vbi pra-
cticatur dimidiatio officiorum inter plebeios, &
fideles, vulgò *Los hydalgos*: tunc ſi contingat v.g.
vt non adſit in aliquo oppido, niſi tantum vnus fi-
delis ipſe nequeat ſemel officium annale exercitum
continuare pro anno ſecundo, nec itidem ſeipſe
habeat filium; imò etſi adſint plures fideles eiuſ-
dem familiæ niſi detur terminus vacuus, ſaltim
vnius anni, in quo officium ſequeſtretur pro illo
anno in aliquo Plebeio benemerito in Republica:
quo anno tranſacto, tunc poſſint Pater ſiue filius,
20 aut alius ex cognatis eligi † alias inquam ſi inter ta-
les perſonas nexu coniunctas daretur ambitio, &
tales rixas Plebeis pararent, vt nunquam populus
gauderet pace firma, & ſerena, extollit, & expli-
cat, vt ſolet D. Franc. de Amaya referens praxim
Cancellariatum pro redimendis litibus, & vexatio-
nibus, dicens ex continuatione horum officiorum
inter prædictos nobiles eiuſdem familiæ, reddi ſo-
lere ipſos inſolentiores, cum ſemper Magiſtratum
gerant, & in eorum familia perſiſtat, & cum no-
bilitate cæteros oppidanos antiſtent ſuperbè, &
cum fauſta procedent, eoſque vilipendunt; &
inde rixæ, & lites plerumque naſcantur cum mag-
no oppidorum incommodo; ita ille *in dict. l.* 2. *&*
3. *cod. de muneribus* † alia addens *num.* 14. 15. *&* 21
16. exiſtimans congruum admodum eſſe; imò &
iudicaſſe oportere, vt in huiuſmodi officiis Iuriſ-
dictionalibus ſcilicet vt v. g. *d'Alcaldes* annus inter
officia, & officia interponatur, ſiue in vna, ſiue
in duabus perſonis; & quod ſequæſtretur officium,
donec interuallum anni elabatur, cum hæc mune-
ra debeant eſſe annalia, iuxta quæ dixi *q.*10. *præced.*
*& in cap. fin. de iudiciis q.*3. *&* 8. & docent D.D.
per Iura *à num.* 1. hic adducta, & *in verſ. ad ter-*
tiam.

Verùm Doctores ſolent hæc docere in praxi reſ- 22
pectu officiorum, quæ ſunt Iuriſdictionalia, vt di-
xi Magiſtratuum ſcilicet, non inquam ſi ſint De-
curiones, aut ſimiles; eo quod in eorum continua-
tione non vigent ea inconuenientia quæ iam ſunt
conſiderata, & iuxta quæ tradunt Accurſ. *in dicta*
l. 2. *gloſſa* 2. *cod. de munerib. lib.* 10. vbi Platea,
Maſtrillus *de Magiſtr. dict. lib.*1. *cap.*23. *num.*79.
& 80. Gratianus *diſcept. forenſ. dict. cap.* 184. *num.*
38. Paſchalius *cap.* 4. *de patria poteſt. num.* 9. † 23
Et de Diplomatibus Regiis, quæ ſolent concedi
pro dictis *Hidalguis* ad prædicta officia continuan-
da, vel vt ſeruetur interuallum, & ſequæſtretur
officium, leges Moreno de Bargas *de nobilitate,*
diſcurſu 10. *à num.* 4. Garciam *de nobilit. gloſſa*
33. *num* 67. & Toletan. *in dicta l.*2. *&* 3. *cod. de*
muner. lib. 10 *à num.*11. At in nonnullis oppidis
vidi inter fideles paucos, & eiuſdem familiæ con-
tinuari officia; ſed hoc potius aſſenſu, & inaduer-
tentia populorum; & quia rixæ nondum oriren-
tur, & in eiſdem poſt ortas diſſenſiones vidi con-
trarium in praxi, & mandatum obſeruari interual-
lum in Cancellaria Pintiana.

Ad quintam quæſtionis partem iam patet inter 24
nos practicari interuallum vnius anni, quod vulgò
vocatur *año y vez*, vt qui in vno anno Magiſtratus,
ſiue index loci ordinarius nominatus eſt vulgo
Alcade, nequeat eligi; donec alter integer annus
tranſeat, & in nonnullis partibus, & locis; donec
biennium integrum de officio illo ad nouam ele-
ctionem eiuſdem officij iuriſdictionis; † vt in le- 25
gato datur biennium ex *dicta l.*2. *cod. de muneribus*
*lib.*10. ibi: *Legatione autem perfunctis biennij va-*
catio conceſſa eſt; ſed quia ibi in eadem lege aſſigne-
tur etiam quinquennium, ſiue triennium per ſe-
quentia verba: *Ab honoribus ad honores eoſ-*
dem quinquennij datur vacatio; triennij verò ad
alios; ideo duxi ſequentia etiam ex antiquitate re-
ferre.

Igitur apud Romanos tradit Liuius *lib.*7. *in fine,* 26
*& lib.*10. non licere intra decem annos eundem
Magiſtratum capere; imò & ex Dione cauetur
*lib.*53. lege Auguſti Cautum, vt à Magiſtratu Vr-
bano ad Prouincialem quinquennij interponeretur;
& ob id Doctores dicunt iure optimo datam eſſe
vacationem quinquennij in dicta *l.*2. *cod. de mune-*
ribus. ſi ab honore ad eundem honorem quis vellet
aſcendere; qui illo perfunctus ſit; ſi verò ad alios,
trien

triennium ſpectare debeat : quo reſpexit Papinian.
in l. libertus 17. §. præſcriptio ff. ad municip. ibi :
Præſcriptionem temporum , quæ in honoribus repe-
tendis , vel aliis ſuſcipiendis data eſt apud eoſdem
27 *ſeruare , non apud alios.* † Præſcriptionem appel-
lans quinquennium , quod præſcriptum eſt in re-
petendo eodem honore , apud alios ſeruari inquit;
id eſt ſi in ea Ciuitate , in qua geſſit , velit repe-
28 tere , † non verò ſi in alia ; quia ſi duarum Ciuita-
tum Ciuis eſſem , in vnaque geſſero honores , hoc
anno in alia eundem honorem mihi delatum ge-
rere non prohibeor , vt rectè notauit Accurſ. *ibi*
verbo *apud eoſdem in 2. explicatione* , quem ſequi-
tur Cujacius *in lib. 1. reſponſ. Papin.* & ſub laten-
tier docuerat idem Conſultus *in dict. §. præſcriptio*;
dum ſtatim adiicit : *Sed eodem tempore non ſunt ho-*
nores in duabus Ciuitatibus gerendi , quaſi dicat,
quod ſi in diuerſis Ciuitatibus non excludor per
quinquennium ab honore ; non tamen hic honor
eodem tempore geri poterit in duobus locis , ea-
dem quinquennij vacatio conceſſa eſt , *in l. nau-*
cularius 5. ff. de munor. mercatorib. olearijs, & naui-
cularijs , qui totam ſubſtantiam in ea negotiatione
contulerunt.

29 Ab his inquam excipiuntur Decuriones ; quia
etſi Decurionatus ſit honor , ſed non præſtat ab
aliis vacationem, *l. à Decurionatu 5. ff. de vacat. mu-*
ner. quia expedit Reipublicæ , ne illi excuſentur
iuxta ea , quæ docet Amaya *in Rub. cod. de Decu-*
rion. & in dicta l. 2. cod. de munerib. vbi Accurſ.
& quia Antonius Pius , vt dicit Iulius Capitolinus
in eius vita , & Menoch. *de arbitr. lib. 1. quæſt. 55.*
num. 12. in addition. Succeſſorem viuenti bono Iu-
dici dedit , & antiquitùs erat præmium gratiarum
actionis , quod ſignificabatur per litteras , vel Le-
gatos in teſtimonium adminiſtrationis benæ geſtæ,
vt per Marcel. donatum ad Tacitum *lib. 15.* in illis
30 verbis *vna vox eius vſque ad contumeliam Senatus*
penetrauerat † quemadmodum ècontra delinquen-
tibus in Magiſtratu aderat pœna peculatus repe-
tundarum alterius criminis confiſcationis bonorum,
priuationis officij cum aliis : de quibus per Ioan. de
Platea *in l. ordinariorum cod. de cohortalibus lib. 12.*
& l. Iudices cod. de Dignit. dict. lib. Farin. *quæſt.*
15. de delictis & pœnis num. 42. ad 49. vbi alia
tradit , & multa Gratianus *dict. cap. 184. à num.*
33. & à num. 42. vbi addit quod poteſt quis eſſe
Iudex perpetuus loci , de quo fuit inueſtitus cum
31 mero , & mixto imperio. † Et quod poſſint officia
duo exerceri in eodem loco , ſi ſint modici reddi-
32 tus *num. 45. & num. 49.* † quod inhabiles , & vi-
les admittuntur ad officia , ſtante hominum penu-
ria ; & ibi *num. 11.* quod Tyberius Iuriſdictionem,
& Imperia continuabat ; & alia plura apud ipſum
videnda , etiam ex bonis litteris : item alia ; quare
non ſint continuanda officia Iuriſdictionalia , mo-
do iam relato ; ideo ipſum leges , & plures , quos
refert , & ad ius noſtrum Regium *l. 4. tit. 5. lib. 3.*
recopil. vbi recenſentur incommoda , quæ ex
continuatione officiorum reſultant : alios
antiqui temporis refert Amaya
in dict. l. 2. à
num. 5.

Ad Text. in cap. I. hoc titulo. De Electione.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Prouideri debet per electionem , vbi ſunt duo, vel tres , & à Patronis , ſeu Cancellarijs. quando nullus eſt Collega;*num. 6.

2 *Collegio etiam inferiori data fuit poteſtas eligendi Prælatum : vbi de praxi Collegiorum Hiſpaniæ.*

3 *Collegium faciunt duo , ſic vt ad eos , ſi alij non extent ſpectet electio.*

4 *Collegij iam erecti , & conſtituti Ius poteſt conſeruari in vno ſolo Collega.*

5 *Collegij Ius in ipſo ſolo permanet Collegis mortuis.*

7 *Collegiata Eccleſia quæ ſit , & quibus fruatur honoribus , remiſſiuè : intelligitur talis ſi congregatur ad ſonum Campanæ , & ex arca communi fructuum.*

8 *Oratio indefinita quæ ſit ? remiſſiuè.*

9 *Ambitioſus non eſt eligendus ad dignitates Eccleſiæ : & de ratione* num. 10.

10 *Sanctus Ambitioſus indignus eſt electione.*

11 *Ambitio eſt inordinatus appetitus honoris terreni.*

12 *Honor eſt virtutis præmium.*

TExtus hic probat quod vbi ſunt duo , vel tres 1
prouideri debet per electionem eorundem;
alioquin electum expelli ; etenim vt cum mul-
tis hic probat Barboſa *num. 5.* † poteſtas eligendi 2
ſibi Prælatum , data fuit de Iure communi Colle-
gio etiam inferiori , vt inter nos Hiſpanos hodie
practicatur in Collegiis Salmantinis , Valliſoler.
Compluti , Compoſtellæ , Hiſpalis , Hoſmæ , Si-
guencæ, Toleti, Placentiæ , & in aliis. Textum hunc
declarat Barboſa *de iure Eccleſ. cap 8. p 1. à num. 7.*
videbis Garciam *de beneficiis p. 5. cap. 4. n. 9.* Petr.
Gregor. *in hoc tit. cap. 6. n. 9.* Duaren. *de ſacris Eccleſ.*
Miniſtr. lib. 5. c. 1. cum infinitis, Tamburinus *de iure*
Abbat. tom. 1. diſp. 5. q. 8. Anton. Raguc. *de voce Ca-*
nonicorum in capitulo q. 10. n. 3. Lælius Cechius *de*
Republica Eccleſ. c. 24. verſ. 7. Corraſ. *de ſacerd. p. 4.*
cap. 1. à num. 28. Mandagot. *de elect. non. Præl. c. 1.* &
alij.

Et in verſic. *Vbi duo , vel tres fuerint in con-* 3
gregatione, probat cum multis Barboſa , quod duo
faciunt Collegium ; itavt ad eos, ſi alij non extant,
ſpectet electio , aduertens quod etſi nullum Col-
legium Eccleſiaſticum poſſit in vno conſtitui; quia
ſaltim duo requiruntur per hunc textum. † Ta- 4
men Collegio iam cõſtituto poſſe ius eius ad vnum
collegam venire, & conſeruari in illo aliis mortuis,
probat cum multis ; † imò etiam ſi omnes more- 5
rentur , ius in ipſo Collegio reſidere exiſtimo ; † 6
itavt queat prouideri per Patronum , ſiue Cancel-
larium de Collegialibus : & adiunges Barboſam *de*
iure Eccleſ c. 19. n 44. & 46. vbi de materia textus
hic : videbis Tamburin. *dict. q 8. n 2. 3. & 4* Maſ-
card. *de prob. concluſ. 584. n. 9.* Anton. Raguſ. *de vo-*
ce Canonic. q. 1. n. 3. & alij per eos.

Et quia ſumatur textus hic de Eccleſia Colle- 7
giata , quæ illa dicatur , & quibus fruatur , ſcribit

Barboſa *de Iure Eccleſ. lib.2. c.6.* & plura ipſe ad-
ducit de erectione harum Eccleſiarū, ac Canonicis
earum *in tract. de Canonicis, & Dignit. c.2.3.4.12.*
& 13. vbi infinita ex multis leges, quæ non repeto,
Et an erigens, vel dotans Eccleſiam Collegialem,
Balboa *in c.7. de praſcript. à n.42.* tractat quæſtio-
nem, an acquirat ius præſentandi in ea, de qua
dico *in cap. nobis de iure patron.* & quia idem Bar-
boſa *de Canonic. c.12. & 13.* agit quæ ſit Canonia
in Collegiali Eccleſia, & in qua ætate quis proui-
deatur in ea, de quo infra *de ætate ordin.* dices vt
quoties non conſtat de initio Eccleſiæ Collegiatæ
ea talis intelligatur ex conſuetudine ſe congre-
gandi Canonici capitulariter, ad ſonum Campa-
næ, & ex arca fructuum communi, vt *in dict. cap.
nobis, &c.*

8 Et in principio textus noſtri verſic. *nullus*, qua-
tenus ex eo poteſt applicari quidquid ſcribunt
Doctores de oratione indefinita, & vniuerſali;
ideò leges notata ſupra *in cap. cum omnes de conſtit.*
& Couarruu. *ibi* allegatum *lib.2. variar. cap.13.* vbi
n.2. adducit textum hunc: & leges Petrum Barbo-
ſam *in Rub. ff. ſolut. matrim. p.3. à n.3. & n.7.* vbi de
vniuerſali negatiua, & *lib.2. c.5.*

9 Et ad verſ. *per cupiditatem*, leges Antonium
Naldum applicando omnia, quæ ſcribunt Docto-
res aduerſus ambientes beneficia, & dignitates
Eccleſiaſticas, & quæ dixi ſupra *in Rub. queſt. fin. à
n.1.* vbi quòd Magiſtratus nominandi non ſint am-
10 bitioſi, ſed de Republica benemeriti. † Et quòd
ambitioſi eligendi non ſint: nam etiam ſi Sanctus
ſit ambitioſus, indignus fit, probat Barboſa *de
Iure Eccleſ. p.1. c.19. n.134. & 135.* & Caſſaneus *in
Catalogo gloria mundi p.1. conſiderat. 60.* vbi ait
quod homo non debet gloriari appetendo terre-
num honorem, non ſibi debitum; quoniam ad
honores mundi ſine ſuffragio temporis, aut ſine
11 merito laboris velle promoueri dicitur † ambitio,
quæ non eſt permiſſa, cum ſit inordinatus appeti-
tus honoris terreni, & amplitudinis Dignitatis, *cap.
12 miramur in fin. diſt.6.* † quia cum, vt ait Ariſtot. *4.
Ethicor.* ſit virtutis præmium; ſequitur vt ſi ambi-
tioſus deſideret præſidentiam, & regimen, appetat
præmium, quod non debetur, niſi virtuoſis; & ſic
non ſibi; fit ergo ex ambitione indignus, *cap. prin-
cipatus 1. q.1.* & faciunt Hieronymi verba *in cap.
quoſcumque 1. q.1.* ibi: *Reuera qui ad hoc eligun-
tur, vt cæteris præſint, ſicut præordinantur digni-
tate, ſic præminere debent ſanctitate, alioquin
cur cæteris preferuntur, qui nulla meritorum gratia
à cæteris aſſumuntur.*

PRobat hic Pontifex quod electus ad clamo- 1
rem populi, non debet per ſuperiorem con-
firmari, multis probat Barboſa hîc *n. 1. & 4.* alia
adducens *n. 2.* de tempore, quo fuit celebratum
Concilium Sardicenſe, & *n. 3.* quis fuit Oſius, de
quo alloquitur in principio. † Hic agi poſſet de his, 2
ad quos Epiſcoporum electio ſpectat, ſed dixi *in
Rubrica* ſuprà, & *in cap.3. de cauſa poſſeſſ. à q. 2.*
quibus addes nonnulla, quæ tradit Antonius Nal-
dus *hic.*

Et quia per gloſſam hic verb. *pœnituerit*, Barbo- 3
ſa *n. 5.* probat cum multis emendatum poſſe ad
Epiſcopatum aſſumi; ideo applicabis quæ ſcripſi
ſub cap. teſtimonium 54 de teſtibus, vbi dixi de cri-
minoſis in teſtes adducendis, ſi de crimine ſint emen-
dati: & in terminis aliqua ſupra *in Rubrica* appli-
ca dicta *in cap. penult. & fin. de ætate ordin.* † cum- 4
que gloſſa *in verb. gratiam cap. fidelior diſt. 56.*
colligat quod potius eligendus eſt, qui poſtquam
peccauit pœnituit, quàm ille, qui ſemper bonus fuit,
ideo cum multis etiam probat idem Barboſa *ſub
dict. num. 5.* hic † & cum Romano *ſingulari 732.* 5
Antonio Præto. *de praſtantia Cleric. cap.3. num.10.*
Selua *de benefic. p.3. q.2. n.39.* Ripa *in cap. eam te
de reſcript. à n.32.* Thom. *act. de ludo Schaccor.
q.9. n.35.* Ioan. Segura *in director. Iudicum cap.8.
num.7.* alios refert Zeued. *ad collect. decret. 47.* &
addo videnda quæ tradunt Abbas *in cap. dudum
el 2. hoc titulo, & in cap.4. §. de adulter. de Iudic.
num.21.* vbi Decius *num. 147.* Felinus *in dict. cap.
eam te,* Tyraquel. *de pœnis cauſa 51. num.22.* Perez
in l.49. tit.19. lib.8. ordinam. pag.398. col.1. Cordub.
*in quaſt. Theologic. lib.1. quaſt.54. verſ. ſed pro com-
plemento,* Paul. Granut. *Theoric.23. à num.20.* Men-
chaca *de ſucceſſion. creat. lib.1. §.10. n.600.* Lambert.
de Iure Patron. lib.2. p.3. q.5. princ. in 14. artic. Ro-
chus *in eod. tract. verb. onerosum, num.6. verſ. quid
autem,* Selua *de benefic. p.3. q.2. num.14. & quaſt.7.
num.8.*

Et quòd emendatus etiam poſſet ad Cardinala- 6
tum, & ad Epiſcopatum aſſumi, vt dixit Nauarr.
decret. miſc.39. num.65. Gamara *de legato lib.7. à
num.11.* ideò etiam applicabis quæ ſcripſi *infra de
præſumpt. in cap. cum in iuuentute 15. & in cap. fin.*
vbi quis ad beneficiandum idoneus præſumatur,
applicando etiam *ibi* dicta *cap.3.5. & 9.* † Applica- 7
bis notata *in cap. cum ceſſante 60. de appell.* aliqua
dicta ſupra *in cap. fin. de conſuetudine ſub quaſt.1.
& 2.* vbi quod emendatus de crimine mitius pu-
nitur.

Ad Text. in cap. Oſius II. hoc tit. De Electione.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Electus ad clamorem populi, non debet per ſu-
periorem confirmari.*
2 *Epiſcoporum electio ad quos ſpectet remiſſiuè.*
3 *Emendatus ad Epiſcopatum aſſumi, & ad Car-
dinalatum.*
4 *Eligendus eſt potius qui poſtquam peccauit pœ-
nituit, quàm qui ſemper fuit bonus,* & num.
ſeqq.
7 *Emendatus de crimine mitius punitur.*

Ad Text. in cap. Poſtquam III. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Confirmanda eſt electio Canonica, de cuius con-
uerſatione, & vita poterit antea inquiri,
& alia remiſſiue de confirmatione,* num. 2.
3. & 4.
5 *Electus adminiſtrare præſumens, etiam ex vno
actu priuatur Iure acquiſito.*

TExtus hic dicit confirmandam eſſe Canoni- 1
cam electionem factam de aliquo, & poſſe
ante confirmationem inquiri de conuerſatione, &
vita

vita electi, vbi fuit conuerſatus multis; & de
2 ratione huius deciſionis probat *hic* Barboſa † ſed
quia hoc debet comprobari teſtibus, cum qui-
bus fuerit conuerſatus, loci, vbi vixit; ideò recur-
res ad ea, quæ notaui latè infra *in cap. quoſdam, & cap. quando de præſumptionibus*, & de proceſſu conficiendo ſuper qualitatibus electi, ſcribit plura Barboſa *de Iure Eccleſiaſt. cap.* 8. *à n.* 140. & de Epiſcoporum confirmatione, *de qua dico infra ſub c.*15.*latè.*

3 Huic textui congruit integra tractatio de confir-
matione electionis Eccleſiaſticæ à ſuperiore facien-
da: quare adiunges quæ latè ſcribit Iulius Lauorius
*variar.lucub.tit.*4.*cap.*15. Vbi agit de confirmatio-
ne, & conſecratione: latiſſimè Barboſa *de Iure
Eccleſiaſt.toto cap.* 6.*& cap.*8.*à n.*151. Vbi de qua-
litatibus teſtium examinandorum circa perſonas
promouendorum & *à num.* 141. Vbi de perſonis,
4 ad quas ſpectat proceſſus conficere † & confirma-
tio electionis, quando, & per quos & intra quod
tempus petenda ſit, oſtendit Barboſa *de Iure Ec-*
5 *cleſ. p.* 1. *cap.*19. *n.*246. vbi dicit *n.*247. † quod ſi
electus ante confirmationem, adminiſtrare præſu-
mat, etiam ex vno actu; priuatus exiſtat omni Iu-
re acquiſito per electionem; ſed de hoc vberius dico
infra *in cap.* 9. *&* 15. vbi alia *de confirmanda ele-
ctione.*

Ad Text. in cap. Significaſti. IV. hoc tit. De Electione.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Archiepiſcopale Pallium quid ſit, & ſignificet, ac de aliis remiſſiue.*
2 *Archiepiſcopale Pallium aſſumitur de corpore B. Petri; eo quod à ſolo Pontifice eſt accipiendum.*
3 *Pallia conſecrata deferuntur ad altare ſacrum in memoriam corporis B. Petri.*
4 *Iuramentum fidelititatis præſtandum ab Epiſcopis remiſſiue.*
5 *Pontifex poteſt diſpenſare ſuper Concilium.*
6 *Papa in pertinentibus ad fidem non errat.*

1 PRobatur hic quod electo in Archiepiſcopum,
ſedes Apoſtolica Pallium non tradat; niſi prius
præſtet fidelitatis, & obedientiæ Iuramentum. De
Archiepiſcopis, & Pallio illis tradendo latiſſimè
agit Barboſa videndus *de Iure Eccleſiaſt. toto cap.*7.
*p.*1.& infrà dico *in tit. de authorit. & vſu pallij*; &
idem Barboſa *à n.*103. dicit quod Pallium eſt ſpe-
ciale ornamentum Archiepiſcopi, quo vtuntur in
Eccleſiis ſuæ prouinciæ, & in miſſarum ſolemniis
tantum; & ſi Epiſcopos contigerit ordinare, &
*n.*107. agit de quæſtione, an Archiepiſcopus poſſit
ordinare ante receptum Pallium; alia tradit viden-
2 da ibi *à n.*107. & hic *n.*6. † ex hoc textu docet cum
multis Pallium aſſumi de Corpore B. Petri; eo quod
à ſolo Romano Pontifice Petri ſucceſſore, eſt ac-
3 cipiendum. † Et gloſſa hic verb. *corpore*, melius di-
cit, quia pallia conſecrata deferuntur ad altare ſa-
crum in memoriam Corporis B. Petri; & inde tra-
duntur Archiepiſcopis præſentibus, vel Procura-
toribus eorum, ſi abſunt.
4 Hic adiunges quæ dixi de Iuramento fidelitatis,
& obedientiæ, præſtando ab electis Epiſcopis *in c.*4.*&* 5. infra *de iureiur.*

In verſ. *aiunt in conciliis*, notat Barboſa hic *n.*4. 5
quod ſummus Pontifex poteſt diſpenſare ſuper
concilium quare adiunges nonnulla, quæ tracto
infra *in cap.* 1. *de Iudic. à q.*2. *ad* 10. Vbi de conci-
liis; & alia, quæ dixi infra *in cap.* 1. *de probat.* Vbi
egi de quæſtione illa: *An Papa ſubiiciatur legibus,
vti alij Conditores Principes laici* ibi *q.*9. & ante
ibi *q.*8. & applicabis etiam quæſtionem, *An Papa
poſſit ab aliquo iudicari*, de qua dixi *in cap.* 12. *de
iudiciis q.* 8.

Et *in verſ. Cum omnia Concilia per Romana Ec-* 6
cleſiæ authoritatem facta ſint: ad hæc verba ap-
plicabis proximè dicta; item & ea, quæ tradit
Couar. *lib.* 1. *variar. cap.* 10. *à num.* 22. vbi quod
in pertinentibus ad fidem, Papa non erret; de quo
ſuprà *ſub cap.* 2. *de ſumma Trinit. & fide Cathol.*
vide infra *in cap.* 6. *in verſ. quia*; item de Conciliis
congerit nonnulla Bordonus nouiſſimè *de officio
Inquiſitor. p.*1. *cap.* 6. vbi cum aliis.

Ad Text. in cap. Quia diligentia. V. hoc tit. De Electione.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Electio facta de ſchiſmatico reuerſo ad Vnionem Eccleſiæ, eſt nulla ipſo Iure, vt* num.2.

QVod emendatus de crimine poſſit ad Epiſ- 1
copatum aſſumi, dixi ſupra ſub *cap.* 2. *in
verſ. & quia*; ideo ex ratione illius dicti reſponde-
bis ad textum hic; eo quod ceſſante cauſa &c. etſi
in aliquo diſſentiat, cum dicat electionem factam
de Schiſmatico reuerſo ad vnionem Eccleſiæ, non
tenere; poſſe tamen confirmari ex diſpenſatione.
Hac occaſione poteris applicare notata ſupra *in
Rub. à q.*1. vbi *qui eligi poſſint*: etenim Barboſa *de
Iure Eccleſ. cap.*19. *à n.* 122. ponit eos, qui eligi
non poſſunt † imò Balboa *in cap.* 2. *de except. à n.* 2
18. *&* 19. agit de quæſtione propria textus noſtri,
an electio excommunicati, & Schiſmatici, ſit nul-
la, aut irritanda, vbi loquens de electione ad offi-
cia, ſiue Dignitates temporales, refert ex commu-
ni Doctorum ſententia per gloſſam *in cap. venera-
bilem hoc tit.* talem electionem eſſe nullam, ſic in-
telligentes textum illum, vbi expreſſè negat Pon-
tifex debuiſſe quendam in Imperatorem admitti;
eo quod electus eſſet in Romanorum Regem ex-
communicatus: & hanc dicit communiorem quid-
quid dicat Suarez *de cenſuris diſp.* 16. *ſect.* 2. quia
hic in textu noſtro expreſſè habetur, quod ſi
Schiſmaticus ad Vnionem Eccleſiæ reuerſus, in
Epiſcopum eligatur, electio eſt nulla; quamuis
ex diſpenſatione confirmari poſſit; ſed non
negat contrariam ſententiam eſſe
probabilem.

Ad Text. in cap. Licet devitanda VI. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Papa dicitur verè talis electus à duabus partibus Cardinalium: Vbi quid ſi eligatur à minori parte*, num.2.

3 *Electus in Papam, non computatur in numero duarum partium ſuffragiorum, ſiue pro ſe in ſcrutinio ſecreto, aut publico ſuffragauerit.*

4 *Summus Pontifex, nequit ſibi eligere ſucceſſorem in Vita, etſi queat facere Conſtitutionem ſuper electione ſui ſucceſſoris*, & num.9. *remiſſiuè* n.5. *de pœnis tractantium de Papa eligendo* num.7.

6 *Papa à nemine iudicari poteſt.*

7 *Pœna qua puniantur tractantes de eligendo Pontifice.*

8 *Cardinales à principio ſemper elegerunt Pontificem; & de diuerſis modis electionis Pontificum remiſſiue* num.9.

10 *Conclaue ad eligendum Pontificem, & de Comitiis remiſſiuè.*

11 *Cardinales qualiter ſe gerere debeant in eligendo Pontifice, & de eorum poteſtate*; n.13.

12 *Caremonia pro eligendo Papa, remiſſiuè.*

14 *Cardinales non comprehenduntur in generali diſpoſitione.*

15 *Papa dicetur, & ſi quis eligatur à Cardinalibus Electoribus, etiam ſi ipſe non ſit Cardinalis.*

16 *Cardinales duo, vel vnus, cateris de Conclaue mortuis, poterunt Papam eligere: & quid ſi omnes moriantur*, num.17.

18 *Cardinales num licitè abeſſe queant ab electione Papa; & quod abſentes ſunt expectandi per dies decem à morte Papa: quid ſi diſtent à Roma, ſic vt venire nequeant* n.19.

20 *Electio Papa facta per Cardinales preſentes, abſentibus non ſpectatis, intra decennium adeſt valida.*

21 *Cardinalis abſentis Votum; etſi ſit in Vrbe, non tamen in Conclaui, nihil valet pro eligendo Papa.*

22 *Cardinalis infirmi, ſeu Canonici qualiter ſit requirendum votum pro electione Papa, aut Canonici*, & num.23.

24 *Cardinales verius eſt vt habeant vocem in electione Papa, etiam ſi eis tradita non ſint inſignia Cardinalitia.*

25 *Cardinales, non Diaconi vocem habent in eligendo Papa, ſed ſolet derogari hac facultas à Papa.*

26 *Cardinales omnes admittuntur ad electionem Papa nulla obſtante exceptione excommunicationis, ſuſpenſionis, aut interdicti.*

27 *Papa Vbi deponitur à Concilio legitimè congregato, ad quem tunc pertineat Pontificis electio, ad Cardinales ne, an ad ipſum Concilium oſtenditur.*

28 *Papa mortuo, dum eſt congregatum Concilium generale potius eſt vt pertineat electio Papa ad Cardinales.*

29 *Fæmina in Papam eligi nequit, Laicus tamen, & Vxoratus ſic, cum licentia vxoris; qua tunc compelletur intrare Religionem.*

30 *Pontificis Romani poteſtas qua? remiſſiuè.*

31 *Cardinales quam dignitatem habeant, de eorum creatione, quam poteſtatem habeant, & in qua atate remiſſiuè.*

32 *Pontifices Petri ſucceſſores, quare nunquam Viuunt tot annis, quot ipſe D. Petrus: Vbi qualiter accipiatur illud dicterium*, non videbit dies Petri.

33 *S. Petrus quot annis fuerit Pontifex ſummus. Et in qua atate poſſint reliqui ad Pontificatum aſſumi.*

IN hoc textu noſtro agitur de Papæ electione, & 1
dicit quod electus in Romanum Pontificem à
duabus partibus Cardinalium, nulla exceptione
obſtante, eſt Papa.† Sed quod electus à minori nu- 2
mero gerens ſe pro Papa, incidit vna cum ſibi ad-
hærentibus in pænas huius Canonis; † quare bene 3
inquirit hic Barboſa *de queſtione à n.8.* cum gloſſa
verb. duabus partibus; an electus computetur in
numero duarum partium, quam reſoluit ſub fæ-
dere diſtinctionis ex doctrina textus *in cap. quia
propter hoc tit.* inter electionem, quæ fit ſcrutinio
ſecreto. Et hoc in caſu fundari negatiuam; ſecus
ſi vetantes publicè ſuffragia præſtent, quia tunc
poteſt electus conſentire electioni factæ de ſe ipſo.
Verum iam hæc diſtinctio ceſſat ex Conſtitutione
Gregor. XV. quæ incipit *aterni in* §.2. diſpoſitum
enim eſt pro negatiua ſententia in quocumque
euentu fiat electio publico, aut ſecreto Scrutinio
alia continet ipſa conſtitutio, quæ refert idem Bar-
boſa hic *num. 9.* qui *in num.* 2. recenſet omnes
conſtitutiones loquentes de electione Romani
Pontificis † & addit *num.* 10. *&* 11. quod licèt 4
Summus Pontifex non poſſit ſibi eligere ſucceſſo-
rem in vita, poſſit tamen facere conſtitutionem ſu-
per electione ſui ſucceſſoris, & hunc modum eli-
gendi vocat Iulius Lauorius per ſubrogationem,
ſiue ſubſtitutionem *lib. 3. variar. lucub. cap. 3.*
qui *à cap.* 2. cum aliis, vſque ad *cap.* 10. ponit
modos vndecim, quibus Pontifices fuerunt electi à
naſcenti Eccleſia, vſque ad hæc tēpora omnino le-
gendus; eo quod varia ex antiquitate referat. Quod 5
ſi videre deſideras ad ſaturitatē, an Papa poſſit ſibi
eligere ſucceſſorē, & quare non admittatur, leges
Barboſam plena manu agentem *de Iure Eccleſiaſt.
ſub cap. 1. p. 1. à num.* 35. nec de ſucceſſore tracta-
re ſub anathematis pœna, & priuationis Dignita-
tum ibi *num.* 48. & hanc prohibitionem, etiam
Diuino Iure prohibitam dicit ibi *à num.* 44. vbi ex-
pendit textus *in cap. vnde. 8. quaſt. 1. & cap. Pe-
trus dict. queſt.* 1. magis latè, & ex propoſito ar-
gumentis contrariis reſpondens cum infinitis Dia-
na *p. 10. tr 5. per totum*, quorum fundamenta, nec
alia dubia circa quæſtiones antea aſſignatas, etiam
de Cardinalibus electoribus, non tracto, ne lon-
gos Commentarios faciam, cum hæc materia parum
ſit vtilis, vt dixi *in Rub.* Poſt hæc dicta *ſub quaſt. 8.*
ſcripſi de prædictis quæſtionibus vbi leges.

In verſ. *quia nō poterit* probat multis Barboſa hic, 6
Papam à nemine poſſe iudicari; ob id adiūges dicta
ſupra *in cap. 4. ſub verſ. autem in fin.* cūque Pius V. *in
conſtit. 2. execrabilis*, dicat Papam à nemine iudi-
cari poſſe ideo agit de pœna contra appellantes ab
eo ad futurum Conciliū, ſuper qua Scortia *epitome
38. Theorema* 106 *&* 107.† & de pœnis tractātium 7
de

dc Papa eligendo Paulus IV. de quo Scortia *epi-*
tome 70. Vbi excommunicantur cum reſeruatione
ad Papam, habentur criminoſi læſæ maieſtatis,
priuantur vt ſimonaci à quacunque dignitate, &
feudo & honore. Igitur optimo iure damnat illa
Pauli Conſtitutio ambitum Papatus, cum etiam
Ciuilibus legibus *ff. ad leg. Iul. de ambitu, & l. 1. & 2.*
cod. ad leg. Iuliam repetund. ambientes Magiſtratum
puniantur; & de Epiſcopis ſæpe cautum eſt, vt
in cap. nullus 1. q. 1. & 1. q. 6. cap. fin. cui conſonat il-
lud auctoris imperfecti ad Math. homilia 43. *Qui-*
cumque deſideraverit primatum in terra, inueniat
confuſionem in Cælo, & ex *cap. ſcripturæ* 8. *q.* 1. fa-
cit *l. ſi quemquam Cod. de Epiſcop. & Cleric.* nec enim
Cardinalibus licet, Viuente Pontifice tractare de
eius ſucceſſore eligendo *ex cap. ſi tranſitus diſt.* 79.
& ex Synodo Rom. *cap.* 3. *&* 5. *& in diſt.* 79. *à c.* 2.
& in c. 16. 26. *q.* 7.

8 In verſ. *Cardinales* ponit Barboſa hic *n.* 3. ab ini-
tio ipſo Eccleſiæ hoc perpetuo, ac ſolemne fuiſſe,
vt Pontificem Cardinales elegerint, id eſt ij, quos
nunc Cardinales vocamus, reliquo etiam Clero,
cum interuentu populi, ac Imperatoris, accedente
conſenſu; licèt eius ſpreta authoritate, aliquando
9 Pontifices creati fuiſſent † quod perdurauit vſque
ad tempora Alex. III. noſtri textus authoris, qui
totum ius eligendi, advocato Lateranenſi Conci-
lio, in Cardinales tranſtulit, inde roboratum à Greg.
10. in *elem. vbi periculum hoc tit. & in clem. ne Ro-*
mani eodem, vt multis comprobat idem Barboſa,
de quo latiſſimè etiam agit *de Iure Eccleſ. p. 1. ſub*
cap. 1. à num 50. vbi quid antiquitus: & quid ho-
die, dicens *n.* 83. in Papam non eligi minorem an-
nis 30. alia plura adducens per totum illud caput
de Papa, & de Cardinalibus, eum eligentibus, &
qualiter debeant vocari: & Iulius Lauor. latiſſimè
in toto tit. 4. de elect. in ſuo tractatu Variarum lucu-
brationum à cap. 2. ad 10. latiſſimè ſcribit vndecim
modos, qui à D. Petro Pontifice creato, vſque ad
hæc tempora vſitati ſunt ac fuerunt in electione
Pontificum, quem leges ad plura curioſa.

10 De Conclaue ad eligendum Pontificem, & de
Clauiniſtis, agit Iulius Lauor. *var. quæſt. tit. 3. c. 1. 2.*
& 3. Vbi de poteſtate Cardinalium, & aliorum,
ſede Vacante, & Barboſa *de Iure Eccleſiaſt. dict.*
cap. 1. p. 1. vbi *n.* 66. docet quomodo Conclaue fa-
bricandum, & qui in eo intrare poſſint, & debeant, &
n. 66. de pœnis contra ingredientes Conclaue, poſt il-
lum clauſum, vel contra Cardinales intus exiſten-
tes alloquentes, nuntium mittentes, vel ſcriptu-
ram, & *num.* 65. quod Cardinales præſentes, de-
cem diebus durantibus, debeant defuncti Pontifi-
cis exequias celebrare: vbi *à num.* 84. oſtendit de
forma, qua eligi debeat. Et quia hic Barboſa *num.*
4. aſſignet quæſtionem, an locus ſit de ſubſtantia
in electione Papæ, & remittat ſe ad Rendinam in
promptuario receptarum ſententiarum *tom. 1. tit.*
84. *num.* 1. ideo leges Lauorium *tit. 1. variar. lu-*
cub. cap. 8. *&* 9. vbi de Comitiis Eccleſiaſticis in
nouendiali parentatione Romanorum Pontificum:
& quid Pontifex ſeruare ſolet morti proximus, vbi
à num 10. *dict. cap.* 10. agit de loco, vbi debeant
conuenire Cardinales pro peragendis Comitiis, dum
Pontifex extra Curiam moritur: & *in dict. cap.* 9.
de Pauli V. ortu, vita, obitu, & comitiis in eius
nouendiali habitis, idem Iulius Lauorius *dict. lib.* 1.
variar. lucubrat. cap. 4. vbi de vltima die Comitio-
rum ingreſſu conclauis, & inde ſecutis, & *in c.* 5.
de cibo, & potu Cardinalium, dum exiſtunt in con-
claui, dum eſt Papa eligendus: *& cap.* 5. Cardina-
les quomodo ſe gerere debeant intus conclaue, ma-
ximè circa electionem, & ad illud aduenturi, quo-
modo admittendi: & *in cap.* 7. de Conclauiniſtis, &
eorum priuilegiis, *& cap.* 8. de rebus neceſſariis in-
tus, & extra Conclaue, *& cap.* 9. de Cardinali Lu-
douiſio Pontifice creato, & ſubſequuta D. Pauli V.
ſucceſſoris electione, in quibus locis, & ex aliis in
enodatione noſtri textus longiſſimè poteris percipe-
re quæ obſeruarētur in electione Pontificis ſummi,
etiam ab illo primo tēpore naſcētis Eccleſiæ, & de
ſcriptionibus, collocutionibus, in Conclaui, & extra
prohibitis, & de eorum pœnis latè, & omnino no-
uiſſimè videndus Diana cum infinitis *p. 12. tract. 2.*
per totum, vbi perplures reſolutiones; quæ omnia
tantum reſolutiuè aſſigno, ne longos faciam com-
mentarios de hac re; ſiquidem Doctores hic aſſigna-
ti nouiſſime ſcribantes ex antiquis adducent infinita
apud eos videnda.

Cardinales quomodo ſe gerere debeant in ele- 11
ctione Pontificis, & de aliis Iulius Lauorius *var. lu-*
cubrat. tom. 3. cap. 4. 5. 6. 7. 8. & 9. vbi de materia tex-
tus *in cap. licet hoc tit. lib.* 6. qui loquitur de ſexto
modo eligendi Pontificem: plura congerit Barboſa
ſub dict. cap. 1. † de ceremoniis in coronatione Pon- 12
tificis, & de comitiis, idem Iulius ſuprà *dict. tit.* 3.
dict. cap. 8.

De poteſtate Cardinalium eligendi Pontificem 13
Azor. *lib. 4. moral. tom. 2. cap. 1. 2. &* 3. Vbi *cap.* 5.
alia plura dicit de Cardinalibus, Diana *dicta* 5. *p.*
tract. 2. per totum: de eorum materia Riccius *collect.*
120. *p1.* † & quod in generali diſpoſitione, non com- 14
prehendantur, idem Riccius *collect.* 1714.

Electus in Pontificem, quamuis non ſit Cardi- 15
nalis, an verè ſit Papa, multis affirmatiuè compro-
bat Barboſa *de Iure Eccleſ. dict. cap. 1. p. 1. num.* 58.
Diana latè *p. 5. tract. 2. reſ.* 63. cum multis, & benè
ad plura Iulius Lauor. *dict. tit. 4. cap.* 6. vbi ad textum
noſtrum in hac parte.

Pontificem eligere an poſſint duo, vel vnus, qui 16
remanſerunt in Conclaue, Diana *dict. p. 5. tract. 2. re-*
ſolut. 72. & affirmat multis comprobans Barboſa *de*
Iure Eccleſiaſt. dict. p. 1. c. 1. n. 74. † Vbi *n.* 75. oſten- 17
dit ad quem hæc electio pertineat, ſi omnes Car-
dinales ſint mortui; Vbi quod ad Concilium gene-
rale, ſeu Canonicos Lateranenſes, quorum Eccleſia,
eſt propria Pontificis ſedes ſuper omnes orbis, &
vrbis Eccleſias, de quibus dubiis Iulius Lauor. *dict.*
tit. 4 variar. lucub. cap. 6. à n. 25. & faciunt dicta *in*
Rub. q. 2.

Cardinales, & Vocales ad electionem Pontifi- 18
cis, an poſſint abeſſe licitè, Diana *dict. p. 5. tract. 2.*
reſol. 3 qui *reſ.* 4. negat vt poſſint impediti deman-
dare alteri vices ſuas; etſi alij contra per textum
in cap. ſi quis Iuſto hoc tit. lib 6. & quod Cardinales
abſentes, Papa defuncto, ſtatim ſunt monendi, &
per dies decem ſpectandi à morte Pontificis compu-
tandos; ſed non eſſe citandos, ſeu vocandos, &
de aliis idem Barboſa *de Iure Eccleſiaſt. dict. cap.* 1.
à num 60. *ad* 64. † Et an ſi Cardinales ita diſtent à 19
Romana Curia, vt omnino intra decem dies poſt
mortem Pontificis accedere non poſſint, teneantur
adhuc præſentes illos ſpectare; negatiuam ſenten-
tiam ſequitur Diana *dict. p. 5. tract. 2. reſ.* 76. con-
tra nonnullos; eo quod relati decem dies ſunt po-
ſiti pro termino: videbis Iulium Lauor. *variar. lu-*
cubr. tit. 4. cap 7 n. 11. & probatur *ex cap. vbi pericu-*
lum hoc tit. lib. 6. Et ad quæſtiones alias idem Dia-
na *reſ.* 63. *&* 272.

Electio Pontificis, an ſit valida, ſi Cardinales 20
non ſpectent alios intra tempus definitum, & eli-
gatur

gatur Pontifex ex ipſorum omnium, vel duarum partium conſenſu, magis probabiliter valere affirmant Azorius *tom.2.mor.lib.4.cap.2. q.5.* Lauorius *variar.lucubrat.tit.4.cap.7.n.4.* Diana contra Albanum *de Cardinalibus q.14.reſoluit dict.5.p.tract 2.*
reſ.75. id deducens ex *dict.cap. vbi periculum*, vbi rata habetur generaliter Pontificis electio, ſi fiat duabus partibus Cardinalium.

21 Cardinalis abſentis votum, licèt ſit in vrbe, ſi non adſit in Coonclaue, nullum eſt, & ſolum valere incipit cùm ingreditur, nec abſens poterit canonicam in electione mittere per epiſtolas, litteras, ſeu ſchedulas aperiendas. Barboſa *de Iure Eccleſiaſt.dict.p.1.*
22 *cap.1.à num.105.* † Vbi *n.107.* quid faciendum ad electionem Papæ, quando Cardinales aliqui infirmi fuerunt intra Conclaue, & non extra, oſtendens quomodo mitti debeant ſcrutatores ad eoſdem, & ponit de hoc ſpecialem Bullam Gregorij XV. vbi ſtatuitur, quod ſi aliquis infirmitate venire præpediretur exiſtens itra conclaue, & non extra, debeant ad eum adire tres Cardinales ſorte ante ſcrutinium, vt tunc infirmus in Schedula votet, iuxta formam ibi poſitam, ſeruato ab omnibus ſecreto ſub pœna
23 Excommunicationis. † Quæ forma multum differt ab ea, qua vtuntur Capitula Canonicorum in ſuis electionibus, cum tunc ſi infirmus degens in ciuitate, nequeat ire ad ſuffragium ferendum vna cum aliis, ſcrutatores acceptis votis præſentium ire, & accedere poſſint ad infirmum pro eius voto, & nullo actu interpoſito redire ad Capitulum, vt docent Iulius Lauorius *variar. lucubrat dict. tit.4. cap.19. num.78.* Azor. *inſtitut. moral. p.2.lib.6. cap.2. verſ. verum quid.*

24 Cardinales in electiooe Pontificis, an habeant Vocem, etiamſi inſignia Cardinalitia eius tradita non ſint, Diana contra aliquos negantes affirmat *dicta p.5. tract.2. reſ.74.* per conſtitutionem Pij V. anni 1571.26. Ianuarij, ex quo obſeruat Iulius Lauorius *ſupra tit.3. variar. lucub. cap.3. n.16.* quare Barboſa *dict.cap.1.p.1.de Iure Eccleſiaſt. n.72.* dicit quod Cardinales nuper creati, & publicati eandem in electione habent poteſtatem; etſi nondum inſignia Cardinalatus acceperint, veluti Galerum &c.
25 † & *n.73.* oſtendit an Cardinales non Diaconi vocem habeant in electione Pontificis, affirmat ex Pij IV. Conſtitutione, incipit *in eligendis § ſtatuimus*; ſed addit illi Conſtitutioni, & alijs Sixti V. & Greg. XV. ſolere per Pontifices, quando creant Cardinales derogari, iubendo vt expediatur de hoc breue
26 particulare † imò affirmat *num.17.* quod Cardinales omnes admittuntur ad electionem ſummi Pontificis nulla obſtaote exceptione excommunicationis, ſuſpenſionis, aut interdicti, niſi ei hæreſis opponatur, aut alia exceptio conſiſtens in Iure Diuino: ſic
27 ex textu noſtro, † Papa vbi deponitur à Concilio legitimè congregato, an tunc pertineat electio Pontificis ad Cardinales, ſeu ad Concilium legitimè coogregatum, & Cardinalibus reſeruatum, dicit Barboſa *de Iure Eccleſiaſtico dict.cap.1. dict p.1.ſub num.76.* aliud dicens, ac antea ſequutus fuerat: Et quia hæc quæſtio fuit exagitata in Concilio Piſano, in quo cum depoſiti fuiſſent de ſede Greg. XII. & Benedictus XIII. Cardinales authoritate ab ipſomet Concilio in ipſos tranſlata pro illa vice tantùm, tam ex parte propria quàm Concilij Alex. V. elegerunt, vt refert Abbas *in cap.licet hoc tit. num.8.* & poſtea inquam in Concilio Conſtantienſi, authoritate Ioannis XXIII. indicto, fuit ipſe Ioannes priuatus vnà cum Benedicto XXIII. & tandem concluſum, quod electio fieret per Cardinales, tam propria, quàm Concilij poteſtate, qui Othonem Calumnam, poſtea Martinum V. appellatum anno Domini 1417. elegerunt, ſicut teſtatur Azor. *inſtit. moral.p.2. lib.4. cap.2. q.13.* & ſic colligunt Doctores, quod vbi Papa deponitur à Concilio, tunc ab eo deponente fit electio, & non ſpectat ad Collegium Cardinalium, Abbas hic *notab.vltim.verſ.ſed aduerte*, Barbatia *in clementina ne Romani hoc tit.§.ſane hoc tit.* apertius *conſ.82. ſub n.10. Verſ. & vlterius vol. 4.* nec ab hoc recedere videatur abſolutè Marian. Socinus *in cap. ad petitionem n. 22. de accuſat.* ſed Cardinalis Albanus *q.3.de Cardin.* Azor. *dict.q.13.verſ cæterum*, Iulius Lauor. *var.lucub. hoc tit. cap.6. n.19.* idem Barboſa *n.76.in fine*, recedens à relata opinione, quæ ſibi antea placuit, dicunt ſibi videri hanc electionem competere Cardinalibus, cum illis indiſtinctè poteſtates eligendi Pootificem concedatur in iure, limitantes in eo tantum caſu, quo Iuſta cauſa ſubſit; vt ſi à munere, & officio eſſet ob crimen hæreſis Pontifex priuatus, & Cardinales eſſent criminis participes, aut alia de cauſa ſuſpecti, aut veriſimiliter crederetur offenſionem orituram, aut ſchiſma, aut magnam Eccleſiæ perturbationem: nam tunc poſſe ob communem Eccleſiæ ſalutem ad tempus de Iure, & non in perpetuum ea poteſtas auferri Cardinalibus, & non alioquin.

Quare poteris hic adiungere aliam bonam quæ- 28
ſtionem Dianæ *dict.p.5.tract 2.* quatenus agit de ea, an ſi Eccleſia vacaret tempore, quo Concilium generale eſt congregatum, electio ſummi Pontificis. ſpectat ad Cardinales, de qua latè tractat Albanus *de Cardinalibus q.35.* dicentes ambo quod caſus hic accidit tempore Concilij Conſtantienſis, & contra alios Diana videtur reſidere, vt competat Cardinalibus; quia etſi Concilium generale id ius Cardinalibus potuerit auferre, dum non conſtat eis electionem competere dicit.

Sed ſi dubites qui poſſint eligi in Papam, dices 29
fœminam non poſſe; & laicus, & vxoratus eligi valeant cum licentia vxoris, ſine ea non item; quia ea poteſt illum ſic electum reuocare, vt debitum reddat vxori: tamen ſi contingat conſentiente vxore, tunc ea eſt compellenda, vt conuertatur: tradit videndus omnino cum multis Barboſa *de iure Eccleſiaſt.dict.p.1.cap.1.à num.77.* Alios duos caſus ponit hic Barboſa *num.12. & 13.* & applicabis quæ dico de fœmina non ordinanda infra *ſub Rub.de ætate ordinand.*

De poteſtate, & authoritate Romani Pontificis 30
tractant nouiſſimè cum infinitis Barboſa *de iure Eccleſiaſt.c.2. p 1.* Bordoous *de officio Inquiſitorum cap.5.* Carena *in eodem tractatu tit.1.* qui omnes referunt abundè alios, qui de materia tractarunt, aliqua dixi *ſub cap.nouit de Iudic. à quæſt. 1. & 3.* cum aliis.

De Cardinalibus, de eorum creatione, officio, & 31
priuilegio ſcribuot, alios referentes idem Barboſa *de iure Eccleſiaſt.p.1.cap.3.& 4.* Diana *p.5.tract.2. per totum*; & bene Anaſtaſius Germonius *de ſacr. immunitate cap.fin.* & quo ad beneficia prouidenda poſt Nicolaum Garciam, Lotherium, Gonzalez, & alios nouiſſimè videndus, eſt Franciſcus Tondutus *variar.quæſt.tom.1.p.2.cap.3.§.5.* Cardinales in qua ætate creari poſſint; Diana *dict part.5. tract.1. reſ.19.* & Barboſa *in cap.ſequenti n.17.* dicit quod debent eſſe conſtituti in eadem ætate, ac Epiſcopi, quæ eſt annorum 30. vbi cum multis probat *n. 16. & 17.* quia etſi per Papam approbatum non ſit quæ ætas requiratur in Cardinalibus, dicit tamen in hac

parte

parte approbari, vt receptum Trid. *in cap. 1. ſeſſione 24.*

32 Quod ſi dubites de ratione illius vulgaris dicterij, *non videbit dies Petri*, dictum pro quolibet Papa ſucceſſore, breuiter reſpondeo cum Petro Damiano, qui interrogatus ab Honorio Pontifice, reſpondit Diuinam prouidentiam ita diſponere, vt humano generi metum mortis incutiat, & quã deſpicienda ſit temporalis vitæ gloria in ipſo gloriæ principatu, euidenter oſtendat, nimirum, dum præcipuus, & ſupremus in omnium hominum, tam anguſti temporis compendio moriatur, tremefactus quiſque ad præſtolandam ſui obitus cuſtodiam prouocetur, & arbor humani generis, dum cacumen, & verticem ſuum tam facile corruiſſe, conſiderat ſtatu concuſſa formidinis in ſuis vndique ramuſculis contremiſcat: etenim Deus ſic vitam diſtribuit hominibus, vt nec alter ex receptione honorũ ſuperbiat, nec alius eius felicitati inuideat; etenim obliqueretur eadem Diuina æquiſſima diſtributio, ſi cuncta Felicia, & proſpera, quæ ſimul omnibus denegat, vni concederet; & cum Pontifici donauerit ſummum omnium felicitatum culmen, ne tanta fælicitate intumeſcerat, longam adimit vitam cæteris mortalibus, longiorem indulgendo, vt ille habeat quo iſtos excedat, & iſti obtineant, de quo ille inuideat. Item ex ea ratione; quia cum omnium ſtudia ad viuendum tendant, ordinat iuſtiſſimus Deus, vt tam vehemens viuendi ſtudium mors præueniat, in eo præcipuè, qui viuere quàm maxime exoptat, & inde celerius tanto in eo vitam eripit, quanto curioſius illam cupit, atque cuſtodit; quia iuxta Gregorium, quanto mens humana ſemper deſideria dilatat, tanto ad receptionem effectuum anguſtat, & hæc humana vita per momenta deficit; & cum plus viuendi deſiderium creſcit, ipſa viuendi anxietas deſiderio terminatur, quo fieri dicunt, & cum illis Roderic. *in ſpeculo vitæ humanæ lib. 2. c. 4.* Iulius Lauorius *tom. 3. tit. 4. hoc tit. cap. 2. num. 15. & 17.* vt & ipſi Pontifices agnoſcant, quam decipiantur in cogitationibus ſuis.

33 Etſi dubites etiam de ætate, in qua D. Petrus geſſit Pontificatum, & in qua queat aliquis eligi Papa; breuiter ad vtramque reſpõdeo quod Petrus vixit poſt Chriſti mortem annos 34. menſes tres, & dies 10. partim Romæ, partim Antiochæ, partim in Hieruſalem, & in Pontificatu annos 25. & quod primatum Pontificatus tenuit annos 36. menſes 5. dies 12. quinque videlicet Hieroſolymæ, 7. Antiochiæ, Romæ, 24. menſes 5. dies 12. ita Panuin *in vita eiuſdem apud Platinam*; ex Gaulter verò *in tabula Chronographica*. Iulius Lauor. *dict. cap. 3. n. 14.* qui *in dict. tit. 4. c. 12. n. 5. & 6.* cũ Barboſa *in proœmio decretal. n. 7.* & ex conſtitut Greg. XIV. & cũ eodem Barboſa *de officio Epiſcopi* probat, cur Papa dicatur Epiſcopus, & iſte requirat ætatem annorum 30. expletos, vt dico infra, & *in tit. de ætate ordinandor.* ſic & in Papa eligendo, ita procedat; quia vt memorat D. Hieronym. contra Ioannianum *in 1. p. epiſtol. lib. 5. cap. 14.* Chriſtus potius Petrum elegit, quàm Ioannem, quem ſummo proſequebatur amore, cum iſte eſſet minor; addit verò Lauorius ex Iacobatio *in tract. de concilijs lib. 3. art. . verſ. & idem de infante*, & cum Maiolo *de irregularitate lib. 1. cap. 30. n. 13.* quod ſi minor eligatur; dum tamen vſum rationis habeat; eius electio non ſit inualida reputanda; aut nullius momenti cenſenda; ſed ipſam potius ſubſiſtere pronunciandum. Ex quo iam vides quam miſerum eſſet electo in tenera ætate ſcituro, ſiue exiſtimaturo à tam longæuo tempore vſque huc à morte D. Petri nullum alium ex Pontificibus eius ſucceſſoribus perueniſſe, nedum ad ætatem 36. annorum, quibus perfruit Pontificatu, Antiochiæ, Hieruſalem, & Romæ; imò nec ad illos 24. annos, quibus ſolum Romæ in Cathedra ſedit D. Petrus; cum ſingulares ſint Pontifices, qui annos 20. exceſſerunt ſui Pontificatus, & ex ducentis, & 38. vſque ad Innocentium 10. iam vitâ functum anno præterito 1655. nullus præter Petrum peruenerit, nec ad annos 24.

Ad Text in cap. Cum in cunctis VII. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Eligendus in Epiſcopum quæ requiſita debeat habere, gradus, ætatis, ſcientiæ &c.*

2 *Eligendus in Epiſcopum, debet eſſe de legitimo matrimonio natus.*

3 *Legitimati per ſubſequens matrimonium, poſſunt eligi in Epiſcopos.*

4 *Theologus an præferatur Iuriſtæ ad Epiſcopatum.*

5 *Cardinales eligentes dignum in Papam, relicto digniore, non peccant, quando pars maior vult eum eligere.*

6 *Cardinalis electus ab alijs in Papam, non peccat ſciens factam de ſe electionem, prætermiſſo digniori.*

Textus iſte in prima parte ponit requiſita, quæ debet habere qui eſt eligendus in Epiſcopum 1 tam morum, ac prudentiæ, quàm ætatis, & ſcientiæ. Et deinde ponit aliquid de ætate, quam debent habere alij aſcendentes ad ordines Eccleſiaſticos, de quo infra *ſub tit. de ætate, & qualit. ordinandor.* & hic *à num.* 3. ponit Barboſa quam ætatem, & ſcientiam, debeant habere aſſumendi ad primam tonſuram, quatuor minores ordines, & ad alios ſacros, vbi *num.* 14. de ſcientia, quam debet habere impetrans Canonicatum in Eccleſia Chathedrali: & *num.* 16. oſtendit quanta ſcientia debeat eſſe in Epiſcopis, de quo aſſumpto, ac de alijs, quæ ſpectant ad officium, Epiſcoporum munus, latè ſcribit idem Barboſa *in paſtorali, & de iure Eccleſ. p. 1. cap. 8. per totum* & in dict. paſtorali ad propoſitum textûs noſtri *p. 1. toto tit. 1. & 2.* per diuerſa Capitula. De ordine requiſito in eligendo in Epiſcopum, infra *in cap. 9. de ætate ordinand.*

Ibi *in textu de legitimo matrimonio nati*, dicit 2 Barboſa hic cum multis *num.* 18. & 19. quod vt ad Dignitatem Epiſcopalem quis promoueatur, debet eſſe de legitimo matrimonio natus, alias non item: quare applicabis hic quæ infra annotantur *ſub tit. de filijs Presbyteror.* † & addit hic *num.* 19. quod 3 Legitimati per ſubſequens matrimonium, poſſunt ad dignitatem Epiſcopalem promoueri, ſed non ad Cardinalatus celſitudinem aſcendere. Ob id applicabis plura, quæ noto *in cap. tanta, qui filij ſint legitimi*, & Barboſam *in paſtorali quæſt. 1. cap. 1. à num* 32.

Hic *num.* 21. & 22. agit de quæſtione an Theo- 4 logus ſit præferendus Canoniſtæ in aſſequutione Epiſcopatus, & reſidet, vt Canoniſta præferatur, niſi vbi hæreſes pullulant: quare recurres ad ea, quæ latè

laté adduxi *in cap. Clerici* 8. *de Iudic. quæſt.* 13.

5 Quales debeant eligi in Pontificem Iulius Lauor. *variar. lucub. lit.* 4. *cap.* 12. applicabis dicta ſupra *c. præcedenti*. Et an Cardinales poſſint relinquere digniorem, & eligere dignum, quando pars ſuffi-ciens ad electionem, vult illum in Papam eligere,
6 affirmat Diana *p.* 5. *tract.* 2. *reſ.* 85. contra alios. † Vbi etiam probat contra nonnullos, vt non peccet Cardinalis electus in Papam, cum ſcit electionem factam de ſe, prætermiſſo digniori: vide nonnulla in verſ. *Clerici*.

Ad § Cum vero electus, huius Capitis.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Vacant beneficia omnia electi ad Epiſcopatum, dum tamen ſit adeptus poſſeſſionem, & conſecratus: Et quid de penſionibus* n. 2. *Vbi adduco exemplum D. D. Eldiſonſi de Liaño & Buelna Epiſcopi Zamoren. valde amici mei.*

3 *Diſpenſatio Epiſcopis conceſſa, vt vltra tres menſes conſecratio differatur, non extenditur ad retentionem beneficiorum.*

1 EX deciſione hac probatur per promotionem ad Epiſcopatum vacare omnia beneficia obtenta ab electo; dum tamen ſit adeptus poſſeſſionem Epiſcopatus. Sed fallit in eo, qui promotus eſt ad Epiſcopatum in terris infidelium, Garcia *de beneficiis p.* 11. *cap.* 6. *num.* 44. cum multis Barboſa hic *num.* 29. *in fine*; idem *in paſtorali allegat.* 57. *n.* 74. eo quòd tunc nullos fructus percipiunt electi de Epiſcopatibus, probat laté videndus idem Garcia *de benefic. p.* 11. *c.* 6. *&* 7. qui etiam laté agit de aliis modis Vacationis; veluti per aſſequutionem alterius, de quo late noto *ſub cap. de multa de præb.* per mortem, per matrimonium & per nonnulla alia, videbis ad textum hunc Riccium *collect.* 866. vbi intelligit non vacare ante conſecrationem, & niſi à die adeptæ poſſeſſionis pacificæ.

2 Idem de penſionibus obtentis ab ipſo electo in Epiſcopum ſed quia in his proximis diebus, cùm ſoleant de nouo electi à Summo Pontifice confirmante petere retentionem, tam beneficiorum ſimplicium, quàm penſionum, circa quod expeditur breue Pontifitium, video in Camera Caſtellæ agitatum importunè, vt ipſa, & Rex noſter præſtaret aſſenſum, vt admodum amicus meus DD. Eldiſonſus de Liaño, & Buelna, huius Concilij ſupremi Inquiſitor (vbi ego nunc temporis ſum fiſci Patronus) Capellanus maior Regij Cænobij vulgò nuncupati *de la Encarnazion* nominatus Epiſcopus Zamoren. ad hoc vt ipſemet D. D. Eldiſonſus retineret ſimul cum Epiſcopatu quandam penſionem antiquam ducentorum ducatorum Hiſpaniæ monetæ ſuper fructibus Epiſcopatus Palentinæ Diœceſis (cuius poſſeſſionem etiam nunc de proximo obtinet D. D. Antonius de Eſtrada, & Manrique, quem etiam valde amicum conuerſatus ſum in dicto Conſilio ſupremo, vbi dum eſſet Inquiſitor electus fuit ad illud Epiſcopatum anno 1657. (Sed *proh dolor ambo vitâ functi in menſe Maij* 1658.) & à Senatoribus Camariſtis, non obſtáte quod ea parte dicti D. Eldiſonſi adducta fuerunt exempla retentionis ſimilium ſuper Epiſcopatibus, vt contigit in D. D. Antonio de Luna, quando fuit electus ad Epiſcopatum Caurienſ. & nunc Epiſcopus Seguntin. fuit primo, & ſecundo denegatus Regius aſſenſus pro ea retentione; & creditur ſic factum, ob paupertatem, ac impenſarum grauamen, quo D. Anton. Palentin. eſt oneratus; & quia Præſes Caſtellæ D. Didacus de Rianno quondam Collega D. Bartholomei apud Salmanticam, vbi & idem Antonius ſic exoptauit. † Videbis hic Barboſam 3
cum multis *à n.* 26. *&* 29. vbi *n.* 27. ait quod diſpenſatio Epiſcopis conceſſa, vt vltra tres menſes conſecratio differatur, non extenditur ad retentionem beneficiorum: Et per hunc textum dicit cum multis Gratianus *regula* 92. quod requiritur Conſecratio, ad hoc, vt quis Pontifex, ſeu Epiſcopus eſſe poſſit, quem leges ad alia quæ dico infra *ſub tit. de ætate, & qualit. Ordinandorum.*

Ad §. Inferiora, huius textus.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM

1 *Ætas requiſita ad obtinenda minora beneficia, & Dignitates*, *remiſſiuè* & num. 3.

2 *Ætas requiſita ad plura Officia hîc numerata remiſſiuè* num. 3.

HIc agit Pontifex de ætate requiſita ad obtinenda minora beneficia, de quo infra ego *in* 1
Rub. & tit. de ætate ordinandor. Barboſa cum multis *hic à n.* 30. † Quare ego vltra relata ab eo addo ſe- 2
quentia de ætate requiſita, tam ad Dignitates, & officia Eccleſiaſtica, quàm ſæcularia, de quibus plura congerit Narbona cum multis *in annal. anno* 25. *q.* 57 & de ætate refrendarij *q.* 74. monetarij in qua ætate eligantur ibi *q.* 81. ad quæſtoris officium, idem anno 27. *q.* 1. ad relatoris officium, *q.* 2. in qua ætate poſſit quis eſſe Tribunus plebis anno 30. *q.* 8. *&* 9. ad Conſulatum anno 43. *q.* 1. ad euocatorum militiam, anno 46. *quæſt. Vnica*, vt quis Ædilis fuerit *fiſcal executor* anno 47. *q.* 1. ad legationis munus anno 50. vt immunitas decurionatus contingat, anno 55. *q.* 1. ad aliam de alio officio ipſe anno 65. *q.* 2. Et ad alias quæſtiones anno 70. *q.* 12. 13. *&* 14. Plura de his, & aliis circa ætatem ad beneficia, Dignitates, & officia dico infra *ſub dicto tit. de ætate ordinandor.*
† De ætate ad Pontificatum, Epiſcopatum, & Car- 3
dinalatum dixi iam *ſub cap. præced.* de quibus omnibus etiam leges Narbonam ſupra *q.* 3. 4. *&* 5. ad Canonicatus, in qua ætate quis eligi valeat, ad Parrochiales, & ad alias Dignitates idem Narbona plura congerit; de quibus leges Trid. & Narbonam; ad canonicatum Pœnitentiæ idem Narbona anno 40. *q.* 1. & Abbatiſſa in quo anno ibi *q.* 2. dixi ſupra *in Rub. q.* 5. & antiquitùs Diaconiſſa ibi *q.* 3. Generales, & Prouinciales cuius ætatis eligi debeant, idem Narbona anno 50. *q.* 4. De ætate ad ordines videbis infra *in tit. & cap.* 1. *de ætate, & qualitate ordinandor.* De ſcientia, & moribus beneficiandorum, ibi *in cap pen. & fin.*

Ad §. Clerici, hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Eligentes indignum ſcienter, ſunt priuati eligendi poteſtate: plura remiſſiuè* n.3.

2 *Epiſcopus non eſt priuatus conferendi poteſtate, eo quod eius Vicarius conferat beneficium indigne.*

4 *Scholaſticus graduatus in publica vniuerſitate ſine expletione curſuum, aut quia non bene curſauit, non peccat lathaliter, niſi ratione iuramenti.*

5 *Electio in concurſu de digno, omiſſo digniori, improbatur*, n.9.

6 *Prouiſio de beneficio per concurſum, interuenientibus aliquibus examinatoribus, non Synodalibus, nec Magiſtris, Doctoribus, ſiue Licentiatis, valet ex communi ſtylo; etſi de iure non æquè ex Trid.* ſeſſ.25.c.18.n.7.& 8.

10 *Pœna an incurrantur ipſo iure, remiſſiuè.*

1 HIc Pontifex agit de pœnis indignum eligentium, de quibus cum multis probat Barboſa hic *à num.*35. eligentes ſcienter indignum priuari ipſo iure electione, & eligendi poteſtatem
2 amittere; vbi *num.*38. † ait quod ſi Vicarius conferat beneficium indigno, non ex eo priuatum eſſe Epiſcopum conferendi poteſtate: & *n.*37. quod beneficium incapaci collatum propter negligentiam conferentis deuoluitur ad ſuperiorem.

3 Quare adiungendo his quæ noto latè infra *ſub cap.*29. *de prabend.* vbi de prouiſionibus faciendis dignioribus, & aliquid in principio huius textus *ſub verſ. quales*, addo pro ampla doctrina textus noſtri quæ ſubſequuntur; videlicet an ferentes ſuffragium ad aliquod iniuſtum opus, teneantur ſinguli reſtituere, Diana *p.*4. *tractat.*4. *reſol.*70. An negantes ſuffragium Nouitiis peccent, Diana *p.*3.*tract.*7.*reſ.*19. Confirmans minus dignum, an debeat reſtituere, Diana *p.*4.*tract.*4. *miſcel.reſ.*170. vbi de Archiepiſcopo loquitur Panormit. Et an Principes teneantur ad officia ſæcularia eligere Digniores, idem Diana ibi *reſ.* 172. Sed quia conducunt ad hæc breuiter ſic aſſignata, quæ ſcripſi ſupra *in Rubr. q.*1.2.3.7.10.& 11. vbi de eligendo digniori, etiam ad officia temporalia Reipublicæ; ideo non inſiſto in tractatione ſpecifica, quæ non parum protelari valeret.

4 Et an recipiens gradum Doctoratus in aliqua vniuerſitate publica, non habens curſus neceſſarios, vel ſi non interfuit iuxta ſtatuta vniuerſitatis, vel ſi non ſit matriculæ adſcriptus, peccet mortaliter, idem Diana *dicta p.*4. *tract.*4. *reſ.* 173. qui cum Sanchez *in opuſculo tom.*1. *lib.*2. *c.*1. *dubio* 57. *num.* 15. negat; quia illi defectus non fuerunt ſubſtantiales; etſi ratione iuramenti non impleti, peccet; quod verum eſt. Si *graduandus ſit gradus* benemeritus; quod eſt contra Alcocer *in ſum. c.*17. & P. Henriquez, qui pro affirmatiua reſponderunt; & hoc, licèt iuramentum non interueniat, quia vniuerſitas non intendit conferre gradum patientibus defectum aliquem circa ſua
5 ſtatuta. † Et an quando prouiſio fiat per concurſum, ſi quis eligat dignum, omiſſo digniori, teneatur ad reſtitutionem, idem Diana *dict. p.*4.*tr.*4. *reſ.*210. aliqua dixi ſupra *in Rubr. quaſt.*2.& *fin* & pro affirmatiua reſpondebis cum Vaſquez, Gutierrez, & aliis, de quo dico *in c.*29. *de prab.& dignit.*
Et occaſione huius dicti adiunges alias duas ſequentes quæſtiones, † an ſi eo tempore, quo debet 6
fieri prouiſio per concurſum non adſint examinatores Synodales, de quibus loquitur Trid. *ſeſſ.*25. *c.*18. poſſit Epiſcopus deputare alios abſque Synodi celebratione. Et an concurſus alicuius beneficij vitietur ex eo quod cum examinatoribus Synodalibus exhibeantur alij examinatores non Synodales, Diana *p.*3.*tract.*5.*miſc.reſ.*64.& 65. & affirmat in ſecundo caſu; etſi non æquè in primo,
referens Doctorum ſententias. † Et licèt in primo 7
dubio Barboſa *de poteſt. Epiſcopi p.*3.*alleg.*60.*n.*50. Homobonus *de examine Eccleſ.p.*1.*tract.*2.*q.*30.*in fine*, Riccius *in praxi tom.*1.*reſ.*355.affirment; quia vbi forma à lege inducta adimpleri non poteſt, præcisè tunc illa remittatur, & Concil. Trid. loquatur, cum examinatores exiſtant Synodales, quaſi à ceſſante cauſa; adhuc negant Antonius Maſſobrius *in praxi habendi concurſum requiſit.*12. *à n.*1. Lotterius *de re beneficiaria tom.*1.*lib.*2.*q.*31.*à n.*71. niſi in caſu, quo concurret mors, ſeu abſentia deputatorum examinatorum in Synodo infra annum à die celebrationis eiuſdem Synodi, vt fuit deciſum *in vna Panormit. Archiepiſcopatus* 5. *Iuly* 1520. coram Buratto, & ex aliis multis, de quibus dico infra *ſub titulo de conceſſ. prab.* vbi dico de prouiſione beneficiorum per concurſum, & de examinatoribus Synodalibus, hanc fateor de iure ſecuriorem ſententiam; verum in praxi video primam, cum quotidie Epiſcopi, & eius Vicarij ſoleant aliquos examinatores non Synodales vocare; quamvis non ſolùm vnus annus, ſed plures anni tranſacti ſint à die celebrati Synodi Diœceſani; & hoc iuxta deciſiones Rotæ *in vna Placentina Parochia. Nouemb.*1593.*& in alia Archipræſbyteratus* 6. *Iunij* 1582.*& in vna Pampilonẽ. Parochialis* 23.*Ianuarij* 1591. & hoc etiam ſi exiſtant examinatores alij Synodales, Magiſtri, Doctores, aut Licentiati; quia non obſtante declaratione Sacræ Congreg. à Coſmo Cardinali de Torres ſubſcripta, qua cauetur, vt ſi extent prædicti, nullo modo eligi valeant alij Clerici idonei; adhuc ſolent eligi fratres, aut Religioſi, ſiue Clerici litterati, nec graduati, vt dico, nec ſynodales.

Quare etſi Maſſobr. *ſupr. requiſ.*13.*dub.*1.*n.*22.& 8
Garcia *de benef.to.*2.*p.*9.*c.*2.*n.*83 324.& 341.ex pluribus declarationibus, improbèt examen, ſeu prouiſionem aliter factam deuolui, vt nullam ad Sedem Apoſtolicam, & de iure; verumtamen ex relata praxi verius eſt valeat quælibet prouiſio beneficij per concurſum, etiam cum examinatoribus non ſynodalibus, vt docent Naldus, Homob. & Sanchez relati à Diana *dict. reſ.*65. cum aliis, eſſet proceſſus
in infinitum. † De digniori eligendo, Couar. *in reg.* 9
peccatum 2.*p.*§.7 *à n.*5. & videbis infra *in cap. quia propter hoc tit.* & *in dict. cap.* 29 *de prabend.* vbi quam plura, & ad plures quæſtiones dico, de quo applicabis quæ dixi ſupra *in Rubr. ſub q.*2.4.5.& *fin.*

De pœnis, & an ipſo iure in eis incurratur, per 10
hunc textum applicabis quæ dicit Vaſq. 1. 2. *q.*96. *art.*5.*d ſp.*168. præcipuè *c.*6.& Richard. *in Rubr. de obligationibus, quæ ex delicto naſcuntur*, agit de illa quæſtione, an propter delictum iure ipſo naturali incurratur, & Couarru. *in reg. peccatum* 1. *p.*§.5. *ex num.*2. an lex humana aliquid præcipiens, vel prohibens cum pœna obliget tranſgreſſorem ad culpam mortalem, adiunges quæ dixi *ſub cap.* 3. *de*

appellat. q.3. circa finem, & quæ latiſſimè dixi *ſub c.1. de conſtit.* & ibi *in cap. penult.* vbi de pœnis, & peccatis tranſgredientium leges, mandata, & conſtitutiones, &c.

Ad Text. in cap. Cauſam, VIII. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Electus à compromiſſario, recipi debet à compromittentibus ſuper electione, ſi eſt idoneus.*

2 *Iudices compromiſſarij qui ſint remiſſiuè.*

3 *Tertiarij cuiuſlibet religionis connumerantur inter perſonas Eccleſiaſticas, & de aliis remiſſiuè: Et hoc ſi viuant in communitate, quid ſi non viuant*, n.4.

1 POntifex hic dicit quòd compromittentes ſuper electione tenentur recipere electum à
2 compromiſſario, ſi eſt idoneus. † Etenim per hunc textum poteſt diſceptari de iudicibus compromiſſariis; & qui poſſint eſſe tales in cauſis ſpiritualibus ad tradita infra *in cap. contingit de arbitris*, dixi nonnulla *ſub cap.3. de Iudiciis.*

3 Colligit Barboſa ex hoc textu cum Aloyſio Riccio *collect.* 1051. quod tertiarij cuiuſlibet Religionis, connumerantur inter perſonas Eccleſiaſticas; & quod etiam gaudeant fori priuilegio, ſi viuant in communitate, ſeu clauſtraliter, ita cum multis; ſed de hoc videbis quæ latè dixi infra *in cap. 1. de foro comp. q.18.* & videndæ aliæ quæſtiones *à q.15.* vbi an Heremitæ, æquites militares, ſeu nouitij, gaudeant fori priuilegio.

4 Quod ſi in communitate non viuant quid ſit dicendum, aliqua in locis citatis, & reſoluit Barboſa *de officio Epiſcopi p.2. allegat.* 12. *n.31. & de Iure Eccleſiaſtico c.39.§.2. verſ. de fratribus.*

Ad Text. in cap. Noſti IX. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus electus ante confirmationem, non poteſt conferre beneficia, nec adminiſtrare; & hoc ſi litteræ ſint expeditæ, & Capitulo præſentatæ*, n.2. & 3.

4 *Epiſcopus D. Didacus de Salzedo Beancos anno 1639. ſine litteris, & tantum cum quadam ſchedula Regia petiit ex hac Curia Matrit. ad Ciuitatem Anſturienſ. in qua à Capitulo non fuit admiſſus, nec in gubernatorem; donec intra dies 8. fuerunt ei miſſa litteræ originales, virtute quarum fuit poſitus in poſſeſſione Canonica.*

1 IN hoc textu communis eſt reſolutio, quod electus Epiſcopus ante confirmationem, non po-
2 teſt beneficia conferre, vel aliquid adminiſtrare. † Et addit Barboſa *num.3.* quod iam hodie per *extrauag. iniuncta de electione*, opus eſt, vt Epiſcopus ſi velit ea, quæ ſunt iuriſdictionis exercere, obtineat litteras Apoſtolicas, ſine quibus, nec admitti, & recipi, tanquam Epiſcopus, nec poſſeſſionem Eccleſiæ ſibi collatæ conſequi poſſit; ita probat cum Azor. Flaminio, & Petro Barboſa,
† Abbas hic, & *in cap. tranſmiſſam infra*, dicit 3
quod vbi Papa primum pronunciat aliquem Prælatum, Epiſcopum, vel Abbatem, ſtatim facta pronunciatione, talis ſic pronunciatus habeat beneficium, ſiue Epiſcopatum, Baldus *in l. humanum cod. de legib.* vbi dicit, vt ſtatim, quod dicit Princeps *fiat gratia*, perfecta eſt, Arnulpho Ruceo *tract. Iuris Regalia priuilegio* 4. *n.14. & priuileg.* 45. *num.6.* Garcia *de benefic. p.1. c.1. num.91.* ſic reſolutum à Philipo III. cum conſilio *ſchedula* 615. qua declarauit in indiis ſic pertinere ad Epiſcopum *de Trugillo*, *fiat* ſanctitatis, Solorzano *de Iure Indiarum lib. 3. cap. 5. num. 46.* Garcia *p. 6. cap. 2. num.* 33. ſed in Hiſpania, Italia, & alibi per *Extrauag. iniuncta hoc tit.* hodie non poſſe adminiſtrare, nec conferre, etiam litteris expeditis; quouſque Capitulo oſtendat, & præſentet Epiſcopus gratiam, Garcia *de benefic. 3. p. cap. 4. à n.250.* Squillante *de priuilegiis Clericor. cap. 1. num 6.* Solorzano *de gubernio Indiarum lib. 3. cap. 5. num.40. & cap.7. num.* 47. Leon. III. *deciſione* 14. Barboſa *de Iure Eccleſiaſt. 1. p. c.32. n.32. & lib.3. cap.14. num.25.*

Et quia anno præterito 1638. cum eſſem Cano- 4
nicus Doctoralis Auſturicenſ. Eccleſiæ D. noſter Philippus IV. Hiſpaniarum Rex cum ſua ſchedula Regia mitteret Epiſcopum D. Didacum de Salzedo, & Viuancos, vt gubernaret illum Epiſcopatum, tanquam Gubernator, Rege præſtante fidem de expeditione litterarum in Dataria, contigit vt quamuis Epiſcopus ipſe pergeret ad Ciuitatem Auſturicenſ. cum illa Regia ſechedula, non fuerit admiſſus; donec intra paucos dies præſentauit Epiſcopus ille litteras originales, & in forma ordinaria expeditas pro ſuo Epiſcopatu; & tunc temporis feci quandam locupletem allegationem, fundans iuriſdictionem Capituli in Sede Vacante, tunc gubernantis, propulſans iuridicè intellectum ordinarium illius ſchedulæ, vbi latiſſimè expendi ſenſum dictæ *extrauag. iniuncta*, de qua aliqua dico infra *in cap.15.*

Ad Text. in cap. Conſiderauimus X. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Electio facta poſt appellationem, prima non caſſata, & contra priuilegia Eccleſiæ caſſanda eſt.*

PRobat textus hic quod electio facta poſt ap- 1
pellationé, & prima non caſſata, & contra priuilegia Eccleſiæ caſſanda eſt. Ex hac deciſione adiunges quæ notaui *in c.1.* & quæ latiſſimè dixi *in c. bona 51. de appellationibus*, vbi dixi quòd attentata appellatione pendente, ſunt reuocanda, vbi etiam aliqua dixi de caſu huius textus in materia beneficiali.

Ad Text in cap. Suffraganeis XI. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Delegari poſſunt ea, quæ ſunt ordinis ex iuſta cauſa.*

2 *Epiſcopus verè quis non vocatur ante conſecrationem, & n.6.*

3 *Electus, & confirmatus in Epiſcopum, tenetur infra tres menſes conſecrari ſub pœna amiſſionis fructuum.*

4 *Conſecratio de iure debet fieri à Metropolitano electi, & præſentibus aliis prouinciæ ſuffraganeis, qui vocati a Metropolitano ad hoc tenentur accedere.*

5 *Conſecratus Epiſcopus debebit intra duos Menſes viſitare Metropolitanum.*

7 *Epiſcopus non conſecratus non exercet ea, quæ ſunt ordinis, & ſignatur materia confirmationis, & conſecrationis.*

8 *Archiepiſcopi ante Pallij ſuſceptionem remiſſiuè.*

1 EX hoc textu colligit Barboſa, quod poſſunt delegari ea, quæ ſunt ordinis, ſi delegatio fiat ex iuſta cauſa; nempe Epiſcopo abſente vel impedito, vt probat cum multis hic *num.* 2. ad quod applicabis nonnulla, quæ dico *ſub cap.* 11. *de temporibus ordinationum*, & alibi *in eo titulo*, vbi de dimiſſoriis, & de Epiſcopo ordinante alienos ſubditos cum licentia proprij Epiſcopi. Hunc textum explicat Couarruu. *lib.* 3. *variar. cap.*20. *num.*3. & ad quæſtionem Gratianus *regula* 92. *n.*5.
2 † An ante conſecrationem poſſit Epiſcopus vocari, & negat dicens cum Panormitano per textum hunc, vt poſſit mandare, conſecrare. Itaque vt vberius tractes leges Barboſam *de Iure Eccleſiaſtico*
3 *part.*1. *cap.*9. *à num.* 33. † Vbi dicit quòd electus & confirmatus in Epiſcopum tenetur intra tres menſes à confirmatione munus conſecrationis ſuſ-
4 cipere ſub pœna amiſſionis fructuum, † & quod conſecratio de iure debet fieri à Metropolitano electi, cuius electus ipſe futurus eſt, & præſentibus aliis Prouinciæ ſuffraganeis, qui ad hoc per Metropolitanum vocati, tenentur accedere; & ad
5 textum noſtrum dicit *num.*36. iam dictum, † addit quod conſecratus debebit ipſum Metropolitanum infra duos menſes viſitare; etenim Barboſa ipſe plura addit videnda *de conſecrationis forma a n.*37. *vſque ad num.*73. & Gratianus *dicta regula* 92. di-
6 cit alia addens, † quod ad hoc vt Epiſcopus dici poſſit, ſeu Pontifex, requiritur conſecratio, † in-
7 ferens quod Epiſcopus nondum conſecratus non poſſit exercere ea, quæ ſunt ordinis, de quo latè Doctores citati à Barboſa infra *ſub cap.*15. *num.*4. & quia Iulius Lauorius *variar. lucubrat.* latè agit *ſub cap.*26. *tit.*4. *de confirmatione, & conſecratione*, & alij ordinarij Interpretes antiquiores, & moderniores, quæ hic poſſent ad longum ſcribi; ideò ne repetam leges de confirmatione notata ſupra *in cap.*6. *&* 9. & quæ latè dico *infra cap.* 15. Et leges inquam ad materiam de conſecratione Epiſcopi infra *in cap. ſi Archiepiſcopus 6. de temporibus ordin. vbi plura*, de qua cum infinitis nouiſſimè Fermoſin. de Offic. & ſacris Eccleſ. *Tom. I.* Diana *part.*11. *tractat.*1. *per totum*, vbi ad ſatietatem agit *ſub cap.*15. *num.*4. † Et quid de Ar- 8
chiepiſcopis ante Pallij ſuſceptionem: aliqua dixi *ſub c.*4. *de poſtulat. Prælator.* alia infra *in tit. de vſu Pallij, & in c.*4. *hoc tit.*

Ad Text in cap. Super eo XII. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Electio caſſata propter defectum modi, non impedit, quominus iterum fiat; ſecus ſi propter vitium perſonæ.*

EX deciſione huius textus quatenus probat, 1
quod electione caſſata propter defectum modi non impeditur, vt electus iterum eligi valeat; ſecus ſi propter vitium perſonæ, comprobat vtrumque ex multis Barboſa, hic *num.*1. *&* 2. qui in paſtorali *part.* 2. *allegatione* 42. *&* 43. *& part.*3. *allegatione* 72. *à num.*79. ponit perſonas, quæ eligi non valent: idem de Iure Eccleſiaſtico, vt iam ſupra dixi *ſub Rubrica*, & applicabis quæ notaui *ſupra*, *& cap. Oſius* 2. *hoc titulo in verſ. & quia*, vbi num eligi valeat emendatur de crimine. Ad quæſtionem per gloſſam, & alia iura hic Couarru. *lib.*2. *variar. cap.*8. *n.*4. an filij hæreticorum priuentur beneficiis iam obtentis tempore commiſſi delicti, de quo, & de aliis infra *ſub tit. de hæreticis*: aliqua dixi *ſub cap. cum non ab homine de iudiciis à quæſt.*26.

Ad Text. in cap cum Monaſterium XIII. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Poſtulari in Abbatem queit non profeſſus ex aliqua bona cauſa, ſi petatur à Papa.*

DIcit textus hic quod poteſt poſtulari in Ab- 1
batem non profeſſus, ſi ex aliqua bona cauſa fiat talis poſtulatio, quod intelligit D. Rodericus à Cuña, & cum eo Barboſa hic; dummodo talis poſtulatio debeat peti à Papa, & non ab inferiore applicabis quæ ſupra dixi *de poſtulat. Prælat.* item etiam applicabis quæ congerit Barboſa *de Iure Eccleſiaſtico part.* 1. *cap.*45. vbi de Præpoſitis Religionum, & eorum electione, & applicabis quæ dixi ſupra *in dicta Rubrica huius tituli de electione Religioſorum in Superiores, & Monialium in Abbatiſſas, ſiue Priorìſſas, à q.*3 *&* 4.

Ad Text. in cap. Cum in terra XIV. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Electiones debent eſſe liberæ; ſic vt improbentur contrariæ conſuetudines.*

2 *Electionibus tantum intereſſe poſſunt, quibus de iure competit.*

3 *Eligere ſunt prohibiti qui admittunt Laicos contra ſtatuta canonica.*

4 *Electio facta per abuſum ſæcularis poteſtatis, eſt ipſo Iure nulla.*

5 *Laici ad coëligendum non admittuntur.*

6 *Reges priuilegio, vel conſuetudine poſſunt habere ius nominandi Epiſcopos.*

7 *Reges Franciæ habent ius nominandi Epiſcopos ad Eccleſias in ſuo Regno.*

8 *Electio metu facta non valet, ſed valet ea, quæ fit ex vno de duobus nominatis, vel ex certo genere perſonarum.*

9 *Ad electionem Prælatorum, num requiratur aſſenſus Regius, ſeu populi.*

10 *Conſuetudo mala, quæ eſt contra libertatem Eccleſiæ, eſt vitanda.*

1 SVb Rubrica huius tituli dixi nonnulla condu-
cibilia ad textum noſtrum, cum ſupponat
electiones debere liberas eſſe; itavt improbentur
contrariæ conſuetudines, vt multis adductis com-
2 probat Barboſa hic *num.1. & 2.* † non enim alij,
quam quibus competit de iure, aut priuilegio, de-
3 bent in electionibus intereſſe. † Itaque Barboſa *de
Iure Eccleſiaſt. cap.19. p.1.* nonnulla congerens de
hac electione in genere ad textum noſtrum ponit *à
num.79.* aliqua, quatenus ait Laicos ad electionem
contra ſtatuta canonica admittentes eligere prohi-
4 beri. † Item *n.80.* quòd electio facta per abuſum
5 ſæcularis poteſtatis ſit ipſo iure nulla, † & *n. 81.*
quòd Laici ad coëligendum non admittuntur in
Eccleſiaſticorum Prælatorum electionibus, & ad
alia applicabis *dicta infra cap. 43.* & quæ de modo
celebrandi electiones dixi ſupra *ſub Rubrica*, vbi
de inuocatione Sancti Spiritus, de quo idem Bar-
boſa *dict. cap.19. à num. 179.* & hic *à num 4.* qui
ad verſ. *hic in quo fuerit*, aſſignat tractare de loco,
in quo ſit electio celebranda *ſub cap. quod ſicut 28.
hoc tit.*

6 Et *in verſ. Regis*, notat idem hic *à num.7.* quod
priuilegio, vel conſuetudine poſſunt Reges habere
ius nominandi Epiſcopos, vel eorum electioni
aſſenſum præſtandi; & quòd Reges Hiſpaniæ, &
Luſitaniæ potiuntur iure nominandi, ſeu præſen-
tandi Epiſcopos ad Eccleſias Cathedrales, de quo
dixi latè *ſub cap. Eccleſia Sutrina de cauſa poſſeſſ. &
propriet.* alia ſupra *in Rub. hoc tit. ſub quæſt.6. alia
quæſt.2.*

Et addit etiam Barboſa hic *num. fin.* quòd Re-
7 ges Franciæ habent ius eligendi, ſeu nominandi
Epiſcopos ad Eccleſias in ſuo Regno; & ad plura,
quæ deſideraueris, leges eundem Barboſam *de Iu-
re Eccleſiaſt dict. p.1. ſub c.8. à num 75.* de ratione
quare Regibus Hiſpaniæ data eſt facultas nomi-
nandi Epiſcopos; & *à n.64.* vbi de varietate, quæ
fuit in electionibus Epiſcoporum, de quibus *in dict.
cap. Eccleſia Sutrina à q 2. & 3. & in dict. Rub. ſub
q.6.* An Laici poſſint beneficia conferre dixi latè
in c.3. de Iudicijs q.5.

Nunc verò addo pro latiori interpretatione quæ- 8
ſtiones, quas occaſione textus noſtri nonnulli tra-
ctant; nempe an electio metu facta valeat, Faqui-
neus *lib.3. variar. cap.40* Vbi agens de ea quæſtio-
ne, an valeat matrimonium metu contractum, ex
hoc textu, & *ex cap. cum dilectus de conſuet.* vbi
quod valeat conſuetudo, vt fiat electio ex certo
genere perſonarum; ſed quia in matrimonio maxi-
ma libertas requiritur, dico quod ſi fiat per metum,
ſit nullum, iuxta Doctores longè agentes, per tex-
tum *in cap. cum locum de ſponſalibus*, & quæ ad
materiam de metu dixi infra *in cap. ſi vero, & cap.
verum de iureiurand.*; nec enim valet ex textu
noſtro conſuetudo, quæ aufert libertatem electio-
nis; etſi valeat vt fiat ex certo genere perſonarum
cum ſumma ratione potuerit ſic introduci; eo
quòd tunc metus nequit intercedere; & quia in
electionibus non requiritur ea ſumma libertas, quæ
in matrimonio: ita ipſe, & Ego vt iam notaui *in
dicto cap. cum dilectus*, cum & ab initio fuerit libe-
rum ita eligere, ſicut, & de iure ſtatui poteſt, vt fiat
electio de conſtitutis in Sacerdotio: ita in terminis
Couarru. *in 4. de ſponſ. p.2. c.3 §.5. ſub n.* vbi me-
lius quàm Faquineus addens, vt textus noſter non
neget poſſe conſuetudine introduci, vt electores
eligant duos, quorum poſſit vterque à Principe, vel
Patriarcha reprobari, quibus electi erant præſen-
tandi, improbans Fortunium opinantem, non
poſſe conſuetudine induci, vt alter ex duobus eli-
gatur, cum electio ex duobus optimè exiſtat, ſic vt
non repugnet electionis conditioni; quemadmo-
dum in Regno Granatæ teſtatur practicari; ſiqui-
dem in Collegiis Canonicorum eliguntur, duo,
quorum alter admittitur, alter verò non. † An ad 9
electionem Prælatorum neceſſariò requiratur aſſen-
ſus Regius, Iulius Lauorius *variar. lucub. cap. 4.
tit.4.* vbi quid de populi aſſenſu, ad quos Epiſco-
porum electio pertineat Barboſa *in paſtorali cap.3.
à num 9. & à n.35.* & videbis *in Rub. & in dict. c.
Eccleſia Sutrina*, adde Balboam *in dict. cap. cum
Eccleſia Sutrina de cauſa poſſeſſ. & proprietatis*, &
ibi *à n.70.* † & *in c.8. de Iudicijs.* vbi de mala con- 10
ſuetudine vitanda, quæ eſt contra Eccleſiæ liberta-
tem, de qua dixi ibi abundè aliquid *in cap. 2. illius
tituli q.3.* & plura noto ſupra *in tit. de conſuetudi-
ne, præcipuè ſub cap. fin.*

Ad Text. in cap. Tranſmiſſam XV. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Poteſtas exercendi quæ ſunt ordinis non transfertur per confirmationem electionis, ſed per conſecrationem, & quæ competant Epiſcopo ratione ordinis remiſſiue n. 3.*

2 *Iuriſdictionis exercitium acquirit actu Epiſcopus per confirmationem.*

4 *Prælati minores confirmati, poſſunt de iure ſubditos ſuos excommunicare.*

5 *Collatio beneficiorum poteſt fieri poſt confirmatum Epiſcopum.*

6 *Epiſcopus electus nequit actualiter deponere, & ſi
valeat*

valeat pronunciare deponendum; ſecus verbaliter, n.7.

7 *Depoſitio actualis, & verbalis qui actus dicantur.*

8 *Cenſuras decernere poteſt quilibet habens iuriſdictionem.*

9 *Electus in Epiſcopum, & canonicè confirmatus, habet ea, quæ ſunt iuriſdictionis, non quæ ordinis.*

1 AD plenam tractationem huius textûs ad-
iunges notata ſuprà *in cap.9.hoc titulo*, vbi
quod litteris nondum expeditis, electus non ſe
intromittit in adminiſtrationem; probat enim
Pontifex hic quod poteſtas exercendi ea, quæ
ſunt ordinis, non transfertur per confirmationem
electionis, ſed per conſecrationem, pluribus
probat Barboſa *hic* † vbi *à num.*10. dum notat
2 quod exercitium iuriſdictionis actu acquiritur per
confirmationem, agit de alia quæſtione, an proui-
ſus ex ſolo titulo canonico, ex ſola confirmatione
ante apprehenſam poſſeſſionem, ſi ab alio ea
non ſit occupata, adminiſtrare poſſit, & duas
adducens contrarias opiniones *num.3. in verſ. ego*,
componit diſtinctionis fædere, vbi videbis, &
infra *in cap.*17. vide ſupra *cap.*11. *hoc tit.*

3 Et in verſic. *& miniſterium conſecrationis*, po-
nit tractantes de dubio quæ competant Epiſcopo
ratione ordinis; & *num.*5. ex gloſſa *de talibus fin.
verſ. excommunicare*, quod habens iuriſdictio-
nem; etſi Præsbyter non ſit, poſſit abſoluere ab
4 excommunicatione in foro iudiciali. † Et qood
Prælati quamvis minores ſint Epiſcopis, ſi ſint
confirmati, poſſint de iure communi ſubditos
ſuos excommùnicare; quia excommunicandi po-
teſtas, eſt actus iuriſdictionis, & ob id ex dicta
5 gloſſa ibi: *Beneficia conferre*, probat *num.* 6. †
quod collatio beneficiorum poteſt fieri per confir-
mationem in Epiſcopum aote conſecrationem;
quia iſte eſt actus Iuriſdictionis. Tamen ex eadem
6 gloſſa ibi *depoſitio Clericorum*, † notat quod
electus io Epiſcopum noo poteſt actualiter de-
ponere Clericum; quamvis poſſit pronunciare
eum deponendum; † eo quod actualis depoſitio,
7 videtur eſſe actus ordinis dependens ab ipſa coo-
ſecratione; ſecus autem in verbali depoſitione,
quæ etiam reſpectiua nihil aliud eſt, quam ſen-
tentia quædam; & ita actus ſolius iuriſdictionis,
8 non ordinis. † Hæc Barboſa, & Couarruu. *in
cap. Alma mater 2.part. §.2. à num.* 6. dicit quod
quilibet habens iuriſdictionem poteſt decernere
cenſuras, interdictum, & ceſſationem à Diuinis,
9 & probat inter alia iura ex hoc textu. † Et quod
electus in Epiſcopum, & canonicè confirmatus
habet ea, quæ ſunt iuriſdictionis, tradit Barboſa
de Iure Eccleſiaſtico cap 8. *num.*23. ſed Epiſcopo
electo, & confirmato, non tamen conſecrato;
non competere ea, quæ illi tribuuntur per
ordinem collatum, Barboſa *dict. cap.*8.
*num.*28. alia adiunges quæ noto
infrà *ſub cap.*44.

***

Qvæstio I.

An confirmatio electionis Epiſcopi nominati, ſiue alterius ad Dignitatem aliam inferiorem, debeat ab electo peti intrà certum tempus, ſub qua pœna. Et nùm confirmatori ſit tempus aſsignatum, & quis ſit? Vbi qua debeat de electo inquirere confirmator, & an habeat ius caſſandi, vel confirmandi electionem; prout ſibi videbitur. An electio nulla poſsit confirmari; Quæ ſit forma confirmationis, & quos pariat effectus?

Svmmarivm.

1 *Confirmatio perficit electionem, eamquè ſequitur regulariter*, n.6.

2 *Electio præſtat ius Dignitatis, non adminiſtrationis, & exercitij.*

3 *Confirmatio eſt iuris habiti corroboratio.*

4 *Electio initiat ſpiritualè coniugium, confirmatio perficit illud.*

5 *Confirmatio electionis eſt neceſſaria ex parte confirmatoris, & confirmati.*

6 *Confirmanda eſt electio etiam ſi omnes electores antea morerentur, etiam facta inter regulares, niſi aliter priuilegio*, numero 7.

8 *Confirmatio non requiritur in beneficiis electiuis.*

9 *Inſtallatio in Choro, habetur loco confirmationis.*

10 *Electio Canonicorum, etiam de officio, qualiter practicetur in Cathedralibus.*

11 *Electi conſenſus requiritur ante confirmationem.*

12 *Electus de iure communi nequit, eo inuito, confirmari.*

13 *Electo eſt intimanda electio, vt appareat, ſi velit conſentire, aut repudiare.*

14 *Electus intra menſem à præſentata electionis, debet conſentire, alias vacat Prælatura, vel à tempore ſibi præfixo; niſi conditio perſonæ, ipſum excuſet*, numero 15.

16 *Electus tenetur; etſi impeditus, quam primùm conſentire, alias electores poterunt iterum eligere.*

17 *Electus; etſi regulariter nequeat compelli ad conſentiendum electioni: fallit in tribus caſibus* n.18.*extra quos poteſt ſe humiliter excuſare*; n.19. & 20.

20 *Electus, habilis, & dignus, quando ſe legitimè excuſet, aut non.*

21 *Confirmatio electionis poſt præſtitum conſenſum intra legitima tempora; eſt petenda ab electo per ſe, aut per procuratorem, ſiue electores.*

22 *Confirmationis petendæ tempus eſt ad arbitrium in Curia Romana, inſpecta qualitate perſonarum, & temporum, ac diſtantia locorum* num.23.

23 *Confirmationis petendæ tempus, eſt arbitrandum*

à Iudice ſecundùm communes dietas viginti millia paſſuum in ſingulos dies.

24 *Tempus ſecundùm* 20.*dierum, vt confirmandus Romam ingreſſus, ſe præſentet coram Romana ſede cum termino alio* 15. *dierum, ſi ſubeſt impedimentum* n.25.

26 *Confirmare impeditus, ſi probat impedimentum, eſt ſpectandus.*

27 L. ſi per vacua cod. de temporibus in integ. reſtituend.

28 *Confirmatio electionis facienda ab ordinario non progreditur vltra tres menſes*, & n.34.

29 *Tempus non tollitur confirmando, qui citius ad Curiam venit.*

30 *Electores debent tranſmittere ad Curiam duos homines inſtructos, qui fidem faciant de habilitate electi.*

31 *Confirmandus electus accedent ad Curiam, non debet diſcedere ſine licentia in perfecto negocio.*

32 *Confirmatio queit impetrari per amicum ſine mandato.*

33 *Electus poſtulata Confirmatione ab amico, effugit pœnam, ſi ratum habeat intra tres menſes.*

35 *Confirmatori ad confirmationem concedendam, nullum eſt tempus præfixum.*

36 *Inſtitutor ſi abſque cauſa non inſtituat, poteſt à ſuperiore compelli.*

37 *Confirmator ſi renuat confirmare intra tempus ſibi aſſignatum à ſuperiore, poteſt per eum compelli.*

38 *Terminus ſex menſium aſſignatur confirmatori, vt inſtitutori.*

39 *Confirmator debet confirmare electionem idonei, niſi ſubſit cauſa.*

40 *Confirmare ſpectat ad proximum Superiorem, niſi electus ſit exemptus.*

41 *Generales Religionum olim confirmabantur à Pontifice; hodie ex eo quod ſunt electi conſentur confirmati.*

42 *Primas, vel Patriarcha confirmat Archiepiſcopum, Papa Patriarcham.*

43 *Confirmator non ex abrupto, ſed ſeruatis ſeruandis procedit ad confirmandum electum* num.45.

44 *Confirmator poteſt inquirere de modo electionis, an ſit idonea.*

45 *Confirmator num propriam cupiditatem affectet.*

46 *Electio indigni officie Eccleſiæ admodum.*

47 *Forma qua competitores, ſiue oppoſitores, ſint vocandi, vt valeat confirmatio*, num. 48. & 49.

49 *Edicta ad vocandos electos, vt confirmentur, qualiter affigantur.*

50 *Confirmator debet examinare electi qualitates, & alia etiam, quod non apponatur in eum, & quibus* n.51.& 52.

52 *Confirmator ad ſe certiorandum de fama, & vita electi poteſt petere teſtimonium ex loco, quo conuerſatus eſt.*

53 *Confirmatio fit aliquando per viam Iudicij, aliquando extra Iudicialiter.*n.54.

55 *Electi clarè idonei, non fit à ſuperiore confirmatore examinatio.*

56 *Examinatio Confirmationis electi, non fit in Curia.*

57 *Confirmatio Prouincialium, & Regularium non fit iudicialiter.*

58 *Generalis ordinis poteſt adhibere fidem ſoli famæ electi, & litteris teſtimonialibus.*

59 *Generales Minorum non tenentur ſeruare in confirmandis electionibus formam* cap.fin.huius tituli lib.6.

60 *Confirmator Prælatus, ſi indignum electum confirmet, num careat poteſtate confirmandi.*

61 *Confirmator ſcienter indignum confirmans electum, debet deponi, & plecti alia pœna arbitraria* n.62.*& tenetur ad damna* n.63.

64 *Examinatio maior debet fieri ab Electoribus de electo, quam à confirmatore de confirmato.*

65 *Clericus deficiens in probatione ſuæ oppoſitionis contra electum, incurrit ſuſpenſionem à beneficiis per triennium, & ingerens ſe adminiſtrationi priuatus eſt ipſo iure: limita vt* num.66.

67 *Confirmator habet ius ceſſandi, vel confirmandi electionem.*

68 *Confirmator poteſt ad partes trahere electum exquirendo diligenter de his, quæ poſſunt confirmandum impedire; & hoc faciet ſine illius infamia*, num.69.

70 *Electio nulla regulariter non confirmatur à ſuperiore: fallit ſi adſit diſpenſatio, ſeu priuilegium* num.71.& 72.

72 *Electio nulla validatur per confirmationem à Papa, ſeu alio ſuperiore habente facultatem diſpenſandi.*

73 *Illegitimus electus in Prælatum ab habentibus poteſtatem diſpenſandi, habilitatur electione.*

74 *Peccato aliquid fieri non præſumitur, quandō dubium eſt, ſi cum eo fiat.*

75 *Peccatum minus præſumitur.*

76 *Diſpenſatio non requirit certa verba.*

77 *Diſpenſatio Principis non requirit cognitionem, ſed eius voluntatem, ſecus ſi inferioris ſit, & procedit in foro animæ,* n.78.

79 *Confirmatio electionis parit plures effectus*, vt n.84.85.86.& 87.

80 *Confirmatus rectè non poteſt renunciare poſt acceptationem ſine licentia ſuperioris.*

81 *Electus poteſt non conſentire electioni de ſe,* n.82.

82 *Confirmator poſt electionem ad ſe delatam, poteſt examinare eam, etiam quod electus poſſet renunciare,* vt n.83.

87 *Confirmatione acquirit electus plenum ius.*

88 *Confirmatio ſi non acceptetur, & retineatur prælatura, ea vacare dicitur.*

89 *Confirmatio facta, pendente appellatione ab electione, eſt nulla,* n.103.

90 *Electus poſt confirmationem nullam, non incidit in pœnas* cap.auaritiæ, *per ignorantiam facti; ſecus iuris.*

91 *Epiſcopus electus, ſed non confirmatus, poteſt expelli ab Epiſcopatu.*

92 *Percutiens Epiſcopum electum, & confirmatum, non conſecratum, non incurrit in excommunicationem Bullæ Cœnæ.*

93 *Confirmatio declarata nulla in aliquo capite; non ideo facit electionem nullam.*

94 *Electio, & confirmatio ſunt partes ſeparatæ, illa principale, hæc acceſſorium,* n.96.

95 *Vtile per inutile non vitiatur in habentibus cauſam ſeparatam.*

97 Opponi

97 *Opponi nequit contra electionem, ſequuta confirmatione, elapſis terminis ad opponendum præfixis, quid contra Generales,* n.98.
99 *Opponi poteſt contra confirmationem, quando notari poteſt, non culpa opponentium, vt ſi impediti ſint: fallit* num. 100.
101 *Confirmatio ſine cauſa cognitione, & non vocatis vocandis, habet vim interlocutoriæ.*
102 *Terminus peremptorius ad comparendum aſſignatur ſecundum locorum diſtantiam.*
103 *Confirmatio, & inſtitutio facta ad electionem, ſeu præſentationem alterius, non poteſt fieri pendente termino ad appellandum.*
104 *Appellatio proſequi debet ante confirmationem intra terminos Iuris.*
105 *Confirmatio non requiritur poſt electionem Pontificis, & quare* num. 106.
106 *Apoſtolica Sedes, cunctis in orbe Eccleſiis præfertur.*
107 *Confirmare nequit inferior ſuperiorem.*
108 *Electio Prælatorum debet examinari prius.*
109 *Confirmatio electionis non requirit formam, ſufficit vt quocumque verbo declaretur à confirmante.*
110 *Confirmatio in ordine Prædicatorum fit per vota ſecreta: vbi quid de electo appellante.*
111 *Confirmatio num fiat congregato Concilio.*
112 *Confirmatio fuit denegata electionis, de quodam Priore non habente annos 40. in Religione Prædicatorum.*
113 *Confirmatio electionis debet fieri in Eccleſia.*
114 *Confirmatio electionis, quæ fit contradictorio iudicio, nequit celebrari extra Diœceſim, ſecus contra.*
115 *Confirmator prouidendo ſimul eligit, & confirmat perſonam ab eo prouiſam ad Dignitatem, ſeu Prælaturam.*
116 *Regularis electus, & confirmatus ad Prælaturam, ſi vtrumque renuat, videtur vt vacet Prælatura.*
117 *Renuere formaliter electus dicitur, qui nullam cauſam aſſignat Superiori, licèt occultam.*

1 AD has, & alias difficultates pro materia con-
firmandæ electionis à ſuperiore de electo,
præmitto dicendum ex textu *in cap. poſtquam huius*
tituli, vt omnem electionem iure ordinario, ſe-
2 quatur confirmatio eius, tum ex parte electi, †
quia licèt per electionem acquiratur ius Dignita-
tis, nempe, & Prælaturæ; non tamen acquiritur
ius adminiſtrationis, & exercitij; quia electio ſo-
lum dat ius ad adminiſtrationem; confirmatio verò
exercitium; gloſſa *in cap. quanto verb. Relatio* 63.
diſt. Oldradus *conſ.* 146. *incipic Factum tale eſt,*
Abbas *in cap. conſtitutus hoc tit. n.* 2. idem *conſ.* 47.
p. 1. gloſſa *in l. Prælatorum cod. de Iuriſdict. omn.*
Iudic. Iulius Lauorius cum aliis *variar. lucubrat.*
tit. 4. *cap.* 25. *à n.* 1. per textum, & gloſſam *in cap.*
cum inter verſ. reſtitre hoc tit. & in cap. dilectiſſimi
3 8. *q.* 1. vbi Doctores, † & hoc quia confirmatio eſt
Iuris prius habiti corroboratio, *l. & quia ff. de Iu-*
riſdict. omnium Iudicum, l. illud quæritur ff. de tut.
& curat. Cardin. *in clementina* 1. *§. nos itaque notab.*
4 7. *de Iureiurando*, † etenim per electionem in-
choatur ſpirituale coniugium inter Eccleſiam, &
Prælatum, quod per Confirmationem perfi-
citur.

Quare dicunt Syluester *verb. confirmatio huma-*
na q. 1. *clem.* 2. *§. ſtatuimus,* vbi Zabarella *q.* 12. *de*
ſtatu Monachor. Abbas, & cæteri Doctores *in cap.*
meminimus 13. *de accuſationibus*, † vt confirmatio 5
electionis neceſſaria ſit ex parte confirmatoris; &
hoc patet ex effectibus, quos parit, vt dico in hac
quæſtione; Item eſt neceſſaria ex parte confirma-
toris; quia non beneficium, ſed debitum impendit;
vt patet *in cap. fin. hoc tit. lib.* 6. *dict. cap. poſtquam,*
vbi Abbas *notab.* 1. Decius *n.* 1. Rota *deciſ.* 240.
n. 12. coram Gregor. XV. *l. ſi vero §.* 1. *ff. de hæredib.*
inſtituend. & in prædictis iuribus cæteri Doctores
Moderni relati à Barboſa *ibi*, Lauor. *dict. c.* 25. *n.* 1.
& 28. vbi ait ex textu *in cap. inter dilectos de fide*
inſtrument. l. & quia ff. de iuriſdict. omn. iudicum;
vt qui confirmat, non donat.

Itaque regulariter ſemper ſequi debet confir- 6
matio electionem; & in tantum vt ſi omnes electo-
res mortui ſint, publicata electione, & alij in lo-
cum eorum ſucceſſerint, adhuc veniat confirman-
da; cum electio dicatur celebrata ex illis votis in
ſcrutinio publicatis, etiamſi mortui ſint, puta ex
aliqua ruina; dummodo alij in eorum locum ſuc-
ceſſerint; quia vnum ſemper erit capitulum; licèt
non ſint idem electores, cum primi iam functi
ſint officio ſuo: ſic docent Biaxio *in directorio elect.*
p. 3. *c.* 44. Bertach. *tract. de Epiſcop. lib.* 3. *p.* 3. *p.* 1.
princip. n. 4. Marcus Anton. Cuchus *inſtit. moral.*
lib. 4. *tit.* 4. *de confirmat. n.* 7. Iulius Lauor. *dict. tit.* 4.
c. 25. *n.* 30. cum Sigiſmundo *dub.* 45. *n.* 6. *&* 7. &
Baldo *in cap. publicato n.* 12. *hoc tit.* qui dicunt vt 7
dicta procedant etiam in electione Regularium,
quæ indiget confirmatione Canonica, niſi aliter
priuilegio eorum caueatur *ex cap. nihil, cap. cum*
dilectus hoc tit. Doctores *in dicto cap. poſtquam*;
ſic vt alias non poſſet electus miniſtrare intra Ita-
liam; ſecus autem extra, vt *in dict. cap. nihil* gloſſa
in cap. cum venerabili hoc tit. niſi adſit Legatus à
Latere, à quo tunc etiam ea peti debet, iuxta Lauo-
rium *dict. c.* 25. *n.* 31. & Compoſtellam *in cap. cum*
venerabilibus de conſuetudine.

Aliquando enim dicta regula fallit, cum etſi 8
beneficia ſint electiua, non inde confirmatio exe-
quatur, vt contingit, ac patet de aliquibus Cano-
nicis, qui eligunt iuxta formam *cap. quia propter*
hoc tit. & nihilominus talis electio ſæpè ſæpius
confirmatione non eget, cum ſtatim electus dedu-
catur in Chorum ab alio Canonico ex mandato
Præſidentis Canonici; † quæ inſtallatio habetur loco 9
confirmationis, vt tenent Oldradus *conſ.* 146. *num.*
5. relatus per Ioan. Anton. Maſobr. *in praxi ha-*
bendi concurſum num. 23. *præl.* 8. Lauorius *dict.*
cap. 25. *num.* 29. † Praxis inquam Eccleſiarum Ca- 10
thedralium horum Regnorum Caſtellæ, & Legion.
eſt nempe, vt ſiue prouideantur Canoniæ per con-
curſum oppoſitorum, vt contingit in Magiſtrali-
bus, & Doctoralibus, ſiue à capitulo iuxta con-
ſuetudines, ſiue priuilegia Eccleſiis à Pontifice con-
ceſſa, ab electoribus de capitulo, facto Scrutinio
maioris partis ſuffragiorum; tunc qui declaratur
electus, vocatur ad Scriba, ſeu Secretario Capitu-
li, qui fidem facit de electione ipſi electo co[ra]m
teſtibus, qui tunc de mandato Decani, ſiue Præſi-
dentis in Capitulo, Iuratis ſtatutis illius Eccleſiæ,
ſed & in ſtallo eiuſdem Capituli poſt iuniorem, ac
deinde à duobus Capitularibus ſimul cum Scriba,
& teſtibus pergit ad Chorum, vbi etiam ſedet in
ſtallo ſibi attingenti: quo facto interim reddit ad
Capitulum, vbi ſuo ordine à Decano gratias agens
amplectitur Præbendatos, & mandatur ſibi fieri
fidem de tali capta poſſeſſione.

Igitur in primis poſt electionem ante confirma- 11
tionem requiritur electi conſenſus, qui debet præ-

Digitized by Google

ſtari, poſtquam ei fuerit electio præſentata infra
menſem ex cap. quam ſit hoc tit. lib. 6. à die habi-
tæ notitiæ electionis, & præſentationis computan-
dum, & ex cap cupientes §. caeterùm eodem; ſic Iu-
lius Lauorius variar. lucubrat. tit. 4. cap. 18 num. 28.
vbi ait ex Lancelloto, vt alias careat electus electio-
ne; ſic vt alius eligi queat; qui etiam ait dict. c. 21.
12 ſub n. 32. † vt electus de iure communi non poſſit
confirmari, eo inuito, cum requiratur eius con-
ſenſus, ſicut in matrimonio carnali, cap. innotuit 1.
hoc tit. Quare Barboſa de iure Eccleſiaſt. lib 1. c. 19.
n. 243. Layman. in quæſtion. canonic. de Prælat. Ec-
cleſiaſt. elect. cap. 2. q. 14. dixerunt ex dict. cap. quam
13 ſit. † quòd electio intimanda eſt electo, antequam
deferatur, vt appareat vtrum conſentire, aut re-
pudiare velit; indeque Rota deciſ. 7. hoc tit. in no-
uis, Menochius de arbitr. cent. 1. caſu 477. per totum
lib. 2. Gonzalez in reg. 8 Cancel. gloſſa 15. n. 50. Maſ-
ſobrius in praxi habendi concurſum ad Parochiales
Eccleſias vacantes requiſito 1. dubio 2. n. 11. vt refert
idem Barboſa dict. cap. 244. & in dict. cap. quam ſit
14 n. 3. † affirmant quod ſi electus intra menſem à tem-
pore electionis ei præſentatæ, vel à tempore ſibi
præſtituto, non conſenſerit electioni; tunc vacet
15 Prælatura, quod eſt verum ex dicto cap. quam ſit †
niſi conditio perſonæ ipſum excuſet, veluti ſi ele-
ctus eſſet ſubditus, nec poſſet conſentire ſine licen-
16 tia Superioris † ſed nihilominus tenebitur tunc
quamprimum eam petere; & ſi infra tempus pro
abſentia Superioris ponderandum, non petierit, ele-
ctores alium eligent, vt colligunt ex dict. cap. quam
ſit Archidiacon. Geminian. Ioannes Andreas, An-
charan. Butrius, Dominic. Monachus Franc. Ala-
gona in compend. pag. 63. Viuianus in ration. lib. 1.
pag. 163. & alij. Iulius Lauor. ſupra dict. cap. 18. n. 29.
per extrauag. Religioſus hoc tit

17 Dubium verò eſt an poſſit Electus compelli ad
conſentiendum electioni de ſe factæ, vel queat li-
berè ei renunciare. In quo dubio videtur negan-
dum; quia licèt requiratur conſenſus, & accepta-
tio electi, cap. ſi tibi abſenti de præb. lib. 6. ſed non
inuitus cogi poterit conſentire electioni de ſe factæ
per textum in cap. vbi 74. diſt cum non poſſit exer-
ceri liberalitas in nolentem ſibi acquiri, cap hoc iure
§. non poteſt de donat. l. inuito ff. de regul. iur. poteſt
inquam ad munus gerendum prouocare nomina-
tus l., ſi adſcribatur cod. de appellat. Tholoſ. cap.
18. num. 3. Iulius Lauorius dict. cap. 18. num. 30.
tit. 4.

18 Tamen legimus, vt in tribus caſibus teneatur
ritè, & debitè in Prælatum electus conſentire ele-
ctioni de ſe factæ. Primò quando à Superiore per
obedientiam cogitur; cap. dilectiſſimi 8. quæſt. 2.
cap. niſi cum pridem de renunciat. Secundò quan-
do conſcientia ob inopiam alterius idonei ſtimulat;
ex quo probabile diſpendium, & periculum immi-
net Monaſterio, niſi conſentiat, iuxta ſacros Ca-
nones, cap. clim cap. inſcript. 8. quæſt. 1. Tertiò
quando per viam illicititam fugit, ſeu abſcondit
ſe, abſque ſpeciali Spiritus Sancti inſtinctu ita
Barboſa de Iure Eccleſiaſt. dict. p. 1. cap. 19. n. 145.
cum Syluestro, Frat. Eman. Rodrig. Hieronymo
19 Rodrig. † Dicentibus extra hos caſus, vel poſſe
electum ſe humiliter excuſare, allegando ſuam in-
dignitatem, vel bona intentione ob profectum Ec-
cleſiæ acceptare; ſed quia difficile eſt, vt quiſque
ſe dignum cognoſcat, dicunt melius facere ſe hu-
20 militer, non verò pertinaciter excuſando. † Nec
obeſt Iulius Lauorius in dict. cap. 18. tit 4. num. 31.
dum dicit, quod habilis, & dignus electus non
poſſit recuſare ſub pœna peccati mortalis, ſi talem
ſe putet, & recuſatio verteret in damnum commu-
nitatis, tenerique ſibi iniunctum munus acceptare
D. Gregorij Magni & Nicolai Epiſcopi Miren.
Archidiacon. in cap. ſi electio hoc tit. lib. 6. quia ad
idem loquitur; ſiquidem ait, vt licèt ambitio in ele-
ctionibus damnetur, vt latè ſcribit dict. tit. 4. c. 16.
n. 121. ſed vbi vitium tale ceſſat, & recuſatio dam-
noſa exiſtit, charitas poſtulat, vt vtilitas Eccleſiæ,
& populi non negligatur, intelligens hoc proce-
dere, quando alius deeſt, cum non debeat de fa-
cili ſe dignum putare, vt tenuit gloſſa in dict. cap.
inſcripturis 8. q. 1 idem videtur repetere Iulius dict.
cap. 26. dicto tit. 4. ſub num. 32. cum Miranda tom. 2.
q. 23. art. 31. concluſ. 2. Molfeſio in ſumma tract. 6. de
benefic. cap. 16. Menochio de arbitr. iudic. caſu 43.
Tuſcho concluſ. 91. Valent. tom. 3. diſp. 11. q. 3. pun-
cto 3.

Notandum verò eſt vt poſt præſtitum conſen- 21
ſum intra legitima tempora, teneatur electus per
ſe, vel per procuratorem, aut electores ipſi petere
à ſuperiore electionis confirmationem, quo termino
elapſo, legitimo impedimento ceſſante, irrita red-
datur electio dict. cap. quam ſit hoc tit. lib. 6. verſ. ca-
terum quiuis elector. vbi gloſſa verb. Eccleſia, ait hoc
quidem in Prælatis cuiuſcumque Eccleſiæ locum
habere: ſic Azor. inſtitut. mor. p 2. lib. 3. cap. 29.
quæſt. 10. Ludouicus Miranda dict. tom. 2. quæſt.
23. art. 9. concluſ. 4. Petrus Gregorius rei beneficia-
ria cap. 25. num. 12. Gonzalez ad regul. 8. Cancel.
gloſſa 15. num. 51. Barboſa in dict. cap. quam ſit n.
4. & 5. & de Iure Eccleſiaſt. dict. cap. 19. p. 1. n.
146. & in paſtorali p. 3. allegat. 5. num. 113 Iu-
lius Lauor. dict. cap. 25. ſub n. 34. tit. 4. † Vbi clarius 22
agit, cum aduertat, vt non videatur indiſtinctè
ſtandum certo, ac determinato ſpatio trium men-
ſium, quando ad ſedem Apoſtolicam pertinet, tum
quia negotia Romanæ curiæ, tam multa ſunt, vt
impediant aliquando, ne infra tres menſes poſſint
confirmationes obtineri. Tum quia cum non ſem-
per ſit eadem viarum dimenſio, alij propinqui, alij
in remotis admodum à Curiæ partibus (vt contin-
git in nobis Hiſpanis) nec perſonæ electæ ſint ſem-
per eiuſdem qualitatis, alij ſenes, alij infirmi, alij
iuuenes, alij delicati, alij ſani, & fortes, tempora
quandoque ſint diuerſa, æſtiua, Hyberna, ſereno
Cœlo propitia, continuis imbribus impedita, aliiſ-
que incommodis obnoxia, non poterat vna, & vni-
formis temporum meta præſcribi, cùm trimeſtre
tempus aliis ſit nimis breue, aliis nimis proli-
xum.

Quare ait ſtatuiſſe Nicolaum vt electus poſt præ- 23
ſtitum electioni de ſe factæ conſenſum, vel poſt
obtentam de ipſius electione notitiam, ſi eam
debito tempore non contigerit præſentari infra
vnum menſem ad Sedem prædictam, iter arripiet;
poſt quem menſem alius terminus conceditur, quo
conſiderata locorum diſtantia commodè ad confir-
mationem petendam accedere valeat, ſuper quo
arbitrio Iudicis ſtandum eſſe ait Iulius Lauor. inſ-
pecta qualitate perſonarum, locorum, temporum,
& ætatum, ex l. continuus §. 1. ff. de verb. oblig.
gloſſa in dict cap. cupientes verb. commodè, vbi Bar-
boſa cum multis ſic vt Iudex arbitretur ſecundùm
communes Diætas, vt probatur in cap. præſenti §.
loca de præb aſſignando viginti millia paſſuum in
ſingulos dies iuxta textum in l. vicena millia ff ſi
quis caution. l. 3. de verb. ſignific. † Quo tempore 24
elapſo, alium concedi terminum viginti dierum,
quo electus coram ſede Apoſtolica, ſedebat præ-
ſentare

ſentare cum omnibus actibus, iuribus, & munimentis ſuis, & proceſſus ſuos contingentibus, addens, vt ſi infra dictos viginti dies non venerit, & confirmationem petere contempſerit iuſto impedimento ceſſante, ſit ſtatim priuatus iure, ſi quid
25 per electionem de eo factam acquiſierit † & addit etiam quod ſi iuſtum interuenerit impedimentum, debet intra alios quindecim dies probari; quod ſi
26 probatum non fuerit cadat etiam à iure ſuo; † tamen ſi allegatum impedimentum probatum fuerit, debeat ſpectari illius ceſſatio, quo ceſſante, tunc electos habere omnes prædictos terminos computandos ab ipſa impedimenti ſublatione; puta infirmitate, diſcrimine viarum ſuperioris impedimento, longa diſtantia, frequenti curiæ mutatione, & ſimilibus, vt *in dict. cap. cupientes*, vbi gloſſa *l. 2. ff. ſi quis cautionem*, ita idem Iulius cum Cucho *dict. n. 34. in fin. & n. 4?.* & Barboſa *de iure Eccleſiaſt. dict. c. 19. p. 1. n. 246. in fine*, vbi ait procedere deciſionem Nicolai Papæ *in dicto cap. cupientes*, in Cathedralibus, & Regularibus Eccleſiis, quæ confirmationem à ſede tantummodo Apoſtolica accipiunt, in quibus tempus moderatum, vt proxime dictum eſt.

27 Nec obſtat huic doctrinæ textus *in l. ſuperuacua cod. de temporib. in integr. reſtituend.* vbi quod locorum diſtantia non debet inducere differentiam deciſionis; & ſic iudicandum iuxta deciſionem Greg. X. *in dict. cap. quam ſit, hoc tit. lib. 6.* Quia reſpondeo ad dictam *l. ſuperuacua* eius deciſionem intelligi in tempore limitato à lege; non autem in tempore arbitrario, vt in caſu noſtro, iuxta gloſſam *in dict. cap. cupientes poſt princip.* vbi Doctores, Iu-
28 lius Lauor. *d. n. 40. in fine.* † qui etiam *n. 39.* limitans dicta, aut vt ſi confirmatio, non ſit petenda à ſede Apoſtolica, ſed ab alio ſuperiore inferiore; tunc remaneat firma diſpoſitio Greg. X. *in dicto cap. quam ſit*, id eſt vt debeat peti infra tres menſes, cum in his, nihil fuerit per Nicolaum III. immutatum, aut derogatum, ſicut conuenienter erat in
29 prædictis ex allatis rationibus † & idem notat *dict. cap. 25. n. 35.* quod tempus non tollitur ei, qui citius
30 ad Curiam venit † Et *n. 36.* quod electores debent tranſmittere ad curiam duos homines inſtructos, qui fidem faciant de habilitate electi, & quorum ſumptibus: & quid ſi electio facta ſit in diſcordia
31 ibi *n. 37.* † & ibi *num. 38.* quod accedens ad curiam Apoſtolicam cauſa confirmationis, non debeat diſcedere ſine licentia, negotio imperfecto; ita vt ſi contra fecerit, careat ſuæ electionis commodo, vt definit Pontifex *in cap. ſi poſtquam §. ſi vero hoc tit. lib. 6.* vbi cum multis Barboſa.

32 Notandum eſt ſecundo quod poteſt talis confirmatio impetrari, etiam mediante aliquo amico; licet mandatum non habeat; Iulius Lauorius *dict. cap. 25. n. 41.* Barboſa *de iure Eccleſ. dict. c. 19 p. 1.*
33 *ſub n. 246.* † Vbi addit hoc modo effugere pœnam electum, ſi ipſe ratum habeat infra alios tres menſes, modo ſit nomine electi. & inſuper alem electus ratum habeat infra prædictos tres menſes; gloſſa *in dicto cap. quamuis ſit*, vbi Barboſa *verb. petere, verſ. ſed pone quod amicus*, idem Barboſa *d. c. 19. n. 246* idem *de officio Epiſcop. p. 1. tit. 1. cap. 4. n. 4.* cum Azor. & aliis Tyraquellus *de pœnis temperand. cauſa 22. n. 37.* quia ratihabitio fieri debet omnino intra terminum datum ad acceptandum; Couarruu. *lib. 3. variar. cap. 16. n. 5.* Quibus ſuppoſitis iam ad quæſtiones oportet reſpondere.

34 Ad primam ergo quæſtionis partem an confirmatio electionis Epiſcopi nominati, ſiue alterius ad Dignitatem aliam inferiorem, debeat ab electo peti intra certum tempus; ſub qua pœna, & ad ſingula dubia reſpondeo breuiter ex dictis iam ſupra *hac quæſt. in verſ. notandum verò eſt.*

Ad ſecundam quæſtionis partem reſpondeo cum 35
Abbate *in dict. cap. poſtquam hoc tit.* Læl. Zechio *de beneficiis cap. 12. verſ. tempus n. 31.* Ioanne Anton. Maſſobr. *in praxi habendi concurſum ad Paroch. requiſit. 9. dubio 1.* Iulio Lauorio *var. lucub. in hoc tractat. tit 4. cap. 25. n. 43.* & poſt eum Barboſa *de iure Eccleſ. cap. 19. n. 254.* nullum eſſe tempus in iure præfixum confirmatori ad confirmationem concedendam, ſicut nec ad inſtituendum, quia licèt tempus ſit in iure præfixum ad eligendum, conſerendum, & præſentandum, ſecus in inſtituendo, & confirmando. † Quare ſicut inſtitutor, ſi abſque cauſa 36
non inſtituat, poteſt per Superiorem compelli, aſſignando terminum intra quem inſtituat, quo elapſo poſſit ipſemet Superior inſtituere; † ita ſi 37
Confirmator, nulla exiſtente rationabili cauſa, renuat facere confirmationem, recurratur ad Superiorem, qui eum compellat infra breue tempus, præfigendum cum comminatione, ſeu intimatione; quod niſi infra talem terminum confirmet; Superior iure deuoluto, hoc faciet iuxta gloſſam *in Rub. de poſtulat. Prælator. lib. 6. argum. cap. nullus de Iure Patronatus*, Abbas *vbi ſuprà*, Iulius Lauor. cum Fr. Sigiſmund. *dubio 45. num. 3.* & cum Rota *in Legionen. confirmationis, Luna 23. Ianuary 1617.* coram Pamphilo.

Sin autem dubites quãtus terminus debeat aſſig- 38
nari, exiſtimo reſpondendum cum relatis interpretibus, & cum Lambertino *de iure Patron.* vt ad inſtituendum debeat breuis aſſignari terminus; ita vt licèt ſit arbitrarius, non debeat excedere ſex menſes, ſic etiam vt Superior confirmet † debet inquam 39
Confirmator confirmare electionem idonei, niſi ſubſit cauſa aliqua rationabilis, vel legitimum impedimentum, ex *dict. cap. poſtquam § electio.* vbi Abbas, & Barboſa, cum aliis Iulius Lauor. *dict. tit. 4. cap. 25. n. 42.* & DD. *in cap. nullus de iure Patron.* vbi & alibi Doctores adducti dicunt, vt quamuis electio ab initio fuerit voluntatis, tamen confirmatio ſit neceſſitatis.

Ad tertiam partem quæſtionis breuiter etiam 40
reſpondeo quod munus confirmationis ſpectat ad proximum ſuperiorem, niſi electus ſit exemptus; nam tunc confirmatio petetur à Pontifice ſummo, vel à Legato à Latere, ſi quis eſt in Prouincia, *cap. ſi Abbatem hoc tit. lib. 6.* ita Panormit. *in cap. Monachi §. prioratus n. 10. de ſtatu Monachor. & in c. 2. de tranſlatione Epiſcopi per cap. cum ad monaſterium §. ne alicu. de ſtatu Monachor.* Iulius Lauorius *dict. cap. 25. tit. 4 à n. 45.* Etiamus Cochier *de iuriſd. omn. iud. ordin. p. 4 q. 5.* vbi dicit procedere, ſi Pontifici ſint immediatè ſubiecti.

Quare olim Generales religionum exemptarum 41
confirmabantur à Romano Pontifice, ſed ex conceſſione eiuſdem Romani Pontificis hodie omnes Generales ſtatim; ac creati ſunt, confirmati cenſentur, Fr. Eman. Rod. *tom. 2. regular. q. 52. art 3.* Sigiſmund. à Bononia *de electione dub. 45. n. 1.* Iulius Lauor. *dicto tit. 4. cap. 25. n. 48.* Barboſa *d. lib. 1. de iure Eccleſiaſt. cap. 19. n. 250. in fine.* Notarius *in Lucerna regular. verb. electio confirmanda n. 4.* † & 42
addit Iulius Lauor. *n. 49.* quo Primas, vel Patriarcha confirmat Archiepiſcopum, *cap. bonæ 1. hoc tit.* Papa verò Patriarcham, *cap. venerabilem eodem.* Azor. *p. 2. inſtitut. moral. lib. 6. c. 16. q. 17.* ſed quod hodie de conſuetudine ſolus Papa confirmat, ait Lauorius cum Petro Rebuffo *de reſcript. confirm. numero*

numero 1. vt de Epiſcopis nominatis quotidie videmus.

Ad quartam quæſtionis partem quæ debeat confirmator de electo inquirere, reſolutiuè etiam reſpondeo, quod niſi electio canonica ſit, non debeat confirmari, Rota *in recenter. Abbatiæ S. Maximini* 20. *Nouemb* 1624. coram Coccino, Iulius Lauor. *dict. cap* 25. *tit.* 4. *variar. lucubrat. n.* 51. vbi ait, vt ſuperior non ex abrupto, ſed ſeruatis ſeruandis deueniat ad confirmationem, *cap. enim administratoria de ſtatu Monachor.* Abbas *in cap. Monachi* §. *Prioratus eodem tit & in cap poſtquam hoc tit.* Sylueſter. *verb. confirmatio humana n* 4 Barboſa *de iure*
44 *Eccleſiaſt. dict. cap.* 19. *p.* 1. *ſub num.* 251. † vbi quod confirmator poteſt cognoſcere, & inquirere de modo electionis, an ſit canonicè facta, & de perſona etiam electi, an ſit idonea, & alia facere, quæ ad publicam vtilitatem ſpectant, Nauar. *conſ.* 1. *in antiquis, alias* 2. *in nouis hoc tit.* Sayrus *in floribus*
45 *deciſion. hoc tit. deciſ.* 1. & ſic non ex abrupto † ſiavt non debeat per repentinam Confirmationem propriam cupiditatem, & inordinatum effectum iuri, & æquitati præferens competitori, vel oppoſitoribus neglectis, nec diſcuſſo negotio, electo manus imponere, contra doctrinam Apoſtoli *in cap fin hoc tit. lib.* 6 vbi *num.* 1. & 10 ait Barboſa cum multis, quod textus ille habet locum in præſentatione, niſi conſuetudo ſit in contrarium, quam qui allegat, debet probare, referens deciſum ex Puteo *deciſ.* 298. *lib.* 1. *in correctis, & deciſ.* 271. *lib.* 2. vbi ait quod iuſta cauſa excuſat à pœna illius textus, Iulius
46 Lauor. *dicto tit.* 4. *ſub n.* 51. & 52. † reddit rationem, nempe vt nihil ſit quod magis Eccleſiæ Dei officiat, quam quod indigni aſſumantur Prælati ad regimen animarum *ex cap. nihil, hoc tit.*

47 Quod ſi dubites de forma ſeruanda in competitoribus, ſiue oppoſitoribus vocandis, reſpondeo eam contineri *in dict. cap. fin. de elect. lib.* 6. & *cap. cum nobis olim, hoc tit.* & eſt vt confirmator, priuſquam electo munus confirmationis impendat competitorem electi, vel contradictores per citationem vocet, vt infrà terminum præfixum electioni oppoſituri compareant; ſi verò nullus ſit coëlectus, vel oppoſitor generaliter in Eccleſia, in qua electio celebrata eſt, proclamari debeat, vt ſi qui ſint, qui ſe velint opponere, compareant, aſſignato peremptorio termino; quod ſi nullus, elapſis etiam terminis contra electum aliquid oppoſuerit; debeat tunc ſuperior ex officio ſuo diligenter inquirere, & examinare proceſſum electionis, & perſonã electi, eiuſque mores, qualitates, & ſententiam perpendere, Iuxta *c. cum nobis* § *his igitur, cap. nihil in principio*, vbi gloſſa verbo *examines*, & *in cap. venerabilem verb. eſt enim generaliter hoc titulo*, cum eius interſit ne puniatur pœna *dict. cap. nihil*, ſi promoueatur indignus, Iulius Lauor. *dict. cap.* 25. *num* 53. Barboſa *dict. cap.* 19. *de iure Eccleſiaſt. ſub dicto num.* 251. Lambertin. *de iure Patron. lib* 2. *p.* 2. *quæſt.* 6. Lotterius *de re beneficiar. lib.* 2. *q.* 13. *à*
48 *num.* 20. dicentes † idem etiam procedere, etiamſi electio vnanimiter, & in concordantia celebrata fuerit, vt *dict. cap. fin. hoc tit. lib.* 9. Lauorius *d. n.* 52. *cap.* 25. *tit.* 4. *in fine.* Lancellotus *tit de confirmatione* §. *illud*, & §. *ſciat de confirmatione, cap. ſi forte; cap. cupientes hoc tit. lib.* 6.

49 Adduntque ſupradicti Doctores quod debet legitimè conſtare, non ſolùm de lectione, & affixione edictorum; ſed etiam de refixione; & ſic quod fuerint lecta; atque ibi dimiſſa per congruum temporis interuallum, vt tenuit Rota *deciſ.* 325. *n.* 6. *lib.* 3. *p.* 3. *diuerſ.* & *deciſ.* 624. *num.* 10. *p.* 1. *recent.* Lotterius *dict. q.* 13. *à n.* 47. de qua publicatione dixit Puteus *deciſ.* 5. *dubio* 3. vt non ſtetur ſimplici aſſertioni Notarij ſine teſtibus. Et oporteret ait Iulius Lauor. *dicto cap* 25. *tit* 4 vt confirmatori præſentetur decretum continens totam ſeriem, & formam electionis, cum nominibus eligentium, & conſenſu eorum nomine electi, ac nomine dignitatis, ad quam eſt electus, roboratus ſubſcriptionibus eligentium, ac ſigillo Capituli munitum iuxta eam formam, quam poſuit idem Iulius Lauorius *dicto tit.* 4 *variar. lucubrat. cap.* 19. *num.* 116. & dicit *dicto num.* 54. *cap* 15. vt ea ſcriptura debeat eſſe in forma probanti publica notarij, vel eius loco per duos viros fide dignos munita, iuxta textum, & quæ ibi dixi *in cap. quoniam contra falſam de probat.*

Et idem Iulius Lauorius *ſub dicto num.* 54. *in fine*, 50
num. 55. & 56. cum Ioanne Andrea *in dicto cap. cupientes hoc tit. lib.* 6. ait prædictum decretum, ſeu proceſſum deberi per Superiorẽ examinari necnon formam in electione ſeruatam perſonæ electæ, & confirmandæ qualitates, etiam quod nemo ſe opponat, & multò magis vbi electio diſcors fuerit: nam tunc diligentior requiritur diſcuſſio; 51
& cum Abbate *in dict. cap. poſtquam num* 5. vt queat Superior inquirere per famam, vel litteras teſtimoniales, vel ſi neceſſarium iudicauerit per teſtium receptionem cum iuramento, & ſine; qui hæc omnia relinquit arbitrio Iudicis cum Anton. Cucho *tit. de confirmatione num.* 18 † Dicens etiam 52
ex dicto cap. ſi poſtquam hoc tit. & ex eodem Abbate, vt liceat confirmatori ad ſe certiorandum de fama, & vita electi petere teſtimonium ex loco, quo conuerſatus eſt. Verùm explicat dicendo, vt hæc inquiſitio non ſit facienda in ſpecie de aliquo delicto niſi antequam fuerit electus, de illo delicto diffamatus, ſed in genere, puta de ætate, vita, ſcientia, moribus, & ſimilibus; iuxta ea quæ dico *in tit. de accuſat. & inquiſit.* & aliqua *ſub cap. nouit de iudic. in* 2. *p.*

Ex dictis patet inquam quod confirmatio fit ali- 53
quando per viam Iudicij cum proceſſu, & cauſæ cognitione, & contradictorio, & ſententia diffinitiua, vt dixerunt Butrius *in dicto cap. venerabilem n.* 15. *hoc tit. cap fin. hoc tit. lib* 6 gloſſa *in cap. catinenſis* 61. *diſt.* Gonzalez *in reg.* 8. *cancellariæ gloſſ.* 9. §. 1. Fr. Sigiſmund. *hoc tit. n.* 8. *dubio* 46. & *dub.* 47. *à num.* 7. † aliquando autem extraiudicialiter, vt di- 54
xit idem Iulius Lauor. *dict. cap.* 25. *tit.* 4. *num.* 59. vbi *n.* 58. ait cum Romano *conſ.* 483. *n.* 15. & 16. Sebaſt. Sapia *in apoſtilla ad Abbat. in cap. cum olim de cauſa poſſeſſ. & propriet. col. fin. verſ. ipſo iure.* Marco Antonio Cucho *tit de confirmat. n.* 40. vt aliquando etiam licèt aliquis ſe aduerſarium declarauerit; quia vel ab aduerſa parte fuerit electus, vel contra electionem aliquid oppoſuerit; non tamen citari eum oportere, ſi conſtaret nullum ius ei competere.

Quare optimè Barboſa *de iure Eccleſ. p.* 1. *dict.* 55
cap. 19. *n.* 252. *in fine*, cum eodem Iulio Lauor. *dict. cap.* 25. *tit.* 4. *n.* 57. reſoluit, vt quando electus eſſet ita notoriè idoneus, & communiter dignus exiſtimatus, nulla alia examinatio debeat fieri, cum non indigeat alio iudicio ſuæ perſonæ: ſic antea docuerunt *conſ.* 2. *hoc tit.* Oldradus *conſ.* 146. *de confirmat. in fine*, & alij Doctores *per cap. in lateranenſi de præbend.*

Vnde infero limitandam eſſe relatam proximè 56
examinationem in prouiſionibus, quæ fiunt in Curia

ria

ria Romana in qua reſoluunt Lambertin.*dict. q.6.*
princip.art.3.n.4.& Barboſa *d.cap.fin.hoc tit. lib.6.*
num.4.& in hoc deficere deciſionem *dict.cap.fin.*vt
fuit dictum *in vna Brachiaren. Parochialis de Mo-*
reira 13. *Iunij* 1605. coram Ottembergo; ex eo
quia textus ille non adſtringit Romanum Pontifi-
cem, vbi ab ipſo petenda eſt confirmatio, nec eius
legatum, ſicuti docent Chuchus *inſtitu.moral. tit.*
de confirm. n.36. Craueta *conſ.*177. *col.2.à n.3.* Iu-
lius Lauor.*dict.tit.4.cap.25.n.61.*

57 Item vt in ordine minorum ſit ſpeciale, vt non
procedatur iudicialiter; præſertim in confirma-
tione Prouincialium *ex clem. exiui §. demum*, vbi
gloſſa *verſ.quinto nota de verb.ſignific.*Franc. Mar-
cus *deciſ.*1360. *num.3.p.1.*Iulius Lauor.*dicto tit.4.*
*num.60.*vbi reſoluit cum Ioanne Andrea, & Inno-
58 cent.*in dict.cap.poſtquam hoc tit.* † vt poſſit Gene-
ralis ordinis fidem adhibere ſoli famæ, & litteris
59 teſtimonialibus † & *d. n.61. in princip.*quod Gene-
ralis minorum non teneatur in confirmandis ele-
ctionibus Prouincialium ſeruare formam *dict. cap.*
*fin.*vt dixit etiam Fr. Sigiſmund. *hoc tit. dicto du-*
bio 46.n.13.& Barboſa *in dicto cap.fin.*

60 Notabis autem de iure procedere (etſi non vi-
derim practicari in Eccleſiis Cathedralibus, vbi
quotidie fiunt in his Regnis Caſtellæ, & Legion.
electiones per concurſum, imo nec in aliis benefi-
ciis curatis) vt ſi Prælatus confirmator, qui alias
tenetur examinare proceſſum electionis, & perſo-
nam electam in ſcientiâ, vita, & ætate, ſi indignum
per negligentiam confirmauerit, carere debeat po-
teſtate confirmandi in ſequenti electione, & ſuſ-
pendi à perceptione fructuum proprij beneficij,
quouſque indulgentiam promereatur, Doctores
per textum ibi *in dict.cap.nihil* 44 *hoc tit.* Coſmes
pragm.ſanct.hoc tit.verb.ea vice, Lambertin *de iure*
*Patron.dicto lib.2.p.3.q.3.art.3.*Valerius Reginald.
in praxi fori pænitent. lib. 32. tract. 1. num. 62. in
fine.

61 Quod ſi ſcienter, & per malitiam indignum
confirmauerit, debebit deponi iuxta gloſſam *verbo*
ſuſpendatur in dicto cap.nihil, Firmnian. *de Epiſ-*
copo in 2.p. ſecunda partis princip. q.5. Viuian. *in*
praxi Iuris Patron. lib.12. cap.7. n.8. in vltima im-
62 *preſ.*Iulius Lauorius *in dict.cap.25.tit.4. num.62.* †
qui ait tunc ad arbitrium iudicis alia grauiori pœna
eſſe plectendum, cum nulla ſit in iure ſtabilita, *cap.*
de cauſis.§.fin.de officio deleg.cap.ſuper his de accu-
ſat. Barboſa *dict.cap.19. p.1. de iure Eccleſiaſt. ſub*
63 *num.* 25.† Vbi addit ex Nauarro Fr. Eman. quod
peccat mortaliter, & tenetur ad omnia damna, &
Valerius Reginald. *de different.inter vtrumque fo-*
rum verb.electio differentia 2. num.4. aduertit poſt
Petr.Nauarr.*de reſtitut. tom.1.lib.2.cap.2.num.*156.
64 †maiorem diligentiam circa perſonam, & merita
electi fieri debere ab eligentibus, quam à confir-
matoribus, *argum. eorum, quæ dixi ſuprà in Rub.*
ſub q.2.4.& 7

65 Pro complemento notabis quod Clericus, qui
aliquid opponit in perſonam electi ad Dignitates,
perſonatus, & Canoniae, in probatione deficiens,
incurrat ſuſpenſionem à beneficiis per triennium;
ad quæ ſi in illo triennio ſe ingeſſerit temere, erit
ipſo iure perpetuò priuatus, ſine vlla ſpe indul-
gentiæ *ex c.1.§.adiicientes hoc tit. l.6.*vbi Doctores
Bibald.*in Candelabro aureo tit.de ſuſpenſ.n.12.*Say-
rus *de cenſur. lib.4.cap.15.num.13.*Suarez *in eodem*
66 *tract. diſp.31.ſect.3.n.12.*† vbi ait non extendi con-
tra electum ad beneficium Eccleſiaſticum, Squil-
lante *de obligat.clerice.p.4. num.84.* vbi intelligis de
de beneficiis illius Eccleſiæ de cuius electione agi-
tur, vt pœna ſit proportionata Culpæ.

Ad quintam quæſtionis partem, an confirmator 67
habeat Ius caſſandi, vel confirmandi electionem
provt ſibi videatur expedire pro bono communi:
& videtur reſpondendum affirmatiuè ex dictis *in*
toto verſ. ad quartam, & in terminis docent Bañez
de Iuſtitia, & Iure, tit. de Iudic. Iuſtit. quæſt.67.
art. 2. in reſponſ. ad 2. argument. Iulius Lauor. *va-*
riar. lucubrat. tit. 4. cap. 15. ſub num. 59. ita pror-
ſus, vt ſicut electores liberè eligunt, quem iudi-
cant dignum ſcientia priuata; ita Confirmator legi-
timè confirmat, quem iudicauerit dignum, ſiue
ſcientia publica, ſiue priuata: & in hac dicunt con-
firmatorem deficere à ratione Iudicij, in quo iudex
tenetur ferre ſententiam ſecundùm allegata, &
probata; & ſi oppoſitum fecerit, nulla ſit ſententia,
ſed confirmator quomodolibet caſſauerit electio-
nem, etiam digni caſſa ſit; præſuppoſita tamen
vera, & rationabili cauſa † addentes quod poteſt 68
confirmator trahere ad partes electum, exquirendo
diligenter de his, quæ poſſunt confirmandum im-
pedire; vt ſi aliquod adfuerit impedimentum, il-
lum ſecreto ad renunciandum inducat *ex cap. du-*
dum hoc tit.in fine, vbi Doctores *& in cap.per tuas*
de ſimonia in fine; alioquin autem ex Silueſtro *verb.*
confirmatio humana num.5.q 6. † tunc illum publi- 69
cando non infamabit, ſed procedet ſecundum al-
legata, & probata; ita vt ſi electus ſit dignus, ſit
confirmator in neceſſitate illum confirmandi iuxta
quæ dixi *in princ.huius quæſtionis.*

Ad ſextam quæſtionis partem ex dictis reſpon- 70
deo; & ex dicendis, *in verſ. ad ſeptimam*, quod
electio nulla, regulariter non confirmatur à ſupe-
riore; & hoc de iure communi poſitiuo: nam ſi
electo fiat de eo, qui ineligibilis eſt à natura, nihil
iuris vnquam conferet confirmatio, vt docent Ro-
man.*conſ.*98. Abbas *in cap.ad probandum num.5.de*
ſent.& re iudic. Iulius Lauor. *variar. lucub.tit.4.*
cap.25.num.72. †qui ait cum Abbate *in cap. quia* 71
diligentia num.5. hoc tit. argum. illius capituli, vt
quando electio eſt nulla, tanquam facta de ineli-
gibili, diſpenſatione (admittitur iuxta primum ca-
ſum) & confirmatur per ſuperiorem; item quando
confirmator habet authoritatem ex priuilegio, vel
alio modo; quia regulariter eſt contra, vt *in cap.*
innotuit 20. hoc tit. † Et ſic addunt Abbas *in cap.* 72
*cum ſuper n.4. de cauſa poſſeſſionis.*Iulius Lauor.*ſub*
*dicto n.72.*vt validetur electio nulla per Confirma-
tionem à Papa, ſeu alio ſuperiore habente poteſta-
tem diſpenſandi ſuper defectu, qui in electione
interceſſit, ſi facta fuerit ſcienter.

Vnde infero quod ſi illegitimus ſit electus in 73
Prælatum ab habentibus poteſtatem diſpenſandi,
cenſeatur tacitè diſpenſatus ſuper defectu nata-
lium; ſic vt ſola electio pro diſpenſatione ſufficiat,
ſi tamen antea talis ſuperior ſciebat talem defe-
ctum: † nam quoties aliquid cum peccato, & ſine 74
peccato exerceri poteſt, præſumendum eſt exer-
ceri ſine eo, ex regula textus *in l. merito ff. pro ſocio*
cum vulgatis, ſicut ex duobus peccatis minus præ-
ſumendum eſt *ex l.ſi adulterium §.1.& 3.ff.ad leg.*
Iul. de adulteriis; cumque maius peccatum eſſet
illegitimos ſine diſpenſatione promouere, quàm
abſque cauſæ cognitione promouere cum diſpen-
ſatione, † ſequitur vt debeat præſumi minus pecca- 75
tum, quod eſt diſpenſare, tanto magis † quòd 76
diſpenſatio non requirit certa verba: ſic Bellamera
in cap.veniens n.10. & 19. de filiis Presbit. Henriq.
lib.15.cap.17. §. 9. lit.O. Sanchez *de matrim.lib.8.*
diſp.4.

diſp.4.num.17.& 24. Maiolus de irregularit. lib.5,
cap.14.num.14.& lib 4 cap.10.num.3.lib.5.cap.51,
num.8. Salas de legib. diſp 20.ſect.2.num 8. & ſe-
ction.5.num.85. Valerius Reginald, in praxi fori
penit. lib.15. num.195.& lib.30.tract 2.num.30,
quod mihi verum videtur; quantumvis aliqui re-
latam doctrinam limitent ad ſolum Principem, per
l. quidam, vbi Bartol. ff. de re iudic. l. idem Vipia-
nus ff. de excuſat. tutor. argum. gloſſæ in cap. ſta-
tutum. verb. Canonicis de reſcript. lib 6. eo quod
requiritur expreſſa diſpēſatio ab inferiore per gloſ-
ſam in cap. vnico verb. diſpenſare de ætate, & qua-
lit. ordin. lib.6. gloſſa fin. in cap. literas de conceſ.
præbenda, Felinus in cap. nonnulli col.16. in 4. Fal-
lentia verſ. confirmatur de reſcriptis lib 6. & alij
apud Sanchez de matrim. dicto lib.8 diſp.4. num.6.
77 † quia dum Princeps diſpenſat, non requiritur
cauſæ cognitio, ſed ſufficit ſola voluntas, ex Inno-
centio in cap. cum ad Monaſteria de ſtatu Mona-
chor. ſecus inferiores, vt refert idem Iulius Lauo-
rius variar. lucubrat. dicto tit 4. cap.16. à num. 35,
commendans videndos Emanuel Rodriguez quæſt.
regular. 13 art.16. Ludouic. Mirandam tom.2. quæ-
ſtion. art.14.

78 Et in vtroque foro dictam doctrinam procedere
dicunt Suarez de cenſuris diſp.41. ſect.3. & de reli-
gione tract.3. lib.4. cap.61. n.13. & de legibus lib.6,
cap.15. num.2. Sanchez, & Maiolus vbi ſuprà, &
ſic ſentio etiam cum eodem Iulio Lauorio dict.
c.16. num.37. in fine, ſi conſtet habuiſſe ſuperiorem
legitimam diſpenſandi cauſam, ſi res in exámen
deferatur: quare poſſunt non amplecti Nauarrus
in ſumma cap.15. num.74. Sayrus de cenſuris lib.7.
cap.14. n.12. Auiles in eodem tractatu p.3. diſp.10.
dubio 6. concluſ.1. notab.3. Nec aduerſum eſt quod
dixi ſuprà in rub. ſub quæſt.7. quatenus probaui Prin-
cipem; & Papam poſſe eligere dignum omiſſo
digniore; ſed non ſic alij inferiores ab eo, vt ſunt
ſupremi Magiſtratus; quia ille caſus eſt abſimilis,
nihil de facultate diſpenſatiua continens cum iniu-
ria Reipublicæ.

79 Ad ſeptimam quæſtionis partem, quos effectus
pariat confirmatio electionis, vltra quæ apparent
ex dictis, & infrà referendis in ſequentibus quæſtio-
nibus breuiter hîc reſpondeo. Primò quod ius, quod
fuerat acquiſitum, quod reuocabile erat, amplius
reuocari non poſſit, eo quòd contrahatur coniu-
gium ſpirituale, & vinculum indiſſolubile inter il-
lum, qui præficitur Eccleſiæ, & ipſammet Eccle-
ſiam, cui præficitur, quod ſine legitima ſuperioris
authoritate ſolui non poteſt, vt dicunt Abbas, &
cæteri Doctores, vbi, & Ego in cap. inter corpora-
lia 2. de tranſlatione Epiſcopi Anton. in 3. p. tit.19.
80 cap.4. Syluester verb. confirmatio à num.1. † Et ſic
fiet vt rectè confirmatus non poſſit renunciare
poſtquam acceptauit ſine licentia, & conſenſu ſu-
81 perioris ex cap. cum inter, vbi Doctores hoc tit. †
licèt ſit in poteſtate electi non conſentire electioni,
& Confirmationi, ex cap. niſi de renunciatione ex D.
Thoma, quodlibeto 5. q.11. art.22. ex D. Gregor.
18. moral. Iulius Lauorius dicto tit. 4. ſub cap.25.
num 74. & latè ſub cap.18.

82 Vode Barboſa de iure Eccleſiaſt. eo p.1. cap. 19.
ſub n.240. poſtquam dixit cum gloſſa verbo renun-
ciat, in cap ſi electio, hoc tit. lib.6. vbi Gemin. num.5.
Franch. num.3. Rota deciſ.6. n.1. hoc tit. & deciſ.8.
n.3. de iure Patron. Cocho inſtitu. moral lib.4. tit.
de poteſt. elect. n.33. Flaminio Pariſio de renunciat.
benefic. lib.7. q.1. n.38. Paulo Layman. in quæſtion.
Canonic. de Prælat. Eccleſiaſt. electione cap.2. q.15.
in fine. Sigiſmund. à Bononia hoc tit. dub.41. num.8.
& 9 vt electus poſt conſenſum, ante tamen Con-
firmationem, poſſit ſine ſuperioris authoritate ele-
ctioni de ſe factæ renunciare. † Tamen ſi nego- 83
tium ad Antiſtitem confirmatorem, ſit iam dela-
tum, & contra electum aliquid opponatur, quod
electionem infirmet, electoreſque eligendi pote-
ſtate priuet; tunc quamuis electus poſſit eam ele-
ctionem quoad ſe repudiare; nil tamen eam renun-
ciationem Confirmatori obeſſe, quin ſuper oppo-
ſitum, veritatem inquirere, vſque compertis eli-
gere, & prouidere, non ſecus poſſit, & ante illum
Sigiſmund. à Bononia ſup. dict. dub.41. num.10. † 84
alij confirmationis effectus ſunt, vt per Confir-
mationem res ſit maioris authoritatis; † Item quod 85
præſumatur validius negotium, cum illud magis
timeatur, quod ſpecialiter iubetur, quàm quod ge-
neraliter, ex cap. quamquam 23. diſt. † Item quod 86
electus poſt confirmationem nanciſcitur liberam
ſtatuendi facultatem ſuper rebus Eccleſiæ; Ho-
ſtienſis in ſumma de confirmat, num.7. dict. cap. in-
ter corporalia, Lancellotus tit. de confirm. §. igi-
tur, Miranda in manuali Prælator. tom 2. quæſt.23.
art.4. Item quod ea acquiratur plenum ius; ita vt 87
confirmatus poſſit omnia exercere quæ ſunt iuriſdi-
ctionis ex cap noſtri, & ex hoc textu noſtro & cap.
qualiter eodem, vbi Doctores Azor. p.2. inſtitut.
moral lib.6. cap 16. quæſt.3. cap. dudum de præbend.
gloſſa in cap. quia diuerſitatem de conceſſione Præ-
bendæ. Abbas in cap. ea quæ de re iudic. Iulius La-
uorius dicto tit.4. Variar. lucubrat. cap.25. n.6. vbi
n.76. ex hoc noſtro textu ait quod confirmatus, non
conſecratus ea tantùm poteſt exercere, quæ ſunt
iuriſdictionis; non autem ea, quæ ſunt ordinis, vt
dico latè infra in hoc textu.

Pro complemento noſtræ quæſtionis circa gene- 88
ralia confirmationis, electionis, dico quòd ſi con-
firmatio, non acceptetur, & retineatur prælatura,
dicatur vacare prælatura, cùm non ſit contractum
vinculum, nec adſit titulus canonicus, qui traditur
per confirmationem: ita Azor. inſtitut. moral. p.2.
lib.6. cap.16. Lauorius dict. c.25. n.73.

Secundò quòd ſi confirmatio, pendente appel- 89
latione ab electione ſequatur, ſit nulla, ex cap.
poſtquam, vbi DD. hoc t.t. † ſed electus poſt con- 90
firmationem nullam, non incidet in pœnas c. aua-
ritiæ hoc tit. lib.6. ſi per ignorantiam facti putet
Confirmationem valuiſſe, ſecus ſi fecerit per iuris
ignorantiam; Azor. dict. p.2. inſtit. moral. lib.2. c.16.
q.9. Iulius Lauorius dict. c.25. n.68. gloſſa in dict.
cap. auaritia verb. per ignorantiam, vbi infinitos cu-
mulat Barboſa.

Tertiò quòd electus Epiſcopus, & confirmatus; 91
non tamen conſecratus poteſt repelli ab Epiſcopa-
tu, ſi ante conſecrationem, fiat inhabilis: ſic Ioan-
nes Andreas, Butrius, Cardinalis, & Imola in cap.
ex parte de Clerico ægrotante, quos refert, & ſequi-
tur Nauar. in cap ſi quando de r. ſcriptis except.10.
† qui in manuali reſoluit percutientem Epiſcopum 92
electum, & confirmatum; non tamen conſecra-
tum, non incurrere excommuoicationem Bullæ
Cœnæ, etiamſi iam ſit adeptus Epiſcopatus poſſeſ-
ſionem. Iulius Lauor. dicto tit.4. variar. cap.25. ſub
num.77. Auguſtinus Barboſa cum aliis de officio
Epiſcopi part.1. tit.1. cap.4. num.10. ibi viden-
dus.

Quartò quod ſi confirmatio in aliquo capite fue- 93
rit declarata nulla, non propterea præcedens electio
ſit quoque nulla, ſed legitima erat, cap. ſi confir-
mationem hoc tit. lib.6. cap. cum iam dudum de præb.

cap.

94 *cap. ad probandum* , *de re iudicata*, † eo quòd
electio, & confirmatio ſunt partes ſeparatæ, In-
nocent. *in cap.2. de in integr. reſtit.* Iulius Lauor.
variar.lucub.dict.tit.4.cap.25.n.71.

95 Quia in habentibus cauſam ſeparatam, vtile per
inutile non vitiatur, vt dixi infra *in tit.de confirm.
vtili, vel inutili*, ex regula textus *in cap. vtile
de reg. iur.*

96 Et quia hic electio principale eſt, Confirmatio
eſt acceſſorium; principaléque non ſequatur ac-
ceſſorij naturam; quamvis è contra Petr. Gregor.
Tholoſ. *hoc tit.cap.19.à n.17.*per textum *in cap. ſi
ſuper de officio delegati*; & ſic vltra ordinarios *in
dicto cap. ſi confirmationem* docent Chuchus *inſtit.
moral. canonic.hoc tit.n.11.* Laurent. de Peirinis *de
ſubdito Religioſo tom.1. q.1. cap.31. §.11.verſ. de-
co ſeptimo.*

97 Quintò addo vt etſi contra electionem poſſit
opponi, vt iam ſuprà adduxi *ſub hac qu.*ſed ſequuta
confirmatione opponi non poſſit, elapſis terminis
ad opponendum præfixis, & publicatis iuxta con-
firmationem iam adducti *cap.fin.hoc tit.lib. 6.* vbi
98 Doctores, Iulius Lauor.*dict.cap.25.tit.5.n.69.* † vbi
addit ex hoc colligi poſſe opponi contra Generales
poſt electionem; quia cum ex conceſſione Ponti-
ficis, ſtatim creati, cenſeantur confirmati, & nullus
fuerit præſcriptus terminus ad opponendum, non
intrat prædicta regula. † Et Biaxo *in direct. elect.
99 p.3.cap.4.& 5.* ait quòd poſt confirmationem poſ-
ſit opponi, quando non culpa opponentium in op-
poſitionibus notari poteſt; puta quia impediti, vel
abſentes confirmationem ignoraſſent *ex cap. qui
matrim.accuſ.poſſunt*, vbi gloſſa, & Doctores, † niſi
100 id, quod opponitur ante confirmationem, propoſi-
tum, & diſcuſſum fuerit, vt ſuper eo pronuncia-
tum: ſequitur Iulius Lauor. *dict. cap.25. n.70.* vbi
commendat videndum Butrium *in cap. cum dilecti
hoc titulo*, *num. 63.* nonnullas ponentem conclu-
ſiones ſuper hoc dubio, an contra electum con-
firmatum, admittendus ſit aliquis per viam ex-
ceptionis.

101 Sextò notabis quod confirmatio ſine cauſæ co-
gnitione, & non vocatis vocandis, habet vim in-
terlocutoriæ, ita cum gloſſa, *Ioannes*, docent DD.
*& in dict.cap.fin de elect.lib.6.*Lotterius *de re benef.
lib.2.q.11. num.81.* Menoch. *de adipiſcend. poſſeſſ.
rem.4.n.802* idem Lotter. *n.45.*& DD.ex gloſſa *in
dict.cap.fin.verb. competenti*, ibi, *ſecundum locorum
diſtantiam*, vbi Barboſa *num.fin.*ex Rota *in Valen-
tina beneficij 31. Ianuarij 1622.* coram Remboldo,
102 † dicunt quod terminus peremptorius ad compa-
rendum aſſignatur ſecundùm locorum diſtantiam,
& vt exiſtimo ex iam adductis, iuxta arbitrium
iudicis, qui debet aſſignari in edicto competens,
& peremptorius, gloſſa *in dict. cap. fin. verſ. per-
emptorio*, Nicolaus Garcia *de benef. p 9. cap.4. n.7.*
Perez de Lara *de appellat.c.10.n.40.*

103 Septimò quod confirmatio, & inſtitutio facta
ad electionem, ſeu præſentationem alterius non
poteſt fieri pendente termino ad appellandum, nec
appellatione pendente; ita vt aliàs omnia ſint at-
tentata, & nulla, Gonzalez *in reg.8. Cancel.gloſſa 9.
§.1. in annotat. n.206.*Doctores per textum *in dict.
cap.fin.de elect.*& ibi Barboſa *num.7.verb.confirma-
tiones tales*, quibus addo iam adductum Iulium
104 Lauor.*variar.lucub.dict.c.25.n.68.*qui *n.67.* † dixit
vt ante confirmationem proſequi debeat appellatio
ab electione infra terminos ſtatutos *in cap. cupien-
tes*, in quo commendat obſeruanda, quæ ipſe dixit
*in hoc tract. tit.4.cap.19.n.115.*vbi *num.125.* poſuit
pœnas contra opponentes, & non probantes ob-
iecta.

Octauò quòd poſt electionem Pontificis, nulla 105
requiritur confirmatio, ſicut fit in electionibus alio-
rum Prælatorum, qui vti verus Pontifex, ſtatim
electus auctoritatem regendi Eccleſiam, & diſpo-
nendi obtinet, iuxta textum *in cap. in nomine 23.
diſt.verſ.plane, & verſ.quia vero ſedes*, † ea ratione 106
quia Sedes Apoſtolica cunctis in orbe terrarum
præfertur Eccleſiis; & ob id ſuper ſe Metropoli-
tanum habere non poſſit, à quo confirmetur, † 107
non enim ab alio ſpectat confirmationem, cùm
inferior ſuperiorem confirmare non poſſit; ex
doctrina textûs *in cap. cum inferior de maiorit. &
obedientia, cap. aliorum, cap.cuncta per mundum 9.
q.3.* in terminis Iulius Lauor. *dict.tit.4.cap.25.n.81.*
vbi alia dicit, qui etiam eſt videndus *c.12. à n.19.*
vbi de confirmatione, & conſecratione Romani
Pontiſ. & *c.4.* vbi quod Imperatores, ſiue vſurpa-
tione, ſiue priuilegio functi fuerunt illo priuilegio,
poſtea reuocato.† Et ſic potuit Caſtellinus ſcribere 108
c.14. de elect. n. 58. ex textu *in dict. cap. poſtquam
hoc tit.* vbi Doctores, quod quamvis, eo quòd in
electione Prælatorum orta difficultate, debeat
prius examinari quæque ea ſit per ſuperiorem; ſed
excipit ibi electionem Summi Pontificis.

Nonò notandum eſt quod in confirmatione non 109
requiritur forma, ſed ſufficit quòd fiat per quod-
cumque dictum, vel factum, quo ſuperior declarat
ſuam voluntatem, Oldradus *conſ.146.num.6.* Rota
deciſ.261. coram Mantica, † & addit Fr. Lucas 110
Caſtellin. *hoc tit.de confirm. c.14.n.12.* quòd in or-
dine Prædicatorum, confirmatio fit per vota ſecre-
ta, & ex cauſa huius formulæ facit ſibi dubium Iu-
lius Lauor.*dict. tit.4. cap.15. n.63.* quod ſi iſte talis
electus repellatur, & appellet, quomodo ſit ſuſti-
nenda repulſa, dum electio fuit facta per vota ſe-
creta, † & Syluester *in verb. confirmatio humana,* 111
n.4. vult fieri confirmationem, congregato Conci-
lio, niſi Eccleſiæ conſuetudo ſe habeat in contra-
rium, quæ debet tunc ſeruari, vt dicunt Butr.*in cap.
quoniam hoc tit.* Rota *in vna Terulen. Vicaria 28.
Februarij 1614.* coram Buratto apud Farin. *p.2.
deciſ.522. & 14. Ianuarij 1583.* coram Seraphino
598.† & refert Caſtellin.*ſupra n.45.in fin.* ſic fuiſſe 112
ſeruatum à Generali Ordinis Prædicatorum, qui
noluit confirmare electionem factam de quodam
Priore, qui non habebat ætatem annorum 40.& hoc
cum Conſilio Patrum, qui alia plura addit de præ-
dicta forma in toto illo *c.24.ad n.12.*

Quod ſi dubites de loco, vbi debeat fieri confir- 113
matio electionis, reſpondebis, vt debeat fieri in Ec-
cleſia, non in Camera, *cap. qua fronte de appell.* Iu-
lius Lauor. *dict.cap.25.tit.4.n.6.* † Vbi ponens du- 114
bium, an fieri poſſit extra Diœceſim, referens nega-
tiuam ſententiam Ioannis Andreæ *in cap.fin.de Of-
ficio Vicarij lib.6.* & aliorum, quos refert Garcia *de
benef.p.5.c.8.n.138.& 142.* & affirmatiuam ſenten-
tiam Anchatani *in dicto cap. fin.* cum Vincent. &
Baldi *in l.2.ff.de Officio Proconſulis*, Beroi *deciſ.30.*
ſed idem Garcia *num.141.& 142.* cum Lambert.*de
iure patron. lib.2.p.2.q.2. art.6. & p.3. eiuſdem lib.
q.2. art.11.* & Dominic. *in dicto cap. fin.* concor-
dando, prædictas opiniones reſoluunt quòd quan-
do ſumus in contradictorio iudicio; puta quia ad-
ſunt oppoſitores, non poſſit fieri extra Diœceſim;
ſecus ſi non ſimus in contradictorio iudicio; id
eſt primum procedat quando fit cum cauſæ cogni-
tione, & ſecundum, quando fit ſine ea.

Decimò notandum eſt quod confirmator proui- 115

dendo ſimul eligit, & confirmat perſonam ab eo prouiſam in ordine ad Dignitatem, ſiue Prælaturam, cui prouidet; ſic Innocent. *in cap. cum olim de cauſa poſſeſſ. & propriet.* Felin. *in cap. eam te, col.2. & 3. de reſcript.* Panormit. *ibidem, & in textu noſtro col.2.* Petrus de Bayſio *in ſuo directorio election. cap. 44. p. 3. num. 6.* alia tradit videnda Caſtellinus *in dict. cap. 14. hoc tit. num. 65. &*
116 *66.* † an Regularis electus ad aliquam Prælaturam, & confirmatus, ſi vtrumque ſemper renuat, poſſit dici verè confirmatus, vel potius dicatur vacantia talis Prælatura: & reſoluit *n.71. & 72.* vbi videtur pro affirmatiua, vt vacet, non vt ſit verè
117 confirmatus. † vbi *n.77.* dicit, quòd illa habetur pro renuente formali; hoc eſt reſiſtente pertinaci, qui nullam legitimam, veram, & realem cauſam aſſignat ſuperiori; licèt occultam, &c.

QVÆSTIO II.

An electus, ſiue ad Epiſcopatum, aliamvè Dignitatem, ſiue ad beneficia, queat in illis adminiſtrare ante confirmationem. Et an requiratur vltra confirmationem poſſeſſio realis, & vera. Et an ingerens ſe beneficij adminiſtrationi ante confirmationem, amittat beneficij ius. Et an Abbatiſſa electa à maiori parte poſſit adminiſtrare, non obſtante quod impugnetur confirmari?

SVMMARIVM.

1 *Electus adminiſtrare non præſumat, vt œconomus, vel Procurator, ſeu alio quæſito colore per ſe, vel per alium, ſub pœna priuationis iuris quæſiti per electionem*, num.2. & num.3.

4 *Electus ingerens ſe adminiſtrationi ex vnico actu, amittit ius ſibi competens, etiamſi, vt œconomus, ſiue Procurator adminiſtret*, num. 6. & 7. *vbi quid faciet ad pœnas effugiendas.*

5 *Œconomus qui erat ante electionem, non propterea queit, vt talis ingerere adminiſtrationi ante confirmationem; idem ſi erat procurator*, n.6.

8 *Eligentes admittentes electum ante confirmationem, nequeunt pro ea vice eligere, & poſtulare.*

9 *Electus adminiſtrans ante confirmationem, efficitur inhabilis ad eandem Dignitatem obtinendam.*

10 *Intruſus dicitur electus adminiſtrans ante confirmationem*, & n.12.

11 *Poſtulatus ſiue præſentatus ingerens ſe adminiſtrationi ante confirmationem, dicitur intruſus, & ſubiectus pœnis.*

13 *Electus præſtans obedientiam ante confirmationem, incurrit pœnas.*

14 *Adminiſtrans nulliter inſtitutus, quando incurrat, ſeu excuſetur*, n.15.

16 *Electus adminiſtrans in vim confirmationis nullæ, defectu iuriſdictionis, vel noue prouiſionis, efficitur inhabilis.*

17 *Prouiſi Apoſtolici queunt adminiſtrare ſine confirmatione.*

18 *Papa, & Imperator, non ligantur pœna* cap. auaritiæ.

19 *Inſtitutio nulla ex errore facti excuſat à pœna* cap. auaritiæ, *& qualibet cauſa; etſi fatua.*

21 *Benedicens populum non ſolemniter ante confirmationem, non incurrit pœnas* cap. auaritiæ.

22 *Adminiſtrare valet optimo iure habens poſſeſſionem Canonicam, ſi alius non ſit in poſſeſſione.*

23 *Capiens poſſeſſionem beneficij ab alio occupatam, debet puniri: fallit* n.24.

24 *Spoliatori, & detentori datur mandatum de manutenendo.*

25 *Pœna* cap. auaritiæ de elect. *non habet locum in capiente poſſeſſionem, niſi ſe ingerat adminiſtrationi, aut fructus percipiat, &* num.27.

26 *Intrudens ſe in beneficio tenetur in eius impetratione facere mentionem de intruſione, & de fructibus beneficij, quos percepit* num.28. *fallit*, n.30. *& in diſtributionibus*, n.31.

28 *Fructus beneficij indebitè recipiens inhabilis efficitur, & indiget rehabilitatione.*

33 *Abbatiſſa, vt talis bene electa, impugnata, poteſt adminiſtrare ante confirmationem: Explica, vt* n.34.

35 *Electus eo ipſo adminiſtrare poteſt, ſi confirmatio ſpectet ad electionem, ſecus ſi diuerſo iure; item ſi adminiſtrantis parcatur*, numéro 36.

37 *Electus ante confirmationem, poterit interim adminiſtrare, quando confirmator eſt in longinquis partibus, & electus, non ſit negligens in petendo confirmationem.*

38 *Electus ante confirmationem, adminiſtrare permiſſus, nequit alienare.*

39 *Abbatiſſa electa, dum de obiectionibus aduerſus eam inquiritur adminiſtrans, nihil Monaſterij alienare valet.*

AD primam difficultatis partem, & ad alias 1
in hac & aliis ponendas, reſpondebis ſine difficultate, ſi legas textum noſtrum, & ſupra textum *in cap. 9. & in cap. 17. huius tituli*; item & textum cum aliis, vbi gloſſa *in cap. auaritiæ 5. hoc titulo libro 6.* & ad formalitatem hodiernæ praxis in Epiſcopis electis, & confirmatis, leges *Clementinam iniuncta hoc tit.* de qua vberius dico infra *quæſtione 4. & 5.* igitur regula eſt quòd electus adminiſtrare non præſumat, vt œconomus, vel Procurator, vel ſub aliquo quæſito colore in ſpiritualibus, vel temporalibus per ſe, vel per
alium in totum, vel in partem, in tantum, † vt ſi 2
ſecus faciat eo ipſo priuetur omni iure acquiſito per electionem, ex dict. *cap. auaritiæ*, vbi Doctores, Iacob. de Graſſis *tom. 2. lib. 1. hoc tit. conſult. 2. numero 3.* Laurentius de Peirinis *de relig. ſub dicto tom. 1. quæſtione 1. cap. 23. §. 11. verſ. dico quinto*, Iulius Lauorius *hoc titulo, variar. lucubrationum p. 4. cap. 25. a numero 6.* Lotterius *de re beneficiaria libro 2. quæſtione 13. a principio & lib. 3. quæſtione 17. à numero 289.* cum aliis Barboſa *in dictis Iuribus, & in paſtoralis allegat. 57. num. 214. p. 3.* qui de iure etiam Eccleſiaſt. *p. 1. cap. 19. num. 247. & 248.* hoc explicat procedere; dummodo dolus intercedat ex verbis ibi, *Exquiſitis*
fraudibus. † Addens prædictam reſolutionem pro- 3
cedere de electis ingerentibus ſe adminiſtrationi,
bene

beneficiorum non curando de confirmatione, né ſe
ſubmitterent periculo caſſationis, iuxta dicta *q.*
præced.

4 Hæc enim requiritur actuum multiplicitas,
cum ad pœnam prædictam incurrendam, ſuf-
ficiat vnicus actus perfectus, & conſumma-
tus, non ex inſtrumentali poſſeſſione, ſed ex
actuali perceptione fructuum, ſiue tempora-
lium, ſiue ſpiritualium, vt dixerunt Puteus *deciſ.*
45.lib.3. Rota *deciſ. 83.num.4. & 6.p.3.lib.3. di-*
5 *uerſor.* Hieronym. Gabriel *conſ.199.lib.1.num.4.*†
Et in tantum prædicta doctrina procedit, quòd ſi
ante electionem, quis erat œconomus; non pro-
pterea poſſit ante Confirmationem ſe ingerere in
adminiſtratione, vt tenet Ioan. Andreas *in dict.cap.*
auaritia, quem ibi refert Butrius *n.3. & 4.* vbi ver-
6 bis dicti textus *gerere*, vel *recipere* tenet; † quòd
ille, qui antea erat œconomus, ſiue Procurator, ſi
eligatur ad officium, vel Dignitatem ex vigore titu-
li, vel officij, quod antea habebat, adminiſtret, in-
7 currat in pœnas ibi ſtatutas † & ad illas effugien-
das teneatur pro tunc antequam adminiſtret, dimit-
tere adminiſtrationem; donec fuerit negocium
confirmationis determinatum: & hanc ſequutus
8 Iulius Lauorius *dicto tit.4.n.7.* addit *num.8.* † quod
ea pœna extenditur ad admittentes electum, ſeu
poſtulatum ante confirmationem; quia reddunt ſe
indignos, vt ea vice, nec eligere, nec poſtulare
poſſint, *cap.bona memoria hoc tit.* vide *q.4. in fine.*

9 Et extendit pœnas *dicti cap. auaritiæ*, Rota
in Bordunen. Abbatia coram Buratto apud Fari-
nacium *tom.2.pag.2.deciſ.641.folio 273.n.2. in fine*
ex Creſcentio *deciſ. 6. num. 12.* Vt ſi adminiſtret
modo dicto, efficiatur etiam inhabilis ad eam di-
gnitatem obtinendam; taliter vt Papæ diſpenſa-
tione indigeat; ita vt ſi ignoranter promoueatur,
talis promotio cenſeatur ſubreptitia, nec habeat ve-
rum titulum prælaturæ, vt dixit Rota *in vna Vir-*
10 *dunen. Panormit. in cap. qualiter n. 8. hoc titulo*, †
& addunt Menochius *de arbitrariis lib. 2. caſu*
403. Maſcard. *de probat.concluſ. 936. n.7.* vt admi-
niſtrans poſt electionem ante tamen confirma-
tionem, dicatur intruſus.

11 Nec ſolùm dicta doctrina obtinet in electione,
de qua expreſsè loquitur textus *in dicto cap. auari-*
tiæ, & exprimunt relata iura, ſed etiam in poſtula-
tione, vt *in dict.cap. bona memoria*, Maguntinent,
infrà, vt notant Roman *conſ.330. num. 21.* Barbo-
ſa *in dict.cap. auaritiæ num.6* verum, & in præſen-
tatione: nam ſi perſona præſentati ſe ingerat ante
inſtitutionem, reuera dicatur intruſus, & ſubiectus
pœnis *dict. cap. auaritiæ*, & aliorum, vt docent
Franchus ibi, & alij Mareſcot. *variar.lib.2.cap.35.*
à n.45. Lotterius *de re beneficiaria dict.qu 13.n.3.&*
4 Gabriel *conſ.199.lib.1.num.3.* Flamin. *de reſignat,*
benefic.lib.12.qu.13.num.26. Lapus *allegat. 8. ſub*
12 *num.4.verſ. ſic & pœna*, Calderin *conſ.8. hoc tit.* †
Et ſic dixerunt Creſcent *in deciſ.6. de iure Patron.*
Cotta *in deciſ.127.* & Riccius *ad cap.auaritiæ col-*
lect. 1476. quòd electores ante confirmationem
inhærendo ſe adminiſtrationi beneficij, priuantur
ipſo iure: & ita procedere in quibuſlibet benefi-
ciis, etiam præſentatis, & nominatis, vt fuit reſolu-
tum *in vna Iunenac. beneficij 15. Decembris* 1593.
13 coram Illuſtriſſimo Mantica † & addunt Puteus *de-*
ciſ.45.pag.3.in correctis, & Barboſa *in dict.cap.aua-*
ritiæ num.9. dictum textum *in cap. auaritiæ* proce-
dere etiam in præſtatione obedientiæ; quia per il-
lam dicitur quis adminiſtraſſe, & incidiſſe pœnam

illius *capit. 1.* & ſic per *dictam clem. iniuncta hoc*
tit.verſ.ſimiliter, Epiſcopi, & alij præſentati re-
cipientes adminiſtrationem ſuarum Eccleſiarum,
non præſtito ſolito fidelitatis iuramento, de quo
in cap. 4. de iureiurando, incidunt in pœnas il-
lius textus; Barboſa *num. 6.* Azor. *inſtit. moral.*
p. 2. lib.2. cap. 1. quaſt.2. Marc. Alterius *tract. de*
cenſuris tom.2. vbi de ſuſpenſ. *diſp.16. cap. 5. verſ.*
vndecima Iul. Lauor. *var lucub.cap.25.num.12.* Vbi
ponit formam talis iuramenti.

Imò Doctores addunt non excuſari à prædicta 14
pœna, etiam ſi ſit inſtitutus; ſi tamen inſtitutio ſit
nulla ex defectu iuriſdictionis; ſed alias vt quia in-
ſtitutio facta fuit, non propoſitis edictis, niſi excuſa-
ret error facti; quia credidit edicta propoſita, aut
alias iuſtè credere potuit ſeruatam fuiſſe debitam
formam, vt fuit in Rota reſolutum *in vna Caſſa-*
len. Parochialis 9. Nouemb. 1597. † & niſi excuſa- 15
ret ſententia ſuperioris declarantis non eſſe neceſ-
ſaria edicta, Cardinal. Put. *in deciſ. 484.l.2.* & fuit
deciſio facta *in cauſa Calaguritana Abbatiſſatus*
coram Peregrino; † vbi tentum fuit quod electus 16
adminiſtrans in vim Confirmationis nullæ, defectu
iuriſdictionis, vel nouæ prouiſionis non gratioſæ,
aut ſubreptitiæ, efficitur inhabilis, vt voluit etiam
Rota *in deciſ.6 hoc tit. in nouis*; ſed videtur contra
dictum *n.19. & 20.*

A prædicta tamen pœna iam vides, vt excipian- 17
tur incurri prouiſi Apoſtolici; eo quòd in illis non
proceditur per viam confirmationis, cum prouiſio
vnico actu, habeat validam electionem, & confir-
mationem: ita Barboſa *de iure Eccleſiaſt.dict. cap.*
19.p.1. ſub num.248. Vbi ait cum Lambertino *de*
iure Patron 2. p. quaſt.6. princip.art.3. num. 4. Vt
non ſit ſeruanda in prouiſionibus, & quæ fiunt à
Curia Romana, conſtitut. *cap.fin. hoc tit. lib.6.* de
quo dixi ſuprà *ſub q.1.* referens ſic fuiſſe reſolutum
in Bracharen. Parochial. de Moreira 13. Iunij
1605. coram Ottembergo † nec enim deciſio *di-* 18
cti cap. auaritiæ ligat Papam, aut Imperatorem, vt
docent Rendina *in promptuario receptarum ſen-*
tent. tit. 84. à n.1. Iulius Lauorius *variar. lucubrat.*
dict. tit 4.cap.26.num.24. ſic refert contra tenentes
Sayrus *in Claui Regia lib.3.cap.4.n.5.*

Cum ergo textus *in dict. cap. auaritiæ* requirat 19
dolum, ſequitur vt inſtitutio nulla ex errore facti,
excuſet à pœna illius, vt per Mill. *in repertorio verb.*
pœna decretalis auaritia, vbi Barboſa *n.4.* qui dicit
ſic fuiſſe dictum *in Caſalen Parochial.* 1586. *Maij*
13. coram Robuſtario † addens vt etiam ab illius 20
pœna excuſet quælibet cauſa; quamvis iniuſta, &
fatua, vt fuit dictum *in alia Caſalen. Parochial.* co-
ram Seraphino, quod & repetit idem Barboſa *dict.*
cap.19. de iure Eccleſiaſt. ſub n.243.

Et idem Barboſa *in dicto cap. auaritiæ* dicit *n. 7.* 21
& 8. vt cum deciſio, *dict. cap.* ſit pœnalis, vt ait
Maſſobr. *in praxi habendi concurſum. requiſit. 1.*
dub. 27. num. 15. & requiſit. 9. dub. 11. num.15.
non habeat locum eius pœna in electo, qui non
ſolemniter populum benedixit, vt dixerunt Tuſ-
chus *practic. concluſ. tom.1. littera. C. concluſ. 44.*
num.22. Oldrad. *conſ.246.queſtio eſt.*

Ad ſecundam quæſtionis partem; quia Couar- 22
ruu. *lib.3.variar cap.16.num. 6.* Barboſa *in dicto*
cap. auaritiæ hoc tit. lib. 6. num. 10. dicunt quod
habens collationem Canonicam abſque poſſeſſio-
ne, ſi adminiſtrare velit, poſſit id facere opti-
mo iure; dum tamen alius non ſit in poſſeſ-
ſione; de quo dubio, & de illo, an poſſit

quis propria authoritate capere poſſeſſionem be-
neficij, dixi *ſub cap. 12. de reſtitut. ſpoliator.*
23 *q.3.* † quibus addo, vt capiens propria authoritate
poſſeſſionem beneficij ab alio occupatam, debeat
puniri, etiamſi non adhibeat violentiam, nec lucre-
tur fructus, nec eſſet in illa poſſeſſione manu te-
24 nendus; quia eſt vitioſa, Rota *in decif. 21. p.2.* †
Quod intelligit Riccius *collect.* 475. ad textum *in
cap. cum qui de præbend. lib.6.* niſi poſſeſſor habeat
ſe pro ſpoliato: nam etiam ſpoliatori, & detentori
conceditur mandatum de manutenendo etiam con-
tra ſpoliatum; donec conſtiterit eum iniuſtum poſ-
ſeſſorem, ſic cum Paleoto *in decif.*87.Rota *diuerſ.
in decif.*482.*p.3.*Rota *in decif.*50. *p.2.* imò & fuiſſe
reſolutum *in vna Romana vineæ* 23.*Iuny* 1583. *Co-
riolanen.*vt patet *in decif. Rota* 641. *num.*6. *p.1.* &
iterum *in vna Aquilen. Capellaniæ* 27. *Aprilis* 1594.
25 coram illuſtriſſimo Mantica. † Non enim ait idem
Riccius *dicta collect.*1476 pœna. *dict.cap.auaritia*,
habet locum in capiente poſſeſſionem, niſi ſe in-
gerat adminiſtrationi, aut fructus percipiat, cum
ille loquatur de ingerente ſe adminiſtrationi: ſic
etiam docent Cardinal. Puteus *decif.*45.*lib.*3.Cotta
in decif. 129. &.refert Riccius ita fuiſſe reſolutum
in Eugubina Canonicatus.

26 Et addunt capella Tholoſana *in decif.*484. Bel-
lamera *in decif.* 497. Antonius Faber. *in decif.* 11.
cod. de ſacroſanct. Eccleſ. Caſſador. *in decif.* 6. *de
præb* & idem Bellamera *decif.*498. quod talis ſe ta-
liter intrudens in beneficio; in impetratione eiuſ-
dem beneficij; tenetur facere mentionem de tali
intruſione, & qood alias gratia ſit ſubreptitia, &
27 nulla. † De quo puncto latè cum multis loquitur
omnino videndus Nicolaus Garcia *de benefic.p.*11.
*cap.fin.à num.*15.vbi quod textus *in dicto cap. aua-
ritiæ*, procedat in ingerente ſe adminiſtrationi be-
neficij, etiam ſi vacet, & nemo illud detineat,
vbi *à num.* 22. addit vt pœna *dict.cap.* non habeat
locum in capiente poſſeſſionem, niſi ſe ingerat ad-
miniſtrationi, aut fructus percipiat, videndus ibi
*à num.*23.vbi videtur tenere contrarium.

28 Imò & ampliat idem Riccius ad textum *in dict.
cap.auaritia hoc tit.lib.6* vt etiam teneatur mentio-
nem facere de fructibus beneficij, quos percepe-
rit: nam fructus indebitè percipiens; inhabilis effi-
citur & rehabilitatione indiget, ita ex Caſſador
dicta decif. 6. Cardinali Puteo *in decif.* 26. *lib.* 1.
29 Rota *diuerſ. in decif.* 1923. *p.* 3. † inferens quod
gratia non faciens mentionem de fructibus malè
perceptis, non ſuffragetur, vt tenuit Peregrin. *in
decif.*41. *p.*3. & ita fuiſſe reſolutum *in vna Mace-
raten. Parochialis* 29. *Aprilis* 1580. coram Sera-
30 phino;† qui etiam limitat ex Caſſador. *dict.decif.*6.
vt quando in ſupplicatione eſſet appoſita clauſula
Necnon, cauſæ annullatiuæ, & infectiuæ proprij
tituli, ac poſſeſſionis exprimi poſſint, quia oon
obſtaret intruſio, ac mala perceptio fructuum;
etiam ſi de illis non fuiſſet alias facta mentio, &
reddunt rationem Achiles de Graff. *in decif.* 7. *de
Præbend.* Paleot. *in decif.*633.*p.*3. quoniam per il-
31 lam purgatur vitium intruſionis.† De his omnibus,
ac de aliis latè loquitur ex pluribus deciſionibus vi-
dendus Garcia *dict.p.*11. *cap. fin. à num.*125. vbi *à
num.*128. dicit vt regula *dicti cap.auaritia*,non ha-
beat locum in intruſo, qui percipit diſtributiones
quotidianas, & de fructibus ab eo eſſe men-
tionem faciendam, oiſi fructus debeantur tertio,
vel niſi quando eſt lis, ex qua timeri poteſt fru-
ctuum reſtitutio, alia dicens *numeris ſequen-
tibus.*

Ad tertiam quæſtionis partem reſpondebis ex 32
adductis *in verſ.ad primam.*

Ad quartam quæſtionis partem, an Abbatiſſa 33
electa à maiori parte poſſit adminiſtrare, non ob-
ſtante quod impugnetur, ſuppoſitis quæ iam de
electione Abbatiſſarum, & Prioriſſarum dixi ſu-
pra *in Rub.q.*4.reſpondeo breuiter, quod ſi Abba-
tiſſa impugnaretur, ne veniret confirmanda, poſ-
ſit interim oihilominus adminiſtrare, vt reſoluunt
videndi Iulius Lauor. *variar. lucub. tit.*4. *de elect.
cap.* 24. *num.* 52. & 53. idem *cap.* 25. *num.* 25.
Petrus Gregor. *de elect. cap* 19. *num.* 5. & omnes
per textum *in cap. indemnitatibus hoc tit. lib.* 6.
in verſ. liberè adminiſtret, idem *de iure Eccleſiaſt.
dict.cap.*19.*p.*1.*num.*249.qui etſi rationem oon præ-
ſtent, ea mihi videtur vera; quia ſic adminiſtrando
non contrauenit, *dict.cap.auaritia*, in quo,& per-
ceptio fructuum videtur requiri ex iam dictis † Et 34
ita Barboſa *in dicto cap.indemnitatibus num.*17.di-
cit quod ſi contra electam per compromiſſum,
pars minor Monialium ſe opponat; adhuc confir-
metur, ſi maior oon confirmetur; donec fuerit
obiectis ſatisfactum, ſed interim tamen admini-
ſtret; ſi verò pars opponentium fuerit duplo maior,
nnn adminiſtret, ſed litis euentum ſpectet, Iulius
Lauor. *dict. cap.* 24. *num.* 52,

Igitur ex iam dictis apparet, vt ſi electio, & 35
confirmatio pertineant ad eundem & eodem iure;
tunc quia electio habet vim confirmationis, pote-
rit electus adminiſtrare; ſecùs ſi diuerſo iure,
gloſſa *in cap. circa, verb. electiones hoc tit. lib.* 6.
Compoſtel. *in cap. cum inter Canonicos de elect.
nil. verbo electio, q.*2. item ſi adminiſtranti parca- 36
tur, *cap. noſtri hoc tit.* † Item quando Confir- 37
matio eſſet petenda à Romano Pontifice, & ele-
ctus eſſet in longinquis, & valde remotis partibus
à curia, vt non poſſit confirmationem facilè obti-
nere, & dummodo negligens non ſit in petenda
confirmatione, quia tunc pariter poterit ante con-
firmationem adminiſtrare in temporalibus, & ſpi-
ritualibus † ſed nullam in his duobus vltimis caſi- 38
bus fieri alienationem, probat Iulius Lauorius *ex
dict. cap. indemnitatibus hoc tit. in* 6. *ſuprà dict.
cap.*25. *num.* 26. Et de Abbatiſſa idem dicit Iulius 39
Lauorius *in dict. cap.* 24. *num.*51. *in fine.* cum eo-
dem Petro Gregorio *dict. cap.*19. *num.* 5. dicen-
tes, vt interim quo ſummariè à ſuperiore inquiri-
tur, de obiectionibus poſitis contra Abbatiſſam
electam iuxta dicta *in verſ. ad quartam*, *ex
dict. cap. indemnitatibus*, §. *verum*,
nihil de Eccleſia debeat alienare;
etſi adminiſtret.

* * *

QVÆSTIO

Qvæstio III.

An poſſit dignior electus, ſiue prouiſus ante collationem fructus, percipere etiam, vti adminiſtrator, ſi antea eſſet conſtitutus adminiſtrator. Et an Epiſcopus, & Prælatus electus; & confirmatus, ſeu inſtitutus, vel prouiſus à Papa, poſſit conferre beneficia, adminiſtrare, vel exercere ea, quæ ſunt iuriſdictionis ante inſtallationem, vel inductionem in poſſeſſionem. Et quid poſſit in vtroque caſu conſuetudo. Et an Parochialis vacans, poſſit conferri in commendam temporalem ei, qui magis idoneus fuerit iudicatus, & electus, dum affert Bullas Papæ, ſeu poſſit interim conſtitui Vicarius in ea, aut ei quoquomodo præfici. Et an dato quod magis idoneus iudicatus, & electus ad Parochialem in concurſu; ex eo, quia in ea adminiſtrauit, vt Vicarius amitteret ius ſibi competens gratia, & prouiſio de illa à Papa ei facta, ſit valida, etiam non facta mentione de dicta intruſione, ſeu adminiſtratione?

Svmmarivm.

1 *Electus dignior, ſiue prouiſus nequit ante collationem fructus perespero, vt adminiſtrator etſi antea adminiſtraſſet, & quid poſſit conſuetudo,* num. 10.

2 *Declaratio in vna Placentina expenditur.*

3 *Epiſcopus, ſiue Prælatus electus, vel prouiſus à Papa, poteſt beneficia conferre. & alia iuriſdictionis exercere ante inſtallationem, niſi alius eſſet in poſſeſſione;* num. 4. & 5. *vide* num. 6.

6 *Vacatio Eccleſiæ, ſolum durat vſque ad confirmationem de Prælato factam: fallit hodie* n. 7. *& expenditur,* n. 16. 17. & 19.

8 *Confirmatio electi ab Ordinario loci, in quo deferat ab aliis facta, & quid de inſtallatione,* num. 9.

10 *Conſuetudo mala, non euidenter talis tribuit iuſtam ignorantiæ cauſam,* num. 11.

11 *Puniri non debet qui communi iudicio non peccat.*

12 *Conſuetudo inualida nondum reprobata excuſat à pœna, niſi adeſſet mala fides.*

13 *Conſuetudo facit vt electus, etiam confirmatus, non adminiſtret ante apprehenſam poſſeſſionem,* num. 14. *quid in Hiſpania* num. 16. & 17.

14 *Epiſcopi, aliique prouiſi nunquam ante adeptam poſſeſſionem adminiſtrant, nec conferunt beneficia, & hoc etiam de conſuetudine Hiſpaniæ* num. 16.

15 *Capitula Cathedralia adminiſtrant, vti ſede vacante; donec ſit capta poſſeſſio per Prælatum.*

18 *Remiſſoria petita ad probandum, quod Epiſcopus confirmatus conferebat ante adeptam poſſeſſionem, & ante præſentatas Litteras Capitulo, fuit denegata.*

19 *Collatio facta ante poſſeſſionem, non præſtat adminiſtrandi facultatem, etiam ſi eſſet conſuetudo adminiſtrandi.*

20 *Epiſcopus de iure communi videtur vt non poſſet etiam confirmatus ante præſentatas Litteras Capitulo adminiſtrare, & de ratione* num. 21. & 22.

22 Cap. auaritiæ de elect. lib 6. *& alia iura non impedsebant Litteras præſentari, vt electus, & confirmatus adminiſtrare poſſet.*

23 *Parochialis vacans, nequit in commendam conferri ei, qui magis idoneus eſt, interim quo affert Bullas Papæ.*

24 *Vicarius nequit conſtitui prouiſus ad beneficium, interim quo Bullas affert.*

25 *Intruſus dicitur qui electus ad Parochialem, vt magis idoneus adminiſtrauit in ea,* numero 26.

26 *Intruſus cadit à iure beneficij, ſi quod habet, & quis talis dicatur* n. 27.

27 *Poſſeſſionem beneficij capiens ante collationem, etiam ſi non adminiſtret, aut fructus percipiat, dicitur intruſus* n. 28.

28 *Intruſus in beneficio tenetur de ſua inſtruſione mentionem facere, alias datur ſubreptio, etiam ſi non adminiſtret, nec fructus percipiat.*

29 *Intruſus percipiens fructus, tenetur mentionem facere de tali perceptione.*

30 *Beneficij prouiſio facta a Papa antea intruſo, non facienti mentionem, qualiter valeat* n. 31.

31 *Conſtitutio Iulij III.* n. 32.

32 *Litteris non expeditis apprehendens poſſeſſionem virtute ſupplicationis, ſubrepit.*

33 *Intruſus, aut percipiens fructus indebitè, non eſt inhabilis ad beneficium, niſi, & quæ praxis* n. 35.

34 Cap. iam dudum, cap. per inquiſitionem hoc titulo.

36 *Intrudens ſe in beneficio qui ius ad rem habet in illo, ſi non ſe ingerat adminiſtrationi nec fructus percipiat; non ideo dicitur inhabilis ad illud.*

AD has difficultates ex dictis non eſt difficilis reſponſio iuxta terminos textus noſtri *cap. 6. 9. & 17.* cum aliis huius tituli, item & *cap. auaritiæ 5.* de quo dixi *quæſt. 2.* & ſic reſolutiuè reſpondeo ad primam, vt non poſſit dignior electus, ſiue prouiſus ante collationem fructus percipere, vti adminiſtrator, etiam ſi antea eſſet conſtitutus adminiſtrator; quia ſuppoſito, quod regula *dicti cap. auaritiæ*, procedit in quibuſlibet beneficiis, & in præſentatis, ſeu nominatis, vt cum Lapo *alleg. 8. ſub num. 4.* Mandoſio, Rebuffo, Cotta, Hieronymo Gabriel, & aliis reſoluit Nicolaus Garcia *de benefic. p. 11. cap. fin. à n. 216.* de quo iam dixi *ſub præcedentibus quæſtionibus*: ita eſt concludendum, vt reſoluunt Ioannes Andreas, Dominicus *n. 4.* & Franchis *n. 1.* & cum eis Nicolaus Garcia *de be· ef. p. 9. c. 2. n. 25.* 1

Nec obſtat huic reſolutioni quædam declaratio 2 Placentina petita pro parte Epiſcopi Placentini anno 1593. vbi cum vacante quadam Parochiali in menſe ad Sedem Apoſtolicam reſeruato, & Epiſcopus Placentinus, habito concurſu, ex dignis

dignιorem eligendo, ſupplicando, ſequentia dubia declarari. Primò ſi poteſt in dicta Parochiali conſtitui Vicarius, qui vti dignior ad Parochialem nominatus eſt. Secundò ſi poteſt magis idoneus in commendam temporalem dictam Parochialem habere. Tertiò ſi virtute mandati Epiſcopi poteſt, antequam ſit facta ei à Papa collatio capere poſſeſſionem Parochialis. Quartò ſi dignior ante confirmationem, poteſt fructibus Parochialis gaudere ſub prætextu Commendatarij, ſeu Vicarij; & habito reſponſo negatiuo, ad tria prima dubia eadem ſancta Congregatio Concilij ſic cenſens ad quartum dubium verbis ſequentibus reſponſum præbuit: *Ante collationem non poſſe fructus percipere; niſi vti adminiſtratorem*; quia vt reſpondet Garcia *dict. num.* 25. adducens ad litteram dictam declarationem, quæ alia duo dubia claudit ibi obiter declarationem Concilij alloquutam fuiſſe; & ob id ſtandum eſſe reſolutioni poſitæ *n.*1. quæ comprobatur ex iam dictis *q.*1. *&* *q.*2.

3 Ad ſecundam quæſtionis partem Innocentius, Hoſtienſis, Ioannes Andreas, Compoſtellanus, Buttius, Cardinalis, & Abbas *in noſtro textu*, Felin. *in cap. ne Dei, de Simonia, num.*2. Decius, *Capella Tholoſ. num.* 444. ſeu 443. & ibi Aufterius, Coſma *in pragmatica ſanctione hoc tit. cap. licet §. cenſuit verb. promotus*, Ripa *lib.*2. *reſp. c.*31. Rochus *de iure patronatus, verb. ius, quæſt.*1. Lambertinus *in eodem tractatu* 3.*part. lib.*2. *q.*11.*art.*6. *&* 7. Selua *de benefic.*2.*part.q.*5. Rebuffus *de pacificis poſſeſſoribus à num.*243. *&* 251. & *in praxi titulo de ſimonia in reſignat. beneficior. num.* 26. Botteus *de Synodo* 1. *part. num.* 39. Corraſius 2. *part. cap.*4.*num.*8. Duaren. *de beneficiis lib.*3. *c.*4. Roſiniacus *cap.*12. *à num.*2. *&* *c.*23. Petr.Gregor.*c.*38. *num.*2. Chuchus *inſtit.moral.lib.*4.*tit.*4. *à num.*63. Suarez *tom.*4 *de pœnit.diſp.*55.*ſect.*3.*num.*16. Azeuedus *in Curia Piſana lib.*1.*c.*13.*à num.*9. Anaſtaſius Germon. *de indultis Cardinal. Necnon quarumcumque, à num.*19. Couarruu. plures referens *lib.*3. *var. c.*16. *num.*6. dicunt quòd Epiſcopus, ſeu Prælatus electus, & confirmatus, ſeu inſtitutus, vel prouiſus à Papa, poteſt conferre beneficia, adminiſtrare ea, quæ ſunt iuriſdictionis ante inſtallationem, vel inductionem in poſſeſſionem.

4 Niſi alius eſſet in poſſeſſione Prælaturæ ex noſtro textu, *cap. qualiter, cap. nihil hoc tit dict. cap. auaritiæ eodem titul. lib.* 6. eo quod dicta iura ſolum videantur exigere confirmationem electionis ad adminiſtrationem.

5 Alij inquam, vt ſunt Archidiacon. *in cap. cum qui de prebend. lib.*6. & ibi Lapis, Paulus, & Ancharan. idem Archidiaconus *in dict. cap. auaritiæ*, vbi Domin. *num.*4. *in princ.* Franc. *n.*4. idem Ancharan. *in reg. ſine poſſeſſione lib.*6. Imola hic, Felinus *conſ.* 40. *n.*5. Flamin. Pariſius *de reſignatione benefic. lib.*10. *q.*6. *n.*7. contrariam ſententiam te-
6 nent. † Sed ego pro prima exiſtimo reſpondendum, tum ex iam dictis, tum etiam quia ſic fiat per Rotam reſolutum *in vna Burg. Canonic.* 28. *Ianuarij* 1583. coram Illuſtriſſ. Lancelloto, quæ habetur impreſſa 2.*p. diuerſ. deciſ.*183. nempe vacationem Eccleſiæ ſolum durare vſque ad confirmationem, ſeu prouiſionem de Prælato factam; & ſic ſtante dicta prouiſione, & litteris expeditis, etiam ante captam poſſeſſionem per Prælatum, non poſſe Capitulum conferre, nec iuriſdictionem exercere, vti ſede vacante, vt ſequuntur Flamin. Pariſius *de reſignat. benef. lib.*7.*q.*23.*à n.*46. Nicolaus Garcia *de benef. p.*5.*cap.*4. *à num.*242. 245. *&* 249. quam ſententiam ego intelligo veram, attento iure
communi ex noſtro textu, & *dict. cap. auaritiæ.* † 7
Sed non ſic in Epiſcopo attenta extrauagante iniunctæ *hoc tit.* de qua latè expendo *à quæſt. ſeq.* imò & ante dictam extrauagantem de conſuetudine ſeruari infra *à verſ. ad tertiam*, & à *n.*20.

Quo iure attento non ſunt amplectendi idem 8
Dominic. *in dicto cap. cum qui §.*1. *n.*8. vbi Franc. *n.*5. Felin. *in dicto cap ne Dei n.*5. *limit.*2. Rebuffus *ſupr. de pacificis num.*306. *alias* 255. concordantes dictas contrarias opiniones, vt ſi confirmet is, qui qui eſt ordinarius loci, & plenam poteſtatem iure habet, vt Archiepiſcopus quoad prouinciam, Epiſcopus quoad Diœceſim, & Papa quoad omnes, tunc ex ſola confirmatione, habeat plenam, & liberam adminiſtrationem; ſecus ſi alij confirment, qui non ſunt locorum Ordinarij; quia tunc Superioris, puta Diœceſani conniuentia, & conſenſus
ſpectatur, & requiritur. † Nec etiam amplectendi 9
ſunt Butr. *in dict. cap. ne Dei*, quem ibi ſequitur Anania *n.*4. quos Felinus citat pro tertia ſententia dictas duas concordantes opiniones, dicendo, quod aut inſtallatio ſpectat ad alium, quam ad confirmatorem, & ſit verè opinio ſecunda Archidiaconi, & aliorum, aut ad confirmatorem; & ſit vera opinio prima Innocentij, & aliorum; quia hæ diſtinctiones nequeunt applicari ad prædicta iura communia.

Ad tertiam quæſtionis partem, quid poſſit in 10
vtroque caſu conſuetudo, & iuxta primum caſum Abbas hic *n.*3. Franchus *in dicto cap auaritiæ n.* 2. Dominicus *in dict. cap. cum qui §. inſuper n.*7. *de prabend. l.*6. & ibi Franc. *n.*5. Chuchus *inſtit. moral. lib.*4.*tit.*4.*n.*3. Lambertin. *de iure patronatus* 2.*part. lib.*2.*q.*5 *art.*11.*n.*7. *&* 8. Rochus *in cap. fin. de conſuet. ſect.*6.*n.*41. Selua *de benefic.*2.*p.q.*15.*n.*4. Gigas *de intruſo ſub num.*25.*ſall.*6. Rebuff. *in praxi ſuper regul. de ſubrogandis colliitg. gloſſa* 4. *n.*8. *&* *reg.*29. *Cancel. verſ. ſecundo etiam*, docent vt non valeat conſuetudo contraria: & etiam tenet Nicolaus Garcia *dict.*9.*p.c.*2.*à n.*26. vbi *n.*27. addit ſic procedere; quamvis conſuetudo iſta videatur excuſare à
pœna priuationis beneficij, ſeu iuris, de qua *ibi.* † 11
Nam conſuetudo mala, non tamen euidenter mala, tribuit iuſtam cauſam ignorantiæ, cum qui facit illud, quod alij faciunt, excuſetur, & puniri nõn debeat, qui communi iudicio non peccat, & tenent Farinac. *in praxi crimin.*3.*p.q.*95. Villar. *del patronado de Calatayud* 4.*p.§.*3.*n.*1. Ancharan. *conſ.*41. cum aliis Alexand. *conſ.*107.*lib.*2. *ſeu.*8. *lib.*6. Probus ad Monachum *in c.*1. *de Clericis non reſident. lib.*6.*n.*36. Rochus *in dict. c. fin. in princ.*35. *&* *ſect.* 6.*n.*19. Rebuf. *vbi ſupra.* Flamin. Pariſ. *de confident. q.*5. *num.*24. Ludouicus Gomez *in cap.*1. *de conſtitut. in* 6. *num.*131.

Sed licèt conſuetudo inualida, & irrationabilis, 12
nondum reprobata, excuſet à pœna modo dicto, vt docent etiam Felinus *in cap. ex tenore de reſcript. num.*12. Nauar. *conſ.* 29 *de ſent. excommunic. n.*9. ſed vt dicunt Ludouic. Gomez, *vbi ſupra*, & Nicolaus Garcia *dict. cap.*2. *num.*29. qui haberet malam fidem, & conſcientiam læſam; vt quia ſibi conſtaret conſuetudinem non eſſe bonam, vel ſaltim de ea dubitaret, non excuſaretur à prædicta pœna priuationis, de qua *in dicto cap. auaritiæ*, maximè in foro conſcientiæ, in quo irrationabilis conſuetudo non excuſat, ad quod applicabis plura, quæ dixi ſub *dict. cap. fin. à quæſt.* 4. & in aliis capitibus *de Conſuetudine.*

Iuxta

13 • Iuxta ſecundum caſum, qui magis ad extenſum
q.ſequenti expenditur, dum explico dictam *extra-
uag. iniuncta hoc tit.* vbi ante præſentatas litteras,
Epiſcopi nequeunt adminiſtrare, videntur reſpon-
dere Abbas hic *num.3.*ex communi Doctorum, Fe-
lin.*in dict.cap. in nomine Dei limit.3.* Rebuffus *de
pacificis, num.266.aliàs 247.*& Nicolaus Garcia *de
benefic.p.5. cap.4.n.257.* cum Selua Bot. Anaſtaſio
Germonio ex gloſſa *in dicta extrauag.iniuncta,verb.
Non præſumant*, & per textum *in cap.in his dict.*11,
cum aliis vt prouiſus poſſit adminiſtrare ante appre-
henſam poſſeſſionem, niſi vſu, vel conſuetudine
receptum ſit, ne quis adminiſtret, niſi naturalem,
& actualem poſſeſſionem acceperit, quam conſue-
tudinem ait Anaſtaſius Germon. & Azeuedus *dict.
q. ſequent.* referendi ſibi videri eſſe in viridi obſer-
uantia,cum non ſoleant ante apprehenſionem poſ-
14 ſeſſionis quidquam prouiſi agere; † & Garcia *dict.
cap.4.num.*258.ait negari non poſſe hanc conſuetu-
dinem pollere non ſolùm in Hiſpania, ſed etiam in
aliis partibus: nam nunquam Epiſcopi ante captam
poſſeſſionem adminiſtrant, nec beneficia confe-
15 runt, nec in aliquo ſe occupant, ſeu impediunt †
ſed quod capitula vti ſede vacante adminiſtrant,&
Iuriſdictionem exercent; donec per Prælatum ſit
capta poſſeſſio Epiſcopatus, quæ præſentatis litte-
ris, & præſtito ſolito Iuramento de ſeruandis ſta-
tutis, ſtatim ſolet eis dari, ſeu eorum procuratori,
ſic vt vſque ad illud tempus cenſeatur durare Ec-
cleſiæ, & ſedis vacatio ad iſtum adminiſtrationis
effectum.

16 Vnde Azeuedus *conſ.* 14. *num.* 13. ait quod de
conſuetudine Hiſpaniæ provt notum eſt, etiam
Epiſcopus confirmatus non confert, nec admini-
ſtrat, vſque dum Bullas, & litteras cum mandato
præſentat in Capitulo ſuæ Eccleſiæ, & poſſeſſioné
capit ipſe vel alius ejus nomine, nec quod aliter il-
lum Capitulum reciperet ad miniſtrandum,& con-
ferendum beneficia, & bona talis Epiſcopatus; &
ſic eo in caſu ſtante dicta conſuetudine, nullo mo-
do poſſe electum, & confirmatum Epiſcopum ad-
miniſtrare; nec conferre ante adeptam poſſeſſio-
nem, & quod interim prædeceſſor iuſtè poſſidet
ſecundum Rebuffum *in concordatis tit. de collatio.
§.volumus.verſ.vacante in fine pag.*100.& *in pract.
17 de deuolut. num.*40. † & hoc modo dicit Nicolaus
Garcia *dict.5.p.cap.4.n.*260.ex Doctrina Hoſtienſ.
in cap. olim. 1. *de reſtit. ſpoliat.* quem refert Felin.
*conſ.*40. *num* 4. accipiendum eſſe Rebuff. ſupra *de
deuolutione num* 72.dicentem ſcilicet ſedem vacare;
doneo Epiſcopus nouus adeptus fuerit poſſeſſio-
nem: & addit *num.*264.quod ſtante dicta conſue-
tudine, quæ eſt ſatis rationabilis,non videtur poſſe
adminiſtrare, nec conferre promotum, etiam ſi ſit
Cardinalis ante adeptam poſſeſſionem.

18 Vnde idem Garcia *dict. 5.p.c.4.* referens *n.*262.
ad literam deciſionem de Rota ſuper quadam pro-
uiſione Canonicatus Burgen. coram Domino Bu-
balo 8. Iunij 1584. ait *num.* 261. vt cùm peteretur
remiſſoria ad probandam conſuetudinem imme-
morialem in Regnis Hiſpaniæ, quod Epiſcopi poſt
expeditas litteras, ſiue Bullas abſque illarum oſten-
ſione in Capitulo, prouidebant de Canonicatibus,
& aliis beneficiis, fuit denegata; quia non dabatur
aliquis fumus; quinimo teſtes examinati videban-
tur potius probare contrarium, nempe quod Epiſ-
copi non ſe intromittunt in adminiſtratione Epiſ-
copatus ante præſentationem litterarum, & ante
captam poſſeſſionem.

19 Et confirmatur ex doctrina Vgolini *de officio
Epiſcopi cap.*50.§.15.*num.*3.dicentis ante poſſeſſio-
nem adminiſtrare non poſſe eum, cui collatio facta
eſt, vbi conſuetudo eſſet, vt ante poſſeſſionem
adminiſtraret, & eum ſic vidiſſe ſemper obſeruari,
addentis, nec ab ea conſuetudine eſſe diſcedendum,
refert idem Garcia *dict.cap.4.ſub num.257.in
fine*, qui ait regulam 2. Cancellariæ ibi *num.* 259.
relatam videri ad id reſpexiſſe, quæ reſeruat bene-
ficia ad diſpoſitionem Epiſcoporum, & aliorum
collatorum pertinentia, quæ poſt illorum obitum,
dimiſſionem, ſeu amiſſionem, vel priuationem,
vſque ad promotionem ſucceſſorum Apoſtolica
authoritate faciendam, & adeptam ab eis poſſeſ-
ſionem vacant; quaſi vſque ad illud tempus vacare
cenſeatur Eccleſia, ſeu ſedes.

Quare inſero, vt ſecluſa etiam deciſione *dict.* 20
extrauag. iniuncta hoc tit. de qua abundè *á quæſt.
ſequenti*, & attenta relata conſuetudine, ſeu ſola
diſpoſitione iuris communis ex noſtro textu cum
aliis, & *dict. cap.auaritia*, ſit iuri, & actioni con-
forme, non poſſe Epiſcopum ingerere ſe admini-
ſtrationi, & Iuriſdictionis exercitio, niſi oſtenſis,
& præſentatis litteris ſuæ prouiſionis Capitulo, de
cuius præiudicio agitur, & ad tollenda ei admini-
ſtratione, & iuriſdictione, quam habet, ſede va-
cante † qui ante oſtenſionem, & intimationem lit- 21
terarum,non tenetur Capitulum deſiſtere ab admi-
niſtratione, & exercitio iuriſdictionis, ſed quod
poſſit eam continuare, & vt Epiſcopus conſequen-
ter non poſſet antea iuriſdictionem exercere, ſic vt
alias daretur conflictus, & repugnantia iuriſdictio-
num, & confuſio magna ac rixarum, & ſcandalo-
rum occaſio; & ita tenendum arbitror ex doctrina
Felini *in cap.ex parte Decani de reſcript.* Ripa *in l.
quod te mihi num.*61.*ff.ſi certum petatur*, Bartol.*in
l.*1.*num.*20.*ff.de noui oper.nunciat.* vt in terminis re-
ſoluit Nicolaus Garcia poſt alia, quæ adducit *in
dict.cap.4.p.6.á num.*252.ibi *num.*254.*&* 255. † ad- 22
dens *dict.num.*256. vt iam cum illo dixi textum no-
ſtrum, aliáque iura noſtri tituli, & *dict. cap. aua-
ritia*,non impedire hanc Doctrinam, cum ea iura
non excludant oſtenſionem, & notificationem lite-
rarum faciendam Capitulo, cui auſertur adminiſtra-
tio: pro qua doctrina faciunt infra dicenda *de officio
deleg.in c. cum in iure*, vbi de non admittendo Iu-
dice delegato,ſeu commiſſionis,antequam Ordina-
rio oſtendat tenorem ſuæ commiſſionis, ſecundùm
praxim, quam retuli infra *in cap. fin. de libelli obla-
tione* §. 22. alia dico *quæſt. ſequenti ſub verſ. ad ſe-
cundam.*

Ad quartam quæſtionis partem, ſuppoſitis quæ 23
dixi *á num* 1. *& verſ. ad ſecundam*, reſpondeo
reſolutiuè Parochialem vacantem, non poſſe con-
ferri in commendam temporalem ei, qui magis
idoneus fuerit iudicatus, & electus, interim, quod
affert Bullas Papæ;† nec poſſe interim conſtitui vi- 24
carium in ea, aut ei quoquomodo præfici; quam-
uis referat Nicolaus Garcia *de benefic.dict.p.9. c.2.
num.*23.in his Regnis Caſtellæ; & particulariter in
Epiſcopatu Abulen. contrarium ſeruatum; etſi in
eo Epiſcopatu videatur iam emendatum; quia vt
ipſe refert *ibi*; & *num.*24.eam praxim, non eſſe te-
nendam, vt malam &; quia textus *in dict. c. aua-
ritia hoc tit. lib.6.* videtur procedere in quibuſlibet
etiam beneficiis, vt iam dixi ſupra *ſub num.* 1. &
hoc probat ex declaratione facta Epiſcopo Placen-
tino anno 1593.de qua dixi ſuprà.

Ad quintam quæſtionis partem, an dato quòd 25
magis idoneus iudicatus, & electus ad Parochialem
in concurſu ex eo quòd adminiſtrauit, vt Vicarius

contra ſupradicta, amitteret ius ſibi competens *ex dicto cap. auaritiæ hoc tit. lib.6.* gratia, & prouiſio de illa facta ei, ſit valida, etiam non facta mentione de dicta intruſione, ſeu adminiſtratione: & ſuppoſitis quæ dixi *q.2. verſ. ad ſecundam* videtur pro affirmatiua ſententia reſpondendum; quia cum ta-
26 lis videatur intruſus,† intruſuſque cadat à iure ſuo, ſi quod habet ad beneficium, item efficiatur ad illud inhabilis, vt docent Doctores *in cap. cum iam dudum, & cap. per inquiſitionem hoc tit.* ſic vt dicat Coſmas *de pacificis poſſeſſor. ad finem verb. violenti*, quod ſolus Papa poteſt cum eo diſpenſare; & dicat Rebuffus *tit. de remiſſione in poſſeſſion. n.8.* quòd ſi quis acceperit poſſeſſionem ante collationem, eſſet intruſus; ſic vt poſtea collatio illi facta, non valeret, vt dixerunt etiam Ioannes Gutierrez *conſ. 10. num.12.* Nicolaus Garcia *de benefic. p.11. cap. fin.*
27 *num.224.* † qui etiam *n.225.* cum eodem Rebuffo, & DD. *in cap. iam dudum de præbend.* ſcribit quod capiens poſſeſſionem, etiamſi non ſe ingerat adminiſtrationi, nec fructus percipiat; ac etiam violentiam non adhibeat, fit priuatus iure ad rem, ſibi ad beneficium competenti; ex eo quod accipiens poſſeſſionem beneficij ante collationem, & ius in re, eſt intruſus, cum eam capiat ſine titulo.
28 Vnde cum idem Nicolaus Garcia ex doctrina Mill. Hieronymi, Pauli, Rebuffi, Æneæ de Falcon, Cappellæ Tholoſan. Caſſador. Mandoſ. Azor. Leſſ. & aliorum *dict. cap. fin. p. 11. num. 225.* dicat quòd intruſus in beneficio, teneatur in impetratione facere mentionem de ſua intruſione; & quod alias ſit ſubreptitia, & nulla, vt dixit etiam Abbas *in cap. iam dudum. num.3. de præb. & in cap. præterea de iure Patron.* & ita eſſe faciendam mentionem de ſua intruſione, etiamſi intruſus non ad-
29 miniſtrauerit, nec fructus perceperit, † & ſi fructus perceperit, etiam de illis faciendam eſſe mentionem, vt docent Felinus *in cap. in noſtra de reſcript. col.2.* Rebuf. *p.3. de ſignatura, verbo nec non num.56. & 57. & tit. de diſpenſ. cum regul. n.66. & 67.* Caſſador. *deciſ.6. de præb.* Puteus *deciſ.26. lib.1.* Rota *deciſ. 1222. lib.3. p.3. diuerſ.* Mandoſius *de ſignatura gratiæ titulo de abſolutione à mala fruct. percept.* vbi latè, *& conſ.4. n.19.* Nauar. *conſ.2. n.2. de ætate, & qualit. ordin.* Gonzalez *in reg. 8. Cancellariæ §. 7. proœm. n. 71.* idem Garcia *dict. c. fin. p.11. n.131.*
30 † ſequitur vt prouiſio, de qua loquimur videatur inualida ex doctrina Abbatis, *in cap. qualiter hoc titulo, num.8.* Petri Barbſij *in directorio electiōn. 2. p. cap.8.* Chuchi *lib.4. inſtitut. tit.1. à num.147.* vt refert idem Garcia *p.9. cap. 1. num. 31.* qui ex hoc capite etiam refert fuiſſe Romæ impetratam Parochialem oppidi *de Ouitueros* Diœceſis Abulenſis quamuis non habuerit effectum impetratio, ſed tandem concordatum inter partes, & confirmatum à Papa.
31 Adhuc tamen ipſe Nicolaus Garcia ibi *à n.32.* dicit prouiſionem, de qua non eſt dubium validam videri; eo quòd ibi non videatur intruſio vera, quemadmodum eſt illa, de qua ipſe loquutus eſt *d. p.11. cap fin. dub.7. à num.224.* proximè relata; ita vt non poſſit dici gratia ſubreptitia; quia non narrat Parochialem ſibi eſſe debitam, ſed ſolùm exhibet ſuam approbationem, & litteras teſtimoniales Ordinarij; & quia ex clauſulis generalibus fit gratia etiamſi alias ſpecialiter, vel generaliter exi-
32 ſtat reſeruata † & ait *num.33. & 34.* vt his non intret conſtitutio 33. Iulij III. de qua idem *4. p. de benefic. cap.2. à num.47.* quia illa loquitur de apprehendente poſſeſſionem beneficij, virtute ſupplicationis, litteris non expeditis: & ſic ait verius eſſe huiuſmodi poſſeſſionem eſſe inualidam per ſubreptionem; quia exhibendo; & ſignificando Papæ electionem de ſe factam ab Ordinario in concurſu; & videri etiam, vt ſignificet habere aliquod ius ad Eccleſiam Parochialem.

Imò & in terminis relatæ doctrinæ de intruſo, 33
ſub verſ. ad quintam, dicit idem Nicolaus Garcia *dict. p. 11. cap. fin. à num.234.* nullibi rectè probari quod intruſus, aut percipiens fructus indebitè, ſit inhabilis ad beneficium illud, niſi in caſu *cap. quiſquis, hoc titulo.* † Quia textus *in dict.* 34
cap. iam dudum, & cap. per inquiſitionem hoc titulo, ad ſummum probant quod eſt indignus; ita quod electio deberet caſſari, non tamen inhabilis. † Et quòd quamuis de Stylo Curiæ videa- 35
tur intruſus, quamdiu eſt intruſus, & qui percipit fructus indebitè, quandiu illos habet, ſit inhabilis ad illud beneficium; ſed tamen de Stylo illis dari rehabilitationem, tanquam inhabilibus, cum compoſitione tertiæ partis fructuum perceptorum, † quod 36
tamen ibi *num 236.* addit non procedere in eo, qui habens ius ad rem ad beneficium, intruſit ſe in illo per ſolam poſſeſſionem abſque eo quod ſe ingeſſerit adminiſtrationi, vel fructus perceperit; quia iſte talis non ſit inhabilis ad beneficium, cùm non amittat ius, quod ad illud habet, vt *in dict. cap. auaritiæ* iuxta deciſiones, quas antea refert *à num. 222.* Et vt vberius agas, applicabis quæ dixi infra *in cap. olim 12. quæſt. 3. à num. 1. ad 11. de reſtit. ſpoliator.* vbi egi de quæſt. *An poſſit quis capere propria authoritate poſſeſſionem de beneficio*, & ibi *à num 7.* quis dicatur intruſus: & de violento poſſeſſore, & intruſo, latè Garcia *de beneficiis, dict. p. 11. cap. 10. à num. 1.* cum infinitis &c.

QVÆSTIO IV.

An ſi electus ingerat ſe in adminiſtrationem tantum vnius fundi Eccleſiæ, ad quam electus eſt, incurrat pœnas noſtri textus, & cap. auaritiæ hoc titul. *An hodie in aliquo ſint immutata dicta in præcedentibus quæſtionibus per* Extrauag. hoc tit. *cuius praxis aſſignatur circa adminiſtrationem prouiſi ad Epiſcopatum, Abbatias, aliaſve Dignitates Bullas Apoſtolicas exigentes. An penſio exigi, ac ſolui poſſit litteris ſuper illius reſeruatione, nondum expeditis. An poſſit quis capere poſſeſſionem beneficij authoritate propria. Et an gratia Pontificis ſit præcisè probanda per litteras, aut poſſit etiam per teſtes. Et quibus pœnis puniantur admittentes electos, vt adminiſtrent, litteris non oſtenſis?*

SVMMARIVM.

1 *Electus ingerens ſe ante confirmationem vnius tantum fundi Eccleſiæ, non incurrit pœnas.*
2 *Commendatarius ad tempus, non incurrit pœnas,* cap. auaritiæ.
3 *Epiſcopi electi, etiam litteris expeditis, & præ*

præſentatis Capitulo, nequeunt adminiſtrare; nec hodie poſt confirmationem, num. 6. & 7. *Quamuis alij dixerint ſufficere expeditionem ſolam litterarum*, num. 8. 9. & 10. & num. 15.

4 *Archiepiſcopi Burgenſ. facta ante oſtenſionem litterarum Capitulo irrita fuerunt.*

5 Extrauag. iniunctæ hoc titulo, *expenditur in praxi.*

7 *Collatio Capituli facta, iam expeditis litteris, ſed nondum præſentatis, valida fuit declarata.*

11 *Prouiſio debet probari per litteras, nec aliter recipi debet.*

12 *Conſtitutiones Iulij II. & III. Pauli III. & Pij IV. extendunt* Extrauag. iniunctæ, de Electione, *ad beneficia, & ad omnes Eccleſias tituli, commendationes, ſiue adminiſtrationes etiam in Conuentualibus*, n. 13. & 14.

13 *Officiales curiæ dabant mandata de accipienda poſſeſſione, quæ improbant Paulus III. Iulius III. & Pius IV.*

16 *Adminiſtratio, litteris non expeditis, & præſentatis Capitulo, ex qua ratione ſit in iure prohibita*, n. 17. 18. & 19.

19 *Electis, ſeu aliis aſſerentibus de expeditione litterarum non creditur, nec Monachis*, n. 21.

20 *Aſſerenti ſe venire cum mandato, non creditur de iure communi.*

22 *Bullarum expeditio ad Epiſcopatum, aliáſve Dignitates, per quas diligentia perficiatur in Curia Romana.*

23 *Bullarum ad Epiſcopatus, & alias Dignitates, examen in Regia Camera Hiſpanica, quo iure queat practicari.*

24 *Penſio exigi, ac ſolui poteſt, litteris non expeditis, ſecundum aliquos, verius contra*, à num. 32.

25 *Gratia Pontificis dependet à verbo* Fiat, *& à pronunciatione Papæ.*

26 *Scriptura ad ſubſtantiam gratiæ, non eſt neceſſaria.*

27 *Beneficium collatum per ſignaturam, ante leuationem Bullarum, poteſt cum alio cõmutari.*

28 *Beneficium vacare dicitur per mortem illius, cui ſolo verbo fuit collatum, etiam ſi tantum haberet ſignaturam.*

29 *Capellania honoris non requirit ſcripturam, nec Pontificis Bullam.*

30 *Priuilegia ſolent viuæ vocis oraculo in publicas tabulas referri.*

31 *Verbum* Fiat, *etſi de futuro videatur frequentiùs, accipitur de futuro.*

32 *Penſio ſine litteris, nec petitur, nec ſoluitur.*

33 *Supplicatio ſola dicitur exiſtere in vtero; donec per litterarum expeditionem producatur in mundum.*

34 *Litterarum expeditio, requiritur etiam in gratia beneficiali, quæ dicitur informis ante eam*, n. 37.

35 *Conditio ineſſe cenſetur in gratiæ conceſſione, ſi litteræ expediantur.*

36 *Litterarum expeditio à regula Cancellariæ exigitur, fuit introducta ad obuiandas falſitates, & ne fieret præiudicium Officialibus Romanæ Curiæ*, & n. 49.

27 *Penſionis ſolutio non cogitur fieri per iudicem ſine litterarum expeditione.*

38 *Penſionarius obligans ſe ſoluere penſionem abſque litteris, nihil facit*, & n. 39.

40 *Intruſus dicitur qui capit beneficij poſſeſſionem, ſola ſupplicatione ſignata, litteris non expeditis, & inhabilis redditur ad illud obtinendum.*

41 *Hæredes illius, qui moritur, ſola ſupplicatione, ante litterarum expeditionem, nequeunt percipere fructus illius temporis.*

42 *Regreſſus non valet, litteris non expeditis.*

43 *Epiſcopus nequit prouidere ex ſola ſupplicatione, vigore alternatiuæ, litteris non expeditis.*

44 *Sequeſtrum non relaxatur reſignatario habenti ſolam ſupplicationem vigore ſententiæ latæ fauore reſignantis, niſi cum expeditione litterarum.*

45 *Litteræ requiruntur quoad probationem, & executionem gratiæ, & quoad validitatem.*

46 *Beneficij poſſeſſionem capere nemo poteſt propria authoritate.*

47 *Gratia Pontificis præcisè debet probari per litteras contra iuris diſpoſitionem*, à num. 49. & 54.

48 *Diſpenſatio Papæ inter conſanguineos valeret, ſi Bulla diſpenſationis non reperiatur.*

49 *Gratia Papæ per teſtes non probatur, bene ſine litteris & à n. 54. contra aliquos.*

50 *Scripturam ad probationẽ, multi caſus requirunt.*

51 *Probatio per litteras deſideratur in omni Pontificis gratia, vt ſtylus Curiæ Romanæ declarauit*, & n. 52.

52 *Gratia ſi per teſtes probari valeret, abſurda multa euenirent*, & n. 53.

53 *Fundans ſe in gratia Pontificis, debet eam oſtendere ad euitanda abſurda. & falſos teſtes.*

54 *Regulâ parem vim habent teſtes, & inſtrumenta: fallit in probatione gratiæ Pontificiæ.*

55 *Collatio beneficij nequit teſtibus probari ſine litteris collationis.*

56 *Capellania vt probetur collatiua, non teſtibus, ſed titulo collata.*

57 *Eligentes recipientes electos ſine litteris, quali puniantur pœna*, & n. 58.

58 *Religioſorum ſuperiorum confirmantes electionem, ſine litteris puniuntur.*

AD primam quæſtionis partem reſolutiuè dico quod ſi electus ingerat ſe in adminiſtratione tantum vnius fundi Eccleſiæ, ad quam electus eſt, non incurrit pœnas impoſitas *in cap. auaritiæ hoc tit.* ita tenendum exiſtimo per declarationem Rotæ *in Mutinen. Canonicatus* 14. *Martij* 1603. coram Cardinali Lancelloto, & *ex deciſione Rotæ* 19 *num.* 12. *p.* 2. *diuerſ.* quia ita Doctores loquentes in ſpecie textus *in c. eum. qui de præb. l. 6.* quatenus ibi Pontifex priuat ipſo iure intruſum in poſſeſſionem beneficij, abſque Diœceſani, alteriuſve Superioris conſenſu, vel authoritate, eius deciſionem limitant in intrudente ſe tantum in poſſeſſione alicuius prædij ipſius beneficij, cùm ſint diuerſa: ita ibi Barboſa *n* 4. & Ego *in c. olim* 12. *de reſtit. ſpoliat. q.* 3. *n* 2. & confirmatur ex nonnullis adductis ſupra *in fine, quæſt. præced.* † Item 2
quia vt ibi dixi *in ea quæſt. & q.* 2. textus *in dict. cap. auaritia*, non habet locum in commendatario ad tempus, ſicut nec extrauagans *iniuncta*, de qua in verſ. *ad ſecundam*, cum aliis limitatur in illo, iuxta Rotam, quã referunt Flamin. Pariſ. *de reſign. benefic, lib.* 7. *q.* 21. *n.* 20. Barboſa *in dicta extrauag. n.* 4. & faciunt etiã quæ ſcribit Tiraq. *de retractu linag.* §. 36. *gloſſ.* 2. *n.* 5. quem refert Barboſa, ſed illum legi, & nihil

nihil de hoc puncto tangit, vbi tantum loquitur, vt debeat docere de mandato, qui aliquid denunciat nomine alterius. Sed Ego ſic tenendo dico adhuc non eſſe recedendum; etſi videatur contra facere dictum ſupr. *ſub quaſt.2.n.1.* quia ibi reſolutum tendit de ingerente ſe in adminiſtratione etiam in tota parte vnius ſpeciei fructuum, aut iuriſdictionis ipſius Epiſcopatus; in noſtro verò caſu de ingerente ſe in vno tantum fundo ex multis pertinentibus ad Epiſcopatum, vel beneficium, quod non turbat iuris diſpoſitionem *in dict. c. auaritia*, & aliis.

3 Ad ſecundam quæſtionis partem de praxi, quam debent obſeruare electi ad Epiſcopatus, ſeu Abbatias, vel Dignitates, requirentes Bullarum Apoſtolicarum expeditionem; igitur per deciſionem *dictæ extrauag. Iniunctæ, hoc titulo* paret deciſum, vt Epiſcopi, & alij Prælati in Curia promoti, etiam litteris expeditis, non poſſint conferre, nec adminiſtrare ante illarum oſtenſionem, & præſentationem factam Capitulo, vt probant illa verba, ibi: *Nullique eos abſque dictarum litterarum oſtenſionem recipiant, aut eis pareant, vel intendant*, & ex *verſ. ſequent.* † Sic Rota *in Burgen. Canonic.*
4 *3. Iunij* 1583. coram Domino, Bubalo recedens ab alia deciſione facta coram Lancelloto, de quibus meminit Nicolaus Garcia *de benefic. 5.p. cap.4. à num.151.* vbi refert, vt iuxta *dictam extrauag.* ex quo litteræ non fuerunt præſentatæ Capitulo, & Canonicis, totum id, quod actum fuit per Domin. Archiepiſcopum ante dictam præſentationem, fuit irritum, & inane, vt diſponitur *in dicta extrauag. in re lato verſ. nullis*, & *in verſ. ſequenti*, ibi: *Quod ſi forſam contra præſumptum fuerit, irritum habetur.*

5 Summa ergo dictæ Extrauag. in ſua prima parte, ea nempe eſt, quod Epiſcopi; & alij Prælati Superiores, necnon Abbates, & Priores, ac cæteri Monaſteriorum regimine exercentes, qui à Sede Apoſtolica promouentur, aut conſecrantur, ſeu benedicuntur ad commiſſas eis Eccleſias, & Monaſteria abſque litteris Apoſtolicis accedere, vel bonorum Eccleſiaſticorum adminiſtrationem accipere non præſumant, ſic vt quidquid autem, ſecus actum fuerit, interim ſit irritum, nec amplius poſſint percipere fructus: & addit quod Capitulares ipſos recipientes, vel eis obedientes, ſine prædictis litteris, ſint ipſo iure ſuſpenſi à ſuis beneficiis: ita Barboſa ibi *num.1.* alter P. Barboſa *in l. diuortio in principio p.2. num.50. ff. ſoluto matrim.* Iulius Lauor. *variar. lucub. tit.4 cap.25. num.9. in fine*, cum aliis alter Barboſa *in paſtorali p.3. allegat. num.16* Flaminius Pariſ. *de reſignat. lib.8. quaſt.5. num.33.* Azor. *inſtit. moral. p.2. lib.3. cap.29. quaſt.9. verſ. cæterum*, & *lib.7. cap.1. quaſt.2.* Riccius *col-*
6 *lect.1325.* † Vbi dicit quod vacatio ſedis Epiſcopalis, durat vſquequo litteræ Apoſtolicæ fuerint expeditæ, & præſentatæ Capitulo reſpondens ad argumentum, quod de iure communi, ſedes Epiſcopalis deſinat vacare per prouiſionem factam à ſede Apoſtolica; itavt Prælatus acquirat iuriſdictionis exercitium per dictam prouiſionem, antequam ſit capta poſſeſſio, ita vt ſit etiam licita collatio beneficiorum, vt dixit Rota *d. nert. p.2. in deciſione* 182.
7 † Tamen iam hodie ex dicta Extrauag. ait non ſolum requiri prouiſionem, ſed etiam expeditionem litterarum, & tranſportationem, oſtenſionem, & præſentationem, per textum ibi adducens prædictam *deciſ. Burgen. Canonic. 3. Iunij* 1583. coram Lancelloto, vbi declaratur valida collatio facta per Capitulum, non vocato Epiſcopo iam promoto, non tamen præſentante litteras expeditionis.

Et quamuis aliqui dicant quod litteræ debent 8
eſſe expeditæ ad hoc, vt non dicatur Eccleſia vacare, & vt Epiſcopus poſſit adminiſtrare, abſque eo quod de præſentatione faciant mentionem; vt ita ſimpliciter dicit gloſſa *in clem. 1. verbo ſede vacante de hæreticis* vbi Imola *num. 9. verb. gloſſa vacante*, Cardinalis *in §. duo num.5. in fine.* Abbas *num.6. verſ. Eccleſia* Vitali. *num.* 576. Petrus Rauennas *in compendio iuris Canonic. hoc tit.* Paulinus *de poteſtate Capituli, præludio 7. num.* 14. Felinus *in cap. ne Dei timorem num.3. verſ. quarto limita de ſimonia*, Selua *de beneficiis p.2. q.15. in princ.* Abbas *in cap. qualiter 9. hoc tit. notab.1.* quem ſequuntur Decius *Rub. de conſt. num.42.* Caſſadorus *deciſ.8. num.9 de reſtit. ſpoliato.* Puteus *deciſ.287. n.3. lib.3.* † Tamen omnes iſti, & alij, qui reperiri poſ- 9
ſunt, non excludunt oſtenſionem litterarum; quia ſimpliciter loquitur; imò illam præſupponunt, ex eo quod ad id probandum allegant *dict. extrauag. iniuncta*, quæ de litterarum oſtenſione expreſsè diſponit.

Ita declarant Rebuffus *in praxi tit. de ſimonia in* 10
reſignat. num.31. Decius *in Rub. de conſtit. & elect. n.42.* Vitali. citatus, qui ſeipſum declarat. *in clem.1. §. porro num.30. de iureiur.* Felin. *in cap.1. de præſcript. num. 3.* qui licet loquatur per verbum *forte*; poſtea tamen affirmat, & dicit hoc *in cap. cum te num.6. verſ. ſed caue de reſcrip.* & *in Rub. de conſtit. num.12. verſ. & adde*, vbi dicit *quod debent oſtendi litteræ*, Abbas *in cap. noſti num.4. hoc titulo*, & *in cap. in noſtra col. fin. num.11. verſ. dicit tamen, de reſcriptis.* 11. † Vbi expreſsè dicit quòd prouiſio 11
debet probari per litteras, nec aliter recipi debet, & hoc dicit eſſe notandum, quia multi in hoc errant: ita ille, & Nicolaus Garcia *de benefic. dict. p.5. cap.4. ſub num.52.* & comprobatur ex his, quæ cum eo dixi *in quaſt. præced.* nempe vt ſit ſatis iuri communi conforme non poſſe Epiſcopum ingerere ſe adminiſtrationi, & iuriſdictionis exercitio, niſi oſtenſis, & præſentatis litteris ſuæ prouiſionis Capitulo, de cuius præiudicio agitur ſic, vt nec iura ſupra allegata excludant oſtenſionem, & notificationem Litterarum faciendam Capitulo, cui aufertur adminiſtratio.

Adhuc per *dictam Extrauag. iniunctæ*, non ple- 12
nè cautum iudicantes alij Pontifices poſt Bonifacium VIII, cuius deciſionem confirmant etiam Iulius II. Iulius III. Paulus III. Pius IV. eo quòd ante Bullarum expeditionem, gratia ſit informis, nec aliter gratia prouiſo ius faciat, quam prouidens vult ita, ex Quaranta *verb. beneficij poſſeſſio*, & Zerol. *p.1. princip. verſ. Bullæ*, referente declarationem Sacræ Congregationis, vt nec ex antiqua conſuetudine id liceat, & aliam, qua Epiſcopo Lucenſi reſponſum eſt, vt priuet eos, qui ita obtinent, adhibitis Vicariis, qui inſeruiant Eccleſiæ, donec, &c. vti etiam cum illis tenet Zypeus *in analit. iuris Canon. titulo de cauſa poſſeſſ. & propriet. num. 5.* addit inquam Scortia *epitome 51. ſub theorema 158. in verſ. quare*, referens litteram *dicta Extrauag. Bonifacij*, vt quia per ipſius decretum, non erat expreſſum de beneficiis omnibus, quod idem Iulius II. *ſua conſtit. anni* 1505. quæ incipit *Romani*, quam innouauit Alexand. V. Innocentij VIII. & aliorum Pontificum conſtitutiones; etenim Iulius comprehendit illa ſua conſtitutione Eccleſias omnes, ſiue iure tituli, ſiue commendationis, ſiue adminiſtrationis concedantur.

Et

13 Et quia officiales Curiæ prætextu ſupplicationum ſuper prouiſionibus beneficionm ſignatarum, & regiſtratarum, dabant litteras, & mandata de illorum beneficiorum poſſeſſione adipiſceoda, litteris non expeditis, idem Paulus III. *in Bulla*, quæ incipit *cum nobis*, id fieri vetuit in quibuſvis beneficiis à Sede Apoſtolica quomodolibet impetratis ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, & reſeruatæ Papæ; & idem Iulius III. *Bulla* 33. quæ incipit *Sanctiſſimus*, cauit haberi pro intruſis eos, qui non, expeditis litteris, per ſe, vel per alium ſuo nomine poſſeſſionem beneficiorum apprehendunt, vel ratam habent; & quòd fructus non faciant ſuos, notauit etiam Pariſius *de re-*
14 *ſignat. quæſt.* 26. † Et ſic etiam Pius IV. *in Bulla ſua* 86. §. 3. diſponit vt ſe ingerentes, non expeditis litteris, in Dignitatibus conuentionalibus, illis priuentur ac fiant ineligibiles; imò *regula* 25. *Cancellariæ*, gratia Apoſtolica, ante expeditas litteras, habetur pro informi, & ad perfectionem deduci per earundem confectionem debet, vt dixerunt Rota *deciſ.* 20. *in fine, de conceſ. Præbenda.* Bellon. *deciſ.* 431. *&* 745. Oldrad. *conſ.* 320. Sarnen. *in reg. Cancel. de non indic. iuxta form. ſupp. n.* 2. *q.* 1. Scortia, & Pariſius *ſupra num.* 11. idem referens tenorem dictæ conſtitutionis Pij IV. quæ olim erat 100. editam anno 1564. tradit Scortia cum multis videndus *epitome* 82. *Theorema* 204.

15 Sed notat idem Zipeus ſupra *dict. num.* 5. *in Rubrica de cauſa poſſeſſ. & propriet.* ex iam relato Zerol. aliam declarationem ſacræ Congregationis, qua dictum ſit quòd præſentatis, & inſtitutis ſufficiat ſi aliunde conſtet de dicta inſtitutione, niſi inſtituti obligati fuiſſent leuare Bullas Apoſtolicas; & quòd tunc eis obſtat dicta Bulla Iulij III. & quòd debent beneficiati; etſi non parti etiam triennales Iudici, ſeu Ordinario petenti exhibere titulum; & quòd ita Zerol. intellexit *dict.* §. 5. declarationem Cardinalium generalibus verbis, qui fecit exceptionem in decennali, quaſi tolerantia, tam diuturna Ordinarij titulum ei parauerit.

16 Quod ſi dubites quare ſit prohibitum ante confirmationem, & oſtenſionem Litterarum electo ſe ingere in adminiſtrationem ex latè iam adductis, reſpondeo cum gloſſa *in dict. cap. auaritiæ*, tempore illius textus ſic fieri, tum quia electus aliàs non curaret de confirmatione, ne ſe periculo ſubiiceret improbandæ electionis, ij præſertim, qui non egent conſecratione; tum quia aliter con-
17 firmatio nihil operaretur, † tum quia ſi eſſet irritanda electio, non eſſet facile electum ab incepta muneris functione remoueri: ita conſiderat Scortia *dicto epitome* 83. *ſub theorema* 205. *verſ. ratio.*
18 † & iuxta *dict. Extrauag. iniuncta*, Bonifacij VIII. ac alias Iulij II. & III. Pauli III. & Pij IV. ac aliorum Pontificum requiri expeditionem, ac oſtenſionem, ſiue præſentationem litterarum Apoſtolicarum, vt euitentur falſitates, quæ in ſupplicationibus facilius committerentur, quam fiat in Bullis propter multorum Officialium manus appoſitio-
19 nem, † tum etiam ne aliàs auferretur emolumentum officialium Curiæ ſi ſola ſupplicatio ſufficeret abſque litterarum expeditione; tum etiam propter maiorem fidem gratiæ factæ electo, ſeu prouiſo
20 † quia ſi in iure ciuili non creditur aſſerenti ſe venire cum mandatis Principis, aut aſſerenti ſe legatum, *cap. nobiliſſimus dict.* 97. niſi id ſcriptis probet, nec in iure Canonic. dicenti ſe delegatum ſedis Apoſtolicæ, niſi doceat de mandato Apoſtolico, vt dixi ſupra *q. præced.* & patet ex textu *cap. cum in iure de offic. deleg.* nec clericis aliunde venientibus ſine Ordinariorum litteris *cap.* 1. *&* 2. *de Clericis peregrin. & dist.* 28. quid mirum vt ex dictis Extrauagantibus Bullarum expeditio, oſtenſio, & præſentatio requiratur antequam electus ſe ingerat in adminiſtrationem ſuæ prouiſionis; ſic in terminis relati, & Scortiæ *epitome* 51. *in conſt. Iulij II. theorem.* 137. *&* 138. † addens *ex diſt.* 28. *& di-* 21
ſtinctione 71. *cap. hortamur*, *& ex l. ſi qua per calumniam Cod. de Epiſcop. & cleric.* vbi quod Monachis ſine litteris Prælatorum non creditur, & faciunt nonnulla, quæ dixi infra *in cap.* 7. *de probat.* nec enim aſſerenti ſibi à ſede Apoſtolica cauſam eſſe delegatam creditur, niſi in citatorio inſeri faciat reſcripti, ſeu commiſſionis tenorem, Boërius *de poteſt. legati prælud.* 5. Guido Papæ *quæſt.* 286. *in fine*, & *quæſtione* 445. *numero* 2. & *quæſtione* 450. *numero* 2. Ioannes Valer. *de different. inter vtrumque forum verb. teſtis, differentia* 4. *numero* 1. *verſ. huic praxi*, Doctores & Barboſa *in dicta Extrauag.* 2. *hoc tit. per verſ. aſſerenti namque*, Gambara *de poteſt. legati p.* 9. *à num.* 1. Granatus *ad Veſtrium in pract. lib.* 7. *cap. fin. n.* 39.

Quod ſi etiam deſideras ſcire, quo ordine pro- 22
cedatur in curia à ſupplicatione electi vſque ad perfectam expeditionem Bullarum, reſolutiuè reſpondeo, quod poſtquam ſupplicatio ſignata eſt à ſummo Pontifice *placet*, vel *fiat vti petitur*, ac reuiſa ſubſcriptione datur datario; & tunc in regiſtro inſeritur, deinde in compendium redigitur, quæ reuidetur per Summiſtam; poſtea ſcribuntur Bullæ, ſiue litteræ, in quibus multorum manus apponuntur, in Cancellaria ſolutis conſuetis, poſtremo plumbantur in plumbo; & iam tunc litteræ dicuntur expeditæ: ſic docent Sarnenſ. *in dict. regul. Cancel. de non Iudic. iuxta form. ſupplic. num.* 2. *q.* 2. Mandoſius *ibidem q* 3. *num.* 3. Pariſ. *de reſignat. benefic. lib* 2. *q.* 26. *n.* 17. *&* 18. *& q.* 25. Geminian. *in cap. ſicut de præb. lib.* 6. Felin. *in cap. diligenti in fine de ſimonia.* Scortia vbi ſupra *dict. Theorem.* 138. *in fine*, vbi addit quod poſtquam ſunt in Plumbo regiſtrantur, & dantur partibus.

Hinc poteris inquirere de praxi, quia in exami- 23
nandis Bullis Epiſcopatuum, & aliarum Dignitatum, hic in partibus vtuntur ſupremi Caſtellæ conſiliarij vulgò *de la Camara.* Et ſuppoſitis quæ Ego dixi ſupra *in cap.* 2. *de iudic. de vſu examinandi Bullas, & reſcripta Apoſtolica* ibi *q.* 21. *per Iudices laicos ſupremos*: & ſuppoſitis multis aliis, quæ ſcribit D.D. Franciſcus Salgado *de retentione Bullar.* tu inquam diſſolues ex his, quæ adduxi *ſub quæſt.* 3. *præced. ſub verſ. ad tertiam*: etenim Azeuedus *in Curia Piſana lib.* 1. *cap.* 13. *n.* 12. quem recitat Nicolaus Garcia *dict. p.* 5. *cap.* 4. *ſub n.* 257. ait quod Epiſcopus etiam confirmatus, litteras confirmationis tenetur mittere Regi, & eius Regio Conſilio; & quod antequam ibidem expediantur, non capitur poſſeſſio; ſicut nec Canonici ſuæ Eccleſiæ, niſi litteras has videant, & eis notificentur, non permittant adminiſtrare, & eis præſentatis, & notificatis, tunc capiatur Epiſcopatus poſſeſſio; & quòd nunquam vidit, nec audiuit Epiſcopos etiam confirmatos ante captam poſſeſſionem exercere iuriſdictionis poteſtatem; & quod de conſuetudine ſic teneri vidiſſet ſuo tempore, & audiuiſſe ſic practicari in Epiſcopatu Placentino, & in aliis, quorum notitiam habuit; eſt enim verum quod hæc praxis examinandi Bullas Epiſcopatus in Conſilio ſupremo Caſtellæ à Conſiliariis de Camera Regis viget etiam vſque ad hæc tempora.

Ad

24 Ad tertiam quæſtionis partem, an penſio exigi,
ac ſolui poſſit litteris ſuper illius reſeruatione,
nondum expeditis: & præmiſſis quæ dico infra *in
cap. quia 5. de iudicijs q. 16. & 20.* & quæ latiſſimè
de penſionibus dico *ſub tit. cap. 1.* vt Eccleſiaſtica
beneficia ſine diminutione conferantur, & alibi, vi-
detur vt in hoc caſu non ſit neceſſaria litterarum
25 expeditio, aut præſentatio † quia gratia Pontificis
ſolo verbo perficitur, cum dependeat à verbo *fiat*,
vt dicunt Calderinus *in cap. quiſquis de electione*,
Barbatia *in cap. noſtra num. 19. de reſcriptis*, Rimi-
nald. iunior *in Rubr. de conſtitut. num. 113.* Rebuffus
in regula 34. Cancel. Caſſiodorus *deciſ. 4. num. 2.
inſtit. de cauſa poſſeſſ. & propriet.* & videtur com-
munis opinio ſecundùm Pariſium *de reſignat. be-
neſic. 2. tom. lib. 10. q. 1. à num. 3.* vbi quod ſtatim
quando Papa pronunciat aliquem Epiſcopum ali-
cuius ciuitatis, vel beneficiatum alicuius beneficij,
vel Præbendæ, eo ipſo perficiatur gratia: hanc
communem tradunt Burſatus *conſ. 393. n. 4. vol. 4.*
Maſcard. *de probat. concluſ. 845. num. 20. vol. 2.* vbi
num. 14 allegat pro hac opinione textum *in cap. in-
ſtitutionis. 25. q. 2. cap. dudum §. fin. de ſepulturis*, &
Geminian. *conſ. 103. num. 6.* dicit quod de ſtylo cu-
riæ requiritur ſcriptura, ſolùm ad ſolemnitatem
26 probatoriam. † Et quod ad ſubſtantiam gratiæ non
ſit neceſſaria ſcriptura, cum ſufficiat ſolum verbum
Papæ: & pro hac opinione eſt *deciſio Rotæ 87.
tit. de reſcriptis, alias 182. in antiquis*, Gigas *de
penſionibus, q. 34. num. 1.* & ſic ſi litteris gratiæ non
expeditis, Pontifex moriatur, expediantur tunc
Bullæ in forma *rationi congruit*, vt in *regula 8.
Cancel.* vbi Gomez, & Mandoſ.

27 Et in tantum videtur vera relata opinio; quod
beneficium collatum per ſignaturam ante leuatio-
nem, ſeu expeditionem Bullarum, poſſit cum alio
commutari, vt docent Rebuffus *in concord. in Rub.
de man. Apoſtol. verb. litteras.* Imola *in clem. vnica
n. 22. de rerum permutat.* Probus *in addition. ad Mo-
nachum in cap. licet Epiſcopus de Præbend. & Di-*
28 *gnit. lib. 6.* quod confirmari videtur *ex dicta de-
ciſ. 182.* vbi beneficium dicitur vacare per mortem
illius, cui ſolo verbo fuit collatum, etiam ſi habe-
ret tantum ſignaturam, tenent relatam principalem
ſententiam Vitalin *in clem. dudum de ſepultur.* Selua
in tract. de benefic. 3. p. q. 22. eamque procedere etiam
in foro conſcientiæ; quia poteſt quis gratia vti,
licèt Bullæ non ſint expeditæ, docet Abbas *in dict.
clem. de ſepultur. § per illum.* Felinus *in Rubr. de
conſtitut. n. 6. verſ. limita*, ſequitur eos Rebuff. *in
Rub. 4. de mand. Apoſtol. §. 1. verſ. quarto infero*, &
Maſcardus videtur amplecti *de probat. concluſ. 246.*
29 *n. 11.* † dum dicit quod capellania honoris non
30 requirit ſcripturam, nec Bullam Pontificis † quia
hæc priuilegia *viuæ vocis oraculo* ſolent in publicas
tabulas referri, cuius exemplum facile haberi po-
teſt, cum in Archiuo ad perpetuam rei memoriam
cuſtodiantur, vt tradit Maſcardus.

31 Faciunt pro hac opinione alia fundamenta, quæ
refert Zeuallos *p. 2. de cognit. per viam violentiæ,
num. 3. 4. & 6.* vbi tradit cum Felino *in cap. quiſquis
hoc tit.* & *in cap. eam te, de reſcript.* Afflictis *deciſ.
253. num. 6.* Decio *conſ. 175. num. 6.* rationem eſſe;
quia verbum *fiat, vt petitur*; licèt poſſit de futuro
colligi, tamen frequentius accipitur de præ-
ſenti.

32 Contraria verò ſententia *ex regula d. 11. Extra-
nag. iniunctæ hoc tit.* debet teneri, quæ licèt non
claudat penſionis materiam, debet extendi ad eam,
cùm à Papa conſtituatur, Bullis expeditis, quo
inſtrumento penſionarius conuenit eum, qui ei
ſoluturus eſt penſionem, ex communi praxi, quam
docet ex multis Nicolaus Garcia *de beneficiis p. 1.
ſub cap. 2. ſub §. 3.* de quo dixi *in cap. fin. de li-
belli oblatione §. 6.* ex ea ratione † quia ſola ſup- 33
plicatio dicitur exiſtere in vtero; donec per lit-
terarum expeditionem in mundum producatur,
vt dicimus de poſthumo, qui nihil eſt, dum eſt
in vtero, Burſatus *conſ. 193. num. 21.* Maſcard. *de
probat. volum. 2. concluſ. 845.* eam docent in ter-
minis Flaminius Pariſius *lib. 10. de reſignat. benefic.
p. 2. q. 1. num. 6.* Geminian. *conſ. 106.* Oldradus 320.
num. 8. Mandoſius *in Rub. de conſtitut. num. 50.*
vti fuit etiam practicatum, & reſolutum in Rota
*deciſ. 20. num. 5. de Præbend. in nouiſſimis, & de-
ciſ. 27. de reſcriptis.* Bellamera *deciſ. 746.* Felin.
in dicto cap. eam te, de reſcript. col. 3. Gigas *de
penſionib. reſponſo 42. num. 11.* Caſſaneus *conſ. 11.
num. 27.* † reſoluentes etiam in gratia beneficiali 34
requiri expeditionem Litterarum, & ante gratiam
dici informem, & imperfectam † quia ſemper in 35
gratiæ conceſſione cenſetur ineſſe quædam tacita
conditio, ſi litteræ expediantur, vt tradit Bella-
mera *deciſ. 34. verſ. & puto* Rota *deciſ. 27. tit. de
reſcriptis, in nouiſſimis*, Miles *in repertor. verb.
gratia Apoſtolica.*

Et ob prædictam rationem tradunt Pariſius, *vbi* 36
ſupr. Zeuallos qui ſic amplectitur, vt veriſſimum
in iudicando, & conſulendo *dict. q. 41. & 19.* fuiſſe
factam regulam Cancellariæ, qua cauetur, & diſ-
ponitur, vt non iudicetur iuxta formam ſupplicatio-
nis, dicentes eam regulam emanaſſe propter duas
cauſas *q. 3.* relatas, nempe ad obuiandas falſitates,
quæ in ſupplicationibus facilius committebantur,
quam in Bullis; item ne fieret præiudicium Officia-
libus Romanæ Curiæ, qui apponunt manus ſuper
litteras Cancellariæ, indequè conſequantur quæ-
dam emolumenta conſueta præſtari, ratione offi-
ciorum emptorum † adduntquè relati ob hanc 37
cauſam; donec Litteræ ſint expeditæ gratiam dici
informem, & non poſſe exequi: & prædictis addo
Sayrum *in deciſ. 37. de ſimonia* reſpondentem,
Maynardum *in deciſ. 16. lib. 1.* Riccium *collect.
1665.* ſuper gloſſam *in cap. 1. de cenſur.* dicentes
vt non poſſit exigi penſio, litteris non expeditis;
nec propterea poſſit cogi per Iudicem ad ſolutio-
nem penſionis.

Eſt tamen dubium, nùm ſi ſe obligaſſet penſio- 38
narius de illam ſoluendo abſque Litteris teneatur;
& licèt Caſſadorus affirmet *in deciſ. 2. de penſion.*
† Tamen reſpondeo hodie eius doctrinam ceſſare 39
virtute clauſularum, vigore Litterarum deſuper
expeditarum, nec alias perſoluenda quæ tempore
Greg. XIII. apponi cœpit, & clauſulæ apponi
ſolitæ à tempore Sixti V. quæ eſt magis reſtricta
vigore Litterarum Apoſtolicarum deſuper confi-
ciendarum, nec ante alias præſens reſeruatio nulla
ſit ipſo iure perſoluenda, reſoluit Riccius *in dict.
col. 1665. in fine*, dicens ita pluries iudicatum fuiſſe
in Rota, & ſignanter *in vna veronen. penſionis 11.
Iulij* 1592. coram Melino, & *in vna ſabien. penſio-
nis 13. Iunij* 1594. coram Manrica.

Vide pro maiori declaratione, & in confirma- 40
tionem infero primo quod ſi aliquis capiat poſſeſ-
ſionem beneficij, & ſola ſupplicatione ſignata, lit-
teris non expeditis *in forma conſueta*, dicatur intru-
ſus, & perdat omne ius, quod habet ad benefi-
cium; ſic vt de cætero ad illud obtinendum, in-
habilis reddatur, vt fuit ſancitum *in conſtitut. Iu-
lij. III.* quæ eſt 33. *anno* 1553. de qua facit mentio-
nem

nem, Gigas *de penſionib. in epitome de inſtructionibus*
n.38. Burſatus *conſ.193. ſub n.21.* Mandoſius *in dict.*
regula de non iudic. extra form. ſupplication. q.4.
num.2.

41 Infero ſecundò quòd hæredes illius, qui deceſſit
cum ſola ſupplicatione, ſeu ſignatura ante expedi-
tionem litterarum, nullo modo poſſint percipere
fructus illius temporis, ſic Cotta *deciſ.289.* P.iccius
dict. col.1665. in fin. vbi refert ſic reſolutum *in vna*
Aretina Parochialis 13. May 1561. coram Chriſa-
nen.

42 Infero tertiò quòd non valet regreſſus, litteris
43 non expeditis, † & quòd nec Epiſcopus vigore al-
ternatiuæ poſſit prouidere ex ſola ſupplicatione, vt
dicunt, & tenent Mandoſius *ſuprà q.17.* Zeuallos *de*
cognit. per viam viol. p.2. dict. q.41. n.21. vbi *n.22.* ad-
dit cum Oldrado *conſ.336.* Flaminio *ſuprà n.25. &*
26. vt nec diſpenſatio ſuffragetur, litteris non ex-
44 peditis, † & quòd nec relaxetur ſequæſtrum reſigna-
tario habenti ſolam ſupplicationem vigore ſenten-
tiæ latæ fauore reſignantis, niſi expediuerit litteras,
vt dixit Flamin. *dict. lib.10. de reſignat. in 2. p. dict.*
q.2. n.28. referens pluries in Rota fuiſſe ſic iudica-
45 tum, † quia ſecundùm regulam Cancellariæ litte-
ræ non ſolùm requiruntur quoad probationem, &
executionem gratiæ, ſed etiam quoad validitatem,
vt tradunt Mandoſ. *in rubr. de conſt. n.49. & 50.* Ge-
minianus ſuprà *conſ.106.* Zeuallos ſupra *ſub n.22.*
dict. c.41.

46 Ad quartam quæſtionis partem, an poſſit quis
capere poſſeſſionem beneficij propria authoritate,
dixi latè *in c. olim 12. de reſtit. ſpol. q.3.* vbi negatiuè
reſpondi, & per ea, quæ dixi de aliis rebus *quæſt.1.*
& 2.

47 Ad quintam quæſtionis partem, an gratia Pon-
tificis ſit probanda præcisè per litteras, ſeu ſufficiat
eam probare per teſtes: ſi deſideres diſputare re-
petes ad eam probandam per teſtes quæ adduxi ſu-
pra *in hac quæſt. verſic. ad tertiam, in principio:* nam
ibi dicta faciunt pro hac opinione; tum etiam quia
probationes per teſtes, & inſtrumenta æqua lance
admittuntur de iure noſtro communi, & Regio, vt
latè dixi infra *in cap. noſtra 32. verſic. ad ſecun-*
dam de teſtibus.

48 Et facit etiam, quia valet diſpenſatio conceſſa
à Pontifice inter conſanguineos; licèt Bulla diſ-
penſationis non reperiatur; quia ſufficit quod dixe-
rit *fiat*, vt ſit gratia perfecta, vt dicitur Geneſis
cap.1. *Fiat lux, & facta eſt lux*, tenent Rebuffus
in concordant. dict. Rubric. de mand. Apoſtol. verb.
litteras, Ripa *lib.2. reſponſ. Canon.11. de iure pa-*
tron.

Verùm ex ibi dictis *ſub dict. verſ. ad tertiam, à*
49 *verb. contraria*, liquet in ſpecie, de qua loquimur
probationem per teſtes non ſufficere, ſed deſide-
rari Bullarum expeditionem, & earum præſenta-
tionem per fundamenta ibi adducta; & quia vt di-
cit Scortia *in conſtit. Summor. Pontific. epitom.51.*
theorema 137. ante fin. magnum inferretur præiu-
dicium emolumento officialium Curiæ, ſi ſola ſup-
plicatio, aut teſtes, abſque litterarum expeditione
ſufficerent.

Nec eſt abſurdum in iure vt ſint multi caſus, qui
50 non per teſtes, ſed per ſcripturam, debeant probari,
præcipuè in antiquis iuxta quæ dixi *in c. ante penult.*
de probat. ſintque etiam alij, tam ad iudicia, quàm
ad contractus, qui deſiderant pro forma ſcripturam,
vt patet ex adductis, & notatis *ſub cap.1. de libelli*
oblat. & alibi ſæpius, & in terminis *dict. extrauagan-*
iuncta hoc tit. patet ex eius contextura.

Fermoſin. de Offic. & ſacris Eccleſ. Tom.I.

Imò quòd in omni gratia Pontificis deſideretur 51
probatio per litteras, nec ſufficiat per teſtes: proba-
tur deciſum per Dominos de Rota *in deciſ.27.*
alias 232. tit. de reſcript. in nouis, quam ſequuntur
Matthæus de Afflictis *deciſ.361. n.17. & 21. & deciſ.*
319. n.10. Gigas *de penſionibus q.19. n.4. & 13. &*
q.41. n.9. Staphil. *de litteris gratiæ, & iuſtitiæ, tit.*
quibus modis expirant litteræ n.10. tradit Ancharan.
in cap. ex diligenti in fin. de ſimonia, Abbas *in cap.*
qualiter, notab.1. hoc tit. Rebuff. *in concord. de mand.*
Apoſtol. §.1. verſic. ad probandum tamen, pluribus
ſequutis defendit Flaminius Pariſius *p.2. de reſignat.*
benefic. lib.8. q.2. n.7.

Vbi dicit hanc eſſe communem opinionem, & 52
de ſtylo receptam, & à Romana Curia obſerua-
tam, Bellamera ita ſeruari dicens in Curia *deciſ.746.*
& 644. & 43. à n.5. Miles *in ſuo repertorio verb.*
gratia Apoſtolica non cenſetur perfecta, & verb. pro-
batio gratiæ Papalis. Barbatia *in procemio deciſ. con-*
clus.1. §. hac ſanè col.5. dicens quod ita tenetur: quia
aliàs ſequerentur multa abſurda, ſi gratia per teſtes
poſſet probari; & inquit quòd ſuper hoc non eſt
inſiſtendum, cum hæc ſententia ſit approbata per
deciſionem Rotæ.

Idem tenet Gomezius *in regulis Cancel. Apoſtol.* 53
reg.25. qui ſequitur opinionem Felini *in Rubrica d.*
conſtit. n.5. idem *in dict. cap. ex diligenti de ſimonia*,
qui dicit communem, & de communi etiam atte-
ſtatur *in dict. Rubr. de conſtit.* pro qua opinione eſt
optimus textus *in auth. de mandatis Princ. col.3.* ibi:
Si quis autem cui tale aliquid viſum eſt veniat om-
nino non reſpiciens eum, niſi ſacram noſtram pragma-
ticam oſtendat formam, quoad hoc ſcriptam, &c. Et
ſic Zeuallos *in practicis q.722.* ait quòd fundans ſe
in gratia Pontificis, debet eam oſtendere ad euitan-
da abſurda, & falſos teſtes, quæ euenire poſſent ſi
adhiberentur probationes per teſtes, maximè cum
difficile, & quaſi impoſſibile ſit, quod teſtes ſciant
continentiam gratiæ, & omnem formalitatem. Et
pro hac opinione facit textus *in cap. porrò de priui-*
legiis, ibi: *Ex ſuſpectione priuilegiorum.*

Vnde quamvis Dominicus *in procem. 6. §. vniuer-* 54
ſitatis, n.4. in fin. Franc. *ibi*, Archidiacon. & Ioan. An-
dreas, Decius latè *in dict. Rub. de conſt. in 1. lect. n.39.*
allegans plures deciſiones Rotæ maximè *deciſ. 96.*
alias 5. de probat. vbi quòd reſeruatio poſſit teſtibus
comprobari, teneant gratiã poſſe teſtibus compro-
bari; & quòd litteræ ad eius comprobationem non
requirantur; ego tamen pro ſecunda ſententia reſ-
pondeò illam eſſe tenendam propter Curiæ ſtylum
& fundamenta ibi facta, & opinionem primam,
quam tuentur proximè adducti ſubſiſtere, inſpe-
ctis regulis iuris iam notatis; quia vt dixi parem
vim obtinent teſtes, & ſcripturæ, vt *in l. in exer-*
cendis cod. de fide inſtrument. Vitalis *in dict. clem.*
dudum, per textum, *ibi*, dum dixi valere gratiam
Apoſtolicam, licèt in ſcriptis non ſit redacta: quo
pacto optimè concordat prædictas opiniones Maſ-
cardus videndus *de probat. concl.845. n.10.* qui ad
hanc quæſtionem elucidandam poſuit ſeptem nota-
biles limitationes: quo pacto ſunt intelligendi Selua
de benefic. in 2.2. q. partis 3. Oldrad. *conſ.325. n.5.*
& 6. Socin. *conſ.59. n.14. volum.1.* dicentes ſic com-
muniter ſecundam dictam opinionem amplexos
fuiſſe Canoniſtas *in cap. nulli de reſcript.* ex gloſſa
fine iuxta textum, ibi, *in cap. ſi motu proprio de re-*
ſcriptis l.6. quam ſequuntur communiter Doctores,
ibi, & Hyppolitus de Marſil. *in Rub. de prob. n.36.*

Nec facit pro dicta prima ſententia quòd col- 55
latio beneficij poſſit etiam teſtibus comprobari, vt

patet *in deciſ. 780. alias 38. de probat.* quia in hac
eadem ſpecie, vt collatio beneficij non poſſit te-
ſtibus probari, cum litteræ collationis ſint neceſſa-
riæ, probant magis communem, Flamin. vbi ſu-
prà *n.* 33. & quod ita practicatur de Stylo Curiæ
56 † Additque Zeuallos *de cognit. per viam viol.*
dict. 2. p. quæſt. 41. num. 25. ſæpius allegaſſe in
cauſis Capellaniearum, quæ tractabantur in Con-
ſilio Archiep. Toletani; quòd ſi dubitaretur an
Capellania ſit collatiua, & aliquis ex oppoſitori-
bus vellet probare collationem per teſtes, vt non ſit
admittendus, nec audiendus; quia eſt neceſſarius
titulus collationis; & quòd alias non debeat iudi-
cari beneficium Eccleſiaſticum; licèt contrarium
teneat Maſcardus *concluſ. 313. de probat. vo-
lum. 1. num.* 21. quia iura ab eo allegata illud non
probant; & commendat hæc ſummæ notanda à
Litteratis; quia ſæpè in praxi contingit dicens ita
fuiſſe reſolutum in Rota, vt tradit Proſperus Fa-
rinac. *deciſ.* 24.

57 Ad vltimam quæſtionis partem quibus pœnis
puniantur admittentes electos Epiſcopos, ſiue
alios, vt adminiſtrent ante confirmationem, ex
textu noſtro, & *cap. auaritia hoc tit. lib.* 6, & an-
tequam Litteræ gratiæ ſint expeditæ, & præſenta-
tæ originaliter in Capitulo; igitur *in dict. extrauag.
iniuncta hoc tit.* cauetur Capitulltres recipientes
electos, vel eis obedientes ſine litteris Pontificiis,
eſſe ſuſpenſos à ſuis beneficiis, & clarè Pius IV.
in prædicta ſua conſt. 86. *olim* 100. *edita anno* 1564.
quæ incipit *Sanctiſſimus*, *in* §. 3. loquens de Præ-
latis religionum electis, ſtatuit, vt interim non
audeant ante confirmationem ingerere ſe in ſpiri-
tuali, ſeu temporali regimine; ſic vt ſe gerant pro
Prælatis; & quod alioquin ſint priuati, & ibi
58 deinceps inelegibiles. † Et quod ordinum Supe-
riores tales electiones confirmantes ſint priuati ſuis
Dignitatibus; & quod Ordinarius loci, etſi Archie-
piſcopali, & maiori præfulgeat Dignitate, inter-
dicitur ab ingreſſu Eccleſiæ, & ſuſpenditur à regi-
mine, & adminiſtratione ſuæ Eccleſiæ: ita docet
etiam Scortia *in dicta Pij IV. conſtit. epitome* 82,
theorema 215. *in fine.*

Qvæstio V.

An vt electus, & confirmatus admittatur à Capitulo, præcisè requiratur præſentatio litterarum, vel ſufficiat quod Capitulum habuerit notitiã de prouiſione, & de litteris expeditis. Et nùm ſi Rex de tali expeditione fidem Capitulo faciat ſchedula, aliove teſtimonio, teneantur Capitulares ad rogitum Regis electum admittere; ſi non vt Epiſcopum, ſaltem, vt Gubernatorem; donec litteras originales præſentet, vbi refero caſum de facto cum Eccleſia Aſturicen. anno præterito 1640, An valida ſit conſecratio Epiſcopi antequàm recipiat Bullas Romæ emanatas, vt poſſit conſecrari etiam ab vno Epiſcopo: & quid de accipienda poſſeſſione Epiſcopatus?

Svmmarivm.

1 *Electus, & confirmatus, vt admittatur à Capitulo, præcisè requiritur litterarum præſentatio* n. 2. & 3.

3 *Capitulum ſede vacante, habet ius conferendi, donec litteræ Epiſcopi ſint expeditæ, & præſentatæ* n. 4. 8. & 10.

5 *Schedula Regis Philipi IV. miſſa ad Decanum, & Capitulum Aſturicenſis Eccleſiæ ſuper recipiendo Epiſcopo electo, vt Gubernatorem: & quid acciderit, ea viſa à Capitulo,* à n. 6. *& de intellectu ſchedulæ,* à n. 9.

6 *Aſturicenſ. Capitulum qualiter ſe defendendo oppugnauit admittere ſine Bullis D. Didacum de Salzedo Epiſcopum nominatum: & quid tunc contigerit* n. 7.

10 *Capitulum à morte Epiſcopi gubernat, adminiſtrat, confert beneficia &c. donec ſibi conſtet de nouo Prælato.*

11 *Clauſula ſolita poni in Bullis electorum ad Epiſcopatus, & ad alias Dignitates.*

12 *Nauarrus qualiter intelligat Extrauagantem* iniunctæ de Electione, *& clauſulam voluntatis ſolitam in Bullis inſeri &* in foro conſcientiæ, *n.* 13.

14 *Rex Hiſpaniæ in duobus caſibus nominauit, ſede vacante Gubernatores Laicos, Compluti, & Talabaræ.*

15 *Rex ſemel donatum non aufert.*

16 *Epiſcopus electus, vt Gubernator admitti non debet* n. 18.

17 *Commendatarius ad tempus poteſt à Capitulo recipi, litteris non expeditis.*

19 *Capitulum non debuit Epiſcopum confirmatum ſine Bullis recipere* n. 20.

20 *Capitulum an poſſit remouere ad libitum Vicarium Generalem, vel Prætor Locum tenentem remiſſiuè.*

21 *Epiſcopus electus ſine Bullis nequit ab vno Epiſcopo conſecrari* à n. 24. *contra Solorʒanum, & contra reſponſum Conſilij Indiarum allatum* n. 22. & 23.

22 *Conſilium Indiarum quale reſponſum præſtitit circa conſecratum Epiſcopum ab vno tantùm, & non à tribus Epiſcopis.*

24 *Formula interrogandi ab Epiſcopo conſecrato ante conſecrationem impertiendam conſecrando ſuper mandato, & Bullis* n. 25.

25 *Secretarius Epiſcopi conſecrandi, legit coram teſtibus mandatum ad conſecrandum.*

26 *Sacramẽtali in materia aliud eſt probabile eſſe licitè poſſe fieri, aliud probabile eſſe valide fieri.*

27 *Conſecratio Epiſcopi cum opinione tantùm probabili, eſt illicita.*

28 *Conſecrationis materia, requirit Bullarum notitiam; ſic vt nec ſufficiat teſtium probatio,* & n. 29.

30 *Poſſeſſionem capiens litteris non expeditis, intruſus dicitur, & ius amittit.*

31 *Extrauaganti* iniunctæ de Electione, *ante litterarum exhibitionem & iuramentum electi, locum non habet: & ad quid veniret* n. 35.

32 *Probatio per teſtes vt quis ſit Epiſcopus, pronunciatus non ſufficit.*

33 *Conſecrari poteſt Epiſcopus intra Curiam, ſola notorietate, ſeu viuæ vocis oraculo, extra eam, non ſine litteris ſub pœnis* n. 34.

AD primam quæſtionis partem, ad quam am- 1
plius reſpondetur per dicta *in q. præced.* & *in
hac quæſt. verſic. ad ſecundam*; etſi pro affirmatiua
ſententia, nempè, vt ex ſola notitia prouiſi, & ex-
peditionis

peditionis litterarum abſque earum præſentatione,
queat Capitulum admittere electum,& confirmatú
Epiſcopum aliumvè prouiſum ad Dignitates, ſiue
Canonias Eccleſiæ, vt ſenſerunt Calderinus *conſ.4.*
de officio legati,Felinus *in cap.catorum,num.16.verſ.*
ſed caue de reſcriptis,Rebuff.*in praxi titulo de for-*
*ma vicariatus, num.*210. Couarruu. *practic. cap.9.*
2 *n.7.verſ.ſecunda concluſ.* † Tamen idem Felin.*in d.*
cap.catorum num.17.verſ.extenſio 1. Boërius *q.347.*
n.16.& 17.& in terminis *extrauag.2 hoc tit.*de qua
latè *ſub q.3. & tota q. 4.* Rebuffus *titulo de ſim.* in
reſignatione comprobans pluribus rationibus, &
Nicolaus Garcia *de beneficiis p.5.cap.4 num.152. in*
fine, dicunt prædictos Doctores relatam doctrinam
tenentes, non loqui, quando lex requirit præſen-
tationem litterarum: nam tunc, & ego cum Re-
buffo, Boërio, Garcia, & aliis fateor ſolam noti-
tiam ſufficere, & nego eam ſufficere, quando præ-
ſentatio requiritur:& vtramque opinionem in ſuo
ſenſu veram èſſe iuxta quæ dixi *quæſt. præced. in*
verſ.ad quartam per totum.

3 Nec enim allegata in contrarium procedent,
quando ageretur de præiudicio alterius vt docent
Felinus *in cap.ex parte Decani de reſcript.n.*22.Bar-
tol.*in l.1.n.20.de noui operis nunciat.*Ripa *in l.quod*
eo n.61.ff.ſi certum petatur; ſed ſic eſt quod in præ-
ſenti tolleretur ius Epiſcopale, quod habet Capi-
tulum ſede vacante, circa collationem beneficio-
rum;& propterea donec ſint litteræ expeditæ, non
prohibeatur continuare ſuam iuriſdictionem, tali-
ter vt collatio ſequens per Capitulum facta, te-
neat,& ſit valida, vt in terminis defendit Nicolaus
Garcia *dicta p.5.cap.4.n.252. in fine, & n.253.* vbi
vltra citatos per Rotam addit Felinum *in conſ.* 40,
n.9.& 7.& reſpondiſſe *in vna Segobien Canonic.*de
qua meminit *dict.q.5.cap.1.n.239.* ſicut etiam tra-
dit Gonzalez *in reg.* 8. *Cancellaria gloſſa* 15. *§.2.à*
*n.*80.referens dictam deciſionem dicens fuiſſe poſt-
4 modum à Rota canonicatum, † imò addit Garcia
ſe conſultum reſpondiſſe in alio ſimili caſu vnius
Canonicatus Corduben. Azor.*2.p.moral.lib.3.c.29,*
q.9.& lib.6.cap.25.q.11. Gratianus *diſcept. forenſ.*
cap.127.num.45. Piaſecius *in praxi Epiſcopali, in*
proœmio n.4.& 5.& *Summa Bullar.* Quaranta *verbo*
*verbo Capitulum ſede vacante, n.13.*quamuis antea
*ibi q.8.*tenuiſſet cum Rota *deciſ.182.*& faciunt *di-*
cta in quæſtionibus præcedentibus. Ergo.

5 Ad ſecundam quæſtionis partem,vt reſpondeam,
duxi referendam litteram Schedulæ Regis noſtri
Philipi IV.Iulij die 24. anoi 1640. ibi: *Venerable*
Dean y Cauildo de la Igleſia Cathedral de Aſtor-
ga, ſede vacante, y a ſaueis como auiendo yo pre-
ſentado a eſa ſancta Igleſia a Don Diego Salzedo
Veancos, ſu Santidad lepaſo en ſu fauor à mucho
dias y ſe le expedieron las Bullas, las quales por al-
gunos accidentes, que ſe ofrecieron, ſean perdido; y
aunque con eſta noticia, ſe habuelto a eſcriuira mi
enuajador, para que de ordende deſpachar nuebo du-
plicado, y ſegun los auiſos que a auido ſe entiende
lo eſtan todauia, la dilacion tan larga, como en eſto
ha auido, y ay a ocaſinado en mi conſejo de la Ca-
mara el reparo de que ſeria iuſto que el obiſpado vaya
a reſidir en eſa Igleſia, y eſperar en ella las Bullas,
ſu pueſto que eſtando, como eſta, goçando los frutos
de el obiſpado es obligzaion ſuya aſiſtir à ſu gouier-
no à la viſta de los ſubditos para ſu mejor doctrina,
conſuelo, y expedicion de los negocios, que ſe ofrecie-
ren, como aquel, acuyo cargo ha de eſtar a delan-
te, y teniendo conſideracion a las cauſas referidas,
y otras muy iuſtas que ſe reconocen de el ſeruicio de
nueſtro Señor, y mio, y bien de eſſe obiſpado, os
ruego, y encargo admitais al dicho D. Diego
Veancos en eſa Igleſia, como Gouernader de ella, y
de eſſo obiſpado, dandolo para ſu execuzion los pode-
res, y recaudos neçeſarios en el, entre tanto que lle-
gan ſus bullas, y toma la poſeſſion de el como Prela-
do; euque reçiuire de vos otros particular ſerui-
çio, y enque me auiſeis luego, como lo aueis cum-
plido, de buen retiro dict.die,menſe, & anno, (yo)
el Rey. *Por mandado de el Rey Nueſtro Señor. An-*
tonio de Aloſa Rodarte.

Iter fecit cum hac ſchedula Regia ab hac Matri- 6
tenſi Curia prædict. *D. Didacus de Salçedo Bean-*
cos, Epiſcopus nominatus. & electus ad dictam
Eccleſiam Auſturicenſ. obuiamquè fecerunt no-
mine Eccleſiæ, & Capituli quatuor Capitulares,
Dignitates, & Canonici illius Eccleſiæ, quibus in
oppido de Vañeza, eiſdem propalauit ſchedulam
relatam, & Bullis carere: quo relatu io Capitulo
coram Præbendatis, reſolutum fuit de eo non ad-
mittendo, etiam vt Gubernatorem interim, ac Bul-
las præſentaret, poſſeſſiooemque caperet Epiſco-
patus; & quod reſcriberetur omnibus. Decanis.
& Capitulis Caſtellæ, & Legionenſ. factiſquè ſu-
per præſenti dubio, diuerſis, & repetitis ſeſſioni-
bus Capitularibus, & decretatum, vt ſuprà, me
præſente, † qui tunc eram Canonicus Doctoralis, 7
ſuffragium, ſeu votum in ſecretis illi Capitulo
propalando iuridicum communi conſenſu, ſub
pœna centum aureorum, ſi iret non feciſſem intra
horas 24.fui nominatus ad ſupplicandum,& repre-
ſentandum coram Domino Noſtro Rege, eiuſque
Conſilio ſupremo Regio, & Cameræ à prædicta
ſchedula, quod cautè per dies octo diſtuli; eo
quod ab eodem Epiſcopo percepi, illud in mo-
leſtiam recepiſſe, & ſe certo ſcire Bullas origina-
les mittendas ei eſſe eo quod diu eſſent io Came-
ra præſentatæ; cumquè ſic accidiſſet, ceſſauit deſi-
dium, eique data fuit poſſeſſio iuridicè, vt moris
eſt. Verum quia tunc ego longam allegationem Iu-
ridicam fecerim, explanando mentem prædictæ
ſchedulæ pro illa,& pro Eccleſiæ fundamenta ra-
dicitùs ſcribendo, quam originalem ipſi Capitulo
tradidi, vt reponeretur in ſuo Archiuo; nunc iam
vides qualiter ex ante dictis *à q.1.* huius tractatus
ſit prædictæ ſchedulæ ſatisfactum,præſtans intelle-
ctum *cap.6.9.cap.15.17.& cap.nihil,* cum aliis hu-
ius tituli;item *cap.auaritia eodem l.6.& dict.Clem.*
iniuncta.eodem, ac Bullis Summorum Pontificum
Iulij II.& III.Pij IV.& Pauli V.de quibus *q.præced.*
conuincens ex illarum tenore,nullo modo poſſe Ca-
pitulum illud compelli,ad ſic vt gubernatorem re-
cipiendum illum D. Didacum Epiſcopum ele-
ctum, dum Bullas originales Capitulo non præſen-
taret. † Item quia cum Capitulum ſede vacante 8
haberet iura Epiſcopalia, iudicandi, & conferendi
beneficia, vt ſolet in omnibus Epiſcopatibus pra-
cticari, non erat cur Capitulum vinceretur ad id,
amittendo ius ſibi de iure, & à Pontificibus com-
petens per dicta *in hac quæſtione à numero* 1. &
per alia infinita, quæ tunc cumulaui, quibus
addes pro complemento multa, quæ dixi ſu-
pra *in cap. Eccleſia Sancta Maria de conſtitut.*
quibus abundè probo leges, mandata, edicta,
ſchedulas Regias, & alia ſimilia præcepta, non
poſſe decerni contra ius, & libertatem Eccleſiæ, &
ex plurimis, quæ dico *ſub titulo de Iudic. & foro*
compet. † Nec ex verbis prædictæ ſchedulæ Regiæ 9
ſuadetur aliquid côtra;imò potius ſuadetur volun-
tas illo prætextu eiciendi ab hac Curia illum Epiſ-

copum ſic plectendo; quia tunc temporis auditum publicè fuit ſecreto illum reſignaſſe aliqua beneficia Eccleſiaſtica ad fauorem aliorum, quæ publicè faſſus erat, cum nominaretur Epiſcopus, libera tunc temporis poſſidere, Regique vacare vt ſolet, & amplius ſuadetur; quia ſi Rex pro comperto haberet, poſſe iure dictam ſchedulam decernere, alias inquam temporibus retro, & vſque ad hoc tempus decretaſſet ipſe, eiuſque anteceſſores miſiſſent etiam, nec deſiſterent modo vllo; donec capitula Eccleſiarum admitterent electos Epiſcopos, vt Gubernatores, ſiue Prouiſores, ſaltim donec Bullæ præſentarentur.

10 Et pro hac ſolutione, ſiue Capituli contradictione faciunt dicta *in verſic. ad primam*, huius quæſtionis; item quæ dixi ſupra *quæſt.3.à num.15.* vbi quod etiam de iure communi ex textu noſtro cum aliis, *& cap. auaritia hoc tit. lib.6.* Capitula Cathedralium Eccleſiarum adminiſtrant in Epiſcopatu, vti ſede vacante; donec ſit capta poſſeſſio per Prælatum: & ibi *num.16. & 17.* de ratione; item quia, vt latiſſimè dico infra *in titulo*, vt ſede vacante, nihil innouetur Capitulum, à morte Epiſcopi gubernat, adminiſtrat, beneficia confert, iuriſdictionalia exercet modo ibi dicto; donec ſibi conſtiterit de nouo Prælato prouiſo, cui non de facili debet credere, niſi euidenter conſtet, & hoc per litteras Apoſtolicas Capitulo oſtenſas, & præſentatas ſecundùm ea, quæ etiam de iure communi dixi ſupra *in dict. quæſt.3.à num.* 20. vti etiam probaui fortiſſimis aliis fundamentis in dicta allegatione tradita Capitulo præfatæ Eccleſiæ Auſturicenſi, quæ non repeto, ne longè agam, quod vberius iam patet *ex dict.extrauag.2.hoc tit.* & *ex Bullis Iulij II. Iulij III. Pauli IV. & Pij IV.* de quibus ſub *quæſt.4.*

11 Et inſuper facit illa Clauſula ſolita poni in Bullis electorum ad Epiſcopatus, & alias Dignitates in ſequentibus verbis: *Volumus autem quod intra ſex menſes à data præſentium computandas litteras Apoſtolicas ſuper prouiſione, & perfectione huiuſmodi ſub Plumbo in totum expedire, & iura Cameræ Apoſtolicæ propterea debita perſoluere, tenearis, alioquin, eiſdem ſex menſibus elapſis, prouiſio, & per-*
12 *fectio dictæ nulla eſſe cenſeantur.* † Quorum verborum occaſione Nauarrus *in cap. accepta de reſtit. ſpoliator. oppoſit.8 à num.12. ad fin.* latè explicando *dict. Extrauag. 2. huius tituli*, licèt quaſi de ſimili dando reſponſum pro Eccleſia Conimbricenſi, aliter reſpondendo, & noſtris ſatisfaciendo affirmet quod ſi poſt captam ab Epiſcopo poſſeſſionem iuxta relatam clauſulam *volumus*, per dictos ſex menſes, litteris non oſtenſis, non poſſit Capitulum ab eo poſſeſſionem auferre antiquam magis quam deciſio relatæ *Extrauag. 2.* tamen addit eſſe Capitulum in obligatione, vt antequam admittat Epiſcopum electum, & confirmatum petendi ab eo, vt ipſimet Capitulo petenti Bullas, Epiſcopus exhibeat, ſic vt ſi earum copiam non fecerit, nec poſſit idem Capitulum talem electum Epiſcopum admittere, nec ipſe electus Epiſcopus inſtare abſque eo, quòd omnes incurrant in pœnis *dictæ Extrauag. 2.* ita Nauarrus legendus ibi, *à num. 23. verſic. ad*
13 *primum*, † qui dixit *dicta oppoſit.8. in dicto cap. accepta num.35. verſic.11.* quem referunt Barboſa *in dicta extrauag.n.3.* & Ioannes Valerius *de different. inter vtrumque forum, verb. Obedientia, different.4.* vt deciſio *dict. Extrauag.* non procedat quoad pœnas in foro conſcientiæ, & ex Alex. Ludouiſio D. Franciſco Salgado, Tamburino, & ex eodem Nauarro Solorzano *in politica Indiana lib.4.cap.1. in fin. ſub verſic. à le qual ſe alega*, & poſt Diana *part.12. tractat.1. reſ. 58.* illum ad litteram referens.

Nec faciunt aduerſus prædictam reſolutionem 14 caſus, quos refert Bobadilla *lib. 2. politicæ cap.18. num.93. caſo 23.* ibi: *Y aun en ſede vacante auerſe practicado en el Arçobiſpado de Toledo por muerte de Fr. Bartholome de Carranza, y lo miſmo por muerte de D. Gaſpar de Quiroga, proueiendo Alcaldes Mayores en Alcala, y en la Villa de Talauera*, ex ea ratione; *por que los Reyes tienen la ſuprema Mageſtad, y Iuriſdiçion en las tierras de Señores, y las pueden con cauſa, y ſin ella ſupprimir las Iuriſdiçiones*; quia vt vides iſti caſus ſunt diſſimiles, & circa gubernium iuſtitiæ illorum oppidorum ex vi Iuriſdictionis Regiæ, ad Regem ſpectans, à quo profluit conceſſione illius Archiepiſcopos Toletanos, in quorum Sede vacante potuit facere ex doctrina de iuriſdictione feudali, quam longè retuli *ſub cap. cæterum de iudic.* & ex his, quæ adduxi *in allegatione fiſcali*, pro ſancto Officio Inquiſitionis, poſita *in fine tituli de foro competenti poſt indicem, numero* 50. vbi ex multis dixi appellationem latæ ſententiæ à Iudice Laico nominati ab Epiſcopo eſſe faciendam ad alium iudicem ſuperiorem Laicum; non inquam Eccleſiaſticum, cum in origine ea iuriſdictio ſit Regia adhærens Epiſcopis ex conceſſione Re-
gia. † Nec enim tunc dicitur quod Rex ſemel do- 15
natum auocat contra ea, quæ latè ſcripſi *in dicta allegatione*, item *in cap. 2. de iudiciis quæſt.17.* & alibi quia nihil aufert; vtitur inquam iure ſuo, Epiſcopo mortuo, & interim quo alius prouidetur, nec capitulum Toletanum potuit legitimè in relatis caſibus conqueri de facto Regis; quia ſi conceſſio facta fuit tantum Archiepiſcopis; etſi ex regula iuris, Capitulum ſede vacante, eligat, & nominet illos miniſtros Laicus, ſed non omnino excludet Regem aliud decernentem, præcipuè cum cauſa, ſicut poteſt conſiderari in relato duplici caſu
de Alcala y Talauera. † Quod ſecus eſt in terminis 16
iam adductæ ſchedulæ, vt reciperetur, tanquam Gubernator *dict. D. Didacus de Salzedo*, à Capitulo Auſturicenſi; quia quantumuis Capitulum ipſum, hoc facere poſſet ſine incurſione pœnæ *dict. extrauag.2. huius tit.* noſtrique textus, & aliorum, & *dict. cap auaritia*; ſiquidem admittendo illum ad gubernandum, erat pro limitato tempore, dum Bullæ originales præſentarentur, de quarum expeditione in Dataria per teſtimonia, fidem Rex noſter in ſchedula faciebat, cui non eſſet iniquum credere, quamtumuis aliud firmari poſſit per illa, quæ ſcripſi infra *in cap.28. de teſtib. q.3.* & hoc iuxta vnam ex limitationibus, quam ponunt Doctores ad deciſio-
nem *dict. extrauag.2. hoc tit.* † quatenus eam limi- 17
tant in commendatario ad tempus; quia Extrauagans illa loquitur tantum de titulari, prout tenuiſſe Rotam, referant Flamin. Pariſius *de reſignat. benefic. lib. 7. quæſt. 21. num. 20.* Barboſa *in dicta ex-*
trauag. num. 4. † Tamen reuera conſideratis om- 18
nibus iam dictis *à q. 1. huius cap.* mihi admodum difficile videtur, vt idemmet nominatus, electus, confirmatus, poſſit ad tempus, vt Gubernator tantum Epiſcopatus, à Capitulo recipi, durante Sede vacante; ita vt tam Capitulum recipiens, quàm Epiſcopus admiſſus, vt Gubernator ad tempus etiam limitatum, & paruum, id exequi poſſet ſine incurſione dict. iurium & dict. extrauag. & conſtitutionibus Pontificiis.

Et

19 Et eſto quod Capitulum moueretur ad illum Epiſcopum admittendum, vt gubernatorem, conſiderando, & recognoſcendo cauſas legitimas eas, vel ſimiles, quibus Rex noſter motus fuit ad decernendum ſchedulam illam, reſtabant nunc examinanda dubia, nùm id iure poſſent ſine præiudicio immunitatis, ſiue iuris totius ſtatus Eccleſiaſticí ad doctrinam, de qua latiſſimè dixi *per cap. 1. ſi diligenti, cap. ſignificaſti 18. de foro comp.* iuxta notata ſupra *à num. 1. noſtra quæſt. & dict.* 20 *quæſt. 3. à num. 15. & 20.* † item nùm poſſet Capitulum remouere Vicarium adminiſtratorem, ſeu gubernatorem, iam antè à ſe nominatos, vt locum faceret, prædicto Epiſcopo electo ſine Bullis veniente; ad quod applicabis nonnulla, quæ ſcripſi *ſub cap. 4. de foro compet. ſub quæſt. 13.* vbi: *An poſſent prætores ad libitum remouere ſuos locum tenentes, vel Epiſcopi ſuos Vicarios*, & ibi *quæſt. 14. An Capitulum ſede vacante poſſit remouere Vicarium generalem*, & ne tibi faſtidioſus appaream ſolùm aduerto me in præfata allegatione tradita Capitulo auſturicenſ. vt reponeretur in ſuo archiuo ſerio plura mouiſſe, & reſoluiſſe, ſed ſatis pro reſolutione apparet ex adductis, tam *in noſtro verſ. ad ſecundam*, quàm in cæteris quæſtionibus & amplius dicta Extrauagans exemplificatur ex dicendis *à verſ. ſequenti, & q. ſeq.*

21 Ad tertiam, & quartam quæſtionis partem de Epiſcopo conſecrato ab vno tantum Epiſcopo, nondum litteris præſentatis Capitulo. Et ſuppoſito quod dico infra *in cap. Archiepiſcopus 6. à qu. 1. de temporibus ordin. de conſecrat. Epiſcopi*, & nùm præciſe à tribus Epiſcopis debeat ſemper conſecrari, vel ſufficiat vt conſecretur ab vno tantùm; & item quod D. Ioannes de Solorzano *in politica Indiana lib. 4. cap. 5. in fine*, occaſione caſus oblati in Indiis cum Reuer. Pater D. Fr. Bernardinus de Cardenas Epiſcopus Paraguai conſecratus per Reuerendiſſimum Tucumam, præhabita informatione, quod iam Bullæ expeditæ eſſent in Curia, quæ caſu fortuito, nondum ad manus eius perueniſſent; & quia refert fuiſſe ab aliquo reſcriptum ex illis partibus ad Dominos Conſiliarios hîc Matriti degente in ſupremo Indiarum conſilio illud eſſe nouum, & inſuper conſecratum, & conſecrantem in pœnas, & cenſuras incidiſſe, nonnullas referens rationes ex Auguſtino Barboſa, & aliis, quæ negatiuam adſtruunt ſententiam, & ſunt ſimiles ponderatis ſuprà *in hac, & præcedentibus quæſtionibus* ex regula textus noſtri, & aliorum, item, & *dicta extrauag. iniuncta hoc tit.* tamen ipſe Solorzano omnibus illis rationibus ſpretis, conatur acerrimè defendere caſum, de quo loquimur non includi in contextura dictæ Extrauag.

22 Tum quia reſpondeo dict. Conſilij ſupremi Indiarum anno præterito 1649. hinc inde; conſideratis difficultatibus, tantum decreuiſſe, vt ſcriberetur ad Prælatos, petens ab eis, vt conſilio reſcriberent ſuper integra notitia illius actus, & circa omnia, quæ in eo interueniſſent, eos monendo, ne amplius ea forma vterentur, cum quid extraneum conſilio appareret, propter multiplices fraudes, & inconuenientia, quæ ex contraria praxi poſſent contingere, ſi in aliis occaſionibus ſimilis alia conſecratio fieret; & quia etiam illud erat in præiudicium Regij Patronatus, cuius eſt conſuetudo remittendi ad Epiſcopum electum apud Indos, ſimul cum Bullis Regiam prouiſionem, vt ipſæ Bullæ adimpleantur; & quod Epiſcopo accommodentur fructus, & redditus ſui Epiſcopatus, hancque prouiſionem appellari *executoriales* inſuper addens nullum ſe ſe obtuliſſe dubium ipſi Conſilio ſuper nullitate dictæ conſecrationis. Conſtito de veritate expeditionis per teſtium informationem; & quod Bullæ fuerunt amiſſæ, affirmans ſolam ſufficere notitiam; & quod hæc valet haberi, iuxta quandam Rotæ declarationem, & ex Farinacio per Epiſtolas particulares; præcipuè apud Indos, vbi per magnam diſtantiam à Romana Curia, & pericula itineris ita longæui, item per nauigationes crebrius poſſint, non ſolùm retardari; imò & amitti; & quòd ex illo reſpectu ibi ſit introductum, vt cum ſola ſchedula Regiæ præſentationis, Epiſcopi nominati regant, & gubernent ſuos Epiſcopatus † addens vt licèt regulariter quælibet gra- 23 tia Apoſtolica, debeat Bullis probari, ſed non inde fieri, quin in caſibus nonnullis, poſſit teſtibus probari, ſeu alio probationis genere, iuxta reſolutionem Rotæ, Tamburini, D. Franciſci Salgad. & aliorum, exemplis exornans caſus deciſos, inordinatis, ſeu ordinantibus per ſaltum, vel in pœnis Epiſcopi ordinantis, qui renunciauit Epiſcopatui; item & in illis, quæ imponuntur contra ordinatos ab alieno Epiſcopo ſine dimiſſoriis proprij Prælati, de quibus dico latè infra *ſub tit. & cap. 13. de temporib. ordinand.* non extendi ad Epiſcopum conſecratum ab vno tantum Epiſcopo, nec ad ipſum conſecrantem; indeque procedere deciſionem *dicta extrauag. Iniuncta hoc titulo*, non extendi ad Epiſcopum, qui accipit conſecrationem, nondum litteris præſentatis, ſic probans ex Auguſtino Barboſa, Iulio Lauorio, & aliis; item & ex Nauarro *in dict. cap. accepta*, quod tenor prædictæ Extrauag. exhorbitat à diſpoſitione iuris, quæ regulariter tantam fidem præſtat teſtibus, quantam inſtrumentis, de quo latiſſimè dixi *ſupra quæſt. 4. in verſ. ad quartam*, † nihilominus video, & lego alios Do- 24 ctores Theologos, & Iuriſtas acerrimè defendentes dictæ Extrauag. deciſionem extendi etiam ad Epiſcopum conſecrandum, litteris non ſolùm expeditis, ſed etiam præſentandis Epiſcopo conſecratori, vt apparet ex verbis ſequentibus Pontificalis Romani ibi: *Nemo conſecrari debet, niſi prius conſtet conſecratori de commiſſione conſecrandi, ſiue per litteras Apoſtolicas, ſi ſit extra Curiam, ſiue per commiſſionem viuæ vocis oraculo a Summo Pontifice factam, ſi conſecrator ipſe ſit Cardinalis*, vt ex eo, quia in eodem Pontificali, dum Epiſcopus conſecrandus præſentatur Epiſcopo conſecranti dicitur: *Reuerendiſſimè Pater, poſtulat ſancta Mater Eccleſia, vt hunc præſentem præsbyterum ad onus Epiſcopatus ſubleuetis*, & ſtatim Epiſcopus conſecrans interrogat, *habetis mandatum Apoſtolicum*, & reſpondet Epiſcopus aſſiſtens *habemus*, & conſecrans ait *legatur*, † vt de 25 facto legitur à Secretario Epiſcopi conſecrantis in præsbiterio, quandò iam ſunt conſecrans, conſecrandus, & alij duo Epiſcopi aſſiſtentes cum paramentis Pontificalibus ad munus conſecrationis, iuxta Altare parati in conſpectu circunſtantium, vt in menſe Octob. 1657. Vidi celebrari per D.D. Didacum de Arze, Reynoſo Epiſcopũ, qui iam renũciauerat ſuo Epiſcopatu Placẽtino plus ab hinc annis quinque, in his regnis generalẽ inquiſitorem prudentiæ, ſapientiæ, litterarum præditum ſatis, ac omni virtutum gradu pollentẽ, cùm conſecrauit D.D. Antonium de Eſtrada, Manrique Epiſcop. Palent qui erat Conſiliarius ſupremus huius noſtri conſilij Inquiſitionis.

26 Quare optimè Pater Franciſcus Contreras probans ex doctrina Vaſquez, Coninx, Bellarmini, Tanneri, Caſtilli, & aliorum nullomodo ritè, & rectè conſecrari poſſe electum Epiſcopum, niſi à tribus Epiſcopis, ſaluo ſi diſpenſetur à Romano Pontifice, vt per vnum tantum Epiſcopum fieri valeat, de quo dixi *ſub dict. cap. Archiepiſcopus à quæſt. 1. de temporibus ordin.* Et quia in materia Sacramentali, vt eſt conſecratio Epiſcopi, aliud eſt probabile eſſe validè fieri aliud probabile eſſe
27 licitè poſſe fieri, † & à conſecratione Epiſcopi dependeat valor tot Sacramentorum neceſſariorum, neceſſitate ſalutis, inferunt præcitati, & Diana cum aliis, & cum Patre Ouiedo; ac P. Ripalda à Societate IESV, ad difficultatem reſpondentibus *parte 12. tract. 1. dict. reſ. 58. & 59.* illicitam quidem eſſe conſecrationem cum opinione tantum
28 probabili. † Sic inferentes contrariam citatum Solorzanum, quod in materia conſecrationis requiritur Bullarum notitia præſentium; quia vt ait idem Pater Contreras, ſi Bullæ amitterentur, ſeu aliquis eas malitioſè occultaret, non ſufficiet probatio expeditionis earum, cum ex relata *extrauag. iniuncta*, nullomodo admittitur alia probationis ſpecies, quam ea, quæ fit per litteras ipſas Apoſtolicas, vt etiam docent Theologi, & Canoniſtæ communiter, inter quos Azor. *tom. 2. moral. lib. 7. cap. 1. §. quæres*, Nauarrus *in dicto cap. accepta de reſtitutione ſpoliatorum oppoſitione 8. num. 24.* Flamin. Pariſius *de reſignat. benefic. lib. 10. quæſt. 1. num. 2.* Filiucius *de benefic. tractat. 41. cap. 6. num. 2.*

29 Et pro noſtra tenenda ſententia, etiam in caſu, de quo loquimur, ſequentibus verbis probat Vgolinus *de poteſtate Epiſcopi cap. 2. § 1. num. 2.* ibi: *Epiſcopus apud Sedem Apoſtolicam promouetur, litteras dictæ ſedis promotionem, conſecrationemque continentes habere debet, alioquin ad ſuam Eccleſiam accedere, vel bonorum Eccleſiaſticorum accipere non poteſt, a neminique abſque huiuſmodi litterarum oſtenſione recipi, obedientiavè ei præſtari, atque audiri debet; & ſi contra præſumptum fuerit, quod ab ipſo geſtum fuerit, irritum habetur, & de Eccleſiæ prouentibus nihil recipere poteſt; Capitula verò, & alij quicumque ipſum abſque huiuſmodi litteris recipientes Apoſtolicis, eidemque obedientes à beneficiorum ſuorum fructuum perceptione ſuſpenſi ſunt; donec ſuper hoc eiuſdem ſedis gratiam meruerint obtinere, vt habetur in dicta extrauag. iniuncta*: Sic notant Abbas *in cap. qualiter hoc titulo*, gloſſa *in clementina 1. §. 1. in verbo ſede vacante de ætat.* idem Abbas *in cap. noſti hoc etiam titulo, num. 4.* Petr. Auend. *in regula 224. num. 4.* Pariſius *de reſignat. benefic. lib. 10. quæſt. 1.*
30 *num. 23.* † vbi ait capientem poſſeſſionem, litteris non expeditis, intruſum dici, & omne ius amittere, quod habuit, & locum habere etiam in Epiſco-
31 po ſub pœna, de qua *in dict. extrauag. 23.* † quare ait diſpoſitionem textus noſtri, & gloſſæ ibi, antequam prædictas litteras habeat Epiſcopus, &
32 iuſiurandum præſtiterit, locum non habere. † Et quod idem patet ex his: nam ſat non eſt probare per teſtes aliquem in Epiſcopum eſſe pronunciatum ex eo, quia Epiſcopus in Eccleſia pronunciatur, ſed oportere, vt probetur per litteras Papæ, vt dicitur *in dicta extrauag.* & Abbas *in dict. cap. noſti num. 4.* imò vt Pariſius *dicta quæſtione num. 33. de reſignatione*, idem de collatione beneficij, de magis communi opinione aſſeruerit.

33 Concludo ergo cum Barboſa relato à Solorzano *dict. lib. 4. cap. 5.* politicæ à Diana *dict. reſ. 28. p. 12. tract. 1.* vt quamvis intra Curiam Romanam poſſit electus in Epiſcopum conſecrari ſola notorietate, ſeu viuæ vocis oraculo, videlicet quod iam ſic talis creatus eſt; ſed extra Curiam non id permitti abſque eo quod videantur, & legantur Bullæ in ipſo conſecrationis tempore iuxta ceremoniale Romanum iam relatum, quo cauetur, vt ipſæ Bullæ imponantur ſuper caput ipſius conſecrandi.
† Ex quo videtur vt ſi fiat congregatio abſque relata præcedentia, conſecrans ipſe, incurrat in pœ- 34
nas illorum, qui ordinant Clericos ſubditos alterius Prælati, & ipſe conſecratus in pœnis, quas incurrit Clericus, qui ordinatur ſine licentia ſui ordinarij, vel in pœnis, quas incurrit Epiſcopus, qui exercet iuriſdictionem in ſua Eccleſia, antequam eius Bullas expediat, iuxta *dict. Extrauag. iniuncta, hoc tit.* Vnde aduerto ex iam ſupra adductis *à q. 1.* quod quamvis gratia Epiſcopatus, ſeu beneficij facta cenſeatur ſolo verbo *fiat* Papæ, ſed male acturum Capitulum recipiens Prælatum ſine oſtenſione tituli, ſiue litterarum ſuæ Dignitatis, etiam ſi aliis diuerſis viis Capitulo conſtiterit de certitudine electionis, confirmationis, & expeditionis litterarum, vt Abbas, & alij cum gloſſis noſtri textus, & aliorum reſoluunt, iuxta quæ longè adduxi ſupra *à dicta q. 1.*

Ex notabis hîc, & *in quæſt. præced.* iam colliges 35
deciſionem dictæ Extrauagantis iniunctæ *hoc tit.* emanaſſe ad tollendos abuſus aliquorum Prælatorum, qui volebant ſibi credi ſuper prouiſionibus ſine litteris, & ſua authoritate, malo more concutiebant Collegia ad ſe recipiendum, vt notant Lotterius *de re beneficiaria lib. 1. q. 27. n. 32.* vbi *n. 30.* dixit non ſolum requiri litteras eſſe expeditas, ſed etiam realiter oſtenſas Capitulo, quod vtrumque probat cum multis Barboſa *in paſtorali allegatione 10. num. 35.* videndus *num. 34.* vbi *de dicta extrauag.*

QVÆSTIO VI.

An Cardinales ad Epiſcopatum aſſumpti, poßint adminiſtrare, & beneficia conferre ſine oſtenſione litterarum, & nondum poſſeßione obtenta. An poßint conferre beneficia Epiſcopatuum à ſe reſignatorum. Et an in Eccleſiis ſibi commißis exercere Iuriſdictionem ante captam poſſeſſionem, & oſtenſionem litterarum. Et an Epiſcopus dando mandatum ad reſignandum Epiſcopatum in Curia, poſſit beneficia conferre poſt reſignationem admiſſam. Et num idem dicendum ſit de Epiſcopo ad alium Epiſcopatum tranſlato, ſeu cui datus eſt coadiutor?

SVMMARIVM.

1 *Cardinales poſſunt, litteris non oſtenſis, beneficia conferre, & iuriſdictionem exercere, & alij contra, & n. 6. quia eſt conſuetudo contraria, n. 2. & 4. qui intelliguntur vt n. 6. & 7.*

4 *Canonica inſtitutio eſt illa, in qua omnia ſubſtantialia*

ſtantialia concurrunt, collatio ſcilicet, inueſtitura, confirmatio, & miſſio in poſſeſſionem.

5 *Ius poſſeſſionis, & adminiſtrationis per iuriſdictionem tribuitur.*

6 *Cardinalis electus Epiſcopus, & confirmatus queat adminiſtrare ſine litteris, quando vacat poſſeſſio Epiſcopatus, ſecus ſi tertius poſſideat*, n.17.

7 *Epiſcopus electus, & confirmatus, quando poſſit conferre beneficia, etiam extra Diœceſim.*

8 *Clericus vel Cardinalis electus Epiſcopus, qualiter antiquo iure, & hodie queant adminiſtrare*, & n.9. *vbi de differentia de Clerico, & Cardinali.*

9 *Poſſeſſionis apprehenſio quoad ſolemnitatem eſt neceſſaria, vt quis ſe oſtendat poſſeſſorem, & ſe præcaueat à moleſtia inferenda.*

10 *Cardinalis non comprehenditur ſub diſpoſitione* Extrauag. iniunctæ de Electione.

11 *Cardinales poſſunt conferre beneficia Epiſcopatuum à ſe reſignatorum, etiam poſt præconizationem reſignatarij ante eius adeptam poſſeſſionem.*

12 *Reſignans eſt tantum priuatus poſſeſſione iuris, non de poſſeſſione naturali*, & n.13.

13 *Reſignatarius ab apprehenſa poſſeſſione, dicitur ius habere.*

14 *Regula de publicandis vt locum habeat tria requirit.*

15 *Quiſquis eſt canonica inſtitutione confirmatus, habet ea, quæ ſunt iuriſdictionis Dignitatis, & de lege Diœceſana.*

16 *Electi dicuntur, & nominati, ac deſignati, qui præſentati ſunt in Conſiſtorio Papæ.*

18 *Cardinales poſſunt conferre beneficia commendata, ſiue ad tempus, ſiue ad vitam diſſoluta commenda.*

19 *Epiſcopus dando mandatum ad reſignandum Epiſcopatum in Curia poteſt beneficia conferre; etſi contra* n.20.

21 *Collatio beneficij facta à Vicario, qui ignorauit tranſlationem Epiſcopi, eſt valida.*

22 *Tranſlationis, & mortis caſus æquiparantur.*

23 *Epiſcopus, cui datus eſt Coadiutor poteſt beneficia conferre; & quando* n.... *etſi Campegius contra teneat, qui explicatur*, num. 24. & 25.

25 *Coadiutor dato dementi, & mente capto Epiſcopo poteſt conferre.*

26 *Viſitator, ſeu adminiſtrator Eccleſiæ vacantis datus à Papa, poteſt conferre.*

1 AD primam quæſtionis partem; quia inter exceptiones, quas congerunt Doctores ad textum noſtrum, & alias; item *in cap. auaritia lib.6. & in Extrauag. iniuncta 2. hoc titulo*, ea nempe annumeretur, vt non obſtante diſpoſitione *dictæ Extrauag. iniunctæ*, poſſint Cardinales conferre, & iuriſdictionem exercere ante captam poſſeſſionem, & oſtenſionem litterarum, vt dicunt Belletan. *in tract. de charitatiuo ſubſidio q. 66.* Selua *de beneficiis p.2.q.3. n.46. verſ. Octauum priuilegium*, Ludouicus Gomez. *in proœmio regular. Cancel. gloſſa 21.n.7.* Iulius Lauor. *variar. lucub. tom.1. tit.4. cap.25. n.10.* Barboſa *in dicta extrauag. n.5. & in*
2 *paſtorali alleg.111. n.35.* † quod videtur contradicere Nicolaus Garcia *de benef. p.5. cap.4. n.264.* vbi allegando Gomezium, & Rotam *in vna Toletana Parochialis de alcaudete 3. Iulij* 1595. quam adducit ad litteram ibi *c.1. n.252.* commendans videndum Nauarrum *in cap. accepta de reſtitut. ſpoliat. oppoſit.8. ſolutione ex n.12.* longè agentem de materia *dicta Extrauag.* dicit vt quidquid ſit de illo, an Cardinales ligentur diſpoſitione *dictæ Extrauagantis*, firmet tamen vt iam ſupra dixi, quod obſtante conſuetudine, quæ ſatis eſt rationabilis, videatur, vt non poſſit electus, ſiue promotus adminiſtrare, nec conferre, etiamſi ſit Cardinalis ante adeptam poſſeſſionem.

Quare in ſpecie noſtri dubij video vt negatiuam 3
ſententiam doceant Archidiaconus *in c. cum qui de præbend. lib.6.* Dynus *ad reg.1. n.17. de regul. iuris in 6.* Ripa *conſ.11.* Rebuffus *in praxi beneficiali tit. de ſimonia in reſignatione n.44.* & alij; † ait inquam 4
Dynus canonicam inſtitutionem appellari illam, in qua omnia ſubſtantialia concurrunt, videlicet inſtitutio, ſeu collatio, inueſtitura, ſeu collationis ius proprietatis, per inueſtituram declaratur, & confirmatur illius Iuris collatio, vt *in cap. ad hæc §. in quadam, & cap. vt noſtrum, de officio Archidiac. cap. cum ex iniuncto de hæreticis.* † Et quod per iuriſdi- 5
ctionem tribuitur ius poſſeſſionis, vel quaſi, & ius adminiſtrationis, *dict. cap. ad hæc dict. c.1. vt noſtrum*, ibi: *Priore Abbates, & Abbatiſſas, in Sede, &c.*

Sed ego conſiderans prædictas opiniones ex vna 6
parte, & indulta Cardinalium ex alia, cuius occaſione reſpectu Cardinalium alij dicunt, vt Cardinalis electus ante poſſeſſionem Epiſcopatus poſſit exercere, & conferre, exiſtimo adhærendum eſſe primæ opinioni affirmatiuæ, cum ea tamen diſtinctione, quando ſcilicet Epiſcopus Cardinalis, fuerit confirmatus, & quando poſſeſſio talis Epiſcopatus fuerit vacua; quia ſi fuerit ab aliquo occupata, non ſic procedere; donec prius poſſeſſor expellatur iuſta ſententia: ſic in terminis Maſſobrius *in praxi habendi concurſum præludio 26. dubio 6. num. 3.* amplectitur Diana *p. 5. tract.2. ſub reſolut. 45.* † Et ita ſunt intelligendi Innocentius *in cap.* 7
cum ſuper num.17. de cauſa poſſeſſ. & propriet. dum dicit non opus eſſe poſſeſſionis apprehenſione, vt Cardinalis virtute indulti conferat, etiam ſi eam, & naturaliter, & corporaliter nondum cœperit. Abbas, & Hoſtienſis *in textu noſtro*, cum Oldrado *conſ.191.* dicentes quod ſtatim, ac quis electus eſt Epiſcopus, & confirmatus, poteſt exercere ea, quæ ſunt iuriſdictionis, vti eſt beneficiorum collatio, etiam extra Diœceſim, etſi nondum in eam ſe contulerit, & quia ſic Eccleſia dicitur vacare vſque ad confirmationem ex gloſſa *in clem. 1. verb. collatio*, vt lite pendente. vbi notant Imola *num. 20. verſ. iuxta prædicta*, Felinus *ad cap. cum Bertholdus col.2. verſ. dixit etiam de re iudic.* Pauinus *de officio, & poteſtate Capituli ſede vacante, præludio 7. num. 16. in fin.* Rota *deciſ.6. verſ. hoc etiam de elect. in nouiſſimis deciſ.182. diuerſ. p.2.*

Quod ſi replices dicendo hæc de iure antiquo 8
noſtri textus *cap.6.9. & 17. huius tit.* & *dicti cap. auaritia*, vera eſſe ante diſpoſitionem *dictæ Extrauag. iniunctæ*, quæ noua eſt, iuxta latè dicta ſupra *a quæſtione 1.* vbi de intellectu noſtri textus, & *dicti cap. auaritia*, & *a quæſt. 3.4 & 5.* vbi de intellectu dictæ Extrauag. Tamen reſpondeo ex iam adductis quòd ſi de noſtro iure communi electus Clericus in Epiſcopum, vel Cardinalis quoad adminiſtrandū poſt confirmationem æquiparantur etiam nondū poſſeſſione capta, ſed aliud nunc eſſe, cum electus Epiſcopus, & confirmatus ante expeditionem literarum, & earum præſentationem Capitulo ex *d. extrauag. & conſtit.* Pontificū Iulij II. Iu-

Digitized by Google

lij III. Pauli III. & Pij IV. de quibus *ſub q.4.& 5.* nequeat adminiſtrare, & conferre; imò nec ante
9 a ſeptam poſſeſſionem † quod fallit ex iam adductis reſpectu Cardinalis electi in Epiſcopum, cuius reſpectu fallit *dict.extrauag.iniunctæ*, & ſtatur ſoli diſpoſitioni textus noſtri, & capituli *auaritiæ*, vt in terminis docent *ibi* adducti, quibus addo Abbatem, hic Geminianum, & Pariſium *in dicto cap. cum qui de præb.lib.6.* Anaſtaſium Germon. *de indultis Cardinalium §. necnon n.*8. quatenus etiam poſt multa concludit poſſeſſionis apprehenſionem eſſe vſque neceſſariam quoad ſolemnitatem, vt poſſit prouiſus oſtendere ſe eſſe in poſſeſſione; ſicquè illatam moleſtiam repellere, inferendamvè præcauere, nec inde ſequi, quin ante adeptam poſſeſſionem poſſit adminiſtrare, & exercere ea, quæ ſunt iuriſdictionis; dummodo tertio non præiudicet.

10 Igitur vt conſiderant Lotterius *de re beneficiaria lib* 1.*q.27.num.*32. Gonzalez *ad regulam* 8.*cancellariæ gloſſa* 24.*n.7.* Barboſa *paſtor.alleg* 111.*n.* 35. Seraphinus *deciſ.*1144.*n* 2. *verſ. alia vero rationes, & deciſ.*1148.*n.*1.etſi de Cardinalibus poſſet ſuſpicari, num comprehenderentur ſub deciſione *dictæ Extrauag. iniunctæ*: tamen dicunt receptum eſſe eam ad illos non extendi, cum finalis ratio illius non videatur Cardinalibus vllomodo conuenire.

11 Ad ſecundam quæſtionis partem an poſſint Cardinales conferre beneficia Epiſcopatuum à ſe reſignatorum, ſuppoſitis quæ dixi infra *in Rub. & tit.de renunciat.* quando acquiratur ius reſignatario, & reſignans quod habebat omnimodo amittat. Nunc in terminis dubij propoſiti reſpondeo cum dicto Germon. *de indultis Cardinal. dict.§. necnon quarumcumque n.*22. Innocentio *in cap. quod in dubiis de rerum permut.* Diana *dict.p.5.tract.2. reſ* 44. Maſſobrio *in dicta praxi habendi concurſum præludio* 25.*dub.6.n.6.* vt Cardinales poſſint conferre beneficia Epiſcopatuum à ſe reſignatorum, etiam poſt præconizationem reſignatarij, ſi nondum tamen fuerit adeptus poſſeſſionem ex ea ratione; quia qui reſignauit Epiſcopatum in fauorem alterius, eſt adhuc eius Dominus vt poſſit conferre beneficia; tum ratione indulti, tum poteſtate ordinaria, cum adhuc in poſſeſſione ſit.

12 Nec obſtat dicere per reſignationem eſſe priuatum, vt argui poteſt ex multis, quæ adduxi *ſub dicto tit.de renunciat.* quia in caſu noſtro reſpondent citati intelligi reſignantem eſſe tantum priuatum de poſſeſſione iuris, quam perdit; non tamen de poſſeſſione naturali, cui poteſt incumbere; donec ſciat præfatam reſignationem habuiſſe effectum, quod iuuatur ex conſideratis ſupra *in relatis quæſtionibus* per *dict.extrauag.iniunctæ hoc tit.* ex cuius deciſione *à q.3.* probaui electos, litteris nondum expeditis, & oſtenſis Capitulo; item, & adepta poſſeſſione, non poſſe adminiſtrare; ergo à fortiori in noſtro dubio procedat de iure, eſto etiam Epiſcopatum, reſignans, non eſſet Cardinalis, & nudus à priuilegio, & indulto, quo potiuntur Cardinales.

13 Et pro relata ſententia faciunt Puteus *deciſ.*337. *n.2.lib.*3.dum ait vt tunc reſignatarius dicatur ciuiliter, & naturaliter poſſidere, quandiu eſt apprehenſa poſſeſſio; & *in deciſ.*358.*num.3.dict.lib.*3. vt cum ſit reſignatio in fauorem certæ perſonæ ante apprehenſionem, ſeu acquiſitionem, reſignans dicitur poſſidere, & titulum coloratum habere: † Et
14 ex eo quod Gomezius ſcribit *ad regulam de publicand. quæſt.* 15. dicens eam locum non habere, niſi tribus concurrentibus; videlicet quod reſignatio non fuerit publicata, poſſeſſio petita; & quod reſignans deceſſerit in poſſeſſione.

Ad tertiam quæſtionis partem, an poſſint Cardinales in Eccleſiis ſibi commiſſis conferre beneficia, & exercere iuriſdictionem ante captam poſſeſſionem, & oſtenſionem litterarum; quia facilis eſt reſponſio ex adductis in verſ. *ad primam* huius quæſtionis, in terminis reſolutiuè dico, vt quamvis pro negatiua ſententia aduerſus iuris communis diſpoſitionem in textu noſtro, & aliorum, ac *in dicto cap. auaritiæ* quiſquis erit canonica inſtitutione confirmatus, habeat ea, quæ ſunt iuriſdictionis, Dignitatis, & de lege Diœceſana, iuxta textum etiam *in cap. inter corporalia de tranſlatione Epiſcopi* † ſic vt ſtatim, ac ſunt propoſiti in conſiſtorio ſanctitatis ſuæ, dicantur electi, nominati, deſignati, præſentati, inſtituti, ac confirmati, iuxta quæ *dixi à q.1.* quòd iam ceſſarit ex *dicta extrauag. iniunctæ hoc tit.* vbi cauetur quod ſi electi velint prædicta exercere, debent obtinere litteras Pontificias, eaſque oſtendere, vt dixi *ſub dict.quæſt.3.4. & 5.* ſic procedat in Clerico electo Epiſcopo, vt docent Pariſius *de reſignat,lib.8.q.5.n.*33. Azor. *inſtit.moral.p.2.l.3.cap.29.q.9.* & alij *ibi* adducti; † tamen fallit *dict. extrauag. iniunctæ* in Cardinalibus Epiſcopis, vt dixi, & obſeruant Iulius Lauorius *dict.cap.15.tit.4.num.*10 Gonzalez *in reg.8.cancel. gloſſa 24.n.7.* Barboſa *de poteſt. Epiſcopi dict.p.3. allegatione* 111.*n.*35. Beleniſcus *de charitatiuo ſubſidio q.60.n.* 16. Diana *d.p.5.tract 2.reſ.*47.dicentes, vt Cardinales Epiſcopi poſſint conferre, & exercere iuriſdictionem ante poſſeſſionem adeptam, & oſtenſionem litterarum, quibus addo Rotam *in Burgen Canonic.3.Iunij* 1583. (de qua iam in relatis quæſtionibus) coram Cardinali Lancelloto, & Barboſam *in dicta extrauag. num. 5. in fine.* 15 16 17

Et pro ampliori declaratione horum, quæ proximè adduxi de Cardinalibus addo cum Anaſtaſio Germonio *de indultis Cardinalium* iam citato, *& in §. quæ extra num.* 18. Maſſobrio *in praxi habendi concurſum dict. præl. 26. dub.* 15. Diana *p. 5. tract. 2. reſol. 45. in verſ. notandum.* Cardinales poſſe conferre beneficia commendata, ſiue ad tempus, ſiue ad vitam, diſſoluta commenda; idemque poſſe de vnitis diſſolutis vnionibus. 18

Ad quartam quæſtionis partem, de qua inquirit Riccius occaſione dictæ *Extrauag. iniunctæ hoc tit* an ſcilicet Epiſcopus dando mandatum ad reſignandum Epiſcopatum in Curia, poſſit beneficia conferre poſt reſignationem admiſſam, quamuis affirmatiuam ſententiam etiam de iure communi poſſumus defendere ex adductis *in hanc quæſt in toto ver.ad ſecundam.* † Tamen video *dict.* Riccium *Collect.*1325.*in verſ. ſed quære*, pro negatiua præſtare reſponſum; quia quemadmodum facta renunciatione amittitur poſſeſſio, Rota *in deciſ. 3. de renunciat. in nouis.* Caſſadorus *in deciſ. 2. eodem titul.* Mohedan. *in deciſ. 1. & 2.* ita quoque fuiſſe amiſſum ius conferendi, quod eſt fructus Epiſcopatus, vt tenuit Rota *in vna Seguntina beneficior. 1. Iunij* 1592. coram Orano; ſed Ego intelligo quæ dico *in dict. verſ. ad ſecundam verb.& pro relata*, ex Puteo, & Gomezio; ſed vt plenè hoc dubium, & ſequens percipias, leges quæ dico *infra in cap. admonet 4 quæſt.1. verſ. ad ſecundam, de renunciat.* vbi egi de quæſtione vſque ad quod tempus reſignans poſſit percipere fructus beneficij reſignati. 19 20

Ad

21 Ad quintam quæſtionis partem de Epiſcopo ſe transferente ad alium Epiſcopatum; Reſpondeo quod ſi tranſlatio nondum peruenit ad notitiam Vicariæ valeat collatio, & actus per eum geſtus; ita in terminis citatus Riccius mouens ad relatam *Extrauag. iniuncta*, quam expendit *dict. collect.* 1325. docet, & Rota *diuerſor. in deciſ.* 33. *lib.* 5.
22 † addentes quod æquiparatur caſus mortis, & tranſlationis, & ad alium Epiſcopatum; & quod inde Procurator per Epiſcopum conſtitutus ita ceſſat per mortem ipſius; quemadmodum per tranſlationem, vt dixit Rota *in deciſ.* 28. *de procurat. in antiquis*, Aufrerius *deciſ.* 265. idem Riccius, qui id etiam reſoluit contra Guid. Papam *in deciſ.* 547. aduerſus quem dicit extare *deciſionem* 92. *Anna.*

23 Ad ſextam quæſtionis partem an Epiſcopus, cui datus eſt Coadiutor, poſſit beneficia conferre; quia ex prædictis videtur legitimè inquiri, breuiter reſpondeo, vt poſſit Epiſcopus, cui datus eſt Coadiutor ob ſenectutem ad ægritudinem conferre beneficia, & non Coadiutor, vt docent Oldradus *conſ.* 44. & poſt alios Dominicus *n.* 4. & Franc. *n.* 3. *in cap.* 1. §. *fin. de Clerico ægrotante lib.* 6. Paulinus *de poteſtate Capituli ſede vacante* 2. *p. q.* 1. *n.* 8. Coſmas *in pragmat. ſanctione tit. de collatio.* §. *cui res verb. Iuriſdictio.* Selua *de benefic.* 2. *p. q.* 4. Rebuffus *de nomin. q.* 8. *à num.* 44. alias *n.* 26. Corraſius *p.* 2. *cap.* 4. *à num.* 9. Guerrero *in ſpeculo cap.* 9. Petr. Gregor. *de benefic. cap.* 39. *num.* 20. *argum. cap. fin. de officio vicarij lib.* 6. Azor. *p.* 2. *inſtitut. moral. lib.* 6. *cap.* 25. *q.* 15. Baeça *de decima tutor. præſt. cap.* 19. *num.* 13. & 15. Nicolaus Garcia *dict.* 5. *de beneficiis cap.* 4. *à n.* 226. vbi *n.* 267. refert vnam legionem 17. Octobr. 1548. quam adducit Mandoſius *in regul.* 11. *Cancel. q.* 5. *num.* 8. in qua fuit reſolutum, quod Coadiutor ratione ætatis non poſſit venire, nec diſmembrare, nec beneficia conferre.

24 Et confirmatur etiam ſi Thomas Campegius *in tract. de coadiutore Epiſcopi n.* 10. dixerit æquiorem ſententiam videri cum Alexandrino *in cap.* 117. *q.* 1. quod coadiutor datus inſano, & dementi, poſſit beneficia conferre, ne contingat beneficia diutius vacare: nam vt docet Duarenus *de beneficiis lib.* 3. *cap.* 5. quamuis Coadiutor detur ob ſenectutem, & videri vt beneficiorum collatio generali non veniat conceſſione; ſed æquum tamen eſſe quod à principio taliter detur, vt Epiſcopo libera facultas re-
25 linquatur † & ſic tenent idem Garcia *dict. cap.* 4. *num.* 268. ait *num.* 270. ſententiam Campegij, quam videtur tueri Gonzalez *gloſſa* 5. §. 9. *n.* 4. & *gloſſa* 23. *num.* 12. *ad regul.* 8. *Cancel.* procedere in Coadiutore dato dementi, ſeu mente capto, qui poteſt conferre, vt dicunt etiam citati, & tenent Flamin. Pariſ. *de reſignat benefic. lib.* 7. *q.* 20. *à n.* 15. Quintanadueñas *lib.* 1. *Eccleſ. cap.* 5. *num.* 5. & Leo *in theſaure fori Eccleſiaſt. cap.* 19. *n.* 76. alia tradit videnda idem Garcia *ibi à num.* 272. *ad* 275. vbi expendit aliud dubium
26 de eodem cum multis † & limitat ſuam reſolutionem in viſitatore, ſeu adminiſtratore Eccleſiæ vacantis dato à Papa *ibi n.* 266. ex reg. textus *in cap. is cui, hoc titulo, lib.* 6. & *in cap. fin.* § *fin. de ſupplenda neglig. Prælat. eodem lib.* vbi Dominic. Franc. Barboſa cum multis, & alij interpretes.

QVÆSTIO VII.

An Legati Cardinalium excipiantur à regula dictæ Extrauagantis iniunctæ de Electione. *Et an Prælatus nondum conſecratus, iuriſdictionem adminiſtret. Et quid de feudalibus? vbi de aliis, remiſſiuè* ad dict. Extrauag. *Et an filius incapax inſtitutus ſub conditione, ſi legitimetur, poſſit pendente conditione, per ſe mitti in poſſeſſionem bonorum?*

SVMMARIVM.

1 *Cardinali aſſerenti de ſeipſo, non creditur, ſed ſecus de commiſſione ſibi facta; licèt litteras non oſtendat* n. 5. & 6. *limitatur ſi ſit in præiudicium tertij*, n. 7.
2 *Viro nobiliſſimo legatione fungenti, nùm credatur.*
3 *Delegato abſque exhibitione mandati, nùm credatur.*
4 *Litteris ambaſiatoriæ non eſt neceſſum, quando perſona eſt præcellens.*
6 *Aſſerentis à ſede Apoſtolica cauſam fuiſſe commiſſam non creditur, niſi in citatorio inſeratur reſcripti tenor.*
8 *Cardinalis in præiudicium Capituli de iure, non expeditis Bullis, & oſtenſis, non creditur.*
9 *Prælatus nondum conſecratus, ſi ſit confirmatus, iuriſdictionem adminiſtrat de iure, non ſic hodie*, n. 10.
11 *Prælatus nondum conſecratus in feudis poteſt adminiſtrare, ſi tantum ſit confirmatus.*
12 Extrauagans iniunctæ, de Electione, *limitatur in præceptis Religioſorum ſuperiorum, & procedit in rebus ſpectantibus ad forum contentioſum*, n. 13.
14 *Filius incapax ſi inſtituatur, etſi ſecundùm aliquos queat bona adminiſtrare, interim, verius eſt contrarium, pendente conditione*, n. 15. & n. 16. & 17. *reſpondetur contrariis iuribus.*

PEr dicta ſupra *à n.* 1. *q.* 6. de ipſis Cardinalibus, qui non includuntur ſub diſpoſitione 1
Extrauagantis iniuncta hoc tit. videtur idem dicendum de legatis Cardinalium; quia quemadmodum Cardinali atteſtanti de ſpeciali mandato ſedis Apoſtolicæ, aut de mente ſummi Pontificis creditur, abſque litteris ſui mandati, vt per Rotam *deciſ.* 33. *de probat. in antiquis*, Speculator *in titulo de teſtib. reſtat. n.* 10. & *in tit. de legato* §. *ſupereſt. n.* 16. Ægidium *n.* 183. Lap. *alleg.* 32. *n.* 3. *verſ. an credatur*, niſi de ſe ipſo aſſerat, vt limitat Iaſon *in l. admonendi ff. de iure iur. n.* 96. *aliàs* 175. *verſ. tertio moueor.* Hyppolitus *ad l.* 1. §. 1. *num.* 7. *verſ. & facit de quæſtion.* & *ſingulari* 273. *verſ. limito etiam.* Nauar. *conſ.* 6. *num.* 8. *de teſtament.* Anton. Gabriel *commun. tit. de probationib. concluſ.* 3. *n.* 20. Maſcardus *de probat. concluſ.* 160. *à n.* 1. & *concluſ.* 492. *num.* 10. & *concluſ.* 1005. *n.* 54. omnes per textum *in cap. nobiliſſimus* 97. *diſt.* † qui ſolet allegari ad hoc, vt credendum ſit viro nobiliſſimo legatione fungenti, quam- 2
uis litteras non oſtendat, vbi gloſſa *ſignatis*, notatur

3 tatur etiam ad hoc † quod creditur delegato abſque
exhibitione mandati delegatorij, quando eſt per-
ſona excelſæ Dignitatis, & non agitur de præiudi-
cio tertij, ſed ſolum de negotio, & facto ipſius
Delegantis vt per Menochium *de præſumptionibus,*
4 *lib.2, præſumptione 35.n.9.& conſ.*100. *à num.*77. †
ſic vt dicat Maſcardus *concluſ.*84.*num.*2. quod litte-
ris ambatiatoriæ non ſit opus quando perſona eſt
nobiliſſima præcellens, & nota Principi, idemquè
notat *concluſ.*140. Seraphinus *deciſ.*133. *n.*1. Farin.
*in praxi crim.p.*2. *q.*63. *num.*55. per gloſſam *verb.*
5 *nihilominus in dict. cap. nobiliſſimis 97.diſt.* Cardi-
nali aſſerenti aliquid ſibi commiſſum, plenam ad-
hiberi fidem; licèt litteras ſui mandati non oſten-
dat, quare ob hæc videntur idem amplecti in lega-
tis Cardinalium, Selua *de benefic.p.*2. *q.*3. *num.*46.
verſ. Octauum priuilegium, Ioannes Valerius Re-
ginaldus *de different. inter vtrumque forum, verbo*
*teſtis different.*4.*n.*2.*verſ. limita,* Barboſa *in dict. ex-*
trauag. iniunctæ n.fin.

6 Sed ſi hæc conſideres reperies dubium noſtrum
de legatis Cardinalium, nihil aliud amplecti, quo-
niam reſolutum de perſonis ipſorum Cardinalium;
& quia Barboſa *in dicta extrauag. iniuncta n.*7. cum
multis, quos iam ſupra retuli ex gloſſa ibi, *aſſerenti*
namque, dicat non credi alicui aſſerenti ſibi à ſede
Apoſtolica cauſam fuiſſe delegatam; niſi in citato-
rio inſeri faciat reſcripti, ſeu commiſſionis tenorem
cum Boërio, Guido Papæ, Grauato ad Veſtrium,
Gambara, & dict. Valerio, & ibi, *n.*8. hoc dictum
limitet in legatis Cardinalium, ſequitur idem eſſe,
ac dicere Cardinali aſſerenti credendum, & non
agere in eo dubio de Cardinali Epiſcopo recipien-
do ſine Bullis quod, vt diximus *in dict. q.*6. *à n.*1.
hoc Cardinalibus competit ex alio capite, hoc eſt
7 Pontificio priuilegio: † nam alias inquam ſicut quod
dictum eſt hic *à num.* 1. de Cardinali aſſerenti cre-
dendo, limitatur ſecundam Capellam Tholoſan.
*deciſ.*463. Farinacium *in praxi crim.q.*63.*num.*51.
Tiraquel. *de pœnis temperandis, cauſa* 51.*num.*13.
& 14. Riccius *collect.* 1455. *p.*4. Barboſa *in dict.*
*cap. nobiliſſimis n.*2. intelligentes procedere quando
nulli infertur præiudicium; quia tunc Principis le-
gato fides adhibetur; non ſic ſi alicui aliquod infe-
8 ratur priuilegium; † idem ſequeretur limitandum
in Cardinali de iure cum Bullis non expeditis, nec
oſtenſis, præiudicium pararet Capitulo, ſicut iam
ſupra *ſub q.*5. *à n.*1. de cæteris Epiſcopis, non Car-
dinalibus ſine Bullis non recipiendis eſt oſtenſum,
niſi ſpeciali ratione priuilegij vt *dict. q.* 6. oſtendi,
quæ tantum aſſiſtit ipſis Cardinalibus.

9 Ad ſecundam quæſtionis partem, an Prælatus
nondum conſecratus iuriſdictionem adminiſtret;
ad quod ne longas diſceptationes faciam, reſpon-
deo tam ex notatis ſupra *in præmiſſo textus noſtri,*
quàm *à q.* 1. vt ante *dict. extrauag. iniuncta hoc tit.*
ex textu noſtro & *ex cap.*6.9.*&* 17. cum aliis huius
tituli, item & *ex cap auaritia* 5. *hoc tit lib.*6. vt ele-
ctus Epiſcopus, & confirmatus poſſit iuriſdictio-
nem exercere iuxta modum *ibi* adductum *in dicta*
10 *q* 1. 2. *&* 3. † poſt dictam verò Extrauagantem, &
Bullas Iulij II. Iulij III. Pauli III. & Pij IV.
non niſi expeditis litteris, Capitulo oſtenſis, & poſ-
ſeſſione capta, etiam ſi nondum conſecratus non
fuerit, abſque eo, quod obſtent dicta *q* 5. *à verſ.*
ad tertiam, quæ vt patent ſunt diuerſa vt etiam
conſtat ex proximè dicendis *n.*11.

11 Ad tertiam quæſtionis partem, an queat Præla-
tus, nondum conſecratus in feudis adminiſtrare, &
quia ſimili modo hoc dubium diſſolui, valet ex pro-
ximè annotatis *num. præcedenti*, & *à q.*1. noſtri tex-
tus; ideo breuiter in terminis reſpondeo cum Feli-
ciano de Vega *in cap.* 7. *de foro com. à nu.*4. quod li-
cèt ibi textus videatur exigere in hoc caſu, vt Præ-
latus ſit conſecratus: tamen quia ex iam longè ad-
ductis patet de iure noſtro *in cap. noſti* 9. *cap. qua-*
liter 17. *c. auaritia hoc tit. lib.*6. vt Prælatus tantum
electus, & confirmatus poſſit exercere ea omnia
iura, quæ ſunt iuriſdictionis; veluti, quod poſſit
Epiſcopus excommunicare, ſuſpendere, interdicere,
viſitare, corrigere, Synodum conuocare, beneficia
conferre, Eccleſias minores vnire, & diuidere, voti, &
iuriſiurandi vincula ſoluere, & aliquorum pecca-
torum abſolutionem ſibi reſeruare, cæteraquè iu-
dicialia exercere, Couarruu. *lib.*3. *var. cap.*16. *n.*6.
Garcia *de benefic p.*5. *cap.*4. *num.*243. Alzedus *tract.*
*de præcellent. Epiſcopal. Dignit.*1.*p.cap.*3. *num.*99.
Barboſa *in paſtor.* cum multis aliis 1.*p. tit.*1. *cap.*4. *à*
*num.*7. vbi indifferenter tenet Vega *ſupr. num* 6. *&*
7. cum aliis ſic certum eſſe affirmans; quamvis ad
hoc, vt hæc omnia faciat, debeat prius accepiſſe
litteras Apoſtolicas de tali confirmatione, & poſ-
ſeſſionem Eccleſiæ habuiſſe per relatam iam *Ex-*
*trauag.*2. *hoc tit.* quia ita procedere etiam ait reſ-
pectu feudorum, reſpondens ad textum *in dicto*
cap. verum, ex gloſſa ibi, *verb. conſecratus*; vt etſi
textus ille faciat mentionem de Epiſcopo conſecra-
to, non debeat intelligi formaliter, nempè, vt ne-
ceſſario debeat eſſe conſecratus, cum verbum illud
accipiatur, id eſt, *deputatus ad obſequium Eccleſiæ*,
prout dicit Abbas cum cæteris Doctoribus; & ſic
gloſſa, *dict. verbo conſecratus*, ait textum illum le-
gendum eſſe quod Epiſcopus electus tantum fue-
rit, & confirmatus.

Pro complemento dictæ *Extrauag. iniuncta hoc* 12
titulo, notabis cum Ioanne Valerio *de differentiis*
inter vtrumque forum dict. differentia 4. *num.*1. *verſ.*
adde, & Barboſa *in dicta extrauag. num. fin.* dictam
eius deciſionem limitari in præcitatis ſcilicet Supe-
riorum, maximè Religioſorum, † qui ſubdunt 13
textum illum procedere in rebus forum contentio-
ſum concernentibus, vt in delegationibus cauſa-
rum, in viſitationibus, & ſimilibus; quæ quidem
videntur tantum reſpicere ad ſecundam deciſionis
partem *dict. extrauag.* ex dictis *in hac noſtra quæ-*
*ſtione num.*1. *&* 2. cum aliis; aliter inquam eſſe quo-
ad primam eius partem de non recipiendis Prælatis
in Epiſcopos, vel ad Dignitates ſine manifeſtatio-
ne, & oſtenſione litterarum, ſecundum intellectum,
de quo iam longiſſimè dixi *à dict. q.*3. *& in dicta*
*q.*4. 5. *&* 6.

Ad quartam quæſtionis partem, quam extra 14
Cancellos noſtræ tractationis quilibet aſpiciet; quia
lego reſolutam ab Antonio Gomez. cum multis ex
antiquis, *in l.*9. 11. 12. *&* 16. *Tauri num.*19. addu-
cente textum *in dict. cap. auaritia de elect. lib.*6. de
cuius intellectu latiſſimè adduxi *à dicta quæſt.*1. &
licèt idem Gomezius referat pro affirmatiua ſen-
tentia; nempè quod talis filius ſpurius incapax, &
natus ex damnabili coïtu, inſtitutus ſub conditio-
ne, ſi legitimetur, poſſit interim, pendente condi-
tione, agnoſcere bonorum poſſeſſionem ſecun-
dùm tabulas, & petere ſe mitti in poſſeſſionem bo-
norum; non ad hoc vt conſequatur Dominium, &
plenum hæredis ius; ſed vt conſequatur admini-
ſtrationem bonorum, & eorum poſſeſſionem, ſicut
curator, bonis datis, vt tenuerunt Iacobus de Are-
na *in l. libertas teſtamenti, ff. de manumiſſis teſtam.*
vbi Albericus qui reputat ſubtile, & notabile Bald.
in l. ſi quis inſtituatur 1. *col. in fin. ff. de hæredibus*
inſtit.

inſtit. vbi Angel. Paul. & alij ex antiquis relatis à Gomezio, & omnes per textum capitalem *in l.2.§. ſub conditione ff.ſecundum tabulas.*, *l.hi demum*, & *in l.ſi ſub conditione eodem tit.* & ex gloſſa, & textu *in l.ſi quis inſtituatur hæres. ff. de hæred. inſtit.* vbi Doctorum Communis.

15 Tamen idem Gomezius, & Ioannes de Imola *in l.in tempus ff.de hæredi. inſtit. col.2. in principio*, negant tali filio concedi modo aliquo adminiſtrationem bonorum; quia eſſet fraudem facere legi, quæ vult, quod filius ſpurios, & incapax non ſe immiſceat bonis paternis; eo quod iure nõ reperiatur aliquid contra cautum: in expreſſo etiam tenent Ludouicus de Sardinis *in libello de naturalib. liberis in fin.* Cæpolla *cautela 38.col.fin. in princ.* Iacobus de Sancto Georgio *in l.cum tacitum ff.de probat.col.fin.* Cumanus *in dicta l.ſi quis inſtituatur ff. de hæredib.inſtit.* Gregorius Lopez *in l.19 tit.3.p.6.* & omnes ex textu expreſſo *in l.non eſt ambigendum verb. vtcumque ff. de bonor. poſſeſſion.* & per regulam textus *in cap. cum quid vna via, de reg. Iuris lib.6.l.nec per ſe,cod.de hæredib.inſtit.l.contra legem cum l.ſequenti ff.de legat.l.ſed Iulianus ff.ad Macedonian.* & ex doctrina textus *in l. ſcire oportet §.1. ff.de tutorib. & curat. datis ab his*, & textus *in l. cum hi §.tranſactiones ff.de donationibus cauſa mortis*, *& l.2.§.1.ff. de adminiſtratione rerum ad ciuitatem pertinent.* & ex textu ſingulari *in l. quæritur ff.de bonis libertorum*, *& l. quo ſeruitutem*, *l. quod ſi pater eodem titul. l. qui contra ff. qui contra tabulas.*

16 Et ampliùs ad comprobandam ſuam opinionem prædictorũ iurium ſpecies referens idem Antonius Gomezius *in dict.l.9.* cum aliis, Tauri *ſub dict, n.19*, qui *in medio* adducit textum *in dict.cap.auaritiæ hoc tit,lib.6.* vbi habetur (vt iam latiſſime *à q.1.* notaui) quod electus, qui nondum eſt confirmatus non poteſt interim adminiſtrare bona beneficij, etiam ſub aliquo quæſito colore faciendo ſe conſtitui procuratorem, œconomum, vel adminiſtratorem, (ſecundùm quæ iam dixi *in dicta q.1.& 2.* cum aliis) ne ſcilicet fraus legi fieret vna via, quæ ex

17 alia negaretur. † Et ad contrariam ſententiam, & eius iura reſpondet Gomezius dicens ea procedere, vt debeant intelligi in hærede habili, vel filio capaci; quia iure non reperitur cautum, quòd ea via indirecta poſſit habere; itaque ibi commendat caueri ab his, qui contrariam ſententiam tenuerunt, qui ſunt iam ſuprà allegati, & Palacios Rubeus *in repetitione Rubricæ de donat.§.29. n.4.* Et cum his abſoluitur textus noſter, & materia aliorum iurium iam aſſignatorum in præmiſſo, &c.

Ad Text.in cap.cum inter. XVI. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Appellare non poteſt ille qui renunciauit electioni de ſe facta ad impediendam alterius.*

2 *Eligendi poteſtatem non habet qui ſuo voto renunciat, ſi renunciatio ſit accepta à ſuperiore.*

3 *Electio à ſuſpenſis celebrata non tenet, & ab excommunicato vitando, & de aliis quid remiſſiuè.*

4 *Suſpenſi nec eligere, nec eligi poſſunt.*

5 *Electus poſt conſenſum ante confirmationem poteſt ſine authoritate ſuperioris renunciare electioni de ſe facta.*

TExtus iſte dum in prima parte probat quod appellare non poſſit ille, qui renunciauit electioni de ſe factæ ad impediendum alterius electionem, videtur ſatis, & abundè confirmari ex his, quæ dixi *ſub rubr.de appellat.& in cap.17. in q.fin. eodem*, & in aliis iuribus illius tituli, vbi de renunciante appellationi, & ad propoſitum multis probat hic Barboſa *num.1,& 3.* † Et adiunges Barboſam *de iure Eccleſ.* vbi *p.1. cap. 19.num.87.* probat quòd non habent eligendi poteſtatem, qui ſuo voto renunciarũt, ſi renunciatio ſit acceptata à ſuperiore, nam interim ſi pœniteat, & petat accedere ad eandem electionem, debet admitti ad omnia, quæ circa electionem remanent facienda ex *cap.Eccleſia veſtra,hoc tit.* Iulius Lauor.*tit.4.cap.18.n.88.* Caſtill. *in hoc tit,cap.5.num.22.* dixi ſupra *in Rubrica*. 1 2

Probat ſecundò textus noſter quod electio à ſuſpenſis celebrata, non tenet, multis comprobat idem Barboſa hic *à num.4.* vbi *num.5.* addit quod electio facta ab excommunicato vitando non tenet, & *num.6.* & quod collatio ab eo facta non teneat, vbi *num.7.* quid de facta ab excommunicato occulto, *num.8.* quid de præſentatione, *num.9.* quid de reſignatione. Sed quia de his, ac de aliis factis ab excommunicato, aut ſuſpenſo dixi latè *ſub cap. ad probandum 14. de re iudic.* ideo ad ibi dicta te remitto. † Et videbis notata infra *cap.39.* 3

Suſpenſos nec eligere poſſe, nec eligi, dixit Balboa *in cap.9. de except. à num. 26.* cui, & aliis ab ipſo relatis addo cum multis Barboſa *de iure Eccleſ. p.2.cap.19.* ibi *à num.56.* vbi quod eligere non poſſunt excommunicati, ac ſuſpenſi: & *à num.118.* quod nec eligi poſſint, adiungo etiam *ad verſ.* textus noſtri ibi; *Ideoque.* Suarez *de cenſ.diſp.14.ſect.2. à num.6.* 4

Notabis ad textum hunc quòd electus poſt conſenſum ante confirmationem, poteſt ſine authoritate ſuperioris renunciare electioni de ſe factæ, vt cum multis oſtendit Barboſa *de iure Eccleſiaſtico p.1. cap.19. num.240.* de quo iam dixi latè *ſub Rubrica.* 5

Ad Text.in cap.Qualiter. XVII. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Electio electi qui non habet ſufficientem ſcientiam, vel adminiſtrat ante confirmationem caſſari debet.*

TExtus iſte duo dicit nempe, quod ſi electus non habet ſufficientem ſcientiam, vel ante confirmationem adminiſtrat, eius electio caſſari debet: Ad primum de ſcientia, quam electi ad Epiſcopatum, & ad alia beneficia debent habere: applicabis notata ſupra *in cap.cum in cunctis 7.* & infra *in cap. penult. & fin. de ætate & qualitate ordinandor.* Ad ſecundam verò partem applicabis dicta ſupra *in cap. 9.* & *in cap.15.* vbi 1

de

de ingerentis pœna ſe in adminiſtratione, latiſſimè egi.

Ad Text.in cap. Cum inter XVIII. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Electio valet, non ſpectatis eis qui vocandi non ſunt.*
2 *Vocari debent ad electionem faciendam omnes electores, etiam abſentes in prouincia, & Diœceſi, ſi abſentia non eſt affectata per ſigna ſolita.*
3 *Electio valet, non ſpectatis his, qui vocandi non erant, ſed electores tenentur eos ſpectare vſque ad præfixum tempus.*
4 *Electio Epiſcoporum ad Canonicos ſpectauit: vbi quid hodie.*
5 *Dieta qualibet continet viginti milliaria.*

1 HI vocantur ad electionem non vocandi, valet electio facta, eis non expectatis, ita communiter textus hic ſumitur, propriaquè materia huius textus, eſt illa, quæ ſpectat ad vocandos ad electionem eos, qui ſuffragia ferunt, & nùm vocatis aliquibus, qui nō ſunt de Capitulo, ſi ſuffragia præſtent, eorum votis ſpretis, valeat electio: Etenim adiunges hic, quæ tradit Barboſa *cum multis de iure Eccleſiaſtico p.1.cap.19.à num.*88.vbi de his, qui debent vocari ad electionem, quanto tem-
2 pore expectandi. † Igitur ad electionem prælaturæ per ſigna ſolita, ſiue campanæ, ſiue viuæ vocis, & abſentes in prouincia per litteras, vel nuncium ſecundum locorum conſuetudinem vocandi ſunt, qui debent, volunt, & poſſunt commodè intereſſe, *cap.quia propter* 40.vbi latè *cap.coram hoc tit.* Tamburin.*de iure Abbatum tom.1.diſp.5.q.*3. Iulius Lauor. Rendina *in promptuario receptarum ſententiarum tom.1.tit.36. num.*30.vbi ampliat etiam ſi non ignorauerit, cum multis aliis Barboſa *à num.* 89. vbi quod vocandi ſunt qui ſunt, in prouincia, vel Diœceſi, maximè quando abſentia non eſt affectata, vel ſuſpecta: vbi *à num.*90. qualiter debeat fieri citatio, ad quod adiuoges quæ dixi *ſub cap.*1.
3 *de cauſa poſſeſſionis*, † qui etiam *num.*99. dicit quod ſi electores vocarunt ad electionem eos, quos vocare non tenebantur, num ſint expectandi vſque ad terminum præfixum: de quo dubio cum multis, & cum gloſſa hic *verb.aſſumatis* affirmat, niſi damnum ſuſtineretur tertij, Barboſa hic *num.fin.* & vtrobique cum Hoſtienſi, Butrio Andrea, Rendina, & aliis vt ſupra *in Rubrica.*

4 Hic adiungit Barboſa *num 2. verſ. ad electionem paſtoris*, quod de iure expectat electio ad Canonicos Cathedralis Eccleſiæ quanto tempore durauit, vt conſtat ex titulis *hoc tit. lib.6. & in clementinis*, & demum hæc electio *in extrauag. ad regimen. de præbendis lib.6.* reſeruata eſt Pontificibus, tam Epiſcoporum, quàm Archiepiſcoporum, & Patriarcharum, exceptis Hiſpaniæ, Galliæ, Coloniæ, & Luſitaniæ Prouinciis, quorum Regibus data eſt nominandi poteſtas, & antiquam conſuetudinem ſolum in Germania ſeruari ait, ſed de hoc latè videbis quæ adduxi *in c.Eccleſia Sutrina 3. de cauſa poſſeſſ.& propr.à q.3. & in noſtra Rub.* Et quænam tempora ſint variata, poſuit latè Balboa videndus *in dict.cap.3. de cauſa poſſeſ. & prop. à num.22.* & dixi Ego latè ibi *à q.4.* & ſuprà *in Rubr.huius tituli ſub q.6.* vbi de priſco tempore eligendi.

Et iterum Barboſa hic *num. 7.* in gloſſa *ad De- 5*
canum in verſ. viginti milliaribus pro Dieta computatis, dicit quod quælibet Diæta continet viginti milliaria; ad quod applicabis quæ abundè dixi *in locis ſupra aſſignatis in cap.nonnulli de reſcript.* alia ex multis de vocandis electoribus ſcribit cum aliis Barboſa legendus *dict. lib.1. cap.19. de iure Eccleſiaſtico à num.19.*

Ad Text. in cap. Cum nobis XIX. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Electio an poſt appellationem fuerit celebrata, inſpici non debet, ſed an contra.*
2 *Eligendi ius remanet penès vocantes, quibus competit vocandi poteſtas, ſi vocati venire contemnant.*
3 *Confirmator poteſt examinare electum, etiam nemine opponente.*
4 *Dignior ad paſtorale officium, ſemper eſt eligendus.*
5 *Electus debet docere de ætate, & litteratura.*
6 *Iudex in Eccleſia debet inquirere de qualitate, & idoneitate perſonæ eligendæ.*
7 *Electus confirmandus non eſt, niſi oſtendat ſe idoneum.*
8 *Epiſcopo, quando incumbat onus probandi ſe eſſe Epiſcopum, & quando incumbat electo probare electionem fuiſſe Canonicam remiſſiuè.*

EX littera Pontificis hic quatuor aſſignantur 1
concluſiones. Prima quod non debet inſpici, an poſt appellationem, ſed an contra fuerit electio celebrata: occaſione huius concluſionis adiunges hic plura, quæ dico de attentatis, appellatione pendente; & ſic an electio poſt appellationem interpoſitam, facta irritetur, aut ſit nulla, *ſub cap. bona 51. de appellat*: aliqua notaui ſupra *in cap.*10. *hoc tit.*

Secunda Concluſio eſt quod pœnes vocantes, 2
quibus competit vocandi poteſtas, remanet ius eligendi, ſi vocati venire contemnant, ſic *in verſic. quoniam*, hac occaſione poteris adiungere quæ notat Barboſa *de Iure Eccleſiaſt. p 1. cap.19. à n.* 88. Vbi de vocandis electoribus ad electionem faciendam; & quid fiet eis non venientibus, quid ſi vocati non fuerint, aut contemptus interueniat, ibi *à num.*113. dico infra *in cap. quod ſicut*, adiunges dicta *in cap. præcedenti.*

Concluſio tertia ea nempe eſt, quod ad officium 3
Confirmatoris ſpectat examinare electum, etiam nemine opponente, de quo dixi *ſub cap.*15. *ſuprà*
ibi *ſub quæſt.* 1. † Ex hac concluſione poteris ap- 4
plicare quæ ſupra notaui *ſub cap.7.hoc tit.* & adiungere plura, quæ noto infrà *de præbendis, & Dignit. in cap. 29. de digniore eligendo*; & quòd dignior ad paſtorale officium ſemper ſit eligendus, dixi ſupra *ſub Rubr. quæſt.2. & quæſt. 7.* & *ſub c. 7. hoc tit.*

Concluſio

5 Concluſio quarta eſt, quod niſi electus doceatur ætatis legitimæ, & litteraturæ habeatur pro non legitimè electus, applicabis hîc etiam quæ adduxi *in toto dicto cap. 7. de ætate eligendi* ſuprà *ſub q. 3. Rubrica*, & in *de ætate ordin.* De litteratura ibi
6 *in cap. penult. & fin.* † & quòd Iudex in Eccleſia debeat inquirere de qualitate, & idoneitate perſonæ eligendæ, pluribus docet hic Barboſa *num. 7.* vbi *num. 8. & 9.* alia dicit: vbi de ætate ad Epiſcopatum, de qua *ſub Rubrica de ætate ordin.*
7 Et ad verſ. *neminis* dico ex dictis *ſub cap. 15.* & *ſub q. 1.* quòd electus confirmandus non eſt, niſi
8 oſtendat ſe idoneum, † item applicabis Patianum *de probat. lib. 2. c. 3. à n. 36.* & ibi *c. 28.* an & quando incumbat Epiſcopo onus probandi ſe eſſe Epiſcopum, & *c. 30.* vbi de electione, & quando incumbat electo probare electionem fuiſſe canonicam. Ad huius textus doctrinam applicabis quæ dico *in cap. penult. & fin. de præſumpt. &c.*

QVÆSTIO I.

An electio legitimè facta vitietur per ſecundam, vel debeat valere prima, etiamſi primo electus à ſecunda non appellauerit.

SVMMARIVM.

1 *Electio prima de vno legitimè facta, non reuocatur per ſecundam, quantumuis ſecundo electus in poſſeſſione teneatur, quæ vt attentata reuocatur.*

1 ADiunctis hic quæ dixi ſupra *in Rubrica q. 1. de votis*, ſiue ſuffragiis conditionalibus in electionibus, & aſſignatis dictis *ſub c. 16. n. 1.* & ſupra *ſub c. 15. ſub dicta q. 1.* vbi quod confirmatores debeant expectare conſenſum eligendi, & quæſtione poſita *cap. ſeq. n. 16.* Reſpondeo ad difficultatem, ſtandum eſſe primo electo, etiam ſi ſecundo electus ab eiſdem electoribus, poſitus fuerit in poſſeſſione Præbendæ ad quam electus eſt; quia talis dicitur vitioſa in tantum, vt ſi primo electus appellauiſſet diceretur attentata, iuxta ea, quæ longiſſimè retuli *in cap. bona 51. de appell.* quia licèt ea poſſeſſio data poſt appellationem, extraiudicialis actus dicatur; tamen quia extraiudicialis operatur, vt omnia, quæ fiunt contra, & poſt appellationem, ſubiaceant vitio attentatorum, vt hic in textu noſtro aduertunt Innocent. *n. 2.* Butrius *n. 23.* Imola *n. 8.* Ioan. Andreas *n. 12.* Abbas *n. 7.* idem *in dicto c. bonæ n. 10. verſ. 12. differentia*, & ibi Decius *n. 34.* Franc. *à n. 29.* Lancel. *de attentatis lite pend. c. 12. p. 2. limit. 3. à n. 6.* & cum aliis Burattus *deciſ. 859. n. 1. & 5.* vbi quod appellatio extraiudicialis non cauſat attentata, niſi poſſeſſio capta fuerit contra, & poſt appellationem: ita ex aliis multis reſoluit Diana *p. 7.* poſt tractatus *deciſ. 6.* incipit *vacante*, vbi reſoluit, vt facta electione à maiori parte Capituli Eccleſiæ Raguſinæ de vno, non potuit Capitulum deuenire ad nouam electionem, vt dixerunt Abbas *conſ. 25.* Franciſcus Marcus *deciſ. 931.* Buratt. *deciſ. 313. n. 41.* & quod ſequæſtrum factum de fructibus Præbendæ bene prouiſum fuerit; cum ſic paſſim Rota faciat *in beneficialibus.*

Ad Text. in cap. Innotuit XX. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Illegitimus poteſt poſtulari; non verò eligi.*
2 *Nati illegitimè ſunt inhabiles ad beneficia.*
3 *Filius naturalis vt quis dicatur, requiritur quod ſit ex ſoluto, & ſoluta.*
4 *Illegitimationis defectus non ſuppletur honeſtate vitæ perſonæ, nec vita, aut fama ſine diſpenſatione.*
5 *Diſpenſatio facilis redditur per honeſtatem perſonæ, & litteras perſonæ.*
6 *Diſpenſatio vt impetretur, num requirat mandatum ſpeciale diſpenſandi.*
7 *Illegitimus legitimatus per ſubſequens matrimonium rectè eligitur in Epiſcopum, & promoueri poteſt ad ordines, beneficia, & honores ſine diſpenſatione.*
8 *Eligentes, aut poſtulantes indignum pro ea vice, priuatur eligendi facultate in prima immediatè ſequenti.*
9 *Eligens an ſcienter indignum elegerit, relinquitur Iudicis arbitrio.*
10 *Electio ignoranter facta de excommunicato in maiori, eſt valida.*
11 *Ignorantia quæ excuſet à dolo, remiſſiuè.*
12 *Ignorantia probatur per Iuramentum.*
13 *Dolus qui excuſet, remiſſiuè.*
14 *Eligens indignum, aut excommunicatum ſola confeſſione notum, non incurrit pœnas ſtabilitas in iure contra eligentes indignos.*
15 *Reatum prodere num teneat interrogatus remiſſiuè.*
16 *Electus depoſitus per Papam, à quo antequam reſtitueretur, alius fuit electus ab electoribus, quando non obſtante ſecundo electo, cenſeatur reſtitutus,* n. 17. & 18.
17 *Clauſula* decreti irritantis *reſtituis electum depoſitum, aduerſus ſecundo electum.*

NOtat ad hunc textum diuerſa Barboſa; ſed 1
quæ præcipuè ex littera deducuntur, ſunt duo, nempe, quod illegitimus poteſt poſtulari; non verò eligi, & quod electores, niſi probauerint aliquem ignoranter elegiſſe, incidant in pœnas Lateranenſis Concilij. De primo caſu iam ſupra dictum eſt *ſub cap. Cum in cunctis 7. hoc tit. ex verſic.* ibi, *& de legitimo matrimonio ſit natus,*
† & quòd illegitimè nati, ſint inhabiles ad bene- 2
ficia, & ad ordines, dicit hîc Barboſa *num. 8.* ex-
pendens textum noſtrum *num. 7.* † vbi *num. 6.* po- 3
nit quod vt quis filius naturalis dicatur de Iure Canonico, requiritur vt ſit conceptus ex ſoluto, &
ſoluta, † addens *n. 10. & 12.* quod honeſtas perſo- 4
næ, vitæ probitas, & fama electi non ſupplent illegitimationis defectum.
Ob idque requiri diſpenſationem, ad quam 5
obtinendam ex Tyraquello ait multum iuuare merite perſonæ; itemquè cum litteratis viris facilius diſpenſari. Hæc enim omnia abundè notantur infra *ſub titulis qui filij ſint legitimi*, & *de filiis Preſbyter.* & *in cap. de multa de præb.*

6 Et cum Barboſa ipſe hic *num. 16.* in verſic. *cum non ad poſtulandam diſpenſationem*, noter cum multis ad diſpenſationem tequiri mandatum eius, cui impetratur, ipſequè contrarium ſequatur expendens textum noſtrum, dicens loqui tantum de mandato Capituli, ſupponens ex hoc ſufficere mandatum ſpeciale Capituli ad impetrandam diſpenſationem illegitimo malè electo; ideo adiicies ſuper hoc puncto quæſtionem, quam latè diſputat Sanchez *de matrim. lib. 8. diſp. 26.* dum agit de ea quæſtione. *An diſpenſatio poſſit impetrari abſque mandato eius, cui impetratur*, ad alia generalia videbis *ſub cap. 3. de procurat.* & addit Barboſa alium intellectum, qui colligitur ex verbis *hic* ibi. *Cum non ad poſtulandam diſpenſationem, ſed ad petendam confirmationem ipſius, fuerint Nuncij deſtinati.*

7 Et per hunc textum, illum explicans idem Barboſa *in Paſtorali*, docet quod illegitimus per ſubſequens matrimonium, legitimatus eligitur rectè in Epiſcopum, ibi *p. 1. alleg. 1. à num. 32. & 3.* de quo dixi ſupra *ſub dict. cap. 7.* & idem Barboſa *hic* cum gloſſa *coniugatu num. 19.* notat quod ſic legitimati, poſſunt promoueri abſque diſpenſatione ad ordines, beneficia, honores, ac etiam Epiſcopatum. Et de ratione recurres ad textum, & quæ ibi noto *in cap. tanta, qui filij ſint legitimi.* Adiunges pro perfecta enodatione plura, quæ ſcribit Suarez *de Cenſuris diſp. 50.* & ibi *ſect. 5.* vbi quis diſpenſet cum illegitimis ad ordines.

8 Et in verſ. *Quod eis nec pœnam infligimus expreſſam in Canone ſupra dicto, nec probare cogimus ignorantiam, quam allegant.* Ex hoc verſ. oritur occaſio diſſerendi pro ſecunda concluſione: quare recurres ad ea, quæ ex multis congerit Barboſa *de iure Eccleſiaſtico cap. 19. à num. 66.* dum probat eligentes ſcienter indignum, aut poſtulantes, pro ea vice eligendi poteſtate priuari in prima tantùm
9 electione immediatè ſequenti † dicens *num. 68.* relinqui Iudicis arbitrio, an eligens præſumatur ſciuiſſe electum fuiſſe indignum, & ex quibus hæc
10 ſcientia colligatur † cumquè ibi *num. 122.* probet quod electio ignoranter facta de excommunicatione ſit valida, ideò bene ſequeris quæ docet hic *à num. 21.* Barboſa ex gloſſa *nullam* ibi *Canon.* & *num. 22.* gloſſa *ignorantiam*, & ſub illa gloſſa ibi: *probarent ignorantiam.*

11 Quæ ergo ignorantia excuſet à dolo, & delicto, notaui ſupra breuiter *in cap. ſuper litteris de reſcrip.*
12 † Et quia hic Barboſa *num. 26.* ex Farinacio, dicat quòd ignorantia probatur per iuramentum; ideò adiunges quæ ex multis congerit Gratian. *re-*
13 *gula 270.* † & ex practica gloſſæ huius textus diſputat Zeuallos quæſtionem de dolo dantem cauſam contractui bonæ fidei. Verùm quia de hac materia latiſſimè noto infra *in cap. 3. de dolo & contum.* ideò recurres ad ibi dicta, aliqua dixi *ſub*
14 *cap. 20. de reſcript.* † etenim ad textum noſtrum dices quod qui indignum, aut excommunicatum, ſola confeſſione notum, eligit, non incurrit pœnas quæ in iure eligentibus indignos decernuntur; quia pœnæ pertinent ad forum externum: ita Sanchez *de matrim. lib. 3. diſp. 16. num. 6.* Fagundez *in decalogis Eccleſ. in pruc. 2. lib. 6. cap. 2. n. 7.*

15 In verſ. *multu*, & ibi: *Et humilis deuotio confitentis qui ſpontè, ac deuotè ſuum maluit reatum confiteri, quam laſa conſcientia thronum aſcendere paſtoralem.* Ex his verbis poteris adiungere quæſtionem, de qua Sanctius ex textu hic *lib. 3. de matrim. diſp. 14.* dum diſputat, An quis interrogatus, teneatur prodere ſuum reatum. Bene etiam diſputauit videndus Couar. *lib. 3. var. cap. 1.* de quo latiſſimè dixi *ſub c. 1. & 2. de confeſſis*, vbi leges.

Ex gloſſa hic verb. *ſuſceptionem*, reſoluit Barbo- 16
ſa *n. fin.* quæſtionem, de qua eadem gloſſa hic nihil reſoluit, etiam ſi arguat pro vtraque parte. Et eſt illa vtrum quando electus fuit per Summum Pontificem depoſitus, ſi poſtea electores idem alium eligant, & contingat, vt Papa reſtituat primum, an iſte ſit præferendus † vel ſecundo electus; 17
& cum multis vt reſpondeat diſtinguit: nam ſi Papa in reſtitutione decreti irritantis clauſulam adiecerit, nempe. *Quidquid in contrarium factum fuerit*, &c. tunc reſtitutum recuperare Prælaturam ait, non obſtante alia electione interim facta, quæ ob decretum, nulla redditur. Et pro maxima extenſione huius dicti adiunges plura, quæ latè ſcripſi ſub *cap. cum te 23. de ſent. & re iudic.* vbi quæ recuperet à Principe reſtitutus. † Quod ſi clauſula decreti 18
minimè ſit adiecta, tunc ſi electio per Canonicos facta, Papæ reſtitutionem præceſſit, hæc erit valida, ſecus ſi Papa prius reſtituiſſet,

Vnde pro extenſione adiunges quæſtionem, 19
quam poſui ſupra *in cap. 19. praced.* an ſcilicet prima electio per ſecundam innalidetur. Et aduertes me explicaſſe textum hunc infra *in c. 4. de iudiciis quaſt. 17. num. 3.* & verus intellectus colligitur ex verbis hic &c.

QVÆSTIO I.

An infans ex genere Mahometano baptizatus, & poſtea Religionem ingreſſus, poſſit ſine vlla diſpenſatione eligi vt Pralatus?

SVMMARIVM.

1 *Infans ex genere Mahometano baptizatus, poſtea ingreſſus Religionem, poteſt ad Prælaturas aſſumi in Religione.*
2 *Bulla Pauli IV. expenditur.*
3 *Religiones, quæ communicant in priuilegiis; non ideò in pœnis.*

SVppoſitis ad hanc quæſtionem quæ dixi ſuprà 1
in cap. eam te de reſcript. & quæ dixi *in cap. cum d putati 16. q. 4. 5. 6. 7 & 8.* vbi an Religionis ingreſſus auferat inſolubilitatem ad Prælaturas; breuiter nunc ad difficultatẽ, dico quòd licèt Neophitus de iure cõmuni non poſſit eligi in Prælaturã, *cap. quoniam multa, cap. ſi Neophitus diſt. 48.* vt obſeruant Caſtellinus *de elect. cap. 11. num. 34.* Azor. *tom. 2. inſtitut. moral. lib. 6. cap. 2. num. 34.* Auila *de cenſ. p. 7. diſp. 4. n. 34* & ſic videatur ex Bulla Pauli IV. prohibentis, vt deſcendentes ab Infidelibus, poſſint in ordine Minorum ad Prælaturas aſſumi; & ſic gratianus *in princip. diſt. 48.* ideo ait Canones excludere à Prælaturis Neophitos; quia tanquam inexperti non poterant obſeruare ea quæ ratione perſonarum, locorum, & temporũ, ſunt à Prælatis obſeruanda. Tamen quia ille qui ab infantia baptiſmũ ſuſcepit, non dicitur Neophitus, ſicut nec ille, qui ab hinc decem annis, Baptiſmi Sacramento inſignitus eſt, euenit vt tales non excludantur à ſacris ordinibus, nec à Dignitatibus Eccleſiaſticis: ita docent Ioannes Præpoſitus *in 3. p. D. Thoma q. 5. de irregularit.*

dub. 5.

*dub.5. n.*122. Salzedus *in praxi c.*22.*n.*11. Campanil. *in diuerſ. iuris Canon. Rub.*11 *c.6 n.*7. Peirinus *de priuileg. regul. tom.*2.*q.*2.*c.*5.§.6.*n.*8. Tamburinus *de iure Abbat. tom.*4. *diſp.*5. *q.*21, *n.* 64. cum aliis Diana *part.*4. *tract.* 2. *reſ.* 50. *& p.*6. *tract.*7.
2 *reſ.*1. † Vbi reſpondeo cum multis triplici modo ad Bullam Pauli IV. dicit eam in deſuetudinem abiiſſe, ſublatamquè fuiſſe per alias Pij V. anni 1575. qua conceſſum fuit Patribus Minoribus, vt poſſint recipere in Religionem filios Infidelium, & ad Prælaturas admittere; idemquè conceſſum
3 per aliam Gregorij XIII. † Et eſto quod illa ſublata non eſſet per iſtas, tamen eius pœnam, non extendi ad alias Religiones; quia, vt rectè ait Laurentius Portel. *de regularib. verb. Communicatio. n.* 20. Religioſi communicantes, in priuilegiis, non proinde communicant in pœnis, & punitionibus alterius ordinis; cum ergo inconuenientia primæ opinionis ceſſent in Baptizatis ab infantia, vel ante decem annos, ſequitur vt poſſint prædicti abſque vlla diſpenſatione ad prælaturas admitti de iure communi, niſi ſpecialiter fuerit prohibitum: Videbis Sanchez *in ſumma tom.*1. *lib.*2. *c.*27. *n.*3. Rodriguez *in quæſt. regular. tom.*1.*q.*55. *art.*17. Miranda *in manuali Prælator. tom.*2. *q.*46. *art.*6. Tamburin. *de iure Abbat. tom.*2. *diſp.*17.*q.*6. Lezana *in ſumma quæſt. regular. tom.*3. *cap.*1.*n.*52. Villalobos *in ſumma tom.* 1. *tract.* 21. *diff.* 16. *num.* 3.

Ad Text. in cap. Cum inter XXI. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio nulla extraiudicialis ſuſpendit executionem.*

2 *Electio facta de extraneo habili à toto Collegio valet, vel à maiori parte.*

3 *Eligendus erat olim de gremio vnus ad Eccleſiam, ſi reperiretur.*

4 *Morbo epileptico, ſeu caduco laborans, eligi non poteſt, nec ordines aſſumere,* & n.5.

6 *Dæmoniaci, id eſt à Dæmone obſeſſi, nequeunt ordinari.*

7 *Furor per annum cenſetur durare, ſi conſtet furioſum antea fuiſſe agitatum furore.*

8 *Sanitas mentis naturaliter, & de iure præſumitur, etiam in ſene.*

9 *Sanitas mentis probatur per communem reputationem, & prudenti diſpoſitione.*

1 SAtis Barboſa exornat litteram huius textus, quare quia ipſe *n.*3. *in verſic. non obſtante appellatione obiecta*, notet quod nulla appellatio extraiudicialis ſuſpendit executionem, aut cauſet attentata; ideo adiunges plura, quæ extenſiuè dixi de attentatis *in cap. bona* 51. *de appellat.* applicabis dicta ſupra *in c.*16. *n.*1. & *in c.* 19. *n.*1. & *ibi dictum q.*1.

2 Et *in verſ.* ibi *diſcretioni n.*2. & in gloſſa *aliam*, *n.*6. aduertit Barboſa quod electio facta de extraneo habili à toto Collegio, vel à maiore ipſius parte valet; & licèt aptius ſit, & honeſtius vt fiat electio de illo, qui eſt ex proprio Collegio, & Eccleſia: tamen electionem de extraneo habili factam, validam eſſe, multis probat, quare applicabis quæ noto abundè infra *in cap. ad decorem.*5. *de inſtitutionib.* & quæ dixi ſupra *in cap. licet* 6. *hoc tit.* vbi quod electio Pontificis, debet eſſe de Collegio.
† His adiunges quæ ſcribit cum multis Barboſa *de Iure Eccleſiaſt. p.*2.*c.*19. quatenus *n.*132. dicit, quod 3
olim erat eligendus ad Eccleſiam vnus de gremio, ſi in eo reperiretur idoneus, & valere electionem, ſi aliunde alius aſſumeretur: aliquid dico infra *ſub cap. ſequenti*, & applicabis quod dixi ſupra *in Rubrica q.*4.*num.*41. *de Abbatiſſa eligenda de gremio.* Et in terminis probant etiam Doctores per gloſſam hic, verbo *aliam*, & *in cap. cum dilectus hoc tit.* Selua, Franc. Marcus *deciſ.*1368.*part.*1. Nauarrus *conſ.*6. *n.*1. *hoc tit. in nouis*, Sahagun *in cap. eam te n.*30. *de reſcriptis*, Zerola *in praxi Epiſc. part.*1. *verb. Beneficia*, §.8. Selua *de beneficiis part.* 3. *q.*23.*n.*2.

Et in verbis ibi: *Morbo epileptico laborare*, & 4
ibi: *dummodo à morbo ſit immunis obiecto*, & in gloſſa ibi *epileptico*, ponit hic Barboſa *n.*4. 6. *&* 7. quod morbo epileptico, ſeu caduco laborans, eſt inhabilis ad beneficia. Et hac occaſione adiunges quæ Doctores dicunt *ſub tit.* infra *de Clericis ægrotantibus*, & applicabis quæ etiam adducunt *ad tit. de coniugio leproſorum.* † Nec poſſe ordines aſſu- 5
mere, nec in aſſumptis miniſtrare morbo epileptico, ſeu comitiali correptum, cum multis probat ipſe Barboſa *dicto n.*7. Quare applicabis quæ noto infra *ſub tit. de corpore vitiatis ordinandis, vel non*, & quæ dixi *in Rubrica* ſupra *hoc tit. q.*1. *n.*41. *&* 42.

Et in gloſſa *epileptico*, verb. *Dæmoniacis*, & in 6
gloſſa *recuſatus*, verſ. *quia non conſtabat*, aduertit Barboſa *n.* 8. Dæmoniacos, id eſt obſeſſos à Dæ-
monibus, nùm poſſint poſſint ordinari. † Et paſſio- 7
nes animi vehementes durare præſumi; & ſic furorem durare tempore anni, ſi conſtet furioſum fuiſſe antea furore agitatum, quamvis habeat luci-
da interualla, † cum etiam è contra dicat *n.*10. *in* 8
fin. vt mentis ſanitas, naturaliter, & de iure præſumatur, & afferenti contrarium incumbat onus pro-
bandi; & quod illa præſumatur etiam in ſene, † & 9
quod probetur per communem reputationem, & ex frequentia Sacramentorum, Eccleſiarum, ac Miſſæ deuotione; item & quod arguat mentis ſanitatem prudens diſpoſitio. Ideò pro exornatione primi dicti de Dæmoniacis, applicabis quæ Doctores tractant *in tit. de frigidis, & maleficiatis*, & *in tit. de ſortilegiis*, & infra *de corpore vitiatis.* Et pro exornatione ſecundi applicabis quæ dico latè *in c. penult. & fin. de præſumpt.*

Ad Text. in cap. Dudum XXII. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM,

1 *Electio facta à maiori, & ſaniori parte Capituli, ſemper præualet, etiamſi electus ſit ex aliena Eccleſia.*

2 *Eligentes naturaliter ſuæ obligationi ſatisfaciunt eligendo eum qui maioribus innatur meritis.*

3 *Suffragia maioris partis iuuant, ſi nullam patiantur exceptionem.*

4 *Maior pars in electionibus, qualiter attendatur.*

1 ABundè textus huius litteram exornat Barboſa hic; & quia agi poſſunt generalia, quæ ad bonam electionem requiruntur, tam ex parte electorum, quàm eligentium, & ipſiuſmet electionis; ideò pro ampliori enodatione adiungere poteris plura dicta ſupra *in Rubrica*, & in iam exornatis capitibus. Etenim Barboſa *de iure Eccleſ.* cum multis probat *num.* 133. quod electio facta à maiori, & ſaniori parte Collegij, ſemper præualet, ſiue electus ſit ex propria Eccleſia, ſiue ex aliena, vt ſupra *cap.* 21. *num.* 2. *&* 3. pluribus probat Rendina *in promptuario receptarum ſenteut tom.*1.
2 *tit.* 36. *num.*2. † & *num.* 137. quod eligentes, non aliter ſuæ obligationi ſatisfaciunt, quam ſi eligant illum, qui maioribus iuuatur meritis; qua occaſione applicabis, quæ ſupra notaui *ſub cap.* 7. & *in Rubr. q.* 4. *& fin.* vbi de eligendo digniori, & habiliori ad Prælaturas; etiam Regulares ad beneficia Eccleſiaſtica, & ad Magiſtratus; & officia ſæcularia, & in terminis probat textus *in cap. ſi forte* 63. *diſt. & auth. de Monachis* §. *fin. collat.* 1. optimè Trident. *ſeſſ.* 24. *de reform. c.*1. & hoc quidquid contrarium teneant gloſſa verb. *qui præſtantur in cap. licet* 8. *q.*1. gloſſa penultima *in cap. penult. de officio Cuſtodis.* gloſſa verb. *magis in cap. conſtitutis de appellat.* nec implicat textus *in cap. cum nobis hoc tit.* verſ. *illius*; quia ex eo tantum conuincitur, vt facta electio de digno, prætermiſſo digniori, valida ſit, cùm alias omnis electio, vel præſentatio calumniã pateretur, & damnaretur occaſio infinitis litibus, ſi electiones eo prætextu reuocari permitterentur; ſi quidem nec tolerabile ſit, nec conueniat Reipublicæ: ſic omnes ex D. Thoma 2. 2. *q.*63. *art.*1. *ad* 3. Gutierrez *canonic. lib.*2. *cap.* 11. *num.* 12. vbi *num.* 18. dicit quod ſi aliud fieret, omnes fere Prælati eſſent in ſtatu damnationis, prouidentes Dignis beneficia ſimplicia, prætermiſſis dignioribus, Nicolaus Garcia *de benef. p.* 7. *cap.* 16. *num.* 17. cum multis Barboſa *dict. cap.* 19. cum aliis *num.* 138. contra Vaſquez *in opuſculo moral. tract. de benefic. num.* 78. dicentes quod Trid. vbi ſupra *cap.* 18. ſolum intelligatur de electione ad Epiſcopatus, & beneficia curata, quæ, per concurſum prouidentur † & *num.*222. ait quod
3 electio à maiori votorum, ſeu ſuffragiorum numero facta, valida reputetur; dummodo ipſa vota ſint legitima, nec vllam patiantur exceptionem.

Et *num.* 223. ait quod maior pars in electionibus
4 non attendirur comparatione minoris, & reſpectu numeri, ſed reſpectu, & in ordine ad totum Capitulum. Et applicabis quæ dixi ſupra ad textum *in cap. bona* 3. *de poſtulatione Prælat.* Balboa *in cap.* 1. *de cauſa poſſeſſ. & propriet. num.* 85. *&* 89. expendit textum noſtrum *in verſic. cum autem*; quatenus ex eo Doctores diſputant, an contra indefenſum procedi poſſit; de qua quæſtione latiſſimè ipſe Balboa *ibi à num.*59. & Ego ibi, & *ſub cap.*1. *de Iudiciis*, item quæ dico *in cap. publicato* 58. vbi qualiter explicetur maior numerus.

Ad Text. in cap. Bonæ memoriæ XXIII. hoc tit.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Eligendi poteſtas, quæ in aliquibus ex eligentibus, admittitur per delictum deuoluitur ad non delinquentes.*

2 *Amentes perpetuò, non habent vocem in electione.*

3 *Electio facta cum interuentione vnius excommunicati, non valet.*

4 *Electio facta per comminationes, & impreſſiones, eſt ipſo iure nulla, ſicut per metum cadentem in virum conſtantem, & qualis illa dicatur.* n.5.&6.

7 *Defenſio in notoriis non competit.*

8 *Iudex præſumitur benè ſententiam tuliſſe, etiamſi ſit homo nequam, & improbus.*

9 *Negantis factum per rerum naturam, nulla eſt directa probatio.*

10 *Teſtes ſingulares non probant, nec coniunguntur ad probationem faciendam.*

11 *Nuncio aſſerenti, num credatur? remiſſiuè.*

12 *Electio Papæ, ad quos pertineat? remiſſiuè.*

BArboſa abundè etiam exornat litteram huius 1
textus, cuius dictis nonnulla adiicio, quæ facient materiam amplam. Colligit ergo *num.* 1. *&* 2. ex littera quod ſi aliqui eligere debentes ob delictum commiſſum poteſtate eligendi, priuati fuerint, illa poteſtas ad alios, qui non deliquerunt deuoluitur: ſic poſt ordinarios Antonius Raguc *de voto Canonicor. in Capitulo, quæſito* 30. *n.*13. 14. *&* 15. vbi intelligentiam præſtat Rendina *in promptuario receptarum ſententiarum to.* 1.
*tit.*36. *n.*33. † Ex quo dicto applicabis quæ tradit 2
Barboſa *de iure Eccleſiaſt. part.*1. *cap.* 19. *à n.*55. vbi quod amentes perpetuò, non habent vocem in electione, gloſſa *in cap. cum inter ſupra verb. diſcretionem*, & *in cap. cum ex eo*, Iulius Lauor.
*tit.*4. *c.*15. *num.*32. † Et *à num.* 57. vbi quod ele- 3
ctio facta cum interuentu vnius excommunicati, non valet, niſi excommunicatus ſit per violentiam; vbi *à num.*58. tradit de electionibus factis à ſuſpenſis, interdictis, ſeu irregularibus. Videbis notata infra *in c.* 39. & dicta ſupra *in Rubrica ſub quæſt.*1.

Et in verſ. *deinde inquireret num.* 2. notat Bar- 4
boſa quod electio facta per comminationes, & impreſſiones, eſt ipſo iure nulla. Quare applicabis quæ notaui ſupra *in cap.*14. vbi de libertate, quæ requiritur ad electionem, & illa, quæ latè dixi *in cap.* 15. *de iureiurando*, vbi plura de his, quæ per metum fiunt valeant, vel non. Et Barboſa hic *num.* 11. in gloſſa *metuebant*, dicit celebratam per timoris metum, non valere; vbi quod timor inferendæ violentiæ, licet illata non ſit, viriat electionem; ſed Sigiſmundus à Bononia *de electione dubio* 54. & Lauorius *tom.* 4. *variar. lucubr. c.*21.
*ex n.*4. † dicunt quod vt motus ſit ſufficiens ad 5
redden

reddendam electionem nullam, debet eſſe metus cadens in conſtantem virum, qui vt talis ſit, tria requiri dicunt, primum vt malum, quod timetur ſit grauè arbitrio Iudicis, & quod fortis, & intrepidus non timet quæ non oportet, vel vbi & quando non oportet. Secundum vt probabiliter pertimeſcatur, inſpecta qualitate incutientis, & patientis metum. Tertium vt timens non poſſit facilè occurrere malis, quæ timentur; qui etiam addunt; & cum eis, & aliis Barboſa hic *dict. num.* 11. *in fin.* ad incurrendum iuſtum metum, non requiri neceſſariò, vt mala prædicta timeâtur in perſona propria, ſed ſatis eſſe, vt timeâtur in perſona conſanguineorum, & arctiſſimo vinculo neceſſitudinis coniunctorum; & ſic Nauarr. *conſ.* 5. *hoc titulo num.* 2. Ludouicus Miranda *in manuali Prælator. tom.* 2. *quæſt.* 23. *art.* 1. Laurentius de Peirinis *tom.* 1. *de relig. ſub dict. quæſt.* 1. *de obedientia cap.* 31. §. 8. Caſtellin. *de elect. cap.* 4. *num.* 56. Tamburinus *de Iure Abbat. diſput.* 5. *quæſt.* 22. *num.* 7. & 8. docent electionem celebratam per metum, impedientem omnino libertatem eligendi, ipſo iure nullam eſſe.

6 Et in verſ. *quia fruſtra legis auxilium inuocat, qui committit in legem* plures adducti à Barboſa hic exornant axioma boc, de quo ipſe *axiom.* 136. *num.* 14. quia leges nihil fruſtra faciunt. Iaſon *in l. ait prætor num.* 1. *ff. de iureiur.* Cæſar Argelus *de contradictore legitimo quæſt.* 2. *num.* 200. & *quæſt.* 13. *num.* 48. & *quæſt.* 18. *n.* 8. Armendar. *in proœm. addit. ad leg. Nauar. num.* 50. Marilian. *deciſ.* 47. *num.* 5. *Turam. de legib. p.* 2. *cap.* 21. *a num.* 19. Giurba *ad conſuetud. Meſſa. capit.* 2. *gloſſ.* 1. *num.* 8. & *c.* 3. *gloſſ.* 2 *num.* 17.

7 Et ibi: *Exceſſus notorius examinatione non indiget*; ob idque notat Barboſa hic *num.* 5. quòd in notoriis, quando conſtat abſenti, nullam competere defenſionem, non requiritur citatio, ſic multis comprobans. Ideo adiunges plura, quæ noto, *de notorio in cap. veſtra de cohabitatione Clericor.* & *in cap. euidentia de accuſat.* item de caſibus, in quibus citatio non requiritur; inter quos de notorio dixi *ſub c.* 1. *de cauſa poſſeſſ. & propriet.* ad quod applicabis quæ de denegata appellatione in pluribus caſibus dixi *in c.* 11. *de appell.*

8 Ibi, *& pro his, quæ à Iudice ſunt facta præſumitur*, dicit Barboſa, vt pro Iudice ſemper iura præſumant, etiam ſi à ſententia ſit appellatum; quia præſumitur iudicatum; provt de iure applicabis notata infra *in cap. in præſentia* 6. *de renunciatione*, & quæ dixi *in cap. ſicut nobis* 16. *de ſententia, & re iudicata*, etiam ſi iudex ſit homo nequam, & improbus, Maſcard. *de probationibus, concluſ.* 486. *num.* 8. Barboſa *ibi num.* 4. vbi *num.* 5. dicit, vt pro iuſtitia ſententiæ præſumatur, ſi ab ea non ſit appellatum.

9 Et ibi, *quia negantis factum per rerum naturam, nulla eſt directa probatio*; etſi Barboſa hic hoc dictum multis Doctoribus comprobet, tamen qualiter procedat, dixi Ego latiſſimè *in cap. quoniam contra falſam, & in cap. ſequenti de probat.* vbi intelligentur plura, quæ notat Barboſa cum gloſſa hic *a n.* 13.

10 Ibi, *eſſent in ſuo teſtimonio ſingulares*, notat Barboſa hic *num.* 9. quod teſtes ſingulares non probant, nec ad probationem faciendam coniunguntur. Tamen quia latiſſimè dixi de teſtibus ſingularibus, *in cap. tam litteris* 33. *de teſtibus*; ideo ad ibi dicta recurres.

11 Ibi, *ſicut nuncio*. An nuncio credatur, dixi latè *in cap. poſt ceſſionem* 7. *de probationibus*, ad quæſtionem, an credatur nuncio dicenti aliquem citaſſe, *in c.* 1. *de cauſa poſſeſſ. & propriet.*

Et ſub dicta gloſſa *metuebant*, in verſ. *Etſi electio Papæ in vrbe Romana fieri non poteſt*, quærit Barboſa cum Dionyſio Paulo, ad quos pertineat Papæ electio, ſi ſede vacante Apoſtolica, omnes Cardinales eſſent mortui; & licèt reſpondeat; tamen, de boc puncto, & aliis iam Ego dixi ſupra *ſub cap.* 6. *hoc titulo*, & remiſſiuè dixi plura *ſub Rubrica noſtri tituli.* 12

QVÆSTIO I.

An electio debeat eſſe libera à metu. Et an ſuſtineatur conſuetudo, vt fiat ex certo genere perſonarum, vel ex vno de duobus nominatis?

AD primam quæſtionis partem reſpondebis ex dictis hic *à n.* 4. item ex dictis ſupra *in cap. cum terra* 14. *n.* 8. vbi etiam reſpondetur ad ſecundam quæſtionis partem, &c.

Ad Text. in cap. Quærelam XXIV. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Aſſignantur quæſtiones pro intellectu huius textus.*

2 *Penſionarius poteſt agere remedio ſpolij, aduerſus negantem ſoluere interdicto poſſeſſorio, & vnde vi contra negantem ſoluere penſionem, quæ ſoluebatur ſuo prædeceſſori*, numero 3.

3 *Bonorum poſſeſſio Prælati continuatur in Eccleſia.*

4 *Penſionario datur actio contra Succeſſorem in beneficio pro terminis decurſis & non ſolutis in vita, ſi diligentiæ præceſſerint.*

5 *Succeſſor tenetur ad ſolutionem penſionis pro terminis decurſis, tempore alterius Epiſcopi facta diligentiâ contra hæredes prædeceſſoris.* n. 6.

7 *Eligendi, conferendi, & præſentandi actus ad eum pertinet, qui eſt in quaſi poſſeſſione, etiam per vnicum actum cum quinque requiſitis.* n. 8. & 9.

10 *Teſtes exceptione maiores qui dicantur? remiſſiuè.*

11 *Interdictum recuperandi contra illum, qui de nouo ſoluere recuſat, pro recuperandis annuis, præſtationibus, vel penſionibus merè perſonalibus.*

12 *Iudex, qui iudicauit in prima inſtantia, dicitur ſuſpenſus in ſecunda, nec poteſt eſſe aduocatus in ſecunda, vel è contra*, numero 13.

13 *Præſcriptio iuris Patronatus, an ſit Laicis conceſſa?*

14 *Vaſſallorum Dominis, an competant remedia poſſeſſoria?*

15 *Cumulatio actionum, num liceat remiſſiuè.*

17 *Prouiſus, & præſentatus à poſſeſſore, præfertur præſentato à proprietario; quia ſemper in beneficialibus attenditur vltimus ſtatus, &* ſub n.19.

18 *Interdictum* vnde vi, *an competat pro quaſi poſſeſſione annuæ præſtationis,*

19 *Alternatiua vt intret, vel non, ex quaſi poſſeſſione attenditur.*

1 DE intellectu huius textus videbis quæ dixi *in cap.3. de cauſa poſſeſſ. & prop. q.1. num.22.* & *in cap. 4. de reſtitutione ſpoliatorum, q.4. n.3.* & *in c.7. de præſcript. q.3. n.15.* & *in c.17. eodem quæſt.2. num.25.*

2 Plura inquam mouet reſoluens Barboſa, quorum aliqua per extenſum alibi tractaui. Igitur in verſ. *petens penſionem* &c. *ſibi reſtitui de nouo ſubtractam.* Per hæc verba notat ipſe quod penſionarius poteſt agere remedio ſpolij pro penſione ſibi
3 ſubtracta † & quòd poteſt agere aduerſus negantem ſoluere interdicto poſſeſſorio, Menochius *remedio 1. recuper. num. 82. & à num. 87. & remedio 15. num. 200.* Aymon. *conſ. 11. num. 6. & 7.* Afflictis *deciſ. 395. à num. 3.* Bernard. Græuæ *in pract. Cameræ imperialis lib. 2. concluſ. 75.* Olaſcus *deciſ. 99. num. 10.* Azor. *inſtitut. moral, p. 2. lib. 2. cap. 13. q. 2.* & alij. Et interdicto *vnde vi* contra negantem ſoluere penſionem, quæ ſoluebatur ſuo prædeceſſori; nam poſſeſſio bonorum Prælati continuatur in Eccleſia, Valaſcus de iure emphyteutico *q. 32. num. 24.* Gigas *de penſionibus, q.47. num. 10.* Maſcardus *de probat. concluſ. 1323. num.19.* Menochius *dict. rem 1. de recuper. num.87. & 160.* Zeuallos *in pract. q.656.* Felician,
4 *de cenſibus lib.3. cap.1. à num.8.* † Et an detur actio penſionario contra ſucceſſorem in beneficio pro terminis decurſis, & non ſolutis in vita prædeceſſoris; etſi Rota nunquam voluerit admittere actionem olim; poſtea verò eam conceſſiſſe probat Barboſa ſi diligentiæ præceſſerint contra ſucceſſorem eundem; adeo vt penſionario nulla poſſit notari negligentia. Hæc, & alia notant Barboſa, Seraphinus *deciſ. 1351. num. 1* Gregor. *deciſ. 507. num. 2.* Nicolaus Garcia *de benef. p.1. c.5. num.199.* Stephanus Gratianus *diſcept. forenſ. c.94. n.59.* Mareſcot.
5 *variar. lib.1. c.18.* & alij. † Vnde ipſa Rota *in vna Canarienſ. penſion. 15. Ianuarij, & 17. Nouemb. 1597.* coram Gyptio, cenſuit quod ſucceſſor tenetur ad ſolutionem penſionis pro terminis decurſis tempore alterius Epiſcopi, facta diligentia contra hæredes prædeceſſoris, & eadem Rota *in Toletana penſionis 13. Iunij 1608.* coram D. Penia clarius cenſuit ſufficere diligentias contra prædeceſſores, vel
6 eius hæredes, & bona. † Pro quorum complemento reſolues iuxta quæ dixi *ſub cap. qua v.11. de Iudiciis à q.11.16. & 20.* item & quæ adduxi latè *de interdictis recuperandæ,* & vnde vi *in c.3. & 4.* & *in cap. olim.12.* & alibi *ſub titulo de reſtit. ſpoliat.* Aliqua curioſa adduxi in quadam allegatione pro D. Ioſeph. de Eſpinar, & Mendiola, comparantes in cauſa contra D. Ludouicum Gallo, Domino de Fuente Pelayo anno 1655. *ſub art.4.*

7 In verſ. *in quaſi poſſeſſione præſentandi Clericum exiſtebat*; cum ergo Barboſa hic *num.7.* notat quòd actus eligendi, conferendi, vel præſentandi ad eum pertineat, qui eſt in quaſi poſſeſſione eorũ actuum; ideò applicabis plura, quæ ſcripſi *ſub cap. cum Eccleſia Sutrina 3. de cauſa poſſeſſ. & propriet.* plenè Nicolaus Garcia *de benefic. p.5. c.5. à n.1.* Cauedus *de Patronatu Regiæ coronæ c.8.* Gonzalez *in regul.8. Cancellariæ gloſſa 4. §.2.* Dueñas *regul. 282.* Selua *de benficiis p.2. q.7.*

Item in verſic. *per multa tempora perſoluta*: Occaſione huius verſ. agit longè Barboſa *hic* de quæ- 8
ſtione, an quaſi poſſeſſio incorporalium, veluti iuris, eligendi, præſentandi, vel conferendi, acquiratur per vnicum actum, vel ſit neceſſaria actuum multiplicatio, & *num.10.* contra plures reſoluit vnicum ſufficere. Et ob id Caputaquen. *in deciſione 337. p.2.* Puteus *deciſione 192. lib.1.* Achiles de Graſſ. *deciſione 5. de iure patron.* Rota *diuerſ. deciſione 17. part.2.* Triuis *deciſione 54. part. 2.* dixerunt vt quaſi poſſeſſio in iuribus incorporalibus ex vnico dumtaxat actu acquiratur. Et reſpondet ad textum *in dicto cap. cum Eccleſia Sutrina, & cap. cum olim 7. de cauſa poſſeſſ. & propriet, l.1. §. hoc interdicto ff. de itinere, actuquè priuato, c.1. §. ſi verò Vaſſallus in vſibus feud.* de quibus longè diſputaui *ſub dicto cap. cum Eccleſia Sutrina,* vbi
perleges. † Et idem Barboſa hic *à num. 4.* ponit 9
verum ex vnico actu acquiri, dum concurrant quinque requiſita, nempè quod electio ſit confirmata, & effectum ſortita, quod vſus, quo acquiritur quaſi poſſeſſio exerceatur iure proprio, ſeu ſuo; & quod ſit cum ſcientia eorum, quibus præiudicatur, & ſit cum bona fide vtentis; & quod actus talis, vel tales, ex quo aut ex quibus prætenditur quaſi poſſeſſio, ſint clari, & certi; non verò turbidi, dubij, & obſcuri. Et ſeptem requiſita poſuit latiſſimè Calderin. *in conſ.12. de iure patronatus,* Caſſadorus *in deciſ.7. de cauſa poſſeſſ. & propriet.* & inter illa, vt principalius ponitur ſcientia, quæ requiritur illorum, quibus præiudicatur; Ricciuſ cum multis aliis *collect. 1454.* vbi quod ex turbidis, & obſcuris collationibus, non acquiritur quaſi poſſeſſio, ſicut non eſt locus manutentioni, quando non eſt clara, ſed intricata, turbida, & offuſcata, vt fuit dictum *in vna Cæſar. Auguſt. fructuum 23. Ianuarij 1597.* coram Pamphilo, Veralhus *deciſ.200. p.2.* Rota *in vna Tarniſina Plebis 5. Iunij 1587.* coram Bubalo.

Ibi *teſtes omni exceptione maiores*: qui iſti ſint, 10
videbis infra *in cap. licet ex quadam,* & *in cap. teſtimonium,* & in pluribus Capitulis, vbi per extenſum ſcripſi infrà *de teſtibus.*

Ibi *in eundem ſtatum percipiendi*: hic *num. 21.* 11
Barboſa dicit, quod pro recuperandis annuis præſtationibus, vel penſionibus merè perſonalibus, conceditur creditori interdictum poſſeſſorium recuperandæ contra illum, qui de nouo ſoluere recuſat. Ad hoc dictum applicabis nonnullas quæſtiones, quas infra addo, & quæ de annuis præſtationibus, dixi *ſub c.4. de reſtit. ſpol. q.4.* & adiunges quæ tractat Gomez. latè *in l.45. Tauri n. 172. ex verſ. fin. hîc.*

In gloſſa *commiſſi*; ex hac gloſſa notat Barboſa, 12
quod Iudex, qui iudicauit in prima inſtantia, dicitur ſuſpenſus in cauſa appellationis; ſed de hoc dixi latè *ſub cap.4. de foro competenti, à quæſt.32.* cum aliis. Et qui in prima inſtantia fuit iudex non poſſit eſſe Aduocatus in ſecunda, ſiue è contra, de quo *in dicto cap. 4. à dicta quæſtione 32.*

Occaſione huius textus adiunges pro eius com- 13
plemento quæſtiones ſequentes, an Laicis ſit conceſſa præſcriptio iuris Patronatus Eccleſiaſtici, tractat Faquin. *lib.8. controuerſ. cap. 24.* de quo dixi latè *ſub cap. 7. de præſcript.* & ibi Barboſa *à numero 33.*

Dominis

Digitized by Google

14 Dominis vaſallorum, an competant remedia poſſeſſoria pro impoſitionibus percipiendis, per hunc textum Zeuallos *in practicis q.885.* ſed de hac dixi infra latè *ſub titulo de præſcriptionibus*, & alibi.

15 Hic *in verſ.* verbo *petens*, occaſione huius textus tractat Balboa *in cap. de libellis oblat. à n 93.* de quæſtione illa, an ſit licitum plures actiones cumulare: tamen de cumulatione actionum, & actorum dixi *ſub cap. 15. de iudiciis à quæſt.13.* vbi latiſſimè.

16 An ex curſu temporis, præſumatur titulus, vel ſolemnitas, ex hoc textu tractat Florez de Mena *lib.3.variar.quæſt.23.* & *lib.1. q.2.* vbi videbis ad illam quæſtionem, nempe, an cenſus redimibilis, aut perpetuus præſumatur; eo quòd quis ſoluerit redditus per decennium. Et an hoc ſufficiat ad obtinendum in poſſeſſiooe, & proprietate: ſed applicabis quæ dixi *ſub tit. de præſcript.* diuerſis in partibus illius tituli.

17 Prouiſus, & præſentatus à poſſeſſore, præfertur præſentato à proprietario longè agens, reſoluit videndus Garcia *de benefic.* per textum noſtrum *p. 5. cap.5.per totum*: vbi quid de præſentato à ſequeſtro ibi *cap.6.* de qua aliquid notaui *in dict.cap.15.de iudiciis q.fin* Et ſic Rota *in decіſ.14. de iure Patron. in antiquis, & in nouis deciſ.7.* Thomas, Treuiſanus *deciſ.167.p.2.diuerſ. Rota* dicunt quod ad effectum præſentandi Patronus putatiuus, & ille qui eſt in quaſi poſſeſſione præſentandi præfertur vero Patrono. Et confirmatur ex eo quia ſemper in beneficialibus attenditur vltimus electus, & vltima, & immediata quaſi poſſeſſio, vt fuit dictum *in vna Pamphilon. decimar.* 1. *Aprilis* 1591. coram Comitolo, Cæſar de Graſſ. *deciſ.4. de probat.* Puteus *deciſ.7. lib.* 3. Aliqua dixi ſupra *ſub hoc tit.* & quod Ego ex propoſito *in cap. ex literis de iure patronat.*

18 Interdictum *vnde vi* an competat pro quaſi poſſeſſione annuæ præſtationis, latè tractat Gomez *in l.45.Tauri n.172.ex verſ.fin. textus noſtri.* Et ad textum hunc videbis Riccium *collect.*1453.*&* 1454. qui conſtituendo regulam, quod quaſi poſſeſſio in
19 omni re conſtituit ſtatum,† addit quod alternatiua ad effectum, vt intret, vel non, attenditur quaſi poſſeſſio Epiſcopi liberè, vel non liberè conferendi, vt tenuit Rota *in deciſ.59.de reſcriptis in antiquis, & in deciſ.5.de probat.in antiquioribus*, tam *in deciſ. 3. in manu ſcriptis.* Et quod idem ſit cenſendum in terminis indult. Cardinalium, dixerunt Puteus *in deciſ.206.lib.1.* Mohedan. *deciſ.9.de priuilegiis*, qui etiam addit quòd in iure conferendi ſimiliter attenditur quis quaſi poſſideat, non quis habuerit proprietatem: ſic *in deciſ.9.de reſt.ſpoliat.* Treuiſan. *deciſ. 64.p.2.* qui dicit quòd ad effectum eligendi conſideratur effectus eligendi, vt dixit etiam Rota *in hoc tit.deciſ.6.in nouis.* Riccius *dicta collect.* 1453. ad textum noſtrum, vbi dicta *à n.16.* congerit etiam *dict. collect.* 1454. qui & alia cumulauit per textum, & eius materiam *in dict.cap. Eccleſia Sutrina de cauſa poſſeſſion. & propriet.*

Ad Text.in cap. Vbintonien. XXV. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Electione quæ primo currit facienda priuatur ſcienter indignum eligens.*

2 *Suſpenſio à beneficio extenditur tantum ad fructus beneficiorum, non ad facultatem miniſtrandi.*

3 *Suſpenſus Clericus debet tantum habere de fructibus ſui beneficij, quod ſufficiat pro alimentis, ſi non habet vnde.*

4 *Notatu digna ad textum.*

PRobat textus hic quod ſcienter eligentes in- 1
dignum, ſunt priuati electione, quæ primo currit facienda. Sed de hoc iam dixi *ſub cap.6. hoc tit. §. Clerici* & applicabis notata ſupra *in cap. innotuit 20. hoc tit.* † Pro littera alia expendit Bar- 2
boſa hic *à num.5.* vbi *num. 4. & 5.* ſub gloſſa *adminiſtrant*, notat quòd ſuſpenſio à beneficio extenditur tantum ad fructus beneficiorum, non ad facultatem miniſtrandi in ſpiritualibus, & temporalibus. † Item & quod Clericus ſuſpenſus, debet tantum habere de fructibus ſui beneficij quod ſufficiat ſibi pro alimentis, quando non habet vnde ſuſtentetur, multis probans. Verum, vt longè aduertas adiunges nonnulla, quæ adduxi *ſub cap. paſtoralis §. verum de appellat.* & ibi *q.1.*

Ad textum videbis Riccium *collect.* 1029. & ap- 3
plicabis notata ſupra *in cap.* 1. & quæ noto *in cap. ſequenti.* Et pro explicatiooe *§.nos igitur*, adiunges quod adduxi *ſub cap. 3. de cauſa poſſeſ.& propriet. q.4.n.2.& 3.*

QVÆSTIO I.

An ſicut eligendi facultas amittitur per electionem indigni, ſic, & per præſentationem?

SVMMARIVM.

1 *Præſentans indignum, ſiue Clericus, ſiue laicus Patronus pro ea vice priuatur iure præſentandi.*

IN hac difficultate, ſuppoſitis quæ ſub Rubrica ibi *q.2.& 4. & fin. de eligendo digniori*; item & *ſub c.6.cum ſuis §§.* Reſpondeo quòd in clerico Patrono ſit expeditum, vt amittat Patronatum præſentaodo indignum, vt docent Guid. Papa *in deciſ.374.* Caputaquen *in deciſ.62.p.2.* pro illa nempe vice, vt dixi ſupra *cap.20.* & tenent in terminis Verallus *in deciſ.* 191. Riccius ad textum noſtrum *dicta collect.*1029. vbi limitat in procuratore conſtituto ad præſentandum; quia ſi indignum præſentat non præiudicat Domino; ex eo quòd factum Procuratoris Domino non nocet, vt docent etiam Chacheran. *in deciſ.* 9. Franciſcus Marcus *in deciſ.*408. iuxta ea, quæ dixi de Procuratore *in cap.9.de iudiciis q.8.& 9. & alibi*, & in Patrono laico eandem

doctrinam admittunt, vt pro ea vice priuetur poteſtate præſentandi: idem Riccius, Creſcent. *in deciſ.*11. *de iure Patron.* Rota *in deciſ.*262. *alias* 5. *de iure Patronat. in nouis.* Bellam. *in deciſ.* 172. & 151. Caſſador *in deciſ.*29. *de procurator.* quid ſi dubitetur ad quem deuoluatur, vel ad proximum ſuperiorem, vel ad alium, commendat videndam Riccius ſupra, Rotam *diuerſ. p.* 2. *deciſ.*480.

Ad Text. in cap. Per inquiſitionem XXVI. hoc tit.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Præmiſſum.*

2 *Teſtis qui propria confeſſione fatetur indignum elegiſſe ſcienter, ab officio ſuſpenditur.*

3 *Tractatus ante electionem, num permittatur; remiſſiuè.*

4 *Electio quando ſimoniaca reputatur remiſſiuè.*

5 *Optare Epiſcopatus, quando liceat remiſſiuè.*

1 Littera huius textus determinatur ex notatis in textu præcedenti, quatenus agit de pœnis eligentium ſcienter indignum: Aliqua notat pro littera, & gloſſa Barboſa: videbis etiam dicta *in Rubrica ſub q.*2.4. & *fin.* & ſupra *in cap.*6. & 20. Et ego pro explicatione huius textus dixi *in cap.*2. *de confeſſis q.*1.*num.*10. & *in cap.*1. *de except. q.*3. *ſub num.* 5. Et occaſione huius textus agit Balboa *in cap.*1.*de except.à num.*92. de quæſtione an teſtes de crimine ad ſolam exceptionem propoſiti, ſint pu-
2 niendi pœna ordinaria, † qui etiam intelligit textum noſtrum *in cap.*2.*de ordine cognit.num.*71. vbi dicit ex hoc textu quod teſtis, qui propria confeſſione fatetur indignum elegiſſe ſcienter, ab officio ſuſpenditur; quia crimen contingebat negocium principale. De qua materia dixi ibi *in dicto cap.* 1. *de exceptionibus.* Et quam pœnam incurrat confirmans electionem per negligentiam, vel ſcienter indigni, Barboſa *de iure Eccleſiaſt. p.* 1. *cap.* 19. *num.* 253. de quo dixi latè *ſub cap.* 11. *hoc tit.*

3 Occaſione verſ. ibi, *Ante ſuam electionem habuiſſe colloquium*, applicabis quæſtionem bonam, de qua Diana *p.* 2. *tract.* 16. *miſcel.* 2. *reſ.* 37. vbi an ſint habendi tractatus ante electionem. Sed vt bene reſpondeas videbis quæ dixi ſupra *in Rubr. q.* 6. *verſ. ad vltimam.*

4 Quando electio Simoniaca reputetur agit Barboſa *de iure Eccleſiaſt. dicto cap.* 19. *à num.* 254. aliqua notat idem hic *num* 2. ſed dico *ſub tit. de ſimonia*,

5 Hic ex gloſſa dicta verſ. & *deſiderantibus, num.* 5. & 6. refert Barboſa quando liceat optare Epiſcopatus, quando verò non: & recurres ad illum in Paſtorali *p.* 1. *tit.* 2. *gloſſa* 1. Item applicabis quæ Ego dixi *de optione in Canonicis*, & Præbendis ſupra *in cap.* 8. *de conſtitut. q. fin. in fine.*

Ad Text. in cap. Cauſam. XXVII. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Electio reſpectu Regularium qualiter fiat?*

Svb textu hoc poſſunt tractari plura, quæ ſpe- 1
ctant ad electiooem regiminis, & præpoſituræ inter Regulares; adiunges notata infra *in cap. officij, cap. cum Magiſtratum hoc tit.* & præter adducta per Barboſam hic adiunges plura, quæ ipſe *tractat. de iure Eccleſiaſt. p.*1. *cap.* 45. vbi de Præpoſitis, & Miniſtris Religionis; qui etiam *cap.* 19. *n.* 127. dicit quod eligi non poſſunt, ſed tantum poſtulari, qui alteri Prælaturæ incompatibili eſt alligatus, & quæ debeant obſeruari in electionibus Prælatorum Regularium videndus ibi *à num* 151. de quo *in cap. quia propter hoc tit.* Et dixi alia ſupra *in Rubrica ſub q.*4. & 5. vbi de electione Abbatum, & Priorum, atque Abbatiſſarum, & Prioriſſarum.

Ad Text. in cap. Quod ſicut XXVIII. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Electio quando reddatur nulla remiſſiuè, numero* 2.

3 *Locus determinatus, num ſit de ſubſtantia electionis remiſſiuè.*

PLura, quæ congerit Barboſa hic pro exorna- 1
tione huius Capituli, iam abundè notata manent ſub Rubrica, & capitulis iactis.

Etenim præter notata ab eo adiunges quæ ſubſe- 2
quuntur. Electio quando reddetur nulla, & electores priuentur poteſtate eligendi, tractat Iulius Lauorius per hunc textum *variar. lucubrat. tit.*4. *c.*21. de quo iam nonnulla dixi *ſub Rubrica*, & *ſub Rub.* 10. Ad alias quæſtiones ex textu noſtro Couarru. *in regula peccatum p.*2.§.3.*à num.*8. & 9. & Gratianus *regula* 95. quos applicabis pro enodatione huius textus: applica dicta infra *c.*29.

An locus determinatus ſit de ſubſtantia electio- 3
nis, poteſt hic adiungi, de quo dico infra *in cap. congregate* 53. *in verſ. fin.* aliqua ſupra *ſub cap.* 15. vbi de loco determinato ad confirmationem.

Ad Text. in cap. Auditis. XXIX. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

EXpendi textum hunc *in cap. cauſam* 9. *de iudi-* 1
*cijs q.*16. *à num.*6. quem ſatis exornat Barboſa *hic.* Et pro ampliori doctrina applicabis quæ notantur infra *ſub tit. de his, quæ fiunt à maiori parte Capituli.*

Capituli. Aliqua iam dixi in aliis Capitulis: & adiunges quæ tractat Pichardus *in §. quos autem de bonor poſſeſ. à num.* 30. 37. 46. & 62. vbi

2 Et pro explanatione maioris numeri, qui deſideratur in electionibus, & qualiter intelligatur, adiunges iura notata infra *in cap.* 55. *hoc tit.* & *in cap. publicato* 58. vbi expendi.

Ad Text. in cap. Cauſis XXX. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Res integra quando dicatur, vel non, remiſſiuè.*

1 DEciſio huius textus ſatis, ſuperquè exornabitur præterea, quæ notat hic Barboſa per notata infra *in cap. gratum*, & relatum *de officio de legati*, & ex his, quæ adduxi *ſub cap. penult. de foro compet.* quando enim dicatur re integra; ita, vt Iuriſdictio non dicatur radicata, ſeu res incæpta; quando verò non integra, aut cæpta, ibi dictum eſt latè. Et de compromiſſis, & compromiſſariis infra *in cap. cum dilectus* 32. & *in tit. de arbitris.*

Ad Text. in cap. Cum Eccleſia Vulterana XXXI. hoc tit.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Electio Canonicorum de conſuetudine poteſt pertinere ad Capitulum: vbi de Capitulo Zamorenſi, & Valliſoletano* n. 2. *quid de iure* num. 3. *remiſſiuè* n. 4.

4 *Canonicatus Magiſtrales & Doctorales prouidentur in concurſu, à Capitulo, & Epiſcopo.*

5 *Laicus num poſſit præſcribere ius Patronatus remiſſiuè.*

1 EXpendi textum hunc *in cap. 4. de reſtit. ſpoliator. q. 2. num.* 47. Hic enim Pontifex ait quod Canonicorum electio de conſuetudine ad ſolum
2 Capitulum pertinere poteſt † Et ſic video in Zamorenſi Cathedrali, Canonicatus, Dignitates, ac cætera beneficia vacantia in quatuor menſibus qui alias ſunt Epiſcopi in aliis Cathedralibus, à Decano, & Capitulo prouideri ſine Epiſcopo, neſcio an illis aſſiſtat aliquod priuilegium ſpeciale. Et in Valliſoletana certo ſcio in dictis quatuor menſibus ordinariis Canonicatus, & integras rationes vacantes prouideri per Capitulum, & Decanum ſine intermiſſione Epiſcopi iuxta morem illius Eccleſiæ circa perſonas eligendas, Dignitates inquam, & di-
3 midias rationes prouideri à ſolo Epiſcopo. † Iam hodie ad quos Canonicorum prouiſio ſpectat, item Præbendarum, ac beneficiorum prouiſio, & collatio, dicit ex multis hic Barboſa *à num.* 3. ex gloſſa *poſtulaſti*, verſ. *quia ſolus Epiſcopus debet dare præbendas*, & ibi: *patet quod de iure communi ſimul debent eligere* † ſed vt plenius tractes applicabis congeſta ſub titulis *de præbend. & dignitatib.* item, & *de conceſſione Præbendæ*: vbi quod etiam hodie per Bullas Sixti V. & Leonis X. fit prouiſio Canonicatuum Doctoralium, & Magiſtralium. Item ex Trid. Magiſtralis ſcripturæ, & Pœnitentiariæ fit, habito oppoſitorum concurſu per Capitulum, & Epiſcopum: de quo dixi nonnulla ſupra *in Rubr. q. 7. ſub verſ. ad ſecundam*: vbi quòd iam inæqualitate vocantium eligit ſors.

Per hunc textum ſecundùm Balboam *in cap. 7. de præſcript. à num.* 40. poteris agere de ſequenti 5
quæſt. *An poſſit laicus præſcribere ius conferendi, ſeu præſentandi*, de qua *ibi* dixi aliqua, & latè *ſub cap. cura, de iure Patronatus.*

Ad Text. in cap. cum Dilectus XXXII. hoc tit.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Compromittentes tenentur recipere electum à compromiſſariis, ſi ſit dignus, niſi appareat electus contra formam compromiſſi.*

2 *Procuratores quot, & qui eligendi ſint ad eligendum loco abſentium remiſſiuè.*

3 *Teſtes ſingulares non probant remiſſiuè.*

4 *Sententia in re beneficiali tranſit in rem iudicatam: & quare, non ſic, in matrimonio carnali, remiſſiuè.*

5 *Diſpenſare nemo poteſt ad ſuſceptionem ordinum præter Papam in ætate de iure requiſita.*

6 *Confirmatio electionis, eſt petenda à Metropolitano.*

7 *Epiſcopus diſpenſare nequit contra Concilium.*

8 *Sententia lata ſemel contra opponentem, nequit aliter opponere eundem defectum.*

9 *Pronunciandum ne ſit ſuper exceptione incidenti remiſſiuè.*

10 *Teſtes criminoſi admittuntur, ne copia probationis pereat remiſſiuè.*

PRobat textus hic quod compromittentes te- 1
nentur recipere electum à compromiſſariis, ſi ſit dignus, niſi contra formam compromiſſi appareat electus.

Hic præterea, quæ Barboſa congerit de com- 2
promittentibus, & compromiſſariis ad electionem adiunges ea, quæ ipſe tractat *de iure Eccleſiaſt. p. 1. cap. 19. à num.* 101. *vſque ad n.* 112. vbi qualiter procuratores nominati à legitimis electoribus poſſint ferre ſuffragia. De compromiſſis, & eorum forma ſeruanda infra dico *ſub Rubrica de arbitris.*

Ibi *in verſ. ſingulares*, cum hic idem Barboſa 3
n. 7. doceat teſtes ſingulares non probare; ideò adiunges quæ latè tractaui de ſingularitate teſtium, *in cap. tam litteris* 33. *de teſtibus.* Ad caſum de concordantia teſtium per hunc textum Anton. Gomez. *lib. 3. variar. cap. 12. num.* 10. *verſic, item adde, num.* 11. plures de hoc puncto adducit eius additionator.

Ibi *in rem tranſit. iudicatam*, hic idem Barboſa 4
num. 8. dicit, quod ſententia in cauſa beneficiali tranſit in rem iudicatam: Balboa *in cap. lator. 7. de*

re

*re iudic. à num.*6.38.*&* 39. expendens hunc textum præſtat rationem; quare ſententia in matrimonio ſpirituali tranſeat in rem iudicatam; non ſic in matrimonio carnali; & ob id applicabis quæ latiſſimè Ego dixi *in cap. cum conſanguinei* 11. *illo tit.* leges Couarruu.4.*p*.2.*cap*.8.§.12.*n*.14.

5 Cumque idem Barboſa ex gloſſa hic verb. *in ætate* à *n*.9.& ibi, verbo *credo*, dicat quod nemo poteſt ad ſuſceptionem ordinum, aut eorum executionem diſpenſare præter Papam; ideò adiunges notata infra *ſub titul. de ætate, & qualit. ordinand.*

6 Alia notat ipſe Barboſa *n*.4. vbi quod electionis confirmatio eſt petenda à Metropolitano, vel alio immediato, de quo dixi ſupra *ſub cap.* 15. *hoc tit.* vbi egi latiſſimè de Epiſcopo, ſiue Prælato electo

7 confirmando, & à quo fiat confirmatio. † Et *n* 12. quòd Epiſcopus non poteſt diſpenſare contra Concilium: vnde applicabis nonnulla, quæ latè ſcripſi

8 *ſub cap*.4. *de iudiciis in fine.* † Et hic in gloſſa *iudicatum*, ibi, *praiudicat omnibus*, *n*. 12. idem Barboſa dicit, quod ſi ſemel lata fuit ſententia contra opponentem, non poterit alius eundem defectum opponere; ſic cum Tyraquell. *in tract. res inter alios acta*, verſ. *limita* 26.*pag*.31. ſed vt latè agas adiunges quæ dixi *ſub c*.17.*& cap. penult. de re iudicata*, item aliqua ſupra *ſub dicto c*. 15. *hoc tit.* vbi quòd eſt admittendus opponens contra electionem, & qualiter fiat diligentia.

9 Ad hunc textum applicabis quæ noto *in cap*. 7. *de dolo, & contum. q*.1. vbi an ſententia ſuper beneficio, tranſeat in rem iudicatam reſpectu ſuperioris; quominus poſſit inquirere de iuribus partium: Et quæ dicit Balboa *in c*.1.*de ordine cogni*. *à n*.50. vbi an pronunciandum ſit ſuper incidenti: de quo

10 dixi ego ibi *q*. 1. *n*. 3. † Et ipſe Barboſa adducens textum hunc dicit *in cap*.1.*de except. à n*.65. quod admittuntur teſtes criminoſi, ne copia probationis pereat: de qua materia dixi ego latiſſimè *ſub cap. teſtimonium* 54.*de teſtibus*.

Ad Text. in cap. Cum in Iure XXXIII. hoc tit.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Eligere, præſentare, ſiue inſtituere ſe nemo poteſt; bene tamen electioni de ſe factæ per tres ex ſeptem votantibus poterit conſentire: explicaui* num.5.& 6.

2 *Eligere ad Maioratum, num poſſit quis ſeipſum, aut filium ſuum.*

3 *Magiſtratus eligendi, debent eſſe Iuris periti.*

4 *Prælatus poteſt in tribus caſibus conſentire electioni de ſe factæ.*

5 *Electa perſona inter eligentes, non computatur, ſi fiat per ſcrutinium publicum; ſecus ſi per ſecretum, aut per viam ſimplicis compromiſſi.*

1 IN hoc textu tractatur quod etſi quis ſe ipſum eligere, præſentare, aut inſtituere nequeat in beneficio. Quia debet eſſe diſtinctio inter electorem & electum. Tamen ſi à tribus ex ſeptem electus ſit, poterit tali electioni conſentire; huius enim decisionis, & diuerſitatis præſtat rationem Barboſa, & Doctores *in cap. fin. de inſtit. c. per noſtras de iure Patron.* & *in cap. Conſuluit, eod.* Et præter adducta à Barboſa addo pro ampliatione quæ noto in præ-

2 fatis Iuribus. † Et Molinam *de primogen. lib*.2.*c*.4.*à num*.58. vbi an ad Maioratum poſſit quis ſe ipſum, aut filium eligere. Et ad textum noſtrum Zenedo

3 *collect*. 99. † Ad prima verba textus noſtri applicabis quæſtionem, de qua Maſtrillus *de Magiſtratib. lib*.2.*c*.3. nempe an Magiſtratus debeant eſſe iure periti; quod tales debeant eſſe, rectè apprehendes ex his, quæ ſupra ſcripſi *in Rubrica q*. 7. latiſſimè idem Maſtrillus probat *à n*.3.17. 18.21. *&* 22. ex *l. neminem l*.1.§.*iuriſperitos cod. de aduoc. diuerſ. iudic. l*.2.*cod. de poſtul. Prælator. lib*.2. *de legibus*; & ſic Alfonſus Rex Siciliæ in publicis comitiis ſtatuit, vt ad Magiſtratus nullus idiota, & ſine litteris admitteretur, ibi *cap*.412.& omnes ſic probant de iure.

4 Electus in Prælatum poteſt in tribus caſibus electioni de ſe factæ conſentire; veluti quando à ſuperiore per obedientiam cogitur *cap. dilectiſſimi* 8. *q*.2.*cap. niſi, de renunc.* Et quando conſcientia ob inopiam alterius ſtimulat, *cap. olim. cap. inſcript*.8. *q* 1. Et quando per viam illicitam fugit, ſeu abſcondit ſe abſque ſpeciali Spiritus Sancti inſtinctu, alias poterit ſi excuſare, tradit videndus Barboſa *de iure Eccleſiaſtico p*.1.*c*.19. *n*.245. vbi alia addit;

5 † Sed Pontifex *in cap. Cumana* 50. vbi Barboſa *n*.2. videtur notare quod perſona electa, non poteſt computari inter eligentes, nec illorum numerum augere, quod intelligit ſi fiat per viam ſcrutinii; non vero in illa, quæ fit per viam ſimplicis compromiſſi, vt hic, aut ſi fiat per ſcrutinium manifeſtum, ſecus ſi ſecretum ſit, exornat ibi Barboſa alia adducens cum multis.

6 Et pro materia applicabis quæ dico infra *in cap. quia propter* 42. *quæſt*. 1. *à num*. 36. *verſ. notandum.*

Ad Text. in cap. Venerabilem. XXIV. hoc tit.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Electio Imperatorum ad quos ſpectet remiſſiuè.*

2 *Imperatores, & Reges quam fidelitatem Papæ præſtent; & quomodo dicatur mundi Dominus Imperator remiſſiuè, & de eius Dignitate* num.3.

4 *Reſpublica triplici modo gubernatur: & de creatione Regum remiſſiuè.*

5 *Imperator quare ſic dictus, remiſſiuè.*

6 *Cæſar quis ſit? remiſſiuè.*

7 *Reipublicæ gubernatio, qua ratione ſit penès Regem remiſſiuè.*

8 *Venire nemo poteſt contra ſuum Iuramentum.*

9 *Iuramenti remittendi poteſtas, qualis ſit in Principe, remiſſiuè. Et an leges ciuiles illum remittant*, n.10.

12 *Eligi nequit excommunicatus, & ſuſpenſus,* num.15.

13 *Abſolutionem petens probat ſe eſſe excommunicatum.*

14 *Abſolutum*

Digitized by Google

14 *Abſolutum ſe dicens ab excommunicatione, num fateatur actoris intentionem remiſſiuè.*

16 *Papa ex duobus electis in Imperatorem, poteſt cui voluerit, ſi æquales ſint meritis gratificare*, & n.18.

17 *Gratificare poteſt Iudex, data æquali opinione ſententiarum*, n.18.

1 TExtum hunc expendi, *in cap.12.§.illi vero de iure iur.q.1.n.24.* & *in cap.17. eodem tit. q.4. n.3.* & *in c.6.de except.q.1.ſub num.17.* & *q.4. n.5.* Plura enim hic notat Barboſa *de imperatorum electione ad quos ſpectet.* Sed vt multa conducibilia adiunges, leges quæ ego latè ſcripſi *ſub cap. nouit. de iudic. in p.1.* vbi per quæſtiones, nonnulla dixi
2 de Imperatorum, ac Regum poteſtate. † Et quam fidelitatem Pontifici præſtent: vbi quomodo Imperator dicatur mundi Dominus: de quo tractant plures Docteres, quos refert Barboſa hic *n.* 20. ex gloſſa *in Germanos: in verſ. ipſe enim eſt Princeps.* de quo Couarruu. *in reg. peccatum 2.p. §.9. à n.5.*
3 latè, & *in practicis q.1.n.4.5.* & 8. † De Imperatore, & eius Dignitate, & electione. Azorius *lib.8.tit.in-*
4 *ſtit.moral.cap.1.2.3.4.5.6.* & 7. † De triplici modo, quo Reſpublica gubernatur, ac de ſucceſſione, & creatione Regum, Regis electione, Iulius Lauo-
5 rius *variar.lucubrat.tit. 4. c.1.* † Quare dicatur Imperator, Pichardus *in proœmio inſtit.* ibi *Imperator à*
6 *n.3.* † & *n.7.* Cæſar quis ſit, † & qua ratione tota Rei-
7 publicæ gubernatio ſit penès Regem, Couar. *pract. c.1.* latè.

8 Cumquè in verſ. *contra illum venire temere noluerunt*, notet Barboſa hic *n.13.* quod nemo poteſt venire contra ſuum Iuramentum, ideò applicabis plura notata, & quæ latè ſcripſi *ſub Rub.* & *tit. de*
9 *iure iurando.* † Et ob id adiunges quæſtionem, de qua per hunc textum diſputat Faquineus *lib.3.controuerſ. cap.13.* vbi de poteſtate Principis Iuramentum remittendi, de qua, ac de relaxatione Iuramenti dixi latiſſimè *ſub c.1. de iure iur.* Vbi agit Balboa *n.28.* & ante de illa quæſtione, an Iuramentum illicitum, indigeat relaxatione, de qua *ibi c.1.* Et applicabis multa quæ ſcribit Couaruu. *in c. quam-*
10 *uis pactum 1.p.cap.1.§.3. à n.7.* cum aliis. † Vbi an leges ciuiles poſſint Iuramentum remittere: appli-
11 ca quæ dixi *q.9.* & *13.in cap.nouit. de iudiciis.* † Et ad gloſſam *verb. venire*, quando propria authoritate qui poteſt venire contra Iuramentum, dicit hic Barboſa *num. fin.* de quo *ſub tit. de iureiurando* dixi.

12 Et in verſ. *Excommunicatus electus*, notat Barboſa hic *n.12.* quod excommunicatus eligi non poſſit; & ſi eligatur, nulla eſt electio. Ad quod applicabis nonnulla dicta *in Rubrica*, etiam in aliquibus Iuribus: & pro ampliatione adiunges, quæ adduxi *in toto Cap.ad probandum 24. de ſent.* & *re*
13 *iud.* & *in cap. intelleximus 6. de iudiciis.* † Et cum ipſe Barboſa *hic n.25.* in gloſſa *poſtulauit*, dicat quod abſolutionem petens, probat ſe eſſe excommunicatum; ideò adiunges quæ dixi latè *in cap. venerabilem 6. de exceptionibus q.4. à num.1.* vbi ad aliam quæſtionem ibi *in verſ. ad ſecundam.*

14 Ad aliam quæſtionem an qui dicit ſe eſſe ab excommunicatione abſolutum excipiendo, fateri videatur intentionem actoris, Balboa per illum textum *in dicto cap.venerabilem 6. de exceptionib. à num.* 40. & ante, de qua dixit etiam *in cap. eod. à num.* 18. & ibi *n.19.* an electio excommunicati ſit nulla, aut annullanda, ipſe *in cap.4. à num.6.* & ego dixi de his *in dicto cap.ad probandum de re iudic.* & videbis infra *c.39.* † Et quod ligati maiori excom- 15
municatione eligi nequeant. Et quid de legatis minori. Item de ſuſpenſis, interdictis, ſiue irregularibus, Barboſa *de iure Eccleſ.p.1. cap.19. à numero.118.*

Io gloſſa *fauere*, & ibi *dic quod in dubio*, Bar- 16
boſa *n.23.* & *24.* notat, vt quando duo ſunt electi in Imperatorem, poſſit Papa, ſi æquales ſint meritis, gratificare cui voluerit. † Et quod data æquali 17
probabilitate ſententiarum ex parte iuris, poſſit iudex eligere quam voluerit.

Quare pro ampliatione addo quæ dixi quando 18
iudex poſſit gratificare vni ex litigantibus, de quo *ſub cap.licet 9.de probat.* & *in cap.2. de re iudicata q.2.* vbi quid debeat facere in dubio pati: vide infra *ſub cap.Eccleſia veſtra 57.verſ.* & *gloſſa.*

QVÆSTIO I.

An numerus electorum Imperatoris augeri, vel minui queat, inconſulto Pontifice Romano. Et an Pontifex habeat poteſtatem ordinandi Principes laicos titulo Regio, ſeu ditatus?

SVMMARIVM.

1 *Imperij electores ſunt ſeptem.*

2 *Imperij electorum numerus, nequit augeri, vel minui, inconſulto Pontifice, cum hæc electio primo dimanet à Pontificibus*, num. 4. 6. & 7.

3 *Imperator eligitur vt Patronus, & Protector Eccleſiæ*, n.5.

8 *Pontifex habet poteſtatem; etſi indirectam ordinandi Principes benemeritos in Reges.*

OCcaſione textus noſtri, quatenus decidit 1
quod Imperatoris electio ſpectat ad ſeptem Germaniæ Principes, tres ſcilicet Prælatos, & quatuor laicos; & quod ad Papam ſpectat electum examinare, approbare, inungere, conſecrare, & coronare, ſi eſt dignus, vel reiicere, ſi eſt indignus; vt quia ſacrilegus, excommunicatus, Tyrannus, fatuus, Hæreticus, Paganus, periurus, vel Eccleſiæ perſecutor & Electoribus nolentibus eligere, Papa ſupplere; ſic vt data paritate eligentium poſſit gratificare cui voluerit, optimè de his duobus dubiis inquirimus.

Ad primam igitur difficultatis partem; etſi non- 2
nulli ex textu noſtro exiſtiment conſuetudine factum eſſe, vt à ſeptem Electoribus Imperator eligatur; imo & alij ſcribant, inter quos Nauclerus *volum.2. gerat.* 35. quod cum Othom. III. non haberet hæredes ex ſe deſcendentes, conſtituerit ex Conſilio Principum Germaniæ, vt imperatore mortuo in oppido *Francofort* perpetuò fieret electio; & quod electores conſtituit ſeptem. Idem tenet aliquid addens Kranzius *lib. 3. metropolis cap.40.* & alij inquam dicant id eſſe factum ex communi omnium Germanorum optimatum conſenſu, vt tradit Nicolaus Cuſanus *lib. 3. cap. 4. de concordantia Catholica*; imò & Beatus Antoninus, Martinus Polonus, Leopoldus Bamburgenſis, loquentes de conſtitutione Electorum, eam non tribuant Summo Pontifici, & Marſilius de Menandrino; Paduano *de tranſlatione Imperat.*

cap.11.

cap. 11. Matheus Palmerius *in Cronic. anno* 1004. exiſtimant ſanctionem de ſeptem viris electoribus factam eſſe ab Henrico IV. Imperatore, & Silueſtr. II. Papa; vt patet *ex monumentis Eccleſia Aquilegienſis.* Tamen verius eſt vt tantum à Pontificibus numerus ille electorum ſit deſignatus ex noſtro textu. Quo patet vt Innocent. III. Germanis Principibus ius, & poteſtatem eligendi Regem in Imperatorem poſt modum promouendum competere recognoſcat, ipſiſque de iure, & antiqua conſuetudine noſcatur pertinere; præſertim cum ad eos ius, & poteſtas huiuſmodi ab Apoſtolica ſede proueniat; quia vt refert *Clem.* 5. *in Clementina Romani de iure iur.* in Concilio Viennenſi Eccleſia Romana à Græcis Imperium tranſtulit in Germanos, & ab ea ad certos eorum Principes ius, & poteſtas eligendi Regem in Imperatorem poſt modum pertinenerit: ſic Doctores antiqui, & moderni teſtantur, partim *hic*; partim *in dicta Clem. Romani.* Nec veriſimile videtur vt Principes Germaniæ id iuris conceſſiſſe; cum ad eos pertineret ius eligendi Germaniæ Regem, non Regem Romanorum. Nec enim vllus Germaniæ Rex fuit ſalutatus, & habitus Rex Romanorum, niſi quem Romani, ſiue Itali recepiſſent; ſic vt nec vllus ſit ſalutatus Imperator, niſi quem Romanus Pontifex approbaſſet, vnxiſſet, conſecraſſet, & coronaſſet

3 † Quod ſic fieri debere patet, cum Imperator eligatur, & creetur ob commune bonum populi Chriſtiani contra Hæreticos, Schiſmaticos, & Paganos; vt Eccleſiæ Patronus, tutor, defenſor, & protector, & Romani Pontificis eſſe; patet etiam talem miniſtrum, ſeu Patronum diligere; cùm ſit Chriſti Domini Vicarius; abundè probant poſt antiquos Cardinalis Baronius *tom.* 10. *anno* 996. *à n.* 41. Bellarminus *de tranſlatione Imperij lib.* 3. *c.* 3. *&* 4. Cardinalis Iacobatius *de conciliis lib.* 10. *art.* 8. *num.* 12. cum infinitis, nouiſſimè Diana *p.* 10. *tract.* 4. *reſ.* 2. *&* 3. Nicolaus Bellus *de Pontifice diſcurſ.* 1. Adamus Cuntzen *politicorum lib.* 7. *cap.* 6. & facit quia ipſi electores Imperij *à dict.* Nicol. III. miſerunt tabulas publicas, quarum te-

4 nore ſic patet. † Et probant ſic etiam plures hæretici authores, quos refert idem Diana *dict. reſ.* 3.

5 † ibi concludens poſt alia, poteſtatem eligendi Imperatorem ſeptem Germaniæ electoribus à Summo Pontifice Greg. V. largitam fuiſſe Imperatore, imperioque toto cupiente, approbante, & reci-

6 piente, † idemque ſequi neceſſariò numerum electorum, nec minui, nec augeri poſſe inſcio, & inconſulto Papa; quia vt obſeruat Baronius ſuprà §. *quonam*, cuius fuit de ſeptem electoribus legem condere, non alterius, quam ipſius eſſe poſſe ait aliquo modo mutationem, vel moderationem: & longius ſcribens ipſe Diana plura in comprobationem adducens ibi *reſ.* 4. reſpondet argumentis tota *reſ.* 1. adductis per eum, quorum nonnulla iam ſunt in principio huius quæſtionis poſita.

7 Pro qua ſententia faciunt quæ adduxi de augendo, vel minuendo numero Canonicorum ſupra *in c. cum M.* 9. *de conſtitut.* Alia plura notat *hic* Barboſa legendus; & facit etiam; quia ſi approbante Papa, Imperator non ſic eligeretur, vtique cæteri Chriſtiani Reges quotidie diſſentire valerent, cum potentiores exiſtant cunctis electoribus iam ab hinc temporibus certo aſſignatis, & ſibi velint aggregare illud eligendi ius; præcipuè ſi conſideremus Imperatoris nomen eſſe ſuper nomen Regum; cum ille dicatur Mundi Dominus, eo modo, quo dixi *in c. nobis de iudiciis q.* 5. *&* 6.

Ad ſecundam quæſtionis partem, & ſuppoſitis quæ dixi *in dicto c. nouit de iudiciis q.* 1. *&* 3. cum aliis, & ex facultate deſumpta ex textu noſtro, quatenus Pontifex habet authoritatem examinandi perſonam Imperatoris electi, ſic vt improbare queat illius factam electionem. Breuiter reſpondeo poſſe Pontifices titulum Regium temporalē Principibus præbere; quia eſto Pontifex non habeat poteſtatē directam, tamen quia cum ſecundùm omnes habeat poteſtatem indirectam in temporalibus, vt dixi *in dicto c. nouit*, ſequitur vt queant Principes benemeritos ad Regium titulum temporalem aſcendere; multis exemplis Principum in Reges electorum illuſtrat cum infinitis Diana *dict. p.* 10. *tract.* 6. Cardinalis de Lugo *de Iuſt. tom.* 2. *diſp.* 36. *ſect.* 1. *num.* 4. Vaſquez *opuſc. de reſt. c.* 6. §. 1. *dub.* 1. *num.* 14. *&* 15. Dicaſtillus *de Iuſtitia lib.* 2. *tract.* 20. *diſp.* 1. *dub.* 3. *num.* 68. Salas *de legibus diſp.* 7. *ſect.* 4. *n.* 71. & alij plures. Quod eſt verum quidquid in contrarium ſcribant Caramuël *in ſuo Philippo diſp. lib.* 5. *art.* 7. *concluſ.* 2. Ioachimus Clutem. *in ſilloge rerum quotidianarum theſi* 8. *in gloſſa* 1. Daniel Ottonius *in diſcept. Iuridico politica c.* 11. Bocerus *tract. de Regalibus c.* 1. Ioſias Nodlen. *in tract. ſypnotica de ſtatu nob. c.* 2. *n.* 29. Hæretici enim ſunt & quia de hoc puncto dixi latiſſimè ſupra *in Rub. quæſt.* 9. ideo amplius non pergo.

Ad Text. in cap. Coram XXXV, hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Abſentes ad electionem ſunt vocandi. Et qui debeant vocari remiſſiuè*, num. 3.

2 *Electio maioris, & ſanioris partis confirmanda eſt.*

4 *Abſentes in actis Capitularibus, non ſunt vocandi.*

Textus hic duo dicit quod abſentes ad electionem ſunt vocandi de quo iam diuerſis in iuribus ſupra *hoc tit.* notaui, & præter relatos à Barboſa hic *n.* 1. *&* 2. idem latè agens cum multis ſcribit de praxi *p.* 1. *de iure Eccleſiaſt. cap.* 19. *à n.* 88. vbi *num* 89. ex textu noſtro, † Aliud, quod textus dicit eſt, vt confirmetur electio maioris, & ſanioris partis, confirmabis ex notatis ſupra *in cap. dudum* 22. & in aliis iuribus, aliqua ad vtrumque dixi *ſub Rubrica.* 1 2

Ad quæſtiones qui debeant vocari ad electionem, latè, & bene Iulius Lauorius *variarum lucubrationum tit.* 4. *c.* 17. 3

Et quod vocari non debent abſentes in actis capitularibus, ponit pro regula Granianus *regula* 490. ſed limitat cum Felino *in cap. cum omnes de conſtit. num.* 22. de quo dixi aliquid ibi de quibus etiam infra *ſub cap. præterea* 42. *hoc tit.* 4

Ad

Ad Text. in cap. Bonæ memoriæ XXXVI. hoc tit.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Electio nequit fieri ante ſepulturam demortui.*
2 *Pontifex nouus non eligitur intra decem dies à morte prædeceſſoris.*
3 *Libera debet eſſe electio, non per metum.*
4 *Vocati electores non vocandi quid operentur, remiſſiuè.*
5 *Electione irritata propter contemptum aliquorum electorum, num priuentur electores eligendi facultate. Et quis agat de contemptu,* num. 8.
6 *Contemptorum conſenſus poteſt interuenire ante, & poſt electionem.*
7 *Electio, quibuſdam non vocatis, facta, non eſt ipſo iure nulla; ſed venit annullanda, ſi aliquis petat ante confirmationem electi.*

1 PRobat textus hic quod electio nequit fieri
ante ſepulturam demortui prædeceſſoris, vel
contempto ſaltim vno; & ſi fiat non tenet; ſed
non deuoluitur ad illum vnum: ſic ex multis exornat Barboſa hic *num. 1. & 2.* quod limitat, quando timeretur aliqua magna vis, ſeu timeretur quod
deſineret eſſe libertas ad electionem.

2 Quod Pontifex nouus oon eligitur intra decem
dies à morte prædeceſſoris Papæ, notaui ſupra *in cap. licet deuitanda 6.*

3 Quod electio debeat eſſe libera, & non per metum, dixi ſupra *in cap. cum in terra 14. hoc tit.*

4 De vocandis electoribus ad electionem iam ſupra dixi *in nonnullis iuribus*, & *in cap. præcedenti*:
Sed quid ſit quaodo vocantur non vocandi, & eis
non expectatis, proceditur ad electionem, dixi
5 ſupra *in cap. cum inter 18. hoc titulo.* † Cumque
hic Barboſa ex gloſſa *expectare, num. 3.* notet, quod
electione irritata, ex quo fuit aliquibus contemptis,
non priuentur contemptores pro prima vice eligendi facultate, & amplè oſtendat, cum multis, videbis ipſum *de Iure Eccleſ. part. 1. cap. 19. num. 117.*
6 † qui *num. 14.* ait quòd conſenſus contemptorum
7 poteſt interuenire ante, & poſt electionem, † &
n. 115. quod electio, quibuſdam non vocatis, facta,
non eſt ipſo iure nulla, ſed eis petentibus, venit annullanda, dummodo ante confirmationem electionis oppoſitio de contemptu fiat, niſi adſit ignoran-
8 tia. Applica aliqua, quæ dixi *ſub cap. 15. q. 1.* † Et
n. 116. dicit quod de contemptu poteſt agere ſolus
is, qui neglectus, & oon vocatus ſtitit; quamvis
non ignorauerit mortem Prælati.

Ad Text. in cap. Ad noſtram XXXVII. hoc tit.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Prælatus Regularis eligi nequit, qui nondum eſt Monachus. Et qualiter debeat fieri,* num. ſequentibus.
6 *Electus à maiori, & ſaniori parte Collegij ſemper præualet, ſiue electus ſit ex propria Eccleſia, ſiue ex aliena.*
7 *Legatus nequit diſpenſare, vt profeſſus in vna religione eligatur in alia Prælatus Prouincialis.*
8 *Religioſus nullus poteſt eſſe Prælatus illius religionis, quam non ſit profeſſus.*

COmmunis concluſio, quæ ex hoc textu de- 1
ducitur ea oempe eſt, vt ooo Monachus in
Prælatum regularem eligi oon poſſit, & in Abbatem. Et addit Barboſa hic *num. 2.* cum multis, hoc
contingere; quia nec poteſt eligi; qui non eſt in
religione profeſſus; expreſsè ſic, vt non ſufficiat
tacitè. Vide *in cap. ſequenti*, & quæ dixi *in Rubr. q. 4. & 5.*

Vnde bene idem Barboſa *de Iure Eccleſiaſt. p. 1.* 2
cap. 45 à num. 16. probat quod tantum ſunt eligendi in Præpoſitos perſonæ, quæ religionem eorum
ordinum, quibus præficiuntur, ſiot profeſſæ, aut
profiteantur, † addens *num. 17.* quod non eſt ali- 3
quis alterius religionis, vel habitus aſſumendus ad
quamcumque Monaſterij Præpoſituram, alia pleraque addens. † Et ad Moniales extendit idem Bar- 4
boſa hic *dict. num. 2. in fine*, cum Bartholom. de
Bechis.

Qui etiam *de Iure Eccleſiaſt. dicta p. 1. cap. 19.* 5
dicit *num. 132.* vt iam *in dicta Rubr. quæſt. 4. & 5.*
notaui quòd eligendus erat olim ad Prælaturam,
vel Dignitatem vous de gremio ipſius Eccleſiæ,
quandiu in ea reperiretur idoneus; valere tamen
electiooem ſi aliunde aliquis idoneus aſſumeretur. † Et *num. 133.* ait quòd electio facta à maiori, 6
& ſaniori parte Collegij, ſemper præualet, ſiue
electus ſit ex propria Eccleſia, ſiue ex aliena.

Imò idem Barboſa *in cap. ſequenti, num. 6.* ait 7
quod legatus nequit diſpenſare vt profeſſus in vna
religione, in alia eligatur in Prælatum Prouincialem. Et de forma Prælatorum regularium idem
Barboſa *dicto c. 19. à numero 151.* de quo iam dixi
ſupra *in dicta Rubr.* & videbis infra *ſub cap. quia*
propter, † & *in dicto cap. ſequent. num. 4.* addit 8
Barboſa, quod Religioſus nullus poteſt eſſe Prælatus illius religionis, quam non fuerit ſolemniter
profeſſus.

Ad Text. in cap. Officij tui XXXVIII. hoc tit.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Inſtructus qui nondum eſt in regula Monachali, nequit eligi in Abbatem.*
2 *Prælati non eliguntur, niſi qui ſunt ſpectatæ virtutis, & profeſſi in eadem religione, etiam in Conuentibus commendatis,* numero 3.
4 *Pœnitentiati Religioſi, num eligi queant in Prælatos Regulares.*
5 *Nobilis, & potentior quando præferatur ad beneficia. Et quis dignior cenſeatur,* num. 6. *remiſſiuè.*

1 TExtus huius deciſio quatenus probat quod in
Abbatem eligi non poteſt, qui non eſt in-
ſtructus in regula Monachali, iuuatur ex adductis
2 *cap. præcedenti.* † Etenim idem Barboſa *de Iure
Eccleſiaſt. p. 1. cap. 45. num. 16.* dicit eſſe eligen-
das in Prælatos perſonas ſpectatæ virtutis, & ſan-
ctitatis, & quæ Religionem eorum ordinum, qui-
bus præficiuntur, ſint profeſſæ *ex cap. Praſbiteres
cum ſequentib. 16. quæſt. 1. & cap. 1. cum ſequen-*
3 *tibus 18. quæſt. 2.* † Etiam in Monaſteriis, quæ
in titulum, vel commendam conferuntur, ſiue
ſuos Conuentus habent, vt vult Trid. *ſeſſ. 25. de*
4 *regular. cap. 21.* † Sed ipſe Barboſa *de Iure Eccle-
ſiaſt. cap. 19. p. 1. num. 128.* ait Religioſos pœni-
tentiatos à Sancto officio, ad Dignitates, & Præ-
laturas omnino inhabiles eſſe, etiam ſi pœnitentias
impleuerint, de quo dixi *ſub Rubr. huius tituli
quæſt. 4. & 5.* de omnibus quæ ſpectant ad ele-
ctionem Prælatorum Regularium, & Abbatiſſa-
rum, vbi videbis, & proprius *in dicta Rubr. ſub
quæſt. 1. à num. 50.*

5 Cumquè Barboſa per noſtrum textum alia ad-
ducens dicat *n. 2. & 3.* quod nobilis & potentior,
alias tamen idoneus, præferendus ſit alteri etiam
melius morato, & eruditiori, ſi ita expediat Ec-
cleſiæ; & quòd ſit attendenda qualitas, quæ vtilior
fuerit Eccleſiæ, inſpecto beneficij ſitu, & quali-
tate; ideò applicabis quo de nobilibus ad benefi-
cia, & officia præferendis, dico infra *in cap. de
multa 28. de Prabend.* & quæ dixi infra *in cap. pe-
nult. & fin. de ætate ordinandorum.*

6 Item ex quibus quis dignior reputetur agnoſces
ex notatis ſupra *in cap. 7. §. fin.* & alibi *hoc ti-
tulo*, & ex notatis infra *in cap. 29. de Prabend.
& Dignit.* Item applicabis quæ de numero
electorum noto infra *ſub cap. publicato 58. hoc
titulo.*

Ad Text. in cap. Illa quotidiana XXXI. hoc tit.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Segobienſ. Eccleſiæ oppoſitio concurſus ad Docto-
ralem.*

2 *Electio facta ab electoribus habilibus inter quos
vnus erat excommunicatus maiori, num ſit
inualida remiſſiuè.*

3 *Excommunicatus eligi nequit, ſi ſit ligatus ma-
iori,* & n.4.

5 *Suſpenſi per ſententiam Canonis, aut hominis,
ſunt priuati eligendi poteſtate: fallit in Reli-
gioſis,* n.6.

7 *Interdicti ipſo iure priuantur eligendi poteſtate:
vbi de aliis, qui eligere, ſeu eligi ne-
queunt.*

8 *Præſentatio facta Patrono Laico, non tolerato,
num valeat, necne remiſſiuè.*

9 *Collatio beneficij facta ab his, qui de Collegio
ſunt habiles an valeat, etſi aliqui in Collegio
ſint excommunicati.*

10 *Electio valet, non vocatis his, qui ſunt priuati,
vel inhabiles ad eligendum; etſi primo non
ſit diſcuſſum, an ſint inhabiles,* nume-
ro 11.

12 *Electio Canonica dicitur tripliciter, largè,
ſtrictè, ſtrictius.*

13 *Clauſula*, de plenitudine poteſtatis, *& dum-
modo alteri non fiat præiudicium, vel
ſine præiudicio iurium ſuorum, num. 14.
& 15.*

16 *Priuilegium Principis eſt ſine iniuria.*

17 *Reſcriptum Principis non aufert Dominium.*

18 *Legitimare num queat Princeps ſpurium filium
in præiudicium legitimorum.*

CVm eſſem ad Doctoralem Segobienſ. anno 1
Domini 1637. obiulit inter alia capitula ſors
caput hoc, & horam conſumpſi in enodanda quæ-
ſtione illa genuina textus noſtri. An *ſi aliqui ex
eligentibus ſint excommunicati valeat nihilominus
electio.* Et cum ex noſtris nullus, quem pro tunc
offendiſſem ad tam longam exornationem pro
abſumenda hora loqueretur, & non parum anxius,
in memoriam venit Pater Suarez, apud quem ma-
iorem dilationem inueni de cenſuris *diſput. 14. sect.
2. & à n. 7.* cum aliis.

Et quia Barboſa *de iure Eccleſiaſt. p. 1. cap. 19.* 2
à n. 57. dicat, quod electio facta cum interuentu
vnius excommunicati non tolerati, minimè valeat,
nec ſuſtineri poſſit ex perſona eorum, qui non
ſunt excommunicati, niſi excommunicatus per
violentiam, ex Butrio hic. Quod cum contrarium
videatur deciſioni textus noſtri, intelliges cum eo
ibi *num. 56.* procedere in ligato excommunicatione
maiori notorio, ſeu non tolerato ab Eccleſia.
Aliter hic ex verbis vltimis: *Qui ex ſola participa-
tione in ſimplicis excommunicationis laqueum inci-
derunt.* Quæ verba tunc de minori excommuni-
catione intelliguntur, ſeu hodie poſt extrauag. *ad
deuitanda*, poſſint intelligi de excommunicato
occulto, ſeu tolerato. Et ad has differentias appli-
cabis plura, quæ tractaui latè *ſub cap. ad proban-
dum 24. de ſententia & re iudicata*, & facit di-
ſtinctio Barboſæ hic *num. 6.*

Notat hic Barboſa *num. 5. verſ. excommunica-* 3
tionis laqueum; quod excommunicatus non poteſt
eligi ad beneficium Eccleſiaſticum; ita vt ſi eli-
gatur, ſit electio nulla ex multis comprobans. Qua-
re adiunges quæ ipſe Barboſa tractat *dicto cap. 19.
de iure Eccleſiaſt. à numero 118.* Vbi de electione
facta illius, qui eſt excommunicatus maiori, ſiue
minori. Et quam pœnam incurrant eligentes: ap-
plicabis dicta *in dicto cap. ad probandum*, & quæ
etiam dixi infra *in cap. cum bona, de ætat. & qua-
lit. ordin.*

Vnde pro ampliori tractatione adiunges quæ 4
adduxi *ſub dict. cap. 24. de ſententia, & re iudic.
quæſtion. 2. numero 19. 20. 21. & 22.* & quæ infra
noto *in cap. ſi celebrat. de Clerico excommunicato
miniſtrante.* De excommunicatione minori, &
eius effectibus, Balboa *in cap. 2. de exceptionibus, à
n. 97. & n. 108.* & aliis paſſim: item videbis adducta
ſuprà *cap. 16.*

Cumque idem Barboſa *de Iure Eccleſiaſtic. dicta* 5
part. 1. ſub dict. cap. 19. à numero 58. dicat quod
ſuſpenſi per ſententiam Iudicis, aut Canonis, ſint
ipſo iure priuati eligendi poteſtate, ac de aliis ca-
ſibus *numero 60. & 61.* † & *numero 61.* quod ſuſ- 6
penſi religioſi à Diuinis poſſunt eligere † & *nume-* 7
ro 62. quod interdicti ipſo iure priuantur poteſtate
eligendi, ac de aliis. Et *numero 65.* quod irregu-
lares, voce actiua non priuantur. Item an excom-
municatus, ſuſpenſus, interdictus, ſiue irregula-

ris

tis eligi poſſint, tractat ibi *à numero* 118. 123. &
124. Et an eligi poſſint, vel non illegitimi, & non
legitimæ ætatis, ibi *numero* 125. ideo applicabis
notata *ſub titulo de ætate & qualitate ordin.* ac de
filiis Præsbyteror. *& ſub titulo qui filij ſint legitimi*,
ac de aliis, & aliqua ſupra *ſub Rubrica*; & adiun-
ges pro pleniſſima exornatione ad punctum hoc
quæſtiones ſequentes.

8 Præſentatio facta à Patrono Laico, non tolera-
to, an valida ſit, Diana *p.* 5. *tract.* 9. *reſ.* 105. &
reſ. 106. vbi quid de reſignatione. Sed de his di-
co latè *ſub dicto cap.* 24. *de re iudic.* Et de illa
quæſtione, an ſuſpenſi eligere poſſint, de qua
dixit Barboa *in cap.* 9. *de except. à numero* 26.
& 34.

9 Pro complemento huius puncti aduerto cum
Barboſa *in cap.* 2. *de poſtul. Prælator.* per gloſſam
ibi, *pauciores*, verſ. *ſiue vnus ſolus ſit, ſiue plures,
ille poteſt eligere*: nempe quod ſi collatio beneficij
ad Collegium ſpectet, & aliqui de eo ſint ex-
communicati, id non impediat, quominus cæteri
à tali vinculo liberè poſſint conferre, etiam ſi duo
ſint tantum; imò & tantum vnus, multis compro-
10 bans. † Et cum Syluestro verb. *electio* 1. *quæſt.* 2.
in primo dicto ponit regulam, quod valet electio
facta, non vocatis illis, qui ſunt priuati, vel in-
11 habiles ad eligendum. † Quin verò addit, & dicit,
quod valet; licèt primo non ſit diſcuſſum, an ſint
priuati: nam ſatis eſt quòd poſtea conuinci poſ-
ſit.

12 Alia notat hic Barboſa: nam *in verſ. electionem
Canonicam*, *num.* 2. aduertit electionem triplici
modo dici Canonicam, largè, ſtrictè, & ſtrictiùs,
de quibus tractant Doctores per textum hunc, &
in cap. quod ſicut 28. *cap. quia propter* 42. *hoc tit.*
alia hic videnda tradit Barboſa.

13 Et quia poteſt hic agi de nonnullis clauſulis,
ſiempe *ſupplentes*, & *de plenitudine poteſtatis*,
adiunges quæ latè tradit idem Barboſa de his, *clau-
ſula* 19. & 104. cuius occaſione poſſunt tractari
ſequentia de plenitudine Principis poteſtate, & ad
quæ ſe extendat, & circa tollendum ius quæſitum
Faquineus *lib.* 8. *controuerſ. cap.* 63. de qua plura
noto *in cap. venerabilem qui filij ſint legitimi*. De
14 poteſtate Principis Riccius *collect.* 407. De clau-
ſula: *dummodo alteri non ſit ius quæſitum*, præter
adducta à Barboſa *de clauſulis*, videbis Riccium
15 *collect.* 814. Et de clauſula *ſine præiudicio iurium
ſuorum*, de qua idem Barboſa *de clauſulis*, *ibi*
tractat Riccius *collect.* 833. & *collect.* 1243. vbi de
16 clauſula *ſine præiudicio*. † Et quod priuilegium
Principis eſt ſine iniuria, idem Riccius *collect.* 1010.
17 Et quod eius reſcriptum non aufert Dominium,
Gratianus *regula* 403. de quibus dixi *ſupra ſub tit.
de reſcriptis*.

18 Ad aliam quæſtionem Pichardus *in Rubr. de
hæredit. quæ ab inteſtato deferuntur à num.* 63. vbi
an poſſit Princeps Spurium filium legitimare in
præiudicium legitimorum.

QVÆSTIO I.

An Hæretici ſint prohibiti ab electionibus canonicis. Et an accuſatus de hæreſi in Sancto officio Inquiſitionis, habeat in illis vocem actiuam, & paſſiuam. An electio tempore peſtis facta, ſit valida. Et an Surdi & Muti poſſint eligere, aut eligi, ſeu an Cæcus elector admittatur. Et an ſi quis eligatur in Viſitatorem alicuius Religionis, & poſtea ſit factus Cæcus, queat viſitationem continuare cum alio ſano Viſitatore, & ſocio?

SVMMARIVM.

1 *Hæretici in electionibus etiam profanis carent eligendi poteſtate.*

2 *Hæretici ſunt excommunicati, & infames.*

3 *Communicandum non eſt cum excommunicatis.*

4 *Hæreticus caret vſu Dignitatum, tam quæ ſunt ordinis, quàm iuriſdictionis.*

5 *Hæreticorum filij, & nepotes priuantur fungi publicis officiis, & Dignitatibus.*

6 *Conſules, & communitates iurare debent ſe in poſterum ad electiones non admiſſuros hæreticos ſub pœnis*, n.7.

8 *Accuſatus de hæreſi in Sancto officio; etſi de iure interim habeat vocem actiuam, & paſſiuam in Capitulo fallit in infamato, vt hic* & num. 9.

9 *Abiurans de vehementi in Sancto officio, vel de leui, qualiter hodie ſuſpenſus dicatur ab officiis*, & n.10.

10 *Religioſus olim ex ſola abiuratione in Sancto officio, non erat priuatus.*

11 *Religioſus ſuſpectus de hæreſi, poteſt ante ſententiam ſuſpendi ab officio, & Dignitate & num poſt abiurationem recuperet*, numero 12.

13 *Abiurantes de vehementi, non admittuntur ad audiendas confeſſiones; non ſic de leui.*

14 *Diffamatus per accuſationem, ſiue inquiſitionem, quando quis videatur*, & num. 15. *vbi de officio in temporalibus, & ibi* numero 16.

17 *Praxis procedendi in electione, cùm aliquis cenſetur ad vocem inhabilis.*

18 *Electio tempore peſtis facta, abſente maiori parte eligentium, nulla eſt vt* n.21. & 22.

19 *Nemo inuitus tenetur accedere ad locum peſtiferum.*

20 *Peſtis excuſat à reſidentia, à contumacia, à pœna, & curſu fatalium, & à publicatione reſignationis.*

21 *Electio non capitulariter facta, & omnibus non vocatis, nulla eſt; item eſt collatio.*

23 *Canonici abſentes citati ad locum peſtiferum, vt eligant venire non debent.*

24 *Canonici propter peſtem queunt alibi extra Eccleſiam electionem facere.*

25 *Cæci, muti, & ſurdi priuãtur iure eligendi paſſiuè;*

& numero 26. Vbi quid de iure eligendi alios.

27 *Cæcus, mutus, & ſurdus, qui poſtquam electionem de eo factam, talis factus fuit, nequit etiam cum alio ſano Viſitatore proſequi viſitationem.*

1 AD primam difficultatis partem dicendum eſt hæreticos in electionibus Eccleſiaſticis, & profanis carere voce actiua, & paſſiua, ſiue ſoli, ſiue cum aliis ſint; ita vt nec elegi, nec alios eligere valeant ad dignitates, officia, & publica Conſilia, vt ex Innocentij III. conſtitutione, incipiente, *his quæ*, vbi approbando quod G. S. Mariæ in Porticu Cardinalis Legatus in Lombardia contra Hæreticos ſtatueret, nempe, vt de cætero hæretici nullatenus admitterentur ad Conſilia, & Dignitates; nec eis conferretur arbitrium eligendi alios, nec in eligendis perſonis ad eas vocem aliquam obtinere deberent: & ſimul Doctores ex hac conſtitutione ſequuntur propoſitam reſolutionem.

2 Et congruit cum deciſione textus *in cap. vt commiſſi §. priuandi de hæreticis lib.6.* vt colligitur *ex cap. ſi Papa diſt. 40.* & *ex cap. qui contra Eccleſiæ pacem 24. quæſt. 1. argum. cap. nulla officia diſt. 54.* Vbi ſtatuitur ne Iudæis publicè iniungantur officia, ne poſſint fidelibus nocere. Pro quo facit regula iuris *infamibus de reg. iuris*, & *cap. 2. de hæret. lib. 6.* item quia cum Hæretici ſint excommunicati, & extra Eccleſiam, *cap. cum Chriſtus, cap. ſicut, cap. ad abolendam, cap. excommunicamus de hæret. cap. nouerint de ſentent. excommunicat.* & non poſſint cum aliis conuenire; ſiquidem *ex cap. paſtoralis* iuncta gloſſa *de appellat. in fine.* qui eſt contra Eccleſiam, nihil poſſit Eccleſiæ nomine poſſidere † Et *in cap. ſicut Apoſtoli 11. quæſt. 3.* dicatur vt cum excommunicatis non ſit communicandum; tum quia infames *ex lib. 4. Federici II. Pataui* edita, & confirmata *ab Honorio III.* ſunt à publicis officiis, & dignitatibus arcendi; tum quia id non eſt conferendum ei, qui illius vſu caret; ſic vt nec poſſit functiones exercere, *ex cap. fin. de Clerico excommunic. miniſtrante*: † Ergo cum Hæreticus ſit excommunicatus, ſequitur, vt careat vſu, tam earum dignitatum, quæ ſunt ordinis, quàm quæ ſunt iuriſdictionis; cum nec eis debeant concedi; ſiquidem non poteſt erga homines eſſe fidelis; qui Deo infidelis eſt, vt dicitur *in Concilio Toletano 4.* & à Theodoreto *lib. 2. tripart. cap 2.* Nicephoro *lib. 16. cap. 35.* Vgolinus videndos *tabula 2. cap. 13.*

(3 and 4 in the margin beside the lines beginning "ne poſſidere" and "Clerico excommunic.")

5 Cum verò Innocentius IV. *in Bulla 1. & 18.* confirmet leges latas Pataui à Frederico III. Imperatore iam relato, quæ *in §. 9.* cauent, vt hæreticorum filij, & nepotes priuentur officiis publicis, & dignitatibus, ſequitur vt multò magis ſic contingat in ipſiſmet hæreticis, vt explicat Scortia *in conſtitut. Pontif. epitom. 5. Theorema 9.* nam prohibito aliquo, etiam prohibitum cenſetur omne id, per quod ad illud peruenitur, ex Panormit. *in dict. cap. fin. de Clerico excommunic.*
6 *num. 3. & cap. poſtulaſti num. 20. ibidem.* † Et in tantum inquam procedit, vt idem Innocentius III. mandet in prædicta ſua conſtitutione, quod Conſules, & communitates iurent ſe in poſterum ad prædictas electiones non admiſſuros hæreticos; ſic vt particulares Domini, & perſonæ contra facientes excommunicentur; ciuitates verò, ſeu communitates, interdicantur, vt patet ex verbis ibi: *Conſules autem, & communitates cogerentur in poſterum iurare illos, non admiſſuros ad prædicta; contumaces verò excommunicentur, & ciuitates ſupponantur interdicto.*

Vnde bene Federicus II. Imper. *l. 5.* ex datis 7
Pataui, voluit poteſtates, Conſules, & Rectores iurare publicè bona fide curaturos, vt pro viribus hæretici exturbentur è terris iuriſdictionis ſuæ, vt etiam fit *in cap. excommunicamus. §. moueantur de hæreticis*; imò & Innocent. IV. *in conſtitut. 9. §. 2.* vult haberi pro periuriis perpetuò infamibus ſuſpectis de fide, hæreticorum fautoribus ſpoliatis regimine inhabilibus ad publica officia, & Dignitates, Magiſtratus, qui de obſeruandis legibus latis contra hæreticos, non præſtiterint Iuramentum, aut à ſibi ſuccedentibus non exegerint; & inſuper vult vt eorum acta in Magiſtratu ſint nulla, & plectendos eſſe eos mulcta ducentarum Marcharum dicit, de quo vberius dico *ſub dicto tit. de hæret.*

Ad ſecundam difficultatis partem, ſuppoſita 8
quæſtione generali, de qua ſupra *in Rubr. q. 1. verſ. ad quartam n. 52*: an accuſatus, vel denunciatus debeat expelli ab electione; & quod ibi dixi *n. 50.* de pœnitentiatis Religioſis in Sancto officio; ideò reſpondeo breuiter; vt non obſtante accuſatione in Sancto officio, habeat vocem in Capitulo actiuam, & paſſiuam: ita in terminis docet Franciſcus Tondutus *in quæſt. benefic p. 1. cap. 40. à num. 1.* dum ait ſic reſpondiſſe interrogatum in caſu cuiuſdam Religioſi inquiſiti dicendo minime illum remoueri ab officio per ſolam inquiſitionem, & validas eſſe deputationes Guardianorum per eum factas, ita vt nec defectu poteſtatis in deputante impugnari poſſit, & per conſequens, tam eos, quàm Guardianos per eum deputatos habituros eſſe vocem actiuam in Capitulo prouinciali; ſed diſtinguendo de voce paſſiua ſupponit vt ſi ex accuſatione bona fama inquiſiti apud probos, & bonos viros notata fuerit, tunc Guardianus ille accuſatus voce etiam paſſiua priuetur; quod ſi eius fama non ſit notata, minimè, ex communi reſolutione, *cap. omnipotens 4. de accuſat.* quem expendi *in dict. q. 1. Rub. ad n. 52.*

Et licèt videatur contra hoc inſurgere Riccius 9
parte 3. deciſ. 327. vbi dicit fuiſſe ex ſuo voto iudicatum per quendam ſuperiorem regularem Religioſi, inquiſitione pendente, non competere vocem actiuam, ſed ille tantum debebit ſequi, quando fama ipſius accuſati apud probos, & graues viros fuerit notata, vt iam dixi, cum ex doctrina Farinacij *in deciſ. crim. 51.* referat idem Tondutus fuiſſe in ipſo etiam de hæreſi ſuſpecto, alias non eſſe officij incapacem, nec ab eo poſſe remoueri ſi bene vixerit, & per triennium emendatus fuerit; quamvis abiuraſſet de vehementi in ſancto Officio Inquiſitionis; qui tamen ait ibi *dict. c. 40. à num. 7.* ex decreto S. Congreg. Vrban. VIII. aliud iam hodie admitti; quatenus vt iam dixi *in dict. Rubr. dict. q. 1. n. 50.* Regulares omnes, qui in ſancto Officio Inquiſitionis quodcumque pœnæ genus, vel pœnitentiæ, exceptis ſalutaribus, ſubierint redduntur inhabiles ad officia quæcumque, & Dignitates, inferens Tondutus in vim talis decreti illos, qui abiurarunt de leui, vel de vehementi, inhabiles reddi ad quæcumque officia, & Dignitates, ſuæ religionis; quia abiuratio eſt pœna, quæ nullomodo

venire

10 venire poteſt appellatione pœnitentiæ ſalutaris; †
addens vt quamvis ex ſola abiuratiooe olim non
eſſet Religioſus priuatus voce actiua, & paſſiua,
vt teſtantur Hieronym. Rodericus, Sanchez,
& Pariſius *de reſignat. lib* 4. *q.* 3. *n.* 17. Riccius *in*
praxi rerum fori Eccleſiaſt. deciſ. 676. per totam,
ſed hodie vigore dicti decreti aliter ſtatui; ſic vt
etiam ille, qui de leui abiurauit à Dignitatibus ar-
cendus veniat, vt dixerunt Diana *part.* 4. *tract.* 8.
cap. 64. Cæſar Carena *de officio Inquiſitor. parte*
tertia, titulo 12. *de abiuratione, num.* 15. cum
multis.

11 Et præterea notant Ricciulus *de iure perſonarum*
extra grem. Eccleſiæ lib. 5. *cap.* 19. *num.* 25. & Rota
apud Farinac. *dict. deciſ.* 51. *num.* 6. quod ſi Re-
ligioſus eſſet ſuſpectus de hæreſi poſſet etiam ante
ſententiam ſuſpendi ab officio, & Dignitate; quia
12 fama eius eſſet nota apud graues viros, † ſed quod
poſt abiurationem recuperaret priſtinum officium;
imò & beneficium, non obſtante collatione alteri
facta; quia per abiurationem purgatur infamia;
quod videtur in praxi poſſe procedere in ſolo de
hæreſi ſuſpecto, non in hæretico formali, iuxta
communem Inquiſitionis Hiſpaniæ praxim, & di-
ctum ſic intelligit Tondutus *dict. cap.* 40. *n.* 8.
nisi obſtet dicta conſtitutio Vrbani † vbi *num.* 10.
13 cum Riccio *in deciſ.* 218. ℣. 1. Genuenſ. *in praxi*
Archiepiſcop. cap. 45. *num.* 2. Diana *dicta p.* 4. *tract.*
2. *reſ.* 64. *in princip.* per Sacræ Congreg declara-
tionem dicit dictum de abiurantibus, ad audiendas
confeſſiones fidelium non admittantur, ſi de vehe-
menti abiurarunt; ſecus in abiurantibus de leui;
quæ omnia exiſtimo, vt quotidie video non practi-
cari, niſi gratia, & indulgentia Inquiſitoris Gene-
ralis in his Hiſpaniæ Regnis.

14 Iterum ſi dubites quomodo ſciri, quando quis
dicatur diffamatus ante defenſiones reo datas, ſiue
in officiis Eccleſiaſticis, & regularibus, ſiue in tem-
poralibus. Vt diſſoluas etiam pro difficultate po-
ſita *in dicta Rub. q.* 1. *verſ ad quartam*, reſpon-
deo cum Merlin. *p.* 1. *controuerſ. cap.* 40. *n.* 15.
Sanfelic. *deciſ.* 61. *num.* 4. adhiberi in hoc pun-
cto duas cognitionis cauſas, vnam ſummariam,
antequam proceſſus ſit publicatus ad effectum ab
officio ſuſpenſionis diſcernendæ. Alteram plena-
riam ad effectum ſententiæ in negocio principali
proferendæ quo in caſu ſuſpenſionis, cum illis
Tondutus ſupra *dict. cap.* 44. *num.* 13. dicit vt ſit
reus audiendus etiam ſummariè in ſuis rationibus.
15 † Addit tamen ibi *num.* 14. vt licèt nonnulli di-
ſtinxerint inter officiales iuriſdictionem habentes;
& non habentes; quod illi ſuſpendi debeant ab of-
ficio; hi verò non debeant ſuſpendi; indequè di-
cant notarium de falſo accuſatum, pendente ac-
cuſatione inſtrumenta conficere poſſe, vt notauit
Farin. *de falſitate q.* 155. *num.* 64. adhibitis diſtin-
ctionibus Pariani *de probationib. lib.* 2. *c.* 21. *à n.*
134. *& c.* 22. *per totum* de quo latè loquor *ſub tit.*
de fide inſtrum. tamen negandum non eſſe, quin
Iudex in officiis ſine iuriſdictione, ratione ſcandali,
vel infamiæ procedere poſſit, lite pendente ad ſuſ-
penſionem, vt determinat Capiblanc. *de iure Ba-*
ron. Pragmat. 5. *num.* 8. Georg. *alleg.* 42. *n.* 21.
Sanfelic. qui ita iudicatum refert *dicta deciſ.* 61.
ad inſtar tutoris, qui ob ſolam ſuſpenſionem ſuſ-
penditur à tutela *ex l. eum quem cod. de ſuſpect.*
tutorib. Griuel. *deciſ.* 68. *num.* 9.

16 Vnde ſi dubites quid agendum ſit de ſuſpen-
ſione ab officiis temporalibus, reſpondeo veram

eſſe reſolutionem; quod ſi agitur de delicto com-
miſſo extra officium, pendente accuſatione, non
ſit locus ſuſpenſioni; ſin autem de commiſſo in
officio, tunc debeat ſuſpenſio fieri, niſi Iudex ar-
bitretur accuſationem calumnioſam, aut malitio-
ſam eſſe. Franchis *deciſ.* 8. Ioan. Andr. Georg. *dict.*
allegat. 42. *num.* 21. Griuel. *deciſione Delana* 6.
addunt verò Sanfelic. *dict. deciſ.* 61. *num.* 3. verſ.
ſed amplias. p. 1. Tondutus *dict. cap* 40. *num.* 12.
quòd ſi ageretur de tali delicto extra officium com-
miſſo ex quo ſcandalum redundare poſſet, ſi ille
exerceret; tunc poſſe adminiſtrationem ei interdici,
ac ſi in officio deliquiſſet.

Cumquè dubitatur, an aliquis ſit ad vocem in- 17
habilis, tunc praxis procedendi in electione talis
erit; nempe quod admittatur cũ proteſtatione, vt il-
lius vox valeat, in quantum appareat; poſtea eun-
dem electioni intereſſe potuiſſe, & non alias; &
quod non habens, ſeu non habentes vocem, fue-
rint admiſſi vna cum aliis, provt ita fieri debere
teſtatur Miranda *in manuali præl. regular. tom.* 2.
q. 13. *art.* 11. *in fine*, verſ. *ſecundo ſupereſt.* Tondu-
tus *dict. cap.* 40. *num.* 9.

Ad tertiam quæſtionis partem, an electio tem- 18
pore peſtis facta, valida ſit, ſuppoſitis quæ de in-
terrupta præſcriptione dixi infra *ſub cap.* 10. *de*
præſcript. tempore peſtis. † Et quod nemo inuitus 19
ad locum peſtiferum accedere, cogendus ſit; quia
talis coactio eſſet contra ius gentium, vt docent
Marta *conſ.* 1. *per totum*, Franc. Tondutus *in tract.*
de præuent. iudiciali c. 9. *num.* 51.

Sicut vt dixit Barboſa *in c. relatum* 4. *num.* 8. 20
de Clericis non reſident. peſtis excuſat à reſidentia;
item & à contumacia, Menochius *de arbitrariis*
caſu 153. *num.* 10. Item excuſet à pœna, & à cur-
ſu fatalium, & ab aliis multis, de quibus Maſcard.
de prob. concluſione 20. *num.* 6. ſic vt etſi fatalia cur-
rant tempore peſtis, (de quibus latiſſimè egi *in*
cap. 4. *&* 5. *de appellat.*) detur tamen reſtitutio
aduerſus lapſum illorum, in tantum, vt genera-
liter abſentia cauſa peſtis ſit iuſta, & faciat vt ab-
ſenti detur reſtitutio, aut ſaltim ipſo iure ſerue-
tur illæſus, vt dixit Sfortia Oddo *de reſtit. in in-*
tegr. parte 1. *quæſtione* 7. *à numero* 94. vſque *ad*
num. 100. imò & excuſet peſtis à publicatione re-
ſignationis, vt dixit Pariſius *de reſignatione lib.* 11.
quæſtione 13. *à numero* 60. alioſque plures effe-
ctus pariat, de quibus Neuizan. *conſ.* 51. *per to-*
tum.

. Sequitur in puncto noſtri dubij dicendum cum 21
Tuſcho *littera P. concluſione* 326. Gaillio *lib.* 1.
obſeruat. 52. *num.* 11. vt cum quis non teneatur
comparere in loco peſtifero; quia peſtis (vt dixi)
excuſat à reſidentia, & à citatione, remanentes
in loco non poſſint citare fugitiuos ex ea cauſa,
nec illos coarctare ad electionem, in tantum vt
nec citatio ſubſiſtat, nec electio valeat, quod ta-
men non eſt ſic ſimpliciter intelligendum, ſed
iuxta diſtinctionem ſequentem; ſcilicet vt ſi ab-
ſentes conſtituant maiorem Capituli partem, tunc
valeat electio; ſecus verò quando maior Capi-
tuli pars eſſet abſens: ita ex doctrina Innocen-
tij *in cap. ex inimicitiæ de noui operis nunciat.* Ripa
de peſte dict. p. 1. *part.* 2. *n.* 123. vbi ſubdit, quod
vbi Canonici ſunt diſperſi propter peſtem, is ad
quem ſpectat conuocare Capitulum, vel alias ma-
ior de Capitulo illos conuocabit, vt patet, *ex cap.* 1.
de maioris. & obed. & ex dictis infra *in cap. quia*
propter q. 1. & in terminis alia dicens, reſoluit

22 Franc. Tonduttis *part.* 1. *reſol. beneſ. cap.* 86. †
à num. 1. & *a num.* 21. vbi dicens, vt electio
non capitulariter facta, & omnibus non vo-
catis, nulla ſit, improbat electionem factam à
tribus Canonicis de quodam Canonicatu vacante,
nullam eſſe; & ſic collationem inde ſubſequutam,
præcipuè reclamante Capitulo, & Canonicis ab-
ſentibus reclamantibus, & contemptum ſui proſe-
qui volentibus, iuxta doctrinam textus *in dicto cap.*
23 *quia propter, & cap. quod ſicut hoc tit.* † quia etſi
citatio abſentium præceſſerit, cum tamen facta fue-
rit in loco, & ad locum peſtifera contagione in-
fectum, ad quem Canonici abſentes ſine periculo
vitæ accedere non poterant; euenit vt nec illi ab-
ſentes cauſa peſtis venire non deberent, nec præ-
ſentes Canonici in illo loco infecto, durante peſte
24 ad electionem procedere non valerent † argum. tex-
tus *in cap. cum terra, cap. cum nobis hoc tit.* vbi ca-
uetur, quod etſi regulariter electio debeat fieri in
Eccleſia, tametſi vigeat peſtis, Canonici qui aufu-
gerunt, queant illam facere in alio loco, *cap. in no-
mine Domini diſt.* 23. & faciunt pro hac reſolutione
quæ longiſſimè dixi infra *in c.* 4. *vt lite non conteſt.
teſtes non recipiantur q.* 2. vbi plura dixi de exce-
ptione loci non tuti, & de citato ad illum.

25 Ad quartam, & quintam quæſtionis partem, an
Surdi, & Cæci priuentur iure eligendi. Et an Mu-
tus, Cæcus, & ſurdus ſint eligibiles ad Prælaturas,
vt reſpondeas leges quæ ſcripſi ſupra *in Rubr. q.* 4.
verſ. ad ſecundam, vbi egi de illa. *An regularis ſit
ineligibilis, ſi cæcus ſit, vel ſurdus, vt interueniat
alicui Capitulo generali*, breuiſſimè reſpondeo di-
cendum, vt cæcus ſit ineligibilis, vt patet *in
cap. hinc*; etenim §. *cæcus diſt.* 49. & ex D. Thoma
in 3. *p. q.* 82. *art.* 10. *ad* 3. idemque procedere in ſur-
do *ex cap. conſtitutionem de verb. ſignif. lib.* 6. & fa-
cit quia de iure ciuili ſurdus nequit gerere officium
publicum, vt teſtatur Campanilius *in diuerſ. iuris
Canon. Rub.* 11. *cap.* 17. *n.* 37. & quod muti ſint etiam
ineligibiles, tradit ex multis Doctoribus Peyrinus
de Relig. Prælat. tom. 2. *q.* 2. *cap.* 4. *n.* 18. 20. & 21. Iu-
lius Lauorius *variar. lucubr. tit.* 4. *cap.* 16. *n.* 81. Si-
giſmundus à Bononia *de elect. p.* 2. *cap.* 4. *n.* 19. Diana
p. 5. *tract.* 6. *reſ.* 20.

26 Dubium tamen eſt, an ſint priuati eligendi
alios, & reſpondet idem Sigiſmund. à Bononia vbi
proximè *p.* 2. *cap.* 4. *dub.* 89. *n.* 13. vt hi non priuen-
tur iure eligendi, cum liberè reuera conſentire poſ-
ſent, ſed ſolum videri, quod cæci, & ſurdi tutiori
conſcientia agant, ſi renuncient eidemmet voci
actiuæ, cum ipſi videantur, facillimè decipi poſſe,
tradit etiam Diana *dict. p.* 5. *tract.* 6. *reſ.* 13. vbi notat
ex Barboſa *in collect.* mutum, & ſurdum ſolis ſignis,
& nutibus ad emphyteuſim nominare.

27 Ad vltimam quæſtionis partem, viſis etiam quæ
dixi ſupra *in Rubr. dicta q.* 4. *verſ. ad ſecundam*, vbi
quod Cæcus, & ſurdus nequeant eligi in ſcribam,
ſcrutatorem, nec ad alia officia Religionis, vt ibi;
& licèt in caſu noſtro aliud videatur dicendum: ta-
men Megala *variar. reſolut. tom.* 2. *reſ.* 183. per to-
tam contrariam ſententiam docet, & vt dixi *ſub
dict. q.* 4. nam cæcus non poteſt eſſe teſtis in teſta-
mento, cum teſtatorem debeat videre *ex cap. ſi
non ſpecialis, & l. ſi vnus Cod. de teſtam.* Diana *dict.
p.* 5. *tract.* 6 *reſ.* 20. *verſ. ſed difficultas eſt.* Quare me-
dicis *in tract. de fort. caſib. q.* 6. *n.* 55. tenet non poſſe
cæcum eſſe teſtem in actibus, quæ viſu percipiun-
tur, ſed viſitatores debent de ſupra dictis actibus
teſtimonium ferre Generali, & Capitulo generalis;
ergo. Et faciunt ad corroborationem plura, quæ
dixi de cæcis, & mutis, atque ſurdis *in cap.* 9. *de
iudiciis q.* 15. vbi egi de illa. *An cæcus, mutus, &
ſurdus queant eſſe in iudicio.*

Ad Text. in cap. Scriptum eſt. XL. hoc tit.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Poſtulatio quando in concurſu electionis præfer-
tur*, & num. 2.
2 *Poſtulantes indignum, priuantur pro ea vice
poſtulandi, ſeu eligendi poteſtate.*
3 *Poſtulatus indignus reiicitur.*
4 *Poſtulationis materia inſinuatur.*
5 *Prælati triplici modo fiunt, electione, poſtula-
tione, & tranſlatione.*
6 *Canonici num queant admittere clericos Eccle-
ſiarum ad coëligendum remiſſiuè.*
7 *Patriarcharum materia inſinuatur.*

HIc Pontifex dicit, quod quando poſtulatio, 1
& electio concurrunt, ſi poſtulatus eſt ido-
neus, & numerum poſtulantium, eſt duplo maior,
quàm numerus eligentium, admittitur poſtulatio,
reiecta electione, ſecus ſi non ſit duplo maior, quia
tunc admittitur electus ſi eſt dignus.

Idem procedere ſi etiam ſcienter poſtularunt in- 2
dignum; quia tunc reiicitur poſtulatio, & poſtu-
lantes priuantur pro ea vice poteſtate eligendi, ſeu
poſtulandi. † Et quòd ſi ignoranter poſtularunt, 3
indignum reiicitur, & poſtulatus, & electus, mul-
tis comprobat, & exornat Barboſa *hic num.* 1. & 3.
† Cumque idẽ Barboſa *de iure Eccleſ. p.* 1. *c.* 19. *ſub* 4
num. 18. ponat differentias inter electionem, & po-
ſtulationem de quibus nonnulla dixi ſupra *de poſtu-
latione Prælatorum*, & inter eas ponat eam quæ ori-
tur ex hoc textu; ideò legitimè poteris hic adiungere
quæ ſpectant ad materiam *de poſtulatione Prælat.*
de quibus plura notaui *ſub. Rub. & tit. eodem.* † Et 5
tradit idem Barboſa *a n.* 3. vbi docet tribus modis
eligi Prælatos, per electionem, poſtulationem, &
tranſlationem: videbis quod dixi infra *ſub cap. pu-
blicato* 58. in verſ. *pro ſecunda parte*, & in ſuis ti-
tulis.

In verſ. *ſi partes conſenſerint* dicit Barboſa *n.* 3. 6
vt poſſint Canonici clericos Eccleſiarum inferio-
rum admittere ad coëligendum, vacante Eccleſia
pro illa tantùm vice, hoc multis probans, ſed quia
de hoc latè dixi *in cap. cum Eccleſia Sutrina de cau-
ſa poſſeſſ. & propriet.* ideo *ad hunc verſ.* videbis
ibi *q.* 4. *num.* 3. & quæ inſuper dixi ſupra *in Rubr.
quæſt.* 6.

Et ibi *ſi conſtiterit. de mutuo conueniſſe conſenſu,* 7
quoad electionem Patriarchæ. De Patriarchis vide-
bis infra *in cap. duo, de officio Ordinarij,* & *in cap.
antiqua* 23. *de priuilegiis.*

Digitized by Google

Ad Text. in cap. Ne pro defectu XLI. hoc tit.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Tempus, intra quod electores debent eligere, inſinuatur.*
2 *Congregatio quælibet debet habere ſuum Prælatum, & Magiſtrum, qui ex ſuo gremio aſſumitur.*

1 HIc Pontifex ponit tempus, intra quod electores debeant eligere, & ad quos deuolutio
ſpectet, à quo tempore computentur, oſtendit
bene Iulius Lauorius *variar. lucubr. tom. 1. tit. 4.*
cap. 18. ex num. 12. 14. & 23. Quare adiunges notata
infra *ſub cap. de multa de præb. & in cap. nulla de*
conceſſione Præbendæ, vbi quo tempore debeat de
beneficiis prouideri; & quod non debeat fieri antequam
prædeceſſor humi tradatur: & de textu
noſtro Barboſa *de iure Eccleſ. p. 1. cap. 19. n. 144. &*
145. & *n. 84. 85. &* 86. cum infinitis, qui etiam poteſt
exornari ex dictis ſupra *ſub cap. 6.* & ſupra *c. 36.*
n. 1. & aliquid dixi ſupra *ſub Rubrica.*

2 Et cum Barboſa hic *n.* 4. ex verſ. *ipſius quidem*
Eccleſiæ, notet quod quælibet Eccleſiæ congregatio
debeat habere ſuum Prælatum, & Magiſtrum,
qui ex ipſius Eccleſiæ gremio aſſumi debeat; ita vt
alteri ſit præferendus qui ex gremio Eccleſiæ eligatur;
ideò adiunges notata ſupra *ſub cap.* 37. *&* 38.
hoc tit. vbi etiam quando de alia Eccleſia eligi valeat.
Aliqua notaui de Abbatiſſa ex alia domo aſſumenda
ſupra *in Rubrica ſub q. 5. & 6.*

Ad Text. in cap. Quia propter XLII. hoc tit.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Electionis forma, modusquè eſt triplex, per ſcrutinium, per compromiſſum, & per communem inſpirationem.*
2 *Scrutatores in electionibus, qualiter procedant remiſſiuè, n. 3.*
4 *Dignitas electiua quæ ſit? in qua huius cap. forma ſeruatur.*
5 *Prouiſio Canonicatuum, ad quos ſpectet?*
6 *Pontificem eligendi modos quis tractet?*
7 *Forma eligendi Epiſcopos quæ remiſſiuè.*
8 *Idoneitas requirenda in electis, præſentatis, & nominatis, remiſſiuè.*
9 *Forma electionis procedit in inferioribus Eccleſiis, item in ea, quæ fit de Guardianis, Generalibus, & Diffinitoribus,*
10 *Scrutatores miſcentes falſum in electione, grauiter peccant, & arbitrariè puniuntur.*
11 *Electio eſt valida, etiamſi vnus eligentium detegat ſocio ſuffragium ſuum.*
12 *Votantium ſuffragia qualiter inquirantur remiſſiuè: Vbi quid ſi omittatur forma.*
13 *Beneficiorum diuiſio eſt, aut electiua, aut collatiua.*
14 *Ætas requiſita ad electionem Abbatiſſarum, remiſſiuè.*
15 *Forma* cap. quia propter, de electione, *num ſeruetur circa nominationem Præbendarum præceptorialium.*

TExtus huius deciſio generaliſſima eſt ad hanc 1
tractationem, cum in ea, de forma, & de aliis
requiſitis in electionibus ſeruandis tractetur: vnde
cum Barboſa hic optimè eius litteram per partes adſtruat,
& integra textus huius ex iam dictis in aliis
Capitibus, & ex aliis huius tituli iuribus informetur.
† Ideo præter ea, quæ notat applicabis quæ 2
ſubſequuntur: nam quatenus ex hoc textu inſinuatur
quod modus faciendæ electionis, eſt triplex; per
ſcrutinium, per compromiſſum, & per communem
inſpirationem; ita vt aliter facta electio ipſo iure ſit
nulla, vt docet idem Barboſa *de iure Eccle. p. 1.*
cap. 19. num. 148. vbi *à n.* 149. agit de materia huius
textus; qui etiam tractat, † de ſcrutinij forma *à* 3
n. 116. & de ſcrutatoribus *à num.* 184. & quomodo
ſcrutentur iuxta textum noſtrum *à n.* 195. *&* 196.
Et de vacandis, & citandis ad electionem *à n.* 88.
de quibus *ſub Rubr. & c.* 18. tangunt, ſeu perficiunt
hæc omnia iam ſupra *in principio Rubricæ* citati; ob
quod ſigillatim non tracto, cum facilis queas eſſe
perdicta in tota Rubrica, & in iuribus explicatis,
& infra adductis.

Quæ Dignitas electiua ſit, in qua forma huius 4
textus ſeruatur, Patianus *de probat lib. 2. cap. 30. à*
n. 1. vſque ad 36. An forma huius textus ſit ſeruanda
Barboſa *de canonicis cap.* 38. † Ad quos ſpectet 5
Canonicatuum prouiſio, ipſe ibi *cap.* 14. † De omni- 6
bus modis eligendi Pontificem, Iulius Lauor. *variar.*
lucubrat. tit. 4. cap. 4. 5. 6. & 7. vbi de omnibus,
modis, de quibus hic: & videbis *cap.* 8. † De for- 7.
ma ſeruanda in facienda electione Epiſcoporum, ac
aliorum Prælatorum, idem Iulius Lauor. *dicto tit. 4.*
cap. 19. de qua ſupra *in Rub. q. 6.* De electione facienda
Guardianorum, & aliorum Officialium regularium,
idem *cap.* 23. Et de electione Abbatiſſarum,
& Prioriſſarum, idem *cap.* 24. de quibus dixi
ſupra *in Rub. quæſt. 4. & 5.* & faciunt dicta ſupra *in*
cap. 15.

De idoneitate inquirenda in electis, præſentatis, 8
& nominatis, Riccius *collect.* 815. expendens Trid.
in cap. 13. ſeſſ. 7. de reform. ſed de hoc ſupra *ſub. c. 7.*
§. fin. & in c. 29. de præbend. ac de eligendo digniori
ibi, & oſtendunt Couarruu. *in regula peccatum, p. 2.*
§. 7. à n. 3. Gutierrez *lib. 2. canon. cap.* 12. latè, & bene,
vt etiam dixi *in Rubr. q. 2. 4. & 7.*

Ad textum noſtrum Riccius *collect* 1127. vbi 9
ampliat formam huius textus procedere etiam in inferioribus
Eccleſiis, & Eccleſiis Cathedralibus,
vt dixi ſupra *in Rubr.* Et ad Guardianos, & Generales,
ac Diffinitores; ſic vt nequeant diſcedere
à forma huius textus *in dict. Rub. q.* 4. † Et ampliat 10
4. quod Scrutatores miſcentes falſum in electione,
grauiter peccant; ita vt arbitraria puniantur, & ipſa
ſit nulla.

Limitans textum cum Sayro *deciſ. 4. de elect.* di- 11
cens vt ſit valida electio, etiã ſi vnus eligentium ſuffragium
ſuum ſocio detegit. † Et qualiter ſuffragio- 12
rum inquiſitio debeat fieri, ac de votis eligentium,
bene Barb. *d. c. 19. à n.* 195. Et an ſi in electione fuerit
omiſſa aliqua ex ſolemnitatibus iuris poſitiui, ſit
nulla? quid in aliis actibus? idem Riccius *collect.*
1739. ad textum *in cap. 1. in fine*, vbi Panormit. *de*
integrum reſtit. quem leges. † Et idem *collect.* 13
1697. ſuper gloſſa *in §. vt autem, clem. quia contingit*

ſingit de relig. domib. dicit quod inter diuiſiones beneficiorum, illa principaliter videtur vt aliud ſit electiuum; aliud verò, collatiuum, de quibus *ſub hoc tit. & ſub tit. de conceſſione Preb.* Et videhis ad textum Chuchum *inſtit. moral. tit.* 1. *à num.* 15. & Gratianum *regula* 95. vbi ad quæſtionem. An conſenſus requiratur omnium in diſpoſitione rei communis, de qua notaui ſupra *in cap. cum omnes de conſtit.*

De ætate requiſita ad electionem Abbatiſſarum, 14 ad quas etiam ſe extendit forma textus noſtri Franciſcus Tondurus, & ad obtinendam præpoſituram *part.* 1. *cap.* 99. *in* §. *inferiora*; de quo bene, & latè Barboſa *de Iure Eccleſ. p.* 1. *c.* 45. *à n.* 18. vbi de forma. Et quod Moniales in Abbatiſſas non ſint eligendæ vltra triennium, idem *n.* 30. & Scortia *in Conſtitut. Pontif. Epit.* 135. de quibus dixi *ſub Ru-* 15 *brica q.* 4. *&* 5. † Et adiunges ad aliam bonam quæſtionem eundem Franciſcum Tondutum: vbi an forma textus noſtri ſeruetur circa nominationem, ſeu electionem Præbendarum præceptoria- 16 lium. † Et ad quem de iure communi ſpectet electio, ſeu deputatio Magiſtri Scholarum; de quo infra *in tit. de officio Theſauri*, & aliis.

17 Ad verſ. *niſi*, dixi *in c.* 1. *de Iudiciis, q.* 16. *n.* 2. Et ad verſ. *aliquibus viris, in c.* 3. *de cauſa poſſeſſionis, & propriet. q.* 4. *n.* 4.

Ad §. Illud, eiuſdem textus.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM,

1. *Abſentes niſi legitimè ſint impediti, non poſſunt conſtituere procuratores pro facienda electione.*
2. *Votum, ſiue ſuffragium abſentis qua requirat, vt per procuratorem ſuſtineatur.*
3. *Iuramentum impediti probat eius impedimentum. Et an per teſtes remiſſiuè.*
4. *Teſtes Laici, aut fœmina ad probandum impedimentum electoris abſentis, non valent, ſi deponant tantum de fama, vel auditu.*
5. *Abſentes ad electionem, quando, & qualiter ſunt vocandi. Et quid ſi non compareant?*
6. *Votum electoris tempore electionis in lecto decumbentis, quomodo ſit recipiendum remiſſiuè.*

1 PRobat textus hic, quod abſentes, niſi ſint legitimè impediti, non poſſunt conſtituere procuratores pro facienda electione; multis comprobat hic Barboſa *n.* 37. vbi refert Iulium Lauorium *variar. lucub. tom.* 1. *tit.* 4. *cap.* 17. *ex n.* 45 ſignanter adducentem Rotæ deciſionem *in Calagurit. beneficij de Morillo* 13. *Nouembr.* 1620. coram bonæ 2 memoriæ Vbaldo † in qua fuit dictum tria requiri ad hoc, vt votum abſentis per procuratorem poſſit ſuſtineri; quæ ſunt, vt quis ſit in loco, vnde euocari poſſit. Et quod iuſto impedimento detentus venire non poſſit. Et quod procurator habeat mandatum ad iurandum ſuper dictum impedimentum, qui erit conſtituendus de Collegio, vt probat hic textus verſ. *& tunc ſi voluerit vni committat de Collegio vicem ſuam*, de quo dicto latiſſimè expendit cum multis idem Barboſa *de Iure Eccleſiaſt. à n.* 100. *&* 108. *ad* 112. vbi videbis, & applicabis nonnulla quæ dixi ſuprà *in c.* 16. *de conſt. q.* 1. *à n.* 60. & quæ dicunt Doctores per textum ibi, *in cap. ſi quis hoc tit. lib.* 6. Chuchus *inſtit. moral. tract. de Elect. à n.* 224. Azor. *in ſumma moral. p.* 1. *lib.* 6. *c.* 14. *q.* 7. Raguc. *de voce Canonic. in Capitulo q.* 2. Fr. Sigiſmund. à Bononia *d. tract. dub.* 14 Iul. Lauor. *ſupr. ex n.* 32. Tambur. *de iure Abbatum diſp.* 1. *q.* 3. Laym. *in Theolog. Moral. lib.* 4. *tract.* 2. *c.* 12. *ex n.* 24.

Et hic in verſ. *fidem faciat Iuramento*, probat 3 Barboſa *n.* 38. quod impedimentum probetur per Iuramentum impediti. Quare nunc applicabis Balboam *in cap. ex transmiſſa de praſcript. a n.* 11. vbi agit de quæſtione, an impedimentum Iuramento partis probari poſſit, & *à n.* 9. de quo dixi ego *ibi*, & an per teſtes probetur, dixi *in c.* 1. *de praſcript. q.* 2. *verſ. ad ſecundam.* † Et quod ad probanda im- 4 pedimenta electi, etiam Laici, & fœminæ admittuntur, ſed eorum teſtimonio non ſtatur, ſi de fama, & auditu tantum deponant iuxta quæ dico latè *in cap. licet ex quadam de teſtib.* dixit Barboſa *de Iure Eccleſiaſt. p.* 1. *c.* 19. *n.* 130.

Abſentes quando, & qualiter ſunt vocandi ad 5 electionem: & quid ſi non compareant, ſcribit Barboſa *de Iure Eccleſiaſt. p.* 1. *dicto c.* 19. *à n.* 89. Et an abſentes etiam in aliis actibus ſint vocandi? ſcribit Zeuallos *in pract. q.* 476. Applicabis quæ dixi *in cap. cum omnes de conſtit.*

Et quomodo excipiendum ſit votum electoris 6 tempore electionis in lecto decumbentis, per hunc textum ſcribit Naldus hic de quo dixi ſuprà.

Ad §. Electiones, fin. eiuſdem textus.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1. *Electio clandeſtina inualidatur, vel ſi ſit de nocte, niſi neceſſitas magna occurrat, vt fraudis ſubordinationis, vel ſi protrahatur, &* num. 3.
2. *Electio nequit fieri per ſecretas ſchedulas poſt tenebras: & de candelis, quæ accenduntur, quando ita fit.*
3. *Electiones facta in Cubiculis, & per occulta conuenticula, non valent.*
4. *Noctis appellatio, quatenus prohibeat electiones.*

QVod electio clandeſtinè fieri non debeat, 1 alias inualidetur, multis ex hoc textu probat Barboſa hic *n.* 39. vbi dicit *n.* 40. electiones canonicas minimè fieri debere de nocte, niſi quando adſit neceſſitas magna, aut electores per diem non potuiſſent concordari, & timeantur fraudes, & ſubornationes, ſi electio protrahatur. † Nec poſſe fieri 2 per ſchedulas ſecretas poſt tenebras, niſi neceſſitas vrgeret; & tunc eſſe accendenda ad minus tria luminaria, alias clam dici factam, probat cum Panormit. & Felino, & cum Iulio Lauorio *variar. lucubrat. tit.* 4. *cap.* 18. *n.* 10. De quo idem Barboſa *de iure Eccleſiaſt. p.* 1. *c.* 18 *n.* 236. † qui etiam *n.* 69. 3 probat quod electiones factæ in cubiculis, & clandeſtinis locis per occulta conuenticula facta reprobantur, & *n.* 170. de noſtro §. † Et *n.* 171. quod no- 4 ctis appellatione, intelligitur poſt datum ſignum ad ſalutationem Angelicam ad albam diei ſequentis.

An ſit idem dicendum de collationibus, Garcia *de beneficiis p.8.cap.4.* adiunges quod dixi *in Rubr. de re iud.q.1.verſ.ad tertiam*: vbi quod non valet ſententia nocte lata: quoto tempore duret nox; item notata infra *ad titulum de clandeſtina deſponſ.* Et applica dictum Barboſæ *dict. cap. 19. numero 182.*

QVÆSTIO I.

An Canonici in electionibus capitulariter faciendis, debeant præcisè ſeruare formā Capituli; Quia propter, *de quo nunc diſputamus. Item & in electionibus Prælatorum inferiorum; vtpote Eccleſiarum Collegiatarum; Abbatum, Priorum, & in electione regularium Prælatorum ſeu beneficiorum. Et an ea non ſeruata, electio ſit ipſo iure nulla. Et quænam formæ vſitatæ fuerint?*

SVMMARIVM.

1 *Doctores, qui abundè de textu noſtro agunt.*
2 *Littera textus noſtri.*
3 *Forma electionis præſcripta in textu noſtro, eſt ſeruanda* num.6.
4 *Eccleſia non viduatur per inferiores, ſed per primam Dignitatem.*
5 *Electio inferiorum in capitulis ſub qua forma.*
6 *Electiones Prælatorum regularium, in multis comparantur Epiſcoporum electionibus.*
8 *Forma electionis textus noſtri, etiam ſeruatur in Prælatis Iuriſdictionem habentibus, & Abbatibus.*
9 *Abbates, & regulares vtriuſque ſexus in Prælatos eligi debent per vota ſecreta; ſed non per compromiſſum, aut inſpirationem.*
10 *Electio Definitorum, & diſcretorium, non ſit ſeruata forma ordinaria Iuris.*
11 *Electio eſt ipſo iure nulla, non ſeruata forma* cap.quia propter, *vbi ea poſtulatur.*
12 *Capitula quæcumque etiam regularium, nequeunt facere contra formam requiſitam ad eligendum, nec vigore priuilegij*, num.13. *& de ratione* num.14.
14 *Clauſulæ generales non auferunt formam requiſitam in electione, niſi fiat expreſſa mentio. fallit in Papa* n.15.
16 *Electio regularium quæ debet fieri per vota ſecreta, non aufert formam textus* dicti cap. quia propter, *nec eſt ſublata per Trid.* in dict.cap.6.ſeſſ.25.
18 *Forma eligendi eſt triplex, quæ ſolet obſeruari etiam à Cardinalibus in electione Papæ* numero 19.
19 *Scrutinium, per quod fit electio, eſt inquiſitio votorum.*
20 *Scrutatores votorum debent eſſe tres, & quæ facient?*
21 *Electus cenſetur ſcrutinio in quem omnes, vel duæ ex tribus partibus elegerint.*
22 *Votandi ordo in electione Papæ Cardinales qui ſit?*
23 *Electio per compromiſſum qualiter dicatur?* & numeris ſequentibus.
26 *Electio per compromiſſum quæ etiam fieri limitatè, in qua compromiſſarius non tenetur, quam ad expreſſum in compromiſſo* num.27. & 29.
28 *Forma* cap. cum dilectus 32. hoc tit. *non eſt ſublata per textum noſtrum.*
29 *Compromiſſarij poteſtas eligendi, debet eſſe de idoneo.*
30 *Electio per compromiſſarium, requirit publicum inſtrumentum.*
31 *Compromiſſum ad eligendum, poteſt reuocari, re integra.*
32 *Electores compromiſſarij, melius eſt, vt ſint in numero impari*, n.35.
33 *Capitulum poteſt compromittere certis perſonis, & eligere aliquos, per quos eligantur Compromiſſarij.*
34 *Electio per compromiſſarios erit recta, ſi omnes concurrant.*
35 *Canonici poſſunt totam poteſtatem eligendi transferre compromiſſo facto in Compromiſſarios.*
36 *Pontifices, qui electi fuerint per compromiſſum?*
37 *Compromiſſarius ſeipſum eligere non poteſt, etſi non repugnet iuri Diuino, aut naturæ* n.38. & 39.
39 *Eligere ſeipſum nemo poteſt.*
40 *Compromiſſarij poſſunt eligere vnum ex ipſis compromiſſariis, qui debent ſeruare formam ſibi præſcriptam.*
41 *Compromiſſo ad eligendum ſolet addi tempus.*
42 *Eligendi forma per viam Spiritus Sancti quæ ſit* & n.43.
44 *Electio alia ſit Pontificis per adorationem & qualis ſit?*
45 *Pontificis qui fuerunt electi per adorationem.*
46 *Tractatus debet præcedere inter electores circa perſonas idoneiores eligendas.*

ETſi *ſub Rubrica huius tituli*, & *à cap.1.vſque* 1
ad textum noſtrum; item & *in ſequentibus Capitulis vſque in finem*, plura conducibilia, & generalia de electione dixerim, quibus ſatis, & abundè verba noſtri textus enucleantur; & inſuper Barboſa hic magis, quàm alibi ſe extendat dicens *à n.2.* ſe illum enucleare ex his, quæ ſemel, & iterum diſpoſuit doctiſſimè Ioannes Baptiſta, Coccinus ſacræ Romanæ Rotæ Decanus meritiſſimus *in vna deciſione ſacra Rotæ in cauſa Meten. Monaſterij, lunæ 5. Iulij* 1621.& in altera Treben. Abbatiæ ſancti Maximini *Mercurij* 20. *Nouemb.* 1624. *&* 24. *Ianuary* 1625. quas impreſſas referunt Caſtellinus *de electione Regul. Prælat. cap.4.prope finem.* Iulius Lauorius *variar. lucubrat.tom.1.tit.4.cap.21.* Tamburinus *de iure Abbatum tom.1.diſp.5.q.1.poſt n.6. & q.25.poſt n.2.* Antonius Maſſobrius *in praxi habendi concurſum præludio 8. à num.30.* ſecundùm Romanam impreſſionem; nihilominus, vt neceſſarium iudicaui per hæc & alia ſequentia dubia, nonnulla verba textus noſtri explanare; & vt melius contingat, duxi litteram appingere, quam in aliis capitibus 2. libri Decretalium, nec huc vſ-
que *à tit.1.huius libri* 1.non poſui; quæ talis eſt. † 2
Quia propter diuerſas electionis formas, quas quidam inuenire conantur, & multa impedimenta proueniunt, & magna pericula imminent Eccleſiis viduatis: ſtatuimus, vt cum electio fuerit celebranda, præſentibus omnibus, qui debent, volunt, & poſſunt commodè intereſſe aſſumantur tres de Collegio, fide digni qui ſecretè, & ſigillatim vota cunctorum diligenter

diligenter inquirant, & in ſcriptis redacta mox publicent in communi, nullo prorſus appellationis obſtaculo interiecto, vt is; collatione habita, eligatur, in quem omnes, vel maior, & ſanior pars Capituli conſentit, vel ſaltim eligendi poteſtas aliquibus viris committatur, qui vice omnium Eccleſiæ viduatæ prouideant de Paſtore, aliat electio facta non valeat, niſi forte communiter eſſet ab omnibus quaſi per inſpirationem abſque vitio celebrata. Alia inquam ponit idem Pontifex *in § illud, & in §. electiones,* de quibus iam aliqua in illis dixi.

3 Ad primam igitur difficultatis partem, videtur dicendum vt nullomodo forma textus noſtri debeat obſeruari à Canonicis in electionibus, quas ipſi
4 faciunt † quia vt docent Syluester *in ſum.* verb. *electio 2. q. 1.* Abbas *in cap. Eccleſia veſtra n. 7. hoc tit.* vbi Imola *n. 3.* Franc. Marcus *delphin. deciſ. 922. n. 3. p. 1.* Fr. Ludouicus Miranda *in manual. Prælat. tom. 2. q. 23. art. 3. Concluſ. 2.* Lotterius *de re benef. lib. 2. q. 19. n. 10.* Rota *in Leudonien. Decanatus 15. Decemb* 1627. coram R. P. Pirouano, Gloſſa, Abbas, Ioannes Andreas, Butrius; & Imola *hic.* Franc. Marcus *ſup. n. 1.* Rota *in dicta Leudonien. Canonicatus*, Barboſa *de Canonicis, & Dignit. cap. 38. n. 1.* Eccleſia non viduatur per inferiores, ſed per primam Dignitatem. Et confirmatur ex verbis *dicti noſtri cap.* ibi: *Eccleſia viduatæ prouideant de Paſtore*, quibus colligi videtur ſolùm agere de electione Epiſcoporum, dum de viduata Eccleſia facit mentionem, cum ſoli Epiſcopi ſint ſponſi Eccleſiarum, vt patet ex textu vbi DD. *in cap. ſicut 21. q. 2.*

5 Quare idem Barboſa *de iure Eccleſiaſt. p. 1. cap. 39. num. 139.* cum Sylueſtro, Miranda, & aliis proximè relatis, docet in electionibus inferiorum beneficiatorum, ſeu Prælatorum, non eſſe neceſſariò ſeruandam diſpoſitionem textus noſtri, ſed ſufficere ait ad id ſingulares conſenſus exiſtentium in Capitulo, dummodo præſtetur in communi, & omnibus collegialiter congregatis: nam ſic electus ſimpliciter à maiori, & ſaniori parte ius habebit in electione; & ita nec ſe extendere ad inferiores Dignitates in collegiatis exiſtentes, vt reſoluunt Abbas *in dict. cap. Eccleſia.* Imola. Franc. Marcus, & Rota *Leudonien. vbi ſuprà*, & idem Barboſa *in dict. c. 37. de Canonicis n. 1. in princ.*

6 Nihilominus, etſi hæc vera ſint, adhuc ſub forma textus noſtri clauduntur Prælati regularium, cum regulares Eccleſiæ viduatæ dicantur, qui ſine Paſtore remanent, mortuo quidem Prælato, eorum ſponſo, ex regula textus *in cap. ne pro defectu, cap. officij, hoc tit.* vbi Abbates Paſtores nuncupantur; & quia regularium Prælatorum electiones in multis, electionibus Epiſcoporum comparantur, vt dixerunt Tamburin. *de Abbat. diſp. 5. quæſt. 5. num. 2.* Iulius Lauor. *hoc tit. 4. c. 19. n. 5.* Sanchez *in præcepta decalogi lib. 2. cap. 38. num.* 84. Suarez *de religione tom. 4. tract. 8. lib. 2. cap. 5. num. 1.* & alij per textum, *vbi ordinarij, in cap. cupientes hoc tit. lib. 6.*

7 Imò etiam in electione regularium Prælatorum obſeruari reſoluunt gloſſa 1. *hic*, Abbas *n. 7.* verſ. *circa* & *num. 8.* verſ. *& placet*, Rota *deciſ. 5. in princ. hoc tit. in nouis.* Franc. Marcus *dict. deciſ.* 992. Miranda *ſuprà concluſ. 1.* Rota *in dict. Meten. Monaſterij*, verſ. *quod autem.* Suarez *de religione tom. 4. lib. 2. cap. 5.* Caſtellinus *de elect. Canon. cap. 1. à num. 1.* Tamburin. *dicta quæſt. 5. num. 1.* Iulius Lauor. *dict. cap. 19. num. 4.* vbi *num. 8.* ſubdit non licere Prouincialibus diſcedere à forma noſtri textus in electionibus Guardianorum, Priorum, & ſimilium, vt latè probat contra Fr. Eman. Rodrig. & Mirandam latè Sigiſmundus à Bononia *hoc tit. dub. 7.*

Et ſic benè Ioannes Andreas hic *num.* 59. Bellamera *in princ. num. 3.* Abbas *num. 7. in fin. & num.* 8. Butrius *num.* 20. Rota *deciſ. 5. iuncto n. 5. hoc tit.* Gregorius Lopez *in l. 19.* verb. *Obiſpos tit. 5. p. 1.* Franc. Marc. *ſupr.* Chuchus *inſtit. moral. lib. 4. hoc tit. n.* 279. Caniſeus *de elect. §. & hæc de Epiſcopis*, Rendina *in promptuario receptarum ſententiarum tom. 1. tit. 1. n. 2.* Ludouicus Miranda *dicta q. 23. art. 3. concluſ. 1.* Nouarius *in lucerna regular.* verbo *electio n. 12.* Lezana *in ſumma quæſt. regular. tom. 4. eodem verbo n. 2.* & antea *tom. 1. cap. 15. num. 11.* & *tom. 2. cap. 12. n. 25.* & alij, quos ſequitur Barboſa *de iure Eccleſiaſt. dicto cap. 19. num.* 153. docent formam præſcriptam in textu noſtro, non ſolùm ſeruandam eſſe in electionibus Epiſcoporum, de quibus expreſsè loquitur, & aliorum Prælatorum Eccleſiarum Collegiatarum, qui habent iuriſdictionem generalem in dictis Eccleſiis, ſed etiam in electione Abbatum, vt fuit reſolutum *in dicta Meten. Monaſterij*, verſ. *quod autem*, & *in Treuceren. Abbatiæ 1. in princ* & *in Meten. Abbatiæ 4. Februarij* 1628. coram R. P. D. Dunozetto.

Etenim ex his patet (quidquid dicat Rofredus 9
de libellis tom. 2. ſuper iure Pontif. p. 3. tit. quid ſonet hoc nomen *Abbatis num. 8. Litt. G. folio* 633. nempe de mandato Papæ iudicatum fuiſſe formam huius capitis non eſſe ſeruandam in electionibus Abbatis; quia hoc eſt nomen ſolicitudinis; non tamen eſt Pater;) quod Abbates, & Regulares vtriuſque ſexus in Prælatos eligi debent per vota ſecreta; ita vt ſingulorum eligentium nomina nunquam publicentur, vt diſtrictè præcipit Trident. Concilium *de regularibus cap. 6. ſeſſ. 25.* de quo infrà latè dico; imò, vt hic explicat ex multis Barboſa *à num. 6.* dict. Trident. cap. non derogat diſpoſitioni textus noſtri. Alia infinita docet ex multis *in dict. cap. 6. Trid.* & ita debere fieri electionem Regularium per vota ſecreta, vt non poſſit fieri per viam compromiſſi, aut inſpirationis: ita ipſe *in dicto cap. 6. num. 15.* & referunt deciſum Caſtellin. *de elect. Prælatorum cap. 7. num. 7.* verſ. *ad quorum*, Sigiſmundus à Bononia *hoc tit. dubio 2. num. 7. & dubio 31. num. 14.* verſ. *& inſuper* contra Fr. Eman. Rodriguez *in ſumma p. 1. c. 102. num. 2. & cap. 105. num. 3.* & *quæſt. regular. tom. 2. quæſt. 51. art. 9. in fine*; & ita etiam deciſum refert, ac tenet cum aliis Nicolaus Garcia *de benef. p. 5. c. 4. n. 204.* idem Barboſa *de iure Eccleſiaſt. dict. p. 1. cap. 19.* cum iam relatis *ſub num.* 157. vbi refert ita fuiſſe à Sacra Congreg. deciſum.

Et cum iam dixerimus Eccleſiam non dici vi- 10
duatam per inferiores, ſed per primas Dignitates, vt iterum ex iam relatis ſuprà *n. 1.* tenet hic Barboſa *num. 8.* ideo ibi dictum de electionibus inferiorum beneficiatorum extendi ad electionem Diffinitorum diſcretorum, & huiuſmodi fratrum Religionum, in quibus forma textus noſtri, non præ-requiritur ſeruanda, vt dixit Iulius Lauor. *variarum lucub. dicto tit. 4. cap. 19. num.* 7. iterum idem Barboſa *de iure Eccleſ. dict. c. 19. p. 1. n. 155.*

Ad ſecundam quæſtionis partem, an non ſerua- 11
ta forma huius textus, vbi ea poſtulatur, electio ſit ipſo iure nulla. Et affirmant expreſsè hic Compoſtella *num.* 20. verſ. *nunquid de iſta* Ioannes Andreas *num. 37. in verbo non valet*, Innocent. *eodem verbo.* Guillielm. Mandagot. *hoc tit. cap.* 22.

ibi

ibi Boër. Littera B. Riccius in collect. 1127. p. 4.
Carolus Marant. tom. 2. reſponſ.2. num.58. Caſtel-
lin. de elect cap. 1. num. 12. verſ. forma. Barboſa
12 de iure Eccleſ. dict. p. 1. cap. 19. à n. 162. † Vbi
addit cum Oldrado conſ. 259. Nauarro conſ. 3.
n. 1. hoc tit. & conſ. 16. n. 4. de Regularibus, vt
nec contra diſpoſitionem textus noſtri poſſint Ca-
pitula quæcumque etiam Regularium aliquid ſta-
tuere; quia licet reperiantur quamplurimæ formæ,
quibus Regulares vtuntur in electionibus ſuorum
Prælatorum iuxta cuiuſcumque Religionis ſtatuta,
vt videre licet apud Fr. Eman. Rodriguez quæſt.
regul. tom.2. q.51.cum duabus ſequentibus, & Ca-
ſtellin. de elect. cap.19. à pagina 361.vſque ad 419.
omnes tamen ſemper inhærent diſpoſitioni noſtri
13 textus†ſic vt nec vigore cuiuſcumque priuilegij, in
quo appoſita ſit clauſula, quibuſcunque contrariis
non obſtantibus, poſſint Capitula ipſa generalia, ſeu
generales eorũdem regularium ſuperiores ſupplere
defectus occurrentes in eiuſmodi electionibus ob
non ſeruatam formam dicti noſtri textus, vt re-
ſoluunt Sigiſmundus à Bononia de elect. dubio 4.
Lezana verb. electio num.2. Iulius Lauorius variar.
lucub. titulo 4. cap. 19. num. 6. Tamburin. de Iure
14 Abbat. dict. diſput. 5.num. 7. † Qui omnes, & alij
eam præſtant rationem; quia textus noſter conti-
net conſtitutionem Concilij generalis lateranenſis
celebrati ſub Innocentio III. cuius decretis non
cenſetur derogatum per clauſulas generales in pri-
uilegiis apponi conſuetas, niſi expreſſa mentio fiat,
ſaltem ſequentibus verbis, non obſtante lege aliqua,
aut Conſtitutione in Concilio generali edita per do-
ctrinam textus in cap. nonnulli de reſcript. & per ali-
qua, quæ dixi ibi, & in cap. cæterum 3. eodem. trad-
dunt Sanchez de matrim. lib.3. diſp.26.n.7. Nico-
laus Garcia de beneſ. p.4. cap.5. n.40. Mareſcot. va-
riar. reſolut. lib.2. cap.38. n.41. Suarez de legibus
lib.8. cap.19. n.5. Lauor. dict. cap.19. n.16. Tambu-
rin. dicta quæſt. : n.7.
15 Quorum reſolutionem intelligunt Mareſcot.
dict. cap. 38. n.41. & Lauor. dict cap.19. num.26. Bar-
boſa dict. cap.19. n.165. in fine de conciliis generali-
bus, in quibus non eſt expreſſe reſeruata authori-
tas Papæ, & ſedis Apoſtolicæ, ſicut fuit excepta
16 in Concilio Trid. ſeſſ.25. cap. 21. † quo fit vt licèt
Regularium electiones debeant fieri per vota ſe-
creta, vt iam dixi ex Trid. ſeſſ.25. cap.6. non tamen
cenſeatur ſublata forma textus noſtri, cum eius
diſpoſitioni non videatur derogari, ex dict. Trid.
decreto, vt bene reſoluunt Fr. Eman. Rodrig. in
ſumm. p.1. cap.101. n.2. & 3. Zerola in praxi Epiſ-
copali verbo Abbatiſſa §.6. Azor. inſtit. moral. p.1.
lib.13. cap. 20. q.2. Caſtellin. de elect. cap.1. num.1.
Sigiſmund. à Bononia hoc tit. cap.27. n.10. & 12.
17 Tamburin. dicta diſp.5. q.5. à n.9. Quod verum eſt;
etſi Ludouicus Miranda tom. 2. regul. dicta q. 23.
art.15. concluſ.2. circa medium exiſtimauerit diſpo-
ſitionem noſtri textus modo ſublatam eſſe per dict.
cap.6. Trid. quia vt probat Barboſa dict. cap.19. de
iure Eccleſiaſt. n.158. iuxta præfatam reſolutionem
præſtat deciſum in iam dicta Treueren. Abbatia
la 1. verſ. nec etiam, & in dicta Meten. Monaſterij
in fine, & cum aliis multis præſtat Berboſa hic à
num.6.
18 Ad tertiam quæſtionis partem, quotuplex forma
fuerit in praxi vſitata, cum iam ſupra ſub littera
textus noſtri n.1. dixerim triplicem fuiſſe, per ſcru-
tinium ſcilicet, per compromiſſum, & per com-
munem inſpirationem; ita vt aliter facta electio ſit
nulla, vt colligunt Doctores ex textu noſtro, &
in ſpecie doceant Petrus Gregor. hoc tit. cap.3. Fr.
Emanuel quæſt. regul q.51. art.3. Azor. inſtit. moral.
p.2. lib.6. cap.14. q.11. Ludouic. Miranda dict. tom.2.
q.23. art.2. Iulius Lauorius variar. lucubrat. tit.4. de
elect. cap.19. Tamburin. dict. diſp.5. q.5. & 6. Sigiſ-
mund. à Bononia hoc tit. dub. 4. n.5. Caſtellin. de
elect. Prælat. Regul. dict. cap.1. n.3. verſ. forma igitur.
Bonacina de legitima ſummi Pontif. elect. diſp.1. q.5.
puncto 1. cum ſequent. Rota in cauſa relata Meten.
Monaſterij 5. Iulij 1621. & in dicta Treueren. Abba-
tia S. Maximi 10, Nouemb. 1624. & 24. Ianuarij
1625. coram R. D. Coccino, quos ad litteram re-
ferunt relatus Caſtellin. dict. c.4. Tamburin. diſp.5.
q.1. poſt num.6. & q.25. poſt n.2. Iulius Lauor. dict.
tit.4. cap 21. à num.96. Ioannes Maſſobr. in praxi
habendi concurſum, ipſe, & relati vbi ſupra in princ.
ideò duxi nunc latius agere de relata triplici forma
eligendi, etſi reſolutiuè etiam.
Cumque hæc triplex forma ſoleret obſeruari, 15
tam à Cardinalibus in electione Pontificis, quàm
ab aliis inferioribus electoribus, de quibus ſupra
in hac quæſt. dico primo, vt ſcrutinium, per quod
ſolet electio fieri, ſit inquiſitio votorum eligen-
tium, ſeu ſuffragiorum collectio ſecundùm Boë-
rium Epon. lib.1. de Regular. num.210. pag. 138.
† Ad quod iuxta textum noſtrum plura concurrere 20
debeant; nempe vt ſcrutatores ſint tres, non plu-
res, nec pauciores. Secundò vt ſint de collegio;
non autem extra. Tertiò vt ſigillatim, & ſecretò
vota exquirant. Quartò vt vota ſint publicanda.
Quintò, vt omnes eligentes congregentur in vnum;
eo quod in Camera non poſſit dari votum, c. in Ge-
neſi hoc tit. demùm & per ſcrutinium fieri cum præ-
ſentibus omnibus, qui debent, volunt, & poſſunt cõ-
modè intereſſe tres de Collegio fide digni aſſumũ-
tur, qui vota ſingulorũ ſecretè & ſigillatim diligen-
ter exquirant, & in edictis redacta mox publicent in
communi; eaque facta, & collatione habita † is 21
inquam cenſeatur electus, in quem; vel omnes,
vel duæ ex tribus partibus conſenſerint: ita Barboſa
de Iure Eccleſiaſt. p. .cap.1. à num. 85. vbi à n. 87.
ponit quod in Scrutinio faciendo, quando eſt eli-
gendus aliquis in Papam, præſunt tres Cardinales
de quolibet ordine eligendi, vbi num. 88. † oſten- 22
dit ordinem votandi, nempe quod ſinguli acce-
dunt ad altare, & genu flexi ſchedulatam, deoſcula-
tam, ſigillatam, & complicatam transmittunt in
Calicem, in quo eo die ſacrata ſunt peracta exiſten-
tem in medio altaris ibi vacuo à primo Epiſcopo-
rum; primo Præsbytero; & primo Diacono, Car-
dinalibus omnibus videntibus poſitum &c. Et qua-
liter ſingula requiſita de ſubſtantia electionis eſſe
videantur; dico ſub quæſt. ſequenti.
Electio per compromiſſum fit, cum propter 23
diſcordiam in aliquem electionis negocium com-
promittunt electores, vt ſcilicet ipſe compromiſſa-
rius, quem voluerit eligat: ita Boër. Epo dicto lib.
1. de elect. num. 220. Bonacina de legitima Summi
Pontificis electione diſp. 1. quæſt. 1. puncto 2. num. 1.
& quomodo hoc ſit faciendum ait Barboſa de Iu-
re Eccleſiaſt. dicto cap. 1. num. 94. coniecturari
poſſe ex his, quæ habentur in iam dicta Treueren.
Abbatia S. Maximi 24. Ianuarij 1625. coram R.
D. Coccino Decano vbi ſic dicitur: Congregato Ca-
pitulo, is qui habet in Capitulo primam, vel alius
de mandato Capituli, ſeu quiuis etiam ſine manda-
to, Capitulo tamen nen contradicente, requirit pri-
mo ſingulos ſigillatim, an placeat procedere hac for-
ma compromiſſi, ac omnibus conſentientibus; ita vt
nullus omnino diſcrepet, debet eos requirere iterum
quibuſnam

quibuſnam perſonis, & per quem modum velint eis committere vices ſuas, & omnibus de perſonis concordantibus, & de modo: tunc omnes ſimul, vel vnus nomine omnium in perſonas huiuſmodi eligẽdas transferat poteſtatem; ſi verò Capitulum nolit in compromiſſarios conuenire poſſunt eo caſu, vt cuius ad concordiam deueniatur vni vel pluribus, qui vice omnium eligant, compromiſſarios committere vices ſuas. Et ita docent Mandagor. *de elect. p.* 1. *c.*39. Compoſtell. *in textu hoc num.*26. verſ. *quæro modo*, vbi Bellamera, *vel ſaltem n.*7.

24 Et eadem Rota *in dicta Treueren Abbatiæ* ex Miranda *in manuali Prælatorum tom.*2.*q.*23.*art.*38. *concluſ.* 2. ponit formam compromiſſi modo ſequenti *Ego N. Compromiſſarius de conſenſu, & voluntate compromiſſariorum meorum eligo.*

25 Et aliam ponit Mandagor. *hoc tit. quæſt.* 59. quæ idem in ſubſtantia continet, ſubdens opus eſſe, vt vnus vice omnium eligat, alias electio ſit nulla ſecundùm Romanum *conſ.*261. *num.* 1. verſ. *quarto eiuſdem nullitas* Oldradus *conſ.* 184. *in principio.*

26 Et quod electio poſſit fieri non ſimpliciter, qualis eſt proximè adducta, ſed limitatè per compromiſſum cum ſcrutinio mixtum; puta ſi compromiſſum ita ſit, vt compromiſſarij ipſi exquirant vota ſingulorum, illumque eligant, in quem maior, & ſanior pars conſenſerit; iuxta conſtitutionem Innocent. III. *in cap. cum dilectus hoc tit.* & Alex. III. *in concilio generali anno* 1215. contentam in textu noſtro, vt declarat Bonifacius VIII. *in cap. cum expediat* 29. *hoc tit. lib.*6. & *in c. ſi eni* 27. *eodem*, Caniſius *in compendio Iuris Canonici hoc tit. cap. de curſu compromiſſi, cum ſcrutinio.* Bayſius

27 *hoc tit. p.*3. *cap.*17.*n.*4. verſ. *aſsignando autem.* † Et tunc non teneri Compromiſſarium ad aliud, quàm ad id, quod in compromiſſo expreſſum eſt; quia non eſt neceſſaria collatio meriti ad meritum, Zæli ad Zælum; ſed numeri ad numerum, vt nimirum videatur, an ſit maior pars totius Capituli, docent Monachus *in dict. cap. cum expediat num.* 9. *ad finem*, verſ. *item quæro* & *num.*10. Ioannes Andreas *in princ.* Gemin. *n.*3. verſ. *quæro an iſta forma*, Compoſtell. *in cap. in geneſi* 59. *col.*3. verſ. *in forma verò compromiſſi*, vbi Abbas *n.*2. *in* 4. *notab. hoc tit.*

28 Cum ergo *in dicto cap. cum dilectus* 32. *hoc tit.* ſit ſtatutum licitè poſſe compromitti, vt compromiſſarius ſecretè, & ſigillatim voluntatibus omnium requiſitis, eligant illum, in quem maior, & ſanior pars Capituli cõſenſerit; venit dicendum etiã formam illius Capituli non eſſe ſublatam per deciſionem textus noſtri, vt colligunt ex ordinariis Lapp. Abbas, Archidiacon. Gemin. Ioannes Andreas, Butrius, Dominic. Monac. Viuianus, & Barboſa per textum *in dict. cap. cum expediat hoc tit.*

29 *lib.*6. † Item quod compromiſſi forma non ſit excedenda; eo quod ſit de eſſentia, & ſubſtantia compromiſſariæ electionis: ſic Fr. Ludouicus Miranda *de reg. dict. q.*23. *art.*38. *concluſ.*1. verſ. *tertio*, Barboſa *in d. cap. cum dilectus num.* 5. Item quod data compromiſſariis poteſtas eligendi Prælatum, ſeu officialem, ſemper debet intelligi de idoneo; ita quod, ſi electus non ſit idoneus non teneantur ipſum recipere, vt dicunt idem Miranda *dict. q.*23. *art.*36. Barboſa *in cap. in cauſis* 30. *hoc tit. num fin.* Syluester *verb. electio* 2.*q.*3.

30 Et pro complemento de electoribus compromiſſariis notabis primò, quod etſi de compromiſſi electione, de iure duo eſſent conficienda inſtrumenta, vt ſcilicet vnum contineat: *nos eligimus quem tales Compromiſſarij nominabunt.* Et alterum eligimus illum, quandò tales compromiſſarij nominabunt; ſed Bartol. *in l. inſtitutio n.*3. *ff. de condit. inſtitut.* dicit de conſuetudine vnum tantum confici publicum inſtrumentum, de quo Speculator *hoc tit.* §.1. *in principio*, Bertachin. *de Epiſcopo p* 1. *lib.*3. *q.*49. *num.*93. idem Speculator *in cap. de via compromiſſi num.* 4. Barboſa *dict. cap.* 1. *de iure Eccleſiaſt. ſub num.* 94. † Secundo notabis quod re in- 31
tegra, & antequam incipiatur, etiam facta commiſſione poſſit reuocari compromiſſum: ita Ludouic. Miranda *dict. quæſt.* 23. *art.* 34. *concluſ.* 3. vbi cum Innocent. *in dicto cap. in cauſis* 30. *hoc tit.* vbi Barboſa *num.* 4. dicunt quod cum attinguntur ſubſtantialia negocij, deſinit negocium ipſum eſſe integrum; vt puta cum cœperunt tractare de perſona eligenda; ſecus autem, ſi tantummodo ſunt expleta aliqua pertinentia ad actus ſolemnitatem; vt quia dixerunt miſſam de Spiritu Sancto, & alia ſimilia.

Tertiò notabis congruentius eſſe, vt compro- 32
miſſarij electores ſint in numero impari, vt probant Doctores per verba Pontificis *in dicto cap. in cauſis* ibi: *Duos elegerunt, vt quinque de eorum Capitulo eligerent electores*, docent Barboſa ibi *n.*3. & *in dicto cap. cum dilectus* 32. ſic notans *num.* 2. per verba textus ibi: *in tres Canonicos Moren.* & in terminis idem Fr. Ludouic. Miranda *in manuali Prælator. dicta quæſt.*23. *art.*34. *concluſ.* 1. vbi cum 33
Panormit. *in dicto cap. in cauſis*: tenet quod Capitulum non ſolùm poteſt compromittere certis perſonis poteſtatem eligendi; ſed quod etiam poſſit eligere aliquos, per quos eligantur Compromiſſarij electuri poſt modum vice omnium, & nomine totius Capituli.

Quartò notabis quod electio ex compromiſſo 34
fieri non poſſit, niſi omnes Collegæ omnino huic compromiſſo conſenſerint: ſic idem Barboſa *in dicto cap. in cauſis hoc tit. num.* 4. *in fine*, idem hic *num.* 35. per gloſſam *vice omnium*, vbi Innocent. *col.* 3. *num.* 6. ſuper verb. *vel ſaltem.* Compoſtel. *collect.* 3. *à num.* 21. verſ. *primo quæro.* Hoſtienſis *col.* 8. *num.* 49. *in dicto verbo vice omnium*, Bald. *col.*5. *num.* 21. verſ. *ſequitur in littera.* Ancharan. *col.*4.*n.*1. verſ. *tertio principaliter quæro.* Zabarella *in* §. *vel ſaltem*, verſ. *quæro*, Butrius *col.*6. *num.*40. verſ. *ſequitur in littera.* Panormit. *num* 6. verſ. *in gloſſa.* Imola *col. vltima num.*9 verſ. *& nota bene.* Syluester *in ſumma verb. electio* 2.*q.*11. Ludouicus Miranda ſupra *q.*22. *art.*34. *concluſ.*2. Rendina *in promptuario receptarum ſentent. tom.*1. *titul.*36. *numero* 14.

Etenim quod Canonici poſſint totam poteſta- 35
tem eligendi in arbitros, compromiſſo facto transferre, dixerunt Azor. *inſtit. moral. p.*2. *lib.*6. *cap.*14. *quæſt.*6. verſ. *quæres*, Ludouicus Miranda *in manuali Prælat. dict. quæſt.*23. *art.*34. *concluſ.* 1. vbi refert Doctores in textu noſtro tenere huiuſmodi arbitros compromiſſarios, quibus eligendi poteſtas, & facultas committitur, vt nomine, & vice omnium prouideant de Prælato Eccleſiæ alicui vacanti, atque viduatæ congruentius eſſe debere in numero diſpari, quàm pari, nec oportere illos neceſſario eſſe de Collegio.

Notandùm quintò eſt, quòd per compromiſſum 36
fuerunt electi in Pontifices Clemens IV. *anno* 1265. Gregorius X. *anno* 1271. & Ioannes XXII. *anno* 1316. quem compromiſſo in eius perſona facto, fertur ſe ipſum elegiſſe; & hac de cauſa compromiſſum deinceps in deſuetudinem abiiſſe.

Et

Et hoc exemplo S. Antoninus *part.3. tit.2.cap.14.*
in princip. & Azor. *inſtitut.moral.dict.p.2.lib.4.c.2.*
37 *queſt.8.* † Dixerunt vt hac de cauſa poſſit compro-
miſſarius, ſi vnus tantum ſit, ſeipſum eligere;
quod in Pontifice verum credit Barboſa *de Iure*
Eccleſiaſt. part.1. num.97. quia talis electio non re-
pugnat iuri Diuino, aut naturali; cum eidem mi-
nimè repugnet eundem eſſe eligentem, & electum.
38 † Nec obſtat quod habeat iuris humani repugnan-
tiam per dicta ſupra *in cap. cum in iure perit.* 23.
hoc titulo; quia hæc non ſufficit ad huiuſmodi
electionem annullandam; vtpote quod nulla ex-
ceptio à iure humano proueniens contra talem ex-
ceptionem poſſit opponi, iuxta textum *in cap. licet*
hoc tit. ita Barboſa *vbi ſupra.*

39 Sed quia iam per Bullam Gregorij XV. ſtatui-
tur ſuffragium electi non numerari, ſiue per ſcru-
tinium, ſiue per acceſſum, ſiue per ſcrutinium, &
acceſſum ſimul fiat electio, nec poſſe quem ſeipſum
eligere etiam per viam compromiſſi, &c. Ideò eue-
nit vt etſi olim eſſet controuerſum apud Doctores,
an votum electi computaretur ad conſtituendam
maiorem partem, vt colligitur ex latè adductis per
Campanil. *in diuerſ. Iuris Canonici Rub.7. cap.6. à*
num.62. Iulius Lauor. *variar. lucubr. cap.6. num.14.*
tit.4. de electione, idem Barboſa *in dict. cap. licet hoc*
tit. num.8. Tamen iam hodie ex dicta Bulla aliter,
vt patet, deciſum extat, cum ex ea pateat neminem
poſſe ſibi ſuffragium ferre; & inde, nec in ſe com-
promittere, aut poſt compromiſſum ſeipſum eli-
gere, vt docet idem Barboſa *de Iure Eccleſ. dict.*
c.1. ſub dict. n.97. videndus *ibi, n.104.*

40 Et idem tenens Bonacina *de legitima Summi*
Pontificis, electione dict. diſp.1. queſt.3. puncto 2. n.9.
addit *num.* 10. Compromiſſarios poſſe vnum ex
ipſis compromiſſariis eligere; & *num.* 11. quod
Compromiſſarij eligere debent Papam in conclaui
clauſo; & *num.12.* quod Compromiſſarij ſeruare
debent in electione formam ſibi à Cardinalibus
compromittentibus præſcriptam, ſi forma fuit eis
præſcripta; & Barboſa *in dict. cap.1. num.98.* refert
ad litteram cæremoniale ritus Pontificiæ electionis
de mandato D. Gregorij XV. compoſitum, & ab
41 ipſo confirmatum. † Et quòd verbis illius, ſeu aliis
ſimilibus ſolet addi compromiſſo tempus, ad quod
vſque volunt Cardinales poteſtatem compromiſſa-
rios habere, (quod credo poſſe etiam poni, &
ſignari in compromiſſo facto per Canonicos, cùm
nulla ſit ratio diuerſa,) & poſtea inquam ſubiungi
verba ſequentia: *Et promittimus nos illum pro Ro-*
mano Pontifice habituros, quem Domini Compromiſ-
ſarij ſecundum formam prædictam dixerunt eligen-
dum, vel alia accommodata præſcripta Compro-
miſſariis ad formam.

Alia inquam eſt eligendi forma, ſcilicet quæ per
42 viam Spiritus Sancti dicitur, de qua fit mentio in
textu noſtro, & inquam fit per vnanimem, concor-
demque omnium conclamationem, citra collatio-
nem ſuffragiorum prorſus vllam: ita Boët. Epo
dicto lib.1. num.210. Barboſa *de Iure Eccleſiaſt. dict.*
cap.1. part.1. n.99. Vbi addit hanc duplicem eſſe,
alteram per inſpirationem; id eſt quando nullo in-
ter eligentes ordine ſeruato ipſi quaſi inebriati, &
ſuper ſe quaſi facti eligunt. Alteram per quaſi in-
ſpirationem, quando ſubitò, & repente vnus poſt
alium ſine aliquo interuallo eundem eligunt: ita
Bonacina *dict. diſp.1. queſt.3. puncto 3.* Hoſtienſ. &
Abbas *hic*, Oldradus *conſ.155.* Greg. Lopez *in l.21.*
43 *tit.5. p.1. gloſſa alguno.* † Sed ſic nempe, vt propter

verba textus noſtri ibi *ab omnibus*, dicant Doctores
ſufficere quod vnus diſſentiat ad effectum, quod
electio non dicatur per viam Spiritus Sancti, Ioan-
nes Andreas hic *num.* 39. Bellamera *in §. niſi fortè,*
num.2. & 3. Compoſtel. *num.21.* Vitalis *in clementi-*
na ne Romani n.22. hoc tit. Rota *in Meten. Mona-*
ſterij 5. Iulij 1625. coram R.D. Coccino Decano *in*
verſ. nec ex eo, idem Barboſa *ſupr. num.*100. vbi ad-
dit quod hoc modo fuerunt electi Gregor. XI. *an-*
no 1270. ex Platina, & Panuin. *in eius vita*, & Ioan-
nes 21. *anno* 1275. cum multis aliis Barboſa hic
num.31. Innocent. *num.3.* Hoſtienſis *n.50.* Sylueſter
in ſumma, verb. *elect.2. num.27.* dicunt quod in ele-
ctione facta per viam Spiritus Sancti, non eſt opus
ſeruare formam huius textus, & Ioannes Andreas
n.40. Petrus de Baxia *in directorio electionis*, dixe-
runt quòd hodie electio hæc per viam Spiritus
Sancti Deo auctore, immediatè peccatis noſtris
exigentibus rarò occurrat.

Et quòd non à multo tempore fuerit introducta 44
alia forma eligendi Summum Pontificem, per ado-
rationem inquam; videlicet quando duæ Cardi-
nalium partes, nullo ſcrutinio ſpectato, ſed voce
tenus aliquem ex Cardinalibus in Romanum Pon-
tificem ſalutabant, venerabanturquè, vt referunt
Azor. *inſtit. moral. dict. p.2. lib.4. cap.5. in fin.* Barboſa
dict. cap.1. de Iure Eccleſiaſt. n.102. † Vbi quod ſe- 45
cundùm hanc formam fuerunt electi Clem. VII.
anno 1523. Paul. III. *anno* 1534. Iulius III. *anno* 1550.
Marcel. II. *anno* 1555. Paul. V. *eodem anno*, Pius IV.
anno 1559. Pius IV. *anno* 1566. & alij ſucceſſores
vſque ad Greg. XV. incluſiuè.

Ad hæc addo ex gloſſa *cap. in nomine 23. diſt.* 46
verb. *tractantes*, quod ad bonam faciendam electio-
nem, debent præcedere tractatus, vbi fiat diſcuſſio
eorum, quæ facienda ſunt, vbi nominantur vtrinque
plures, qui iudicentur electione digni; & quod fiat
collatio nominatorum perſonæ ad perſonam, me-
riti ad meritum, & Cœli ad Cœlum, vt infra *in cap.*
in Geneſi, & cap. cumana, ibi inquam quiſque dicit,
quod ſibi videtur abſque eo tamen, quod ſequatur
aliqua concluſio, vel electio, Barboſa *de Iure Eccl.*
num. 185. ſed vt infra dico, iam ſolum inquiritur
de maiori parte votantium, non de illa, quæ ſit
ſanior.

QVÆSTIO II.

An ſcrutatores debeant eſſe tres præciſè, & non pauciores? Et an debeant eſſe de Capitulo? Et an conſuetudine introduci poſſit, vt aliqui extra Collegium interueniant in electione, poſſintque eligi ſcrutatores. Et an de ſubſtantia ſit electionis per ſcrutinium, vt eligentium vota exquirantur ſecretè? Et quod nunquam publicentur eligentium vota, ſed ſemper maneant ſecreta?

SVMMARIVM.

1 *Non poſſunt ſcrutatores eſſe pauciores, quàm tres,* n.2. *& de ratione,* n.3.
2 *Electionis ſubſtantialia à quo puncto aſſumantur,* & n.14.

4 *Scrutatores non debent eſſe plures, quàm ſex, niſi diſpenſatiuè, etiam de conſuetudine,* & num.13.
5 *Conſuetudo eſt quid facti.*
6 *Electio non valet, ſi ſtante ſtatuto, quod fiat ad annum, fiat per triennium.*
7 *Scrutatores tres debent eſſe de Capitulo, ſeu Collegio.*
8 *Electio eſt nulla, quando cum ſcrutatoribus de Capitulo admiſcentur alij extra Capitulum.*
9 *Negatiua quod quis non eſſet examinator Synodalis, debet plene probari, nec ſufficit Curiæ Regiſtrum.*
10 *Conſuetudo vt introducatur requirit ſcientiam conſenſus Papæ contra Canones: & quare,* n. 11. *ſecus lege ciuili,* n.12.
13 *Conſuetudo eligendi plures ſcrutatores quàm tres, eſt nulla, & quando ſuſtinetur,* numero 15.
14 *Clauſula irritans electionem, ad quæ pertineat?*
16 *Scrutinium electionis debet fieri ſecretè per ſcrutatores: & in quibus caſibus tale cenſeatur: quibuſque modis,* à n.17.
19 *Vota eligentium in ſcriptis redigi debent.*
20 *Regularium electiones debent fieri per vota ſecreta.*
21 *Vota eligentium nunquam ſunt publicanda, alias vidente, aut ſciente Capitulo, electio eſſet nulla* num.22. *etiam ſi vnus manifeſtaret electorum* num.23. & n.26.
24 *Suffragia ſunt ferenda ſecretè; vt ſic electio magis libera cenſeatur; & etiam conuenit vt ita ferantur in actibus grauibus,* numero 25.
25 *Elector vnus ex multis, qui petit vt ſecretè vota ferantur, auditur.*
26 *Nomina eligentium non ſunt publicanda.*
27 *Abbatiſſæ electio per vota non ſecreta, eſt nulla. Et à quo vota accipiantur,* n.28.
28 *Trid.* cap. 6. ſeſſ. 25. *non tollit diſpoſitionem* cap. quia propter: *num.* 38.
29 *Electio ſecreta reputatur cum aliqui fuerunt electi à ſuperioribus, qui vota omnium diligenter exceperunt.*
30 *Electio non deſit eſſe ſecreta ex ſola ſimplici oſtenſione vnius eligentium ſchedulæ: fallit* numero 31. 32. & 34.
32 *Electio non dicitur ſecreta, quando maior pars ſuffragiorum oſtenderetur* n. 33.
34 *Electio non eſt ſecreta, quando aliquo patenti ſigno fit nominatio ab eligentibus per ſchedulam.*
35 *Eligentes non ſecretò peccant mortaliter, & electi illud ſcientes, tenentur ad reſignandum, vel petere à Sanctiſſimo Confirmationem.*
36 *Electio non eſt ſecreta quando aliqui ex electoribus vnicam ſchedulam recipiunt, vnico nomine ſcriptam. Et quando recipitur de manu Scribæ duplex ſchedula, quarum vna reponitur,* n. 37.
39 *Electio inter regulares facta, non permitit, vt vota recipi valeant ore tenus, contra aliqui.*
40 *Electio debet eſſe ſecreta vt valeat in foro fori, non in polo poli.*
41 *Publicari debent vota eligentium in communi, non obſtante appellatione, & hoc vota in ſcriptis redacta,* n. 42.
43 *Vota in communi publicari; qualiter dicatur?*
44 *Electores queunt variare, & iterum eligere ante publicationem ſcrutinij, non ſic eo publicato.*
45 *Publicatio realis, & diſtincta, eſt neceſſaria in electionibus. Et eſt facienda expreſſa, & clara voce, non alio ſigno,* n. 46.
47 *Particula* mox, ſigillatim, cunctorum, diligenter, & exquirant: *quid ſibi velint,* & numero 48.
49 *Vota eligentium, vt efficacia ſint debent eſſe pura, & ſincera, non conditionata.*
50 *Scrutator quartus non eſt eligendus, vt ſcrutetur ſcrutatores.*

AD primam difficultatis partem videtur di- 1
cendum, vt electio valeat, in qua fuerint
electi plus ſcrutatores, quàm ſex, & etiam ſi ali-
qui ſint extra Capitulum, vt fuit opinio Vincen-
tij, & Tancredi, Mandagot. *de electione cap.* 23.
in verb. *irritari*: vbi quod in Curia fuit confirmata
electio Abbatis Tullen licèt in ea fuerint electi ſex
ſcrutatores, tres ſcilicet de Collegio, & tres extra
Collegium, quem etiam refert Cardinalis hic *n.* 13.
quæſt. 12. verſ. & *iuxta Mandagotum.* Hoſtienſis
in ſumma de electione §. *qualiter facienda col.* 4.
verſ. *aſſumendo* Goffredus *in ſumm. hoc titulo numero* 7. Ioannes de Friburg. *in ſumm. hoc tit. quæſt.* 7.
col. 2. verſ. *aſſumantur*, Ioannes Andreas *hic n.* 9.
verſ. *aſſumantur*, dicentes hanc opinionem eſſe in
Curia receptam; etſi ipſi contrarium teneant.

Adhuc verò ex communi Doctorum ſententia, 2
iuxta textum, dicendum eſt ex noſtro textu cum
Abbate *num.* 13. verſ. *tertium ſubſtantiale.* Imola
num. 7. Innocentio *num.* 4. Baldo *à num.* 31. Ioan-
ne Andrea *dict. num.* 9. dicentes tres, & non pau-
ciores eſſe eligendos ſcrutatores; ſic vt alia electio
ſit nulla; quia etſi gloſſa *hic* verb. *ſanior in fine.*
exiſtimet formæ ſubſtantialia textus noſtri non in-
cipere à verbis illis *aſſumantur tres de Collegio*, ſed
à verbis immediatè ſequentibus, ibi: *Qui ſecretè,
& ſigillatim verba cunctorum diligenter exquirant*:
tamen idem Ioannes Andreas *in dicto verſ. aſſumantur.* Hoſtienſis *num.* 17. & 43. Cardinalis *n.* 3.
quæſt. 13. Anchatanus *col.* 1. *in fine.* Goffred. *conſ.*
187. *num.* 1. dicunt ſubſtantialia textus noſtri in-
cipere *à dict. verb. aſſumantur*; & quod non ſit re-
cedendum ab hac opinione in conſulendo, & iu-
dicando, tenent præter Goffred. Rebuffus, *ſuper
Concord. tit. de Regia ad Prælat. nomin. faciend.* §.
vltim. verb. *formam.* verſ. *tres.* Franciſcus Marc.
deciſ. 1201. Ioannes de Friburg. *hoc tit. quæſt.* 7.
concluſ. 2. verſ. *aſſumantur.* Syluester *in ſumm.*
verb. *electio* 2. *num.* 12. verſ. *tertium.* Suarez *de
relig. tom.* 4. *tract.* 8. *lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 8. *in fi-
ne*, Sigiſmund. à Bononia *hoc tit. diſp.* 5. *quæſt.* 6.
num. 5. Iulius Lauor. *variar. lucubrat. tit.* 4. *c.* 19.
num. 46. Caſtellin. *de elect. Canon. cap.* 3. *num.* 2.
verſ. *ſecundo*, & cum Tabiena, Boëtio, Angelo,
Roſela, Romano, Rendina, Azor. Iudic. Lorich.
Tamburino, & aliis Barboſa *de Iure Eccleſ. p.* 1.
cap. 19. *num.* 185. † ex eo quia tres facilius conue- 3
niant, & fidelius negocium tractent, quod in
diuerſis electionibus, ac aliis arduis negociis, vidi
ſæpius practicari per ſpatium 18. annorum in Ca-
thedralibus Eccleſiis, Auſturicenſ. & Valliſolet.
praximquè eſſe vniuerſalem, credo.

Nec obſtabit dicere quod vbi non minus, quàm 4
tres,

tres, ſed plures aſſumuntur ſcrutatores, debeat electio valere ex regula *vtile per inutile, de reg. iuris lib.6.* & ex his, quæ latè dixi infra *ſub titulo de confirm. vtili per inutili*; quia reſpondetur regulam hanc non habere locum, quando aliquid inducitur pro forma ſubſtantiali; provt eſt quod tantum eligantur tres ſcrutatores de collegio: nam cum forma ſit indiuidua, vtile per inutile vitiabitur: ſic docent Gutierrez *Canonic.quæſt.lib.2.c.15. num.*114. Rota *in deciſione* 471.*num.9.part.*1. Decianus *conſ.*532.*num.*5.Mandoſ.*regula* 27.*quæſt.*24. *num.*10. Matienz. *l.1 gloſſa 4.n.9.tit.4.lib.5.recop.* Beller.*conſult.*12.*n.*40.

5 Vnde relata noſtri textus gloſſa non eſt admittenda, cum non ſit credendum Doctori atteſtanti, provt nec creditur de conſuetudine atteſtanti; eo quod conſuetudo ſit quid facti; & quod tunc fuit, poteſt hodie non eſſe, Mohedan. *deciſione* 2. *&* 3. *de conſuetudine*: de quo dubio; etſi Barboſa *hic*, & *in dict. cap.* 19. videatur aſſentire, Ego *in dicto cap.fin. de conſuetudine*, plura dico; & ad propoſitum reuera videtur vt ſi in curia factum ſit, vt cum ſex ſcrutatoribus modo dicto fieret, tunc procedere magis ex confirmatione Pontificia: nam vt rectè Rota aduertit *in deciſionibus Meten. Monaſterij*, & *Treueren. Abbatiæ*; de quibus dixi *ſupra quæſtione* 1. per Summum Pontificem potuit confirmari ex gratia, non autem ex eo quod electionem cenſuerit validam: ita idem Barboſa *dict. cap.* 19. *num.* 188. & *hic ſub num.*15. & in terminis electionis Roman. *conſ.* 66. *num.*2. *vſque ad finem.*

6 Vbi quod ſtante ſtatuto; vt electio fiat ad annum, & non vltra; & ſi contra fiat ſit nulla, tunc electio facta per triennium, nulla dicatur in totum; quia illa verba dant formam electioni, quæ facit eam indiuiduam: ita docent Nicolaus Garcia *de benef. part.*2. *cap.*1. *num.*59. Alciatus *in l.*1. *§. ſed ſi mihi num.*13.*ff.de verbor. obligation.* & ſic fuiſſe dictum *in dict.Treueren. Abbatia l.*1. verſ. *& quamuis*, refert, ac ſequitur idem Barboſa *dict.c.*19. *num.*190. *in fine.*

7 Ad ſecundam quæſtionis partem etiam ex dictis eſt affirmatiuè reſpondendum, nempe vt tres ſcrutatores debeant eſſe de Capitulo, aliàs electio ſit nulla, vt colligunt Doctores ex verbis noſtri textus, vbi expreſsè dicitur, quod hi tres ſint de Collegio, ſubdens poſtea electionem alias factam non valere, vt tenent Abbas *hic num.* 13. verſ. *quartum ſubſtantiale*, Imola *num.* 8. Ioannes Andreas *numero* 11. Butrius *numero* 22. verſic. *dicitur ſeptimo*, Hoſtienſis *numero* 25. *&* 43. Cardinal. *num.*3. *quæſtione* 12. Compoſtell. *numero* 5. *in fine*, verſic. *de collegio*, Ancharanus *col.*2. verſic. *circa hoc*, Barboſa cum infinitis ex modernis, Barboſa *num.* 14. & iterum *de Iure Eccleſ.* cum eiſdem nempe Rebuffo, Romano, Biajo, Franciſco Marco, Ludouico, Miranda Sigiſmundo à Bononia, Lauorio, Caſtellino, Tamburino, & aliis *dict.cap.*19.*num.*186. vbi refert ſic tenentem *dict. deciſ. Meten.* verſic. *nec eſt verum*, & *Treuer. Abbatia*, verſ. *& quod etiam.*

8 Et ſic in terminis quod electio ſit nulla, quando cum ſcrutatoribus de Collegio adhibentur alij, qui non ſint de collegio, fuit dictum *in Nicen.Parochialis*, 25. *Iunij* 1629. coram Cardinali Virili, vbi etiam fuit reſolutum concurſum eſſe nullum, in quo cum Examinatoribus Synodalibus interuenit alter, qui non ſit examinator ſynodalis citans Nicolaum Garciam *de beneficiis part.*9. *cap.*2. *numero* 83. *&* 84. & *n.*324. *&* 342. referentem ad hoc deciſiones Rotales, & aſſerit ita declaraſſe Sacram Congregationem *in vna Toletana*, & nouiſſimè Barboſa *de Iure Eccleſiaſt. dict. cap.* 19. *p.*1. *numero* 189. dicit ſe vidiſſe dicto anno 1629. ab eadem Sacra Congregatione bis deciſum *in vna Meſſanen.* † Et iterum in textu noſtrò *dict. nu-* 9
mero 15. *in fine*, vbi addit, quod negatiua illa, quod quis non eſſet examinator ſynodalis, debeat plenè, & concludenter probari, vti fundamentum intentionis; & quòd non ſufficit, vt in regiſtris Curiæ Epiſcopalis, non reperiatur nominatus, aut deſcriptus in ſynodo ille, qui prætenditur non eſſe examinatorem ſynodalem; quia poſſibile erat, quod fuerat deputatus examinator ſynodalis ab Epiſcopo in ſynodo, & non fuerit deſcriptus, vt cenſuit Rota *deciſione* 323. *numero* 4. verſic. *vltra quod*, *part.*2. *recent.* quia omiſſio, & negligentia deſcriptionis non poteſt nocere parti iuxta Surdum *conſ.*135. *num.*9.*in fine*, & alios per regulam textus *in l. Imperator*, *ff. de ſtatu hominis.*

Ad tertiam quæſtionis partem, ſuppoſito quod 10
ad introducendam conſuetudinem cõtra Canones, requiritur ſcientia, & expreſſus conſenſus Papæ, etiam quantocumque temporis ſpatio, ea fuerit introducta, & ſeruata, vt tenuerunt Archidiac. *in c. cum de beneficio num.* 2. *circa medium*, verſ. *nam*, & *ibi notat de præb. lib.*6. vbi Ioannes Andreas *poſt principium*, Gemin. *numero* 6. & Franc. *num.*3. *&* 4. S. Antonin. *part.*1. *titulo* 16. *cap. vnico*, §. 2. *ante finem*, verſ. *dicit autem*, Ioannes Salas, Verallus, & Caual. relati à Barboſa *hic ſub numero* 16. *& de Iure Eccleſiaſt. parte* 1. *dict. cap.* 19. *numero* 193.
† eo quod Summus Pontifex non habet poteſta- 11
tem à populo, ſed à Deo immediatè; ſic vt non ſit populus, qui inducit conſuetudinem contra Canones, ſed authoritas Papæ permittentis, vt dixerunt Abbas *in cap. fin. de conſuetudine, numero* 8. *in fine*, Salas *de legibus quæſtione* 97. *tractat.*14. *diſputatione* 19. *ſect.* 6. *numero* 59. verſic. *hac ſententia.*

Quod in lege ciuili ſectus eſſe dicunt; cum ea 12
tendat ad bonum publicum, & in vtilitatem priuatorum; in tantum quod ſi populus vult ſibi præiudicium inferre, Principes ab eodem populo poteſtatem habentes non curent per doctrinam textus *in l. de quibus*, *ff. de legibus*, & ex doctrina Sancti Thomæ 1. 2. *quæſtione* 47. *articulo* 3. *in reſponſo ad* 3. Abbas *in dicto cap. fin. numero* 9. Driedon. *tractat. de libertate Chriſtiana*, *cap.* 11. *ad finem*, Rota *in relata quæſtione præcedenti*, Treueren. Abbatiæ *la* 2. verſ. *ſecundo*, de quo puncto nonnulla dixi *in dicto cap.fin. quæſt.fin. de conſuet.* & *in quæſt.* 2. *illius Rubricæ.*

Et ſuppoſito quod dixi etiam de decreto legis, 13
ſine clauſulæ irritantis ſupra *in Rubr. de conſtitut. quæſtione* 8. reſpondeo ad difficultatem propoſitam, quòd quando prætenditur de conſuetudine, poſſe eligi plures, quàm tres ſcrutatores, aut ex his aliquos extra collegium, talem conſuetudinem non eſſe obſeruandam, cùm contraueniat deciſioni textus noſtri, quæ habet decretum irritans, quod tollit omnem conſuetudinem in contrarium, vt dixit in puncto Boër. *deciſione* 1.*num.*49. *&* 50. & credo verum hoc dici iuxta diſtinctiones, quas retuli ſupra *in dicto cap.fin. de conſuet.q.* 4. vbi qualiter lex improbet conſuetudinem præteritam, & futuram,

& iuxta caſus ibi poſitos erit etiam verum quod
lex Papæ non poterit abrogari, ſaltem abſque il-
lius ſcientia, vt egregiè probant Diuus Thom.
1. 2. *quæſtione* 97. & ibi Petr. de Lorca *de legibus*
*diſput.*29. *in princip.* Driedon. ſupra *cap.*1. *in fine,*
*lib.*1.

14 Nec obeſt dicere ſecundùm aliquos in caſu no-
ſtro non agi de præſcribenda lege, ſed communi
Doctorũ ſententia, cum reuera agatur de lege præ-
ſcribenda: nam cum aliqui Doctores interpreta-
rentur, vt iam dixi noſtri textus ſubſtantialia in-
cipere à verbis *qui ſecretè inquirant*, adhuc Do-
ctorum communis opinio iam relata, exiſtimat
ſubſtantialia dictæ noſtræ deciſionis incipere à ver-
bo *aſſumantur*, vti etiam declaratur *in cap. Eccle-*
ſia veſtra el. 2. 57. §. *denique*, vbi eſt expreſſum
quod clauſula poſita hic in textu noſtro, dum
poſt requiſita ad electionem legitimè faciendam,
ſubiungit *electio aliter facta non valeat*, quæ refer-
tur ad ea omnia, quæ attentantur contra formam
electionis repertam ab alio textu in Concilio ge-
nerali; non autem ad alia ibi narrata quæ ad ele-
ctionem faciendam reperta ſunt ab aliis etiam Ca-
nonibus; & ob id Suarez *de legibus lib.*6. *cap.*5.
num 1. verſ. *de hac igitur interpretatione*, Barboſa
*hic dict. num.*16.*in fine*, & *de Iure Eccleſiaſt. dicto*
cap. 19. *numero* 194. exiſtimarunt in textu noſtro
agi de præſcribendo contra ius, non autem contra
communem ſententiam quæ ſolùm verſatur circa
interpretationem noſtri textus.

15 Et licèt Cardinalis hic *quæſt.* 12. & Speculator.
in hoc titulo §.1. *numero* 2. Boët. *a dict.* Manda-
got. *de electione litter. R.* verſ. *adde*, in puncto
dubij propoſiti affirmatiuam partem ſequantur ta-
men vt conſiderant ibi Cardinalis *dicta quæſt.* 12.
Barboſa *dict. numero* 16. *in principio*, & *de Iure*
*Eccleſiaſt. dict. part.*1. *cap.*19. *à numero* 191. il-
lorum opinio procedit quando illi extra Colle-
gium ſcrutatores aſſumpti de conſuetudine legiti-
mè præſcripta habent vocem, cum tunc iam di-
cantur de Collegio eligentium, ac per conſequens
dici aliquomodo poſſe, tales ſcrutatores electos
fuiſſe de collegio: & confirmatur ex doctrina tex-
tus *in cap. cum Eccleſia ſutrina* 3. *de cauſa poſſeſ.*
& propriet. & ex his, quæ latè ibi adduxi & ſu-
pra *ſub quæſtion.* 6. *Rubrica noſtri tituli*, quatenus
Clerici, de quibus ibi vna cum Canonicis elige-
bant Epiſcopos.

16 Ad quartam quæſtionis partem, an ſit de ſub-
ſtantia electionis factæ per ſcrutinium, vt vota
electorum exquirantur per ſcrutatores ſecretè; &
affirmatiuè reſpondeo ex textu noſtro *in verſ.*
qui ſecretè, id eſt ſecundùm Innocentium, &
Panormit. ſeorſum ab aliis de collegio, vt tenuit
Ludouicus Miranda *in man. Prælat. tom.*2. *quæſt.* 23.
17 *articul.*29. *concluſ. vnica* verſ. *quinto*, † quod du-
pliciter fieri poſſe contendunt Boërius deciſione 1.
num. 35. Chuchus *inſtitut. moral. lib.* 4. *hoc titulo*
numero 222. Suarez *tom.* 4. *de relig. tract.*8. *lib.*2.
cap. 5. *numero* 10. Tamburin. *de Iure Abbatum*
*tom.*2. *quæſt.*6. *numero* 8. Sigiſmund. de Bononia
*hoc titulo dub.*27. *numero* 11. Iulius Lauor. *variar.*
lucubrat. tit. 4. *cap.*19. *numero* 75. primo ſi ſinguli
electores, viua voce proferunt coram ſcrutatori-
bus, quem eligunt, & aliquis ipſorum ſcrutato-
rum ſcribat; & hoc quidquid dicat Ludouicus à
18 Miranda *dict. quæſt.*23. *art.*15. *concluſ.*2.† ſecundo
modo vt quiſquis eligentium in ſchedula votum
ſuum ſcriptum deferat, adeo vt nec ipſis ſcruta-
toribus notum fiat; qui modus videtur magis com-
modus, & vſitatus, vt ego expertus ſum in Ec-
cleſiis Auſturicenſi, & Valliſolet. vbi fui Cano-
nicus, Doctoralis, & Pœnitentiarius; & ita ſty-
landum debere conſulit Barboſa *de Iure Eccleſiaſt.*
*part.*1. *cap.* 19. *numero* 104. de quo etiam lóquun-
tur Lauorius *dict. cap.* 19. *numero* 75. Tamburin.
*dict. quæſt.*6. *numero* 8. etſi in contrarium ſit ob-
ſeruantia quamplurimarum religionum.

Quare Abbas hic *numero* 6. Butrius *numero* 27. 19
Ioannes Andreas *numero* 19. Hoſtienſis *numero* 31.
Barboſa *numero* 24. docent per verba hic *in ſcriptis*
redacta, vt ſit de forma ſubſtantiali, quod vota
in ſcriptis ſint redacta, ſic vt aliter non ſeruetur
forma, & Innocentius *numero* 6. Imola *numero* 5.
in fin. verſ. *in gloſſa redacta*, dicunt ideò ſic requiri;
quia melius conſtat de voto per ſcripturam; hoc
eſt ne memoria ſcrutatorum pereat, Biax *ſupr. p.*3.
cap 28. *à numero* 1. Ludouic. Miranda *dict. art.*29,
concluſione vnica verſiculo octauo; Rota apud R. D.
Coccinum *in iam relata quæſt* 1. *Treueren Abba-*
tiæ 1. *verſ. quarta*: Et quid dicat idem Ludouic.
Miranda, *dicta concluſione vnica verſ.* 9. non erit
derogata noſtri textus deciſio per Trident. *ſeſſ* 25.
*cap.*6.† Dum vult omnes regularium electiones de- 20
bere fieri per vota ſecreta; dum aduertunt relati à
Barboſa hic *dict. numero* 24. *in fin.* & iam adducti.
Et ne obſtet primo adducto modo *num præced.*
in principio, poteris dicere dictam requiſitionem
ſcripturæ etiam in prædictis ſcrutatoribus in eo
modo eligendi, neceſſariam eſſe, ne eorum defi-
ciat memoria de electoribus; nempe qui viua vo-
ce protulerunt vota ſua.

Vnde infero primo vt ad formam textus noſtri 21
ſeruanda, requiratur eſſentialiter, vt vota ſingu-
lorum eligentium nunquam publicentur, ſed ſe-
creta maneant, vt patet *ex dict. cap.* 6. *Trid ſeſſ.*
25. Bonacina *de electione Pontif. diſp.*1. *quæſt.* 5.
*p.*1. *à num.*4. Iulius Lauorius *dict. cap.*19. *num.*54.
vbi *num.*55. ſubdit quòd ſi quis de facto attentaret
dare votum publicè, & palam non debet permitti
† quia ſi hoc fieret vidente, vel conſentiente Ca- 22
pitulo, vel maiori parte illius, electio eſſet nulla,
per regulam *l. non dubium cod. de legib.* Garcia *de*
*beneficiis p.*5. *cap.* 4. *num.*184. Caſtellin. *de elect.*
*cap.*5. *num.*25. Lauorius *dicto cap.*19. *num.*55. Si-
giſmund. à Bononia *hoc tit. dub.* 31. *num.*4. Lau-
rent. de Peirinis *de priuileg. regular. tom.* 3. *in ad-*
*dition. cap.*9. *num.*23. *pag.* 447. † reſoluentes quod 23
ſi vnus electorum publicè manifeſtaret ſuum vo-
tum permittente Capitulo, electio eſſet nulla.

Et ob id bene Octauian. Frangip. *in directorio* 24
Eccleſiaſt. diſciplina tit. de Decanis Collegiatis Ec-
cleſiar. num. 32. dixit vt quoties de rebus grauibus
ineunda ſunt, ſuffragia eadem ſecreto ferenda
ſint, vt ſine timore quiſque, quod ſenſerit, liberè
loquatur, cum votare ſecretò, minorem inconue-
nientiam, & maiorem libertatem ad votandum
Chriſtianè habeat, quàm votare publicè, vt tra-
dunt Bobadilla *in politica libro* 3. *capite* 7. *nume-*
ro 38. *Curia Philippica parte* 1. §.1. *numero* 22. &
conſulunt Nicolaus Garcia *dicto capite* 4 *numero*
185. Caſtellin. *in hoc tractatu pagina* 495. Barboſa
in dicto capite 6. *Trid. numero* 3. † Vt quamvis 25
in actibus particularibus de iure non requiratur, vt
vota præſtentur ſecreta; expedire tamen quòd in
omnibus votaretur ſecretò. Hancque praxim vidi
in relatis Eccleſiis obſeruari, ſicut ſcio, & in aliis
Cathedralibus aſſuefieri in actibus arduis extra ele-
ctionem

ctionem Canonicam; & ſine difficultate ſi aliquis
Capitularium id petat; antequam votantes inci-
piant ſua vota ferre in voce; eo quod ſic me-
lius euitantur tractatus, & interloquutiones, qui
fortè à nocte antea poſt cænam ab aliquibus
ex capitularibus ad id in aliqua domo, ſeu
loco congregatis de in vno votando facti fue-
runt.

26 Et aduertunt Fr. Emanu. Rodriguez *quæſt. re-
gular. tom.5. quæſtione 52. articulo 9.* Barboſa *de
Iure Eccleſiaſt. dict. parte 1. cap. 19. ſub num. 209.*
intentionem Concilij *in dict. cap. 9.* fuiſſe ſtatuere,
quod capitula facerent electiones ſecretas in hoc
ſenſu; id eſt quod non permitterent fieri aliquid;
ex quo publicati poſſint nomina eligentium. Et
ob id cenſuerunt Aloyſius Riccius *in deciſ. Neapol.
147. num. 1. p. 4.* Nouar. *in ſingulari concluſione 86.
num. 3.* Sigiſmund. à Bononia *hoc titul. dubio 31.*
27 *n. 10.* Barboſa *in dict. cap. 6. Trid. num. 16.* † Electio-
nem Abbatiſſæ factam per vota non ſecreta per
ignorantiam illius decreti, non valere, nec Epiſco-
pum poſſe diſpenſare, vt valeat: ita etiam docent
Molfeſius *in ſumm. part. 1. tract. 6. cap. 16. num. 156.*
Laurent. de Peirin. *de priuileg. Regul. dict. n. 25. p. 447.*
Barboſa iterum *de Iure Eccleſiaſt. dict. cap. 19.
num. 206.*

28 Tamen in electione Abbatiſſarum, vel alterius
ſuperiorissæ poſſe vota ſingularum Monialium per
Epiſcopum vna cum Vicario, vel alio viro aſſum-
pto ore tenus, accipi, licet quatuor, aut quinque ea
ſciant, ſi hoc eſt iuxta formam ſtatutorum reli-
gionis. Nec ob id impugnari dicto Trid. decreto
in dict. cap. 6. ſeſſ. 25. referunt deciſum Galerius *in
Margarita caſuum conſcientiæ*, verb. *Abbatiſſa*,
Nicolaus Garcia *de benef. dict. part. 5. cap. 4. n. 189.*
Riccius *in praxi rerum fori Eccleſ. reſol. 637. in 2.
addition.* Molfeſ. *dict. p. 1. tract. 6. cap. 16. num. 154.*
Caſtellin. *de electione c. 4. n. 4 & c. 5. num. 28.* Fr. Si-
giſmund. à Bononia *hoc tract. dubio 27. n. 11.* Tam-
burin. *de Iure Abbat. dict. tom. 1. diſp. 28. q. 4.* ſed de-
ciſum refert idem Caſtellin. *dict. c. 4. n. 61.* ita ſtrictè
illud decretum Trid. eſſe intelligendum; vt ſi poſt
electionem factam in Bullis confirmationis, ſeu
patentibus, exprimerentur nomina eligentium;
electio eſſet nulla: Sequitur Barboſa *in dict. cap. 6.
num. 8.* quod vt vides non contrauenit proximæ
adductæ praxi electionis Abbatiſſæ, ſiue Superio-
riſſæ.

29 Vnde euenit primo quod ſi electi fuerint aliqui
à ſuperioribus, qui vota omnium diligenter exci-
piant electionem, ſic factam reputari ſecretam, &
canonicam, vt cenſuit Sacra Congregatio, & at-
teſtantur Nicolaus Garcia *dict. p. 5. cap. 4. num. 189.*
Riccius *in deciſ. Curiæ Archiep. Neapol. 6. deciſ. 197.
num. 2. p. 4.* Caſtellin. *dict. cap. 4. num. 4.* Sigiſmund. à
Bononia *dub. 27. num. 11.* Barboſa *de Iure Eccleſiaſt.
dict. p. 1. cap. 19. num. 102.* vbi iterum *num. 203.* tra-
dit relatum iam dictum *de electione Abbatiſſæ, ſeu
Superiorisſæ*, & tenent etiam Tamburin. *de Iure Ab-
batum dict. tom. 1. diſp. 5. q. 6. n. 8.* Barboſa *in dict. c. 6.
Trid. n. 6.*

Secundò, vt non deſinat eſſe electio ſecreta; ſi
quis v. g. electorum, ante ſcrutinium verbo dicat
ſe velle eligere hunc, vel illum; eo quod potuit
pro altero ſuffragium præſtare, Caſtellin. *de electio-
ne dict. cap. 5. num. 26. in fine*, Nicolaus Garcia *dicta
parte 5. de beneficiis, cap. 4. num. 196.* Barboſa *in
dict. cap. 6. Trid. ſeſſ. 25. num. 14.*

30 Tertio vt nec enim pura, & ſimplex oſtenſio
ſchedulæ ſecretò facta ab aliquo ex electoribus ad
effectum, vt videat quem ipſe eligit, non tollit,
quin electio ſubſequens immediatè ſit ſecreta, vt
tenuerunt Nauarr. *conſ. 4 in antiquis aliàs 9. in nouis
hoc titulo*, Sayrus *in floribus deciſion. hoc titulo, de-
ciſione 4.* Fr. Emanuël Rodriguez *in ſumma p. 1.
cap. 102. num 4.* Caſtellin. *hoc titulo, dict. cap. 4. n. 3.*
Bonacina *de legitima Summi Pontificis elect. diſp. 1.
quæſt. 5. puncto 1. num. 10.* † Obſeruantes eo caſu 31
electionem eſſe irritam, & nullam, quando electo-
rum vota, culpa, & dolo totius, vel maioris partis
Capituli publicarentur, vel quando manifeſtatio
vnius, vel plurium votorum, eſt realis cauſa, vel
præſumptiua rationabiliter, quod electio ſequatur
in hanc, vel illam perſonam; Barboſa *dict. part. 1.
cap. 19. de Iure Eccleſiaſt. num. 209. in dict. c. 6. Trid.
num. 4.*

Ex quo collegerunt Nicolaus Garcia *dict. p. 5.* 32
cap. 4. num. 183. Molfeſius *dict. parte 1. tract. 6. c. 16.
num. 153.* quòd oſtenſio vnius ſchedulæ, ſiuè fiat
per malitiam, ſiuè per errorem; dummodo non
cauſet effectum proxime dictum *num. praeced.* non
officiat ſecretæ electioni: verum Rota *in Treueren.
Abbatiæ Sancti Maxim. 20. Nouembr. 1624.* coram
R. D. Coccino Decano, *impreſſa*, per Maſſobrium
*in praxi habendi concurſum præludio 8. in princ.
num. 53. & 69.* & provt referunt Sigiſmund. à Bo-
nonia *hoc titulo, dict. dubio 31. ex num. 4.* cenſuit ele-
ctionem eſſe nullam, etiam ſi vnicum tantum ſuf-
fragium publicetur, † quod certum eſt quando 33
maior pars ſuffragiorum oſtenderetur; & ex quo
ante publicationem ſcrutinij, electio manifeſtare-
tur contra formam Concilij *in dict. cap. 6.* vt re-
fert Garcia *ibi ſub num. 5. in dict. cap. 19. de Iure Ec-
cleſiaſt. p. 1. à num. 210.* & Garcia *vbi ſupra dict.
num. 163.* dixit manifeſtationem vnius ſchedulæ in
fraudem factam, irritare electionem. Et ſic eſſe in-
telligendum, Nauarr. dicit provt etiam refert
idem Barboſa *in dict. cap. 19. numero 211. in
fine.*

Tamen non erit ſecreta electio, ſed publicata, 34
& nulla, quando eligentes per ſchedulam aliquo
parenti ſigno ſignatam, fiat manifeſtatio talis, vt
per illud innoteſcat ſcrutatoribus, vel vni ex illis,
quod talis elector eligit illum nominatum in ſche-
dula: ſic docent Caſtellin. *dict. cap. 4. de elect. dict.
num. 61.* Laurent. de Peirin. *tom. 1. de relig. ſubdito,
& Prælato cap. 23. quæſt. 1. de obedientia*, Barboſa *in
dict. cap. 6. Trident. ſeſſ. 25. num. 9.* idem *in dict. c. 19.
de Iure Eccleſiaſt. num. 207.*

Addens cum illis, vt ſic eligentes peccent mor- 35
taliter, ac proinde; vt ita electus factus, de hoc
certus, teneatur reſignare Prælaturam, ſiue offi-
cium, vel petere à ſanctiſſimo confirmationem
cum diſpenſatione, vt referunt adducti à ſacra
Congregatione deciſum.

Nec etiam erit electio ſecreta; imò potius nul- 36
la, quando aliqui ex Electoribus vnicam ſchedu-
lam recipiunt vnico nomine ſcriptam, & nomen
electi, notum ſcribæ, vel alteri reponunt in Cap-
ſula, vt declaratum ſic teſtantur Nicolaus Garcia
dict. cap 4. num. 193. Riccius *in Neapol. deciſione 197.
num 4. p. 4.* Caſtellin. *de elect. dict. cap. 5. num. 25.* Si-
giſmund. à Bononia *dicto dubio 32. num. 6.* Rota *in
Treueren. Abbatiæ la. 1.* Barboſa *in dict. c. 19. n. 208.*
idem *in dict. cap. 6. Trid. num. 12.* cum Maſſobr. *dict.
præludio 8. num. 69.* ſecundùm Romanam impreſ-
ſionem. † Qui omnes idem ſentiunt quando qui ac- 37
cipiunt de manu ſchedulæ duas ſchedulas, vnam,
quam voluerint, reponunt, alteram reſcindunt; quia
ſcriba potuit reuelare talem, qui non habuit,

niſi vnam ſchedulam, vel talem qui non babuit duas.

38 Sed an hodie ſufficiat quod vota ſint ſecreta ex diſpoſitione *dict. cap.6. Trident. ſeſſione* 25. abſque alia forma? affirmat Fr. Ludouic. Miranda *in manuali Prel. dict. tom.2. queſt.* 23. *art.*15. *conclus.*1. aſſerens diſpoſitionem textus noſtri, modo ſublatam eſſe per Trid. Sed vt iam adduxi aliter dicendum eſſe, vt etiam tenent Fr. Eman. *in ſum.p.*1. *dict. cap.* 101. *num.*1. Zerola *in praxi Episc. p.*1. verb. *Abbatiſſa* §.6. Azor. *inſtitut. moral. p.*1. *lib.*13. *c.*10. *q.*2. Fr. Sigiſmund. à Bononia *de elect, dict. dub.*27. *n.*10. *&* 11. Rota *in dict. Meten. Monaſt.* 5. *Iulij* 1621. coram R.D. Coccino Decano, & iterum *in Treueren. Abbatia ſancti Maximi relata* 20. *Nouembr.*1624. *ſecundùm Rom. impreſ. Maſſobrij*, meritò obſeruantes, vt dicit etiam Barboſa *in d. c.*6. *num. fin.* quòd quando diſponitur, quòd omnes electiones Regularium debeant fieri per vota ſecreta; non tamen cenſeatur ſublata forma dicti noſtri textus; ſed vt adhuc in ſuo robore perſeueret, iuxta Rotam *in d. Meten. Monaſterij.*

39 Et pro perfecto intellectu *dict. cap.* 6. *Trid.* ſi dubites an in electione Superiorum regularium, poſſit præſidens Capituli præcipere ſcrutatoribus, ſub præcepto ſanctæ obedientiæ, & pœna excommunicationis latæ ſententiæ, ne recipiant ſuffragia ore tenus tradi ſolita pro aliquibus, vltra certum numerum electioni inſufficientem; ſed eo completo dicant electoribus ad aures prout ſeruari dicitur, vt dent illis eorum vota: & referunt deciſum Caſtellin. *hoc tit. dict. cap.* 4. *num.* 44. *pro anno* 1623. Barboſa *in dict. cap.* 6. *num.* 11. hanc electionem eſſe nullam, cum aduerſetur libertati requiſitæ in electione, & naturali conſenſui; imò & omnino reprobatas eſſe electiones hactenus celebratas, ſi ſcrutatores præcepto ſuperioris obtemperantes ſingulorum, non receperint, pro Canonicis non haberi: ita ille, & Ego ex iam *ſupra* adductis.

40 Alia de ſecreto tradit Barboſa hic *ſub num.*17. & Ego cum illo *dict. Treueren. Abbatia* 1. *in fine*, dico, quod licèt Nauar. *dict. conſ.*9. *hoc titulo*, poſt Innocent. & alios aſſerat electionem valere, ſi adſit conſenſus, etiam non ſeruata forma ſecreti: tamen eius dictum intelligendum eſſe in foro conſcientiæ: nam in foro fori ex proximè adductis *toto verſ. ad quartam*, pro indubitato, tenendum eſt electionem eſſe nullam.

41 Ad quintam quæſtionis partem, vt nunquam vota eligentium debeant publicari, reſpondebis abundè ex dictis *ſub verſ. ad quartam*; ſed non inde euenit vt in communi nequeant publicari, quia imò, & debent publicari omni prorſus appellationis obſtaculo remoto, vt colligunt Doctores per verba textus noſtri ibi: *Mox publicent in communi*: ita Hoſtienſis hic *num.*34. Ioannes Andreas *num.*28. *verſ.*9. Ancharanus, & Butrius *eodem verſ.* Barboſa *n.*26. Biaxio *p.*3. *hoc tit. c.*19. *in princ.* eadem Rota *in Treueren. Abbatia*, verſ. *quinta*, *& in Meten. Abbatia* 4. *Februarij* 1628. coram R.P.D.
42 Dunozetto. † Qui omnes, & Barboſa *de Iure Eccleſiaſt. dict. p.*1. *c.*19. *n.*215. docent eſſe de forma ſubſtantiali, vt vota in ſcriptis redacta publicentur.

43 Quòd ſi dubites qualiter dicantur vota in communi publicari, breuiter reſpondeo id contingere, quando integer eorum numerus publicè quoad totam congregationem profertur non exprimendo in quorum fauorem data fuerint; vel quod ex ipſis electoribus in hanc, vel illam perſonam deſcenderent; ſed explicando tantum numerum perſonarum, quæ ſuffragium retulerunt, Tamburin. *de Iure Abbat. dict. p.*2. *q.*5. *n.*12. Barboſa ſupra *d. c.*19. *num.*116. † Vbi addit per textum *in cap. quod ſicut* 44
hoc tit. licere electoribus ante publicationem ſcrutinij variare, & alios ad libitum nominare, ſed publicato iam ſcrutinio, non ſic, cum debeat iam fieri collatio, & electio ſit celebranda, vt probat expreſsè textus infra *in cap. publicato hoc tit.* tradunt Lezana cum Barboſa *in ſumma quæſt. regul. tom.*3. verb. *Electio num.* 12. Ludouicus Miranda *tom* 2. *quæſt.*28. *art.*24. *concluſ.*2. Syluester *in ſumma* verb. *Electio* 2. *quæſt.* Fr. Emanuël *quæſt. regul. tom.*2. *q* 14. *art.*14. Valerius Reginaldus *in praxi fori pœnitentialis lib.*30. *tract.*3. *num.*104. *in medio*, Rota *in nullius Canonic.*22. *Maij* 1628. coram R.P.D. Dunozetto.

Et addo his quod publicatio ſcrutinij realis, & 45
diſtincte eſt neceſſaria in electionibus Abbatum, per quorum obitum, viduatur Eccleſia. Sic tenuit ſacra Congregatio Concilij *in nullius* 5. *Iulij* 1628. & refert Barboſa *d. c.*19. *n.*228.

Publicatio inquam præfata facienda eſt expreſ- 46
ſa, & clara voce, itavt non ſufficiat aliquis actus eligentium, qui ad electionem importet, ſed requirantur verba ore prolata, iuxta textum *in cap. Eccleſia veſtra, hoc tit.* vbi Panorm. & alij; & quod ſolemniter, & publicè fiat in Capitulo, Iul. Lauor. *var. lucubrat. cap.* 19. *num.* 96. vbi ſubdit aliter eſſe dicendum, vbi non eſſet ſeruanda forma textus noſtri, cum tunc ſufficiat quæcumque declaratio, vel expreſſio, conſenſus, etiam ſi non fiat per verba ore prolata, Barboſa *de Iure Eccleſiaſt. dict. p.*1. *c.*19. *num.* 228.

Si enim dubites quid ſibi velit particula: *Mox* 47
poſita *in textu noſtro*, reſpondeo cum Barboſa hic *num.* 15. & cum eodem, & multis, quos ipſe refert *in dictionibus vſufrequent.* 203. & cum Ludouico Miranda *dict. quæſt.* 23. *art.* 29. *concluſ. vnica* verſ. *decimo*, Iulio Lauorio *variar. lucub. tit.* 4. *cap.* 19. *num.* 22. Syluestro verb. *Electio* 2. *quæſt* 10. vt interpretetur; id eſt incontinenti, nullo actu extraneo interpoſito, iuxta ea, quæ de particula *Incontinenti* dixi latiſſimè *in cap. litteras de reſtit. ſpoliat.* & ſubdunt Iulius Lauorius relatus, & Barboſa *de Iure Eccleſiaſt. dict. p.* 1. *cap.* 19. ſub *num.* 124. quod eſſet moralis interruptio, ſi interponeretur alius actus pertinens ad impediendam, ſiue deferendam electionem; vel ſi abſque alia cauſa cogente Collegium, non facta tali publicatione, diſſolueretur; imò & addunt amplius dictionem *Mox*, verificari in modico tempore, quod iudicabitur arbitrio boni viri, habito reſpectu, ad ipſius rei circumſtantias, iuxta multa, quæ cum pluribus repetit amplius idem Barboſa *in d. d. dict.* 203. *num.* 4.

Pro complemento huius quæſtionis iuxta verba 48
textus noſtri, ibi: *Vota cunctorum diligenter exquirant*, & verb. *ſigillatim*, aduerto dicendum, quod vota debent intelligi, depoſitiones, & animorum deſideria. Sic Barboſa hic *num.* 19. idem *dict. cap.* 19. *num.* 197. *de Iure Eccleſiaſt.* Miranda ſupra *d. q.* 23. *art.* 29. *concluſ. vltima, verſ. ſeptimo.* Et quod particula *cunctorum*, intelligitur, nullo omiſſo: nam quoties omittitur ſcrutatio ſolius vnius voti ex preſentibus, electio eſt nulla, vt docent ex textu noſtro Ioannes Andreas *col.* 3. *&* 3. Hoſtienſ. Panormit. & Barboſa hic *d. num.* 19. & *in d. cap.* 19. *ſub dict. num.* 197. Petrus Biaxio *in ſuo directorio de*

elect.

elect.part.3.cap.57. num.1. & 2. Suarez *de religione tom.4.tract.8.lib.2.c.5.n.14* Tamb. *ſupr.q.6.n.9.* vbi intelligit ſi eſſet contemptus. † Et alia particula *diligenter* importat, vt debeant ſcrutatores interrogare, electores, & ſuffragatores in quem conſentiant; & quare, & quo zelo, & de meritis, & qualitate illius, vtrobique Barboſa relatus cum Ludouic. Miranda, & Tamburin *dict. q.6. num.* 11. Particula *exquirant* ex parte ſcrutatorum, importat, vt ex ſe, & proprio ore exquirant; imò adhibitis quibuſdam verbis adhortatoriis; quæ tamen non poſſunt dici de ſubſtantia; prout de ſubſtantia eſt, quod ipſi exquirant; ita cum Speculatore, Bertachin *de Epiſcopo lib.2.p.1.n.2.* Butrio *hic n.25.* Abbat. *num.5.* verſ. *nota etiam.* Hoſtienſis *num.30.* Innocent. *num.6.* cum aliis, Barboſa *de iure Eccleſiaſt. dict. cap.19. num.195.* idem hic *à num.20.* addens vtrobique quod ex parte electorum importat, vt non poſſint in ſcriptis vota ſua præſtare; ſicut dixerunt Beroius *deciſ.1. num.25.* Roman. *ſingulari* 801. vbi *additio*: nam vt addit ex multis hic Barboſa *num.22* teſtis per ſcripturam nequit teſtificari, vt dixerunt Farinac. *in praxi crim.p.2 q.80.num.27.* Bernard.: Græuæ *ad practicam cameræ imperialis lib.1.concluſ.100.conſiderat.3.num.7.* Maſcardus *de probat.concluſ.149.n.26. & concluſ.460.n.3.* Beroius *dict. deciſ.1.num.38.* Rebuffus *de reprob. teſtium à n.541.* & alij: Et quod particula *ſigillatim* ſignificet, nempe ſecundùm Barboſa hic *num.18.* Sigiſmund. à Bononia *tract. de elect. dubio 26. num. 1.* Tamburin. *de iure Abbat. dicta p.2.q.6.num.*10. Ludouic. Miranda *dicta concluſ. vnica.* verſ. *ſexto*, vt electores non debeant vocari accedere ad ſcrutatores bini, vel trini, ſed ſinguli, vel quilibet ſingulariter per ſe; ſicut etiam obſeruatur in teſtibus; qui in examinatione non debent plures commiſceri; & quod alias non valeret examinatio, vt iam latè dixi *ſub tit. de teſtibus*, iterum cum aliis Barboſa *dict.cap.19.n.212.*

49 Iterum notabis quod vota huiuſmodi, vt efficacia ſint, debent eſſe determinata, pura, ſincera, gratuita *cap.in nomine* verſ. *quod ſi prauorum 23. diſt.* Ioannes Andreas *in cap.in electionibus hoc tit.lib.6. num.4.* necnon abſoluta; non verò conditionalia, iuxta quæ latè dixi ſupra *in Rub.q.1.* & ſcribit bene explicans cum infinitis Barboſa *de iure Eccleſiaſt. dict.p.1. cap.19. ſub numero 197. & à numero 198. ad 200.*

50 Item etiam notabis, vt quando aliqui velint quod eligatur quartus ſcrutator, qui vna cum notario ſcrutetur ſcrutatores; rectius tamen, & communiter ſeruari quod duo ex illis tertium ſcrutentur, vt tenent hic Abbas *num.9.* verſ. *quarto quæritur*, Innocentius *in verb. cunctorum, n.6.* Hoſtienſ. *num. 43.* verſ. *ſed quis inquiret.* Ioannes Andreas *num.18.* Butrius *n.26.* Compoſtella *num.6.* Barboſa *num.25.* & *in dict. cap.19. de iure Eccleſiaſt. n.196.* & vtrobique etiam cum Ioanne Frigibur *in ſumm. de elect.q.7.col.2. ante finem* verſ. *& puto.* Roſella *in ſumma* verb. *electio col.5.* verſ. *quot ſunt.* Fr. Emanuel *quæſt.regul.tom.2. quæſt.52. art.3.* Rendina & Rota *in dict. Treuiren. Abbatiæ* la. 1. verſ. *ſecundo.*

QVÆSTIO III.

An vt electio legitimè fiat per Scrutinium, debeant ſcrutatores collegialiter in vnum conueniri in aliquo loco publico, non occulto, & clandeſtino? Et an requiratur, vt facta publicatione ſuffragiorum, fiat ſtatim collatio numeri, meriti, & Zeli; ita vt non ſufficiat habere maiorem ſuffragiorum partem, ſed requiratur vlterius eandem eſſe ſaniorem? Vbi quid hodie obſeruetur in praxi? Et an ſi vota in electione Canonica diuidantur in duas æquales partes, præferatur ille qui maioribus iuuatur meritis, & ſtudiis. Seu an ſit ſorte dubium dirimendum, vel tantum ſit electio facienda de illo, qui inter cooppoſitores eſt in ætate maior cæteris? vbi de decreto in ſcriptis ipſius electionis facta? Et an ſit locus Iuris collitigantis ſuperſtitis habentis paritatem votorum, ſi vnus moriatur ante, vel poſt adeptam poſſeſſionem ſibi adiudicatam à Capitulo eligentium? Et an ſit faciendus nouus concurſus, ſi decedente magis idoneo alius idoneior cæteris remaneat?

SVMMARIVM.

1 *Electio vt legitimè fiat, debent electores congregari in aliquo publico, & honeſto Eccleſiæ loco.*

2 *Vota lata extra Capitulum, non augent numerum poſt factum ſcrutinium.*

3 *Conſenſus eligentium collegialiter, & in vnum eſt præſtandus ab eligentibus, &* num.4. *vbi reſpondetur obiecto.*

4 *Collatio votorum ſtatim reſpectu numeri, meriti, & Zeli, fit, publicatione votorum facta, in praxi autem maior votantium numerus dicitur pars ſanior, & quare* n.10.

6 *Collatio zeli ad zelum fit, quando expenduntur intentiones eligentium.*

7 *Electio debet fieri à maiori parte comparatiuè ad minorem omnium congregatorum.*

8 *Electus à minori parte, quandóque præfertur.*

9 *Eligentium numerus, ſolum eorum computatur, qui in eadem electione votum habuerunt, non eorum, qui recedunt à loco, vbi facienda eſt electio.*

10 *Electiones ex decreto Trid. fiunt per vota ſecreta.*

11 *Electio communis, ſit facta collatione. Quæ dicuntur vnius Capituli actus* n.12.

13 *Schedula eligentium per ſcrutinium, debent, collatione facta, coràm Capitulo concremari.*

14 *Forma electum declarandi à Decano, vel Compromiſſario.*

15 *Vota eligentium in duas partes, æqualiter diuiſa, quæ praxi olim, & hodie in electionibus Canonicatuum, etiam Doctor. & Magiſtral.*

dirimant electionem pro vno ex coppoſitoribus num.ſeqq.& num.19.20. & 27. *vbi ponitur littera Bulla Alex. VII.* de anno 1656.

16 Cap. Cumana, cap.in Geneſi, cap. Eccleſia hoc tit.

17 *Electus in paritate votorum, ſi excedit in meritis, dicitur habere maiorem eligentium partem.*

18 *Bulla Sixti IV. & Leonis X. expenduntur.*

20 *Maior ætas in paritate duorum Coppoſitorum ad Præbendas, Doctorales & Magistrales, præfert vnum ex electis. Quare &* n. fin. *vbi de integra Bulla Alex. VII.*

22 *Electus, Superſtes cum alio, qui dum eſſet in paritate votorum, fuit mortuus, quando abſque nouo concurſu ſubrogetur? Et quando non* num.23. 24. & 25.

26 *Oppoſitor vnus deſiſtens à concurſu, qualiter ex Coppoſitoribus dignior alius eligatur ſine nouo concurſu.*

1 AD primam quia iam nonnulla dixi ſupra *ſub Rub. & infra*, nunc reſpondeo quod vt electio per Scrutinium fieri poſſit, requiratur vt electores vocati, collegialiter congregentur in aliquo publico, & honeſto Eccleſiæ, ſeu Conuentus loco, de quo, ac de aliis dixi infra *in cap. congregato 53. & cap. in Geneſi 55. hoc tit.* de quibus omnibus *ibi*, & ſupra iam adductis, ſcribunt poſt antiquiores Petrus de Biaxio *in directorio electionis p. 3. cap. 21* Petrus Gregor. *hoc tit. cap. 5. à num.2. & cap. 16.* Sigiſm. à Bononia *hoc tit. dubio 111. num.3. & .1.* Iulius Lauorius *variar. lucubr. tit.4. cap. 18. num. 1.* Caſtellin. *de elect. Canon. cap. 3. num.2.verſ.1.*Tamburin. *de Iure Abbat. p.1.diſp.5. quæſt. 6. à num. 2.* Rota *in Cæſar. Auguſta. electionis 20. Maij* 1623. coram R. D. Coccino Decano.

2 † Et quòd vota lata extra Capitulum, non augeant numerum eligentium poſt factum Scrutinium, poſt Cardinalem, Hoſtienſ. Ioan. Andr. & Ancharanum *in dict. cap. in Geneſi*, docent citati per Ferentil. *in annotation. ad deciſion. Burat. 551. Litt. C. num. 13.*

3 Notandum verò eſt non eſſe ſpeciale in textu noſtro, ſed generale in omnibus explicandis per Capitulum actis, vt collegialiter,& ſimul in vnum conſenſus præſtetur, vt tradunt hic Abbas, *n.12. & in dict. c. in Geneſi num.7.*Buttius *in cap.auditis num.8.hoc tit.* Barboſa *de iure Eccleſiaſt. p.1. c.19. n.172.*qui ſubdunt vt etiam ante formam dicti cap. noſtri textus exigebatur conſenſus, vt in vnum, & certo tempore iuxta doctinam Bartoli *in l. & tuum §. dictamen. num.1.ff.de pactis*, & ibi Angelus *n.1.* & Butrius *in dict. cap. in Geneſi num.28.* poſtquam dixit formam dicti Capituli, non habere locum in electionibus inferiorum Dignitatum, ſubdit. *Si ille tamen actus ſpectet ad Capitulum à congregatis, vt Capitulum, & ſimul in vnum.*

4 Nec officit Cardinalis *conſ.103.num.20.*dum dixit ſufficere, quod Canonici ſingulariter conſentiant; dummodo in Capitulo; quia per illud aduerbium *ſingulariter*, non excludit ſimultaneum Capituli conſenſum, ſed excludit communem illam electionem poſt ſcrutinij publicationem ab vno nomine in Capituli per verba ſingularis nominis faciendam, vt in terminis habetur *in textu noſtro*,& *in dict.cap.in Geneſi*,vbi gloſſa *verb.Communiter*,& verbo *Repeti*, ibi, Abbas *notab.4. in 3. requiſito.* Barboſa *in dict. cap.19. num.175.* vbi etiam refert deciſum à Rota *in vna Hiſpalen. Canonic. 18. Februarij anno* 1619.coram Burato; *& inter impreſſas deciſ.380.*

5 Ad ſecundam quæſtionis partem, etſi aliqua dicam infra *in dict.cap.53.& 55. hoc tit.* reſpondeo reſolutiuè de iure requiri, vt facta ſuffragiorum publicatione, ſtatim fiat collatio votorum, reſpectu numeri, meriti, & zeli, ita vt non ſufficiat habere maiorem ſuffragiorum partem, ſed requiratur alterius eſſe ſaniorem, vt colligitur ext textu *hoc tit.* verſ. *vel maior, & ſanior pars Capituli.* Ludouicus Miranda *Prælator.regul.quæſt.23.art.26.in princ.& concluſ.* Tamburin. *de iure Abbat. dicta quæſt.6. num 33.*Iulius Lauor.*variar.lucub.dict.tit.4.cap.19. num.83.*vbi *num.84.*dicit quod particula illa *maior*, intelligitur reſpectu numeri; & alia *ſanior*,denotat authoritatem, zelum, & meritum electorum.

6 Item quod collatio zeli ad zelum fiat quando expenduntur intentiones eligentium. Et nùm bonus, vel malus ſit zelus ab effectu, & perſona electa, iudicandum eſſe an vita, moribus, doctrina, pietate, cæteriſquè virtutibus aliis præſtet, vel ſit inferior; an proximus eligentium, vt ex affectu Carnali videatur electus, & malo zelo vt dixerunt Petr. Gregor. *de elect.cap.16. num.14.* Iulius Lauorius *dict.cap.19. n.83.* Barboſa *dict. cap.19.lib.1.de iure Eccleſ. n.219.*

7 Ex quo obſeruant Abbas *conſ. 25. n. 24. lib.2.* & in textu noſtro *num. 5.* vbi etiam Barboſa *ſub num.27.*Franciſcus Marcus *deciſ.924.*Iulius Lauor. *dict. cap.19. num.85.* Barboſa *in dict.cap.19. n.220.* quod electio debet fieri à maiori parte comparatiue ad minorem partem omnium Congregatorum pro electione *ex cap.Eccleſia veſtra el.1.hoc tit.* vbi Abbas, & alij communiter, idem *conſ.25.num.4* verb. *conſtitutum in cap. omnes* cum multis *hic* Barboſa *ſub dicto num. 27.* & *in dict. cap. 19. num.227.* † Et quòd,quandoque electus à maiori parte præfertur, 8 veluti ſi à maiori parte electus, non ſit idoneus, & vbicumque electio ob culpam maioris partis deuoluitur ad minorem, vt ſentiunt Doctores per textum *in d.c. congregato 53.& cap. dudum 22. hoc tit.* quia illa maior pars, & ſanior cenſetur, quæ eſt Iuſtior,& maiori nititur ratione, & æquitate.Rota *in vna Toletana Canonica Penitentiarij* 1641. Barboſa *dict.cap.19 ſub num.224.*

9 Item quod in relato numero computantur olim qui in eadem electione votum habuerunt, vt dixit Abbas *in dict.cap. Eccleſia num.1.*Barboſa *ſub dict. num.27.hic* & *in dict.cap.19.ſub num.223.*& vtrobique vt non ſit habenda ratio in huiuſmodi comparatione de votis illorum, qui recedunt à loco, vbi facienda eſt electio, vt *in cap.cum nobis*,vbi Abbas *num.3.hoc tit.* Nec illorum, qui noluerunt votare, vt dixit gloſſa *in clem. quocirca*, verb. *quo in facto ante finem*, verſ. *& in his etiam*, vbi Vitalin. *n.29. verſ.aut fuerunt vocat.hoc tit.*Nauarr.*conſ.7.num.1. in nouiſ.*Fr.Eman.*quæſt regul.tom.2.quæſt. 52.* quos ſequuta eſt Rota *in dicta Cæſar. Auguſt.electionis.* 20. *Martij* 1623. coram Coccino Decano, quem laudat nominibus multis idem Barboſa *in d. c.19. de iure Eccleſiaſt num.224.*& cum aliis etiam tenet Barboſa hic *ſub dicto n.27.*

10 In praxi autem cum plura inconuenientia ex inueſtigatione quænam eſſet maior pars, & ſanior orirentur, & oporteret, quod omnia publicè coram ſcrutatoribus ſcriberentur, & coram omnibus, & publicarentur non ſolùm quoad numerum, ſed quoad perſonas, vt dixi *ſub quæſt. præced.* ideo Concilij congregatio *in cap.6.ſeſſ.25.* decreuit meritò,

ritò, vt in poſterum electiones per vota ſecreta fierent; ita vt ſingulorum nomina nunquam publicarentur, vt dixi latè *ſub dicta quæſt. præced.* & inde factum eſſe dicunt Franc. Marc. *deciſ.* 782. *num.*3. *p.* 3. Suarez *de relig. tom.*4. *tract.*3. *lib.* 2. *cap.*5. *n.*13. Sigiſmund. à Bonon. *de elect. dub.*38. *num.*8. Iulius Lauorius *variar. lucubrat. tit.* 4. *dict. cap.*19. *n.*89. Tamburin. *de iure Abbat. p.*2. *diſp.*5. *quæſt.* 9. *num.*21. Rota *in nullius, ſeu Pampien. Canonic. de Roncesual.* 22. *Maij* 1628. coram R. D. Dunozetto iuniori, Barboſa hic *dict. num.*27. verſ. *cum*, & *in dict. cap.* 19. *num.*222. vt valida reputetur electio à maiori votorum, ſeu ſuffragiorum numero, facta; dummodo ipſa vota ſint legitima, nec vllam patiantur exceptionem, & perſona digna eligatur: nam ſi perſona electa, indignior non ſit, ſemper maior pars Capituli ſanior præſumitur.

11 Pro complemento huius dubij adicies iuxta deciſionem textus noſtri requiri ſubſtantialiter, vt facta collatione, communis electio fiat, quæ eſt, veluti vnus actus totius Capituli, cui non intelligitur conſummari; donec vnus nomine eiuſdem Capituli, cui ipſum talem authoritatem dederit per verba ſingularis numeri loquatur, & eligat futurum Prælatum: ita Abbas hic *num.*11. verſ. *electio autem*, Franc. Marcus *dicta deciſ.*922. *num.*2. *lib.* 1. Iulius Lauor. *dicto tit.*4. *cap.*19. *num.*92. Tamburin. *de iure*
12 *Abbat. dict. p.*1. *q.*6. *num.*17. † Et quòd prædicta communis electio de ſubſtantia actus debeat fieri ſtatim poſt collationem votorum abſque vlla morali interruptione, dicunt idem Tamburin *dict. q.*6.
13 *num.*19. Iulius Lauor. *dict. cap.*19. *num.*94. † vbi ſubdit quod facta publicatione, concremantur ſchedulæ coram Capitulo, quod vel ſubſtantiale requirit, Tamburin. *dicta diſp.*5. *q.*12. *num.*13. per declarationem à S. memoriæ Pio V. viuæ vocis oraculo Cardinali cribello factam, quam referunt Caſtellin. *de elect. Canon. cap.*4. *n.*62. Fr. Eman. *in collect. priuilegior mendicant.* poſt Bullas eiuſdem Pontificis *ſub num.*4.

14 Igitur poſt dictam collationem, & declaratam electionem, ſi nulli de Capitulo ſit commiſſum, vt declaret electum, tunc fiet ab eo, qui Capitulo præeſt, vel qui primam vocem obtinent, iuxta verba, quæ referunt Suarez, & Barboſa relati *infra num.*21. nempè: *Placet ne vobis electionem publicari*, Reſp. *placet*, & deinde ſic ait: *Ego N. nominibus meo, & omnium, eligentium mihi in his conſentientium, inuocata gratia Spiritus Sancti, & glorioſiſſimæ Virginis Mariæ, & S. N. huius Eccleſiæ Patroni venerabilem virum ætatis legitimæ moribus grauem in ſacris Ordinibus conſtitutum, litteris competenter imbutum, de legitimo matrimonio natum, in ſpiritualibus, & temporalibus prouidum, & idoneum ſecundum Canonicas ſanctiones, in quem, collatione facta, omnes conſenſerunt (vel in quem maior pars conſenſit) in noſtrum, & dictæ Eccleſiæ Epiſcopum vel Abbatem, aut Priorem, ſeu Præpoſitum elige, electum pronuncio, & in communi coram vobis publico in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, Amen.* Quod ſi ſit compromiſſum dicet: *Ego N. compromiſſarius nomine meo, & ſociorum meorum compromiſſariorum virtute compromiſſi limitati in me, eligo N. in quem maior pars noſtrûm conſenſit*: Sic referunt relati infra *numero* 21.

15 Ad tertiam quæſtionis partem, ſuppoſitis quæ ſupra *in Rubr.* adduxi *ſub quæſt.*7. *à num.*40. de electione per ſortes; iam nunc dico, vt quoties in duas partes æquales ſe diuiſerunt partes, tunc de iure Metropolitani iudicio ille præferretur, qui maioribus iuuaretur ſtudiis, ac meritis, per regul. textus *in cap. ſi fortè* 63. *diſt.* gloſſ. *in cap. obeuntibus* 33. §. *nunc primo quæritur poſt medium*, verſ. *ſed quid* 63. *diſt.* & *in cap. Eccleſia veſtra el.*2. *hoc titulo*, verb. *non conſenſerit poſt medium*, verſ. *ſed quid*, vbi quod ſi par eſt zelus, numerus, & authoritas eligentium; tunc inde recurritur ad meritum electi, vt etiam tradunt Abbas *in dicto cap. Eccleſia veſtra*, *num.*25. verſ. *quandoque*, Turrecremata *in dict. cap. ſi fortè*, Innocent. *in cap. cum in iure hoc titulo*, Barboſa cum multis ex antiquis *in præcitatis locis*, & *de Iure Eccleſiaſt. dict. p.*1. *cap.*19. *ſub num.* 224. à verſ. *vbi verò*, Tyraquel. *de iure primog. quæſt.*17. *opinione* 3. *num.*2. *poſt medium*, verſ. & *in Capitulo*, Azor. *inſtit. moral. p.*2. *lib.*6. *c.*16 *quæſt.*40. F. Sigiſmund. à Bononia *de elect. dub.*47. *num.*9. verſ. *ſi verè vota*, Caſtr. Palao, *tom.*2. *tract.*13. *de benef. Eccleſ. diſputatione* 2. *puncto* 11. §.6. *num.*3. Rota *in Toletana Canonic.* coram Clem. VIII. relata per Nicolaum Garciam *de benef. p.*5. *c.*40. *n.*166. vbi *num.*169. refert duas Bullas, Leonis X. & Sixti IV. quibus cauetur ſuper prouiſione Præbendæ Doctoralis, & Magiſtralis in Eccleſiis Cathedral. Et quid faciendum quando hæc difficultas occurreret reſoluens, nempe faciendas eſſe informationes de ætate, nobilitate, ſanguinis puritate, & gradibus cuiuſque ex electis per illas duas partes eligentium, quibus factis à perſona, ſiue perſonis ipſorum eligentium, poſteaque perlectis, & arbitratis in Capitulo per ipſos votantes; ille tunc eligeretur, qui iuxta requiſita adducta, & alia magis alteri polleret.

Nec obſtat relatæ, iuridicæ, ac vſitatæ practicæ 16
(quam ego vidi practicari *anno* 1633. in Capitulo Conchen. in electione Præbendæ ſcripturæ inter D. D. Antonium Paynum, cui adiudicata fuit, qui nũc eſt Archiepiſcopus Burgen. poſt Epiſcopatum Aurien. & Zamoren. & Doctorem D. Franciſcum Barrientos, tunc Canonic. Magiſtrat. Granaten. qui obiit Magiſtral. Hiſpalen.) textus *in cap. Cumana*, & *in dict. cap. in Geneſi*, & *cap. Eccleſia veſtra hoc tit.* vbi Abbas *num.* 13. poſt medium, verſ. *ante omnia*, probantes neutram electionem in paritate votorum eſſe validam, cum neutra dici poſſit facta à maiori parte Capituli; quia procedunt, vbi cum paritate vocum, concurrit etiam parilitas meritorum, omniumque aliarum qualitatum, vt clarè apparet ex eorum lectura, ſecus vbi cum paritate vocum merita ſunt inæqualia; quia tunc iuxta diſpoſitionem *dicti cap. ſi fortè*. dignior eſt eligendus, vt admittit etiam gloſſa *in dict. cap. Eccleſia veſtra* ex aduerſo citata *verb. conſenſerit*.

Verùm ſi vrgeas, dicendo quod quando vota 17
ſunt paria, deficit in vnoquoque conſenſus maioris partis Capituli qui tamen eſſentialiter requiritur in qualibet electione, adhuc reſpondeo cum gloſſa *in dicto cap. in Geneſi* verb. *ad cælum*, & in textu noſtro in figuratione caſus in verbo *& ſic collat.* & ex Innocentio *in cap. dudum num.*2. verſ. *ſanitas hoc tit.* & ex Bartolo *in l. teſtium num* 1 *ff. de teſtibus*, quòd vbi electus in paritate votorum excedit in meritis, dicitur habere conſenſum maioris, & ſanioris partis Capituli; quia maioritas, & ſanioritas non coaleſcit ſolum ex numero eligentium; ſed etiam ex meritis electorum & dignitate eligentium, cum quibus in paritate numeri, efficitur maior, & ſanior pars: pro quo faciunt verba Bullæ *dict.* Sixti IV. ibi: *Illi de nobili genere procreati forent aliis non nobilibus, & inter ipſos nobiles, qui ex vtroque parente, nobiles forent nobilibus ex altero, & inter ex vtroque, vel*

vno

vno latere nobiles de maiori nobilium genere procreatis, per eoſdem ordinarios collatores, & capitula præligantur; qui ſi in eadem Eccleſia, & alias ſic qualificati reperiantur, aliis præferatur; ſicque perpetuis temporibus obſeruetur.

18 Prædictæ tamen deciſioni videtur obſtare alia ex verbis Bullæ relatæ Leonis X. quam etiam plenè ad litterá refert citatus *ſuprà* Nicolaus Garcia omnino legendus pro requiſitis in electionibus Canonicatuum Doctoral., & Magiſtral. in Eccleſiis Cathedralibus Regnorum Caſtellæ, & Legion. qui *à num.* 170. vſque *ad* 235. plenè expendens dubia, quæ excitari poſſunt pro intelligentia dictarum Bullarum, à quo reſolutiuè dico; quòd etſi per dictam Bullam illicò, ex quo electi ſunt duo in paritate votorum, ſors dirimat inter illos diſſidium, iuxta verba ibi: *Etſi vltimo duo habuerint paritatem votorum, etiam ſorte dirimatur, & ſors loco electionis, & prouiſionis habeatur*, &c. Et quia idem Garcia cum multis *à num.* 204. adducens, & probans cum aliis ex regula textus *in cap. fin. de ſortilegiis*; vt licet ſint ſortes prohibitæ in electionibus ad beneficia, ſeu officia Eccleſiaſtica; tamen hic ſpeciali-
19 ter à Papa permitti. † Et quamuis iterum ibi dubitet, an verò prius ad qualitates; ita vt nobilis præferetur non nobili, & magis nobilis minus nobili, & beneficiatus in eadem Eccleſia non beneficiato, iuxta dictam Bullam Sixti IV. & *à num.* 208. reprobet omnino praxim, & ſententiam multorum, quos ibi refert, *à n.* 206. dicentium prius deueniendum eſſe ad dictas qualitates, referens *à num.* 206. etiam alia retro temporibus exempla Eccleſiarum, Placent; Toletanæ, Gienienſ. & Abulenſ. vbi abſque acceſſione ad ſortes de qualitatibus prætendentium actum fuit, iuxta quas, magis idoneo adiudicata fuit Præbenda litigata ex paritate votorum; quemadmodum, vt iam dixi vidi in Conchen. Eccleſia practicari cum D.D. Antonio Payno, & D.D. Franc. Barrientos; ipſeque affirmet illico, habita qualitate votorum, ſorte diſſidium dirimendum, non obſtante verba dictæ Bullæ Sixti IV. dicens eius diſpoſitionem quantum ad hoc, ſublatam eſſe per Bullam dict. Leonis X. etſi in aliis ſit confirmata, & ex eo etiam; quia ſi prius deuenietur ad probandum poſt æqualitatem votorum, qualitates etiam nobilitatis, Dignitatis, ac gradus coopp oſitorum; nunquam, aut raró deuenietur ad ſortes, cum moraliter loquendo non daretur caſus, quod vterque eſſet nobilis, & vnus non magis nobilis altero, ſed æquè nobilis. Tamen non obſtante eius doctrina vidi practicari vſque ad noſtra tempora, niſi inter ipſos cooppoſitores habentes votorum æqualitatem, alter alteri ceſſerit, vt vidi Salmanticæ practicari in illa Cathedrali inter D.D. Ioannem Chalaz Collegam D. Bartholomei, & D.D. Didacum Medina Franceſ. Collegam D. Iacobi, vulgo, *del Arçobiſpo*, qui ceſſit reſeruata ſibi penſione ſoluenda per dictum Chalaz, & in dict. Abulen. Eccleſia inter D. Antonium Caſtañon. Colleg. dicti Collegij *del Arçobiſpo* nunc iam electum Canonicum Pœnitentiarium Eccleſiæ Toletanæ, & Doct. D. Paton. de Ayala Colleg. Collegij maioris Obeten. apud Salman. nunc Magiſtrum noſtræ Infantis Margaritæ de quorum conſenſu poſt æqualitatem votorum fuit deuentum ad ſortem, quæ obtigit D.D. Antonio Caſtañon. Sed de his videbis notata ſuprà *in Rubrica queſt.* 7. *à num* 40. vbi de electionibus antiquis per ſortitionem factis etiam in officiis temporalibus & Eccleſiaſticis.

20 Verùm quia ex hoc modo prouidendi experta fuerunt diſſidia plura; imò & iniurioſa, etiam extraiudicialiter aduerſus ſanguinem, puritatem, ac nobilitatem aſcendentium, & collateralium etiam deſcendentium ſic contendentium; quamuis pro parte Eccleſiarum horum Regnorum Caſtellæ, & Legionen. inſtanter petitum fuit, vt illico ab ipſa æqualitate votorum deueniretur ad ſortes; & quod nunquam certaretur ſuper qualitatibus oppoſitorum, vt mihi ore informauit D.D. Ioannes de Aſtorga, Canonicus, & Dignitas Eccleſiæ D. Iacobi in hac Curia Matriten. ad præſens agens procurator pro toto ſtatu Eccleſiarum horum Regnorum; & quod ſortium iudicium eſſet periculis plenum, fallax, ac nimis calumnioſum; Tandem poſt longam diſcuſſionem, Alex. Papa VII. qui nunc viuit, vtinam ad annos multos, ſuis litteris expeditis anno ab Incarnatione Domini milleſimo, ſexcenteſimo, quinquageſimo ſexto, ſexto nonas Octobris, ſui Pontificatus *anno* 2. voluit, ac decreuit, vt de cætero perpetuis futuris temporibus indicta vocum paritate, ſola ætatis concurrentium ratio haberetur; ita vt quotieſcumque de cætero in electionibus prædictis eligentium paria vota fuerint in dicta paritate, ille qui ætate maior fuerit alteri ætate minori, remota ſorte; & qualibet alia ratione, ſeu conſideratione qualitatis, omnino præferri ille, qui de ſimilibus Canonicatibus, & Præbendis prouideri, & de illis prouiſus in poſſeſſione ipſorum Canonicatus, & Præbendarum vocantium immitti omnino deberet, ſeruata alias forma litterarum Apoſtolicarum ſuper modo prouidendi, vti ante præſens ſtatutum, &c. Quarum litterarum tranſumptum infra *num. fin.* leges.

Circa decretum aſſumendi aliquem per Capitulum, Decanum, vel compromiſſarium, in Epiſcopum, Canonicum, Abbatem, Præpoſitum, ſeu Priorem, leges Barboſam *de Iure Eccleſiaſt. dict. p.* 1. *cap.* 19. *ſub iam dict. num.* 225. cum Tamburino *de Iure Abbat. dict. p.* 1. *queſt.* 6. *numero* 17. & 19. Suarez *de religione tom.* 4. *tract.* 8. *lib.* 2. *cap.* 5. *numero* 8. *ad finem*, vbi eandem formam ſcribit, & ponit relatus Barboſa, quam nunquam vidi, ſic ordinatim in electionibus Canonicatuum obſeruari, ac repeti; ſed ipſam leges ſupra *numero* 14. 21

Ad vltimam quæſtionis partem, adiunctis, & viſis, quæ dixi *ſub cap. quia, de iudiciis queſt.* 24. *per totam*, vbi de ſubrogato in ius alterius circa beneficia; item & de iure colligantis in Capellaniis iuris Patronatus, & habito reſpectu ad tempus, in quo practicabatur diſcuſſio qualitatum oppoſitorum, modo iam dicto, *ſub verſ. ad tertiam.* Reſpondeo, quod ſi vnus moreretur, tunc iam ceſſaret omnis eius habilitas, nec poſſet eſſe locus vlteriori diſcuſſioni ex defectu poſitiui, ſine quo fieri non poteſt comparatio; quia per obitum vnius electi, res deuenit ad eum ſtatum, vt beneficium eſſet neceſſario adiudicandum coëlecto ſuperſtiti, exemplo ceſſionis, per quam coëlecto renunciatario non acquiritur nouum ius vltra proprium. Plura tradit videnda ex multis Barboſa *dict. cap.* 19. *ſub numero* 245. ſub verſ. *debet igitur*, & Nicolaus Garcia *de benef. p* 9. *cap.* 2. *numero* 221. 22
† Vbi quod cedente, vel decedente altero coë- 23
lecto, antequam electio ſortiatur effectum, aperiatur via ſuperſtiti, illiquè debeatur Canonicatus, ſeu beneficium, etiam ſi defunctus eſſet magis idoneus; dummodo ſuperſtes ſit habilis, qui ex multis latè diſtinguit, qui iterum *dict. p.* 5. *cap.* 4. *ſub num.* 212. poſtquam dicit, † quod ſi duo eſſent pa- 24
res

res in votis, & vnus eorum ob aliquam cauſam, etiam occultam, eſſet inhabilis, vel indignus, ad Canonicatum, non eſſet locus deueniendi ad ſortes, vel ad qualitates Bullæ Sixti & Leon. X. niſi inter habiles, idoneos, & dignos. Quod ſi inhabilis eſſet electus à maiori parte, non ideo ſequens in votis, deberet manere cum Canonicatu, ſed eſſet facienda noua electio, cum nouo concurſu, niſi illa maior pars ſcienter, ſeu culpabiliter illum elegiſſet *ex cap. 22. cap. 23.* cum aliis huius tituli. Et iuuantur hæc omnia ex his quæ dixi *de ſubrogandis collitigantibus in cap. quia v. de Iudiciis quæſt.* 24. & *in tit. vt lite pendente.*

25 Sed negari non poteſt ex dictis, quin ius illud, quod ex vi electionis in paritate votorum erat æqualiter indeterminatum ad vtrumque per mortem vnius, totum remaneat apud ſuperſtitem; non quidem ex noua acquiſitione, ſed ex determinatione ſui iuris; & quia remotionem competitoris, ſuperſtes remanet neceſſariò incluſus iure proprio. Nam vbi diſpoſitio, aut materia comprehendit indeterminatè, duo ſuppoſita, illud in quo per euentum ſubſequentem, terminatur, ipſa diſpoſitio habetur, ac ſi ab initio in ea ſpecialiter, & determinate comprehenſum fuiſſet; quod autem ante determinationem deficit per mortem, aut alio modo mutat ſtatum, habetur ac ſi ab initio non fuiſſet comprehenſum, *cap. nam & ego de verb. ſignif.* & *cap. paſtoralis in fine de reſcript.* Tiraquel. *de iure Primog. q. 40. num.* 198. Etenim quando electio debet eſſe vnius ex duobus, deficiente vno, neceſſaria remanet electio de ſuperſtite, iuxta *reg. l. ſtichum, aut Pamphilum* 95. *§. quod ſi promiſeris ff. de ſolut.* & notat ibidem Alber. *in princ.* & *num.* 1 *in fine, & 2. poſt med. verſ. vnde*, & Bart. *num.* 1. verſ. *venio ad ſecundum*, & *num.* 5. *poſt med.* verſ. *ſi arte*, & concludit Bald. *conſ.* 324. *num.* 1. *col.* 2. verſ. *nam conditio lib.* 2. Garcia *de benef. p.* 9. *cap.* 2. *n.* 221.

26 Vnde ſi dubites, an ſi concurſu facto, deſiſtat magis idoneus ex reliquis oppoſitoribus, ſit eligendus magis idoneus, vel faciendus ſit alius concurſus, propoſito nouo edicto, In quo cum Nauarro *conſ.* 11. *num.* 3. *de reſcript.* Zerola *in praxi Epiſcop. p.* 2. *verb. concurſus* §. 25. exiſtimo diſtinguendum; quod ſi ante factam per ordinarium electionem, ſeu nominatione de magis idoneo, ille deſiſtat, non eſt faciendus nouus concurſus, ſed ex reliquis oppoſitoribus, eligendus eſt magis idoneus intra eundem terminum. Si enim nondum ſequuta electio, ſeu nominatio magis idonei reperti ex approbatis, non dicitur finitus primus concurſus; ſi facta per ordinarium electione, ſeu nominatione de magis idoneo reperto, ille deſiſtat, ſeu cedat, vel decedat, non poterit eligi alius ex oppoſitoribus eiuſdem concurſus, qui per electionem ſemel factam finitus eſt, & conſequenter faciendus erit nouus concurſus, poſito nouo edicto, quod intelligit Garcia *dict. 9. p. num. 224. cap.* 2. quando ille electus deſiſtit, cedit, aut decedit ante lapſum quadrimeſtre, datum per Conſt. Pij V. ad ſignificandum Papæ, alias infra quadrimeſtre, non facta ſignificatione, diſpoſitio ad Papam liberè deuoluatur, etiam ſi Epiſcopus dediſſet literas electo ad Papæ ſignificandum, quidquid dicat Zerola, & Nauar.

27 *In nomine Sanctiſſimæ, & indiuiduæ Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, Amen. Omnibus, & ſingulis præſens publicum tranſumpti Inſtrumentum viſuris, lecturis, & audituris notum ſit, & manifeſtum, quod anno à Natiuitate Domini noſtri Ieſu Chriſti M. DC. LVI. Indictione nona, die verò vigeſima ſexta menſis Octobris, Pontificatus autem Sanctiſſimi in Chriſto Patris Domini Alexandri Diuina prouidentia Papæ Septimi anno eiuſ ſecundo. Ego Notarius publicus infra ſcriptus vidi, legi, & diligenter inſpexi Litteras Apoſtolicas ſub plumbo, more Romanæ Curiæ expeditas, ſanas ſiquidem, & integras, nec in aliqua ſui parte ſuſpectas tenoris ſequentis. videlicet.*

Alexander Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei Ad perpetuam rei memoriam. Romanus Pontifex in ſuprema dignitatis culmine, & Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine à Deo conſtitutus, ad ea principaliter, quæ diſcordiis, & inimicitiis inter perſonas quaſlibet præſertim eruditas, & nobilitate pollentes exoriri poſſent obuiatur libenter intendit, & deſuper officij ſui partes fauorabiliter interponit, prout id conſpicit in Domino ſalubriter expedire. Sanè cum ſicut accepimus in electione Canonicatuum, & præbendarum in ſingulis Cathedralibus, & Metropolitanis Eccleſiis Regnorum Caſtellæ, & Legionis, de quibus ad electionem per vota ſecreta venerabilium fratrum noſtrorum Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, & dilectorum filiorum Capitulorum præuio examine in concurſu prouideri debet, & ſolet, & ex indultis Apoſtolicis habenda ſit ratio nobilitatis, & maioris nobilitatis concurrentium, & in paritate votorum de hac eadem nobilitate pro prælatione electi, in paritate votorum rationem habere conſuetudo inoleuerit, prout, & paritatem ipſam in certis caſibus ſorte deſignanda eadem indulta permittant, cùm verò ſortis iudicium in hac materia fallax, & periculoſum nimis exiſtat, diſcuſſio verò nobilitatis magnas plerumque diſcordias, & calumnias, ac inimicitias inter perſonas, & familias excitare ſoleat, ex quibus gratia interdum ſcandala ſuborta fuerunt, illaquè deinceps ſuboriri poſſint cum perturbatione Eccleſiarum, & Capitulorum huiuſmodi, nec non diuerſarum familiarum nobilium, & principalium principaliter æmulationem concurrentium, qui vt ſibi ipſis patrocinantibus aliorum defectus, & familiarum maculas allegare, etiam contra communem honoris æſtimationem non deſinunt, indequè ortis grauiſſimis litigiis, & controuerſiis, uſquè diutius agitatis, Eccleſiæ interim debito ſeruitio careant, Nos Paſtorali cura Eccleſiarum prædictarum, illarumquè Præſulum, & Capitulorum, necnon familiarum huiuſmodi, vtilitati, quieti, & tranquillitati conſulere deſiderantes motu proprio, & ex certa ſcientia, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine perpetuò ſtatuimus, & ordinamus, quod de cætero perpetuis futuris temporibus in dicta vocum paritate ſola ætatis concurrentium ratio habeatur, ita vt quotieſcumque de cætero in electionibus prædictis eligentium paria vota fuerint in dicta paritate, ille qui ætate maior fuerit, alteri ætati minori remota ſorte, & qualibet alia ratione, ſeu conſideratione qualitatis, gradus, aut cuiuſlibet, etiam inſignis, aut primariæ nobilitatis, omninò præferri, illique de ſimilibus Canonicatibus, & Præbendis prouideri, & de illis prouiſus in poſſeſſione ipſorum Canonicatuum, & Præbendarum vacantium immitti omninò debeat, ſeruato tamen aliàs forma Litterarum, & indultorum Apoſtolicorum ſuper modo, & forma prouidendi de ſimilibus Canonicatibus, & Præbendis, vti ante præſens noſtrum ſtatutum, decernentes præſentes litteras ſemper, & perpetuò validas, & efficaces fore, & eſſe, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtineri, neque ab illis vllo vnquam tempore reſiliri, aut recedi poſſe, neque debere, ſicque, & non aliàs per quoſcumque

Iudices

Iudices ordinarios, vel delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, & de Latere Legatos, dictaque Sedis Nuntios ſublata eis, & eorum cuilibet aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & authoritate iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecùs ſuper his à quoquam quauis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, non obſtantibus præmiſſis, ac fœlicis recordationis Sixti Papæ Quarti, ac Leonis Decimi, necnon Gregorij Decimiquinti, & aliorum Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum Litteris, ſeu conſtitutionibus deſuper in contrarium forſan editis, ac in vniuerſalibus, Prouincialibus, & Synodalibus Conciliis editis ſpecialibus, vel generalibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon Eccleſiarum Cathedralium, & Metropolitanarum huiuſmodi, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegiis quoquè indultis, & litteris Apoſtolicis huiuſmodi, illiſquè, eorumquè Capitulis, & Canonicis, aliiſquè ſuperioribus, & perſonis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis in contrarium quomodolibet conceſſis, approbatis, & innouatis, quibus omnibus, & ſingulis, etiam ſi de illis, eorumquè totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, ac indiuidua, non autem per dictas generales idem importantes mentio, aut quæuis alia expreſſio habenda, aut alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitùs omiſſo, ac forma in illis tradita obſeruata inſerti forent præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis habentes illis, aliàs in ſuo robore permanſuris latiſſimè hac vice dumtaxat harum ſeriè ſpecialiter, & expreſsè motu pari derogamus, cæteriſquè contrariis quibuſcumque. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ derogationis ſtatuti, ordinationis, & decreti infringere, vel ei auſu temerario contraire, ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem, anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſexcenteſimo quinquageſimo ſexto, ſexto nonas Octobris, Pontificatus noſtri anno ſecundo.

Quas quidem litteras Apoſtolicas ego Notarius publicus infraſcriptus ad me reuerenter, vt decet receptas, ipſis viſis, & diligenter inſpectis præſens publicum tranſumpti Inſtrumentum confeci, ac ritè collationatum cum ſuis originalibus Litteris concordare, reperi, ſignoquè, ſubſcriptione meis ſolitis muniui, & eidem præſenti inſtrumento ſtetur, firmiterquè credatur in iudicio, & etiam illud perindè, ac ſi Litteræ originales oſtenſæ forent. Super quibus omnibus petitum fuit à me Notario infraſcripto fieri præſens publicum inſtrumentum actum etiam Romæ ſub anno, indictione, die, menſe, Pontificatu, quibus ſuprà, præſentibus ibidem Dominis Ioanne Cloes, & Claudio Marco teſtibus ad præmiſſa habitis, atque rogatis, præinſerto huiuſmodi Apo. cum ſuo originali reuiſo concordat. Ioachimus Baltaimus Officialis deputatus, Ioannes Cardinalis Pro Dat. Ego Aurelius Pulotus Reuerendæ Cameræ Apoſtolicæ Notarius de præmiſſis rogatus præſens tranſumpti inſtrumentum ſubſcripſi, & publicaui requiſitus, &c. Locus † Sigilli.

QVÆSTIO IV.

An electio facta de quodam religioſo in Abbatem à conuentualibus vocalibus, quibus competit ius eligendi intra tres dies loco Abbatis demortui, poſſit nulla dici, eo quod Pater Generalis opponat ſibi illud eligendi ius competere iure deuoluto. Et an lis ſuper hoc mota ſit ſupplantanda in prima inſtantia coram Illuſtriſſimo legato Nuncio Pontificis in his partibus exiſtente, ſeu ſpectet ad ipſum Reuerend. P. Generalem, aut ad ſolum Romanum Pontificem? Et nùm à conuentualibus electi interim; dum lis durat competat manutentionis ius.

SVMMARIVM.

1 *Factum refertur ſpectans ad electionem de Abbate factam de Patre Aguaio in Cænobio* de Sahagun *Benedictinorum, & de illius contradictione à Patre Generali Sylua.*

2 *Lis ſuper electione Patris Aguaio in Abbatem* de Sahagun *rixam, & clamorem cauſauit.*

3 *Pater Aguaio in Abbatem de* Sahagun *ſuadetur ritè, ac rectè electus*, num. ſequentibus *&* n. 9. 10. & 11.

4 *Illuſtriſſimus Nuncius legatus Hiſpaniæ videtur, vt iure pleno mandauerit confirmandam eſſe electionem de Patre Aguaio in Abbatem Cænobij* de Sahagun, & num. 5. 6. 7.

5 *Bulla Vrbani VIII. refertur, qua probatur Nuncium Hiſpaniæ poſſe cognoſcere in prima inſtantia de cauſis Religioſorum, non obſtantibus aliis Bullis*, vt n. 6. & 7.

7 *Bulla, quæ derogat aliis, vt ipſa ceſſet per aliam noniorem, debet in hac mentionari & abrogari.*

8 *Illuſtriſſimus Nuncius Hiſpanus conſuetudine, vſu, & ſtylo cognoſcit in prima inſtantia de cauſis Religioſorum, etiam circa electiones, vt exemplificatur in quibuſdam Cænobij S. Benedicti.*

9 *Electioni iuridicè facienda de iure communi aſſignatus eſt terminus trium menſium inter Religioſos ſub pœna nullitatis factæ extra illum.*

10 *Vocales requiſiti, vt eligant, ſi id omittant, nihil videntur facere, ſi termino tranſacto, eligant.*

12 *Conſiliarij ſupremi Caſtellæ nùm ſuper electionibus regularium poſſint ſe intromittere remedio politico, quod vocatur* per viam violentiæ, *& numeris ſequentibus.*

13 *Pater Generalis S. Benedicti fundat, nec illuſtriſſimum Nuncium, nec eius auditorem potuiſſe manutenere Patrem Aguaium electum in Abbatem Cænoby* de Sahagun, *electionemque illam fuiſſe nullam & contra formam conſtitutionem Benedictinorum* & num. ſeqq. *& reſpondet fundamentis contrariis.*

19 *Manutentio de Patre Aguaio fuit vt nulla declarata à Conſiliariis Caſtellæ declarando vim illuſtriſſimum Nuncium intuliſſe.*

Acertimæ

1 ACerrima fuit contentio in præſenti hoc anno 1661. inter R.P.F.Didacũ de Sylua Generalem Benedictinorum Monachorũ in hac noſtra Caſtellana Prouincia,& Fr.Eldifonſum de Aguaio tũc Conuentualem illius antiqui,atque grauiſſimi Cænobij exiſtentis in veteri Caſtella oppidi nobiliſſimi nominati *Sahagun*. Et omiſſis pluribus accidentalibus,ſchandalũ non leue parturientibus,breuiter caſus ſpecie recenſita ad deciſionem dubiorum perueniemus,& contingit modo ſequenti.

Mortuo M.Fr.Hieronym. de Belarde tũc Abbate die 2.menſis Septemb.1660.quia electio intermedia alterius ex Monachis Cõuentualibus dicti Cænobij ſpectat indulto ad vocales cõuentus, ipſi perſtiterũt vt intra triduũ P.Fr.Bartho.Buſtamante,cui vt Prior incumbebat conuocare fratres,vt de nouo eligerent, turbata ab illo electione,quando iam Fratres in vnũ erant congregati in fine vltimi diei. Et poſt repetitas requiſitiones, vt dictus Prior cõgregaret votãtes, tunc ipſe,decreto expedito,cum pœna cenſurarum contra innouantes,per quod cauſam remiſit ad R.P. Generalem,factisquè aliis requiſitionibus,dum cõſultatio pẽderet Generali facta,& abſente à Cõuentu dicto Patre Priori,perſtiterunt idẽ votantes vt alter, qui fuit nominatus Prior cõuocaret iterũ ad electionem faciendã,& elegerunt dict.R.P. Aguaium vnanimiter,vno ſolo voto cõtradicente,qui acceptus in talem Abbatẽ,petens confirmari à dicto R.P. Generali hic Matriti commorante,noluit illũ confirmare;ob quod iã tempore multo tranſacto,dict. P. Aguaio recurrit ad Legatum Nuncium Põtificis in hac Curia Matrit.exiſtentẽ,vt mandaret quod dict. R.P.General. illũ confirmaret,aut præſtaret rationẽ quare non,dict.R. comparuũ coram dict.Auditore dicti Nuncij, proteſtans ſubimet competere cognitionem illius caſus in prima inſtantia,& poſt eã conſumptam ſpectare ad definitorium ſuæ religionis,& in tertio gradu ad Capitulũ generale;& deinde immediatè ad ſedem ipſam Apoſtolicã,addens petiit, vt ſi in eius declinatoria intentata,admitti recuſaretur,talis electio attentata pronunciaretur, tam quia facta fuerit extra tempus,quàm per nullitates,tã in forma,quàm inhabilitate votantium,qui eã fecerũt; è contra verò dicendo dict.Patr.Aguaio electionem de ſe factam eſſe legitimã,& Canonicam,quã dict. R. P. Generalis debuerat confirmare. Liteque proſequuta,& declarato ſe legitimo Iudice Nuncio legato,iudicialiter vſque ad vltimum proſequuta,auditisque litteratiſſimis Aduocatis vtrinque,& manutẽtus dict.P.Fr.Eldifonſ. Aguaio, lite ipſa pro parte dict.R.P.Gener.per viam violentiæ ad Aulã Gubernij Cõſilij ſupremi Caſtellæ,iterũ relatione facta,& auditis illis,& aliis Aduocatis ad longum informantibus,declaratum fuit ab illis Aulæ doctiſſimis,atque expertiſſimis Iudicibus Cõſiliariis,Nunciũ ſuæ ſanctitatis vim intuliſſe,remiſeruntquè cauſam ad Iudicem, ſiue Iudices,quibus de iure cõpetebat cognitio.

2 Super hoc facto fuit tota diſſidij atque cõtrouerſiæ lis clamore plena vulgò (*ruidoſſa*,)& pro parte
3 dict.P.Fr.Eldifon. de Aguaio † fuit in iure deductũ electionem de eo fuiſſe legitimã,& manutenendum in ea,recteque vocales Cænobij *de Sabagun*. conuocatos fuiſſe,feciſſeque electionẽ de eo,non tranſgrediendo formã noſtri *c.quia propter cum ſuis* §§.item quia de hoc cognoſcere pertinet ad Nuncium legatum horum Regnorũ, & hanc vltimam partẽ fundat;quia cũ iuxta conſtitutionẽ ſui ordinis *c.21.n.5. tit.de los Abades nuenancate electos*, diſpoſitũ reperiatur,vt confirmationes Abbatum ſic electorũ intra triduũ petãtur à R.P.Generali proprij ordinis,in quo termino remiſſio electionis fuit facta per electores, vt confirmaretur ab eo,tunc hic Matriti exiſtente,atque diſtante à dicto Cænobio *de Sahagun*,plus quã Diætis quatuor,& ex arreptione itineris ſubueniatur appellãs iuxta quæ lõgè dico *in tit.infra de Cler.peregrin.l.2.*ac notaui *in c ſuggeſtũ de appel.* ſequitur non potuiſſe P. Generalem incarcerare Nuncium electionis,& minus negare confirmationẽ,iuxta quę dixi longiſſimè de confirmatione electionis ſupra *in hoc tit. ſub c.* 15. & inde attentaſſe,ne dicatur malè exegiſſe dict.R.P.Gener. incarcerãdo dict.Nunciũ, ac per ius deuolutum alium in Abbatem eligendo.

Et ſic optimo iure dict.Legat.Nuncium mandaſſe 4 ſuo decreto cum audientia,vt dict.P.Gener.dictam electionem *de Aguaio* factam confirmaſſet,vt Iudex legitimus Ordinarius in tali euentu omniũ exemptorum,& de eorũ cauſis ad notata per Bobadil.*in Politica l.2.c.17.&* 18. D.Salgado *de Regia protect.p.1. c.1.*Barboſ.*voto* 4.*n.*123.ibi, *Eo maximè,quia agitur inter religioſos,& de cauſis merè religioſis,quæ a tribunali illuſtriſſimi,& reuerendiſſimi Domini Nuncij extrahi non poſſunt.*Cochiet.*de iuriſdict. ordinar. in exemptos tom.1.p.2.q.2 & q 32.n.5.cũ infinitis* idem 4.*p.q.3.n.1.*dicens D.Nuncium concurrere cũ quacumque alia iuriſdictione Abbatum,Epiſcoporum, & Archiepiſcoporũ,repræſentareque ſedẽ Apoſtolicam iuxta gloſſam *c.ſi Abb.36.de elect.*Ioan. Andreas *in c.1.de verb.ſignificat* Gonzalez *ad regul.*8. *Cãcel.gloſſa* 12.*n* 30.Aluarus Valaſc.*conſ.62.n.1.* & comprobabuntur ex dicendis infra *de officio Legati.*

Quod fulciri videtur ex verbis Bullæ Vrban.VIII. 5 expeditæ die 27.Aprilis anni 1604.quæ loquens de rebus circa quas illuſtriſſimus Nuncius poteſt ſe intromittere,in verbis ſequentibus de regularibus loquitur:*Quod verò ad perſonas regulares à iuriſdictione ordinariorũ exemptas,ac immediatè ſedi Apoſtolicæ, & conſequenter eius Nuncijs ſubiectas, in primis, & ante omnia reuocantes quæcumque priuilegia , ac exemptiones cõceſſas cuiuſuis Ordini mendicantium, vel Monachorũ Sancti Benedicti,Ciſtercienſiũ, Præmonſtratenſiũ,aut aliis, de quibus ſpecialis mẽtio fieri debeat, vel cuicumque Congregationi, aut Societati, etiam Ieſu,etiam particulari nota digna,cum ſacrum Conſiliũ Trident.per diſpoſitionem c cauſa omnes ſeſſ. 24.de reform. regul.non comprehendat ; prout fuit à Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris declaratum volumus,vt ab omnibus prædictis,idem Nuncius pro ordinario,& ſuperiore agnoſcatur.*

Et hac de cauſa,licèt aliis Bullis antiquioribus in- 6 fra referẽdis,datum ſit Benedictinis,ne cognoſcantur ab aliis,quã à Põtificibus. Et deinde anno præterito 1658.illis in Curia Romana præſentatis corã Auditore Cameræ Apoſtolicæ, qui præcepit,vt cuſtodirẽtur,ac obſeruarentur, nõ obſtat quia præterquam quod poteſt dubitari de tali iuriſdictione in Auditore Cameræ,per illa,quæ dixi *de eius officio,& miniſterio* infra *ſub c.5.de officio Vicarij*. Tamẽ quia expreſſius in Bulla D.Vrban.VIII. D. Nuncio datã eſt facultas relata,quę reuocat expreſsè omnia antecedentia religionis priuilegia iterum in verbis ſequentibus:*Nõ obſtantibus præmiſſis,ac Apoſtolicis & Concilijs vniuerſalibus,ac ſpecialibus conſtitutionibus & ordinationibus, necnon Cancellariæ noſtræ Apoſtolicæ regulis;& quatenus opus fuerit illa de iure quæſito non tollendo, ac quarumcumque Eccleſiarum,ordinum, Congregationum, & inſtitutorum regularium, etiam Societatis Ieſu,necnõ quorumvis locorum Regnorum prædictorum, etiam iuramento , confirmatione Apoſtolica,vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis,& conſuetudinibus,priuilegiis quoque,indultis,&*

litteris Apoſtolicis eiſdem Nunciis, & quibusvis Eccleſiis, Ordinibus & Cõgregationibus inſtitutis, ac ſocietati huiuſmodi, illorũq; Præſulibus Capitulis, Magiſtris, Superioribus quomodolibet nũcupatis, & perſonis, locisq; quibuſlibet, ſub quibuſcumque tenore, & formis, ac cũ quibuſvis, etiã derogatoriarũ derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis, clauſulis irritantibuſque, & aliis decretis in genere, vel in ſpecie, etiam motu, ſcientia, deliberatione, & poteſtatis plenitudine, ſimilibus etiam conſiſtorialiter, ac alias in cõtrarium præmiſſorũ pro tempore quomodolibet conceſſis, & confirmatis, & innouatis; quibus omnibus, & ſingulis etiãſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret, illorum omnium, & ſingulorum tenoribus præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis, & ad verbum inſertis habentes.

7 Ex cuius verbis cum tot inſertis clauſulis; præcipuè *quorum tenores*, & *cum derogatoriis derogatoriarum*, ſatis apertè patet reuocari omnes Bullas antecedentes, nec de nouo concedendas valorẽ accipere, niſi de hoc fieret mentio iuxta doctrinam, quam expendi ſupra *ſub c. cæterum* 4. & alibi *de reſcript.* nec de prioribus reſtat dubium per illa, quæ docẽt DD. per textũ *ibi in c. alma mater, §. fin. de ſentent. excom.* Paciſ. *conſ.* 42. *n.* 15. & 16. *lib.* 4. Peña *deciſ.* 498. Othobon. *deciſ.* 22. *n.* 14. Greg. XV. *deciſ.* 109. *n.* 11. & *deciſ.* 240. *n.* 2. vbi Beltram. Butr. *conſ.* 2. *num.* 2. Mohedan. *deciſ.* 1. *de reſcript.* Puteus *deciſ.* 104. *l.* 1. Barboſa *de clauſulis, clauſula* 227. per varios numeros, & apertius ſi conſideret dictum Auditorem Cameræ Apoſtolicæ ſolum habere Iuriſdictionem, vt exequatur Bullas, & breuia expedita ex dicti Peña *deciſ.* 608. Amidenio *de offic. datarii, c.* 5. *n.* 106. Coccin. *dec.* 169.

8 Et amplius, quia eadem conſuetudo ſufficiẽs ad præſtandam Iuriſdictionem, ſic declarauit etiam reſpectu Benedictinorum in caſu P. M. Fr. Didaci *de Hebia* Epiſcopi nouæ Biſcaiæ, cũ P. M. Fr. Benedicto *de la Serna* Generali eiuſdem religionis anno 1638. ante Breue relatũ Vrban. VIII. de anno relato 1641. & in litibus proſequutis à Monachis Abbatiæ S. Ioãnis *de Corias*, & in alia proſequuta ad præſens Cænobij S. Dominici *de Silos* maioris quidẽ momenti, cum ſint criminales ex generali doctrina, quam adduxi *in c. cum cõtingat* 13. *de foro comp.* per verba ibi, *c. dilecti de arbitris, c. irrefragabili de offic. ordin.* vbi DD. cõmuniter, de quo etiã dixi *ſub c.* 8. *de Iudiciis, ſub c.* 2. *ibi, q.* 2. & 3. & *ſub alleg. fiſcali*, contra Prætorem Valliſolet. anno præterito 1648. poſita poſt *tit. de foro comp.* & ſupra *ſub Rubr. tit.* & *cap. fin. de conſuet.* & aliqua dixi *de præſcript. ſub illo tit. ſufficienti ad acquirendũ Iuriſdictionem*: videndi Didac. Perez *in l.* 1. *gloſ.* 1. *tit.* 3. *l.* 1. *ordinam.* Palaçios Rubios *in c. per veſtras de donationib. inter not ab.* 2. §. 1. *n.* 27. Natta *conſ.* 294. *n.* 2. *l.* 2. Tyber. Decian. *conſ.* 35. *n.* 45. *tom.* 5. Menoch. *conſ.* 302. *n.* 44. Galeota *deciſ.* 30. *l.* 1. *n.* 21. Alex. Sperel. *deciſ.* 16. *n.* 46. & *deciſ.* 37. *n.* 3. Surdus *conſ.* 465. *n.* 4. & 5. *vol.* 4. Menoch. *conſ.* 302. *n.* 44.

9 Quibus quidem ſuppoſitis, per quæ & alia, quæ litterati conſiderarunt pro legitima Iuriſdictione in hac parte Reuer. Nuncij ponderauerunt electionem factam in Abbatem de R. P. *Aguaio* fuiſſe iuxta iuris formam, & terminũ illum triduũ probantes primam partẽ; eo quod per iuris regulas canonicas electioni faciendæ canonicè aſſignatus eſt terminus triũ menſium *in c. ne pro defectu de elect.* vbi dixi, & DD. Iul. Lauor. *var. lucubr. tit.* 4. *c.* 18. *n.* 12. Tambur. *de iure Abbat. tom.* 1. *diſp.* 5. *quæſt.* 7. *n.* 4. & ſic quia conſtitutio dicti ordinis non annullat electionẽ, tranſacto triduo à die vacaturæ; ſequitur vt adhuc illa facta poſt triduum, ſi reperiatur electus intra tres menſes, ſit valida, cum pœnalia debeant exprimi ex regula textus *in auth. de non eligend. ſecund. nubent. §. cum igitur, l. & ſi quis impediat §. Diuus autem Marcus*, ibi: *pœnam tamen in eum ſtatutam non eſſe ff. de religioſè, & ſumptib. funer. l. cum quidam ff. de liberis, & poſth.* Gironda *de priuil. n.* 565. indequè non poſſe dici vocales poſt triduum eligendo, in eã incurriſſe, cum in dicto ſtatuto nihil reperiatur cautũ ex gloſſa fin. *cap. fin. de iure patron.* ibi: *nec eſt iſte caſus, in quos priuetur quis poteſtate eligendi, quia cũ ſit illud pœna non debet imponi, niſi exprimatur quod ſit imponẽda*; & ſic *in d. c. ne pro defectu*, vt electio poſt tres mẽſes facta nulla diceretur, ſic in verbis ſeqq. expreſſit *intra quos iuſto impedimento ceſſante, ſi electio celebrata non fuerit, qui eligere debuerant, eligendi poteſtate careãt ea vice, & ipſa eligendi poteſtas ad eum, qui proximo præ eſſe dignoſcitur deuoluatur.* Quæ expreſſio cum non reperiatur in cõſtitutione Benedictina, & ſic pœna priuare vocales à facultate eligẽdi, Panorm. & reliqui Canoniſtæ in textu noſtro §. *niſi n.* 4. & *in c.* 2. *de poſtul. Prælat.* Romanus *conſ.* 483. *n.* 9. verſ. *reſpondeo*, Caſtro *conſ.* 437. *n.* 1. verſ. *poſſio vere*, gloſſa *in c. Cumana de elect.* & *hic* verb. *priuentur*, Rebuffus *in praxi benefic. tit. de deuol. n.* 91. Iul. Lauor. *de elect. tit.* 4. *c.* 19. *n.* 4. Lotter. *de re benefic. l.* 1. *q.* 19. *num.* 64. ſequitur electionem de dicto *Aguaio*, adhuc tranſacto triduo, intra tres menſes de iure validam extitiſſe, nec deuolutionem ad Reuer. Generalem adhuc perueniſſe ex multis aliis, quæ litterati Patris Aguaio deduxerunt informantes.

Et quãvis hæc, & alia non ſuffeciſſent conſtitit ex actis ſine litigantiũ cõtrouerſia fuiſſe requiſitũ Patrẽ Præſidentẽ dicti Cœnobij *de Sahagun* à vocalibus ſemel atquè iterũ, vt intra dictũ triduum congregaret illos ad dictam electionem faciendam, & quod ipſe diuerſis reſpectibus diſtulerit; ſic vt in vltima hora compreſſus reſponderit ſe remittere illum caſũ ad præfatum R. P. Gener. abſcondens ſe in proprio cubiculo, excommunicationibus cõminans cæteros vocales, ſi ad eligendũ procederent. In quo caſu impeditos fuiſſe conſtat contra regulam *dicti c. ne pro defectu*, ibi: *Iuſto impedimento ceſſante*, Caſtellin. *de elect. canonic. c.* 5. *n.* 80. ibi: *Cauſa iuſti impedimẽti, ne tẽpore à iure præfixo, electores procedãt ad electionem ſui Prælati*, per Hoſtienſ. *in ſum. l.* 1. *hoc tit. ad calcem. n.* 32. *reducuntur ad infra ſcripta, primo quãdo interdicitur illis ne eligant ab eorum ſuperiore*, Fr. Luiſ. de Miranda *in manuali Prælator. tom.* 2. *q.* 23. *art.* 10. *concl.* 1. Gutierrez *canonic. quæſt. l.* 1. *c.* 28. *n.* 5. & per doctrinam Barboſæ *voto* 106. *n.* 54. ibi: *Prætenſa tamen deuolutio præſumitur calũnioſa, cum facta dicatur in vltimo termino, & potuerit fieri antea*, Rota *deciſ.* 322. *lib.* 3. *p.* 3. *diuerſ.* & coram Greg. XV. *deciſ.* 356. *n.* 8. & *infra*, ibi: *Sed imò facta, apparet ad illudendam totam prouinciam inibi legitimè congregatã*; non enim poteſt abſcondi dict. Præſidentẽ Cœnobij *de Sahagun* ſe doloſè habuiſſe, feciſſequè contra proprias conſtitutiones ſeu ordinis præcauentes electionẽ in caſu præſenti faciẽdam eſſe intra triduum ad eam vocales conuocãdo *in verſ. ſeqq.* conſtit. anni 1641. *que en virtud de ſancta obediençia el Padre Preſidẽte de la caſa, donde fuere la vacante, dentro de tres dias deſpues de ella, haga la eleçion*, & per conſt. anni 1621. ibi: *Que en las eleçiones no ſe pueda opponer, ſi no fuere impedimento Canonico, o ſoborno, o por ſolos eſtos ſe pueda proceder a priuar de voto*, & 10

in

Digitized by Google

in aliis conſtit.factis,Barcinon anni 1575. *cap.51.* in ſeqq.verbis decernitur, *Que el Prior de la caſa que vacare por muerte ſi no proçediere luego a la eleçion ſin lo haçer ſauer al General, eſtando fuera de las treintaleguas, o la dilatare, o eſperare al dicho General, ſea priuado de ſu officio, y de voto actiuo, y paſſiuo, en la tal eleçion.*

11 Ex quibus omnibus procedere videtur, optimo iure non obſtantibus exceptionibus incompetentiæ D.Illuſtriſſ.Nuncii,& nullitatis prædictæ electionis, quæ pro parte D.R.P. Generalis congeſtæ,& allegatæ fuerunt, Auditorem Nunciaturæ, partibus vtrimque adductis, declaraſſe dictum Aguaium in Abbatem electum, fuiſſe manutenendum in ſua poſſeſſione; tum quia electio de eo facta fuit cum requiſitis maioris,& ſanioris partis votantium,iuxta doctrinam Couar. *c.17. pract. Poſthy de manutent. obſeru.8.à n.17.* qui *obſeru.41.n.105.* & Tondut. *var. tom.7. p.3. c.125. n.29.* docent ad manutenendum Abbatem electum non officere, quod ex ipſius electione lis ſit mota, vt in terminis *de elect.regul.* dicunt Barboſa *dict.voto 106. à n.105.* vbi variis caſibus hoc exemplificat idem Tondutus *dict.cap.175. n.29.* in ſeqq. verbis: *Ad vltimam quaſtionem reſpondetur dictum Patrem Prouincialem interim dum de electionis nullitate contenditur, in officij ſui exercitio, & adminiſtratione manutenendum eſſe, quod procedit, non obſtante allegata intruſione dicti Prouincialis; quia donec intruſio, vel nullitas fuerit declarata, interim poſſeſſor manutenendus eſt*, & iuuant verba Alex.ibi: *Quodque ſuperiores Monaſteriorum poſt eorum electionem, etiam ante illarum confirmationem, adminiſtrare poſſent; tenerentur tamen infra decem dies pro confirmatione huiuſmodi ad ipſum Abbatem Monaſterij S. Benedicti mittere*; quod etiã per Rubr. *conſtit.n.5.* præcauetur in ſeqq.verbis: *En acceptãdo la Abbadia el electo podra començar a adminiſtrar ſu officio, como la Congregaçion lo tiene por Bulla Apoſtolica, con condiçion que dentro de tres Dias deſpache por la confirmaçion al Reuerend. General embiando la obediençia in ſcriptis.* Comperitur inquam hæc omnia aliaque ritè, & legitimè facta præceſſiſſe in electione dicti P. Aguaio, qui illico ab electione de ſe facta, miſit intra tempus ſtatutum Procuratorem pro confirmatione aſſequenda à dicto P.Generali: & pro Iure manutentionis faciunt quæ abundè dixi *ſub cap. licet 9. de probat. quaſt. fin.* hic applicanda.

12 Sed quia per viam violentiæ fuit cauſa à ſententia Auditoris Illuſtriſſ. Nuncij relata ad Supremum Conſilium Caſtellæ, & ventilata per Aduocatos coram Dominis Conſiliariis deſtinatis in Aula, quæ appellatur gubernij, vbi diſceptatur de cauſis inibi per viam violentiæ,(vt vocant) tranſlatis,& in fauorem D. R. P. Generalis viſum eſſet & declaratum propterea quod dixerũt præfatum Auditorem vim intuliſſe, manutenendo in electione de eo in Abbatem dicti Cænobij *de Sahagun* facta; ideo in lucem oportet ponere nonnulla ex fundamẽtis, quæ ad id potuerunt inclinare relatos ſupremos iudices per viam æconomicam, & politicam, vt ſaluẽt cognoſcentes. Et in primis fecit, quia R. P. Generalis fundabat cognitionem ſuper iuſtitia, aut iniuſtitia dictæ electionis, non ad Nuncium, ſed ad ſe ipſum, vel ad Summum Pontificem ſpectare poſt medios iudices aſſignatos in nonnullis Bullis Benedictinis cõceſſis in verbis ſeqq. Alex.IV. Pij II. & Innoc.VIII. ibi: *Statuerunt quod perſonæ regulares aliquo prætextu, vel occaſione ab ordinationibus, & correctionibus quibuſcumque, tam ſuorum Abbatum, & Prælatorum, quam etiam Abbatis, & Capituli generalis appellare, & cauſas, & querelas ſuas extra dictum ordinem educere non valerent*, & ex aliis Clem.VIII. *in ſuo Breui dies 10. Octob. 1597.* ibi: *Nulli omnino perſonæ dictæ Cõgregat. regularis obſeruantiæ S. Benedicti liceat ab ordinationibus, viſitationibus, correctionibus, reformationibus, priuationibus, depoſitionibus aliiſve pœnis, & ſententiis ad aliquem iudicem, ſiue Eccleſiaſticum, &c. appellare*, & infra, *& alios Eccleſiaſticos Prælatos ſcribere culpas religioſorum, & pœnas, quibus plectuntur.*

Ex quibus depoſitionibus prætenſum fuit à D.R. P. Generali dictis Bullis conceſſum fuiſſe toti ſuæ religioni primam inſtantiam omnium cauſarum ad ſe, vt Generalem pertinere,& per appellationem, ab ipſo recurrendum eſſe ad Diffinitorium eiuſdem religionis Benedictinorũ,& à Diffinitorio immediatè appellationem interponendam fore ad Summum Pontificem cum inhibitione iuriſdictionis Nunciaturæ legati in his Regnis exiſtentis, & hoc per alia verba nouiſſimè eiuſdem Vrbani VIII. in ſuo Breui Nonas Iulij 1624. in quo declarauit ſuper cauſis relatis in adductis Bullis Alex. Pij, Innoc. & Clem. nõ poſſe D.Illuſtriſſ.Nuncium cognoſcere, ſed immediatè appellationẽ ad Pontificem interponendam. 13

Nec obſtare practicã appellandi illico ad Illuſtr. Nuncium, de qua teſtati ſunt Couar. *pract. c.4.n.9.* Samuël *de elect. tract.3. controu. ſ.8. concl.12. n.32.* in verbis ſeqq. *Licèt ſacra Congregatio modum regularibus appellandi declarauerit; nihilominus omiſſis illis mediis, ſtatim ad Papam, ſeu Legatũ, vel Nuncium appellare poſſunt, vt obſeruat, & conſuetudo ac vſus adeſt*, vbi præſtat rationem Franc. Tondutus *de benefic. c.57. n.16. tom.1.* Portel. *in dubiis regul.* verb. *appellat. n.3.* & ponens ex declaratione Cardinalium modum appellandi à minoribus, ſcilicet, vt à Guardiano appelletur ad Prouincialem, ab hoc, ad Generalem, ab hoc ad protectorem Cardinalem, ab hoc ad Papam in verbis ſeqq. nec Nuncium excludens ait: *At his non obſtantibus, poteſt religioſus, omiſſis mediis illis ſtatim ad Papã, ſeu Nuncium appellare*, per textum *in c. Romana 26. q.6.* ad quod faciũt quæ dixi *de appellat.* omiſſo medio, ad Papam, infra *ſub c.7. de appell.* in terminis Remig. Scrofa *in opuſc. de inualiditate profeſſionis dub. 20. 25. & 26.* reſpondent enim litterati in fauorem D. P. Generalis, hoc eſſe ſpecialiſſimum in Religione Benedictinorum, cui à Pontificibus indultũ fuit ob magna ſeruitia à dicta religione facta Sedi Apoſtolicæ, vt de eorum cauſis nullus alius poſſet eſſe Iudex extra religionem, niſi idem Papa. Et quia dictæ Bullæ Alex. Pij, Innoc. & Clem. expeditæ in fauorem dictæ religionis fuerunt præſentatæ coram Auditore Cameræ dicto anno 1658. & ab eo mandatum, vt obſeruarentur; & ſic non officere vſum, & praxim aliarum religionum, nec caſus adductos pro Patre *Aguaio*, de quibus etiam inter filios dictæ religionis Benedictinorum cognouit, ſeu cognoſcit Illuſtriſſ. Nuncius, aut eius Auditor, cum id procedat ex tolerantia Generaliſſimi, nihil oppoſito in Iuriſdictionem Nunciorum, ſicut in caſu præſenti fuit oppoſitum. 14

Itaque declinatoria, hic, & aliis modis fundata, perſtiterũt acriter litterati, dicendo de nullitate contra electionẽ de dicto Patre *Aguaio*, & quod electores eam feciſſent poſt terminum deſignatum in ſuis conſtitutionibus trium dierum per verba, ibi: *Que la tal electiõ ſe ha de haçer dentro de tres dias deſpues de la vacante*: quæ cum debeant neceſſario interpretari per ius cõmune, maximè verò in materia electionis, in qua nõ licet quidquã ordinari, quod ſit in to- 15

tũ, vel in partem diuerſum, ſiue contrarium diſpoſitioni Iuris communis, vt *in caſu alterius conſtit. regular.* conſiderauit Caſtellin. *de elect. Canonica c.* 14. *à num.* 35. in verbis: *ſed cum verba conſtitutionis,* ſequitur dicendum ex doctrina textus *in cap. dilecti* 6. *de dolo*, & per ibi à me ponderata, vt quia dicta Benedictorum conſtitutio eligendi intra triduom Abbatem alicuius cænobij in locum demortui, eſt in obſeruantia; ſi poſt triduum eligeretur, intret tunc regula *dict. cap. ne pro defectu*, dum declarat nullam quamlibet electionem factam à vocalibus poſt terminum iuris ibi aſſignatum; & ſic in caſu noſtro hanc pœnam incurriſſe electionem de Patre Aguaio factam per verba textus *in elem. exiuis de Paradiſo* ibi: *Cæterum ſi capitulum memoratum die prædicta, Miniſtrum eligere prætermittat, ex tunc Miniſtri Prouincialis prouiſio ad Generalem Miniſtrum liberè deuoluatur.*

16 Nec obſtare dicunt quod ſæpius practicatum fuerit, vt adhuc tranſcurſo dicto triduo, & alio ampliori dierum ſpatio, nihilominus electores in Cænobiis dictæ religionis proceſſerint ad Abbatem, ſeu Abbatiſſam eligendam, vt anno præterito 1637. contingit in cænobio Monialium S. Palai ciuitatis Obeten. vbi per mortem Abbatiſſæ *D. Æmiliæ Cienfuegos*, tunc gubernante Generali R.P.Fr.Benedictus Serna electio io locum demortuæ prorogata fuit vltra menſes duos, & in hoc S. Placidi cænobio Monialium huius Curiæ poſt, gubernante Generali R.P.Fr.Franc.Saluador, adhuc per mortem D. Annæ de Villanueua electio fuit prorogata vltra alios duos menſes, nec dictos. Generales iure deuoluto elegiſſe quin potius receptas, & confirmatas ab illis fuiſſe electiones per Moniales dictorum cænobiorum factas; reſpondent enim non ex hoc procedere, vt ſi à dictis R.R. Patribus Generalibus impugnaretur, vt in caſu noſtro contingit, adhuc illas potuiſſe valide fieri, cum iam tunc contrauemiendo dicti Patres Generales, non fuiſſet cur denegari illis poſſet ius deuolutum, quod amiſerunt, aut expreſsè conſentiendo, aut tacitè in electionibus vltra triduum factis à vocalibus prædictorum cænobiorum.

17 Quare potuerunt Aduocati latiſſimè in punctis præcedentibus, loqui, & longè etiam informare in fauorem dicti Patris Generalis, ex eo etiam quod electio facta de Patre Aguaio fuit nulla, aut attentata, tunc quia iam fuerat interpoſita appellatio per aliquot ex electoribus vocalibus ad D.R.P. Generalem; & ſic relatione adhue pendente non valuiſſe, ſecundo tempore iam in principio mentionato procedere. Deinde cum ſit in religione conſtitutio citandi & conuocandi religioſos vocales, qui degunt extra conuentum, vt cõtingit io pluribus gubernantibus Prioratus ad cænobium principale pertinẽtes, inter quos aliquot ex exiſtẽtibus extra leucas octo, citatus non fuit in forma, vt conſtitutiones expoſtulant, ſequitur optimo iure illam electionem fuiſſe nullam; & quia licèt vnus ex vocalibus citatus, reſponderit ſe ooluiſſe venire, adhuc debuit ſpectari per tempus integrum dictorum trium dierum; & quia cum litteræ ſecundæ conuocatoriæ fuerunt liberatæ & expeditæ ad citandæ vocales, non fuit tranſactum integrum trium dierum tempus, vt poſt legitimè electio procederet, quæ fuit facta ante illius tranſcurſum, cum conſtet electionem factam fuiſſe die 22. Septembr. dicti anni 1660. & conuocatorias expeditas fuiſſe die 20. eiuſdem menſis; & ſic adhuc fuiſſe dictos vocales in tempore legitimè comparendi; præcipuè ſi conſideres diem primam termini conceſſi non computari in terminum per illa quæ dixi latè *in cap. 1. de dilationib. q.* 10.

Deinde quia apparuit in dicta electiooe interueniſſe nonnullos carentes voto, & requiſitis neceſſariis ad votandum, inter quos fuiſſe ſeptem ex votantibus citra octo leucas, cuius de cauſa non fuiſſe citandos, quod fuerit contra conſtitutionis de anno 18
1637. verba, ibi: *que tengan voto en las electiones intermedias los que viuieren, o eſtuuieren dentro de las nueue leguas el dia de la vacante*, & ſic illis oppoſitum nõ potuiſſe votare, cum eſſent extra dictas nouem leucas; & approbari videtur *ex cap. 2. definitionum Capituli generalis celebrati anni* 1633. in verbis ſequentib. *Que tengan voto activo, y paſſiuo todos los, que ſe hallaren en la caſa donde la Abadia vacare y todos los conuentuales de ella, que huuiere dentro de la nueue leguas*, quæ reperiuntur confirmata ex *conſt.* 1637. 1641. & 1645. Item etiam quia alij duo ex votantibus nondùm viuerent per mẽſes quatuor io dicto Cænobio *de Sahagun*, quod neceſſariũ erat ex dictis conſtitutionibus. Et denique contra alium religioſum Priorem Merimnæ *del campo* villa, quæ diſtat à prædicta *de Sahagun* 20. leucis ad minus, qui fortè eo in tempore vacationis erat in dicto cænobio, qui nec votare valebat, eo quod cum vouiſſet ſine licentia ſuperioris, dicebatur fugitiuus; & ſic ſine habilitate ad votandum.

Ex his, quidem fundamentis à verbis conſtitutio- 19
num rationibus iuridicis ſublimatis, quæ hic non repetuntur, litterati pro parte Generalis defendebant illum, qui etſi nõ bene auditi in iudicatura Nuncij, vt ipſi proclamabant. Tamen Conſiliarij ſupremi declararunt, vt retuli *in principio*, vim ab Auditore Nuncij factam fuiſſe; & ſi pro parte dicti Aguaio Abbatis electi non ageretur ſuper petitorio, aut poſſeſſorio pleno, iuxta quæ latè dixi *ſub cap. paſtoralis*, & aliis *de cauſa poſſeſ. & propriet.* ſed tantum de manutẽtione illius in poſſeſſione exercitij Abbatialis interim, quo lis duraret, vt latè pro Aguaio fundatum ex doctrina textus *in c. cum Eccleſia ſutrina d. 111. de cauſa poſſeſſionis, & propriet.* ad quod applicabis quæ Ego ibi ſcripſi *ſub q. 1.* Tamen dicti Domini Conſiliarij forte cõſiderauerunt dictæ manutentioni locum non dari, nec, vt votantes interim ſuſtineãtur, dum lis tractatur plene de eorum inhabilitate; quia cum ex eiſdem actis conſtaret de prætenſis nullitatibus pro parte dicti Generalis, debuit ceſſare etiam manutentionis ius, per illa, quæ adduxi *ſub q. 4. c. licet 9. de probationib.* vbi quod quoties ex ventre inſtrumenti apparet de exceptione oppoſita oullitatis, ceſſat remediũ hoc, quod vocatur *de el interim*; & ſic nominatum Abbatem à dicto Generali admiſſum iam eſſe ad exercitium, & prædictum Aguaium vt exulatum, depoſitatum in quodam Cænobio longè diſtante à prædicto de Sahagun; remquè litigij, dum hæc ſcribimus eſſe in ſtatu hoc.

Ad Text. in cap. Quiſquis. XLIII. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Eligibilis non eſt conſentiens electioni de ſe facta per aliquam poteſtatem ſecularem.*

2 *Electio quorumcumque Prælatorum, debet ſumma libertate frui.*

3 *Electio dicitur per abuſum poteſtatis celebrata, quando Clerici requirunt Laicos, vt præſint electioni.*

electioni. Et quando requirunt aſſenſum Principis ſæcularis ſuper eligenda certa perſona.

4 *Electio irrita ipſo iure eſt ſi fiat de excommunicato in maiori, ſi tamen de excommunicato in minori venit irritanda; quæ eſt valida ſi ignoranter eligatur*, n. 5.

1 PRobat textus hic quod conſentiens electioni de ſe factæ per abuſum temporalis poteſtatis,
2 efficitur ineligibilis, & electio eſt nulla: † nam electio quorumcumque Prælatorum, debet omni ex parte eſſe prædita ſumma libertate, & totaliter aliena ab omni labe, & ſpecie coactionis, ſiue violentiæ: ſic cum multis Barboſa hic *num.* 21. Vbi *in fine* ſubdit cum Iulio Lauorio *tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 1. *ex n.* 11. & 24. quòd tunc tollitur libertas, cum præciſè electores compelluntur eligere vnam certam perſonam, ſecus ſi vnam de certo genere perſonarum, vt dixi ſupra *in cap. cum terra* 14. *hoc tit.* & infra *in cap. Cumana.* Et adiunges quæ pro materia tractat Barboſa *de Iure Eccleſiaſt. p.* 1. *cap.* 19. *a n.* 232. *ad* 235. vbi *num.* 132. & 133. eadem cum multis repetendo firmat; quod diſtinxi *in dict. cap. cum terra.*

3 Notabis verò quòd electio dicitur per abuſum poteſtatis ſæcularis celebrata, quando Clerici requirunt Laicos, vt electionibus interſint. Item quando Principis ſæcularis aſſenſum ſuper certa perſona eligenda requirunt, vel eligunt minus alicuius ſæcularis Potentatus, docet Tamburin. *de Iure Abbat. & Prælatorum, tom.* 1. *diſp.* 5. *quæſt.* 22. *num.* 11. Barboſa cum multis *dicto cap.* 19. *num.* 234. & 235. per textum hunc. Et doctrinam textus huius procedere in electione cuiuſlibet Dignitatis, tradit Barboſa hic *num.* 5. contra Hoſtienſem. Alia notat *num.* 3. 4. 7. Sed tu pro extenſione adiunges quæ notaui ſupra *in cap.* 7. & 10. *de conſtit.* vbi de inhabilitate Laicorum, & legum, eorum reſpectu, Clericorum, & perſonarum Eccleſiaſticarum. Item poteris hic adiungere quæ ſæpè iam adduxi, ſcilicet de perſonis, quæ habiles ſunt ad eligendum.

4 Hic etiam agitur de pœnis eligentium indignos, aut malè, de quibus dixi *in cap.* 7. §. *fin. hoc tit.* Hic etiam adiunges quæ tradit Barboſa *de Iure Eccleſiaſt. p.* 1. *cap.* 19. *num.* 129. vbi tractat de dubio quando electio ſit irrita ipſo Iure, & quando veniat irritanda per ſententiam ex vitio electorum; qui eſt omnino videndus *à num.* 117. cum aliis; vbi quòd electio facta de excommunicato maiori excommunicatione, eſt ipſo iure nulla; & *à n.* 121. diſputans cum multis, an ſi fiat electio de excommunicato in minori: & affirmant Laurentius de Peirinis, & Iulius Lauotius *variar. lucub. tit.* 4 *c.* 16. *num.* 92. Sigiſmundus à Bononia *de elect. dub.* 65. *num.* 2. Suarez *de cenſuris diſp.* 24. *ſect.* 2. *à n.* 25. & alij per textum *in cap. ſi celebrat. de Clerico excommunic. miniſt.* ibi: *electio eſt irritanda, quaſi donec per ſententiam irritetur, valeat*: & licet Couarruuias *in cap. alma mater p.* 1. §. 8. *num.* 3. Vgolinus *de cenſ. tab.* 1. *cap.* 6. §. 3. ex eodem textu contrarium dicant; nempe vt ſit ipſo Iure nulla, reſpondentes ad dicta verba *irritanda* ſecundùm ſubiectam materiam; id eſt *irritam eſſe declaramus.* Sed Barboſa pro prima ſententia reſpondens dicit verba *dicti cap. ſi celebrat*, nullo modo poſſe cauillari; & quia dum expreſsè aliter in Iure Canonico non conſtet, quod talis electio ſit nulla; non ſic cur pœnæ debeant amplicari in regula in pœnis
5 *de reg. Iuris.* † Et longè diſputans an electio ignoranter facta de excommunicato in minori ſit valida? reſoluit contra gloſſam *in dict. cap. ſi celebrat.* verb. *ſcienter* validam eſſe; & hoc ex authoritate *dict. cap. ſi celebrat.* verſ. *ſi tamen* ibi: *ſcienter*; quod eſt vnum; etſi Couarruu. Vgolinus, & Suarez ſupra dicant nullam eſſe cum ex iam dictis, fiat efficax argumentum.

Ad Text. in cap. Nihil eſt. XLIV. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Prælatus confirmans indignum electum ad regimen animarum, perdit poteſtatem confirmandi primum ſucceſſorem*, & num. ſeqq.

5 *Suſpenſionis pœna* remiſſiuè.

6 *Collatio beneficiorum facta per Epiſcopum putatiuum, num valeat remiſſiuè.*

7 *Collatio facta à Prælato, ſeu Epiſcopo, qui commiſit aliquod delictum, quo ipſo iure eſt priuatus, nùm valeat remiſſiuè.*

REſolutio communis huius textus eſt; quod 1
ſi Prælatus per negligentiam confirmauit indignum electum ad regimen animarum perdit poteſtatem confirmandi primum ſucceſſorem, & à perceptione proprij beneficij ſuſpenditur; donec viſum fuerit ſuperiori: multis probat hic Barboſa
num. 1. 2. & 4 † Quare nunc adiunges quæ ſupra no- 2
taui *in cap.* 7. §. 1. & *fin.* vbi de dignis eligendis, & confirmandis; & quibus pœnis plectantur eligentes indignum, ſeu illum confirmans & *ſub Rubr.*

Item poteſt *hic* adiungi tractatus de confirma- 3
tione Epiſcoporum, de quo Barboſa *in paſtorali p.* 1. *cap.* 4. idem de textu noſtro *de Iure Eccleſiaſt. p.* 1. *cap.* 19. *n.* 253. & de materia, & ad quos ſpectet confirmare *à num.* 246. de qua materia latiſſimè egi ſupra *in cap.* 15. per nonnullas quæſtiones.

In gloſſa *adminiſtrent*, & in verſ. *quod interim* 4
valde remoti; præter quæ ſignanter notat Barboſa hic *num.* 5. & 6. adiunges quæ ſupra notaui *in cap.* 9. & 15. *hoc tit.* vbi de ingerente ſe in adminiſtrationem ante confirmationem.

Et in verſ. *ſuſpendatur*, de ſuſpenſionis pœna, 5
Suarez *de cenſ. diſp.* 25. *ſect.* 1. & melius *ſect.* 2. & longè ago infra *ſub cap.* 10 *de temporib. ordin. q.* 11. ſic vt ibi dicta queant hic applicari.

Hic adiunges quæſtionem, de qua Garcia *de be-* 6
nef. p. 5. *cap.* 4. *à num.* 176. an valeat collatio beneficiorum, facta per Epiſcopum, ſeu Prælatum putatiuum? qui ſe gerit pro Prælato; ſed ex aliquo
defectu, non eſt verus Prælatus. † Ad aliam, an 7
valeat collatio ab Epiſcopo, ſeu Prælato facta, qui commiſit aliquod crimen; ob quod ipſo facto; & ipſo iure priuatus eſt Prælatura; idem *à num.* 328. Sed quia hæ difficultates ſpectant ad tractationem infra *de præbend. & Dignitatibus*, & *de conceſ. Præbendæ*, ac *ad tit. de inſtitutione*; ideò hic non repeto: interim ipſum Garciam Leges longè de vtraque cum multis diſputantem. Sed pro primo dubio adiunges quæ dico infra *in cap. ad probandum de ſent. & re Iudic.* Et pro ſecundo dubio applicabis quæ dixi de delinquente, *in cap. fin. de temporibus ordin.* Et quæ dixi *à quæſt.* 27. *in cap. cum non ab homine de Iudiciis*: vbi an ipſo Iure ante ſententiam, priuetur beneficiis Clericus homicida, periurus, & falſarius?

Ad Text. in cap. Vt præteritæ. XLV. hoc tit.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Electionis expenſæ ad quem hic pertineant?* & num.3.
2 *Expenſarum materia remiſſiuè.*
4 *Electus ad Eccleſiæ dignitatem ſi habeat litigium, ſuccurritur alimentis ex ea.*
5 *Succeſſor in beneficio tenetur ad expenſas, vtiles, & neceſſarias, non ad delicatas, vel ſolum vtiles.*

1 HIc Pontifex probat, quod expenſæ neceſſariæ, quas facit Capitulum pro electione Prælati, debent fieri de bonis Prælaturæ, vel reddi, multis comprobat Barboſa hic *num.*1. vbi *num.* 2. ait quod electio tota ſit expenſis electi; & *num.* 5. quod expenſæ neceſſariæ dicuntur, ſine quibus negocium expediri non poteſt.

2 Quare vt ſcias perfectè expenſarum materiam, adiunges hic quæ latiſſimè tractaui *ſub cap. finem litibus de dolo & contum.* & videbis Pichardum *in* §. *in rem, inſt. de officio Iudicis à num.* 15. Couarruu. *in pract. cap.*27. 3 † Et in praxi vidi ſæpius, quod oppoſitoribus Canonicatuum affectatorum in Eccleſiis, ſolet ſuccurri expenſis electi de fructibus eorundem Canonicatuum, cæteris coopponitoribus deperditis de expenſis neceſſariis, idem Barboſa *de iure Eccleſiaſt. p.*1. *cap.*19. *num.*242. ad textum noſtrum applicabis nonnulla, quæ adduxi *ſub cap. grauis de reſt. ſpol.*

4 Hic idem Barboſa *ſub num.* 3. aduertat, quod ſi quis electus ſit ad Dignitatem in ſua Eccleſia; & neceſſe habeat litigare pro conſequendo eam, ſint ei alimenta miniſtranda; ſic cum Surdo *de alimentis tit.*1. *q.*48. *num.*2. quod nunquam in praxi vidi; etſi certus ſim de aliquibus litibus ſuper non admittendos à Capitulo aliquos iam nominatos, & electos.

5 Item *num.* 4. ex gloſſa *expenſa neceſſaria*, notat quod ſucceſſor in beneficio, tenetur ad expenſas vtiles, & neceſſarias in lite factas; non autem ad delicatas, vel vtiles tantùm: Iterum applicabis plura, quæ expendi de expenſis *in dicto cap. finem litibus de dolo, & contum.* Et alia quæ dixi *in dict. cap. grauis de reſtit. & ſpoliat.* vbi plura etiam *quæſt.*5. *de retentione propter melioramenta.*

Ad Text. in cap. Cum poſt. XLVI. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Electio poſt collationem ex interuallo celebrata, non valet.*
2 *Electio facta de illo, qui requiſitus conſenſit antequam eſſet electus, eſt caſſanda.*
3 *Electio eſt intimanda electo antequam ad ſuperiorem deferatur.*
4 *Votum dicitur conſenſus.*

1 PRobat Pontifex hic quod electio poſt collationem ex interuallo, celebrata, non valet: vnde colligit Barboſa hic *num.*1. & 2. quod quando electio non fuit ſtatim facta poſt publicationem conſenſuum, & poſt tractatum electionis, vel quando primo fuit requiſitus conſenſus electi, & conſenſit prius quàm eligeretur, non valeat; quia præſumitur ambitioſus: applicabis nonnulla, quæ dixi ſupra *in cap. quia propter*, & ibi *ſub quæſtione fin.*

2 Et ſic Barboſa *de iure Eccleſiaſt. cap.*19. *p.* 1. *n.*237. ait quod electio illius, qui requiſitus antequam eſſet electus electioni de ſe faciendæ, conſenſit, eſt caſſanda, adducens textum noſtrum. Non enim debet aſſentiri ſic requiſitus; ſed reſpondebit, *nolo quod me eligatis; & ita rogo, vel non intendo Dei vocationi reſiſtere.* Tamburin. *de iure Abbatum p.*1. §. 22. *diſp.*5. Sigiſmundus à Bononia *de elect.*

3 Et *num.*243. ait quod electio eſt intimanda electo antequam ad ſuperiorem deferatur: De quo ſupra *ſub cap.* 15. & alibi & *num.* 244. quid ſi non conſentiat, *ibi* dixi, & *in Rubrica*: Et applicabis notata infra *cap. publicato*: & quod de indignis, & ambitioſis, dixi ſupra *in cap.*7. §. vide infra *cap.*55. collatio quid importet? hic expendo infra *ſub cap. in Geneſi* 55. *hoc tit.* vbi de collationis tractatu.

4 In verſ. *conſenſuum*, notat Barboſa hic *num. fin.* quod votum, dicitur conſenſus. Quare adiunges quæ de ſuffragiis, & votis ad electiones congerit Barboſa *de iure Eccleſiaſt. p.*1. *cap.*19. *à num.*200. Et quæ hucvſque à Rubrica ſcripſi, & vſque in finem huius tractatus: Et quæ dixi *in cap. quia propter* 42. *hoc tit.* vbi de forma votandi, & ſcrutandi.

Ad Text. in cap. Conſtitutis. XLVII. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Monachus vnius Monaſterij, alterius factus Abbas, non habet vocem in electione Abbatis, Prioris Monaſterij.*
2 *Monachus tranſlatus non habet vocem in Capitulo, à quo eſt tranſlatus.*
3 *Epiſcopus tranſlatus, ſeu volans de vna Eccleſia deſinit eſſe in ea Epiſcopus, vbi primo ab ea fuit abſolutus per Papam in conſiſtorio.*
4 *Tranſlatus ad ſecundam Eccleſiam, nihil iuris retinet in priori, niſi hoſtium neceſſitate.*
5 *Conſenſus debet voce, & non ſcripto exprimi.*
6 *Exprimi nemo poteſt in iudicio ſine actione, vel cauſa.*
8 *Monachus factus Epiſcopus, non ſit ſolutus à ieiuniis ſuæ Religionis, & ab aliis: debetque retinere habitum regularem.*
9 *Monachus factus Epiſcopus nequit frui priuilegiis ſuæ Religionis.*

1 PRobat textus hic quod Monachus vnius Monaſterij, alterius factus Abbas, non habet vocem in electione Abbatis, Prioris Monaſterij, etiam ſi tale ius ab Abbate, & Monachis prioris Monaſterij fuerit reſeruatum, cum multis probat Barboſa hic *num.*1. & 2. qui poſt *num.*5. in verſic. 2

quod

quod olim cum aſſumerentur, notat quod Monachus
tranſlatus non habet vocem in Capitulo, à quo eſt
tranſlatus; cuius ratio poteſt deſumi ex incompa-
tibilitate, quæ deſumitur *in cap. de multa de præb.*
3 † Quare adiunges quæ tractat Barboſa *de Iure Ec-
cleſ. parte 1. cap. 19.* dum ait *num. 37. & 38.* quod
tranſlatus volans de vna Eccleſia ad aliam, deſinit
eſſe Epiſcopus prioris, vbi primum à Papa ab illius
4 vinculo abſolutus eſt in Conſiſtorio. † Et quod
tranſlatus ad aliam, nihil iuris retinet in priori, niſi
hoſtium neceſſitate compulſus, fuerit ab Eccleſia
ſua tranſlatus. Cui dicto adiunges quæ latè ſcribo
in cap. 1. de præſcript. & omnibus applicabis quæ
dico *tit. ſeq.*

5 In verſ. *quo iure*, & in verſ. *iuſſi eſſent expri-
mere*, quatenus dicit hic *num. 6.* Barboſa, quod
voce, & non ſcripto eſt conſenſus exprimendus:
applicabis nonnulla de conſenſu expreſſo, aut ta-
cito, quæ dixi *ſub cap. 1. de foro competenti.* Sed Bar-
boſa *de iure Eccleſiaſt. part. 1. cap. 19. num. 213.* dicit
quod vota omnium electorum, ſigillatim exquiſi-
ta, debent in ſcriptis redigi; quia melius conſtat de
voto per ſcripturam, ne memoria excrutatorum
pereat; nec per hoc derogari ait Trid. requirenti
vota ſecreta in electionibus regularium. Sed quia
de hoc latiſſimè dixi ſupra *ſub cap. quia propter
42. hoc titulo*; ideò ad ibi dicta recurres. Et pro
materia de actibus requirentibus ſcripturam ad ſui
validitatem, vel non; præter quæ dixi infra *ſub ti-
tulo de fide inſtrum.* Leges quæ bene aduertit
Doctus, ac prudens amicus noſter D.D. Eldefon-
6 ſus de Olea *de ceſſione iurium quæſt. 5. p. 1.* † Et *n. 7.*
quod ſine actione, vel cauſa nemo experitur in
tantum, vt iudex repellat agentem ſine actione,
etiam parte non opponente; quare applicabis Bal-
boam, qui *in cap. 6. de Iudiciis à num. 8. & 1.* diſ-
putat, an quis ſine actione poſſit in Iudicio expe-
riri: de quo dixi *ibi* latè, & *ſub tit. de libello
oblat.*

7 Pro intellectu huius textus leges quæ dixi *in
cap. 17. de foro compet. num. 5. & fin.* & *in cap. 3. de
8 cauſa poſſeſſ. & propriet. quæſt. 4. num. 2.* † Ad quæ-
ſtionem, an Monachus factus Epiſcopus ſolutus
ſit à ieiuniis ſuæ religionis, Barboſa *in paſtorali
parte 1. cap. 4. num. 14. in antiquis, & in nouis.* Et
à quibus aliis ſolutus ſit, longè, & bene tractat
idem Barboſa *de Iure Eccleſiaſt. part. 1. cap. 8. à
num. 130.* Sed quia de his difficultatibus ego infra
ſub titulo de regularibus, & *in cap. Clerici el 2. de
vita, & honeſt. Clericor.* ideò hic non repeto; ſo-
lum ergo dico, vt non teneatur, niſi tantum de ho-
9 neſtate ad ieiunia, & pœnalia ſuæ religionis. † Et
quod nec poſſit frui priuilegiis ſuæ religionis, cum
liber ſit ab omnibus regulæ obſeruantiis, iugoque
Monaſticæ diſciplinæ. Sanchez *in ſumma lib. 6.
quæſt. 197.* Barboſa cum aliis *dict. cap. 8. num. 135.*
legendus *à n. 121.*

Ad Text. in cap. Eccleſia veſtra XLVIII. hoc tit.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Electio debet fieri verbo, & de illo, in quem
conſenſerit maior pars.*
2 *Canonici vocem habentes in Capitulo, & non
Capellani, de iure communi admittebantur ad
eligendos Epiſcopos.*
3 *Electio vt canonica ſit non ſufficit, vt habeat
maiorem partem reſpectu minorum, ſed reſ-
pectu totius*, n. 4.

PONtifex probat hic quod electio debet fieri 1
verbo, & de illo, in quem coonſenſerit maior
pars Capituli, & ooo reſpectu aliarum partium.
Continet ergo textus iſte duplicem partem, iuxta
primam in verſic. *vocibus veſtris*, notat cum mul-
tis, Barboſa *num. 1. & 2.* quod in electione verba
requiruntur, cuius occaſione poteris applicare no-
tata ſupra *in cap. quia propter 42. hoc titulo*, vbi de
formis ad electionem: & ſupra *in cap. 1. & ad Ru-
bricam.*

Et in verſic. *cum de futura*, notat idem Bar- 2
boſa *num. 3.* quod iure communi inſpecto ad Ca-
pitulum, & Canonicos Eccleſiæ Cathedralis per-
tinebat electio Epiſcoporum; & quod admitte-
bantur tantum Canonici, qui habebant vocem in
Capitulo; non autem Capellani; & debebant eſſe
mente compotes, & in ſacris coonſtituti, vt multis
comprobat *num. 4.* Quare pro ampliatione, & vero
intellectu, adiunges quæ ootaui ſupra *in Rubrica,
verb. ſub quæſt. 6.* & *in cap. 14. hoc titulo*, Item quæ
dixi *in cap. cum Eccleſia Sutrina de cauſa poſſeſſ. &
propriet. à q. 2.*

Et in verſic. *licet maiorem partem*, notat Barbo- 3
ſa *num. 5.* quod in electionibus Canonicis ad vali-
ditatem ipſarum, oon ſufficit habere maiorem par-
tem ſuffragiorum, reſpectu minorum; ſed quod
vlterius neceſſario requiritur habere maiorem par-
tem reſpectu totius, aduertens cum Miranda,
quod in maiori parte reſpectu totius Capituli, non
debent computari qui nolunt illi intereſſe, & qui
propter aliquam rationem, vel cauſam priuati ſunt
ſuffragio, ſeu voto; ſed illi dummodo, qui in ea-
dem electione habuerunt votum.

Vt bene expendas adiunges quæ tractat ipſe 4
Barboſa *de Iure Eccleſiaſt. part. 1. cap. 19. à n. 219.
ad num. 24.* vbi *num. 225.* quod electio communis
facienda eſt votorum collatione: & *à num. 201.*
quod vota in electionibus ſecretè exquiri debent.
*Applicabis quæ noto, & expendo infra ſub cap. pu-
blicato 58. hoc titulo.* Et melius quæ latiſſimè dixi
ſub cap. quia propter 42. hoc tit. q. fin. & à q. 1. &
quod hodie obſeruetur.

Ad Text. in cap. Cum Magiſtrum XLIX. hoc tit.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Profeſſus qui nondum eſt, nequit eligi in Ab-
batem.*
2 *Profeſſionis natura, & tempus remiſſiuè.*
3 *Scriptura requiritur ad profeſſionem expreſſam
Monialium.*
4 *Magiſter qualis debeat eſſe: & de obligatione
diſcipuli erga eum remiſſiuè.*

DOcet hic textus quòd non profeſſus nequit 1
eligi in Abbatem, qui determinatur per no-
tata ſupra *in cap. cum ad noſtram 37. & 38. & 27.
& 13. hoc titulo.* Et pro intellectu applicabis quæ

dixi ſupra *in Rubr. quæſt.* 4. *&* 5. Et ampliatur ex
2 notatis *in cap. conſtitutis* 47. *eodem.* De profeſſio-
nis natura, & tempore latiſſimè noto ad plures ca-
ſus *in cap. ad noſtram* 8. & *in cap. ad Apoſtolicam*
3 *de regularibus.* † Cumque gloſſa hic ſub verb.
profeſſionem, dicat quod ad profeſſionem, expreſ-
ſa Monialium ſcriptura requiritur, vt ea probetur
ſicut Barboſa probat cum multis hic *num. fin.* ideò
applicabis notata *ſub cap.* 47. Libellus in ſcriptis
eſt redigendus, vt dixi *in cap.* 2. *de Libelli oblat.*
Alia etiam ſcripturam requirunt, vt probant DD.
ſecundùm quæ adduxi *ſub cap. quoniam contra fal-
ſam, de probat. ſub quæſt.* 1. & de aliis alibi: nam
vt dixi *ſub Rubr. de re Iudic.* & alibi *ſub tit. de fide
inſtrument.* ſententia debet in ſcriptis redigi; &
quod ſunt contractus ſcripturam, requirentes; de
quo nouiſſimè videbis Oleam, quem adduxi *ſub
iam relato cap.* 7. item quæ dixi ſupra *ſub cap.* 42.
nempe quod in electione per ſcrutinium, requiri-
tur ſcriptura.
4 Ad verſ. *cum in Magiſtrum*, qualis debeat eſſe
Magiſter, docet Narbona *in l.* 31. *tit.* 7. *lib.* 1. *re-
cop. gloſſa* 2. *de obligatione mutua diſcipulorum erga
Magiſtrum*, Truſſench. *in opere morali libro* 4.
cap. 1. *dubio* 11. De quibus dico latè infra *lib.* 5.
ſub tit. de Magiſtris.

Ad Text. in cap. Cumana. L. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Electio facta à non maiori parte Capituli, & omiſſa collatione, non valet.*
2 *Eligendi ius poteſt conſuetudine acquiri, & qualiter*, n. 3.
4 *Elector, de quo dubitatur, num legitimus ſit, inſtante tempore electionis, admittitur ad eligendum cum proteſtatione.*
5 *Proteſtatio quos effectus habeat, remiſſiuè.*
6 *Poſſeſſio iuris eligendi.*

1 DVo dicit Pontifex hic, quod electio facta à
non maiori parte Capituli, & quod omiſſa
collatione, non valeat. De primo puncto dixi *ſub
cap. Eccleſia veſtra* 48. *&* *in cap. bonæ* 36. *cap. au-
ditis* 29. *cap. dudum* 22. Ad ſecundam partem,
quod non valet, omiſſa collatione: applicabis tex-
tum ſupra *in cap. cum poſt* 46. Vide infra *cap.* 55.
vbi expendo quid collatio tractatus importet, &
de omnibus, dixi plenè *ſub cap. quia propter* 42.
hoc tit.
2 Ad verſ. *Capellani, & Clerici Ciuitatis*, ponit
quæſtionem Barboſa hic *num.* 2. de qua dixi *ſub
cap. cum in Iure peritus hoc tit.* Et idem Barboſa
in verſ. *vel conſuetudine num.* 3. *&* 4. & in verſ.
nam etſi Capellani num. 5. dicit quod ius eligendi,
3 poteſt acquiri conſuetudine, de quo videbis notata
in cap. cum dilectus 8. *de conſuet.* † Et quod ad ac-
quirendam quaſi poſſeſſionem Iuris eligendi, duo
requiruntur; ſcilicet quod extranei, qui de Colle-
gio non ſunt in electionibus præſentes fuerint; &
quod vocem præſtiterint. Et ſic ad vtrumque ca-
ſum adiunges quæ latiſſimè dixi *ſub. cap. cum Ec-
cleſia ſutrina de cauſa poſſeſſ. & propriet.* aliqua ſu-
pra *ſub Rub. quæſt.* 6.

Notat hic idem Barboſa *ſub num.* 4. in verſ. *ſub* 4
huiuſmodi proteſtatione admiſſi fuerunt, quod quan-
do dubitatur, an aliquis habeat vocem in electio-
ne, & tempus electionis inſtet; itavt non poſſint
recipi probationes, quod tunc admittatur cum pro-
teſtatione, vt vocem emittat: ſic de Iure hoc ſibi
competet: & *num.* 6. ait ex gloſſa *proteſtatione.* † 5
quod vt noceat proteſtatio, requiritur expreſſus
conſenſus eius, cui fit, nec ſufficiat, ſi ſimplici-
ter taceat & *num.* 7. quod proteſtatio poſt factum
non prodeſt. Quare poteris pro exacta tractatio-
ne adiungere hic quæ latè ſcripſi *in cap. fin. de ap-
pellat.* vbi multa de proteſtatione quid proſit, &
quando interponatur vtiliter?
Ad quæſtionem de poſſeſſione iuris conferen- 6
di, latè Garcia *de beneficiis p.* 5. *cap.* 5. *à num.* 1. &
de intellectu textus noſtri *à num.* 52. Et applicabis
quæ adduxi *in dict. cap. cum Eccleſia Sutrina à q.* 1.
& 2. Maior pars eligentium qualiter intelligatur,
& de publicatione votorum, ac de hodierna praxi,
videbis infra *in cap. publicato* 58. & latè dixi iam
ſub cap. quia propter 42. *hoc tit.* vbi leges.

Ad Text. in cap. Sacroſancta. L I. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Laicus, etſi Patronus nequit etiam de conſenſu Prælati, & Capituli habere ius eligendi, & quare* n. 2. & 3.
3 *Præſentare Laici cur poſſint? remiſſiuè.*
4 *Laici ſunt incapaces rei ſpiritualis, & electionis Canonicæ.*
5 *Principes Laici ad electionem conuocari nequeunt, etiam contra conſuetudinem.*

DEcidit Pontifex hic quod Laicus quamvis 1
Patronus non poteſt etiam de conſenſu Præ-
lati, & Capituli habere ius eligendi in Eccleſia
Collegiata, vt ſcilicet ex pluribus nominatis à Ca-
pitulo, vel Prælato quem voluerit poſſit eligere;
ſed quod ſolum electio facta illi, debeat denun-
ciari, vt aſſentiatur: pluribus probat Barboſa *hic*, † 2
& præſtat rationem *n.* 2. verſ. *non cadit in Laicum*;
eo quòd Laici ſunt incapaces officio adminiſtrandi
ſpiritualia; & per conſequens ſuſpenſionis, ſeu
Eccleſiaſticæ iuriſdictionis: hæc ille probans cum
multis.
Sed ego pro generali exornatione adiungo quæ 3
latè tractaui *in cap.* 2. 3. 4. 8. 13. *&* 17. *de Iudiciis*,
& *ſub toto tit. de foro comp.* & *in cap. tuam* 3. *de or-
dine cognit.* vbi de incapacitate Laicorum ad res
ſpirituales, vel quaſi. Et quæ latiſſimè dixi *in cap.
Eccleſia S. Mariæ* 10. *de conſtit.* & quare poſſint
præſentare, dixi *ſub cap.* 3. *de Iudic.* vbi *quæſt.* 5. an
aliquo caſu poſſint beneficia conferre. Et an ad
electionem Epiſcoporum poſſint concurrere? Et
quo iure Regibus Hiſpaniæ competat nominatio,
& præſentatio, dixi latè *ſub cap. cum Eccleſia Su-
trina* 3. *de cauſa poſſeſſ. & propriet. quæſt.* 3. & notaui
iam ſupra ſub Rub. *ſub quæſt.* 6. & *ſub cap.* 48. & *in
aliis relatis capitibus huius tit.*
Et ad materiam huius textus adiunges notata 4
ſupra *in cap. querelam* 24. & *in cap. quiſquis* 43. *hoc
titulo*, & *in cap.* 2. *de electo ad clamorem populi.* An
Laicis

Laicis poſſit aliquo iure competere electio ſub
dicto *cap. querelam.* Et an à Laicis poſſit ius Pa-
tronatus Eccleſiaſticum præſcriptione acquiri, Bal-
boa *in cap. de præſcriptionibus à num.*33. Et an in
Eccleſia Collegiata Laicus erigens, vel dotans Ec-
cleſiam Collegialem, acquirat ius præſentandi
Clericos ad eam, ſicut acquirit, dato quod Eccle-
ſia non ſit Collegialis; idem à *num.*42. per textum
5 noſtrum. † Et longè agens Marta *de iuriſdict.
parte 4. cent.1. caſu* 47. dicit nulla conſuetudine,
etiam immemoriali poſſe introduci, vt Principes
Laici conuocari debeant ad eligendum Eccleſiæ
Prælatum. Et applicabis Barboſam *de Iure Eccleſ.
part.1. cap.*8. *ante num.* 66. vbi de varietate circa
authoritatem Principum in electionibus Epiſcopo-
rum: & *num.*67. quando cæperit abrogari poteſtas
data Laicis circa Epiſcoporum electiones, & quo-
6 modo. † Eccleſia Collegiata quæ dicatur? No-
taui ſupra *ſub cap.*1. verſ. *& quia*, & plura *ſupr.
ſub Rubr.*

Ad Text. in cap. Cum in veteri. LII. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Eligentes quando debeant conſilium requirere,
vt validens electionem, & quod tempus ex-
petatur*; n.3.
2 *Conſilium vbi requiritur, debet peti ante actus
expeditionem.*
4 *Conſilium non obligat ad illud ſequendum*;
n.6. & 7.
5 *Actus dicitur nullus, ſi id, quod mandatum
eſt fieri, ſit ſine conſilio illius, à quo requiren-
dum erat: fallit vbi Conſiliarius eſſet abſens*,
n.8. & 10.
7 *Statutum requirens pro forma Conſilium ſapien-
tis; non eo requiri neceſſum eſt.*
9 *Diſpoſitio non vitiatur; & ſi ſit vt quis nubat
cum conſilio alicuius, & eo requiſito non ſe-
quatur.*
10 *Conſenſus vbi requiritur, num actus alias vitie-
tur?*
11 *Actus factus contra legem, & ſtatutum, non
valet.*
12 *Conſilium dans ad homicidium, vel furtum, qua-
liter teneatur? remiſſiuè.*
13 *Conſilium peritorum in arte, qualiter obliget?
remiſſiuè.*

1 DEcernit Pontifex hic, vt quando Papa man-
dat habentibus eligere quod eligant cum
conſilio, alioqoin Conſiliarij prouideant, debeant
eligentes conſilium reqoirere in tractatu electionis,
& congruo tempore expectare reſponſum, alias
2 electio non teneat. † Etenim Barboſa hic compro-
bans *num.*1. dicit *num.*2. quòd vbi requiritur, con-
ſilium debet peti ante actus expeditionem.

Et *num.*7. quod poſtquam petitum fuerit Con-
3 ſilium, ſpectandum eſt reſponſum per tempus ne-
4 ceſſarium. † Et *num.*4. quod conſilium non obli-
gat ad ſequendum: aliquid *in cap. fin. infra.* De
his omnibus Gonzalez *in reg.* 8. *Cancel. gloſſa* 46.
*num.*38. *& gloſſa* 48. *à num.*12. *&* 40. Bertachinus
*de Epiſcopo p.*1. *lib.* 3. *num.*87. *&* 88. Bartol. per
textum cum Prætor 59. §. *mando ff. de leg.* 2. San-
chez *de matrim. lib.* 1. *diſp.* 34. *num.* 24. Barboſa
axioma 93. *num.*2. Gutierrez *de tutelis p.*1. *cap.* 8.
*num.*4. Menoch. *de præſumpt. lib.* 6. *quæſt.* 34. *à
num.* 25.

Nunc verò pro maiori enodatione adiungo ſe- 5
quentia; nempe quod actus dicitur nullus, ſi id,
quod mandatum eſt fieri, fit ſine conſilio illius,
cuius, conſilium requirendum erat: ſic ex textu
noſtro comprobat cum multis Gratianus *reg.* 10. de
quo Doctores *in cap. ex parte de conſtit.* & ibi be-
ne Felinus tripliciter limitat. † Et quod conſilium, 6
etſi requirendum ſit, non tamen ſequendum, pro-
bat textus, vbi Doctores *in cap. cum olim, de ar-
bitris.* Et videbis Barthol. Sanchez *in clem.* 2. *de
teſtibus num.*5. & applicabis textum *in cap. cum in
Iure perit. us hoc tit.*

Notabis verò quod etiam ſi ſtatutum requirat 7
pro forma conſilium ſapientis, non oporteat id re-
quiri, vbi caſus eſt clarus in iure, Angelus *in l. hac
conſultiſſima cod. qui teſtam. facere poſſunt*, quem
refert Palacios Rubios *in Rub. de donat. inter* §.38.
*num.*13. *col. penult.* † Item quod regula non pro- 8
cedit, quando ille, cuius conſilium requiritur, eſſet
abſens, & ſit periculum in mora: ita Bart. *in l. ſi
plures ff. de exercit.* Tyraquel. *in ll. Connub. n.*16.
Mieres *de Maiorat.* 1. *p. cap.* 50. *num.*6. *ad finem.*
† Item quod non vitietur diſpoſitio quod quis du- 9
cat, ſeu nubat conſilio alicuius, & non alias: nam
licèt petatur, & expectari debeat; non tamen ſe-
qui, quod ſecus eſt in diſpoſitione, quæ confert
matrimonium in alterius arbitrium, ſecundum *l.
cum tales*, §. *arbitratu, ff. de condit. & demonſt.* latè
Gulielm. Benedict. *in cap. Raynneius de teſtam.*
verb. *qui cum alia à num.* 88. Matienzus bene *in
l.* 14. *tit.* 4. *lib.* 5. *recop. gloſſa* 1. *num.* 62.

Quid ſi conſenſus requiratur, bene Tyraquel. 10
poſt leges connub. gloſſa 2. *per totam*, Couarruu. *in
regula peccatum lib.*6. *p.*2. §. 3. *num.*10. & *in* 4. *p.*
2. *cap.* 7. §. 1. *num.*1. Doctor *in l.* 55. *Tauri cum
ſeq.* Ioannes Matienz. *in l.* 5. *tit.* 3. *gloſſa* 1. *n.* 1.
cum aliis *lib.* 5. *recopil.*

Et applicabis quæ tradit idem Gratianus *reg.* 14. 11
vbi quod actus contra leges, & ſtatutum factus, non
valet *ex l. non dubium cod. de legibus*, de quo notaui
ſupra *in cap. cum dilectus de reſcriptis.* Applicabis
alia quæ adduxi ſupra diuerſis in capitibus de tem-
pore, quo debeant expectari vocari ad electionem:
de quo puncto Barboſa *de iure Eccleſ. p.*1. *cap.*19. *à
num.*96.

De conſilium dantibus ad homicidium, vel fur- 12
tum, qualiter teneantur, dico infra *in cap. ſicut
dignum de homicidio.*

Item applicabis quæ dixi *ſub cap.*4. & *cap. penult.* 13
de probat. vbi de conſilio, & iudicio peritorum in
arte, plura cumulaui.

Ad verſ. *tractatum fuiſſe habitum*: applicabis quæ 14
noto infra *in c. cum in Geneſi* 55. *circa finem hoc tit.*

Ad Text. in cap. Congregato. LIII. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Electio à maiori parte de indigno, poſtponitur
facta à minore de digno*, & num. ſeqq.

4 *Eligens*

4 *Eligens num ſcieuerit indignum elegiſſe , vel non, quando præſumatur ?*
5 *Indignus dicitur qui habet defectus perſonæ expreſſos.*
6 *Patroni Laici indignum ſcienter præſentantes, priuantur iure præſentandi pro ea vice.*
7 *Conferens beneficium ſcienter indigno , priuatus, eſt , & deuoluitur ius ad ſuperiorem.*
8 *Procurator conſtitutus ad eligendum cum mandato generali , & liberè , nequit in ferendis ſuffragiis , vnum nomine ſuo , & alterum nomine mandatis eligere, fallit, quando adeſt omnimoda æqualitas* , n. 9.
10 *Procurator debet habere mandatum ad iurandum pro impedimento ſui Domini. Et quæ debeant interuenire , vt legitimè conſtituatur.*
11 *Dictio* poſtmodum *ſignificat internallum.*
12 *Dictio* irrita *ſimplex , & per ſe , importat latam ſententiam.*
14 *Electio facta in loco non conſueto , debet nihilominus confirmari.*
15 *Electio Prælati , vbi fieri debeat. Vbi practicetur ſi fiat Præbendarum* n. 17.
16 *Electio Pontificis facta in loco interdicto , non valet ; non ſic alterius Prælati* dicto n. 15.
17 *Negotia faciliora vbilibet intra Eccleſiam ſolent decerni.*
18 *Electio Papæ debet fieri in Conclaui clauſo.*

1 POntifex in præſenti decidit,quod ſi pars maior in eodem ſcrutinio eligit indigoum , & pars minor elegit dignum , valet electio minoris ; quia maior pars eligendo indignum , priuatur pro illa vice poteſtate eligeodi , & deuoluitur ad mioorem de maiori parte votorum , ac eorum publicatione, dico explicitè infra *in cap. publicato* 58. *hoc tit.* & de doctrina noſtri textus dixi ſupra *ſub cap. quia propter* 42. & quod hodie ſeruetur in praxi de minori parte eligente dignum ; maior verò indignum ibi : *ſub quæſt. fin.*
2 Occaſione huius deciſionis , quam comprobat Barboſa , poſſunt hic adiungi dicta *ſupra* de electione indigni , & de electione digni , prætermiſſo digniori *in cap.* 7. §. 2. *& fin.* & in aliis huius tituli
3 Capitibus. † Et quod ſcienter eligentes indignum, pro illa vice priuentur poteſtate eligendi ; noo autem ſi nominauerint tantùm , dixi ſupra , & nunc repeto ex adductis à Barboſa omnino videndo *de*
4 *iure Eccleſiaſt. p.* 1. *cap.* 19. *à n.* 66. † vbi *num.* 68. relinquit iudicis arbitrio. An eligens præſumatur ſciuiſſe electum fuiſſe indignom , & ex quibus hæc ſententia colligatur ? de quo loquens Sigiſm. à Bononia *in hoc tract. dub.* 61. *n.* 4. ait vt tunc eligẽs præſumatur ſciuiſſe electum illum fuiſſe indignum , ſi electus ille fuit ſemper in eadem ciuitate , & loco, vbi extitit eligens, & electus ita deliquit , vt veriſſimile ſit eligentem id reſciuiſſe. Quod ſi is electus abfuit , vel ſecretò ſic errauit, vt probabile ſit electum ignoraſſe:tunc quod igoorantet elegerit. præſumendum eſſe dicit : Qui tamen *num.* 13. hoc limitat , quando ipſi electores compromiſerunt in aliquem , qui compromiſſarius eligit indignum ; niſi tamen ipſi Compromittentes talem electionem ra-
5 tam habuerint : † Et *num.* 70. dicit quod indignus dicitur qui habet defectus perſonæ expreſſos , *cap. cum in cunctis hoc tit.* Garcia *de benef. p.* 7. *cap.* 12. *num.* 84. cum aliis. Sigiſmund. ſupra *num.* 11. Lauo-
6 rius , *variar. lucub. cap.* 15. *n.* 77. † Et *num.* 74. quod Patroni laici indigoum ſcienter præſentantes , priuantur iure præſentandi pro ea tantum vice , ſi ſcienter præſentauerint eum. Marius Anton. *variar. lib.* 1. *reſ.* 19. Vgolin. & Riccius à Barboſa relati. † 7
& *num.* 75. quod conferens beneficium ſcienter indigno priuatus eſt conferendi poteſtate ; itavt propter conferentis negligentiam deuoluatur ad ſuperiorem beneficium incapaci collatum. Rebuf. *in praxi tit. pœna contr. collator indign. conferent. n.* 1. Mantica *deciſ.* 158.

Et cum in verſ. *computato Procuratore cuiuſdam* 8
abſentis dicat *hic* Barboſa *ſub num.* 1. quod Procurator conſtitutus ad eligendum cum mandato generali , & libero ad eligendum,non poteſt inferendis ſuffragiis vnum nomine ſuo,& alterum nomine mandantis eligere ex ea ratione ; quia eadem conſcientia debet eligere nomine Domini ſui, qua elegit nomine proprio; *ex cap. ſi quis Iuſto* §. *porro hoc tit. lib.* 6. vbi DD. & Barboſa cum aliis *de iure Eccleſ. p.* 1. *cap.* 19. *n.* 165. † Et ſubdit cum Gutierrex, 9
Molina, Lancelloto, & aliis, quod ſi merita duorum, vel trium ita eſſent æqualia , vt ab electoribus diſcerni non poſſit, quis eorum melior, & idoneior ſit cæteris ; putet poſſe procuratorem vnum nomine ſuo , & alium nomine mandantis ex illis eligere. † 10
Et Iulius Lauor. *variar. lucub. tit.* 5. *cap.* 17. *num.* 17. dicit quod procurator debet habere mandatum ad iurandum ſuper impedimento ſui Domini. Et *n.* 69. ponit formulam conſtituendi procuratorem : de quibus , & aliis idem Barboſa ſcribit latè *de iure Eccleſiaſt. p.* 1. *cap.* 19. *à num.* 100. & notat ſupra *in c. quia propter* 42 §. *illud, hoc tit.* Etenim qui abſens eſt tempore electionis, iuſto detentus impedimento, poteſt vnum , vel plures procuratores conſtituere, qui per ſe votum in electione præſtent; dum tamen quis ſit in loco, vbi euocari poteſt; & quod iuſto impedimẽto detentus venire oon poſſit; & quod procurator habeat mãdatum ad iurandum ſuper dicto impedimento: ſic patet ex verbis *dicti* §. *illud, c. quia propter*, ibi: *Illud autem penitus interdicimus, ne quis in electionis negocio Procuratorem conſtituat, niſi ſit abſens in eo loco, de quo debeat aduocari* : ſic docet Iulius Lauor. cum aliis *variar. lucub. tit.* 4. *cap.* 17. *num.* 34. vbi ſubdit quod ſi quis electorum tempore vacationis , ſeu citationis , facieodæ ſit intra fines, vnde ſunt vocandi abſentes , & poſtea electionis tempore ſit extra fines, non admittatur eius Procurator ; qui *num.* 44. ait vt non dicatur abſens ad dictum effectum , is , qui eſt in aliqua parte ciuitatis, etiam remota , vel prope in Hortis ; vbi quòd abſenti non licet per litteras exprimere votum ſuum *dict. cap. ſi quis Iuſto* §. *abſens hoc tit. lib.* 6. ibi : *non poterit aliquatenus per litteras*. Boërius *deciſ.* 1. *n.* 41. *& num.* 37. Sigiſmund. à Bononia *de elect. dubio* 14. *num.* 1. & hoc etiam volente Capitulo: & idem Lauor. *num.* 35. dicit legitimum abſentis impedimentum reputari quando ob inimicitias capitales venire non poſſit , vel ob infirmitatem grauem ; non autem leuem , vel ſi aduerſa nauigatione, impediatur, vel ſi vocetur ad maius tribunal ; vel ſi obſeſſus in aliquo Caſtro, vbi egredi non poſſit, & ſimilia; ita tamen , vt impedimentum exprimatur quale ſit: & addit *n.* 41. quod ad hoc vt talia impedimeota iuſta dicantur , requiratur, vt de tempore, quo impeditus venire non poteſt ſit in eo ſtatu , in quo ſi præſſens eſſet, poſſet eligere : alia traduot omnino videnda idem Lauor. longè agens *ſub dict. cap.* 17. Barboſa *de iure Eccleſ. p.* 1. *dict. cap.* 19. *à num.* 100. *ad* 115. Tamburin. *de iure Abbat. tom.* 1. *diſp.* 5. *q.* 3. Rota *in Calagurita. beneficij de Morillo* 13. *Nouemb.* 1620. coram bonæ memoriæ Vbaldo : Qui

omnes

omnes dicunt quòd ex pluribus procuratoribus ſignatis, in dubio potior ſit primo nominatus inſtrumento procurarorio. Quod ſi duo ſunt eadem die nominati, & non appareat de priori mortuo, ſe confundunt: argum.eorum quæ dixi *ſub tit.de fide inſtrum. in Rub.*& *in cap. pen.* & quòd procurator debet eſſe de collegio ex dicto §.*illud*, ſic vt nullus queat cogi ad acceptandum.

11 Dictio *poſt modum* hic ſignificat interuallum, tradit Barboſa *hic num.* 2. cum Tyraquello, de qua in ſuo tractatu de dictionibus in eadem dictione.

12 † Et *n.*4. ex gl. hic dicit quod dictio *irrita* ſimplex, & per ſe, & ſine adiectione alterius, importat latam ſententiam, cum Tyraquello *in l. ſi vnquam*, verb.*reuertatur n.*48.

13 Et in verſ.ibi, *ſcientia litteralis expertem*: de hoc videbis notata ſupra *in cap.*7. applicabis dicta infra *in cap.penult.& fin.de atate ordin.*

14 Et in verſ.*congregato Neruen.Capitulo*, hic poſſet dubitari in quo loco debeant electores congregari; vt electio valida ſit: & reſpondetur, quod locus electionis faciendæ; dummodo clandeſtinus non ſit, minimè eſt de ſubſtantia electionis. Et quòd electio quamuis facta non ſit in loco conſue-
15 to, debet nihilominus confirmari. † Sed quòd electio Prælati debet de congruentia fieri in Eccleſia Cathedrali, ſeu loco conſueto, & in ſubſidium, vbi commodius daretur facultas, tradit cum multis idem Barboſa *de iure Eccleſiaſt.dict cap.*19.*à n.*176. *ex cap. quod ſicut, hoc tit.* Iulius Lauor. *dict. tit.* 4. *cap.*18. *num.*8. dicens procedere; licèt locus ſit interdictus, Abbas *in cap.cum terra ſua.*

16 Et videbis textum *in cap.vbi periculum* §. *porro hoc titulo*, *lib.*6. in quo expreſsè prohibetur electio
17 Pontificis fieri in loco interdicto, † ſæpius video in Eccleſiis faciliora negocia, & inſtantanea decerni vbilibet intra Eccleſiam Cathedralem, ſed electiones canonicas Præbendarum, ac aliorum beneficiorum, conuocato Capitulo ante diem, & poſt modum congregato intra cellulam, vulgò *ſala* ſui
18 Capituli. † Et quòd electio debeat fieri in Eccleſia Cathedrali, ſi fieri poteſt ſupra *cap.*28. ibi in verſ. *ſi fieri poteſt*, vide Abbatem *in cap.cum terra.* Iulium Lauor. *variar.lucub.cap.*18.*num.*6.7. *&* 8. vbi dicit ſpeciale eſſe in electione Pontificis, quæ non poteſt fieri, niſi in conclaui clauſo, vt ſtatuit Gregor. XV. *in ſua conſtit.Æterni*, videbis etiam Gonzales *ad regul.*8.*cancellaria*, *gloſſa* 62.*n.*19. Borrel.*in ſumma omn.deciſ.tit.*6. *n.*13. Gregor.*ſyntagm.iuris lib.*15. *cap.*12. Azorium, & Rendinam, quos refert, & ſequitur Barboſa *n.*178.

Ad Text. in cap. Dudum. LIV. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Beneficiorum incompatibilitas, remiſſiuè.*
2 *Error communis, & titulus putatiuus, operantur actus validitatem*, & n.ſeq.
4 *Conteſtationis materia inſinuatur.*
5 *Probatio per confeſſionem remiſſiuè.*
6 *Poſitiones iuris qua remiſſiuè.*
7 *Archidiaconorum officium quod remiſſiuè.*
8 *Falſitas ſuppreſſa, quid in actum operetur remiſſiuè.*
9 *Pœna* leg.10.tit.1.lib.4.recopil.*num incurratur per ſolam citationem laici coram Eccleſiaſtice.*
10 *Reſignare queis criminoſus ſuum beneficium, etiam poſt receptas probationes, & concluſum in cauſa, ſi veniat puniendus per ſententiam & poſt ſententiam, appellatione pendente*, num.11.
12 *Collatio facta poſt priuationem ante tranſitum in rem iudicatam eſt nulla, ſi priuatus non appellauit.*
13 *Impetrari beneficium criminoſi, poteſt in euentum probationis. Impetrans verò obligabitur ad pœnam extraordinariam arbitrio Rota* num.14.
15 *Impetrans non eſt habilis ad conſequenda beneficia eius, ob cuius priuationem, illud impetrabat, ſi moriatur in illo, interim impetrans.*

Deciſio huius textus, cum pertineat ad incompatibilitatem beneficiorum, iuxta infra latè notata *in cap.de multa* 28.*de prab.* & ſatis ſuperque Barboſa hic exornat litteram; ego nunc tantum faciam remiſſionem pro principalioribus verbis eius. 1

Igitur quia Barboſa hic *à num.* 3. tractat materiam de factis ab aliquo habito pro Prælato ex cõmuni errore, reſoluens, *num.*7. quod error communis, & titulus putatiuus operatur validitatem eorum, quæ geruntur per inhabilem, quando inhabilitas fuerit de iure humano, ſecus ſi de iure Diuino, iuxta doctrinam textus *in l.Barbarius ff. de officio Prator.* & *l.*2.*cod.de ſent.& interlocut.* ideo applicabis quæ dixi *in cap.*1. *in* 2. *eius parte* 54.*de ſacram.iterandis vel non*, ibi: *In verſ. ad quartam & tertiam*, vbi egi de dubiis an Pontifex ſuppleat defectum Iuriſdictionis miniſtrantibus Sacramentum cum opinione probabili vel ſuppleat illam in miniſtratione ſacramentorum, ſtante errore communi abſque titulo colorato, & quid in aliis iuriſdictionalibus dixi alibi ad explanationem *dict. l. Barbarius*, aliquid infra *ſub tit.de ſeru. ordin.vel non.* 2

Nunc verò pro exacta exornatione, applicabis quæ dixi *in cap.tua, de cauſa poſſeſ. & propriet.* 9.1. *num.*11. vbi de intellectu huius textus. 3

Et ad verſ. *conteſtationem litis*, dum notat hic Barboſa *num.*11. quod litis conteſtatio eſt terminus ſubſtantialis iudicij, ſine qua ſententia lata, & probationes factæ laborant nullitatis vitio; ideò applicabis quæ latè dixi *ſub Rub.de litis conteſt.*& *in c.*6. *de iudiciis à quaſt.* 11. & idem notat cum gloſſa verb. *reſponſionem num.*19. quod litis conteſtatio fit per principalis negocij apud competentem iudicem factam narrationem, & ad eam, ſequutam reſponſionem, ſiue per affirmationem, vel negationem, multis probans, de quo *ſub dicta Rub.* & *ſub dict. cap.*6. & alibi. 4

Et in verſ.*ſed cũ in iure confeſſus fuerit.* De probatione per confeſſionem, plura *in tota Rub.& tit.de confeſſ.* dico, & *ſub cap.*4. *de iudic.* item & *ſub cap. ſi cautio de fide inſtrum.* Ad quem verſ. addes quæ tractat Balboa *in c.nullus* 5.*à num.*2. de iuramento, quod præſtatur à prouiſo in aliqua Dignitate, de quo dixi latè ibi, *& ſub cap.*4. illius tituli. 5

Et in verſ.ibi: *cum non per poſitiones.* De poſitionibus in iure reſpondendis, latiſſimè dixi *in cap. vnico de litis conteſtatione*, 6

Et in verſ.*quod Archidiaconus*, hic poterant coniungi omnia, quæ de iure ſpectant ad officium Ar- 7
chidiaco

chidiaconorum, de quibus *in ſuo titulo*. Et ſic adiun-
ges Balboam, qui textum noſtrum expendens, *in
cap.18. de re iudic. à num.16.* loquitur de inſtitutione
Archidiacono competenti.

8 Et in verſ. *cum falſitatem ſuggeris, & ſuppreſſe-
ris*, occaſione huius verſ. poteris hic adiungere quæ
notaui ſupra *in cap.20. 23. & 27.* & aliis de reſcri-
ptis.

9 Et in verſ. *tandem*, ad bonam quæſtionem appli-
cabis Gutierrez *lib.3. practicarum c.30.* vbi tractat
de ea, vtrum pœna *leg.10. tit.2. lib.4. recopilat.* in-
curratur per ſolam citationem laici coram Iudice
Eccleſiaſtico, ſi ante litis conteſtationem pœniteat
actorem, de qua latiſſimè dixi *in cap. licet ex ſuſ-
cepto de foro comp. a quæſt.3. &* 8. & pergens Gutier-
rez, dicit ex noſtrō textu illum vocans optimum *in
dicta quæſt.30. à num.41.* quod in pœnis legalibus,
licitum eſt deſiſtere, vſque ad ſententiam. Barboſa
hic cum Boërio *num.13.* Et tu applicabis quæ dixi
latè *ſub cap.5. de iudiciis*, de eo, qui citatus, reſ-
pondit, nolle comparere, & poſtea pœnituit, an
excuſetur à pœna, de qua ibi.

10 Et in verſ. *diximus admittendum*, dicit Barboſa
num.16. quod criminoſus pendente iudicio, & in-
quiſitione, etiam poſt receptas probationes, & con-
cluſum in cauſa poteſt reſignare ſuum beneficium;
quod intelligit *eo lect.1320.* quem videbis, quando
criminoſus venit puniendus per ſententiam Iudicis,
non ipſo iure, dicens quod pluries cenſuiſſet Rota
11 Romana. † Et poſt ſententiam, pendente appella-
tione; quia extinguit appellatio pronunciatum; quod
comprobabis ex infinitis, quæ dico *ſub tit. de ap-
pellationibus, & ſub tit. vt lite pend. nihil inno-
uatur.*

12 Notabis verò quòd collatio facta poſt priuatio-
nem ante tranſitum in rem iudicatam, eſt nulla, eſto
quod priuatus poſtea non appllauerit. Mohedan.
*deciſ.*148. Puteus *deciſ.30. lib.1.* Riccius *ſupra*, vbi
dicit quod fuit in Rota reſolutum *in vna veronen.
12. Decemb.* 1545. coram Cardinali ſanctæ crucis: &
ampliat ex Rota *deciſ. 1. de re iud. in antiquior.* vt
poſſit fieri prædicta reſignatio, etiam non facta
mentione de accuſatione, vel inquiſitione, ſi iudi-
cium pendet.

13 Et pro ornamento huius textus in prædicto dubio
de duobus, quærit Riccius *dicta collect.* 1320. in verſ.
ſed, primo nùm beneficium criminoſi poſſit impe-
trari in euentum priuationis; & tradit cum Rota
in deciſ. fin. vt lite pendente affirmatiuam ſenten-
14 tiam, † ſed quod taliter impetrans, debet ſe
obligare ad pœnam extraordinariam arbitrio Ro-
tæ; & ſic non requiratur talionis pœna, cum Creſ-
cent. *deciſ.*161.

15 Secundo an impetrans alterius beneficium ob
illius priuationem, illo interim decedente, ſit ha-
bilis ad conſequenda præfata beneficia, & idem
Riccius cum Rota *deciſ. 441. vt lite pendente
in nouis*, negatiuam tenet ſententiam,
addens pariter eandem opinionem
tenuiſſe Capell. Tholoſan.
*deciſ.*437.

***

Ad Text. in cap. In Geneſi. LV. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Electio ſi non præcedat collatio; etſi etiam non
fiat a maiori parte, non valet.*
2 *Electio debet fieri iuxta formam textus* in cap.
quia propter 42. de electione. *Et de requi-
ſitis* n.3.4.5.6.7.8. & 9.
6 *Electionis locus, nùm deſignatus debeat eſſe re-
miſſiuè.*
10 *Præparatio ad electionem eſt tractatus quidam
eorum, quæ facienda ſunt.*
11 *Electionis tempus quale ſit?*

TExtus huius deciſio, & littera generalis eſt ad 1
tractationem de electione, & eius requiſitis;
& ſic poteris eius litteram abundè exornare ex ad-
ductis *ſupra* in pluribus locis. Nam quatenus dicit
quod non valet electio, ſi non præcedat collatio;
etſi non fiat à parte maiori, notaui ſuprà *in c. Cu-
mana 50. hoc tit.* & *in c. cum poſt petitam 46.* Pro
exornatione infra dico *in cap.58.* & *in cap. quia pro-
pter 42. ſub quæſt.3.* dixi, & per totum de materia
noſtri textus, vbi leges.

Et quatenus textus hic in verſ. *ex ſingularibus*, 2
& ibi: *non tamen debuit ſubſequi ſingularis electio,
ſed communis*, & ibi, *nec etiam electio*, ex quibus
Barboſa *num. 2. & 3.* ait electionem faciendam
eſſe, iuxta formam textus *in cap. quia propter 42.
hoc titulo*, vbi poſui plura notatu digna. Et quod 3
eligentes debent in vnum congregari, vt demon-
ſtrant verba ibi *fuerit celebranda præſentibus omni-
bus.* † Et ſic quòd vota data extra Capitulum, vel 4
poſt factum ſcrutinium, non augent numerum.
† Et ſic quod electio per ſcrutinium neceſſariò fa- 5
cienda eſt per congregatos in vnum; itavt non
ſufficiat conſenſus eligentium ſingulariter præſti-
tus, ſed oportere quod collegialiter conſentiant:
ita cum multis probat.

Hic poſſes dubitare, an debeat eſſe deſignatus 6
locus, vbi congregentur? ſed dices, vt dixi ſupra
in cap. congregato 53. in fin. & *ſub dict. cap. quia pro-
pter 42.*

Et quæ dicatur maior pars ad electionem? iam 7
ſæpius ſupra dixi ſub aliquibus iuribus, & hic Bar-
boſa explicat *num. 2.* idem *de Iure Eccleſiaſt. c.19.
parte 1. à num.* 200. vbi dicit quod electio debet
fieri à maiori parte, comparatiuè ad minorem par-
tem congregatorum, & reſpectu ad totum Capi-
tulum ibi *num.*223. † Et *num.* 225. quod electio 8
communis ſit, facta votorum collatione, & abſ-
que vlla reali interruptione, ibi *num.* 226. † Et 9
num. 219. ait quod votorum collatio reſpectu nu-
meri, meriti, & zæli, ſtatim de ſubſtantia fieri de-
bet, facta, ſuffragiorum publicatione. Et hic po-
teris, adiungere quæ ipſe adducit de ſcrutatoribus,
& eorum officio *à num.212. &* 184. de quibus om-
nibus dixi latè *in dicto cap. quia propter 42.*

Item adiunges quæ ipſe tradit *num.* 182. nempè 10
quod debeat fieri tractatus ante electionem, iuxta
gloſſam verb. *tractantes in cap. in nomine 23. diſt.*
qui ſunt, veluti præparatio ad electionem; non
autem electio, quia in eis fit diſcuſſio tantum
eorum

Digitized by Google

eorum, quæ facienda ſunt, nominantur vtrinque plures, qui iudicantur digni electione, & fit collatio nominatorum perſonæ ad perſonam, meriti ad meritum, & zeli ad zelum, iuxta textum noſtrum, *& cap Cumana ſuprà hoc titulo*, & quiſque dicit quod ſibi videtur, abſque eo tamen, quod ſequatur aliqua concluſio, vel electio; & aliqui exiſtimarunt huiuſmodi tractatus eſſe de ſubſtantia electionis; vt notanter tenent gloſſa, verb. *in tractatu, cap. cum in veteri hoc titulo*, Antonius de Butrio *in cap. cum inter num.7.& in cap. in cauſis hoc titulo*. Petrus Gregor. *in ſyntagm. titulo de elect. cap.15. in fine*, videbis Sigiſmund. à Bononia *de electione dub. 56. num.6.* aliquid dixi ſupra *ſub dict. cap. quia propter in fine*. Et de pactis reprobatis in electione dixi ſupra *in cap.*

11 Per textum hunc poteris aggregare quæ tractat Iulius Lauor. *variar lucubr. tit.4. cap.18.* vbi electio quo in loco, & de quo tempore ſit facienda? & iotra quod tempus à die vacationis fieri debeat, & electo præſentari. De quibus etiam *ſub dict. cap. quia propter 42. & c.15. hoc tit.*

Ad Text. in cap. Meſſana LVI. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Electio Epiſcopi facta per Laicos, nulla eſt, non obſtante qualibet conſuetudine.*

2 *Laicus ſanctitatis, & vitæ bonus poterit eligi in Epiſcopum; etſi difficulter per dicta n.3. Exempla referuntur, n.4.*

4 *D. Nicolaus, Seuerus, D. Ambroſius, dum eſſent Laici, fuerunt electi in Epiſcopos.*

5 *Prælati mors, num debeat denunciari Principi Laico de iure. Quid practicetur Hiſpaniæ*, num.6.

6 *Capitulum Cathedralis, mortuo Epiſcopo, tenetur in his Regnis Hiſpaniæ denunciare eius mortem Regi.*

7 *Epiſcopi inſigniri tales nequeunt, niſi qui fuerunt nominati à Regibus Hiſpaniæ.*

8 *Epiſcopi prædefuncti, bonorum cuſtodia pertinet ad Regem Hiſpaniæ.*

9 *Eccleſia viduata eſt ſub Regis Hiſpaniæ protectione.*

10 *Inuentarium Epiſcopi fit ab Eccleſiaſtico. Quid in Hiſpania ſeruetur, n.12.*

11 *Hæredes Epiſcopi ſunt alij Epiſcopi, Eccleſia, vel Camera Apoſtolica, n.13.*

14 *Reges Hiſpaniæ num poſſint mittere ad electiones Prælatorum Præſides?*

1 DEcidit Pontifex hic, quod electio facta Epiſcopi per Laicos, & Canonicos, etiam ſi hoc habeat, conſuetudo, non valet, multis comprobat Barboſa, colligens *numero 2.* quòd non valet conſuetudo, vt Laici in electionibus Epiſcoporum vocem habeant; quia electio, nec actiuè, nec paſſiuè cadere poteſt in Laicum in ſpiritualibus; ad quod comprobandum adiunges quæ dixi *in cap. cum Eccleſia Sutrina de cauſa poſſeſſ. quæſtione prima & ſecunda*; item ſupra *ſub Rubr. in quæſtione ſexta*.

2 Inſuper Barboſa hic *numero 3.* tradit cum Felino, & Caſſaneo, quòd ſi Laicus fuerit ſanctitatis, vitæ, & legalitatis maximæ, poterit eligi in Epiſcopum, & omnes ad hoc mirificè extollunt textum hunc, ex cuius verbis nihil colligi video. † Tamen quia idem Barboſa *de Iure Eccleſiaſt. part.1. cap.8. à numero 114. ad 116.* dicit quod Laicus in Epiſcopum eligi non poſſit, per textum *in cap. ad nos 59. diſtinctione, cap. miramur 61. diſt. cap. ſtatuimus, §. his omnibus eadem diſtinctione, & cap. exigunt 1. quæſtione 7.* ipſe *de poteſt. Epiſcopi part.1. titulo 1. cap.3. numero 4.* & Iulius Lauorius *variar. lucubrat. titulo 4. cap. 16. numero 14.* Sicquè in pleriſque Conſiliis, & decretis Pontificum habetur expreſſum, vt nullus ex Laico fiat Epiſcopus, ex ratione textus *in cap. miſerum 61. diſt. & ex cap. quid proderit eadem diſtinctione*, poterat non admitti dictum Felini, & Caſſanei; verùm eorum dictum non improbabis ſi legas textum Gratiani *in dict. cap. ſtatuimus, §. his omnibus, cap. Oſius eadem diſt. cap. Neophitus ibi.* † Videbis eundem Barboſam, qui *de poteſt. Epiſcopi part.1. titulo 2. gloſſa 17. numero 7.* refert Sanctum Nicolaum ex Laico fuiſſe Epiſcopum electum, & Beatum Seuerum ex Laniſicio in Archiepiſcopum aſſumptum, & Sanctum Ambroſium ex Neophito Archiepiſcopum Mediolanenſem aſſumptum fuiſſe; ac idem *de Iure Eccleſiaſtico dict. cap.8. numero 115.* repetit, addens Martinum Turonen. Epiſcopum, & Auguſtin. Hiponen. ac alios ex Neophitis fuiſſe conſtitutos Epiſcopos. Alia plura ad textum applicabis tradita ab ipſo *dicto cap. à numero 64.* & nonnulla, quæ notaui ſupra *in cap. quiſquis 43. & in Rubr.* verb. *Epiſcoporum electio*, & alibi ſæpius. 3 4

Pergit Barboſa hic *numero 4.* interrogans de dubio, an autem conſuetudine introduci poſſit vt mors Prælati Principi nuncietur, ab eoquè venia petatur ad nouam electionem procedendi; ita quòd electio aliter facta viribus careat: & refert affirmantes Innocent. *in cap. quod ſicut col. 1. numero 1.* ſuper verb. *nominatio hoc titulo.* Compoſt. *ibi numero 57. col. 1.* Ioannem Andream *numero 6* Aocharanum *numero 1.* verſ. *aduerte.* Anania *numero 2.* verſ. *nota*, ſed id Barboſa intelligit procedere iuſta exiſtente cauſa, cum Butrio *col.2. numero 16.* & Rendina *in promptuario receptar. ſententiarum, tom. 1. tit.23. numero 4.* 5

Vnde huic dicto addo ego, præcipuè in noſtra Hiſpania teneri Capitulum mortuo Epiſcopo, eius mortem Regi denunciare, vt Rex nominet perſonam Summo Pontifici ad prouidendum de Epiſcopatu vacante, vt tradunt Palacios Rub. Cabedus, Gregor. Lopez, Azeuedus, & Barboſa *de Iure Eccleſiaſtico dict. cap. 8. numero 81.* † Subdens *numero 86.* quòd non poſſunt Dignitatibus his inſigniri, niſi qui fuerint à Regibus nominati, & præſentati. Et rationem præſto ex longè à me dictis *ſub cap. cum Eccleſia Sutrina 3. de cauſa poſſeſſion. & proprietat. quæſtione ſecunda*, præcipuè *quæſtione tertia*, vbi de ratione, quare competat Regibus Hiſpaniæ nominare Epiſcopos? Et quid de aliis Regibus Franciæ, Poloniæ, &c. repetit Barboſa videndus *dict. cap. 9. à numero 74.* † qui *num.86. 87. & 88.* dicit cuſtodiam bonorum defuncti Epiſcopi pertinere ad Regem. 6 7 8

Item quod Eccleſiæ Paſtore viduatæ, ſint ſub Regis protectione. † Vbi quod quamvis inuentarium Epiſcopi à iudice Laico faciendum eſſe minus bene exiſtimauerint Cabedus *deciſ. 84.* Zeuallos *de violentia p.2. quæſt.76. num.13.* tamen debere 9 10

tantum confici à iudice Eccleſiaſtico magis proba-
bile dicit, ad tradita per Franc. Marcum Delphin.
*deciſ.*105.*p.*1. per Martham, *de Iuriſd.p.4.caſu* 122.
11 *num.*16. † ex ea ratione quia Epiſcopi decedunt
inteſtati, & eorum hæredes ſunt alij Epiſcopi, Ec-
cleſia, vel Camera Apoſtolica, ſuper quibus nul-
12 lam habet iuriſdictionem ſæcularis. † Non ita in
noſtra Hiſpania ſeruatur, cum potius Prætor, aut
Iudex Laicus Diœceſis, vbi moritur Epiſcopus ſe
intromittat ad inuentariandum; etſi aſſiſtere ſoleat
ſubcollector Canonicus Cameræ Apoſtolicæ, qui
in qualibet Cathedrali ſolet creari. De quibus ſub-
collectoribus, & ad quos effectus benè Garcia.
13 Addes ad textum hunc quæ notaui ſupra *in c.*7.
& 10. *de conſtit.* & Balboam *in cap.7.de præſcript.*
& ibi *à num.* 33. & dicta ſupra *in cap.* 51. Et cita-
14 tum Barboſam *in cap.* 2. *ſuprà.* † Et ad bonam
quæſtionem adiunges Salzedum *de lege Politica*
*part.*1.*cap.*12.§.1. vbi longè agit de iure, quo Re-
ges Hiſpaniæ poſſint mittere ad electiones Præla-
torum Præſides, aut aſſiſtentes, vt eis aſſiſtant cum
voto, de quo aliqua dixi *ſub dicto c.3.de cauſ.poſſeſſ.*
& propr.

Ad Text. in cap. Eccleſia veſtrą. LVII. hoc tit.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Confirmatio electionis, non ſufficit vt fiat à maio-
ri parte, ſed à ſaniori.*
2 *Electio facta à non maiori parte, eſt nulla, non
tranſgreſſione formæ, ſed defectu poteſtatis.*
3 *Conſenſus illius, qui noluit intereſſe electioni,
nihil præſtat, ſi poſtea detur,* & n.4.
6 *Procurator qui poſſit conſtitui, abſente electore,
remiſſiuè.*
7 *Eligentium voces aliis accedentes, nequeunt au-
gere numerum electorum.*
8 *Electio nulla per ſequentem gratificationem, non
validatur.*
9 *Vocatus qui non eſt poteſt electionem irritam fa-
cere.*
10 *Electus vnus, cui aſſiſtit meritum, & authori-
tas præfertur electo à maiori parte, ſi indig-
nus ſit,* n.11.
12 *Electio ex duobus pariter dignis, pergit ad aliam
ſecundam; & ſi iterum æqualia vota ſint, da-
tur locus gratificationi.*
13 *Inſtitutor poterit optare quem voluerit ex duobus
æqualiter præſentatis.*
14 *Gratificari num poſſit Iudex vni ex Litigatori-
bus remiſſiuè.*
15 *Præbendæ Doctorales, & Magiſtrales, quali-
ter in paritate votorum prouideantur? re-
miſſiuè.*
16 *Pontifex nolit vno verbo ſubuertere, quod cogi-
tatum, & inuentum eſt, vigiliis multis,* n.18.
17 *Pontifex dicitur habere peritiam totius Iuris.*
18 *Reſcriptum contra legem etiam non habentem
clauſulam derogatoriam, non valet.*
19 *Verborum communis ſignificatio qualis?*

1 TRia ex hoc textu percipiuntur, primum quod
ad Confirmationem electionis non ſufficiat,
vt fuerit facta à maiori parte Capituli, niſi etiam
fuiſſet facta à ſaniori. Hanc comprobat Barboſa
hic *num.*1. & ſpecialiter *num.*5. dicens, vt non ſuf-
ficiat fieri à parte maiori, niſi etiam pars illa ſit ſa-
nior. † Et addit ex gloſſa *non conſenſerit*, verſ. 2
illos priuandos num 10. quod electio facta à non
maiori parte, eſt nulla, non tranſgreſſione formæ,
ſed defectu poteſtatis, ex Boërio, *deciſ.*2. *num.*32.
Quare pro exornatione huius partis adiunges no-
tata ſupra *in cap. dudum* 22. *cap. auditis* 29.
cap. cum in Iure 33. *cap. venerabilem* 34. *cap. bonæ
memoriæ* 36. *cap. ſcriptum* 48. *cap. Cumana* 50.
cap. congregato 53. *cap. in Geneſi* 55. *hoc titulo.*
Adiunges notata infra *in cap. publicato* 58. & quæ
latiſſimè dixi de confirmatione electionis *ſub c.*15.
item & de facta à maiori parte ſupra *ſub cap. quia
propter* 42. vbi de aliis requiſitis.
Secundò probat textus quòd qui non vult inter- 3
eſſe electioni, nihil valet; deinde ſi poſt factum
ſcrutinium ipſius conſenſus accedat. Et addit Bar-
boſa hic ex gloſſa *valebat*, † quod conſenſus con- 4
tempti poſt electionem præſtitus, non auget eli-
gentium numerum: ita cum multis probat. † Hic 5
adiunges quæ notaui ſupra *in cap. coram* 35. *hoc
titulo*, & in aliis iuribus, vbi de vocandis, & ci-
tandis electoribus abſentibus ad electionem? Et
quid ſi contemnantur?
De procuratore qui poteſt conſtitui ab abſente 6
electore, notaui ſupra *in cap. quia propter* 42.§.*il-
lud hoc tit.* & *in cap. congregato* 53. ac de aliis no-
taui *in cap. cum nobis* 19. *hoc tit.*
Vnde infero quod etſi conſenſus contempto- 7
rum poſſit interuenire ante, & poſt electionem;
non tamen eorum voces aliis accedentes poſſint 8
augere numerum votorum electorum † ita vt ele-
ctio, quæ nulla fuit vtpote à maiori parte facta
per ſequentem gratificationem validetur, vt tenent
Doctores *hic*, quos plena manu refert Rendina
*in promptuario receptarum ſententiarum tom.*1. *ti-
tulo* 36. ex Lancelloto, Chucho, & aliis, & re-
ſoluit Iulius Lauorius *variar. lucubr. titulo* 4.
*cap.*17. *numero* 22. † Vbi probat *num.*13. quòd 9
ſi aliquis canonicè vocatus non fuerit poſſit ele-
ctionem irritam facere, niſi velit eam ratam ha-
bere, de quo leges ſupra textum *in cap. quod ſicut
hoc tit.*
Item ex gloſſa hic verb. *non conſenſerit*, notat 10
Barboſa *num.*7. quod ſi duo pariter idonei ſint ele-
cti, & numerus eſt pro vna parte authoritas, &
meritum pro altera, authoritatem, & meritum nu-
mero præferri, ita vt electus, pro quo eſt pars mi-
nor; licèt ſanior potior ſit eo, pro cuius parte
maior ſit numerus: ſic refert *ex compoſt.* hic, † ſed 11
ait Barboſa magis communiter contrarium teneri:
nam vt electio confirmetur copulatiuè, requiritur
ipſam factam à maiori, & ſaniori parte Capituli;
vt reſoluunt omnes, quos citat Rendina *in promp-
tuario recept. ſent. tom.*1. *tit.*36. *num.*5. Quid ſi
maior pars eligeret indignum, & minor dignum,
dixi *in cap. congregato* 53. & *cap. bona* 36. & *in cap.
auditis* 29. Et ad propriam materiam huius dicti
adiunges ſupra notata per textum ibi *in dicto cap.
dudum* 22. Plura dixi *ſub dict. cap. quia propter* 42.
hoc tit.
Et gloſſa *dict. verb. non conſenſerit*, in verſ. *ſed* 12
ſi omnia, & cum ea Barboſa *num.*8.*&*9. notat quod
ſi duo fuerint electi, ſintquè omnia hinc inde pa-
ria, ſcilicet numero, dignitate, & meritis eligen-
tium, & electi, poſſint ipſi eligentes procedere ad
aliam electionem. Et ſi iterum ſint in omnibus pa-
tes, poſſit ſuperior gratificari vtri ex electis voluerit,
vt

vt per Tyraquel. *de Primog. queſt.* 17. *in* 2. *opinione,*
13 *num.* 6. *&* 7. *&* *in* 6. *opin. num.* 10. † Et ſic etiam quando duo æquè idonei cumulatiuè, vel qualiter præſentati fuerint, habens inſtituere, poſſit quem voluerit optare; & ſic dari poſſit locus gratificationi: ſic per gloſſam 2. & Doctores *in cap. cum autem* 24. *de Iure Patron.* de quo idem Barboſa *de officio Epiſcop. part.* 3. *alleg.* 72. *num.* 199. vide ſupra *cap.* 34. *in fine.* Et applicabis quæ dixi ſub *dicto cap. quia propter* 42 *queſt. fin. in fine à num.* 24. Vnde pro diſquirenda ratione adiunges, & applicabis quæ latè dixi *ſub queſt.* 1. *cap. licet.* 9. *de prob.* vbi quid faciat iudex quando vtraque pars æquè rem poſſidet.
14 † Item quæ dixi *in c.* 2. *de re iud. ſub queſt.* 2. verſ. *ad tertiam*, vbi an Iudex poſſit gratificari vni ex parti-
15 bus litigantibus in æquali dubio opinionum. † Item applicabis Garciam *de beneſ. part.* 5. *toto c.* 4. *& à num.* 169. vbi ex Bulla Leonis X. & Sixti IV. decernit quid faciendum ſit, quando duo coopp oſitorum Præbendarum Doctoralium, & Magiſtralium in Eccleſiis remanent pares in eligentium votis, vbi decernitur decernendum eſſe per Capitulum Cathedralis ad qualitates ſanguinis, & meritorum cuiuſlibet, ſecundùm Collegia, Dignitates, ac gradus; & tunc præferatur maior meritis: ita ſæpius practicatum vſque ad proxima tempora vidi. Tamen quia ſuppoſitiones multæ ſolent fieri, & curari à litigantibus, faciendo vt teſtes proruant periuriis; ideo poſtremo in Eccleſia Abulenſi ſorti commendatum fuit in Canonicatu Magiſtralis pœnitentiæ, quæ poſſidebat, & fruebatur D. Antonio Caſtañon. oriund. ciuitatis Tauri contra Doctorem Patron. de Ayala Magiſtralis Eccleſiæ Ciuitatenſis, ambo de collegio maiori apud Salmanticenſes, iſte Obetenſis, ille Archiepiſcopi, de quibus iam dixi *ſub dict. cap. quia propter queſt. fin.* Et *in Rubr. ſub q.* 6. vbi de electione, per ſortes. Et quid iam nouiſſimè faciendum ſit ex Bulla Alex. VIII. relata ibi *numero* 27.

16 Tertiò probat textus noſter in verſ. *nec enim* nolle vno tantum verbo Pontificem ſubuertere quod cogitatum, & inuentum eſt vigiliis multis:
17 nam cum in verſ. hic *qui intra tuetur.* † Barboſa *num.* 3. *&* 4. probet cum multis, quod Pontifex dicitur habere peritiam totius iuris in ſcrinio pectoris ſui reconditam, iuxta textum *in c.* 1. *de conſt. lib.* 6. cenſeaturquè eadem iura penès ſe tueri, ac re-
18 ſeruare, ac ſemper defendere. † Itavt non valeat reſcriptum contra legem etiam non habentem clauſulam derogatoriam conceſſam ex Bernardo *reg.* 648. & cum aliis adductis; ideò applicabis quæ adduxi ſupra *ſub titule de reſcriptis*, & ibi *in c. ſi quando*, & infra *de priuilegiis*: vbi de requiſitis ad hoc, vt ceſſet lex communis, & generalis per particularem, & ſupra *ſub Rubr. & tit. de conſtit.*

19 Applicabis verba finalia textus *in c. ex litteris* 7. *de ſponſalibus*, vbi de ſequendo, & amplectendo communi ſignificatu verborum.

Ad Text. in cap. Publicato LVIII. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Electores nequeunt variare publicato ſcrutinio, vel poſtquam cæperunt vota regulari; niſi adhuc res ſit integra*, num. 2. *&* 3.

4 *Vota ſingulorum eligentium non debent publicari, ſed ſecreta manere.. Et de aliis requiſitis in electione vera, & Canonica*, num. 5. 6. 7. & 8.

8 *Vota publicari in communi dicuntur, quando integer eorum numerus publicè quoad totam Congregationem profertur.*

9 *Scrutinij publicatio realis, & diſtincta, eſt neceſſaria in electionibus Abbatum, per quorum obitum viduatur Eccleſia.*

11 *Particula* maior, *& particula* ſanior *quid ſibi velint in electionibus*, & numero 14.

12 *Zeli collatio ad Zelum fit, quando expenduntur intentiones eligentium.*

13 *Zelus num bonus, vel malus ſit in eligente. Colligitur ab effectu, & perſona electa, ſi præſtat, nempè vita, moribus, doctrina, pietate, & cæteris virtutibus.*

15 *Variatio quæ poteſt fieri in electione, num porrigatur ad poſtulationem?*

HIc Pontifex decreuit, vt publicato ſcrutinio, non poſſint electores variare; imò debeant compelli ad collationem, & electionem: & comprobans cum multis Barboſa hic *numero* 1. addit cum aliis multis *numero* 7. colligi ex hoc textu quod publicato ſcrutinio, aut poſtquam vota, & ſuffragia cæperunt regulari, non ſit licitum ſuffragium ſemel datum immutare, aut reuocare, referens Fr. Ludouicum Mirandam *in manuali Prælatorum tomo ſecundo, quæſtione vigeſima tertia, articulo vigeſimo quarto, concluſione prima*, reſolreſoluentem, † quod ſuffragium ſemel datum adhuc poteſt reuocari, dum res adhuc integra fuerit, quando fuerit ſcrutatoribus exhibitum. Et adiunges quæ dixi *in cap.* 2. *de poſtulatione Prælatorum*; etenim Barboſa hic *numero* 4. in verbo *variare*, dicit quod variatio maximè in alterius præiudicium eſt reprobata: nam ridiculum dicit eſſe, & puerile, hodie concedere, & cras pœnitere iuxta deciſionem Rotæ *de præbend. in antiquis* 33. *numero* 18. 1 2

Vnde pro prima parte addes ſequentia, nempè quod electores ante ſcrutinij publicationem variare poſſunt, & alios ad libitum nominare *ex cap. quod ſicut hoc titulo.* Cui deciſioni applicabis quæ infra dico *in cap. cum autem de Iure Patronatus*, vbi de variatione Patroni Laici, & Eccleſiaſtici. 3

Item quæ docet idem Barboſa *de Iure Eccleſ. parte* 1. *cap.* 19. vbi *numero* 205. quod vota ſingulorum eligentium non debent publicari, ſed ſecreta manere. † Et *numero* 211. quod electio eſt nulla etiam ſi vnicum tantum ſuffragium publicetur. † Et *numero* 214. quòd ſuffragia omnia de forma debent mox in communi publicari omni prorſus appellationis obſtaculo remoto. † Et *numero* 215. quod vota in ſcriptis redacta, eſt de forma ſubſtantiali electionis, vt publicentur. † Et *numero* 216. oſtendit quando dicantur in communi vota publicari, & id ait eſſe quando integer eorum numerus publicè quo ad totam Congregationem profertur, non exprimendo in quorum fauorem data fuerint, vel quot ex ipſis electoribus in hanc, vel illam perſonam deſcenderent, ſed 4 5 6 7 8

explicando tantum numerum perſonarum, quæ
ſuffragium tulerunt: ſic cum Tamburino *de Iure*
9 *Abbatum p.*1 *diſp.*5. *queſt.*6.*num.*12. † Et *num.*
217. iterum repetit relatam concluſionem textus
noſtri, addens *num.*218.quod eſt neceſſaria realis,
& diſtincta publicatio ſcrutinij in electionibus Ab-
10 batum, per quorum obitum viduatur Eccleſia. †
Et *num.*219. ait etiam ſubſtantialiter requiri vt fa-
cta publicatione ſuffragiorum, ſtatim fiat collatio
votorum, reſpectu numeri, meriti, & zeli; itavt
non ſufficiat habere maiorem ſuffragiorum par-
tem, ſed requiratur vlterius eandem eſſe ſaniorem;
ſic colligit *ex cap. quia propter* 42. ſupra probans
cum multis; ſed ego in comprobationem adiungo
notata *in cap.Eccleſia veſtra* 57.*hoc titulo*, vbi con-
grego notata in aliis Capitibus huius tituli, & quæ
dixi *in dict. cap. quia propter* 42. vbi latè de omni-
bus adductis requiſitis, & de plena textus noſtri
materia.

11 Iulius Lauotius *variar. lucubr.tit.*4.*cap.*19.*n.*84.
dicit quod particula illa *maior* intelligitur reſpectu
numeri, & alia *ſanior* denotat authoritatem, ze-
lum, & meritum electorum; & idem Barboſa *dict.*
12 *num.*219. verſ. *ſit*, † addit quod collatio zæli ſit ad
zælum, quando expenduntur intentiones eligen-
13 tium. † Et num bonus, vel malus ſit zælus ab ef-
fectu, & perſona electa, ſit iudicandus, an vita,
moribus, doctrina, pietate, cæteriſquè virtutibus
aliis præſtat, vel ſit inferior, an proximus eligen-
tium, vt ex affectu carnali videatur electus.

14 Nunc verò ad praxim aduertes cum eodem Bar-
boſa *num.*221. iam ex Tridentino *ſeſſione* 25.*cap.*6.
eo quod plura inconuenientia orirentur ex inueſti-
gatione, quænam eſſet maior, & ſanior pars, diſ-
poſitum eſſe, vt electiones in poſterum per vota
ſecreta fierent; itavt ſingulorum eligentium nomi-
na nunquam publicarentur: ex quo fieri vt am-
plius non exquiratur quænam ſuffragiorum pars ſit
ſanior, ſed tantummodo maior, ſeu minor ipſo-
rum numerus reſpiciatur; quapropter cum multis
idem Barboſa probat ibi *num.*222.validam reputari
electionem à maiori votorum, ſeu ſuffragiorum
numero facta; dummodo ipſa vota ſint legitima,
nec vllam patiantur exceptionem,& perſona digna
eligatur; quia iam ſemper maior pars Capituli ſa-
nior præſumitur, ſi perſona electa indignior non
ſit, & in aliis iuribus citatis *in dicto cap.* 55. di-
ctum eſt, qualiter ea maior pars computatur. De
iſtis omnibus latè dixi *ſub dicto cap. quia propter*,
vbi leges ad ſaturitatem.

15 Pro ſecunda parte de re integra applicabis notata
ſupra *in cap. in cauſis* 30. *hoc titulo.* Sed cum in-
quirat hic Barboſa *numero* 3. an quod dictum eſt
de potentibus variare in electione, idem procedat
in poſtulatione, & referens antiquorum ſenten-
tiam, idem procedere affirmantium, ac in electio-
ne ex gloſſa vltima hic verſic. *idem credo*, & ex ſi-
mili textu *in cap.penultimo*, *& fin. de poſtulatione
Prælatorum*; & aliam ſequitur receptiorem opinio-
nem eam, nempè, vt ſemper liceat poſtulantibus
variare, & à poſtulatione recedere, quovſque illa
fuerit ſuperiori præſentata; eo quod eſt diuerſa ra-
tio inter electionem, & poſtulationem: nam per
illam initiatur matrimonium ſpirituale, & ius ac-
quiritur electo per poſtulationem, nullum ius ei
quæri *ex dicto cap. penultimo*, verb. *præſtiterunt in
cap. de Syracuſana* 28. *diſt.* alia tradens, & multis
comprobans; & item probat lucrum, quod po-
ſtulato aufertur non eſſe conſiderabile, nec in po-
ſtulati perſona radicatum; ſed vt ſit dependens à
mera ſuperioris voluntate. Ideo videbis aliquid
ſupra *in cap. ſcriptum* 40. *hoc titulo.* Et de aliis dif-
ferentiis *ſub Rubrica*, *& titulo*, ſuprà *de poſtulat.
Prælatorum.*

Ad Text. in cap. Si alicuius LIX. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Electione caſſata alicuius Prælati ob ſimoniam, etiam electo ignorante, non diſpenſat Epiſcopus.*

2 *Simonia in electionibus committitur, & in reſignatione per dationem conſanguineorum, etiam electo, vel reſignatario ignorante.*

3 *Simoniacus ex datione, inhabilis eſt ad illud beneficium obtinendum. Et de aliis* num. 4.5. & 6. *niſi diſpenſatione fiat habilis*, num.7.

6 *Epiſcopo non conceditur diſpenſare, vt quis obtineat Dignitatem, vbi fuit commiſſa ſimonia.*

TExtus hic decidit, quod electione caſſata ali- 1
cuius Prælati ob ſimoniam, etiam electo
ignorante, non diſpenſat Epiſcopus pro ea vice.
Itaque Barboſa hic *num.*2.in verſ. *eo ignorante, ac
ratum non habente*, † notat cum multis quod ſimo- 2
nia committitur in electione, ſeu reſignatione per
dationem conſanguineorum, electo, vel reſigna-
tario ignorante, ita vt ſit priuatus ipſo iure, & te-
neatur cedere beneficio, vbi primum ſciuerit fru-
ctuſque etiam bona fide non conſumptos reddere.
† Et Garcia *de beneficiis p.*8.*cap.*1.*num.*56.per hunc 3
textum reſoluit huiuſmodi ſimoniacos inhabiles
eſſe ad illud beneficium obtinendum. † Sed quia 4
de hoc noto plura *in cap. ex inſinuatione* 26. *cap.
nobis* 27. ideo hic tantum eris contentus, ſi legas
quæ tractat Barboſa cum multis *de Iure Eccleſiaſti-
co parte* 1. *cap.*19. *à numero* 256. vbi expendit *nu-
mero*264.textum *in dicto cap. Mattheus de ſimonia.* 5
Etenim ipſe vſque ad finem tractatus ponit caſus,
per quos ſimonia committitur in electionibus, aut
ea non incurritur. Et *numero* 260. ponit textus
noſtri caſum, & idem Barboſa hic *numero* 4. *& c.* 6
† dicit vt non concedatur Epiſcopo diſpenſare,
vt quis habeat dignitatem, vbi fuit commiſſa ſi-
monia; ſecus in beneficio ſimplici. † Item quod 7
acquirens beneficium per ſimoniam cenſeatur ad
illud inhabile; niſi diſpenſationem obtineat:
de quibus diſpenſationibus dico etiam *ſub
dicto titulo de ſimonia.* Aliqua dixi de
his *ſub cap. quia propter*
42. *hoc tit.*

***

Ad Text. in cap. His quibus LX. & fin. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Tempus ad eligendum currit electoribus impeditis, ſi impedimentum tollere queant.*
2 *Mora purgatio in electionibus, quando admittatur, vel non?*
3 *Impedimenti probatio in electionibus, & electoribus, remiſſiuè.*
4 *Electionis materia quare non longè tractetur ab auctore.*

1 TExtus iſte dicit quod electoribus impeditis currit tempus ad eligendum, ſi poſſunt impedimentum tollere. Hanc conclusionem multis comprobat Barboſa *hic*, vbi *num.* 2. notat quod tempus Patrono præſtitum ad præſentandum, non currit ignorantibus; ſed quæ ſit differentiæ ratio abundè notatur infra *in cap.ſi verò* 12.*de Iure Patronatus*. Et videbis quos citat idem Barboſa *de Officio Epiſcopi*, *p.*3. *alleg.* 72. *num.*134. Doctrinæ huius textus adiunges quæ tradit idem Barboſa *de Iure Eccleſiaſt.p.*1.*cap.*19.*num.*96. vbi quod vocati ad electionem, ſi intra aſſignatum terminum competentem non venerint, non fiot de cætero ſpectandi. Et *n.* 97. dicit quod electores etiam elapſo termino ſpectandi ſunt, quamvis pauciores, vbi abſque periculo, & incommodo ſpectari poſſent, & ex aliqua cauſa neceſſaria, vel probabili detinerentur. Et quia dixi de tempore, & de impeditis eligere ſupra *in cap. quia propter hoc tit.*ideo applicabis ibi dicta ad materiam textus noſtri, & aliqua *ſub Rubr* & in aliis Iuribus.

2 Cumque hic textus, & Barboſa ponant aliquà de purgatione moræ; ideo adiunges quæ latiſſimè nnto *in cap. potuit* 4. *& fin. de Locato*: & Barboſa idem *num.*4. *&* 5. ponit duos caſus, nempe quod moræ purgatio non admittitur, cum quid fit ipſo iure; & quod mora non purgatur, quando res non eſt integra, & ius alterius factum eſt deterius.

3 Quod ſi dubites qualiter allegans impedimentum extitiſſe, quominus veniret ad electionem, recurres pro textu noſtro ad notata ſupra *in cap. quia propter* 42.§.1.in verſ. *&hic.*

4 Ex adductis reſolutiuè in turba capitum huius tituli, & in Rubrica, & aliquibus iuribus plus longè leges tractatam, ſiue inſinuatam integram electionis canonicæ materiam, de qua nolui longos commentarios facere ex eo inutili motiuo, quem ſupra *in principio Rubricæ* poſui. Quare ſi præter tractata deſideres pro aliquo puncto maiorem expeditionem, eam capies à Doctoribus *ibi* aſſignatis, qui longè, & ex propoſito hanc perfecerunt materiam. Mihi tamen pro praxi quondiana abundè tractata remanet, & ſpero, idem, cuicumque legenti videri. Nec enim aliam turbam interpretum appingo, cum in locis, ibi ex propoſito ſignatis, materiam hanc recolligo, per quæſtiones plures vbi refero DD.qui alios etiam ponunt,&c.

AD TITVLVM De Tranſlatione Epiſcopi.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Tranſlationis definitio.*
2 *Optandi prabendas ius, quid conſuetudo, & in quibus beneficiis*, n.3.*de aliis*, n.8.
4 *Prædia, vel præbenda canonicatus annexa qua dicantur.*
5 *Optioni non ſubiaceant prædia à Canonicatu ſeparata.*
6 *Coadiutus poteſt optare; vbi de ratione*,& 0.7.
7 *Optio tranſit in coadiutorem, ſicut & prabenda per eum optata.*
9 *Optandi facultas quomodo amittatur.*

QVi de materia huius Rubricæ, ac Tituli tractant, congeruntur hic à Barboſa, quibus addo Chucum *inſtit. moral. lib* 4. *tit.*7.& eundem Barboſam *de Iure Eccleſiaſt.p.*1 *c.*19.videndus *à num.*28.vbi ait quod tranſlatio eſt alicuius perſonæ de vna ad aliam Eccleſiam, canonica tranſmutatio, & materiam proſequitur vſque *ad num.* 39. etiam addo Franciſc. Tondutum *p.* 2. *cap.*4. §.6. *à num.*10. & de materia videbis ſub Rubro, & quæ in eo continentur,commodius *hic in Rubr.*& magis diſertè poterat tractari. 1

Sed quia huic Titulo competit tractare de iure optandi præbendas, ac beneficia; ideò leges eundem Franciſc. Tondutum *in ſuis quaſt. p.* 1. *c.*110. vbi agit de quæſtione illa; vtrum de iure, vel tantùm ex Eccleſiarum conſuetudine competat tale ius. † Et vtrum conſuetudo illa ſit contra, vel præter ius: & intra quod tempus inducatur: quomodo, & intra quod tempus fieri debeat, in quibus beneficiis optioni ſit locus: & in quo vacationis modo, quis poſſit iuri optandi derogare, coadiuto optante, an acquiratur ius, coadiutori. † Et quæ dicantur præbendæ, vel prædia canonicatui annexa, quæ diſtincta; vbi multa alia refert de iure optandi optabilia: & *num.* 27. dicit vt quemadmodum canonicatus tranſit in coadiutorem; ita, & præbenda per eum optata; vbi *num.*29.in verſ. *concluditur*, † dicit vt optioni minimè ſubiaceant prædia, vel alia prorſus à canonicatu ſeparata, & per conſequens non tranſire ad coadiutorem. † Secundo notat, vt cum coadiutus ex veriori ſententia Nicolai Garciæ *de benef. p.*4.*cap.*5.*n.*118. poſt coadiutoriam optare poſſit ex Rota *deciſ.*140. *p.*4.*recent.tom.*1.*num.* 18. *&* 19. tali caſu; quia ſicut coadiutor ſubrogatur in canonicatum; ita, & in prædium, aut præbendam, ſeu præſtimonium illi annexum,ex Rota ibid. *n.*19. non obſtante quod annexio ſit revocabilis, & variabilis reddi poſſit per optionem. 2 3 4 5 6

Et ſic idem Tondutus ex Rota *n.*27. & ex Lotterio *de re beneficiaria lib.*2. *q.*25.*num.*55.addit *dict. c.*110.*n.*29. vt quemadmodum canonicatus tranſit in coadiutorem; ita & præbenda per eum optata, quidquid contradixerit Gonzalez, quem reprobat Lotterius *à dicto num.*55. † Et alia conducibilia tractans idem Franc Tondut. ibi *c.*111.de iure optandi ponens quæſtiones ſequentes. Vtrùm Canonici vltimæ fundationis,quamvis prius recepti, & admiſſi in Eccleſia,cedere debeant Canonicis antiquę fundationis poſteriori loco receptis,ſub diſtinctione reſolues 7 8

num. 8. *&* 9. & agat de receptione Canonicorum
adhibita clauſula *cum plenitudine Iuris Canonici*, &
agat etiam de Canonicis ſupernumerariis: & quæ
ſit eorum differentia cum Canonicis ex noua fun-
9 datione aggregatis. † Et poſtremo loco agit de
eo; nempe quomodo amittatur facultas optan-
di. Et reſoluit *num. fin.* quod poſſeſſio iuris optan-
di, non amittetur, niſi probetur, quod Cano-
nicus noluit optare, & fuit prohibitus. Et de
materia optandi præbendas agit Naldus *in cap. cum*
*in tua de conceſſione præbendæ lib.*6. Ideo & de ſuper-
numerariis videbis quæ adduxi *in cap. cum omnes* 6.
cap. cum acceſſiſſent 8. *cap. cum M. Ferrarienſ.* 9. *de*
conſtit. & *in dicto cap.*6. late *ſub quæſtione* 2. egi *de*
Iure optandi, vbi videbis.

Item pro complemento adiunges hic dicta ſuprà
10 *de poſtulatione Prælatorum*, ac de confirmatione,
& electione, nominationeque ſupra *ſub tit. de ele-*
ctione, vbi videbis quænam differentia ſit inter hæc
omnia.

Et applicabis huic tractationi quæ dico infra *ſub*
11 *tit. de regularibus*, vbi etiam dico de his, qui tran-
ſeunt de religione ad aliam.

Ad Text. in cap. I. De tranſlatione Epiſcopi.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Patriarcha ſuſpenditur, qui confirmatum in Ar-*
chiepiſcopatum, transfert ad ſedem Epiſco-
palem, & n. 3.

2 *Mutationes ſedium Epiſcopalium, non fiunt,*
niſi per Papam, & n. 7.

4 *Legatus de Latere ſine Papæ mandato, nequit*
transferre Epiſcopum.

5 *Sacerdotes inferiores, queunt ex licentia ſui*
Epiſcopi tranſmigrare ad alias Eccleſias; ſed
non inuiti.

6 *Tranſlatio locum habet, non tantum in electiuis*
ſed etiam in minoribus Eccleſiis.

7 *Transferri poſſunt inuiti, ſi adeſt cauſa.*

8 *Epiſcopus tranſlatus inuitus, ſecum afferre ne-*
quit paramenta argentea, aliavè empta red-
ditibus primi Epiſcopatus; ſecus de aliis non
pretioſis, n. 9.

10 *Vxor ſecundo nubens, num transferat ad ſecun-*
das nuptias arras, & largitiones primi ma-
trimonij.

11 *Tranſlatus de vna Eccleſia ad aliam, quando*
deſinat eſſe Epiſcopus primæ n. 12. & 13. *cum*
aliis: vbi quid in Gallia; & Hiſpania.

14 *Eccleſia prima non vacat, niſi prius litteræ ſe-*
cundi Epiſcopatus fuerint præſentatæ Capitulo
Eccleſiæ, ad quam transfertur Epiſcopus.

15 *Tranſlatus Epiſcopus de vna Eccleſia ad aliam,*
nihil commune habet.

16 *Confirmationis, & electionis Epiſcoporum, ali-*
qua notabilia, remiſſiuè

17 *Patriarcha num queat dearchipiſcopare, ſeu mi-*
norare Archiepiſcopum, remiſſiuè.

18 *Electus quando poteſt adminiſtrare, remiſſiuè.*

19 *Auocationis, & inhibitionis aliquid.*

1 PRobat Pontifex hic quod Patriarcha, qui con-
firmatum in Archiepiſcopatum, transfert ad ſe-
dem Epiſcopalem ab Epiſcoporum confirmatione
ſuſpenditur. † Igitur ex hoc textu *num.* 2. *&* 3. 2
probat Barboſa, quod mutationes ſedium Epiſco-
palium, & Epiſcoporum nullus admittere poteſt,
vel confirmare, niſi Papa. Et quia idem Barboſa
longè agit *de poteſtate Epiſcopi p.* 3. *allegat.* 50. &
iterum *de Iure Eccleſ. p.* 1. *cap.* 19. *à num.* 28. † Vbi 3
num. 32. dicit quod ſi Metropolitanus, aut Patriar-
cha, Epiſcopum, ſine mandato Papæ, transferret,
eſſet ſuſpenſus à confirmatione Epiſcoporum ex
hoc textu. † Cùm neque Legatus de Latere ſine ſpe- 4
ciali Apoſtolicæ ſedis mandato id facere valeat ex
textu *in cap. niſi ſpecialis cum ſequent.* vbi gloſſa, &
Doctores *de officio deleg.* Tondutus *p.* 2. *cap.* 4. §. 6.
num. 11. ideò non inſiſto.

Notandum verò eſt poſſe Sacerdotes inferioris 5
gradus conceſſione ſuorum Epiſcoporum ad alias
Eccleſias tranſmigrare, probat textus *in cap. Epiſ-*
copus 7. *quæſt.* 1. ſed non inuiti transferrentur à ſolo
Epiſcopo, quia hoc ſolum eſt Pontificis maximi:
ſic idem Barboſa *dict. cap* 19. *num.* 33. † Vbi addit 6
quod tranſlatio habet locum, non ſolum in ele-
ctiuis Eccleſiis, quæ ſcilicet per Prælatos reguntur,
verùm, & in minoribus beneficiis, vt tractat vbe-
rius *de Iure Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 15.

Sed ſi dubites nùm poſſint Epiſcopi inuiti trans- 7
ferri de vna Eccleſia ad aliam, reſpondeo affirma-
tiuè; dummodo adſit cauſa, vt eſt communis opi-
nio Romani *conſ.* 345. *à num.* 3. præcipuè *n.* 5. vbi
Horattius Mandoſ. *in addit.* Flaminius Pariſ. *de re-*
ſignatione benef. lib. 3. *q.* 18. *n.* 143. ſolum verò poſſe
fieri à Romano Pontifice, vt hic videtur ſentire
Barboſa *num.* 4. † vbi aduertit quod ſi Epiſcopus 8
etiam inuitus, ſuadente tamen iuſta, & rationabili
cauſa, fuit per ſummum Pontificem tranſlatus ad
alium Epiſcopatum, & in priori Epiſcopatu de
redditibus Epiſcopatus emerit ſibi libros, & orna-
menta, & paramenta multa, & argentaria, & ſimi-
lia, non poſſit illa ſecum aſportare ad Epiſcopatum;
ad quem transfertur; ſed ait ille remanere debere
penès primum Epiſcopum: ſic tradit ex Barbatia
conſ. 20. *num.* 11. *verſ. & vidi hoc ante, volum.* 3. vbi
dixit ita ſe conſuluiſſe, & conſilium tale fuiſſe con-
firmatum per Doctores ſolemnes; quod idem re-
petit *dict. cap.* 19. *de iure Eccleſ. p.* 1. *num.* 35. *&* 36.
† Et vtrobique addit fructus iam perceptos, & res 9
mobiles, non pretioſas ex fructibus primi Epiſco-
patus acquiſitas, poſſe Epiſcopum tranſlatum de
vno Epiſcopatu ad alium ſecum transferre: ſic
probans ex Doct. Petrus Barboſa *in l. diuortio*
in princip. part. 2. *numero* 52. *ff. ſoluto matri-*
mon.

Et hanc partem poteris confirmare ex aliquibus, 10
quæ noto *ſub tit. de ſecundis nuptiis*, vbi tracto de
puncto, an vxor ſecundò nubens, transferat ad ſe-
cundas nuptias arras, largitiones, ſeu alias dona-
tiones ex primo marito: & hoc ex argumento, quod
deſumitur *ex cap. huius tituli*, vbi in verſ. *cum for-*
tius ſit notent Doctores, quod valet argumentum
de matrimonio carnali ad ſpirituale, de quo dicte-
rio *ibi.*

Cumque hic Barboſa *num.* 5. reſoluat quæſtio- 11
nem, vtrum tranſlatus de vna Eccleſia ad aliam,
deſinat eſſe Epiſcopus primæ, vbi primum à Papa
ab illius vinculo abſolutus fuit, vel poſt adeptam
poſſeſſionem ſecundæ; & dicat eſſe quæſtionem
dubiam, in qua cenſuit Rota *deciſ.* 475. apud Farin.
p. 1. ſtatim poſt tranſlationem abſque alio conſenſu
perdere ius primæ Eccleſiæ, allegans ad litteram
Barboſa declarationem Sacræ Congreg. Eminentiſ.
Cardinal.

Cardinal. 14. Decembr. 1624. quam eandem repetit *dicto cap. 19. de Iure Eccleſiaſt. numero 37.* Ego verò exiſtimo vberius agendum de hoc puncto.

12 Igitur hæc dubia quæſtio eſt reſoluẽda iuxta Regionis cuiuſlibet mores, nam pro ſententia Barboſæ iuxta ſaciam Congregationem, reſpondendum eſt obſeruari in Vrbe Romæ, & in Tribunalibus. Et ſecundùm hoc reſoluit Franciſcus Tondutus *p.2. quæſt. benef. cap.4. §.6. à num.* 13. poſſe Capitulum primæ Eccleſiæ deputare Vicarium, ſi tranſlatio facta fuerit, & de ipſius tranſlati conſenſu, etiam ante adeptam ſecundæ poſſeſſionem, addens *ex dicta decif. Rotæ* 475. conſenſum probari hoc in caſu ſufficienter ex coniecturis, veluti ſi ſoluta fuerit annata, aut pro conſequendo ſecundo Epiſcopatu, notabiles ſactæ fuerint expenſæ, tenuit etiam Lotterius *de re benef. lib. 1. quæſt. 12. num.21.*

13 Tamen in Gallia, & In noſtra Hiſpania aliter practicatur, nempè vt vſque ad adeptam poſſeſſionem ſecundi Epiſcopatus, ad quem transfertur, non amittat tranſlatus iura, & emolumenta primi Epiſcopatus de Hiſpaniæ ſtylo, apud nos nemini dubium poteſt eſſe. De Galliæ conſuetudine teſtatur idem Franciſcus Tondutus *dicto c.4.§.6.p.2. à num.* 16. vbi addit non vacare, donec etiam litteræ ſecundi fuerint Capitulo præſentatæ per expreſſam deciſionem *extrauag. iniuncta tit. de electione*, in verſic. *nulli*, & ibi *ſi forſam*; & expendens illam conſtitutionem (quæ vberius expendi-
14 tur ex his, quæ noto *ſub cap.9. & 15. de elect.* † ait Tondutus *num.* 19. quod non vacat prima Eccleſia, niſi prius Bullæ tranſlationis fuerint Capitulo Eccleſiæ, ad quam fit tranſlatio præſentatæ; provt de illo anno, in quo illud ſcribebat, reſpondit cuidam Epiſcopo tranſlato in Gallia ex doctrina Abbatis *in cap. in noſtra* 11. *de reſcriptis*, Pauin. *de officio, & poteſt. Cap. ſede vac. prælud.7. num.*14. Pariſij *de reſignatione lib. 7. quæſt.* 21. *num.* 14. *& quæſt.*23. *num.*47. Rebuffi *in praxi in tit. ſi monial. reſignatione, num.* 3. *&* 4 Gonzalez *ad Reg.* 8. *Cancel.*§.15. *gloſſa* 2. *à num.*83. & obſeruatum apud nos Garcia *de beneficiis p.*11. *cap.6. num.* 41. & ex tunc vſque ad hæc tempora nullus iam dubitauit: Videbis ad quæſtionem Farinac. *deciſ.*575. *in nouis, tom.*4. vbi de hac difficultate.

15 Nunc verò pro complemento, & exacta explicatione textus noſtri applicabis Naldum *in cap. ſi quis* 22. *q.*2. quatenus ait, quod Epiſcopus tranſlatus de vna Eccleſia ad aliam, nihil commune habet.

16 Et quatenus hic tangit materiam confirmationis Epiſcoporum adiicies plura, quæ notaui *ſub cap.9. &* 15. & aliis *de electione*, de qua Azor. *lib.3. moral. tom.2. cap.29.* Barboſa *in paſtor. p.1. tit.1. cap.4.* idem *de Iure Eccleſiaſt. p.1. cap.19. à num.* 246. vbi confirmatio electionis, quando, & per quos, & intra quod tempus petenda ſit, Franc. Tondutus *dicto* 2. *quæſt. cap.4. §.6. à num.* 10. vbi quid electio, quid confirmatio, & *num.* 2. quando electio ſola vim habeat confirmationis. De conſecratione, & confirmatione latè idem Barboſa *de Iure Eccleſiaſt. p.1. cap.9.* & ego dixi de conſecratione *infra in cap.6. de temporibus ordination.*

17 Cumque in hac littera conquæratur Pontifex de Antiocheno Patriarcha, qui Archiepiſcopum, de quo hic iam confirmatum voluit minorare, ſeu dearchiepiſcopare. Ideò adiunges hic quæ noto infra *de poteſtate Patriarcharum in cap. antiqua de priuilegiis*, interim Barboſa *de Iure Eccleſiaſt. part. 1. cap.6.*

Et in verſ. *Licèt enim D. Luc. nondum fuiſſet in Archiepiſcopatum conſecratus; confirmationis tamen munus receperat, & archiepiſcopalia, quantum & licuit miniſtrarat.* Per hæc verba poteris applicare quæ noto, quando electus poſſit adminiſtrare *in cap.9. cap.15. de elect.* & adiunges etiam quæ notaui *in cap ſuffraganeis* 11. 18

Et occaſione verborum textus noſtri, ibi: *Maiores Eccleſiæ cauſas ad Sedem Apoſtolicam perferendas*, quæ deſeruiunt pro ratione deciſionis textus noſtri; ideò applicabis quæ latè dixi *in cap. 1. de foro comp. ſub quæſt.3.* vbi *à num* 8. dixi de caſibus, qui in ſua prima inſtantia pertinent Romano Pontifici. Et ſic applicabis etiam quæ abundè dixi de auocatione cauſarum, facta per Pontificem, ſeu Principem, & de inhibitionibus Iudicum inferiorum *in cap. vt noſtrum 56. de appellat.* 19

QVÆSTIO I.

An Epiſcopus per ſe, aut vna cum ſuis Canonicis poßit transferre Eccleſiam Cathedralem de vna ciuitate ad aliam, vt ibi reſideant, & peragant officia Diuina primum deſtituendo locum? Et quid de Capitulo, ſede vacante ſine Pontificis aſſenſu? Et an Papa id pro voluntate ſua iuſtè facere valeat, ſine legitima cauſa? Et quæ dicatur ſufficiens?

SVMMARIVM.

1 *Decanum, & Capitulum Zamorenſ. tractauerunt de transferendo Cathedralem illius ciuitatis ad ciuitatem Taurinam anno 1661. & quare non, & reſpondi non poſſe per ſe ſine Papa,* vt num.6. & 17.

2 *Eccleſiam in Cathedralem, ſolus Pontifex poteſt erigere; item & in Metropolitanam conſtituere* num.3. & 8.

4 *Diœceſim ſeparare ſolum Pontifex poteſt, & illam alieni Abbati, ſeu inferiori Prælato ſupponere, & etiam ſolus valet diuellere, aut coniungere, aut mutare*, n.5.

6 *Transferri nequit, nec ab Epiſcopo, nec à Capitulo, nec ab vtroque Eccleſia Cathedralis de vno loco ad alium ſine Papa* n.8.

7 *Lapides altarium, vel Eccleſiarum deſtructarum, in quos vſus ſunt conuertendi ab Epiſcopo.*

8 *Papa ſolus mutat Eccleſiam Cathedralem in alium locum Diœceſis.*

9 *Epiſcopus nihil ex ſe habet, ſed à Papa; & ſic nequit mutare, vel diſmembrare Cathedralem ſine illa conſtituendo territorium diſtinctum.*

10 *Paſtorem Eccleſia nullus poteſt dare Cathedrali, ſine ſpeciali licentia Papæ; item nec adminiſtratorem,* vt num.11. *nec curatorem, vt* num 12.

13 *Coadiutor Epiſcopo ſolus poteſt dari à Papa.*

14 *Epiſcopos deiicere ſolus Papa poteſt ex cauſa.*

15 *Renunciationes Epiſcopatuum ſolus Papa admittit.*

16 *Papa ſolus aliquos eximit à poteſtate Epiſcoporum.*

17 *Capitulam ſede vacante,in multis non habet eam poteſtatem, ac Epiſcopus eius habebat.*

18 *Eccleſiæ Cathedralis, ſeu Metropolitanæ mutatio aliquando facta ſine Papa, non præſtat ius contra illud, quod Papa competit*, & num.19.

19 *Iura Pontificia, quæ competunt in ſignum ſupremæ poteſtatis, nulla præſcriptione vileſcunt.*

20 *Mutationes quælibet rerum ægrè feruntur.*

21 *Eccleſiæ Cathedralis mutatio, videtur, vt non poſſit fieri à Papa ſine Epiſcopo,& ſine cauſa; ſed contra* à num.22.

22 *Transferri Eccleſia Cathedralis, ſiue Metropolitana valet de vno loco ad alium a Papa ſine Epiſcopo, & ſine conſilio Cardinalium.*

23 *Remouere omnes Epiſcopos aut ordinationum ſtatus in vniuerſum, nequit Papa, cum faceret contra vniuerſalem Eccleſiam; aliter de diſmembratione vnius Diœceſis,& conſtitutione nouæ ſedis, & quare* num.24.

25 Cap.felix 50.16.quæſt.1.

26 Cap.ſicut in vnaquaque 21.q.2.

27 *D.Auguſtinus creatus fuit Epiſcopus vnius Diœceſis, in qua alius proprietarius adminiſtrabat, ſed quo iure remiſſiuè.*

28 *Cardinalium conſilium, etſi de honeſtate, requiratur in ardùis à Papa, non tamen de neceſſitate coactiua, ſed tantùm directiua; nec etiam ſi ſit in alia quaſi poſſeſſione efficit Papa,* vt num.29.& 30.

30 L.humanum cod. de legibus.

31 *Princeps ſæcularis nequit impedire, quominus fiat à Papa diſmembratio diœceſeos prætextu iniuſtitiæ, vel ex eo, quod omnes Principes ſæculares ſunt Eccleſiarum Patroni, hoc eſt protectores.*

32 *Pontifices ſolent de honeſtate participare diſmembrationes Epiſcopatuum, aut mutationes Cathedralium cum Prælatis inferioribus,aut Regibus.*

33 *Zamoren. Eccleſia Cathedralis ſemper fuit ſita ibi abſque vlla vnquam tranſlatione prætextu Belli, aliáve deintemperie.*

34 *Taurin. Prætor, & Decuriones optimè ſe gerunt cumCommiſſariis Eccleſiæ Zamoren.& cum illa ciuitate.*

35 *Tranſlationis Eccleſiæ Cathedralis cauſæ quæ remiſſiuè.*

1 QVia in principio huius anni 1661. Decanus, & Capitulum Cathedralis Eccleſiæ ciuitatis Zamoten. propter iurgia, lites, quæſtiones,& controuerſias à Decurionibus vna cum Prætore, & locum eius tenente motas, depreſſi, atque fatigati, diligendo pacem, curebant magnopere de illis obuiandis, & inter conferentias continuas Capitulares deuentum fuiſſet ad practicandum de transferendo Eccleſiam illam matricem ad ciuitatem Taurinam, à qua antiquum hortum habui, originem ducendo à maioribus, per cognomen *Fermoſino*, vti narrat Hiſtoria D. Petri Caſtellæ Regis anno à cap.11.anni 4.ſui Regni, & ab anno 8.& 9.cap.3. & 7. ſui Regni hera 1358. ab hinc plus annis 300. etſi temporum iniuria proaui ſedem mutaſſent bellorum, & diſſenſionum tempore ad villam antiquam, & illuſtrem temporibus illis, arce munitam, *de Fiedra*, in qua belligerantes obtuti ſeſe ab inimicis Regni defenderent; in eaquè adhuc nonnulla veſtigia permanent) cumque concorditer de ſe transferendo, ſemel, ac iterum reſoluiſſent, & ad id exequendum ſuos de Capitulo Commiſſarios mitterent ad Prætorem, & Decuriones dictæ ciuitatis Taurinæ, vbi adeſt nobilis, & antiqua Collegialis Eccleſia, cum quibus colloquuti fuerunt, & ego in eo interim fuerim conſultus, reſpondiſſemque Decanum, & Capitulum, id intendere non poſſe ſine relatione ad Pontificem, in quo reſidet quælibet tranſlationis poteſtas, vt apparet *ex hoc tit.* placuit nunc ſuffragij fundamenta in medium proferre, quæ tunc ſe ad os obtulerunt; quibus ex tunc ſedata fuit ea propoſita conferentia.

Cum ergo ſolius Pontificis ſit Eccleſiam erige- 2
re, & in Cathedralem conſtituere *ex cap. felix 50. cap præcipimus* 54. 16. *quæſt.*1. per quæ iura ſumpta ex Concilio Carthaginenſi 2. *cap.* 5. & ex Gregorio iuniori docent Azor. *inſtit. moral. p.2.lib.* 5. *cap.29.q.25. in princip. & lib.6. cap.30. q.2. &* 4. Nicolaus Garcia *de beneficiis p.12.q.5.n.1.* Moneta *de commutat. vltimar. volunt. cap.* 11. *num.* 251.
† Vbi *num.*252. idem dicit de erectione Cathedra- 3
lis Eccleſiæ in Metropolitanam, Gambara *de officio, & poteſt Legati de Latere lib.2.tit.de variis ordinarior.nominatum* 160. Iſidorus Moſcon. *in tract. de Maieſt. Eccleſ.milit.lib* 1.*p.*1.*cap.*15. Bzoui *a Pontifice Romano cap.*34. Thomas Sanchez *lib.2. conſilior. moral.cap.2 dub.37.num.7.* D. Ioannes Solorzano *Iure Indiarum* cum Barboſa *in Paſtorali l.3. cap.4.num.*1. Lotterius *de re beneficiar. lib.1. q.11. à princip.* Ferentil. *in annot.ad deciſ. Buratti* 912. *num.*11.

Imò & ſolus Pontifex ſit qui poteſt Diœceſim 4
ſeparare, & illam alicui Abbati, ſeu inferiori Prælato ſupponere, Hoſtienſ. *in cap. cum contingat n.1.de foro comp.* vbi Butr. *num.*11. verſ. *de conſuetudine*, Panormit. *num.*18. & Bellam. *num.*15. verſ. *tamen certum eſt*, Rota *deciſ.* 324. *num.*2. apud Fa-
rin. *p.* 1. *recent.* † eamquè ſolus valeat deuellere, 5
coniungere, aut alia ratione mutare *c.*1. *& cap.inter corporalia hoc tit.cap.mutatione 7.quæſt.*1.gloſſa verbo *Cathedralem in cap.cum inferior de maiorit. & obed.* Moneta *dicto cap.* 11. *num.*235. Gambara ſuprà *num.*159. *&* 166. Molfeſius *in ſumma Theolog.moral.tract.6.cap.14.num.*56. Bened. Ægid. *ad leg. ex hoc Iure ff. de Iuſt. & iure tom.* 1. *cap.2.n.*3. Solorzano *dicto tom.2.lib.3.cap.5.num.*1.

Ideò rectè in terminis per hæc, & alia ſequentia 6
reſponderim, non poſſe dictos Decanum, & Capitulum Cathedralem transferre ad ſupra dictam Ciuitatem Taurinam, etſi ſalutariſſima temperie perfruatur, vt de prædicta tranſlatione deneganda,
ſicut in perſona Epiſcopi; † qui licèt poſſit vendere 7.
lapides Altarium, vel Eccleſiarum deſtructarum, aduertendo vt faciat, ne emptor illos conuertat in ſordidos vſus, Aloyſius Ricc. *in praxi aurea reſol.* 201. referens ex Sacra Congreg ſic fuiſſe deciſum in verbis ſequentibus: *Ordinarius non debet profanare Capellas, etſi aliquam cauſam profanandi habuerit, Cæmenta potius ſunt tribuenda Eccleſiæ quæ eſt caput dictarum Capellanearum, quam alteri,* poſt illum Barboſa *in paſtorali 3. p.alleg.64. n.* 14. *&* 15. ex Nauarro, Zerola, eodem Riccio, & A-
mendaro. † Tamen ipſe *ibi* & Menochius *conſ.*75. 8
*num.*46. dicunt Epiſcopum ſine Apoſtolica authoritate, non poſſe transferre Matricem; id eſt Cathedralem Eccleſiam in alium locum Diœceſis, vt referunt deciſum, ſolus inquam Papa murat Eccleſiam Cathedralem, & non alius inferior ipſius

Eccleſiæ

Eccleſiæ Prælatus, vt docent verba gloſſæ *in dicto*
cap. cum inferior dicto verb. *Cathedralem* ibi: *Quia*
huiuſmodi mutationes, tranſlationes, & conſimilia
debent fieri de authoritate Papa; vbi Barboſa *n.5.*
idem *in paſtorali alleg* 50.*p.*3.*ſub num.*5.

9 Et confirmatur, quia cum Epiſcopus non habeat
ex ſe, aut ab alio inferiori, ſed ab ipſo Summo
Pontifice, non poſſit authoritate ſua illam immi-
nuere, aut diſmembrare, conſtituendo territorium
diſtinctum à proprio territorio, cùm id ſolum per-
tineat ad Papam ex ſpeciali priuilegio, Hoſtienſis
*in dicto cap. cum contingat num.*1.*de foro comp.* vbi
cum ſequuntur Ioannes Andr. *ſub num.*4.verſ. *alij*
dicunt. Abbas *ſub num.*18. Butrius *ſub num.*11.verſ.
ſi quæritur, an habeat territorium. Barboſa *dicta al-*
leg. 50. *num.*5.*in fine*, vbi *num.*6. *ex clem. pleriſ-*
10 *que de elect.* † videtur confirmare, nam ſine ſpe-
ciali Pontificis mandato, & licentia, nullus poteſt
paſtorem dare Eccleſiæ Cathedrali ſibi qualiter-
cumque exemptæ, quæ Clero careat, & Paſtore
chriſtiano.

11 Item faciunt ſequentia; quia nemo poteſt dare
adminiſtrationem Eccleſiæ Cathedralis niſi Papa;
cap.is cui 42. *de elect. lib.*6. *cap. Eccleſia cathedrali*
12 *de ſupplenda neglig. Prælator. eodem lib.* 6. † qui &
ſolus poteſt dare curatorem Eccleſiæ Cathedrali, &
eius bonis; quoad effectum agendi: idem Barboſa
ſupra *num.*7. cum Gigante *de penſ. q.*65. *n.*6. *&* 7.
13 Rebuf. *in tract. nomin. q.*80. *num.*29. † qui *& à n.*8.
ad 14. ex multis inter alia *de poteſtate Papæ*, dicit
ſolum Papam poſſe dare adiutorem Epiſcopo *ex*
*cap.*1. *de elect. lib.* 6. *cap. unic. de cleric. ægrotant.*
eodem lib. pro quo faciunt quæ dixi infra *in cap. pe-*
14 *nult. de offic. vicar. q. fin.* † Et quod ſolus ille ex cauſa
deiicit Epiſcopus è gradu dignitatis, *cap. quamuis,*
& cap. dudum 3.*q.*5. deponit & reſtituit, *cap. ideo*
2.*q.*6. gloſſa in verbo *reſeruata in cap. quod tranſla-*
15 *tione de officio deleg.* † qui & ſolus admittit Epiſ-
coporũ renũciationes per gloſſam in verb. *manibus,*
*in clem.*1.*de renunciat.* de quo dixi infra *ſub Rub. &*
16 *tit. de renunciat.* † Et quod ſolus eximit, & excipit
aliquos à iure, & poteſtate Epiſcoporum, gloſſa
in cap. frater 16.*q.*1. gloſſa verbo *exemptum, in dicto*
cap. cum inferior de maiorit. & obed. gloſſa, verb.
reſeruata, poſt princip. in cap. quod tranſlatione, de
officio legati, gloſſa *in cap.*1. *in princip. de priuileg.*
*lib.*6. & vtrobique DD.

17 Cumque præfatam tranſlationem facere ne-
queat Epiſcopus propriæ ſuæ Cathedralis, etſi ſit
Dominus, ſeu adminiſtrator verus illius, & Capi-
tulum Canonicorum ſede vacante, iuriſdictionalia
exercendo, nihilominus inferiorem quoad plura,
etiam mortuo Epiſcopo habeat poteſtatem, vt latè
DD. dicunt *ſub tit. ne ſede vacante aliquid innoue-*
tur, & per nonnulla, quæ dixi *de vicario Epiſcopi,*
aut Capituli ſede vacante infra *ſub cap.* 5. *de officio*
*Vicarij à quæſt.*5. ſequitur vt quemadmodum Epiſ-
copus ſolus, nec vna cum ſuis Capitularibus Ca-
thedralis, nequit prædictam tranſlationem facere,
& multò maius, nec Capitulum relatum Zamor. in
ſede vacante, poterit per ſe de tali tranſlatione
cogitare, niſi referendo ſe ad Papam cum legitimæ
cauſæ repræſentatione.

18 Et in tantum dicetur verum quod etſi de facto
aliquando alia mutatio contigiſſet in aliqua Eccle-
ſia, non poſſet ſuffragare eidem Capitulo ad re-
mouendam, ſeu transferendã iterum Eccleſiam nec
de iuuare prætextu alicuius præſcriptionis, cum
19 contra Papæ poteſtatem, & iura ipſi incorporata
ex plenitudine ſuæ Dignitatis, quæ ſunt funda-
menta Apoſtolicæ ſedis nulla præſcriptio valet, per
illa quæ docent Innocent. *in cap. bona* 2. *de poſtu-*
lat. Prælat. or. Felin. *in cap. cum non liceat num.* 14.
in fine, de præſcript. vbi plura dixi, quæ hic appli-
cari valent. Tum etiam ne dentur acephali ſine
Rege, ſine Capite, vt locuſtæ. Abbas *in cap. per*
*venerabilem num.*9.*&* 37.*qui filij ſint legitimi*, Bar-
boſa *dicta alleg.* 50. *ſub num.*14. alia adducens vi-
denda *in dicta alleg.* vbi abundè, & ſigillatim ex-
pendit, quæ in Epiſcopis ſibi Pontifex reſer-
uauit.

Et valet confirmari adducta reſolutio; eo quòd 20
ægrè quælibet mutationes feruntur, iuxta quæ Le-
giſtæ adducunt *ff. de term. moto*, & Canoniſtæ, *ſub*
tit. de crimine falſi, de illis, qui nomina propria
mutant, & per nonnulla quæ adduxi *ſub cap.*13.
de probat. vbi de probandis antiquis finibus; item
per illa quæ dixi de difficultate mutandi actiones
ſemel in iudicio intentatas, *ſub cap. examinata, de*
iudiciis legenda *ibi.*

Ad ſecundam quæſtionis partem, an Papa iuſtè 21
poſſit mutare Eccleſiam Cathedralem de vna ciui-
tate ad aliam ſine cauſa legitima? & videtur quod
non poſſit, cum doceant Abbas *in cap. vlt. ſub n.*
12. verſ. *& vide de confirm. vtili, vel inutili*, &
inter ſuas quæſt. *quæſt.*1. *num.* 17. Felinus *in cap.*
quæ in Eccleſiarum 7. *de conſtit. num* 42. *ad finem,*
per gloſſam *in cap. lege Imperatorum*, in verbo *diui-*
ſiones diſt. 10. Papam non poſſe, inuito Epiſcopo,
diuidere Epiſcopatum; præterquam ex cauſa,
Nauarr. *de ſpoliis Clericor.* §.3. *num.* 2. quod cor-
roboratur, ſi conſideretur, nec poſſe Papam re-
mouere omnes Epiſcopos, & eorum ordinationem
vt refert, ac dicit Lotterius *de re benef. p.*1. *quæſt.*
11. *ſub num.* 33. & ex eo etiam, quia in Conſtitu-
tione, & aſſignatione ſedis Epiſcopalis, & diſ-
membratione Diœceſum, requiritur conſilium Col-
legij Cardinalium ex illa concluſione, quam poſuit
Ioan. Monail. *in cap. ſuper eo num.*3. *de hæret. l.* 6.
nempe tale conſilium omnino exigit, referens ſe
ideo vidiſſe caſſari multas prouiſiones Abbatiarum,
& Epiſcopatuum factas per Cæleſtinum V. quia
ſine conſilio Cardinalium fuiſſent factæ, non ob
aliud, quia Cardinalium cœtus in hac quaſi poſſeſ-
ſione eſſet; vt ardua ſine eo non explicarentur, vti
& de hac quaſi poſſeſſione tradit Abbas *in cap. ex*
*geſtis ſub num.*3. verſ. *& vide ad hoc de Cleric. non*
reſid. refert Lotter. *ſup. num.*44. *&* 45. cum & ſimi-
liter nec Imperator poſſit condere legem ſine Se-
natu *ex l. humanum cod. de legib.* & ex aliis conſi-
derationibus relatis ab eodem Lotterio *ſub dict.*
*cap.*10.

Tamen reſpondetur in caſu, de quo loquimur, 22
poſſe Pontificem transferre Eccleſiam Cathedra-
lem de vno loco ad alium, ſine conſenſu Epiſcopi,
aut Collegio Cardinalium, & facilius intra eandem
Diœceſim, nec enim ſicut conſtitutio nouæ ſedis,
& cõſequutiua diſmembratio vnius Diœceſis, non
èſt contra ſtatutum vniuerſalis Eccleſiæ, Lotterius
dicta quæſt 11. *ſub num.* 33. *&* 34. vbi dicens er-
roneam eſſe gloſſæ doctrinam *in dicto cap. lege Im-*
peratorum, fundatam *in cap. multis* 51. 16. *quæſt.*3.
dum inquit in verbis ſequentib. *Multis Conciliis*
hoc ſtatutum eſt à Cætu Sacerdotali, vt plebes, quæ in
Diœceſibus ab Epiſcopo retinẽtur quæ Epiſcopos nun-
quam habuerunt, non niſi cum voluntate eius Epiſcopi
à quo tenentur, proprios accipiant Rectores. Non enim
aliquid probant relata verba contra authoritatem 1
Papæ, & ſolum poſſunt referri ad præiudicium ſo-
lius Epiſcopi, dum viuit, cui Papa non cenſetur
voluiſſe

voluiſſe præiudicare vt exponit Bellamera *ibi*, verſ. *ſed caue*, iunctis quæ ſcibit *ad finem*; & quod erronea ſit dicta opinio gloſſæ comprobat idem Lotterius *dict. cap. 11. ſub dict. n. 43. in fine*, ex textu *in dicto cap. præcipimus in princip. hic relato*, in quo illas fruſtra Gregor. Papa præciperet Bonifacio Epiſcopo, vt ſedis Apoſtolicæ authoritate nouos conſtituat Epiſcopos.

23 Vnde etſi remouere omnes Epiſcopos per Papam, eſſet actus principaliter contra gubernium, & ſtatum vniuerſalis Eccleſiæ, de quo non loquimur, ſed non inde talis eſſet illa diuiſio, ſiue diſmembratio Epiſcopatus, aut iurium Eccleſiæ Cathedralis, quæ etſi reſpiciat ad ſtatum Eccleſiæ, eſt tantum in conſequentiam, & in caſibus ſpecial bus, non enim in his, nec in caſu noſtro valet argumentum de remotione omnium Epiſcoporum, & eorum ordinatione Papæ prohibitis ad caſum de diſmembratione vnius Diœceſis, aut de conſtitu-
24 tione nouæ ſedis † quod non procedit, cum ducatur ab vniuerſali negatiua ad particularem affirmatiuam contra Dialecticorum regulas, nec in iure valet argumentatio à conſequutiuis, niſi conſequutio ſit omnino neceſſaria, vt docet Felinus *in cap. in noſtra ſub num. 15.* verſ. *ſed tenendo iſtud dictum de reſcript.* quem & ſequitur Lotterius *dicta q. 11. dicto n. 33. & 34. de re beneficiaria.*

25 Nec ad extendendum Pontificis arbitrium, facit decretum Concilij Cartagin. *in dicto c. ſelix. 50. dicta diſt. 16. q. 1.* quia vt ex eius verbis poteſt videri, ac conſiderat idem Lotterius *dicto cap. 11. de re benefic. num. 39.* illud non tangit dictum arbitrium, ſed potius præſeruat, neque ad rem facit, cum loquatur de conſtituendo Epiſcopo in Diœceſi, in qua fideles deficiunt, vt *ibi* tam vetuſta quam Gre-
26 goriana gloſſa declarat. † Et ſic nec ad rem facere aliud decretum ſynodi Romanæ relatum *in cap. ſicut in vnaquaque 21. quæſt. 2.* eo quod ibi tantum prohibetur vni Eccleſiæ duos Epiſcopos præfici, quia eſſet monſtruum, non minus quàm vnico corpore, duo capita conſtituere, vt dixit textus *in cap. quoniam in pleriſque § prohibemus de offic. Ordina-*
27 *rij.* † Nec vnquam contigiſſe, refert ac firmat Lotterius *dict. quæſt. 11. num. 40. 41. & 42.* præterquam in D. Auguſtino, per errorem tamen, & ignorantiam, *cap. non autem 7. quæſt. 1.* provt ſe declarauit *in epiſtola* 110. vt refert Spadon. *anno* 395. *num.* 13. quod neſciuit Abbas *in cap. 1. num. 2. de paroch.* qui exiſtimauit id quidem conſulto, & ex cauſa factum, propter ea, quæ dicit Lotter. non eſſe deflectendum ab opinione Geminiani, & Abbatis, volentium cauſam hanc præſumi ſemper in dubio: idem Lotter. *ſupr. num. 31. & 32.* ex mente etiam Innocent. *in cap. quanto ſub num. 5.* verſ. *tamen ſi Papa de conſuetudine*, & ſic ad caſum S. Auguſtini, vt ex viſceribus apprehendas, leges quæ latè dixi *ſub cap. penult. de officio vicarij q. fin.* dum ſcripſi de caſu arduo hac in curia inter magnos agitato ad effectum conſtituendi alium Archiepiſcopum adhuc viuente, qui nunc gubernat ex cauſa ſenectutis.

28 Nec obſtat tertium adductum fundamentum pro contraria opinione de requirendo ad prædictam mutationem, ſiue diſmembrationem conſilium Cardinalium; quia præterquam quod ſupra *ſub tit. de elect.* dixerim, in quibus talium conſilium Pontifex exigat; quia quidquid ſit reſpectu neceſſitatis directæ, & intrinſecæ, ſaltim in bis quæ verſantur circa ius diuinum, vt ſic diſtinguendo probauit Ripa *in Rub. n. 20. de conſtit.* cum quo tranſit Probius *in addition. ad Monachum in dicto cap. ſuper eo de hæret. lib. 6. num. 37.* verſ. *ideo, vt omnibus ſatisfaciam cum ſequentibus*: tamen reſpectu neceſſitatis coactiuæ, & extrinſecæ, illam propoſitionem Monachi eſſe falſam, docent communiter DD. cum ſic conſtitueretur iudex ſupra ipſum ſummum Pontificem aduerſus diſpoſitionem textus *in cap. nemo 9. q. 3.* vt declarant Paleot. *de ſacr. conſiſt. conſult. p. 1. quæſt. 3. in reſponſione ad tertium argumentum*, qui addit aliter ſentire, nihil aliud eſſe, quàm ſummam iniuriam Dignitati Pontificiæ inferre, *ibi* in verſ. *verum abſit*, Lotterius *in dicta quæſt. 11. de de re benefic. à num. 44. ad 51.* vbi cum Abbate *ex dicto cap. geſtis ſub num* 4. verſ. *nunquid autem poſſit induci conſuetudo de Cleric. non resident.* & vt probauit *in dicta quæſt. 1. num. 13.* † etſi collegium fuerit 29
in ea quaſi poſſeſſione, vt retulit Monacbus, ſed negandum eſſe potentiam illam quoad vim neceſſitatis coactiuæ, quod alias eſſet inducere conſuetudinem, vel præſcriptionem contra ſupremam poteſtatem ipſius Pontificis, quod non eſſe ferendum docent relati; & ſic contra Monach. probatur *in dicto cap. ex geſtis.* Geminian. *ſub num. 4.* verſ. *communis concluſio*, & omnes *in dicta Rub. de conſt.* præcipuè Boſchius Codech. *num. 65. & 77.* Ferror. *num. 9. & 13.* de Burg. *num. 71. & 137.* Andreas ab Exea *ex num. 177.* Pariſ. *de reſignat. lib. 3. quæſt. 1°. num. 124.* Bobadilla *in polit. lib. 67. cap. 6. à num. 16.* quos citat, & ſequitur Petr. Calixto *in tract. de leg. Reg. 12. § 4. num. 22.* quibus addi poſſunt Geminian. *in dicto cap. ſuper eo, dicto num. 4.* Anaſtaſius Germon. *de indultis Cardinal.* ſuper verſ. *quod tu Romana n. 56.* & omnium melius Iacobat. *de conſil. lib. 7. art. 5. num. 137.* quibus etiam addo Barboſam cum eodem Abbate, Lotterio, & Paleot. *in dicto cap. lege. dict. 10. num.* 8. & *in paſtorali dicta p. 3. alleg 50. ſub num. 5.* cum illis, & cum Felino; & confirmantur ex his, quæ dixi *ſub cap. 1. de iudic. à quæſt. 3. ad 8.* & *ſub cap. 12. eadem quæſt. 8. & 9.* legenda, & applicanda, quibus depræhenditur abſoluta ſummi Pontificis poteſtas.

Et inde non obſtat vltimum de lege humanum, 30
cod. de legib. nam præter quam quod non valet argumentatio inter Diuinam, & ſæcularem legem per plura, quæ dixi *ſub Rub. & tit. de conſtit.* vt rectè aduertit Paleott. ſupra, & cum eo Lotter. *dicta quæſt. 11. à num.* 52. diſpoſitio illius legis eſt referenda ad neceſſitatem directam, non autem ad coactiuam, vt ibi ſentiunt gloſſa, & Barbatia *n. 1.* Bald. *ſub num.* 2. verſ. *ſolutio concedo*; pro quo faciunt infinita, quæ adduxi de poteſtate condendi leges à Papa, Imperatore, aut Regibus *ſub dicta*
Rubrica. † Et Lotterius ex communi *à num. 57.* im- 31
probat aliam aſſertionem quod Princeps ſæcularis, in cuius territorio temporali, ſita eſt Eccleſia Cathedralis à qua eſſet facienda diſmembratio, Diœceſeos poſſet, ſe tali diſmembrationi opponere, etiam prætextu iniuſtitiæ, vel ex eo quod omnes Principes ſæculares ſunt Patroni Eccleſiarum Cathedralium in eorum territoriis inſtitutis; ſed non inde à Papa poſſe auferri illam facultatem diſmembrandi, transferendi, aut mutandi; quippe Principes Laici tantùm ſunt protectores, vt in plurimum Cathedralium, non Patroni, & ſic quamvis aliquoties impugnatum legeretur, ſeu ex tolerantia Pontificum contigiſſet, non eo inualeſcere, cum ea præſumatur ratione ſcandali vitandi, non quidem canonicandi ſimiles abuſus, vt aduertunt Gemin. *in cap. 1. n. 14. ad finem* verſ. *tamen dicit*, Ioan. Monach. *de præb. in 6.* Archidiacon. *in cap. imperium ſub num. 1.* verſ. *ſed Papa dict. 10.* idem

Lotter.

Digitized by Google

Lotter. latè explicans *dicta queſt.11. de re benef. à num. 57.* vbi *num.66.* probat Patroni conſenſum adhiberi in alienationibus rerum Eccleſiaſticarum de honeſtate, vbi *num.* 88. dicit, non poſſe Principes Laicos inſurgere contra Eccreſiaſticos protectionis prætextu, vbi latè explanat textum *à n. 70. ad finem in cap. filius, vel nepotibus 16. queſt.7.* quem Ego explanaui plenè *ſub cap.2. de Iudic. per tot. queſt.19.*

32 Fatemur tamen Romanos Pontifices pro eorum ſumma modeſtia, non conſueuiſſe aliter, quàm conſiſtorialiter negotia huiuſmodi expedire, vt turius clauſulas *ex certa, ſcientia, & de plenitudine poteſtatis*, de quarum natura dixi infra *ſub Rub. & titulo de confirmatione vtili vel inutili*, aut aliæ ſimiles interſertæ verificarentur: ita Lotterius ſu-
33 pra *dicta queſt. 11 num.57.* † Et ſic in caſu prædictæ Eccleſiæ Zamoren. ab antiquo æuo ibi ſitæ tali repentina nouitate Decani, & Canonicorum, vt illam Matricem transferrent ad dictam Ciuitatem Taurinam, non moueretur Papa de facili, nec irrequiſito Nuncio eius Legato apud nos Hiſpanos in hac Curia degente, necnon poſtulato aſſenſu, ſeu relatione veritatis à Rege noſtro Philippo IV. & à conſilio ſupremo noſtræ Caſtellæ; præcipuè non conſtito de cauſa legitima loci infeſti, aut debellationis, alteriusvè imminentis periculi, quod nunquam adeſt; imò conſtat ex Hiſtoriis nunquam per oppreſſionem Maurorum per 700. ferè annos infeſtantes hanc totam Hiſpanicam Prouinciam, nec per continuas oppugnationes à Luſitanis per ſæpius à multis retro temporibus in illam Ciuitatem Zamoren. prout nunc pullulant ad præſens ab anno 1640. in quo accedit rebellio Ducis, ac Duciſſæ *de Bergaçza*, quæ nunc viuit terrebiliter ſe, & Luſitanos defendens (iniuſtè tamen) tranſlatam fuiſſe Eccleſiam illam Cathedralem de illa Ciuitate ad dictam Ciuitatem Taurinam. †
34 Quare optimè conſulti Prætor, ac Decuriones dictæ Ciuitatis Tauri laborauerunt circa componendos dictos Decanum, & Capitulum cum Prætore, ac Decurionibus, cæteriſque incolis dictæ Ciuitatis Zamoren. factum quidem laudabile, quod fortè non ſic exerceretur inter alias Ciuitates anxietate conſimilis tranſlationis, quæ futura eſſet in poſterum honori, & commoditati ciuitati, & eius territorio, ad quam tranſlatio fieret.

Ex quibus videtur dicendum vt Papa poſſet
35 transferre, exigeret tamen cauſas legitimas, & quidem maiores, quas poſtulat ad transferendos Epiſcopos, vt *ſub hoc tit.* & admittendas renunciationes; vt dixi infra *ſub tit. de renunc.*

Ad Text. in cap. inter corporalia. II. hoc tit. De Tranſlatione Epiſcopi.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Argumentum de matrimonio carnali ad ſpirituale, & quod reſeruatur iudicio Papæ* n.2. *vide* num.7. *&* num.13. *vbi de diſpoſitione authentica*, res quæ, cod. commun. de legatis.

3 *Conſecrationis materia remiſſiuè.*

4 *Vidua reputatur, quæ habet virum inutilem, remiſſiuè.*

5 *Eccleſia, quæ Prælatum habet inutilem, reputatur, ac ſi illum non haberet.*

6 *Electus in Epiſcopum poteſt renunciare in manibus eligentium ius ſuum, ante confirmationem*, & n.7.

8 *Statutum excludens à ſucceſſione maritatam, dotatam, procedit etiam in Moniali.*

9 *Paragium, quod debetur Monialibus, eſt uniforme cum illo maritandarum.*

10 *Adulterium dicitur committere cognoſcens Monialem.*

11 *Monialis prodeſt Patri ad ſe excuſandum à tutela.*

12 *Legatum pro maritagio, debetur etiam pro Monachatu*, & n.13.

14 *Monaſterium qua ratione ſuccedit loco filij.*

15 *Lex extendi licet ex identitate rationis.*

16 *Simile non eſt idem, ſed tranſit de facili in idem, quando per omnia ſunt conuenientia ſimilia.*

Regula textus huius quatenùs ex ea docent, 1
ſeu colligunt Doctores, quod valet argumentum de matrimonio carnali ad ſpirituale, multum allegabilis eſt, de qua citat hic multos Barboſa videndos *ſub num.* 4. dicens etiam ex verbis ibi *Spirituale Coniugium, quod eſt inter Epiſcopum, & Eccleſiam.* † probare textum matrimonium ſpiri- 2
tuale inter Epiſcopum, & Eccleſiam contractum Chriſtum Dominum ſuo Iudicio reſeruaſſe, ſicut & carnale. Et ſic incidit in eam communem quæſtionem; ergo ſicut matrimonium carnale factum eſt indiſſolubile. (De qua parte infinita noto *ſub cap. quanto, cap. gaudemus de diuortiis*, & latè de reſolutione dico infra *in cap.6. de temporib. ordin. queſt. 1. verſ. ad tertiam*, vbi leges aliqua *in cap. litteras de reſtit. ſpoliat.* vbi latè tractaui multa conducibilia) ſic, & in ſpirituali matrimonio pro explicatione aliqua notat Barboſa cum multis, quos citat. Et quia bene poſtillat litteram huius textus, vbi aliquas regulas generales exornat; ideò à fortiori incides in eam deciſionem, quam facit Pontifex hic; nempe vt ſolus Papa poſſit transferre electos in Epiſcopos, & confirmatos, de quo iam abundè notaui *ſub cap.1. hoc tit.* & infra *in cap.3.* † 3
additque Barboſa ex verbis hic *num.2.* verſ. *à metropolitanis ſuis munus, conſecrationis accipiunt*, quæ ipſe tractat de officio Epiſcopi *p.1. tit.1. cap.5. n.5.* vbi videbis latè *de conſecratione Epiſcoporum*, quibus competat antiquitus, quibus hodie, & ſub qua forma fiat: de quo poteris applicare etiam ad textum noſtrum in verſ. *ſed neque* eundem Barboſam *de Iure Eccleſiaſt. p.1. cap.9. per totum* plura nouiſſimè de conſecratione Epiſcoporum congerit Diana *p. 11. tract.1.* Applicabis quæ rectè docet Gabriel Vaſquez *de Sacramento ordinis diſp.241. cap.1. cum multis ſequen.* pro intelligentia textus noſtri.

Et quatenus in dicto verſ. *ſed neque* in verbis *in-* 4
utilem. Barboſa hic notat, quod quaſi vidua dicitur, viduarumque priuilegiis gaudeat mulier, quæ habet virum inutilem, multis comprobans *num.11.* Tu verò pro exacta intelligentia, & ratione adiunges quæ dixi latè *in cap. ex tenore 11.* & *in cap. ex parte 15.* vbi quæ dicantur viduæ, vt potiantur priuilegio miſerabilium. † Et magis propriè ad verba 5
huius verſ. applicabis Balboam *in cap.10.* & *in c.1. de præſcript.* dum dicit idem eſſe Eccleſiam non habere Prælatum, vel habere eum inutilem: de quo Angelus *de maleficiis*, verbo *membrum*, & Ego *ſub dicto*

6 *dicto cap.*2. & *cap.*10. *de præſcript.* † Et quia gloſſ.
confirmatus, *num. fin.* notet ad id Barboſa, quod
electus in Epiſcopum, poſſit iuri ſuo in manibus
eligentium renunciare ante confirmationem ſine
Papæ licentia, adducens plures ſic tenentes in præ-
ſenti, & alios, quos citat; ideo applicabis quæ
notaui ſupra *ſub cap. cum inter* 16. *de electione*, &
quæ noto infra *in cap. in præſentia de renuncia-
tione.*

7 Sed cum ex hoc textu ſupra iam dixerim, quod
matrimonium carnale æquiparatur ſpirituali, vt
præter relatos à Barboſa hic *ſub dicto num.*4. ſequi-
tur Riccius *collect.*500. ad textum noſtrum, & qua-
liter hæc ſimilitudo intelligatur dicam Ego infra *in
cap.*6. *& 7. de temporibus ordin. quæſt.* 1. verſ. *ad
quartam*, cum loquar latè de quæſtione illa, *an
conſecratus Epiſcopus contrahat vinculum cum Ec-
cleſia.*

8 Ideo pro ornatu libuit tranſcribere quæ ipſe am-
pliat inferendo primo, quod ſtatutum excludens à
ſucceſſione maritatam dotatam procedit etiam in
moniali, vt pulchrè docet Gaſpar. Theſaurus *in de-
ciſ.*3.*p.*1.

9 Secundo quod paragium, quod debetur Mo-
nialibus, eſt vniforme cum illo maritandarum ſe-
quitur cum Afflict. *in deciſ.* 348. quidquid teneat
10 de Franc. *in deciſ.* 44. † Tertio quod cognoſcens
monialem, dicatur committere adulterium, quem-
admodum cognoſcens maritatam, vt pulchrè Ca-
cheranus *deciſ.* 103. quod qualiter ſit infra *ſub tit.
11 de ſtupris, & adult.* † Quarto quod monialis pro-
deſt patri ad ſe excuſandum, à tutela, vt maritata, de
12 Franc. *in deciſ.* 532. † Quinto quod legatum pro
maritagio, debetur etiam pro monachatu: pulchrè
13 Maſtrillus Rotæ ſicil. *in deciſ.* 153. † Sexto quod
diſpoſitio *authent. res quæ cod. communia de legatis*,
vindicat ſibi locum in vtroque matrimonio, & car-
nali, & ſpirituali, cum Maynardo *in deciſ.*9. *lib.*3.
14 † Septimo quod ob hanc rationem monaſterium
ſuccedit loco filij, Gratus *in deciſione* 7. de qua parte
dixi latiſſimè *in cap. in præſentia de probat.* Verum
hunc caſum limitat Riccius ſupra *in caſu de Franc.
15 deciſ.*19. † Quæ omnia confirmantur ex problemis
adductis ex verbis textus noſtri à Barboſa hic *n.* 9.
& 10. dum in verſ. *propter expreſſam tamen ſimili-
tudinem, & identitatem*, & ibi *cum de ſimilibus
idem iudicium ſit habendum*, notante primo cum
multis, vt liceat extendere legem ex identitate ra-
tionis.

16 Secundò vt quamuis ſimile non ſit idem, tranſire
tamen de facili in idem, quando per omnia ſunt
conuenientia ſimilia, vel ſaltim conueniunt in hoc,
de quo agitur; ſecus quoties diuerſa decidendi ra-
tio datur, vel quando non probatur ſimilitudo in
eo, de quo agitur, etiam data parua ſimilitudine:
ſic cum multis. Itaque Baldus *conſ* 408. *quidam ci-
uis*, verſ. *quapropter de neceſſitate*, quem refert Car-
dinalis Tuſchus *in practicis tom.* 8. *lit. S. concluſ.*
246.*n.*6. dicit, vt licèt ſimile non poſſit dici; identi-
tas tamen valde ſimile reputari idem, & quod ſimi-
le non ſit idem, docent gloſſa *in l. quod Nerua*, &
ibi Bartol. *ff. depoſiti*, *l. pecuniam ff. ſi certum petatur*,
l. ad ſimilitudinem cod. de Epiſcopis, & clericis §.
ſed inter eas inſtit. de nuptiis, *cap. Capitulum de reſ-
cript.* Caſſaneus *in Catalogo Gloriæ mundi p.*1. *con-
ſiderat* 48. Zabarella *conſ.*136. Marcus Mantua *ſin-
gul.*318. Gutierrez *in pract. lib.*2. *quæſt.*176. Gonza-
lez *in regul* 8. *cancel. gloſſa* 3. *num.*5. Tuſchus ſupra
*concluſ.*246. cum aliis Barboſa *axioma* 208.

Ad Text. in cap. Quanto III. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus transferens ſe de vna Eccleſia ad aliam propria authoritate vtraque caret*, numero 5.

2 *Tranſlatio de vna Eccleſia ad aliam, verè mutatio dicitur, & fit authoritate ſuperioris cum euidenti vtilitate* n. 3. & 6.

4 *Renunciatio Eccleſiæ fit tantum cum euidenti vtilitate.*

7 *Reuerentia eſt ſenioribus exhibenda, cum plus valeat vmbra ſenis, quam enſis iuuenis.*

8 *Antiquitas nobilitat omnia.*

PRobat Pontifex hic quod Epiſcopus, qui pro- 1
pria ſua authoritate ſe tráſfert de vna Eccleſia
ad aliam, caret vtraque, multis comprobat Barbo-
ſa *hic*, qui dicit hanc tranſlationem ad Papam per-
tinere, vt iam ſupra dixi *ſub cap.*1. & infrà *cap. ſe-
quenti.* Cumque in verſ. *carere propria num.*5. no-
tet idem Barboſa, quod per tranſlationem Prælati
ad aliam Eccleſiam, vacat prima: de quo applica-
bis quæ tradit Garcia *de beneficiis*, de vacatione
vnius beneficij per aſſecutionem alterius *p.*11.*c* 5.
& notabis dicta infra *in cap. de multa* 28. *de præ-
bendis*; ideo qualiter hoc contingat examinabis ex
dictis ſupra *ſub dict. cap.*1. in verſ. *cumque hic.*

Et ad textum noſtrum addo Barboſam *de Iure* 2
Eccleſ. cap. 19. *p.*1. dum probans *à num.* 28. quòd
tranſlatio de vna Eccleſia ad aliam (quæ verè mu-
tatio dicitur *in cap. mutationes* 7. *quæſt.* 1.) ſit per-
miſſa cauſa vtilitatis alios ſubſtituendo Prælatos in
Eccleſiis, à quibus tranſlati receſſerunt, tradens ex
Nicephoro *lib.*14. *Hiſtoria Eccleſ. cap.*39. & pri-
mum ab Anaclero Papa, fuiſſe litteris demanda-
tum *in dicto cap. mutationes* † addit ibi *à num.* 19.
Barboſa, quod hæc tranſlatio, fieri propria autho- 3
ritate non poteſt, ſed requiri authoritatem ſupe-
rioris, vt *in cap. Epiſcopus* 7. *quæſt.* 1. *cap. ſicut al-
terius in fine*, eadem cauſa, nec ſit facienda ſine
euidenti Eccleſiæ vtilitate, aut validitate, *cap. ſicut
vir eadem cauſa.* † Sicut & renunciatio, vt *in c.* 4
ad ſupplicationem de renunciat. præſertim cum
Epiſcoporum tranſlatio fieri non poſſit, ſine au-
thoritate Romani Pontificis, vt *in dicto cap.*1. *hoc
tit.* † Quia ſi Epiſcopus propria authoritate in 5
aliam Eccleſiam ſe transferat, ab vtraque deponi-
tur, vt in textu noſtro, & *in cap. ſi quis Epiſco-
pus* 7. *quæſt.*1. quod etiam probat Franciſcus Ton-
dutus *in quæſt. benef. p.*2. *cap.*4. §.6. *num.*12. etiam ex
dictis iuribus. Et occaſione huius textus applicabis
notata ſupra *in cap. cum in iure peritus de electione*;
vbi quod nemo poteſt ſe eligere, inſtituere, aut præ-
ſentare. † Et ad iuſtificandam prædictam tranſla- 6
tionem ſunt notanda præmaximè verba Cardina-
lis Bellarmini *c.*5. *lib* 3. *vita Clem.*8. ibi: *Quinta res
eſt facilis tranſlatio Epiſcoporum de vna Eccleſia ad
aliam: tranſlatio enim Epiſcoporum ſecundùm Cano-
nes, atque vſum veteris Eccleſiæ, neceſſitatem, vel
maiorem vtilitatem poſtulat; nec enim inſtitutæ ſunt
Eccleſiæ, propter Epiſcopos, ſed Epiſcopi propter Ec-
cleſias. Nunc etenim quotidie tranſlationes fieri vide-
mus*

mus ea ſolum de cauſa, vt Epiſcopi, vel honore, vel opibus augeantur; propterea notum eſt ex cap. inter corporalia, (2. hoc tit.) vinculum matrimonij ſpiritualis, eſſe aliquomodo maius, quam vinculum matrimonij corporalis; & ideo non poſſe ſolui, niſi à Deo, ſiue à Vicario Dei, declarante voluntatem Domini ſui? Quis autem credat velle Deum, vt ſolum temporale lucrum, vel honorem, vinculum huius ſancti coniugij diſſoluatur? præſertim cum id ſine detrimento animarum fieri nequeat, vt experimentum ipſum docet. Nec enim Epiſcopi Eccleſias diligunt, quas breui ſe deſerturos ſperant, vt ad alias commodiores tranſeant. Ad hæc autem Pontifex ſcripto ſuo in ore ſingraphæ Bellarmini, vt aliis præſtitit moniti hiſce reſpondit; *Nos cum difficultate transferimus, & non deſumus Principes per nos, & per noſtros Nuncios.* Ex quibus verbis patet, & notat Diana *p.11. tract.4.r.ſ.50.*verſ.*& tandem*, quam difficulter, ſeu caute debeant Pontifices, & Reges procedere in tranſlationibus hiſce.

7 Et quia hic *in verſ. reuerentiam exhibendam*, *n.2. & 3.* dicat Barboſa, quod honor, & reuerentia ſenioribus eſt adhibenda, cum plus valeat vmbra ſenis, quàm enſis iuuenis; ideò applicabis quæ noto infra *ſub tit. de maioritate, & obed.* & inibi *in cap. ante penultimo*, vbi multa adduco notabilia *de præcedentiis*. Et etiam applicabis quæ de ſenibus, & eorum priuilegiis adduxi *ſub cap. quoniam frequenter*, vt lite non conteſtata, non perueniatur ad teſt. recept. item & *in cap. 1. & tit. de teſtibus cogendis*, & *in cap. in noſtra 31. de teſtibus*, vbi dixi quod teſtes ſenes, ſunt digniores. Item applicabis quæ notaui *in cap. 3. & penult. de præſumptionib.* & alia de ſenibus alibi dicta, aliqua infra *ſub tit. de ætate & qualit. ordinand.*

8 Item quia per gloſſam *antiquitas*, ibi: *Et antiquitas veneranda eſt*, & ibi: *Mos enim retinendus eſt fideliſſima vetuſtatis*, notat Barboſa *num.6. & 7.* quod omne per antiquitatem fit nobilius *ex l.1.cod. de albo ſcrib. l.1. vt dignit.ordo, l.honores, cod.de decurionibus, lib.10.* & quod antiquorum conſuetudo, & mos ſeruandus ſit. Ideò applicabis, quæ de authoritate temporis antiqui, dixi *in cap. cum cauſam 13. de prob. & in cap. quia indicante de præſcript.* Item & quæ dixi de præſcriptione centenaria, & immemoriali *in cap. ad audientiam 13. & in cap. cum nobis 14. & in cap. fin. de præſcript.* Et quæ de longæua conſuetudine notaui *ſub cap. fin. de conſuet.* vbi in Rubrica dixi de ſtylo, qui per vſum, & vetuſtatem acquiritur.

Ad Text. in cap. Licet in tantum, fin. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Tranſlationis indulgentia, eſt ſeruanda ad vnguem.*

2 *Appellans à ſententia Papæ ad Chriſtum, infertur, vt hæreſim ſentiat.*

1 TExtus hic dicit, quod Papa ſolus poteſt transferre Epiſcopos, addens, vt indulgentia (hoc eſt reſcriptum) ſuper ea tranſlatione ad vnguem ſeruanda ſit. Pars prima comprobatur ex dictis ſupra *in c.2. & 3.* Secunda comprobatur ex multis, quæ notaui ſupra *ſub tit. de reſcriptis*, vbi dixi, quod forma mandati, reſcripti, ſeu priuilegij eſt obſeruanda ſine exceſſu.

Cumque in verſ. ibi *& Vicarius Ieſu Chriſti*, & 2
ibi *Succeſſor eſt Petri*, notet Barboſa hic cum multis *num.2. & 3.* quod Papa eſt Vicarius Chriſti, inferens hæreſim ſentire, qui à ſententia Papæ ad Chriſtum appellat, quaſi Papam non eſſe Chriſti Vicarium, nec cum eo idem tribunal habere credat: & quod Papa etiam ſucceſſor eſt Petri, ſic multis adductis probans. Ideò tu pro latiſſima exornatione adiunges hic quæ latiſſimè ſcripſi *in cap. nouit de Iudic. q.1. & 3.* vbi *de Chriſto Domino*, & *q.4.* vbi *de Petro Pontifice, & eius ſucceſſoribus.*

Item etiam ex hoc textu poteris applicare ſimi- 3
litudinem de matrimonio carnali, ſicut dixi *ſub c.2. hoc tit.* Item quatenus agitur hic de electione applicabis quæſtionem, quam per hunc textum diſputat Riccius *collect. 1648.* dum probat, quod per electionem acquiritur ius ad rem, de quo dixi iam ſupra *ſub tit. de poſtulatione Prælatorum*, vbi in quo differunt poſtulatio, & electio, & *ſub dicto tit. de*
electione. † Item de dubio, & caſu, quem locum de- 4
beat habere Canonicus tranſiens à præbenda theologali ad pœnitentialem, in choro, & in Capitulo dixit Antonius Naldus hic.

Et in verſ. *præterea cum poſtulatio debeat exami-* 5
nari, ſicut electio diligenter; ideo applicabis quæ dixi *in cap. cum in cunctis 7. de electione.*

QVÆSTIO I.

An Pontifex poſſit transferre Epiſcopum de vna Eccleſia ad aliam, ob pinguiores redditus. Et quæ ſint tranſlationis cauſæ.

SVMMARIVM.

1 *Tranſlatio de vna Eccleſia ad aliam ob pinguiores redditus, non fit; ſecus ob vtilitatem Reipublicæ, & Eccleſiæ commune bonum; dum adſit cauſa, & fiat à Papa*, n.4. & 5.

2 *Chriſtus eſt ſponſus, & Eccleſia eius ſponſa.*

3 *Matrimonium carnale, eſt indiſſolubile de iure naturali.*

4 *Tranſlatio Epiſcopi de vna Eccleſia ad aliam, eſt prohibita Pontificio iure, in quo cum cauſa diſpenſatur à Papa; etſi in ordine ad vniuerſalem Eccleſiam, ſit de Iure Diuino.*

6 *Tranſlationis cauſa.*

VIdeo in hoc diſcordes ſententias, negatiuam 1
docuit Vaſquez cum aliis *in 3.p.D. Thomæ tom.3.diſp.141.* qui docuerunt tranſlationem Epiſcoporum eſſe prohibitam de iure Diuino, ſic probantes ex regula textus *in cap. inter corporalia ſupra hoc tit.* quatenus ibi Pontifex dicit, quod inter Epiſcopum, & Eccleſiam, eſt ſpirituale vinculum matrimonij, quod eſt fortius, quam vinculum matrimonij naturalis, contraherequè hoc vinculum matrimonij non tam conſtitutione canonica, quam Diuina authoritate, vt clarè videtur docuiſſe Euariſtus Papa *Epiſt.2.* quæ eſt de Epiſcopis eiectis,
† dicens quod Chriſtus eſt ſponſus, & Eccleſia eius 2
ſponſa, cuius nos filij ſumus, ſacerdotes verò; id eſt Epiſcopi, vice Chriſti legatione fungi in Eccleſia

& ſicut ei ſua coniuncta eſt ſponſa;id eſt Eccleſia, ſic Epiſcopos Eccleſiæ iungi vnicuique proportioneſua,& Caliſtus Papa *Epiſt.*2. ad omnes Galliarũ Epiſcopos *c.*3.idem docuit : vnde Innocentius III. hic in textu noſtro dixit quod hoc matrimonium Epiſcopi cum ſua Eccleſia in electione initum, tatum in confirmatione,in conſecratione intelligi cõ-
3 ſummatum. † Et confirmatur ex dictis ſupra *in c.*1. *&* 2.& ex eo ; quia cum fortius ſit ſpirituale vinculum,quàm carnale & iſtud ſit iure Diuino naturali, item & Eccleſiaſtico inſolubile : ſic potiori ratione prædictum vinculum ſpirituale.Et faciunt præclara verba Bellarmini *ex cap.*5.*lib.*3.*vita Clem.*8. relata *in dict.cap.quanto.*

4 Sed quia iam ſupra *ſub dict. cap.*1.*&* 2. dixerim Epiſcopi tranſlationẽ poſſe fieri de vna Eccleſia ad aliam ex iuſta cauſa, vt de pluribus ſupra retuli *in cap. inter corporalia* 2. & hoc à Pontifice tantum, iuxta relata *in dict.c.*1. ob publicam, & euidentem neceſſitatem, communemque Eccleſiæ vtilitatem, iuxta textum *in cap.quanto* 3.*hoc tit.*& *ex cap. ſciat frater* 7. *q.* 1. ibi : *Nam plurimorum vtilitas vnius vtilitati, aut voluntati præferenda eſt.* Etenim illuc decet prælatum accedere, vbi plus lucri ſpiritualis facere poteſt ; licèt maior ibi ſit pœna, vt habet gloſſa,verb. *plurimorum in cap.Sancta* 2.*q.*8.*in c.*3. *lib.*3. quare bene Suarez *de relig.tom.*3.*lib.*1.*c.*16.*à n.*6.& cum eo Diana videndus *p.*12.*tract.*4. *reſ.*50. exiſtimant dictam tranſlationem eſſe vetitam de Iure Eccleſiaſtico,alias inquam nõ eſſet ſic introducta transferendi praxis,quã quotidie videmus. Indeque fieri, vt etſi indiſſolubilitas in actu primo, vt ſentit Vaſquez in ordine ad Vniuerſalem Eccleſiam, vel vage ad aliquam peculiarem ſit, ita de ratione intrinſeca præſulatus Iure Diuino,vt impoſſibile pœnè ſit, vnum ſine altero ſimul inueniri ; ſed ſecus eſſe cenſendum dicunt cõmuniter Doctores de indiſſolubilitate cum hac,vel illa Eccleſia,quæ pendet ex iuriſdictionis applicatione Iure Eccleſiaſtico,Põ-
5 tificio facienda. † Et inde euenit argumẽta contrariæ ſentẽtiæ allata à Vaſquez,tum ex fine,ad quem ſancita ſunt,tum ex tenore,tum ex gloſſis,tũ ex vſu Eccleſiaſtico,ſic applicanda eſſe vt velint,non poſſe huiuſmodi vinculum cum Eccleſia propria authoritate Epiſcopi ſolui,ſed ſolum ex facultate Pontificis, vt probat Panormit. *in cap. tuam, de ordine cognit.n.*3.nec ordinaria,ſed ſpecialiter ei conceſſa, atque in hoc ſenſu, & abſoluta dicenda ; & ob id diſpenſatio in hoc vinculo grauem profecto cauſam deſiderat ; non tamen adeò grauem, ac requiſitam in diſpenſatinne ad ius Diuinum, ſine qua ſi habeatur, etſi illicita, valida tamen ſit ; non enim homo,vt ait Pontifex Innocent.III. *in d.c.*3.*hoc tit.* ſed Deus ſeparat(qui non puri hominis,ſed Dei vicem gerit in teris)Eccleſiarum neceſſitate,vel vtilita penſata, non humana, ſed diuina potius authoritate diſſoluens, & ne diſpenſatio hos habeat neceſſitatis,vel vtilitatis cardines, profecto non videtur appellanda diſpenſatio,vt notant Abbas ibi *n.*5. Diana *d.reſ.*50.verſ.*vnde*,qui in verſ.*probatur*,grauiter confirmat, & comprobat : nam quod detrimentum Reipublicæ Chriſtianæ poteſt excogitare maius,quàm ambitioni hoſtium reſerare, increpãdo ſtultiloquiis hæreticorum, qui præſultatus negociũ ad quæſtum, potius, lucrumquè temporale, atque priuatum commodum referri exiſtimant;quibus, & aliis habemus,non prohiberi tranſlationem, ſi fiat irregulariter cum hac,vel illa Eccleſia, & ex cauſa graui,& vrgenti,non ob commodum perſonæ, ſed publicæ, & communis vtilitatis.

Ad ſecundam quæſtionis partem,quæ ſint tranſ- 6
lationis cauſæ, conſideratis,quæ infra ponit Pontifex *in cap. cum pridem de renunciatione*,vbi ego de cauſis renunciationis dico,vt prima ſit cauſa,plebis malitia, quando plebs adeo duræ ceruicis exiſtit, vt proficere nequeat : ſic Diana *dict.p.*12.*tr.*4.*reſ.*50. verſ.*notanda*. Secunda cauſa veræ,ac notabilis perſecutionis ex Matth.c.10. *Si vos perſecuti fuerint in vna ciuitate fugite in aliam*, vt aſſertur 7. *q.*1. *cap. ſicut alterius*,non ob priuatum ſolum Epiſcopi bonum, ſed oe cura paſtoris in detrimentum vertatur odium. Quamobrem addit textus, ſi autem vtilitatis cauſa fuerit mutandus,*& infra* neceſſitatis,&c.

QVÆSTIO II.

An tranſlatio Epiſcopi de vna Eccleſia ad aliam debeat, aut queat fieri ob defectum œconomiæ, atque adminiſtrationis rei temporalis Eccleſiaſticæ &c. Quid ob Epiſcopi infirmitatem. Et an, & queat. Pontifex diſſoluere matrimonium ſpirituale per conſecrationem magis, quam carnale confirmatũ. Et an Epiſcopus trãſferri à Papa queat ſine eius conſenſu.

SVMMARIVM.

1 *Tranſlatio Epiſcopi non fit ex defectu œconomiæ, ſeu adminiſtrationis rei temporalis, niſi*, n.2.

2 *Epiſcopus aliquando ſufficit pro Eccleſia minori, qui inſufficiens eſt pro pinguiori.*

3 *Tranſlationis cauſa ſufficiens, non eſt ſenectus, niſi reſpectiuè ad alium locum, vbi non eſt æquè intemperies nociua : & quid de aduerſa valetudine, & qualiter*, n.4.

5 *Matrimonium ſpirituale, & carnale, quoad diſſolutionem in quo differant*, n.6.7 & 8.

6 Cap.inter corporalia 2.*&* cap.1.hoc tit. *expenduntur*, *&* n.8.

7 *Matrimonium ſpirituale, operatur fortius carnali, quatenus imprimit characterem.*

9 *Transferre nequit Papa contra voluntatem Epiſcopi, ob pinguius Epiſcopatum, niſi ex alia cauſa communi, & publica.*

10 *Transferre poteſt Epiſcopus parochum cauſa vtilitatis.*

AD primam difficultatis partem, reſpondeo 1
non debere, nec poſſe Epiſcopum transferri ob defectum æconomiæ, atque adminiſtrationis rei Eccleſiaſticæ, nec ad diſciplinam Eccleſiaſticam conſectandam, prudentis notam ſufficere, ſed tantum ad coadiutorem dandum,vt patet ex textu *in c. quia pater.*9.*q.*1. *Pelagij Papa* ; & faciunt quæ dico *infra* de corpore vitiatis,item, & de clerico ægrotãte,vel debilitato,quia ſi talis Epiſcopus ad primam Eccleſiam adminiſtrandam non ſufficiat ; quid mirum,vt nec ad ſecundam,cum inſufficiens, ac inhabilis exiſtimetur,vt adminiſtret bona Eccleſiæ temporalia, tam in vna, quàm in alia.

Non verò inficior, non tantũ alicui,vel pruden- 2
tiæ,vel œconomiæ, vel aliarũ ad regimen deſideratatum aliquando virtutum eſſe neceſſarium, quantum ad vnam Diœceſim,& Eccleſiã, quam in præſentia regit adminiſtrando, aliquando requiritur quod ſatis profecto cenſeretur ad minorem Eccleſiam regẽdam,ad quam facultas fieri poſſet abſque

eius

eius tamen detrimento, tranſeundi ob hanc cauſam, atque ob bonum Eccleſiæ quam reliquit: ſic Diana *p.11.tr.4.reſ.50.* in verſ. *& tandem*, ex cõmuni. Quod exiſtimo regulandum ex inſufficientia, ſeu inaptitudine transferendi, iuxta prudens arbitrium: idem, & alia docent Gerunda *de Epiſc. tom.1.lib.1.diſp.1.c.4* & *tom.7.lib.7.diſp.11.cap.2.& 3.* Hurtado *var. tom.2 tr.12 § 9.limit.2. à n.1595.*

3 Ad ſecundam quæſtionis partem, etſi videatur ex doctrina textus *in c. niſi cum pridẽ de renun. e. §. alia cauſa*, vt ſenectutis cauſa, per quam impotens redditur Epiſcopus ad exequendum officiũ paſtorale, queat Epiſcopus trãsferri de vna Eccleſia ad aliam ex dictis ſupra. Verum dicendum eſt hanc cauſam tantum ſufficere ad renunciationem Epiſcopatus, vt dico *in dict. cap. niſi cum pridem*; non inquam ad tranſlationem. Etenim ſenectus, corporiſque imbecillitas ex ſe ad mutationem Eccleſiarum minime ſufficiunt, ſed ſolum ad coadiutorem habendum *ex*

4 *cap. veniſti 7.q.1.* † Tamẽ vt ait Diana *dict.p.11.tr.4. reſ.50.* ſub verſ. *& tandem*, reſpectiuè ſenectus, ſeu afflicta valetudo, quæ impedimento ſunt regimini magnæ Diœceſis, poterunt non obſtare alteri minoris; imò ſalubritas aëris, cælique, temperies ciuitatis, ad quam fit tranſitus, & ad tranſlationem prodeſſe; dummodo non Epiſcopi tantum conſulatur perſonæ, ſed vel bono communi Eccleſiæ, quæ omittitur, nec probè regi à ſene, vel attritæ valetudinis Præſule poterit, vel alterius, ad quam tranſitus habetur, ſeruatis ſemper iis, quæ probè notantur *in dict. cap. niſi cum pridem, dict. §. alia verò cauſa eſt.*

5 Ad tertiam quæſtionis partem reſpondeo in eo differri quoad diſſoluẽdum, vel non matrimonium carnale ab ſpirituali, de quo dixi *in c.2. hoc tit.* quia matrimonium carnale conſummatũ Chriſtus inſtituit ad ſignificandam indiſſolubilem vnionẽ Chriſti cum Eccleſia per carnem aſſumptam. Et proinde ex ratione huius ſignificationis habere indiſſolubilitatẽ omnimodã; quod non procedit in matrimonio ſpirituali, etiam per conſecrationem conſummato; eo quod non habet prædictam ſignificationem, vti nec matrimonium carnale ratum, & nondum conſummatum, quod poteſt proinde diſſolui per ingreſſum Religionis, vt dico infra *in tit. qui Clerici, vel vouentes.*

6 Vnde quamvis ſupra *ex dict. cap. inter corporalia 2. hoc tit.* dictũ ſit ibi ſpirituale vinculum, ſit fortius carnali; reſpondetur non dici fortius, quoad omnimodam indiſſolubilitatem; quandoquidem variis modis diſſoluatur, vt iam dixi, veluti trãſlatione, depoſitione, renũciatione, authoritate Summi Pontificis facta, ſed quoad alios reſpectus, veluti, quia per matrimonium ſpirituale, ſolui poteſt carnale, non è contra, cum vt dictum eſt matrimonium carnale ratum, non conſummatum diſſoluatur per ingreſſum Religionis, etiam altero inuito, vt dico latè per textũ ibi *in cap. ex publico de conuerſione coniugatorum.* Imò & poſſunt coniuges poſt matrimoniũ carnale, etiam cõſummatum, mutuo conſenſu Religionem profiteri. E contra autem matrimonium ſpirituale non diſſolui per carnalẽ; nec ſemel profeſſos poſſe poſtmodum contrahere matrimonium carnale: ſic

7 Valenſis *ad Rubr. huius tituli, n.4.* † Vbi addit quod matrimonium ſpirituale inde fortius vinculum dici poſſit, quod operetur fortius, quatenus imprimit characterem, qui etiam poſt mortem manet, cum interim matrimonium carnale per mortem alterius prorſus ſoluatur.

8 Nec meretur reprehenſionem Põtifex Innoc. III. eo quod dixerit vinculũ matrimonij ſpiritualis, eſſe fortius vinculo carnalis; quaſi ſecum pugnaret, vt quidam volunt in ſedem Apoſtolicã minus affecti, quia vt ait Henricus Zoëſius *in comment. tit. noſtri*, ſolius Rom. Pont. eſt authoritas transferẽdi Epiſcopos, vt ſup. *in d.c.1.& 2.* & quod habitus Pontifex ille omniũ iudicio ſanctiſſimus, rectè protulerit vinculum ſpiritualis matrimonij, quaſi fortius carnale, quod hoc ſoluatur morte; ita vt non teneatur redire ad vxorem ſuſcitans, ſecũdum Apoſtolũ *ad Rom.7.* & communem opinionem, de qua *in tit. de ſecundis nuptiis*, & per ingreſſum Religionis, & conuerſionẽ alterius, vt iam eſt dictum, & infra *in tit. de conuerſ. coniugat.* ſed ſpirituale nõ tollitur per mortem, propter impreſſum characterem, iuxta notata infra *de ſacram. non iterandis*, & per tranſlationem, nõ alias, quàm authoritate ſummi Pontificis, cui ſoli, vt iam dixi eſt authoritas transferendi Epiſcopos. Et hoc inquam eſt quod voluit diſputare Pontifex *in d.c.2. hoc tit.* vt tradunt Zoëſius relatus, & Diana *d.p.11. tract.4.reſ.50. in fine.*

Ad quartam quæſtionis partem, reſpondeo breuiter non poſſe Papam cogere Epiſcopũ, vt de vna 9
Eccleſia, ad aliam trãsferatur, quantumvis Epiſcopus digniſſimus ſit, vt ei pinguius beneficium conferatur, ſi ipſe transferri nolit, niſi alia ſubſit rationabilis cauſa, veluti magnæ vtilitatis Eccleſiæ, vel niſi transferatur, aliquod magnum damnum timeatur, ſiue reipublicæ, ſiue Eccleſiæ: ſic docet Hurtadus, *var. tom.2. tr.12. c.1. §.9. limit.2. n.1628.* Diana *d.p.11. tr.4. dict. reſ.50.* verſ. *& hac*, addẽtes ſufficere, tamen vt poſſit Pontifex hoc præcipere, quod ſperetur aliqua vtilitas, vel in temporalibus, vel in morum reformatione illius Eccleſiæ, ad quam fit tranſlatio.
† Et propter hanc rationem exiſtimant etiam poſſe 10
Epiſcopum cogere parochum digniſſimum vt ſe opponat concurſui alicuius beneficij, aut Canonicatus Magiſtralis.

QVÆSTIO III.

Nominatus Epiſcopus nuper à Rege Hiſpano ad vnam Eccleſiam, ad quam electus, & confirmatus à Papa fuit; ad libitum per Conſiliarios in id deſtinatos, tuta cõſcientia proponi valeat ad aliam Eccleſiam, vel an conueniat vt per nonnullos annos primæ ſibi aſſignatæ Diœceſi inſeruiat.

SVMMARIVM.

1 *Tranſlationes Epiſcoporum prohibitæ videntur de iure ſine magna, & vtili cauſa, & ratio faciendæ,* à n.9. latè.

2 *Tranſlatio Epiſcoporum recenter electorum in Hiſpania frequens eſt temporibus iſtis, & quare*, n.3.4.5.6.& 7.

3 *Digniores, & expertiores ſunt eligendi ad dignitates, & officia temporalia, & ad Prælaturas, & Epiſcopatus*, vt num.4.5.& 6.

5 *Conſiliarij vulgè* de la Camara *inter alia proponunt ad Regem eligendos in Epiſcopos habiliores, & expertiores, &* n.6. *Sed quando dicantur tales*, n.15.& 16. & à n.21.

6 *Experientia pollentes aptiores ſunt ad Epiſcopatus, & Prælaturas, & ſuadetur.*

7 *Epiſcopi iam in vna exercitati Diœceſi peritiores iudicantur aliis non Epiſcopis ad gubernandas maiores Eccleſias.*

8 *Proreges, Conſiliarij, & Curati, qui iam inſeruierunt in minoribus, vt peritiores ſolent ad officia maiora, & beneficia nominari.*

9 *Tranſlationes frequentes Epiſcoporum ſemper fuerunt contra Concilia, ius commune, & Canones Apoſtolorum, vt* n.10. & 11.

12 *Tranſlationes Epiſcoporum non ſunt faciende, niſi magna prouidentia, vt ex Sanctis, & probatiſſimis Doctoribus habetur*, n.13.14.15.16.17.

14 *Bulla Clem. VIII. contra trãſlationes Hiſpanicas.*

15 *Philippus IV. Rex noſter piiſſimus præcipit, ne tranſlationes fiant Epiſcoporum, nec quod ei tales preponantur ad alias Eccleſias cito, niſi poſt octo, aut decem annos, & quare* n.16. *vbi vt reſiſtat, quod ſolet ex officio facere.*

16 *Tranſlationes frequentes damna parturiunt, &* num.18.

17 *Eligendi in Epiſcopos ſunt Clerici habiliores, qui inueniantur in prouincia, & vbi reperiantur*, n.19.

19 *Homines apti ad Epiſcopatus ſolent legere in Conſilus, Inquiſitionibus, Eccleſiis Cathedralibus, in Religionibus, & in Vniuerſitatibus, de quorum peritia, & experientia, vt* n.20.

21 *Epiſcopi adſcripti gubernio alicuius Eccleſia, redduntur habiliores ad tranſlationem in aliã poſt tempus longum, in quo praſtiterunt de vtilitate ſuarum ouium teſtimoniũ, vt* n.22.

22 *Experientia in rebus gerendis, non acquiritur tempore breui.*

23 *Proreges ad ſexennium eliguntur, Pratores Regales ad triennium, Auditores, & Conſiliarij ad vitam, qui non transferuntur, niſi poſt tempus longum experientie.*

24 *Parochi Toletani nequeunt ad maiora curata ſe opponere in concurſu, niſi tranſacto triennio.*

25 *Regula Dataria quid aſſueſcat in transferendis Epiſcopis etiam minorum Diæceſium Italia.*

26 *Tranſlationes, Epiſcoporum cauſa que? Et quid commune habeant cum cauſis renunciationum, & de ambitione palliata, que ſolet interuenire.*

27 *Tranſlationes Epiſcoporum appellantur in iure pernicioſa, quia Clericis auaritia, & ambitionis datur occaſio, &* n.28.

28 *Tranſlationes ſunt cauſa, vt Epiſcopi ſint omnino pendentes; ſic vt nec poſſint charam habere ſponſam, nec iuſtam illius gerere curam. Et quid amplius faciant Epiſcopi in damnum eleemoſynarum.*

29 *Epiſcopalis Dignitas aqualis in omnibus Epiſcopis, & ſic vt non ſint transferendi, niſi tantum propter vtilitatem Eccleſia, & aliquando ad pauperiorem.*

1 QVia ſub noſtro textu *q.1. & 2.* nonnulla dixi, quibus de iure videntur prohibitæ ſine magna, & vtili cauſa Epiſcoporum tranſlationes, & vſus aliter doceat temporibus noſtris; imò & retroactis ab æuo; ideò adducendo quã breuiter poſſimus fundamenta vtriuſque ſententiæ, reſtabit videre, nùm hæc quæſtiò ſit problematica ad partes, an verò de iure propoſita ſit omnino tenenda, etſi cum aliquibus limitationibus.

2 Igitur quod licita ſit quandoque trãſlatio frequẽs de Epiſcopis nuper electis ad alias ditiores Eccleſias vltra praxim videtur fundari in nonnullis principiis relatis à D.R.P.M.Fr. Ioan. Martinex Regis noſtri Philip.IV. Confeſſario & in noſtro Cõſilio ſupremo Inquiſitionis Cõſiliario *in ſuo tract. de tranſlat. Epiſc. impugnata*, vbi latiſſimè adducẽs Canones antiquos, etiam Apoſtolorum, & quam plures DD. Magni nominis, refert fundamenta nouẽ propoſita in quodam ſcripto Regis porrecto ſine nomine authoris, quorum præcipua eſſe ſtylum. Item quia quãdo iam Epiſcopi v.g. propoſiti ſunt Regi, tunc temporis viſi fuerũt magnis in id deſtinatis Senatoribus, quorum curæ ſolertiæ, & maximæ diligentiæ in ſcrutando incumbit digniores aliis fuiſſe iam electos; & inde deducunt iam nunc, etſi cum non multa experientia gubernij, ſint ſemper aptiores iudicandi, quam quilibet alij, & Doctiſſimi, qui in concurrentia prædictorum nominatorum non fuerunt in conſideratione poſiti, nec commenſurati, † & faciunt pro hac con- 3
ſideratione vltra quæ adduxi ſupra *ſub Rub. & tit. de elect.* nempe digniores eſſe eligendos ad Dignitates Eccleſiaſticas, & officia temporalia, per verba Trid. Concil. *ſeſſ.6. de reform. c.1.* ibi: *Ad Eccleſiarum regimen onus quippe angelicis formidandum humeris, qui maxime digni fuerint, quorumque prior vita, ac omnis atas à puerilibus exordiis vſque ad perfectiores annos per diſciplina ſtipendia Eccleſiaſtica laudabiliter acta teſtimonium prabeat ſecundum venerabiles Beatorum Patrum ſanctiones.*

Et expreſſiùs *ſeſſ.6. dict. c.1.* ibi: *Ad reſtituendam collapſam admodum Eccleſiaſticãm diſciplinam, deprauatoſque in Clero, & populo Chriſtiano mores emendandos, ſe accingere volens S. Synodus ab his, qui maioribus Eccleſiis praſunt, initium eſſe ſumendum*, & *in ſeſſ.24. c.1.* iterum monet ſtrictè electores, vt eligant ad Prælaturas Digniores, & Eccleſiis vtiliores. Et ſic quod cũ obligatio eligendi Digniores ad Prælaturas, & Epiſcopatus procedat de iure diuino, & prohibitio trãsferẽdi Epiſcopos ſit de iure poſitiuo, iniuſtũ eſſet relinquere factum Epiſcopũ, vti digniorem, & expertum anteponendo nondum Epiſcopũ nominatum, nec expertum. At cum ius illud poſitiuum diſpenſandum pertineat ad ſummum Eccleſiæ Præſulem, cui de examine promouendi incumbit, videtur incongruè impugnari propoſitiones nominandorum per Camariſtas ad Regem factas, ad quem ſpectat ex Regalia ius præſentandi habiliores, ſuper ſcrutinio, quorum dicit ſcriptum, & ſæpius practicatum, ac ſemper viſos digniores Epiſcopos actu inſeruientes. † ex his, & aliis, perſuaſum 5
eſt grauiſſimos illos viros rectius agere proponẽdo Regi ad maiores Eccleſias iam ſemel expertos Epiſcopos. cum ergo *ex optimis viris credibile ſit optima exiſtere conſilia.* vt Herodotus dixit, *l.3.* & propter id tales Cõſiliarij è Latere aſſumantur à Regibus Hiſpanis, & tribunali ſummo Caſtellæ, quorum officiũ ſpectat referre ad Regem de decretis, ſiue diſpenſationibus, quæ à ſolo Rege conceduntur, qualia ſunt ætatis venia quarundam pœnarum, condonatio, facultas conſtituendi primogenia, ſiue Maioratus, & mille talia, vt refert, & commemorat Simancas *de Republ. lib.7. c.7. in prin.* vbi ex aliis bonis litterarũ Doctoribus, vt Plato, Ariſtotele, Saluſtrio, Herodoto; item ex Nicolao Papa *in c.17. de elect. lib.6.* & ex Trid. *ſeſſ.7. c.18.* prælibat, quæ ſunt neceſſaria dictis Cõſiliariis & inter illa videamus ſcrutari ſubiectos habiliores, quorum tres Regi proponunt, vt vnũ de illis nominet ad Eccleſiam, & Epiſcopatum vacantem, credendum eſt in re ſic ardua, & de maioribus, ſiue maximis Reipublicæ ſerio illos curaturos meliores Regi proponere: Et ſic habentes memoriam de Iſocrate in Areopagitico cum illo ad talem ſortitionem, eius verba in promptu habere, ibi: *Nec promiſcuè omnes ad ſortitionem Magiſtratuum admiſerunt, ſed meliores, & ſingulis muneribus obeundis aptiſſimos, adhibito iudicio prætulerunt; naſcimur quidem*, ait Plato lib. 2. de Republica, *non admodum ſimiles, ſed differentes inuicem, ſingulaſque ad ſingula opera promptos natura producit, nec omne ſolum fert omnia, nec omnium hominum animi earundem virtutum capaces ſunt*, dixit Architas, S.

que

que Iſidorus *lib.2. ſent.* ſcribens in diuiſione bonorum diuerſos percipere diuerſa Dei munera, in fine, profert ſequentem ſententiam: *Munera gratiarum alij iſta; alij verò donantur illa, nec dantur ita habere vni, vt non egeat alterius*: aliá cumulat Simanchas ex bonis litteris, & Doctoribus *dicto lib. 5. de Republica c. 18.*

Quare cum dicti Conſiliarij maiores ex plus expertis, quales ſunt Epiſcopi, ad quorum primam creationem, etiam viſi fuerant habiliores, & expertiores, in ſecundo caſu vacantis Eccleſiæ ditioris, maioriſque Diœceſis Epiſcopos præferant non Epiſcopis, iuxta illud Ariſtot. *lib. 1. Metaphiſica*, ibi: *Experti certius quod intendunt conſequuntur, quam ij, qui rationem abſque experientia tenent*, & ex Pindaro in Olympiis, ibi: *Leuiores ſunt inexpertorum mentes*, cum Eccleſiaſtico è contra c. 34. *Vir in multis expertus cogitabit multa, & qui multa didicit enerrabit intellectum, qui non eſt expertus, pauca recognoſcit, & per varios vſus artem experientia fecit, exemplo monſtrante viam*, dicat Manilius *lib. Aſtronomia*: Aliaque in comprobationem ex bonis litteris, & authoribus adducat Simanchas legendus *dicto lib. 5. de Republica cap. 11.* ſequitur dicendum cum Caſſiodoro *lib. 10. variar.* in verbis ſequentibus clamante: *Neceſſarium eſt Reipublica perſonas Dignitatibus aptas eligere, alioquin inefficax eſſe ab homine exigere quod agnoſcitur non ha-*
7 *bere*, † peritiores fore ad gubernandam Diœceſim ampliorem illos, qui iam aliam, etſi per tempus breue illam gubernaſſent; ſiquidem nonnullam experientiam iam neceſſariò acceperint, qualem non adhuc accipere potuit ille, qui ad talem Dignitatem nondum vocatus fuerit, etſi Doctus, aut Doctior iuxta illud Clementis *lib 1. Stromatum*, ibi: *Gubernatorem laudamus, qui multarum rerum habet experientiam, qui mores nouit multorum hominum*: nam Taſſus interrogatus, *quid ſapientiſſimum eſſet, Experientia* reſpondit, vt refert Anton. Meliſſa *lib. 1. ſermone 50.* alia plura congerit de expertorum maiori aptitudine videnda, idem Simanchas *de Repub. d. lib. 1. toto cap. 11.*

8 Et ſic in eligendis hominibus ad officia temporalia videmus in praxi à Regibus nominari Proreges, qui prius in aliis officiis minoribus inſeruierint, ad militandum ſimiliter crebrò aſſumuntur ex veteranis militibus maiores Gubernatores militiæ, ad Cathedras ſuperiores eos, qui in minoribus de ſe optimum præſtitere morem, ac informarunt de propria peritia; & in Archiepiſcopatu Toletano, vbi degimus, apertam ab æuo practicam habemus, atque videmus nullo modo Archiepiſcopos de primo examine conferre alicui doctiori beneficiũ pinguius, quin potius eleuarint minora beneficia poſſidentes ad maiora, tanquam expertiores aliis nondum Parochis, etſi Doctiſſimis, iſtoſque tunc aſſumere loco tranſlatorum ad dicta maiora beneficia, quam, & temporibus noſtris proſequitur diſertiſſimè noſter Emmentiſſimus Cardinalis Archiepiſcopus D. Balthaſar Moſcoſo, & Sandobal.

9 Pro contraria verò ſententia ſuadent plura, primo Pontifices in titulo noſtro, vbi cauetur tranſlationes Epiſcoporum rarò faciendas, & non ſine legitima, & grauiſſima cauſa, cùm tranſlationes frequentes ſint, & ſemper fuerint contra Concilia, ius commune, & Canones Apoſtolorum *ex can. Apoſt. cap. 14.* ibi: *Epiſcopo non licere alienam Parochiam, propria relicta, peruadere, licet cogatur a plurimis, niſi forte quis cum rationabili cauſa compellat, tanquam qui poſſit ibidem conſtitutis plus lucre conferre, & in cauſa religionis aliquid profectus proſpicere, & hoc non à ſemetipſo pertentet, ſed multorum Epiſcoporum iudicio, & maxima ſupplicatione perficiat*; non enim legitur ſemel electos Epiſcopos aſſignatos vnis Diœceſibus tranſlatos fuiſſe ad alias.

Fermoſin. de Offic. & ſacris Eccleſ. *Tom. 1.*

Ex Conciliis Carthagin. 4. *c. 7. q. 1.* ibi: *Epiſcopus de loco ignobili ad nobilem per ambitionem non tranſeat, ſanè ſi vtilitas Eccleſia fiendum popoſcerit decretò pro eo Clericorum, & Laicorum Epiſcopis porrecto in præſentia Synodi transferatur*, & ex alio 10
Concil. Carthag. 5. *c. 38. de conſecrat. diſt. 3. cap. non licet.* ibi: *Non licet fieri tranſlationes Epiſcoporum*, & ex alio Antioch. *can. 21. & 22.* ibi: *Epiſcopus ab alia Parochia in aliam ne tranſeat, nec ſe ſua ſponte ingerens, nec à populis vi adactus, nec ab Epiſcopis coactus, maneat autem in ea, quam à Deo ſortitus eſt Eccleſia, & ab ea non recedat ſecundum decretum prius de ea re editum*, & ex Concil. Sardicen. *tom. 1. Concil. c. 1. & 2.* ibi: *Non minus mala conſuetudo, quam pernicioſa corruptela funditus eradicanda eſt, ne cui liceat Epiſcopo de ſua ciuitate ad aliam ciuitatem tranſire; manifeſta eſt enim cauſa, qua hoc facere tentent, cum nullus in hac re inuentus ſit Epiſcopus, qui de maiori ciuitate ad minorem tranſiret: vnde apparet auaritia eos ardore inflãmari, & ambitioni ſeruire, & vt dominationem exerceant. Si ergo omnibus placet huiuſmodi pernicies, auſterius vindicetur, nec Laicam communionem habeat, qui talis eſt*, & ex Concil. Calcedon. *7. q. 1. cap. propter*, ibi: *Propter eos Epiſcopos, qui de ciuitate ad ciuitatem tranſeunt, placuit definitiones datas à S. Patribus habere propriam firmitatem*, & ex Concil. Nicen. *c. 15.* habentur verba ſequentia: *Si quis Epiſcopus dederit operam, vt ex ſua Eccleſia transferatur, non eſt in alia recipiendus*, & in *c. 15.* ibi: *Non oportet Epiſcopum dè ciuitate ad ciuitatem migrare*, † & ex Patribus, 11
atque Pontificibus patet: nam Euariſt. *epiſt 2 7. q. 1.* in verb. ſeqq. alloquitur, *Sicut vir non debet adulterare vxorem ſuam, ita nec Epiſcopus Eccleſiã ſuam, id eſt, vt illam dimittat, ad quam ſacratus eſt abſque ineuitabili neceſſitate, aut Apoſtolica, aut regulari mutatione, & alteri ſe ambitus cauſa coniungat*, & Calixt. Pap. *epiſt. 2. Can. 5. q. 7. c. ſi autem*, ibi: *Si autem vtilitatis cauſa fuerit mutãdus, non per hoc agat, ſed fratribus inuitantibus, & authoritate huius ſancta Sedis faciat, non ambitus cauſa, ſed vtilitatis*; & ſic cõcinunt alia verba Anteri Pontif. *tom. 1. concil. fol. 351.* relata *q. 1.* ibi: *De mutatione ergo Epiſcoporum vnde ſcilicet ſanctam Sedem conſulere voluiſtis, ſcitote eam communi vtilitati, ac neceſſitati, qui non auaritiæ cauſa, nec ſponte dimittit ſuam, ſed aut vi à propria ſede pulſus, aut neceſſitate coactus*, quod idem reſpondit Pelag. *in 2. epiſt. decret.*

Patet ergo ex dictis non ſine magna prouidẽtia, 12
& neceſſitate, atque vtilitate faciendas eſſe Epiſcoporum tranſlationes, vt iuuant verba Alex. III. relata *in c. 1. de renunc.* ibi: *Si tuam ſenectutem aut inſufficientiam conſiderans te, tanquam emeritum poſtulas relaxari, ſcias nos credere, quod iuſtius ſit hoc tẽpore, ſi cõmiſſa tibi Eccleſia ſub vmbra ſui nominis gubernetur, quam ſi alteri noua, incognitaque perſona gubernanda in tanto diſcrimine committatur.* Indeque procedit quod cum vna Eccleſia gaudet optimo Prælato, non eſt ei auferendus per tranſlationem ad aliam, maioribus redditibus præmiando Epiſcopum transferendum: nam vt habetur *in c. ſi ſcias frater. 7. q. 1.* plurimorũ vtilitas vnius vtilitati, aut voluntati præferenda eſt, vt docuerunt Surd. *decis. 255. n. 11.* Mexia *tractat. taxæ panis*, Aniles *in cap. Prætor. n. 6. pag. 42.* Menchac. *illuſtr. c. 5. n. 16.* Cabed. Luſit.

deciſ.74.num.5.p.1. Gironda *de priuileg. num.902.*
cum aliis noſter R.P.M.Ioan.Mattin.alia cumulans
eruditè *à n.1.ad 64.*apud eum videnda, qui *à n.42.*
refert exempla Epiſcoporũ,qui ſe recuſarunt tranſ-
13 ferri ad alias, qui *ex num. 65. §. 4. & à num.74.* †
ex ſanctis Patribus, & DD. rem hanc clariorem
reddit, tum ex Leone Papa *epiſtola 84.* relato, *in
cap.ſi quis 7. quæſt. 1.* ex Sancto Hieronymo *epiſt.
83. ad Occean.* ſuper verb. *vnius vxoris vir.* iſte in
verbis ſequentibus: *Quidam coactè interpretantur
vxores pro Eccleſiis, viros pro Epiſcopis debere ac-
cipi, & hoc in Nicæna quoque Synodo à Patribus
eſſe decretum, ne de alia ad aliam Eccleſiam Epiſco-
pus transferatur, ne virginalis paupercula ſocietate
contempta, ditionis adultera quærat amplexus:* ille
autem ibi: *Si quis Epiſcopus mediocritate ciuitatis
ſuæ deſpecta adminiſtrationem loci celebrioris am-
bierit, & ad maiorem ſe plebem quacumque occa-
ſione tranſtulerit, non ſolum à cathedra quidem pel-
latur aliena, ſed carebit, & propria, vt nec illis
præſideat quos cum auaritia concupiſcit, nec illis,
quos per ſuperbiam ſpreuit.* Quod & S.Hilarius con-
firmat in Concil. Rom. *cap. 2.* ibi: *Nullus Epiſ-
coporum, relicta vna Eccleſia, ad aliam tranſ-
ferat.*

14 Et iuuat magnopere Bulla illa Clement.VIII.
expedita Romæ 26.Februarij 1599. incipit: *Cha-
riſſimè in Chriſto*, illico poſt mortem Philippi II.
Regis Hiſpaniarum directa Philippo III.in princi-
pio ſui Regnatùs, in qua cauetur, aut exhortatur
Philippus, ne ad promouendos Epiſcopos de vna
Eccleſia ad aliam frequenter pergat ſine cauſa
iuſta, & graui, quam refert idem P.M. *num.282.*
15 † Quibus, & aliis conſideratis; imò viſo manu-
ſcripto porrecto in fauorem tranſlationum Epiſco-
porum frequentiũ Dom.Rex noſter Philippus IV.
piiſſimus quidem conſultò conſiderans inconue-
nientia reſultantia ex frequentibus dictis tranſla-
tionibus, poſt alia verba, quibus decreuit quæ re-
fert D. Mag. *à num. 179. & num. 183.* loquens in
verbis ſequentibus: *Ordano que de aqui adelante
ſe tenga particular cuydado de no proponerme ſeme-
jantes tranſlaçiones, ſin muy caliſicada, y iuſta cau-
ſa,pues de mas de haçerſe en eſto lo que piden las con-
ſideraçiones arrina referidas, nempè que eſtando tan
de paſo en ſus primeras Yglesias, no ſe eſtablaçe el
amor, y cariño, que deuen tener a las Yglesias, que
Dios les a dado por eſpoſas y conquien tienen contraido
verdadero, y eſpiritual matrimonio, y porque
tan poco pueden acquerir a quel conoçimiento practi-
co,y ſeguro,que como verdaderos Paſtores deben tener
de ſus obejas, ni las cobran a quel amor paternal, que
ſe engendra, y perfiçiona con el trato, y enſenança
de el largo tiempo. para curar ſus enfermedades eſpi-
rituales, y el remedio de las temporales, que pa-
deçieron, ſiendo tambien de reparo; aunque en con-
ſideraçion de orden inferior por ſer temporal los
gaſtos continuos, que ſe haçen de nuebas Bulas, y
mudanças de Caſa, y familia, en lo qual ſin neçe-
ſidad, y ſin fruto ninguno, ſe conſume mucha parte
de haçienda, des haçiendoſe el caudal de las Ygle-
ſias, que eſta dedicade para el ſocorro y aliuio de los
pobres, faltandoſe por eſte medio al cumplimiento
de tan prinçipal obligaçion*, concludit *ſub dicto
num.183.* cum ſequentibus: *Es bien que entiendan
todos los Prelados, que no an de tener aſçenſo, ni
dar por tan aſentado las tranſlaçiones, como ſe a
practicado por lo paſado, quitandolos la ocaſion de
que eſten aſpirando a maior aſçenſo, y con poca
quietud y ſoſiego, y deſconſuelo en las que Dios las
hadado; pues mi animo, y voluntad, es, que guar-
dando las diſpoſiciones referidas de los ſacros Cano-
nes, y ajuſtando las cauſas de las tranſlaciones ſo
atienda en ellas, ſolamente al mayor bien de la Ygle-
ſia, que es el que deue praponderar a tode*, & D.P.
M. carpens, & referens plures tranſlationes Epiſ-
coporum frequentes *à num.185.*& alia multa dam-
na prouenientia ab eis *ex num.243.in §.9.& in §.10.*
ex num.261. † Quod ſunt aduerſus bonum com- 16
mune huius Regni conſiderans minutatim quot
expenſæ magnæ factæ ſunt in tempore paruo de
multis Epiſcopis ſæpius tranſlatis, *ſub §.11.* addu-
cens media conuenientia ad reparanda tot damna,
refert quoddam aliud decretum Regium miſſum à
noſtro Philippo ad ſuos Conſiliarios anno præte-
rito 1656. quo præcepit præcisè in poſterum, niſi
poſt tranſactos, atque decurſos, ſaltim octo, aut
decem annos, ne proponantur ſibi Epiſcopi pau-
periorum Eccleſiarum, vt transferantur ad pin-
guiores; ſic vt nullomodo dicti Conſiliarij ſupre-
mi; quibus prædicta proponendi cura ſubiecto-
rum habilium noſtrorum Regnorum commiſſa eſt,
tales Epiſcopos Regi Patrono, atque nominatiuo
proponant. Quod ſi forte vacauerit aliqua Archi-
epiſcopalis, ſiue Metropolitana Eccleſia, aut alia
ex maioribus, tunc permittit Rex, vt Conſiliarij
proponant ei Epiſcopos antiquiores, cæteris aliis
in reſidentia propriarum Eccleſiarum habentes ha-
bilitatem, & idoneitatem requiſitam, & ſignanter
refert diſpoſitum à Domino Rege. D.R.P.M. eius
confeſſarius, cui præcipua cura incumbit ad ſimi-
les nominationes, & à quo præcipuam informa-
tionem pro ſecuritate, & tuitione ſuæ conſcientiæ
Dom. Rex expoſcit quotidie, cum apud omnes
vulgò auditum, atque ab effectibus reperiatur per-
ſæpius ſolere Regem nullum ex propoſitis à Do-
minis Conſiliariis nominare, ſiue deſignare; quin
potius aliquando mandet, vt iterum alij tres di-
ſtincti ſubiecti proponantur, & aliquando; imò &
ſæpius ex officio, omnibus propoſitis omiſſis, no-
minat alium nunquam ab illis propoſitum, nec
forte excogitatum, & hoc ad perſuaſionem D.R.
P.M. qui in hac parte vigilantiſſimus ſe habet in-
terrogando quinam in Vniuerſitatibus, Religioni-
bus, Conſiliis, Inquiſitionibus, in Cathedralibus,
aut in aliis Congregationibus habilioribus virtute,
moribus, gubernio, & prudentia, cum bono no-
mine, ab omnibus maioribus etiam melioris nomi-
nis, & æſtimationis habiti, & reputati ſint, in hoc
ſedulò, & ſine intermiſſa cura laborando, vt res
tanti momenti expoſcit, atque requirit, in quibus
polleat inter alia requiſita Apoſtoli, de quibus ſi-
gillatim Barboſa *in paſtorali*,& alij infiniti Doctores
ab eo relati, illud *1. ad Thimot. c.3.* ibi: *Sed domus
ſuæ bene propoſitum.*

Ex quibus iam relinquitur dicendum cum S. 17
Gregorio Magno *lib. 6. epiſt. 16.* hanc nominatio-
nem faciendam eſſe ex aliis non Epiſcopis Clericis,
ſcilicet in verbis ibi: *Commonentes etiam fraterni-
tatem tuam, vt nullum de altera eligi permittas Ec-
cleſia, niſi fortè inter Clericos ipſius Ciuitatis, in qua
viſitationis impendis officium nullus ad Epiſcopatum
dignus, (quod euenire non credimus) potuerit inue-
niri.* Si ergo ſentit Gregor. in ciuitate poſſe inue-
niri Clericos non Epiſcopos, quanto facilius con-
tinget in tot Regnis Regi noſtro ſubiectis, vbi de-
gunt ad quamlibet promotionem merendam innu-
meri ſubiecti vndique ornati iuxta doctrinam Apo-
ſtoli, quod iuuant S.Bernardi verba, *epiſt.131.* ibi: *Si
voluiſtis licuiſſe vobis quod illicitum niſi pro magna*
quidem

Digitized by Google

quidem neceſſitate ſacri Canones iudicant tranſlationem Epiſcopi, ſcilicet in Archiepiſcopum conceſſum eſt, expendit idem P.M. *in dicto ſuo tractatu num. 67. & 71.*

18 Aliter enim ex frequentibus tranſlationibus cum S. Athanaſio & in Apologet. contra Euſebium ſcribente ad Epiſcopos Alexandriæ in Conſilio congregatos, & inde ad cæteros Eccleſiæ Catholicæ in verbis ſequentibus, dictas tranſlationes reprehendit, & ſeueriſſimè Euſebium Epiſcopum illas approbantem in verbis ſequentibus: *Nos ſcilicet diſcordiam induximus? qui compatimur cum patientibus fratribus, & omnia ſecundum Canonem facimus, an qui contentiosè, violato Canone trecentorum decreta prauaricantur, & per omnia Synodum contemptui habent, cum non ſolum Arrianos recipiant, ſed iam vſu habeant de loco in locum ad Epiſcopatus capiendos tranſilire? ſi igitur verè parem eundemque honorem in omnibus Epiſcopis cenſetis eſſe, nec ex magnitudine ciuitatum* (vt vos ſcribitis) *de Epiſcopis iudicatis, oportuit eum, cui concredita eſt parua ciuitas in ea quæ credita eſt permanere & nequaquam relicta concredita ad eam quæ concredita non eſt tranſuolare, nec eam, quæ adeo data eſt aſpernari, illam verò, quæ hominum ambitu conceſſa eſt magni facere videatur.* Ex quibus verbis conſiderat *dict.* R. P. M. non ſolum impugnare S. Athanaſ. dictas tranſlationes, ſed addere illas tantum ab hæreticis practicari, & præſtat rationem Iuridicam ſanctus in illis verbis Apoſtoli, *Si alligatus es vxori, ne quæras ſolutionem; quod ſi hoc de vxore dictum eſt quanto magis de Eccleſia, atque adeo de Epiſcopatu, cui cum quis alligatus eſt, alium quærere non debet, ne adulter in ſacris litteris deprehendatur*, iuxta quæ in textu noſtro, & aliis vtuntur Pontifices Romani prohibentes dictas tranſlationes, vt iam retulimus.

19 Nec verendum eſt à Dominis prædictis Conſiliariis maximis in tot dilatatis Prouinciis deficere nonnullos ſubiectos adhuc non Epiſcopos, quibus deficiat ſcientia, & experientia neceſſaria ad prædictam Diœceſum curam peragendam, diligenter, ac ſedulò, ſunt enim in Cathedralibus præter Canonicos dictos affectos, alios multum habiles, & expertiſſimi ad ſimilem curam; quippe de illa ſemper loquentes, perquirendo diligenter de ſolertia, aut ignauia Epiſcoporum, primam laudantes, ſecundam vituperantes. Sunt etiam in Conſiliis, Magiſtratibus, Religionibus, & Vniuerſitatibus alij admodum prudentiores, & doctiores non Epiſcopi, à quibus pro ſedandis propriis ſcrupulis, ſolent actu Epiſcopi conſulere, & eorum reſolutioni ſtare.

20 Si fortè in iſtis conſideretur à Dominis Conſiliariis, vt poſtponantur iam Epiſcopis gubernij, & adminiſtrationis, tam curæ ſpiritualis, quam rerum temporalium, non eſt difficile, vt conſiderent Doctores de Vniuerſitatibus, & earum Patres Magiſtros ſæpius in Clauſtris loqui circa bonam rei familiaris adminiſtrationem; religioſos inquam iam habiles ad Epiſcopatus, qui non videt in propriis religionum domibus ſuperiores pro gubernio extitiſſe, vt cæteros ſubditos alerent, Canonicos, & Dignitates Cathedralium inter alia grauia colloquuntur perſæpius, bis ſaltem in hebdomada de rebus ad rem familiarem ſpectantibus, & maxima cum notitia, & experientia minimarum, quorum reparatione, nedum temporalia minuuntur; imò creſcunt in conſiliis, inquiſitionibus, aliiſvè Senatibus, quis non videt ad omnia peritiſſimos ſubiectos inueniri videri, atque experiri, cum ſint deſtinati ad cæteros alios de Republica gubernandos circa rem ſpiritualem & temporalem, vt ſic in omnibus dictum Apoſtoli *Domui ſuæ bene præpoſitus*, mirum in modum polleret pluresque ex illis digniores fore ex prima Regum nominatione ad maiores Eccleſias.

Nec obſtant adducta *à num.* 1. quia, etſi non ſit negandum prius Epiſcopos nominatos, & electos habiliores pro tunc fuiſſe à Dominis Conſiliariis habitos, & conſideratos, & ſic exercitio Epiſcopali Curiæ in Diœceſibus, quibus iam inſeruierunt, maiori experientia pollere ad gubernandam Eccleſiam, atque Diœceſim ampliorem in ſubditis regundis, & ex aliis ſupra conſideratis, & quæ valeant conſiderari. Sed negari non poterit huic rationi, aliiſque fundamentis præponderare in actu practico fundamenta Iuridica ſuperius hic relata impugnantia dictas tranſlationes; quia etſi dicatur transferendos carere ambitionis cupiditate (quod non eſt facile, vt dictum eſt, & dicemus) quia ipſi tranſlationis prætenſores non extiterunt, cum dicti Domini Conſiliarij ſint, qui à proprio officio, cura atque ſolertia bene informati illos proponunt ad Regem modo dicto. Tamen non inde fugant damna, inconuenientia, ſumptus, pauperum deſertiones, fatuamque experientiam, aliaque, † quæ in tam paruo tempore reſidentiæ curæ paſtoralis, potuerunt acquirere prædicti Prælati, potius fortè attenti ad curandum de bono vſurpato nomine reſonaturo in auribus dictorum Conſiliariorum quàm de acquirenda plena ſcientia, atque experientia morum, rerum, bonorum, atque malorum totius ſui Epiſcopatus, quod tempore breuiori, & ſine ingenti, atque repetita, ſolertique diſquiſitione nunquam acquiritur, præcipuè apud nos Hiſpanos, vbi Diœceſes magni districtus ſunt, & ſub quibus latent infinita, quorum ieiuni ſolent etiam diligentiores Epiſcopi viuere adhuc poſt prolongatam reſidentiá; imò etſi per ſe annalem viſitationem feciſſent in ſingulis Eccleſiis, atque oppidis totius ſuæ Diœceſis, eamque per alios ſingulos annos repetiſſent, vt nos experti ſumus à longæua quidem experientia Diœceſum, in quibus degebamus per annos, ſcientes plura loca, præcipua, aſpera, & montuoſa nunquam gauiſa fuiſſe, etſi aliquando ſemel, aut iterum ab alio fortè Epiſcopo illo paſtu ſpirituali circa morum correctiones, edocendos pueros, & alias inſtitutiones frequentes inibi pullulantes, præcipiendo, vt opera pia ab aliis relicta impleantur, & ea, quæ ſunt curæ Epiſcopalis perficiantur; in paruo quidem tempore hæc implebuntur à Prælato? neſcimus, an poſſit, quo timebimus, ne incidatur, aut ex parte transferendorum, aut illos proponentium, vt transferantur, in illo S. Cyrilli *lib. 12. de adoratione & cultu*, in verbis ſequentibus clamantis. *Sin verò ho mea quidem ſententia, qui mundo viuentes, ac eius curam gerentes, veluti patriam ſibi ſtatuunt; eo quod quæ carnis ſolum ſunt cogitant, & terrei tantum, ac ſola fide erga Chriſtum colunt, ac quantum ad verba attinet, boni, & pij; quantum verò ad opera, & mores longè admodum à vera pietate remoti. Mercenarij autem rurſus, qui; id ipſum, quod credunt; non ex reuerentia, quæ veritati debetur faciunt, ſed veluti mercedem quandam Chriſtianiſmi ſimulationem, vt aliis placeant captantes, & eas vnde aliquid commodi ſpectant curas adulantes ſubeunt, ac pietate quæſtum faciunt, eaque lucri ſtudium palliantes, veluti laruati inceaunt:* Quibus & concinit, vt refert idem

R. P. M. *dict. tract. ſub num.* 248. *&* 249 Hugo *ſuper cap.* 30. *Eccleſiaſt.* ibi : *hoc exponitur de malo* (complectens Virginem) *id eſt Prælationem, vel Eccleſiam* (duobus brachiis) *ambitionis, & cupiditatis* (aſpirans) *ad maiorem Dignitatem, vel maiores diuitias.*

23 Si enim Proreges ad ſexennium nominantur, Prætores ad triennium ; imò & in illis deſignantur Auditores Audientiarum, atque Cancellariatum, è quibus ad Conſilia ſuprema ex indiæ Miniſtris, Italiæ, & ex aliis noſtrorum Regnorum Senatibus, tranſlatio fit frequentiſſima, ſit mora plurium annorum, cum videamus iſtos per octo, decem, & viginti annos inibi commorati antequam transferantur, vt peritiores longa experientia, & colloquutione Collegarum, etiam peritiſſimorum, doctiſſimi & habiliſſimi inueniantur, & hoc quando ſunt alij Collegæ, ſiue conſocij, quorum prudentia error aliorum ex coniudicibus ſanatur ; quanto plus conueniet ne per ſaltum Epiſcopi de vno in alium, & deinde ad alios Epiſcopatus volent cum tam euidentiſſimo damno Ouium, quas regere in-
24 cipiebant, necdum cognitas, vt opus erat. † Nonne inquam videmus, in hoc Archiepiſcopatu Toletano, vbi incolunt tot Parochi eruditiſſimi, virtutibus conſpicui ad minus per conſtitutionem ſynodalem regere primas ſibimet Parochiales aſſignatas per triennium completum, ſic vt eo nondum tranſlato, prohibiti ſint à concurrentia aliorum legitimorum prætendentium, qui etſi curſo peracto, licentiam conſequantur ſe opponendi, quique Archiepiſcopo, ſuiſque gubernij Miniſtris bonum teſtimonium præſtiterint de doctrina, & moribus, quibus ſubditos Parochianos imbuerunt ; non inde certi ſunt de tranſlatione inſtantanea ad alia curata pinguiora ; quippe ſolent plerique concurſus per alios plures annos frequentare, & non aſcendunt, nec transferuntur, ſic vt multi defeſſi proprias primas Eccleſias cum maiori, atque interiori amore pertractent, quàm quod re vera, & ex corde fecerint vſque ad illud tempus, in quo acceperunt certam ſcientiam propriæ inſcitiæ, ne dicamus ſubdolæ ambitionis, aut deſiderij amplioris facultatis; imò vt audimus, atque idem Pater Magiſter *in dicto tractatu repetit* §. 11. *n.* 271. (vbi mentionem facit de quibuſdã viris Doctiſſimis, qui à primo motu digni fuerũt maiorum Eccleſiarũ, etſi aſſignati fuiſſent in
25 minoribus) † regulam eſſe datariæ Romanæ Curiæ, vt nullus poſſit conſuli ex Epiſcopis ad aliam Eccleſiam, ſuper aliquot annos in prima non viueret, degeret, atque proficeret, dicens in Epiſcopis Italiæ, etiam practicari, etſi non dilatione ; eo quod Epiſcopatus minimi ſunt, & breuiſſimi territorij, non pingui diuitiis, viſitationis facillimæ ; quique non grauantur expenſis immoderatis, ſicut aliter de noſtris Epiſcopis videmus, qui per primas nominationes penſiones ſoluendas, tranſlationes, & eleemoſinas neceſſarias faciendas, & erogandas, ſemper pauperiores viuunt, ac vicent, etſi per longiſſimum ſuæ vitæ tempus in primis viuerent Eccleſiis, non curando de ſe transferendo ; quod ſi deſiderent, quo pacto poterunt effugere illas immoderatas expenſas, quæ obueniunt ab expeditione Bullarum, & ab eadem tranſmigratione, vt omnes cantant.

26 Etſi non negando locum tranſlationibus dari, quæ aliquando licent per eas cauſas, quibus eſt renuntiare Epiſcopatui, de quibus dico latè infra *in cap. niſi eſſent de renunciat.* contentæ in ſequenti

Debilis, ignarus male conſcius irregularis
Quem mala plebs odit, dans ſcandala cedere poſſit.

Ex quibus quatuor primæ tranſlationis caſus non adaptantur, etſi duo vltimi poſſint, & præcipua ſit vtilitas communis Eccleſiæ, ad quem tranſlatio fiet, vt diximus. Reſtat conſiderare, num plebs odium parturiat in Epiſcopum, dans Epiſcopis cauſam ſcandaloſam, quod de nonnullis Epiſcopis, etiam temporibus noſtris audiuimus, & audimus hoc modo procedere, vt auditis à Rege quærelis ſubditorum ; item, & à Conſiliariis, de illorum tranſlatione cogitant, ſed quam abſurdè nemo eſt qui non videat ; eo quod tales Epiſcopi vtuntur ea ambitione palliata, qua vtuntur etiam in ſecunda, & tertia Eccleſia, vt citius tranſferantur ad vltimam ditiorem, quibus in pœnam melior eſſet curſus in prima (vt ſic deſtituti, reſtituerentur ad frugem melioris exempli, quo curarẽt de amando ſubditos, illaſque primas Diœceſes vtiliter, ac laudabiliter adminiſtrare ; cauſæ autem legitimæ in iure agnoſcuntur ad legitimas tranſlationes, vt ſi continuis bellis, vel crebris hoſtium incurſibus deuexentur *ex cap. trib. de conſecrat. dict.* 1. vel ob intemperiem aëris, *cap. quorundam dict.* 74. Tertio ob malitiam populi, ſuum Paſtorem, & Epiſcopum proſequentis, & malè tractantis *cap. ita vos* 25. *q.* 2. *cap. ſicut* 7. *quæſt.* 5. aliter enim factas ambitioſas exiſtimari dixit Hoſtienſ. *in hoc tit. num.* 6. in verbis ſequentibus, *Hic tamen notandum eſt quod eo ipſo quod quis ad maiorem Eccleſiam tranſit, cauſa ambitioſa præſumitur*, cap. *ſi quis Epiſc.* 7. *quæſt.* 1. dum ait quod nullus de maiori tranſire velle præſumitur ad minorem.

Et huc ſpectant alia Azoris verba ſupra *dicto* 27
cap. 30. ibi : *Modò verò frequentiores ſolent eſſe Epiſcoporum tranſlationes aliis de cauſis, quæ quales hæ ſunt, & quàm iuſta viderint ipſi*, qui reſoluit ibi cautum eſſe, niſi ex iuxta, & debita cauſa, & authoritate legitima transferatur, vt conſtat ex Conciliis. Porro huiuſmodi Epiſcoporum tranſlationes, iura, pernicioſas appellant ; quia Clericis Auaritiæ, & ambitionis datur occaſio, per eas enim cogitando de tranſitu ad aliam Eccleſiá, fiunt quaſi alieni, & mercenarij Paſtores, quod infeſtiſſimum eſt, vt conſiderarunt grauibus verbis Nauar. *in tract. de reddit. Eccleſ. q.* 2. *cap.* 25. *in verſ. moneo*, non excuſantes à peccato ſe transferentes de loco ſalubri. Fr. Eman. Rodriguez *in ſum. cap.* 10. Machado *in ſumma tom.* 2. *lib.* 4. *p.* 6. *tract.* 1. *docum.* 1. Bellarmin. *ad Clem.* 8. quem refert Diana *p.* 11. *tract.* 4. *miſcel. reſ.* 40. eius verba referens, & illa Clem. 8. ad Bellarmin. *Nos cum difficultate transferimus, & non deſinimus monere Principes per nos, & per Nuncios noſtros.* Henriquez *tom.* 2. *lib.* 10. *cap.* 34. Hurtado *reſol. mor. tom.* 2. *tract.* 12. *cap.* 1. *num.* 1627. Sebaſtian. Cæſar. *in relect. de Eccleſiaſt. hierarch.* Reginald. *in ſumma tom.* 2. *lib.* 30. *tract.* 13. *c.* 15. Layman. *tom.* 2. *lib.* 4. *tract.* 2. *cap* 11. *num.* 8. Hoſtienſ. *hoc tit. num.* 5. idem Diana optimam præſtans rationem *dicto tom.* 11. *tract.* 4. *reſ.* 40. Vaſquez *tom.* 3. *in* 3. *p. D. Thomæ diſp.* 241. *cap.* 7. *in fine*. Suarez *tom.* 3. *de religione lib.* 1. *c.* 16. Salon. *de iuſt. tom.* 1. *quæſt.* 63. *contr.* 3. *ad* 4. Aragon. *in* 2. 2. *de iuſt. q.* 63. *art.* 2. Sylueſtro *in ſumma* verbo *Electio, num.* 15. Armila *in ſumma eodem verbo n.* 23. Medina *in ſumma lib.* 1. *cap.* 16. §. 1. *fol.* 223. & ante illos D. Thomas *in* 2. 2. *q.* 184. *art.* 6. *& q.* 185. *art.* 4. *& quæſt.* 188. *art.* 7. & *opuſculo* 18. *cap.* 19. *&* 20. & ſuper Ioan. *cap.* 10. *lect.* 3. & ſuper 1. & 2. Chorint. *cap. fin.* Caietan. ſuper D. Thomam *quæſt.* 184. *art.* 4.

qui

qui in verbis ſequentibus, vt condolens alloquitur *quare redeant qui premouentur, etiam ſine proprio appetitu ad ſeipſos, & penſent ſi aliquis horum defectum occurrit.*

28 Vnde optimè Magiſter Dominic. de Soto *de iuſtitia lib. 3. q. 6. art. 2. poſt 9. concluſ.* dicens mutationes iſtas, & aſcenſus, quanto fieri poſſe cauendus, quod fomentum ambitionis ſubminiſtrant, addit illas eſſe cauſam, vt Epiſcopi ſint omnino pendentes, quare nec poſſe claram habere ſponſam, nec iuſtam illius gerere curam, nec eſſe Paſtori ætatem in cognoſcendis, ſubmotandiſque nouis, ac nouis gregibus tranſigenda: & ſic Nauarr. *ſupra* inter alia concludit in verbis ſequentibus, *Quante quod oues cognitas vtilius gubernare poſſunt, quam eas, quæ nondum cognoſcunt, nec ſciunt quanto tempore cognoſcent; & ita gratius inſeruiet in eis Domino, niſi alia cauſa aliud ſuadeat, &c.* quibus concinunt alia Aragon. *ſupra* in verſ. *tertio*, qui in verſ. *ſecundo* aliud damnum refert ſignatum ſupra, nempe quod ſpectantes has mutationes, inducuntur ad colligendas pecunias, ad Bullas, & alias expenſas, & ſumptus faciendos in pinguiori Epiſcopatu, quem ſpectant, & ſic non ſubueniunt pauperibus prioris Eccleſiæ, ſicut tenentur, quod hiſce temporibus expertus ſum in quodam Epiſcopo ſe excuſante ab eleemoſyna eroganda propter ſumptus Bullarum; quouſque reſtitueretur in illis mihi aliquando reſponſum præbendo quaſi egrè ferens relationem alterius Epiſcopi nimis æleemoſinarij; & hoc ſic contegiſſe abundando alias nimis diuitiis patrimonialibus, ac redditibus proprij Epiſcopatus, quæ morte præoccupatus incõſiderate amiſit, & poſt de alio Prælato, qui cum recolligeret tempore breuiſſimo ſummam magnam redditTuum, comperimus ad hanc curiam miſiſſe famulum confidentem, vt curaret de nouo aſcenſu ad Eccleſiam tunc vacantem; *non enim* ait Bellarmin. vbi ſupra ad Clem. 8. vt refert Diana *dict. p. 11. reſ. 4. tract. 4.* Miſcell. *Epiſcopi Eccleſias diligunt, quas breui ſe deſerturos, ſperant, vt ad alias commodiores tranſeant.*

29 Cum ergo dicat Hieronym. *epiſt. 85. ad Euagr.* eiuſdem meriti Epiſcopum fore, eiuſdemque Sacerdotij, ſiue Romæ, ſiue Eugubij, ſiue Conſtantinopoli; quia potentia diuitiarum, & paupertatis, humilitas, vel ſubliſmiorem, vel inferiorem Epiſcopum non facit, quod ſunt omnes Apoſtoli ſucceſſores, cui concinit S. Athanaſius ſcribens Epiſcopis Antiochiæ, vbi ſupra, ac refert R. P. M. §. 7. *num.* 129. & 130. & docet Aragon. *dict. 22. de Iuſt. q. 63. art. 2.* non eſſe eligendum digniorem ad pinguiorem Eccleſiam, cum vacant duæ Eccleſiæ; quia in his electionibus ſit habenda ratio profectuum animarum, quam redituum temporalium, cum finis principalis electoris, non debeat eſſe Dotare, vel præmiare electum, ſed prouidere maiori neceſſitati animarum, & Vaſquez *dicta diſp. 241. cap. 7.* inter alia addat Pontificem ſine cauſa quemquam transferendo non tantùm peccare, ſed etiam tranſlationem eſſe irritam, & inanem; ſequitur optimè reſpoſum fuiſſe anno 1559. & 1560. Philippo II. Regi Hiſpaniarum, vt teſtatur idem R. P. M. ſupra *num. 98. & 99.* in verbo *mudar Obiſpos* à ſuo Confeſſario interrogato in ſequentem ſententiam: *ſin graue Ocaſion no ſe deuen mudar los Obiſpos, porque con eſperança de eſto no cobran elamo que deuian a ſus Igleſias, y peligra mucho lo eſpiritual, y aun lo temporal de los Obiſpados*: quibus patet quam difficulter, & cum qua cauſa, tranſlationes fieri valeant.

AD TITVLVM
DE AVTHORITATE, & vſu Pallij.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Archiepiſcopus quis dicatur?*

2 *Metropolitanus quis dicatur*, & n. 3. *idem quod Archiepiſcopus* n. 4. & 5.

3 *Metropolis Ciuitas quæ ſit?*

6 *Pallium Archiepiſcopale, quod ſit; eſt enim commune Patriarchis, & Pontifici: & in quibus diebus eo vtantur*, n. 7. *& in Miſſarum Solemniis*, n. 8.

9 *Archiepiſcopus ſine Pallio nequit obire quæ ſunt poteſtatis: vbi quæ ſint.*

10 *Pallium recipit Archiepiſcopus à Romano Pontifice.*

HVIc titulo poteſt applicari integra ma- 1
teria de authoritate, officio, Iuriſdictione, ac dignitate Archiepiſcoporum. Eſt enim Archiepiſcopus dictus
Epiſcoporum Princeps; quia omnibus ſuæ Prouinciæ Epiſcopis præeſt *cap. Clerus* verſ. *Archiepiſcop.*
diſt. 21. † Metropolitanus dictus eſt etiam à menſura 2
Ciuitatum, quia decem, aut vodecim Ciuitates, & totidem Epiſcopos ſub ſe continera ſolet,
vt ait Pelagius relatus *in cap. ſciote 6. quæſt. 3.* † 3
Et melius ſecundum alios dicitur à matrice Ciuitate; quia Metropolis dicta eſt, quaſi mater Ciuitatum. Eſt enim Ciuitas illa, quæ caput Prouinciæ exiſtit, & Metropolitani Sedis, & Diœceſis, vt aduertit contra Iſidorum Couarruu. *pract. cap. 19. num. 1.* Barboſa *de poteſtate Epiſcopi p. 1. tit. 1. c. 6.*
num. 12. † Etenim Archiepiſcopus, & Metro- 4
politanus idem ſunt, vt innuit Ordo Romanus, *tit. qualiter Epiſcopus in Romana Eccleſia ordinetur*, vt benè colligitur *in cap. paſtoralis de officio*
Ordinarij, vbi abundè noto. † Et Barboſa agens 5
latè *de Iure Eccleſiaſt. p. 1. cap. 7.* reſpondet *à num. 6.* Iſidoro *in dicto cap. Clerus* verſ. *Ordo*, vbi videtur conſtituere inter hos differentiam; aduertit verò ibi *num. 6. in fine*, fieri poſſe, vt aliquis Archiepiſcopus non ſit Metropolitanus, veluti ſi nullum habuerit ſuffraganeum, ſicut non habet Ruſanen. & Lancianen. Archiepiſcopi.

Vnde iam ad propoſitum huius Rubricæ, & ti- 6
tuli, erit dicendum inter inſignia, quæ competunt Archiepiſcopis annumerari Pallium, iuxta aliqua quæ ſignanter adduxi ſupra *in cap. ſuffraganeis tit. de electione*, quod eſt ſpeciale ornamentum Archiepiſcoporum, quo in Miſſarum ſolemniis ſuper veſtem Sacerdotalem vtuntur, quod Patriarchis etiam, & Romano Pontifici eſt commune, ſed diuerſimode: cum per eam veſtem ſignificetur, & conferatur Pontificalis officij plenitudo, iuxta textum *in cap. niſi hoc tit.* Romanus Pontifex ſemper, & vbique in Miſſarum ſolemniis Pallio vti poteſt,
iuxta textum *in cap. ad honorem hoc tit.* † Patriar- 7
cha autem, ſeu Metropolitanus ſolum in Eccleſiis ſuæ Prouinciæ, iuxta textum *in cap. 1. cap. cum ſis, cap. ex tuarum hoc tit. cap. Pallium diſt. 100.* etiam in loco exempto Clem. Archiepiſc. *de priuilegiis*, non

autem

atem ſemper; ſed incertis tantum diebus, *cap ad honorem cap.ult.hoc tit.* qui tamen dies iſti ſint, non ſatis liquet in iure, vt aduertit gloſſa *in dicto cap.fin.* ſed eos recenſent Duardus *in rationali Diuinorum officiorum lib.3.cap.17.n.13.* Azor. *inſtit.moral. p.2. lib.3.cap.34.* Sanchez *in opuſculo moral.lib.7.cap.1. dubio 16.ex num.5.* & multi alij, quos refert Barboſa *dicto cap.7.de Iure Eccleſ. à num.104.& 105.* vbi aduertit *in fine* melius eſſe recurrere ad formam priuilegij, vt in diebus tantùm, in conceſſione Pallij expreſſis eo vti liceat, ſicut expreſſit textus *in dicto cap. vltimo*, & aduertit gloſſa vlt. *cap.1.hoc titul.*

8 Et eſt aduertendum non in omnibus actionibus Archiepiſcopum Pallio vti ſed tantum in miſſarum ſolemniis *ex dicto cap.Pallium diſt.*100. vel ſi contigerit Epiſcopum conſecrare, vel in ordinationibus Clericorum, *ex cap.quod ſicut* 28. *§.ſuper eo de ele-*
9 *ctione.*† Nec enim Archiepiſcopus poterit ſine Pallio obire quæ ſunt poteſtatis, ordinis vel iuriſdictionis, & ita ſequi vt nequeant ſe Archiepiſcopos nominare, nec conuocare concilium, nec chiſma conficere, nec dedicare Baſilicas, ordinare Clericos, & Epiſcopos conſecrare, nec Pontificalia exercere; quamuis ſit conſecratus Epiſcopus, nec alia ſui officij, perſoluere munia, quæ non tanquam Epiſcopus; ſed vt Archiepiſcopus facere videretur *ex dicto cap.quod ſicut §.fin. in fine.* Barboſa *de iure Eccleſiaſt.cap.7.p.1.num.106.& 112.* nonnulla ponit idem *ſub cap.pen.huius tit.* An verò *Pallium* ſit ſcribendum dico infra *ſub cap.1.*

10 A quo Pallium recipiat Archiepiſcopus ſcribit Barboſa *p.1.tit.3.cap.1.num.19.* vbi quod à Patriarcha recipit ex authoritate à Romano Pontifice conceſſa; nec ob hoc dici poſſe ait, vt ab alio accipiat, quam à Romano Pontifice, ipſum videbis, & *num.* 22. vbi plures refert agentes de Pallij ethimologia. Vidè infra *cap.antiqua de priuilegiis.*

Ad Text. in cap. I. hoc tit.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Pallio vtitur Archiepiſcopus intra quamlibet Eccleſiam ſuæ Diœceſis*, & n.2.

1 Textus hic, ſicut alij huius Rubricæ exornantur ex proximè adductis; ita vt ſuper Rubrica de facili poſſet inſcribi, quæ ſigillatim ſpectant, tam ad materiam huius textus, quàm aliorum; ob idque nunc omnibus notabo nonnulla extra ea, quæ Auguſtinus Barboſa hic congerit.

2 Igitur cum textus hic doceat poſſe Archiepiſcopum intra quamlibet Eccleſiam Prouinciæ ſuæ Pallio vti, & extra eam non poſſit. Et dicat in vltimis verbis minimè vti poſſe, ſi ſacris indutus veſtibus Eccleſiam proceſſionaliter, vel alio modo exire contigerit, ideo etſi proxime ſub Rubrica dictum fuerit de actibus, in quibus eo vtatur, conueniebat hic ſpecificare in quibus locis, & ſitibus ſuæ Prouinciæ vti poſſit Pallio. Quod videtur decerni ex reſponſo, & decreto Pontificis hic, & cæterorum iurium; quare pergo ad reſolutionem aliquorum dubiorum, quæ ſub hoc textu, & titulo conuenienter valent inquiri, & de hoc textu videbis quæ dico infra *ſub cap.6.*

QVÆSTIO I.

An Epiſcopus factus Archiepiſcopus ante receptum Pallium, poßit Ordines conferre: Et an qui ſemel habuit Pallium vnius Archiepiſcopatus, ſi ad alium transferatur, & iterum redeat ad primum, indigeat nouo Pallio: quid ſi ſua ſponte ſe abdicauit, & iterum ad eandem Eccleſiam eligatur. Et quid ſi perdidiſſet Pallium, aut combureretur. Et an Archiepiſcopus factus Epiſcopus poßit vti Pallio?

SVMMARIVM.

1 *Archiepiſcopus ante receptum Pallium, nequit ordines conferre*, n.2.
3 *Archiepiſcopus tranſlatus in aliam Eccleſiam, antiquo Pallio vti non poteſt.*
4 Cap. cum ſis penult. & fin. hoc tit. *& n.6.*
5 *Archiepiſcopus in aliena Prouincia ex priuilegio, vti poteſt Pallio.*
7 *Pallio nouo indiget tranſlatus de vna Eccleſia ad aliam* n.9. *vbi nec vti Pallio ſui prædeceſſoris.*
8 *Pallio vti nequit Archiepiſcopus renuncians Archiepiſcopatui; quem verò cum eo ſepeliri: an eo vti ſi redeat ad illud*, num.10.11. & 14.
9 *Pontificalia Archiepiſcopus nequit exercere Pallio nondum ſuſcepto.*
11 *Pallio nouo indiget Archiepiſcopus, qui renunciauit Epiſcopatui, ſi litteris expeditis pro alio electo ipſe redeat ad ſuam Eccleſiam.*
12 *Pallio non vtitur Archiepiſcopus factus Epiſcopus, & de ratione* à num.19. *nec tranſlatus ad aliam, vtitur Pallio prima*, n.22.
15 *Archiepiſcopus, qui renunciauit Epiſcopatui, & ſic loco, non dignitati, nequit exercere Pontificalia, niſi cum conſenſu ſuffraganeorum, ſiue ſucceſſoris, nec vtitur Pallio*, numero 15.
14 *Archiepiſcopus ante receptionem Pallij, nihil interim de prouentibus Eccleſiæ recipere poteſt.*
16 *Archiepiſcopus Pallio igne combuſto caſu, ſeu perdito, poteſt Pontificalia exercere: aliqui contra docent; vtrumque probabile*, numero 17. & 18.
17 *Ordinatus, qui titulos perdidit, adhuc poteſt miniſtrare in ordinibus.*
19 *Pallium eſt ſignum proprium dignitatis, & dignitatis Archiepiſcopalis, Pontificatus, & Patriarchatus*; n.24.
20 *Archiepiſcopus ante Pallium acceptum, non ſortitur nomen Archiepiſcopi.*
22 *Pallium datur perſonæ, contemplatione loci, & eſt priuilegium ſingulare indiuidua poteſtatis ſingularis.*
24 *Pallio ex indulgentia Papæ vtuntur aliqui Epiſcopi, vt ſunt Hoſtienſis, Papienſis, Lucenſis, Bambergenſis &c.*

AD primam quæſtionis partem, videtur affirmatiuè reſpondendum ex littera textus *in cap.* 1

*cap.fin.hoc tit.*ibi , quod tam in tua, quàm in aliena
Diœceſi , & melius *in cap.cum ſis hoc tit.*ibi ; *vbi-
cumque fueris in Miſſarum celebrationibus conſtitu-
tus diebus ſolemnibus vſum Pallij , per quem pleni-
tudo Pontificij deſignatur , poteris liberius exercere.*
2 † Verum dici debet *ex cap.quod ſicut* 28.§.*ſuper eo
de elect.& ex cap.bona* 4.*in fine de poſtulatione Præ-
lator.* in verſ. *& eundem Archiepiſcopum* , vt non
poſſit Archiepiſcopus ante receptum Pallium Or-
dines conferre ; eo quòd *in dicto* §.*ſuper eo* , Ponti-
fex dicit, vt non tanquam Epiſcopus, ſed tanquam
Archiepiſcopus videatur Ordines conferre : & ſic
ante acceptum Pallium eos conferre , & alia Pon-
3 tificialia exercere non poſſit. † Imò textus *in dict.
cap.bonæ*, fortius decidit Archiepiſcopum tranſlatum
in aliam Eccleſiam , antiquo Pallio , vti non poſſe,
nec ſua vti poteſtate, ante nouum acceptum, quod
intra propriam Prouinciam ſuos ſubditos ordinan-
do , de plano procedit.

4 Nec obſtant textus *in dicto cap. pen. & fin. hoc
tit.* quia etſi aliqui deducant Archiepiſcopos , etiam
in aliena Prouincia vti poſſe Pallio de conſenſu
eius , ad cuius declinat Prouinciam , iuxta textum
5 *in cap.ex tuarum in fine hoc tit.* † Tamen repug-
nat textus ille, ſi aduertas procedere, ſuppoſito ſpe-
ciali priuilegio , vti etiam contingit *in cap.1.hoc tit.*
nam cum decidat , vt in proceſſionibus , quando
proceſſionaliter Archiepiſcopus Eccleſiam exire
contigerit , Pallio vti non poſſit ; licèt ex Priuilegio
à Romano Pontifice aliquando conceſſum legatur,
vt in proceſſionibus vtatur Pallio , ſicut aduertit
Durantius *in rationali Diuinorum Officiorum cap.9.
ad finem.*

6 Quare melius reſpõdendum eſt cum gloſſa *in di-
cto cap.pen.& fin.*quam ſequuntur Doctores com-
muniter , vt verba illa generalia *dict. cap. pen. vbi-
cumque fueris*, reſtrigantur ad terminos habiles ; ſci-
licet intra Prouinciam , iuxta doctrinam *gloſſæ* 5. *in
l.1.cod.de ſacroſanct. Eccleſ.& gloſſa fin. in cap.1. de
conſtit.* proſequitur Barboſa *de Iure Eccleſiaſt. p. 1.
cap.7.num.107.& 108.*idem etiam tenet *in dict.cap.
penult.num.2.* ſic cum Riccio *de præminentia Ar-
chiepiſcop.dignit.priuileg.21.verſ.iſtud tamen.*

7 Ad ſecundam partem quæſtionis , quod qui ſe-
mel habuit Pallium vnius Archiepiſcopatus , ſi ad
alium transferatur , & iterum redeat ad primum,
nouo indigeat Pallio, affirmat Rodericus à Cugna
in comment.ad textum in cap. Pallium 10.*diſt.* 100.
& ſequitur Barboſa *de Iure Eccleſiaſt. p. 1. cap. 7.
8 num.*122.nihil addens. † Sed reuera probatur, nam
ſi Archiepiſcopus renunciauit Archiepiſcopatui,
non poteſt illo amplius vti , ſed retinere penès ſe,
vt cum eo ſepeliatur: ſic docet idem Barboſa *n.*100.
9 † Et confirmatur ; quia ſi Archiepiſcopus ad alium
Eccleſiam tranſlatus eſt, non poterit vti Pallio prio-
ris Eccleſiæ , nec Pallio ſui prædeceſſoris defuncti,
nec tranſlati ; ſed opus eſt vt iterum pro noua Ec-
cleſia , in quam eſt tranſlatus aliud obtineat ; ſic vt
nec antea poſſit Pontificialia exercere docent Ca-
ſtald. *in praxi Ceremon. lib.1.ſect.10.num.12.* Lay-
man. *de præl. Eccleſ.elect.cap.14.q.160.*

10 Nihilominus in caſu de quo inquiritur poteſt
adhuc dici, vt ex quo redit ad idem Archiepiſco-
patum ; poſſit vti eodem Pallio , quo antea ibi
vſus fuerat. Et videbis quæ notat Barboſa *in cap.3.
hoc tit.ſub num.4.* in verſ. *diſputat* circa caſus , de
quibus hic diſputo.

11 Ad tertiam quæſtionis partem de Archiepiſcopo,
qui ſponte ſua ſito ſe Epiſcopatu abdicauit , ſi ite-
rum ad eandem Eccleſiam eligatur , nùm alio in-
digeat Pallio. Quo in caſu reſpondet cum hac
diſtinctione Rodericus à Cugna *in dict.cap. Pal-
lium diſt.*100. nam ſi poſt factam renunciationem,
& à Papa acceptatam , alius eſſet prouiſus litteris
expeditis , & tunc cogeretur ad ſuam Eccleſiam re-
dire , indigere nouo Pallio ait , vt ſequitur , & re-
fert idem Barboſa *dicto cap.7.num.*123. Quæ con-
cluſio confirmari poteſt ex dictis , & pro contraria
ſententia facit conſideratum in fine præcedentis du-
bij, nam eo quòd coactus fuit redire ad primam Ec-
cleſiam , videtur reſtitutus cum Pallio , quo antea
in ea vſus fuerat. Verùm pro prima ſententia fa-
ciunt ſequentes caſus : Primus,quòd Archiepiſco-
pus , qui renunciauit Archiepiſcopatui , exercens
Pontificialia , tam in Prouincia , quàm alibi , non
poterit vti Pallio , etiam ſi Epiſcopi permitterent;
quia vt notant Doctores illo Pallio amplius vti non
poteſt , etſi debeat illud apud ſe retinere , & cum
eo ſepeliri ſub capite ipſum tenendo : nam Archie-
piſcopus extra ſuam Prouinciam , nequit Pallio
vti , etiam de licentia Ordinarij illius Diœceſis , in
qua requiritur , Caſtaldus ſupra *dict.cap.14 n.13.*
Diana *p.3.reſ.37.verſ.adde tract.6. Miſcel.* † Et 12
Veneius *in examine Epiſcop.lib.4.cap.10 num.12.*te-
net vt ſi Archiepiſcopus , fiat Epiſcopus , non poſ-
ſit vti Pallio , cum aliis Barboſa *dict. cap. 7. nume-
ro* 121.

Secundus caſus eſt , vt Archiepiſcopus , qui re- 13
nunciauit Epiſcopatui , & ſic loco , & non dignita-
ti , non poſſit exercere Pontificialia in Diœceſi, &
Prouincia renunciata , etiam cum conſenſu Archie-
piſcopi Succeſſoris & ſuffraganeorum ; ſed tantum
exercere Pontificalia cum conſenſu prædictorum,
quemadmodum in aliis Diœceſibus de conſenſu
Diœceſanorum ; quia illo Pallio amplius vti non
poteſt. † Sed nec tenere penès ſe , vt cum eo ſe- 14
peliri , probat cum aliis idem Barboſa *dict. cap. 7.
de Iure Eccleſ.num.109.&* 110. addens *num.* 111.
ante receptionem Pallij nihil interim de Eccleſiæ
prouentibus recipere poſſe, vt *in Extrauag.2. in fi-
ne de elect.inter commun.*& faciunt pro hoc vltimo
quæ notaui *ſub cap.9.& 15.de elect.* † Et confir- 15
mantur hæc *ex cap.ad poſtulationem , de renunciat.*
vbi Archiepiſcopo Rugen.propter periculum vitæ
renuncianti Eccleſiam , non autem Dignitatem,
Pontifex concedit exercere Officia Pontificalia , &
negat ei expreſsè vſum Pallij : de quo , & aliis plu-
ra congerit Diana *p.3.tract.6. Miſcel.reſ.* 37. verſ.
adde.

Ad quartam quæſtionis partem, vt ſi detur euen- 16
tus , in quo aliquis Archiepiſcopus perdat Pallium
ſuum à Pontifice acceptum , vel caſu igne combu-
ratur , dicendum eſt vt poſſit abſque illo Pontifi-
calia omnia exercere , & multis fundamentis affir-
mat Rodericus à Cugna *in dict.c.Pallium dist.*100.
quem ſequitur Barboſa *de Iure Eccleſiaſt.p.1. dict.
cap.7.num.*124. Sed Veneius *in examine Epiſcop.
lib.4.cap.10 num.*19.videtur aſſerere , quod debeat
petere aliud à Summo Pontifice : vtramque ſenten-
tiam refert Diana *c.3.tract.6. Miſcel. dict. reſ.* 37.
verſ.*notandum.* † Et ego vtramque probabilem 17
reputo ; quia prima iuuatur ex eo , quod ſi ordina-
tus ſemel , perdat titulos , adhuc poterit miniſtra-
re in ordinibus ; & ſic fiet caſu propoſito : nam ex
quo ſemel aſſumpſit Pallium à Pontifice , ſi caſu
perdatur , aut concremetur , eodem Archiepiſco-
patu retento , nec vnquam renunciato , quid mi-
rum vt abſque nouo Pallio queat adminiſtrare. † 18
Pro ſecunda ſententia facit, nam illud datur in ſig-
num dignitatis , quo vti debet Archiepiſcopus in
non

6 *dicto cap.2.* & *cap.10. de præſcript.* † Et quia gloſſ.
confirmatus, *num. fin.* notet ad id Barboſa, quod
electus in Epiſcopum, poſſit iuri ſuo in manibus
eligentium renunciare ante confirmationem ſine
Papæ licentia, adducens plures ſic tenentes in præ-
ſenti, & alios, quos citat; ideo applicabis quæ
notaui ſupra *ſub cap. cum inter 16. de electione*, &
quæ noto infra *in cap. in præſentia de renuncia-
tione.*

7 Sed cum ex hoc textu ſupra iam dixerim, quod
matrimonium carnale æquiparatur ſpirituali, vt
præter relatos à Barboſa hic *ſub dicto num.*4. ſequi-
tur Riccius *collect.*500. ad textum noſtrum, & qua-
liter hæc ſimilitudo intelligatur dicam Ego infra *in
cap.6. & 7. de temporibus ordin. quæſt.* 1. verſ. *ad
quartam*, cum loquar latè de quæſtione illa, *an
conſecratus Epiſcopus contrahat vinculum cum Ec-
cleſia.*

8 Ideo pro ornatu libuit tranſcribere quæ ipſe am-
pliat inferendo primo, quod ſtatutum excludens à
ſucceſſione maritatam dotatam procedit etiam in
moniali, vt pulchrè docet Gaſpar. Theſaurus *in de-
ciſ.3.p.1.*

9 Secundo quod paragium, quod debetur Mo-
nialibus, eſt vniforme cum illo maritandarum ſe-
quitur cum Afflict. *in deciſ.* 348. quidquid teneat
10 de Franc. *in deciſ.* 44. † Tertio quod cognoſcens
monialem, dicatur committere adulterium, quem-
admodum cognoſcens maritatam, vt pulchrè Ca-
cheranus *deciſ.* 103. quod qualiter ſit infra *ſub tit.*
11 *de ſtupris, & adult.* † Quarto quod monialis pro-
deſt patri ad ſe excuſandum, à tutela, vt maritata, de
12 Franc. *in deciſ.* 532. † Quinto quod legatum pro
maritagio, debetur etiam pro monachatu: pulchrè
13 Maſtrillus Rotæ ſicil. *in deciſ.* 153. † Sexto quod
diſpoſitio *authent. res quæ cod. communia de legatis*,
vindicat ſibi locum in vtroque matrimonio, & car-
nali, & ſpirituali, cum Maynardo *in deciſ.9. lib.3.*
14 † Septimo quod ob hanc rationem monaſterium
ſuccedit loco filij, Gratus *in deciſione 7.* de qua parte
dixi latiſſimè *in cap. in præſentia de probat.* Verum
hunc caſum limitat Riccius ſupra *in caſa de Franc.*
15 *deciſ.*29. † Quæ omnia confirmantur ex problemis
adductis ex verbis textus noſtri à Barboſa hic *n. 9.
& 10.* dum in verſ. *propter expreſſam tamen simili-
tudinem, & identitatem*, & ibi *cum de ſimilibus
idem iudicium ſit habendum*, notante primo cum
multis, vt liceat extendere legem ex identitate ra-
tionis.

16 Secundò vt quamuis ſimile non ſit idem, tranſire
tamen de facili in idem, quando per omnia ſunt
conuenientia ſimilia, vel ſaltim conueniunt in hoc,
de quo agitur; ſecus quoties diuerſa decidendi ra-
tio datur, vel quando non probatur ſimilitudo in
eo, de quo agitur, etiam data parua ſimilitudine:
ſic cum multis. Itaque Baldus *conſ* 408. *quidam ci-
uis*, verſ. *quapropter de neceſſitate*, quem refert Car-
dinalis Tuſchus *in practicis tom. 8. lit. S. concluſ.*
246. *n.6.* dicit, vt licèt ſimile non poſſit dici; identi-
tas tamen valde ſimile reputari idem, & quod ſimi-
le non ſit idem, docent gloſſa *in l. quod Nerua*, &
ibi Bartol. *ff. depoſiti, l. pecuniam ff. ſi certum petatur,
l. ad ſimilitudinem cod. de Epiſcopis, & clericis* §.
*ſed inter eas inſtit. de nuptiis, cap. Capitulum de reſ-
crips.* Caſſaneus *in Catalogo Gloriæ mundi p.1. con-
ſiderat* 48. Zabarella *conſ.*136. Marcus Mantua *ſin-
gul.*318. Gutierrez *in pract. lib.2. quæſt.*176. Gonza-
lez *in regul 8. cancel. gloſſa 3. num.*5. Tuſchus ſupra
*concluſ.*246. cum aliis Barboſa *axioma* 208.

Ad Text. in cap. Quanto III. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus transferens ſe de vna Eccleſia ad aliam propria authoritate vtraque caret*, numero 5.

2 *Tranſlatio de vna Eccleſia ad aliam, verè mutatio dicitur, & fit authoritate ſuperioris cum euidenti vtilitate* n.3. & 6.

4 *Renunciatio Eccleſiæ fit tantum cum euidenti vtilitate.*

7 *Reuerentia eſt ſenioribus exhibenda, cum plus valeat vmbra ſenis, quam enſis iuuenis.*

8 *Antiquitas nobilitat omnia.*

PRobat Pontifex hic quod Epiſcopus, qui pro- 1
pria ſua authoritate ſe trásfert de vna Eccleſia
ad aliam, caret vtraque, multis comprobat Barbo-
ſa *hic*, qui dicit hanc tranſlationem ad Papam per-
tinere, vt iam ſupra dixi *ſub cap.1.* & infrà *cap. ſe-
quenti.* Cumque in verſ. *carere propria num.*5. no-
tet idem Barboſa, quod per tranſlationem Prælati
ad aliam Eccleſiam, vacat prima: de quo applica-
bis quæ tradit Garcia *de beneficiis*, de vacatione
vnius beneficij per aſſecutionem alterius *p.11.c* 5.
& notabis dicta infra *in cap. de multa* 28. *de præ-
bendis*; ideo qualiter hoc contingat examinabis ex
dictis ſupra *ſub dict. cap.1.* in verſ. *cumque hic.*

Et ad textum noſtrum addo Barboſam *de Iure* 2
Eccleſ. cap. 19. *p.1.* dum probans *à num.* 28. quòd
tranſlatio de vna Eccleſia ad aliam (quæ verè mu-
tatio dicitur *in cap. mutationes 7. quæſt.* 1.) ſit per-
miſſa cauſa vtilitatis alios ſubſtituendo Prælatos in
Eccleſiis, à quibus tranſlati receſſerunt, tradens ex
Nicephoro *lib.14. Hiſtoria Eccleſ. cap.*39. & pri-
mum ab Anacleto Papa, fuiſſe litteris demanda-
tum *in dicto cap. mutationes* † addit ibi *à num.* 19. 3
Barboſa, quod hæc tranſlatio, fieri propria autho-
ritate non poteſt, ſed requiri authoritatem ſupe-
rioris, vt *in cap. Epiſcopus 7. quæſt.* 1. *cap. ſicut al-
terius in fine*, eadem cauſa, nec ſit facienda ſine
euidenti Eccleſiæ vtilitate, aut validitate, *cap. ſicut
vir eadem cauſa.* † Sicut & renunciatio, vt *in c.* 4
ad ſupplicationem de renunciat. præſertim cum
Epiſcoporum tranſlatio fieri non poſſit, ſine au-
thoritate Romani Pontificis, vt *in dicto cap.1. hoc
tit.* † Quia ſi Epiſcopus propria authoritate in 5
aliam Eccleſiam ſe transferat, ab vtraque deponi-
tur, vt in textu noſtro, & *in cap. ſi quis Epiſco-
pus 7. quæſt.*1. quod etiam probat Franciſcus Ton-
dutus *in quæſt. benef. p.2. cap.4. §.6. num.*12. etiam ex
dictis iuribus. Et occaſione huius textus applicabis
notata ſupra *in cap. cum in iuuentutis de electione*;
vbi quod nemo poteſt ſe eligere, inſtituere, aut præ-
ſentare. † Et ad iuſtificandam prædictam tranſla- 6
tionem ſunt notanda præmaximè verba Cardina-
lis Bellarmini *c.5. lib 3. vita Clem.8.* ibi: *Quinta res
eſt facilis tranſlatio Epiſcoporum de vna Eccleſia ad
aliam: tranſlatio enim Epiſcoporum ſecundùm Cano-
nes, atque vſum veteris Eccleſiæ, neceſſitatem, vel
maiorem vtilitatem poſtulat; nec enim inſtituta ſunt
Eccleſiæ, propter Epiſcopos, ſed Epiſcopi propter Ec-
cleſias. Nunc etenim quotidie tranſlationes fieri vide-*

mus

mus ex ſolum de cauſa, vt Epiſcopi, vel honore, vel opibus augeantur; propterea notum eſt ex cap. inter corporalia, (2. hoc tit.) vinculum matrimonij ſpiritualis, eſſe aliquomodo maius, quam vinculum matrimonij corporalis; & ideo non poſſe ſolui, niſi à Deo, ſiue à Vicario Dei, declarante voluntatem Domini ſui? Quis autem credat velle Deum, vt ſolum temporale lucrum, vel honorem, vinculum huius ſancti coniugij diſſoluatur? præſertim cum id ſine detrimento animarum fieri nequeat, vt experimentum ipſum docet. Nec enim Epiſcopi Eccleſias diligunt, quas breui ſe deſerturos ſperant, vt ad alias commodiores tranſeant. Ad hæc autem Pontifex ſcripto ſuo in ore ſingraphæ Bellarmini, vt aliis præſtiti moniti hiſce reſpondit; *Nos cum difficultate transferimus, & non deſumus Principes per nos, & per noſtros Nuncios.* Ex quibus verbis patet, & notat Diana *p.11. tract.4.reſ.50.verſ.& tandem*, quam difficulter, ſeu caute debeant Pontifices, & Reges procedere in tranſlationibus hiſce.

7 Et quia hic *in verſ. reuerentiam exhibendam, n.2. & 3.* dicat Barboſa, quod honor, & reuerentia ſenioribus eſt adhibenda, cum plus valeat vmbra ſenis, quàm enſis iuuenis; ideò applicabis quæ noto infra *ſub tit. de maioritate, & obed.* & inibi *in cap. ante penultimo*, vbi multa adduco notabilia *de præcedentia*. Et etiam applicabis quæ de ſenibus, & eorum priuilegiis adduxi *ſub cap. quoniam frequenter*, vt lite non conteſtata, non perueniatur ad teſt. recept. item & *in cap.1. & tit. de teſtibus cogendis*, & *in cap. in noſtra 32. de teſtibus*, vbi dixi quod teſtes ſenes, ſunt digniores. Item applicabis quæ notaui *in cap. 3. & penult. de præſumptionib.* & alia de ſenibus alibi dicta, aliqua infra *ſub tit. de ætate & qualit. ordinand.*

8 Item quia per gloſſam *antiquitas*, ibi: *Et antiquitas veneranda eſt*, & ibi: *Mos enim retinendus eſt fideliſſimæ vetuſtatis*, notat Barboſa *num.6. & 7.* quod omne per antiquitatem fit nobilius *ex l.1. cod. de albo ſcrib. l.1. vt dignit. orde. l. honores, cod. de decurionibus, lib.10.* & quod antiquorum conſuetudo, & mos ſeruandus ſit. Ideò applicabis, quæ de authoritate temporis antiqui, dixi *in cap. cum cauſam 13. de prob. & in cap. quia iudicante de præſcript.* Item & quæ dixi de præſcriptione centenaria, & immemoriali *in cap. ad audientiam 13. & in cap. cum nobis 14. & in cap. fin. de præſcript.* Et quæ de longæua conſuetudine notaui *ſub cap. fin. de conſuet.* vbi in Rubrica dixi de ſtylo, qui per vſum, & vetuſtatem acquiritur.

Ad Text. in cap. Licet in tantum, fin. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Tranſlationis indulgentia, eſt ſeruanda ad vnguem.*
2 *Appellans à ſententia Papæ ad Chriſtum, infertur, vt hæreſim ſentiat.*

1 TExtus hic dicit, quod Papa ſolus poteſt transferre Epiſcopos, addens, vt indulgentia (hoc eſt reſcriptum) ſuper ea tranſlatione ad vnguem ſeruanda ſit. Pars prima comprobatur ex dictis ſupra *in c.2. & 3.* Secunda comprobatur ex multis quæ notaui ſupra *ſub tit. de reſcriptis*, vbi dixi, quod forma mandati, reſcripti, ſeu priuilegij eſt obſeruanda ſine exceſſu.

Cumque in verſ. ibi *& Vicarius Ieſu Chriſti*, & ibi *Succeſſor eſt Petri*, notet Barboſa hic cum multis *num.2. & 3.* quod Papa eſt Vicarius Chriſti, inferens hæreſim ſentire, qui à ſententia Papæ ad Chriſtum appellat, quaſi Papam non eſſe Chriſti Vicarium, nec cum eo idem tribunal habere credat: & quod Papa etiam ſucceſſor eſt Petri, ſic multis adductis probans. Ideò tu pro latiſſima exornatione adiunges hic quæ latiſſimè ſcripſi *in cap. nouit de Iudic. q.1. & 3.* vbi *de Chriſto Domino*, & *q.4.* vbi *de Petro Pontifice, & eius ſucceſſoribus.* 2

Item etiam ex hoc textu poteris applicare ſimilitudinem de matrimonio carnali, ſicut dixi *ſub c.2. hoc tit.* Item quatenus agitur hic de electione applicabis quæſtionem, quam per hunc textum diſputat Riccius *collect. 1648.* dum probat, quod per electionem acquiritur ius ad rem, de qua dixi iam ſupra *ſub tit. de poſtulatione Prælatorum*, vbi in quo differunt poſtulatio, & electio, & *ſub dicto tit. de electione.* † Item de dubio, & caſu, quem locum debeat habere Canonicus tranſiens à præbenda theologali ad pœnitentialem, in choro, & in Capitulo dixit Antonius Naldus hic. 3 4

Et in verſ. *præterea cum poſtulatio debeat examinari, ſicut electio diligenter*; ideo applicabis quæ dixi *in cap. cum in cunctis 7. de electione.* 5

QVÆSTIO I.

An Pontifex poſſit transferre Epiſcopum de vna Eccleſia ad aliam, ob pinguiores redditus. Et quæ ſint tranſlationis cauſæ.

SVMMARIVM.

1 *Tranſlatio de vna Eccleſia ad aliam ob pinguiores redditus, non fit; ſecus ob vtilitatem Reipublicæ, & Eccleſiæ commune bonum; dum adſit cauſa, & fiat à Papa, n.4. & 5.*
2 *Chriſtus eſt ſponſus, & Eccleſia eius ſponſa.*
3 *Matrimonium carnale, eſt indiſſolubile de iure naturali.*
4 *Tranſlatio Epiſcopi de vna Eccleſia ad aliam, eſt prohibita Pontificio iure, in quo cum cauſa diſpenſatur à Papa; etſi in ordine ad vniuerſalem Eccleſiam, ſit de Iure Diuino.*
6 *Tranſlationis cauſa.*

VIdeo in hoc diſcordes ſententias, negatiuam docuit Vaſquez cum aliis *in 3.p.D. Thomæ tom.3.diſp.141.* qui docuerunt tranſlationem Epiſcoporum eſſe prohibitam de iure Diuino, ſic probantes ex regula textus *in cap. inter corporalia ſupra hoc tit.* quatenus ibi Pontifex dicit, quod inter Epiſcopum, & Eccleſiam, eſt ſpirituale vinculum matrimonij, quod eſt fortius, quam vinculum matrimonij naturalis, contraheréque hoc vinculum matrimonij non tam conſtitutione canonica, quam Diuina authoritate, vt clarè videtur docuiſſe Euariſtus Papa *Epiſt.2.* quæ eſt de Epiſcopis eiectis, † dicens quod Chriſtus eſt ſponſus, & Eccleſia eius ſponſa, cuius nos filij ſumus, ſacerdotes verò; id eſt Epiſcopi, vice Chriſti legatione fungi in Eccleſia 1 2

& ſicut ei ſua coniuncta eſt ſponſa;id eſt Eccleſia,
ſic Epiſcopos Eccleſiæ iungi vnicuique proportio-
neſua,& Caliſtus Papa *Epiſt.*2. ad omnes Galliarũ
Epiſcopos *c.*3.idem docuit : vnde Innocentius III.
hic in textu noſtro dixit quod hoc matrimonium
Epiſcopi cum ſua Eccleſia in electione initum, ra-
tum in confirmatione,in conſecratione intelligi cõ-
3 ſummatum. † Et confirmatur ex dictis ſupra *in c.*1.
& 2.& ex eo ; quia cum fortius ſit ſpirituale vincu-
lum,quàm carnale & iſtud ſit iure Diuino naturali,
item & Eccleſiaſtico inſolubile : ſic potiori ratione
prædictum vinculum ſpirituale.Et faciunt præclara
verba Bellarmini *ex cap.*5.*lib.*3.*vita Clem.*8. relata
in dict.cap.quanto.

4 Sed quia iam ſupra *ſub dict. cap.*1.*&* 2. dixerim
Epiſcopi tranſlationẽ poſſe fieri de vna Eccleſia ad
aliam ex iuſta cauſa, vt de pluribus ſupra retuli *in
cap. inter corporalia* 2. & hoc à Pontifice tantum,
iuxta relata *in dict.c.*1. ob publicam, & euidentem
neceſſitatem, communemque Eccleſiæ vtilitatem,
iuxta textum *in cap.quanto* 3.*hoc tit.*& *ex cap. ſciat
frater* 7. *q.* 1. ibi : *Nam plurimorum vtilitas vnius
vtilitati, aut voluntati præferenda eſt.* Etenim illuc
decet prælatum accedere, vbi plus lucri ſpiritualis
facere poteſt ; licèt maior ibi ſit pœna, vt habet
gloſſa,verb. *plurimorum in cap.Sancta* 2.*q.*8.*in c.*3.
*lib.*3. quare bene Suarez *de relig.tom.*3.*lib.*1.*c.*16.*à
n.*6.& cum eo Diana videndus *p.*12. *tract.*4. *reſ.*50.
exiſtimant dictam tranſlationem eſſe vetitam de Iu-
re Eccleſiaſtico,alias inquam nõ eſſet ſic introducta
transferendi praxis,quã quotidie videmus. Indeque
fieri, vt etſi indiſſolubilitas in actu primo, vt ſentit
Vaſquez in ordine ad Vniuerſalem Eccleſiam, vel
vage ad aliquam peculiarem ſit, ita de ratione in-
trinſeca præſulatus Iure Diuino,vt impoſſibile pœ-
nè ſit, vnum ſine altero ſimul inueniri; ſed ſecus
eſſe cenſendum dicunt cõmuniter Doctores de in-
diſſolubilitate cum hac,vel illa Eccleſia,quæ pendet
ex iuriſdictionis applicatione Iure Eccleſiaſtico,Põ-
tificio facienda. † Et inde euenit arguméta contra-
5 riæ ſentẽtiæ allata à Vaſquez,tum ex fine,ad quem
ſancita ſunt,tum ex tenore,tum ex gloſſis,tũ ex vſu
Eccleſiaſtico,ſic applicanda eſſe vt velint,non poſſe
huiuſmodi vinculum cum Eccleſia propria authori-
tate Epiſcopi ſolui, ſed ſolum ex facultate Pontifi-
cis, vt probat Panormit. *in cap. tuam, de ordine
cognit.n.*3.nec ordinaria,ſed ſpecialiter ei conceſſa,
atque in hoc ſenſu, & abſoluta dicenda ; & ob id
diſpenſatio in hoc vinculo grauem profecto cau-
ſam deſiderat ; non tamen adeò grauem, ac requiſi-
tam in diſpenſatione ad ius Diuinum, ſine qua ſi
habeatur, etſi illicita, valida tamen ſit ; non enim
homo,vt ait Pontifex Innocent.III. *in d.c.*3.*hoc tit.*
ſed Deus ſeparat(qui non puri hominis,ſed Dei vi-
cem gerit in teris)Eccleſiarum neceſſitate,vel vtili-
ta penſata, non humana, ſed diuina potius autho-
ritate diſſoluens, & ne diſpenſatio hos habeat ne-
ceſſitatis,vel vtilitatis cardines, profecto non vide-
tur appellanda diſpenſatio,vt notant Abbas ibi *n.*5.
Diana *d.reſ.*50.verſ.*vnde*,qui in verſ.*probatur*,gra-
uiter confirmat, & comprobat : nam quod detri-
mentum Reipublicæ Chriſtianæ poteſt excogitare
maius,quàm ambitioni hoſtium reſerare, increpãdo
ſtultiloquiis hæreticorum, qui præſultatus negociũ
ad quæſtum, potius, lucrumquè temporale, atque
priuatum commodum referri exiſtimant;quibus, &
aliis habemus,non prohiberi tranſlationem, ſi fiat
irregulariter cum hac,vel illa Eccleſia, & ex cauſa
graui,& vrgenti,non ob commodum perſonæ, ſed
publicæ, & communis vtilitatis.

Ad ſecundam quæſtionis partem,quæ ſint tranſ- 6
lationis cauſæ, conſideratis,quæ infra ponit Ponti-
fex *in cap. cum pridem de renunciatione*,vbi ego de
cauſis renunciationis dico,vt prima ſit cauſa,plebis
malitia, quando plebs adeo duræ ceruicis exiſtit, vt
proficere nequeat : ſic Diana *dict.p.*12.*tr.*4.*reſ.*50.
verſ.*notanda*. Secunda cauſa veræ,ac notabilis per-
ſecutionis ex Matth.c.10. *Si vos perſecuti fuerint in
vna ciuitate fugite in aliam*, vt affertur 7. *q.*1. *cap.
ſicut alterius*,non ob priuatum ſolum Epiſcopi bo-
num, ſed ne cura paſtoris in detrimentum vertatur
odium. Quamobrem addit textus, ſi autem vtilita-
tis cauſa fuerit mutandus,*&* *infra* neceſſitatis,&c.

QVÆSTIO II.

An tranſlatio Epiſcopi de vna Eccleſia ad aliam debeat, aut queat fieri ob defectum œconomia, atque adminiſtrationis rei temporalis Eccleſiaſtica &c. Quid ob Epiſcopi infirmitatem. Et an, & queat. Pontifex diſſoluere matrimonium ſpirituale per conſecrationem magis, quam carnale confirmatũ. Et an Epiſcopus trãſferri à Papa queat ſine eius conſenſu.

SVMMARIVM.

1 *Translatio Epiſcopi non fit ex defectu œconomia, ſeu adminiſtrationis rei temporalis niſi*, n.2.
2 *Epiſcopus aliquando ſufficit pro Eccleſia minori, qui inſufficiens eſt pro pinguiori.*
3 *Tranſlationis cauſa ſufficiens, non eſt ſenectus, niſi reſpectiuè ad alium locum, vbi non eſt aquè intemperies nociua : & quid de aduerſa valetudine, & qualiter*, n.4.
5 *Matrimonium ſpirituale, & carnale, quoad diſſolutionem in quo differant*, n.6.7 & 8.
6 Cap.inter corporalia 2.*&* cap.1.hoc tit. *expenduntur*, *&* n.8.
7 *Matrimonium ſpirituale, operatur fortius carnali, quatenus imprimit characterem.*
9 *Transferre nequit Papa contra voluntatem Epiſcopi, ob pinguius Epiſcopatum, niſi ex alia cauſa communi, & publica.*
10 *Transferre poteſt Epiſcopus parochum cauſa vtilitatis.*

AD primam difficultatis partem, reſpondeo 1
non debere, nec poſſe Epiſcopum transferri
ob defectum œconomiæ, atque adminiſtrationis rei
Eccleſiaſticæ, nec ad diſciplinam Eccleſiaſticam
conſecrandam, prudentis notam ſufficere, ſed tan-
tum ad coadiutorem dandum,vt patet ex textu *in c.
quia pater.*9. *q.*1. *Pelagij Papa* ; & faciunt quæ dico
infra de corpore vitiatis,item, & de clerico ægrotã-
te,vel debilitato,quia ſi talis Epiſcopus ad primam
Eccleſiam adminiſtrandam non ſufficiat ; quid mi-
rum,vt nec ad ſecundam,cum inſufficiens, ac inha-
bilis exiſtimetur,vt adminiſtret bona Eccleſiæ tem-
poralia, tam in vna, quàm in alia.

Non verò inficior, non tantũ alicui,vel pruden- 2
tiæ,vel œconomiæ, vel aliarũ ad regimen deſidera-
tarum aliquando virtutum eſſe neceſſarium, quan-
tum ad vnam Diœceſim,& Eccleſiã, quam in præ-
ſentia regit adminiſtrando, aliquando requiritur
quod ſatis profecto cenſeretur ad minorem Eccle-
ſiam regẽdam,ad quam facultas fieri poſſet abſque
eius

eius tamen detrimento, tranſeundi ob hanc cauſam, atque ob bonum Eccleſiæ quam reliquit: ſic Diana *p.11.tr.4.reſ.50.* in verſ. *& tandem*, ex cõmuni. Quod exiſtimo regulandum ex inſufficientia, ſeu ineptitudine transferendi, iuxta prudens arbitrium: idem, & alij docent Gerunda *de Epiſc. tom.1.lib.1 diſp.1. c.4* & *tom.7.lib.7.diſp.11.cap.2. &* 3. Hurtado *var. tom.2 tr.12 § 9.limit.2. à n.1595.*

3 Ad ſecundam quæſtionis partem, etſi videatur ex doctrina textus *in c. niſi cum pridẽ de renunc. §. alia cauſa*, vt ſenectutis cauſa, per quam impotens redditur Epiſcopus ad exequendum officiũ paſtorale, queat Epiſcopus trãsferri de vna Eccleſia ad aliam ex dictis ſupra. Verum dicendum eſt hanc cauſam tantum ſufficere ad renunciationem Epiſcopatus, vt dico *in dict. cap. niſi cum pridem*; non inquam ad tranſlationem. Etenim ſenectus, corporiſque imbecillitas ex ſe ad mutationem Eccleſiarum minime ſufficiunt, ſed ſolum ad coadiutorem habendum *ex*
4 *cap. veniſti 7.q.1.* † Tamẽ vt ait Diana *dict.p.11.tr.4. reſ.50.* ſub verſ. *& tandem*, reſpectiuè ſenectus, ſeu afflicta valetudo, quæ impedimento ſunt regimini magnæ Diœceſis, poterunt non obſtare alteri minoris; imò ſalubritas aëris, cælique, temperies ciuitatis, ad quam fit tranſitus, & ad tranſlationem prodeſſe; dummodo non Epiſcopi tantum conſulatur perſonæ, ſed vel bono communi Eccleſiæ, quæ omittitur, nec probè regi à ſene, vel attritæ valetudinis Præſule poterit, vel alterius, ad quam tranſitus habetur, ſeruatis ſemper iis, quæ probè notantur *in dict. cap. niſi cum pridem, dict. §. alia verò cauſa eſt.*

5 Ad tertiam quæſtionis partem reſpondeo in eo differri quoad diſſoluẽdum, vel non matrimonium carnale ab ſpirituali, de quo dixi *in c.2. hoc tit.* quia matrimonium carnale conſummatũ Chriſtus inſtituit ad ſignificandam indiſſolubilem vnionẽ Chriſti cum Eccleſia per carnem aſſumptam. Et proinde ex ratione huius ſignificationis habere indiſſolubilitatẽ omnimodã; quod non procedit in matrimonio ſpirituali, etiam per conſecrationem conſummato; eo quod non habet prædictam ſignificationem, vti nec matrimonium carnale ratum, & nondum conſummatum, quod poteſt proinde diſſolui per ingreſſum Religionis, vt dico infra *in tit. qui Clerici, vel vouentes.*

6 Vnde quamvis ſupra *ex dict. cap. inter corporalia 2. hoc tit.* dictũ ſit ibi ſpirituale vinculum, ſit fortius carnali; reſpondetur non dici fortius, quoad omnimodam indiſſolubilitatem; quandoquidem variis modis diſſoluatur, vt iam dixi, veluti trãſlatione, depoſitione, renũciatione, authoritate Summi Pontificis facta, ſed quoad alios reſpectus, veluti, quia per matrimonium ſpirituale, ſolui poteſt carnale, non è contra, cum vt dictum eſt matrimonium carnale ratum, non conſummatum diſſoluatur per ingreſſum Religionis, etiam altero inuito, vt dico latè per textũ ibi *in cap. ex publico de conuerſione coniugatorum.* Imò & poſſunt coniuges poſt matrimoniũ carnale, etiam cõſummatum, mutuo conſenſu Religionem profiteri. E contra autem matrimonium ſpirituale non diſſolui per carnalẽ; nec ſemel profeſſos poſſe poſtmodum contrahere matrimonium carnale: ſic
7 Valenſis *ad Rubr. huius tituli, n.4.* † Vbi addit quod matrimonium ſpirituale inde fortius vinculum dici poſſit, quod operetur fortius, quatenus imprimit characterem, qui etiam poſt mortem manet, cum interim matrimonium carnale per mortem alterius prorſus ſoluatur.

8 Nec meretur reprehenſionem Põtifex Innoc. III. eo quod dixerit vinculũ matrimonij ſpiritualis, eſſe fortius vinculo carnalis; quaſi ſecum pugnaret, vt quidam volunt in ſedem Apoſtolicã minus affecti, quia vt ait Henricus Zoëſius *in comment. tit. noſtri*, ſolius Rom. Pont. eſt authoritas transferẽdi Epiſcopos, vt ſup. *in d.c.1. &* 2. & quod habitus Pontifex ille omniũ iudicio ſanctiſſimus, rectè protulerit vinculum ſpiritualis matrimonij, quaſi fortius carnale, quod hoc ſoluatur morte; ita vt non teneatur redire ad vxorem ſuſcitans, ſecũdum Apoſtolũ *ad Rom.7.* & communem opinionem, de qua *in tit. de ſecundis nuptiis*, & per ingreſſum Religionis; & conuerſionẽ alterius, vt iam eſt dictum, & infra *in tit. de conuerſ. coniugat.* ſed ſpirituale nõ tollitur per mortem, propter impreſſum characterem, iuxta notata infra *de ſacram. non iterandis*, & per tranſlationem, nõ alias, quàm authoritate ſummi Pontificis, cui ſoli, vt iam dixi eſt authoritas transferendi Epiſcopos. Et hoc inquam eſt quod voluit diſputare Pontifex *in d.c.2. hoc tit.* vt tradunt Zoëſius relatus, & Diana *d.p.11. tract.4.reſ.50. in fine.*

Ad quartam quæſtionis partem, reſpondeo breuiter non poſſe Papam cogere Epiſcopũ, vt de vna Eccleſia, ad aliam trãsferatur, quantumvis Epiſcopus digniſſimus ſit, vt ei pinguius beneficium conferatur, ſi ipſe transferri nolit, niſi alia ſubſit rationabilis cauſa, veluti magnæ vtilitatis Eccleſiæ, vel niſi transferatur, aliquod magnum damnum timeatur, ſiue reipublicæ, ſiue Eccleſiæ: ſic docet Hurtadus, *var. tom 2. tr.12.c.1. §.9. limit.2. n.*1628. Diana *d.p.11. tr.4. dict. reſ.50.* verſ. *& hæc*, addẽtes ſufficere, tamen vt poſſit Pontifex hoc præcipere, quod ſperetur aliqua vtilitas, vel in temporalibus, vel in morum reformatione illius Eccleſiæ, ad quam fit tranſlatio. 9
† Et propter hanc rationem exiſtimant etiam poſſe Epiſcopum cogere parochum digniſſimum vt ſe opponat concurſui alicuius beneficij, aut Canonicatus Magiſtralis. 10

QVÆSTIO III.

Nominatus Epiſcopus nuper à Rege Hiſpano ad vnam Eccleſiam, ad quam electus, & confirmatus à Papa fuit; ad libitum per Conſiliarios in id deſtinatos, tuta cõſcientia proponi valeat ad aliam Eccleſiam, vel an conueniat vt per nonnullos annos primæ ſibi aſſignatæ Diœceſi inſeruiat.

SVMMARIVM.

1 *Tranſlationes Epiſcoporum prohibitæ videntur de iure ſine magna, & vtili cauſa, & ratio faciendæ, à* n.9. *latè.*

2 *Tranſlatio Epiſcoporum recenter electorum in Hiſpania frequens eſt temporibus iſtis, & quare*, n.3.4.5.6.& 7.

3 *Digniores, & expertiores ſunt eligendi ad dignitates, & officia temporalia, & ad Prælaturas, & Epiſcopatus*, vt num.4.5. & 6.

5 *Conſiliarij vulgò* de la Camara *inter alia proponunt ad Regem eligendos in Epiſcopos habiliores, & expertiores, &* n.6. *Sed quando dicantur tales*, n.15.& 16. *& à* n.21.

6 *Experientia pollentes aptiores ſunt ad Epiſcopatus, & Prælaturas, & ſuadetur.*

7 *Epiſcopi iam in vna exercitati Diœceſi peritiores iudicantur aliis non Epiſcopis ad gubernandas maiores Eccleſias.*

8 *Proreges, Conſiliarij, & Curiales, qui iam inſeruierunt in minoribus, vt peritiores ſolent ad officia maiora, & beneficia nominari.*

9 *Tranſlationes frequentes Epiſcoporum ſemper fuerunt contra Concilia, ius commune, & Canones Apoſtolorum, vt* n.10. & 11.

12 *Tranſlationes Epiſcoporum non ſunt faciendæ, niſi magna prouidentia, vt ex Sanctis, & probatiſſimis Doctoribus habetur*, n.13.14.15.16.17.

14 *Bulla Clem.VIII. contra trāſlationes Hiſpanicas.*

15 *Philippus IV. Rex noſter piiſſimus præcipit, ne tranſlationes fiant Epiſcoporum, nec quod ei tales proponantur ad alias Eccleſias cito, niſi poſt octo, aut decem annos, & quare* n.16. *vbi vt reſiſtat, quod ſolet ex officio facere.*

16 *Tranſlationes frequentes damna parturiunt, &* n.18.

17 *Eligendi in Epiſcopos ſunt Clerici habiliores, qui inueniantur in prouincia, & vbi reperiantur*, n.19.

19 *Homines apti ad Epiſcopatus ſolent legere in Conſiliis, Inquiſitionibus, Eccleſiis Cathedralibus, in Religionibus, & in Vniuerſitatibus, de quorum peritia, & experientia, vt* n.20.

21 *Epiſcopi adſcripti gubernio alicuius Eccleſiæ, redduntur habiliores ad tranſlationem in aliā poſt tempus longum, in quo præſtiterunt de vtilitate ſuarum ouium teſtimoniū, vt* n.22.

22 *Experientia in rebus gerendis, non acquiritur tempore breui.*

23 *Proreges ad ſexennium eliguntur, Prætores Regales ad triennium, Auditores, & Conſiliarij ad vitam, qui non transferuntur, niſi poſt tempus longum experientiæ.*

24 *Parochi Toletani nequeunt ad maiora curata ſe opponere in concurſu, niſi tranſacto triennio.*

25 *Regula Datariæ quid aſſueſcat in transferendis Epiſcopis etiam minorum Diœceſum Italiæ.*

26 *Tranſlationes, Epiſcoporum cauſa quæ? Et quid commune habeant cum cauſis renunciationum, & de ambitione palliata, quæ ſolet interuenire.*

27 *Tranſlationes Epiſcoporum appellantur in iure perannicioſæ, quia Clericis auaritiæ, & ambitionis datur occaſio, &* n.28.

28 *Tranſlationes ſunt cauſa, vt Epiſcopi ſint omnino pendentes; ſic vt nec poſſint charam habere ſponſam, nec iuſtam illius gerere curam. Et quid amplius faciant Epiſcopi in damnum eleemoſynarum.*

29 *Epiſcopalis Dignitas æqualis in omnibus Epiſcopis, & ſic vt non ſint transferendi, niſi tantum propter vtilitatem Eccleſiæ, & aliquando ad pauperiorem.*

1 QVia ſub noſtro textu *q.*1.& 2. nonnulla dixi, quibus de iure videntur prohibitæ ſine magna, & vtili cauſa Epiſcoporum tranſlationes, & vſus aliter doceat temporibus noſtris, imò & retroactis ab æuo; ideò adducendo quā breuiter poſſimus fundamenta vtriuſque ſententiæ, reſtabit videre, nùm hæc quæſtio ſit problematica ad partes, an verò de iure propoſita ſit omnino tenenda, etſi cum aliquibus limitationibus.

2 Igitur quod licita ſit quandoque trāſlatio frequēs de Epiſcopis nuper electis ad alias ditiores Eccleſias vltra praxim videtur fundari in nonnullis principiis relatis à D.R.P.M.Fr. Ioan. Martinez Regis noſtri Philip.IV. Confeſſario & in noſtro Cōſilio ſupremo Inquiſitionis Cōſiliario *in ſuo tract. de tranſlat. Epiſc. impugnata*, vbi latiſſimè adducēs Canones antiquos, etiam Apoſtolorum, & quam plures DD. Magni nominis, refert fundamenta nouè propoſita in quodam ſcripto Regis porrecto ſine nomine authoris, quorum præcipua eſſe ſtylum. Item quia quādo iam Epiſcopi v.g. propoſiti ſunt Regi, tunc temporis viſi fuerūt magnis in id deſtinatis Senatoribus, quorum curæ ſolertiæ, & maximæ diligentiæ in ſcrutando incumbit digniores aliis fuiſſe iam electos; & inde deducunt iam nunc, etſi cum non multa experientia gubernij, ſint ſemper aptiores iudicandi, quam quilibet alij, & Doctiſſimi, qui in concurrentia prædictorum nominatorum non fuerunt in conſideratione

poſiti, nec commenſurati, † & faciunt pro hac con- 3
ſideratione vltra quæ adduxi ſupra *ſub Rub. & tit. de elect.* nempe digniores eſſe eligendos ad Dignitates Eccleſiaſticas, & officia temporalia, per verba Trid. Concil. *ſeſſ.6. de reform. c.*1. ibi: *Ad Eccleſiarum regimen onus quippe angelicis formidandum humeris, qui maxime digni fuerint, quorumque prior vita, ac omnis ætas à puerilibus exordiis vſque ad perfectiores annos per diſciplinæ ſtipendia Eccleſiaſtica laudabiliter acta teſtimonium præbeat ſecundum venerabiles Beatorum Patrum ſanctiones.*

Et expreſſiùs *ſeſſ.6. dict. c.*1. ibi: *Ad reſtituendam* 4
collapſam admodum Eccleſiaſticam diſciplinam, deprauatoſque in Clero, & populo Chriſtiano mores emendandos, ſe accingere volens S. Synodus ab his, qui maioribus Eccleſiis præſunt, initium eſſe ſumendum, & *in ſeſſ.24. c.*1. iterum monet ſtrictè electores, vt eligant ad Prælaturas Digniores, & Eccleſiis vtiliores. Et ſic quod cū obligatio eligendi Digniores ad Prælaturas, & Epiſcopatus procedat de iure diuino, & prohibitio trāsferēdi Epiſcopos ſit de iure poſitiuo, iniuſtū eſſet relinquere factum Epiſcopū, vti digniorem, & expertum anteponendo nondum Epiſcopū nominatum, nec expertum. At cum ius illud poſitiuum diſpenſandum pertineat ad ſummum Eccleſiæ Præſulem, cui de examine promouendi incumbit, videtur incongruè impugnari propoſitiones nominandorum per Camariſtas ad Regem factas, ad quem ſpectat ex Regalia ius præſentandi habiliores, ſuper ſcrutinio, quorum dicit ſcriptum, & ſæpius practicatum, ac ſemper viſos digniores Epiſ-

copos actu inſeruientes. † ex his, & aliis, perſuatum 5
eſt grauiſſimos illos viros rectius agere proponēdo Regi ad maiores Eccleſias iam ſemel expertos Epiſcopos. cum ergo *ex optimis viris credibile ſit optima exiſtere conſilia*. vt Herodotus dixit, *l.*3. & propter id tales Cōſiliarij è Latere aſſumantur à Regibus Hiſpanis, & tribunali ſummo Caſtellæ, quorum officiū ſpectat referre ad Regem de decretis, ſiue diſpenſationibus, quæ à ſolo Rege conceduntur, qualia ſunt ætatis venia quarundam pœnarum, condonatio, facultas conſtituendi primogenia, ſiue Maioratus, & mille talia, vt refert, & commemorat Simancas *de Republ. lib.7. c.7. in prin.* vbi ex aliis bonis litterarū Doctoribus, vt Plato, Ariſtotele, Saluſtrio, Herodoto; item ex Nicolao Papa *in c.17. de elect. lib.6.* & ex Trid. *ſeſſ.7. c.18.* prælibat, quæ ſunt neceſſaria dictis Cōſiliariis & inter illa videamus ſcrutari ſubiectos habiliores, quorum tres Regi proponunt, vt vnū de illis nominet ad Eccleſiam, & Epiſcopatum vacantem, credendum eſt in te ſic ardua, & de maioribus, ſiue maximis Reipublicæ ſerio illos curaturos meliores Regi proponere: Et ſic habentes memoriam de Iſocrate in Areopagitico eum illo ad talem ſortitionem, eius verba in promptu habere, ibi: *Nec promiſcuè omnes ad ſortitionem Magiſtratuum admiſerunt, ſed meliores, & ſingulis muneribus obeundis aptiſſimos, adhibito iudicio protulerunt; naſcimur quidem*, ait Plato lib. 2. de Republica, *non admodum ſimiles, ſed differentes inuicem, ſingulaſque ad ſingula opera promptos natura producit, nec omne ſolum fert omnia, nec omnium hominum animi earundem virtutum capaces ſunt*, dixit Architas, S.

que

que Iſidorus *lib.2. ſent.* ſcribens in diuiſione bono-
ium diuerſos percipere diuerſa Dei munera, in fine,
profert ſequentem ſententiam : *Mu era gratia-
rum alij iſta ; alij verò donantur illa, nec dantur ita
habere vni , vt non egeat alterius :* aliã cumulat Si-
manchas ex bonis litteris, & Doctoribus *dicto lib.5.
de Republica c.18.*

6 Quare cum dicti Conſiliarij maiores ex plus ex-
pertis , quales ſunt Epiſcopi , ad quorum primam
creationem, etiam viſi fuerant habiliores, & exper-
tiores , in ſecundo caſu vacantis Eccleſiæ ditioris,
maioriſque Diœceſis Epiſcopos præferant non
Epiſcopis , iuxta illud Ariſtot. *lib.1. Metaphiſica,*
ibi : *Experti certius quod intendunt conſequuntur,
quam ij , qui rationem abſque experientia tenent,* &
ex Pindaro in Olympiis , ibi : *Lemores ſunt inex-
pertorum mentes* , cum Eccleſiaſtico è contra c.34.
*Vir in multis expertus cogitabit multa, & qui multa
didicit enerrabit intellectum , qui non eſt expertus,
pauca recogneſcis, & per varios vſus artem experien-
tia facit , exemplo monſtrante viam* , dicat Mani-
lius *lib. Ariſtonomia* : Aliaque in comprobationem
ex bonis litteris , & authoribus adducat Simanchas
legendus *dicto lib. 5. de Republica cap.11.* ſequitur
dicendum cum Caſſiodoro *lib.10. variar.* in verbis
ſequentibus clamante : *Neceſſarium eſt Reipublica
perſonas Dignitatibus aptas eligere, alioquin ineffi-
cax eſſe ab homine exigere quod agnoſcitur non ha-*
7 *bere.* † peritiores fore ad gubernandam Diœceſim
ampliorem illos , qui iam aliam , etſi per tempus
breue illam gubernaſſent ; ſiquidem nonnullam
experientiam iam neceſſariò acceperint , qualem
non adhuc accipere potuit ille, qui ad talem Digni-
tatem nondum vocatus fuerit , etſi Doctus , aut
Doctior iuxta illud Clementis *lib 1. Stromatum,* ibi:
*Gubernatorem laudamus , qui multarum rerum ha-
bet experientiam , qui mores nouit multorum homi-
num* : nam Taſſus interrogatus , *quid ſapientiſſi-
mum eſſet, Experientia* reſpondit , vt refert Anton.
Meliſſa *lib.1 ſermone* 50. alia plura congerit de ex-
pertorum maiori aptitudine videnda , idem Siman-
chas *de Repub. d. lib.1. toto cap.11.*

8 Et ſic in eligendis hominibus ad officia tempo-
ralia videmus in praxi à Regibus nominari Prore-
ges, qui prius in aliis officiis minoribus inſeruierint,
ad militandum ſimiliter crebrò aſſumuntur ex vete-
ranis militibus maiores Gubernatores militiæ , ad
Cathedras ſuperiores eos , qui in minoribus de ſe
optimum præſtitere morem , ac informarunt de
propria peritia ; & in Archiepiſcopatu Toletano,
vbi degimus, apertam ab æuo practicam habemus,
atque videmus nullo modo Archiepiſcopos de pri-
mo examine conferre alicui doctori beneficiũ pin-
guius , quin potius eleuarint minora beneficia poſ-
ſidentes ad maiora, tanquam expertiores aliis non-
dum Parochis, etſi Doctiſſimis, iſtoſque tunc aſſu-
mere loco tranſlatorum ad dicta maiora beneficia,
quam , & temporibus noſtris proſequitur diſertiſſi-
mè noſter Eminentiſſimus Cardinalis Archiepiſco-
pus D. Balthaſar Moſcoſo, & Sandobal.

9 Pro contraria verò ſententia ſuadent plura , pri-
mo Pontifices in titulo noſtro , vbi cauetur tranſla-
tiones Epiſcoporum rarò faciendas, & non ſine le-
gitima, & grauiſſima cauſa, cùm tranſlationes fre-
quentes ſint, & ſemper fuerint contra Concilia, ius
commune, & Canones Apoſtolorum *ex can. Apoſt.
capa 4.* ibi : *Epiſcopo non licere alienam Parochiam,
propria relicta, peruadere , licet cogatur a plurimis,
niſi forte quis eum rationabili cauſa compellat , tan-
quam qui poſſit ibidem conſiſtentis plus lucri conferre,*
Fermoſin. de Offic. & ſacris Eccleſ. *Tom.1.*

*& in cauſa religionis aliquid profectus proſpicere, &
hoc non à ſemetipſo pertentet , ſed multorum Epiſco-
porum iudicio , & maxima ſupplicatione perficiat ;*
non enim legitur ſemel electos Epiſcopos aſſigna-
tos vnis Diœceſibus tranſlatos fuiſſe ad alias.

Ex Conciliis Carthagin.4.c.7.q.1. ibi : *Epiſcopus* 10
*de loco ignobili ad nobilem per ambitionem non tran-
ſeat , ſanè ſi vtilitas Eccleſia fiendum popoſcerit de-
creto pro eo Clericorum, & Laicorum Epiſcopis por-
recto in præſentia Synodi transferatur* , & ex alio
Concil. Carthag.3.c.38. *de conſecrat. diſt.3. cap. non
licet.* ibi: *Non licet fieri tranſlationes Epiſcoporum,* &
ex alio Antioch. *can.21. &* 22. ibi : *Epiſcopus ab alia
Parochia in aliam ne tranſeat, nec ſe ſua ſponte inge-
rens, nec à populis vi adactus , nec ab Epiſcopis co-
actus, maneat autem in ea , quam à Deo ſortitus eſt
Eccleſia , & ab ea non recedat ſecundùm decretum
prius de ea re editum,* & ex Concil. Sardicen. *tom.1.
Concil. c.1. & 2.* ibi : *Non minus mala conſuetudo,
quam pernicioſa corruptela funditus eradicanda eſt,
ne cui liceat Epiſcopo de ſua ciuitate ad aliam ciui-
tatem tranſire; manifeſta eſt enim cauſa, qua hoc fa-
cere tentent, cum nullus in hac re inuentus ſit Epiſco-
pus , qui de maiori ciuitate ad minorem tranſiret :
vnde apparet auaritia eos ardore inflãmari, & ambi-
tioni ſeruire, & vt dominationem exerceant. Si ergo
omnibus placet huiuſmodi pernicies, auſterius vindi-
cetur, nec Laicam communionem habeat, qui talis eſt,*
& ex Concil. Calcedon. *7.q.1. cap. propter,* ibi : *Pro-
pter eos Epiſcopos, qui de ciuitate ad ciuitatem tran-
ſeunt, placuit definitiones datas à S. Patribus habere
propriam firmitatem,* & ex Concil. Nicen. *c.13.* ha-
bentur verba ſequentia : *Si quis Epiſcopus dederit
operam, vt ex ſua Eccleſia transferatur, non eſt in alia
recipiendus* , & in *c.15.* ibi : *Non oportet Epiſcopum
dè ciuitate ad ciuitatem migrare* , † & ex Patribus, 11
atque Pontificibus patet : nam Euariſt. *epiſt 2 7.q.1.*
in verb. ſeqq. alloquitur, *Sicut vir non debet adulte-
rare vxorem ſuam, ita nec Epiſcopus Eccleſiã ſuam,
id eſt, vt illam dimittat, ad quam ſacratus eſt abſque
ineuitabili neceſſitate , aut Apoſtolica ; aut regulari
mutatione, & alteri ſe ambitus cauſa coniungat* , &
Calixt. Pap. *epiſt.2. Can.3. q.7. c ſi autem,* ibi: *Si autem
vtilitatis cauſa fuerit mutãdus, non per hoc agat, ſed
fratribus inuitantibus, & authoritate huius ſancta Se-
dis faciat, non ambitus cauſa, ſed vtilitatis;* & ſic cõ-
cinunt alia verba Anteri Pontif. *tom.1. concil. fol.351.*
relata *q.1.* ibi : *De mutatione ergo Epiſcoporum vnde
ſcilicet ſanctam Sedem conſulere voluiſtis , ſcitoté
eam communi vtilitati, ac neceſſitati, qui non auari-
tie cauſa, nec ſponte dimittit ſuam , ſed aut vi à pro-
pria ſede pulſus , aut neceſſitate coactus* , quod idem
reſpondit Pelag. *in 2. epiſt. decret.*

Patet ergo ex dictis non ſine magna prouidẽtia, 12
& neceſſitate, atque vtilitate faciendas eſſe Epiſco-
porum tranſlationes, vt iuuant verba Alex. III. relata
in c.1. de renunc. ibi : *Si tuam ſenectutem aut inſuffi-
cientiam conſiderans te, tanquam emeritum poſtulas
relaxari, ſcito nos credere, quod iuſtius ſit hoc tẽpore,
ſi cõmiſſa tibi Eccleſia ſub vmbra ſui nominis guber-
netur, quam ſi alteri noua, incognitæque perſone gu-
bernanda in tanto diſcrimine committatur.* Indeque
procedit quod cum vna Eccleſiâ gaudet optimo
Prælato, non eſt ei auferendus per tranſlationem ad
aliam, maioribus redditibus præmiando Epiſcopum
transferendum : nam vt habetur *in c. ſi ſcias frater.
7.q.1.* plurimorũ vtilitas vnius vtilitati, aut voluntati
præferenda eſt, vt docuerunt Sord. *deciſ.255. n.11.*
Mexia *tractat. taxæ pœnis* , Aviles *in cap. Prætor.
n.6. pag.42.* Menchac. *illuſtr. c.5. n.16.* Cabed. Luſit.

Digitized by Google

deciſ.74.num.5.p.1. Gironda *de priuileg. num.*902. cum aliis noſter R.P.M.Ioan.Martin.alia cumulans eruditè *à n.*1 *ad* 64.apud eum videnda, qui *à n.*42. refert exempla Epiſcoporũ,qui ſe recuſarunt tranſ-
13 ferri ad alias, qui *ex num.* 65. §. 4. & *à num.*74. † ex ſanctis Patribus, & DD. rem hauc clariorem reddit, tum ex Leone Papa *epiſtola* 84. relato, *in cap.ſi quis* 7. *queſt.* 1. ex Sancto Hieronymo *epiſt.* 83. *ad Occean.* ſuper verb. *vnius vxoris vir.* iſte in verbis ſequentibus: *Quidam coactè interpretantur vxores pro Eccleſiis, viros pro Epiſcopis debere accipi, & hoc in Nicæna quoque Synodo à Patribus eſſe decretum, ne de alia ad aliam Eccleſiam Epiſcopus transferatur, ac virginalis paupercula ſocietate contempta, ditionis adulteræ quærat amplexus*: ille autem ibi: *Si quis Epiſcopus mediocritate ciuitatis ſuæ deſpecta adminiſtrationem loci celebrioris ambierit, & ad maiorem ſe plebem quacumque occaſione tranſtulerit, non ſolum a cathedra quidem pellatur aliena, ſed carebit, & propria, vt nec illis præſideat quos cum auaritia concupiſcit, nec illis, quos per ſuperbiam ſpreuit.* Quod & S.Hilarius confirmat in Concil. Rom. *cap.* 2. ibi: *Nullus Epiſcoporum, relicta vna Eccleſia, ad aliam transferat.*

14 Et iuuat magnopere Bulla illa Clement.VIII. expedita Romæ 26.Februarij 1599. incipit: *Chariſſimè in Chriſto*, illico poſt mortem Philippi II. Regis Hiſpaniarum directa Philippo III.in principio ſui Regnatûs, in qua cauetur; aut exhortatur Philippus, ne ad promouendos Epiſcopos de vna Eccleſia ad aliam frequenter pergat ſine cauſa iuſta, & graui, quam refert idem P.M. *num.*282.

15 † Quibus, & alis conſideratis; imò viſo manuſcripto porrecto in fauorem tranſlationum Epiſcoporum frequentiũ Dom.Rex noſter Philippus IV. piiſſimus quidem conſultò conſiderans inconuenientia reſultantia ex frequentibus dictis tranſlationibus, poſt alia verba, quibus decreuit quæ refert D. Mag. *à num.* 179. *& num.* 183. loquens in verbis ſequentibus: *Ordano que de aqui adelante ſe tenga particular cuydado de no proponerme ſemejantes tranſlaçiones, ſin muy caliſicada, y iuſta cauſa, pues de mas de haçerſe en eſto lo que piden las conſideraçiones arriua referidas, nempè que eſtando tan de paſo en ſus primeras Yglesias, no ſe eſtoblaçe el amor, y cariño, que deuen tener a las Yglesias, que Dios les a dado por eſpoſas y conquien tienen contraido verdadero, y eſpiritual matrimonio, y porque tan poco pueden acquerir a quel conoçimiento practico, y ſeguro, que como verdaderos Paſtores deben tener de ſus obejas, ni las cobran a quel amor paternal, que ſe engendra, y perfiçiona con el trato, y enſenança de el largo tiempo para curar ſus enfermedades eſpirituales, y el remedio de las temporales, que padeçieron, ſicado tambien de reparo; aunque en conſideraçion de orden inferior por ſer temporal los gaſtos continuos, que ſe haçen de nuebas Bulas, y mudanças de Caſa, y familia, en lo qual ſin neçeſidad, y ſin fruto ninguno, ſe conſume mucha parte de haçienda, des haçiendoſe el caudal de las Yglesias, que eſta dedicado para el ſocorro y aliuio de los pobres, faltandoſe por eſte medio al cumplimiento de tan prinçipal obligaçion*, concludit *ſub dicto num.*183. cum ſequentibus: *Es bien que entiendan todos los Prelados, que no an de tener aſçenſo, ni dar por tan aſentado las tranſlaçiones, como ſe a practicado por lo paſado, quitandoles la ocaſion de que eſten aſpirando a maior aſçenſo, y con poca quietud y ſoſiego, y deſconſuelo en las que Dios las hadado; pues mi animo, y voluntad, es, que guardando las diſpoſiciones referidas de los ſacros Canones, y ajuſtando las cauſas de las tranſlaciones ſe atienda en ellas, ſolamente al mayor bien de la Yglesia, que es el que deue preponderar a todo*, & D.P.M. carpens, & referens plures tranſlationes Epiſcoporum frequentes *à num.*185.& alia multa damna prouenientia ab eis *ex num.*243.*in* §.9.*& in* §.10. 16
*ex num.*261. † Quod ſunt aduerſus bonum commune huius Regni conſiderans minutatim quot expenſæ magnæ factæ ſunt in tempore paruo de multis Epiſcopis ſæpius tranſlatis, *ſub* §.11. adducens media conuenientia ad reparanda tot damna, refert quoddam aliud decretum Regium miſſum à noſtro Philippo ad ſuos Conſiliarios anno præterito 1656. quo præcepit præciſè in poſterum, niſi poſt tranſactos, atque decurſos, ſaltim octo, aut decem annos, ne proponantur ſibi Epiſcopi pauperiorum Eccleſiarum, vt transferantur ad pinguiores; ſic vt nullomodo dicti Conſiliarij ſupremi; quibus prædicta proponendi cura ſubiectorum habilium noſtrorum Regnorum commiſſa eſt, tales Epiſcopos Regi Patrono, atque nominaturo proponant. Quod ſi forte vacauerit aliqua Archiepiſcopalis, ſiue Metropolitana Eccleſia, aut alia ex maioribus, tunc permittit Rex, vt Conſiliarij proponant ei Epiſcopos antiquiores, cæteris aliis in reſidentia propriarum Eccleſiarum habentes habilitatem, & idoneitatem requiſitam, & ſignanter refert diſpoſitum à Domino Rege. D.R.P.M. eius confeſſarius, cui præcipua cura incumbit ad ſimiles nominationes, & à quo præcipuam informationem pro ſecuritate, & tuitione ſuæ conſcientiæ Dom. Rex expoſcit quotidie, cum apud omnes vulgò auditum, atque ab effectibus reperiatur perſæpius ſolere Regem nullum ex propoſitis à Dominis Conſiliariis nominare, ſiue deſignare; quin potius aliquando mandet, vt iterum alij tres diſtincti ſubiecti proponantur, & aliquando; imò & ſæpius ex officio, omnibus propoſitis omiſſis, nominat alium nunquam ab illis propoſitum, nec forte excogitatum, & hoc ad perſuaſionem D.R.P.M. qui in hac parte vigilantiſſimus ſe habet interrogando quuiam in Vniuerſitatibus, Religionibus, Conſiliis, Inquiſitionibus, in Cathedralibus, aut in aliis Congregationibus habilioribus virtute, moribus, gubernio, & prudentia, cum bono nomine, ab omnibus maioribus etiam melioris nominis, & æſtimationis habiti, & reputati ſint; in hoc ſedulò, & ſine intermiſſa cura laborando, vt res tanti momenti expoſcit, atque requirit, in quibus polleat inter alia requiſita Apoſtoli, de quibus ſigillatim Barboſa *in paſtorali*, & alij infiniti Doctores ab eo relati, illud 1. *ad Timot. c.*3. ibi: *Sed domui ſuæ bene propoſitum.*

Ex quibus iam relinquitur dicendum cum S. 17
Gregorio Magno *lib.* 6. *epiſt.* 16. hanc nominationem faciendam eſſe ex aliis non Epiſcopis Clericis, ſcilicet in verbis ibi: *Commonentes etiam fraternitatem tuam, vt nullum de altera eligi permittas Eccleſia, niſi fortè inter Clericos ipſius Ciuitatis, in qua viſitationis impendis officium nullus ad Epiſcopatum dignus, (quod euenire non credimus) potuerit inueniri.* Si ergo ſentit Gregor. in ciuitate poſſe inueniri Clericos non Epiſcopos, quanto facilius continget in tot Regnis Regi noſtro ſubiectis, vbi degunt ad quamlibet promotionem merendam in numeri ſubiecti vndique ornati iuxta doctrinam Apoſtoli, quod iuuant S.Bernardi verba, *epiſt.*131.ibi: *Si voluiſtis licuiſſe vobis quod illicitum niſi pro magna*

quidem

quidem neceſſitate ſacri Canones indicant tranſlationem Epiſcopi, ſcilicet in Archiepiſcopum conceſſum eſt, expendit idem P.M. *in dicto ſuo tractatu num.67. & 71.*

18 Aliter enim ex frequentibus tranſlationibus cum S. Athanaſio & in Apologet. contra Euſebium ſcribente ad Epiſcopos Alexandriæ in Conſilio congregatos, & inde ad cæteros Eccleſiæ Catholicæ in verbis ſequentibus, dictas tranſlationes reprehendit, & ſeueriſſimè Euſebium Epiſcopum illas approbantem in verbis ſequentibus: *Nos ſcilicet diſcordiam induximus? qui compatimur cum patientibus fratribus, & omnia ſecundum Canonem facimus, an qui contentioſè, violato Canone trecentorum decreta præuaricantur, & per omnia Synodum contemptui habent, cum non ſolum Arrianos recipiant, ſed iam vſu habeant de loco in locum ad Epiſcopatus capiendos tranſilire? ſi igitur vere parem eundemque honorem in omnibus Epiſcopis cenſetis eſſe, nec ex magnitudine ciuitatum* (vt vos ſcribitis) *de Epiſcopis iudicatis, oportuit eum, cui concredita eſt parua ciuitas in ea quæ credita eſt permanere & nequaquam relicta concredita ad eam quæ concredita non eſt tranſuolare, nec eam, quæ adeo data eſt aſpernari, illam verò, quæ hominum ambitu conceſſa eſt magni facere videatur.* Ex quibus verbis conſiderat *dict.* R. P. M. non ſolum impugnare S. Athanaſ. dictas tranſlationes, ſed addere illas tantum ab hæreticis practicari, & præſtat rationem Iuridicam ſanctus in illis verbis Apoſtoli, *Si alligatus es vxori, ne quæras ſolutionem; quod ſi hoc de vxore dictum eſt quanto magis de Eccleſia, atque adeo de Epiſcopatu, cui enim quis alligatus eſt, alium quærere non debet, ne adulter in ſacris litteris deprehendatur*, iuxta quæ in textu noſtro, & aliis vtuntur Pontifices Romani prohibentes dictas tranſlationes, vt iam retulimus.

19 Nec verendum eſt à Dominis prædictis Conſiliariis maximis in tot dilatatis Prouinciis deficere nonnullos ſubiectos adhuc non Epiſcopos, quibus deficiat ſcientia, & experientia neceſſaria ad prædictam Diœceſum curam peragendam, diligenter, ac ſedulò, ſunt enim in Cathedralibus præter Canonicos dictos affectos, alios multum habiles, & experiſſimi ad ſimilem curam; quippe de illa ſemper loquentes, perquirendo diligenter de ſolertia, aut ignauia Epiſcoporum, primam laudantes, ſecundam vituperantes. Sunt etiam in Conſiliis, Magiſtratibus, Religionibus, & Vniuerſitatibus alij admodum prudentiores, & doctiores non Epiſcopi, à quibus pro ſedandis propriis ſcrupulis, ſolent actu Epiſcopi conſulere, & eorum reſolutioni ſtare.

20 Si fortè in iſtis conſideretur à Dominis Conſiliariis, vt poſtponantur iam Epiſcopis gubernij, & adminiſtrationis, tam curæ ſpiritualis, quam rerum temporalium, non eſt difficile, vt conſiderent Doctores de Vniuerſitatibus, & earum Patres Magiſtros ſæpius in Clauſtris loqui circa bonam rei familiaris adminiſtrationem; religioſos inquam iam habiles ad Epiſcopatus, qui non videt in propriis religionum domibus ſuperiores pro gubernio extitiſſe, vt cæteros ſubditos alerent, Canonicos, & Dignitates Cathedralium inter alia grauia colloquuntur perſæpius, bis ſaltem in hebdomada de rebus ad rem familiarem ſpectantibus, & maxima cum notitia, & experientia minimarum, quorum reparatione, nedum temporalia minuuntur; imò creſcunt in conſiliis, inquiſitionibus, aliiſvè Senatibus, quis non videt ad omnia periti ſſimos ſubiectos inueniri videri, atque experiri, cum ſint deſtinati ad cæteros alios de Republica gubernandos circa rem ſpiritualem & temporalem, vt ſic in omnibus dictum Apoſtoli *Domui ſuæ bene præpoſitus*, mirum in modum polleret pluresque ex illis digniores fore ex prima Regum nominatione ad maiores Eccleſias.

Necobſtant adducta *à num.1.* quia, etſi non ſit 21
negandum prius Epiſcopos nominatos, & electos habiliores pro tunc fuiſſe à Dominis Conſiliariis habitos, & conſideratos, & ſic exercitio Epiſcopali Curiæ in Diœceſibus, quibus iam inſeruierunt, maiori experientia pollere ad gubernandam Eccleſiam, atque Diœceſim ampliorem in ſubditis regundis, & ex aliis ſupra conſideratis, & quæ valeant conſiderari. Sed negari non poterit huic rationi, aliiſque fundamentis præponderare in actu practico fundamenta Iuridica ſuperius hic relata impugnantia dictas tranſlationes; quia etſi dicatur transferendos carere ambitionis cupiditate (quod non eſt facile, vt dictum eſt, & dicemus) quia ipſi tranſlationis prætenſores non extiterunt, cum dicti Domini Conſiliarij ſint, qui à proprio officio, cura atque ſolertia bene informati illos proponunt ad Regem modo dicto. Tamen non inde fugant damna, inconuenientia, ſumptus, pauperum deſertiones, fatuamque experientiam,
aliaque, † quæ in tam paruo tempore reſidentiæ 22
curæ paſtoralis, potuerunt acquirere prædicti Prælati, potius fortè attenti ad curandum de bono vſurpato nomine reſonaturo in auribus dictorum Conſiliariorum quàm de acquirenda plena ſcientia, atque experientia morum, rerum, bonorum, atque malorum totius ſui Epiſcopatus, quod tempore breuiori, & ſine ingenti, atque repetita, ſolertique diſquiſitione nunquam acquiritur, præcipuè apud nos Hiſpanos, vbi Diœceſes magni diſtrictus ſunt, & ſub quibus latent infinita, quorum ieiuni ſolent etiam diligentiores Epiſcopi viuere adhuc poſt prolongatam reſidentiã; imò etſi per ſe annalem viſitationem feciſſent in ſingulis Eccleſiis, atque oppidis totius ſuæ Diœceſis, eamque per alios ſingulos annos repetiſſent, vt nos experti ſumus à longæua quidem experientia Diœceſum, in quibus degebamus per annos, ſcientes plura loca, præcipua, aſpera, & montuoſa nunquam gauiſa fuiſſe, etſi aliquando ſemel, aut iterum ab alio fortè Epiſcopo illo paſtu ſpirituali circa morum correctiones, edocendos pueros, & alias ruſticitiores frequentes inibi pullulantes, præcipiendo, vt opera pia ab aliis relicta impleantur, & ea, quæ ſunt curæ Epiſcopalis perficiantur; in paruo quidem tempore hæc implebuntur à Prælato? neſcimus, an poſſit, quo timebimus, ne incidatur, aut ex parte transferendorum, aut illos proponentium, vt transferantur, in illo S. Cyrilli *lib.12. de adoratione & cultu*, in verbis ſequentibus clamantis. *Sin verò in mea quidem ſententia, qui mundo viuentes, ac eius curam gerentes, veluti patriam ſibi ſtatuunt; ea quod quæ carnis ſolum ſunt cogitant, & terræ tantum, ac ſola fide erga Chriſtum colunt; ac quantum ad verba attinet, boni, & pij; quantum verò ad opera, & mores longè admodum à vera pietate remoti. Mercenarij autem rurſus, qui; id ipſum quod credunt; non ex reuerentia, qua veritati debetur faciunt, ſed veluti mercedem quandam Chriſtianiſmi ſimulationem, vt aliis placeant captantes, & eis vnde aliquid commodi ſpectant curas adulantes ſubeunt, ac pietate quæſtum faciunt, eaque lucri ſtudium palliantes, veluti laruati incedunt.* Quibus & concinit, vt refert idem

R. P. M. *dict. tract. ſub num.* 248. *&* 249 Hugo *ſu-*
per cap. 30. *Eccleſiaſt.* ibi: *hoc exponitur de malo*
(complectens Virginem) *id eſt Prælationem, vel*
Eccleſiam (duobus brachiis) *ambitionis, & cupi-*
ditatis (aſpirans) *ad maiorem Dignitatem, vel*
maiores diuitias.

23 Si enim Proreges ad ſexennium nominantur,
Prætores ad triennium; imò & in illis deſignantur
Auditores Audientiarum, atque Cancellariatum, è
quibus ad Conſilia ſuprema ex indiæ Miniſtris,
Italiæ, & ex aliis noſtrorum Regnorum Senatibus,
tranſlatio fit frequentiſſima, ſit mora plurium an-
norum, cum videamus iſtos per octo, decem, &
viginti annos inibi commorari antequam transfe-
rantur, vt peritiores longa experientia, & collo-
quutione Collegarum, etiam peritiſſimorum, do-
ctiſſimi & habiliſſimi inueniantur, & hoc quando
ſunt alij Collegæ, ſiue conſocij, quorum pruden-
tia error aliorum ex coniudicibus ſanatur; quanto
plus conueniet ne per ſaltum Epiſcopi de vno in
alium, & deinde ad alios Epiſcopatus volent cum
tam euidentiſſimo damno Ouium, quas regere in-
24 cipiebant, necdum cognitas, vt opus erat. † Nonne
inquam videmus, in hoc Archiepiſcopatu Toleta-
no, vbi incolunt tot Parochi erudiriſſimi, virtuti-
bus conſpicui ad minos per conſtitutionem ſynoda-
lem regere primas ſibimet Parochiales aſſignatas
per triennium completum, ſic vt eo nondum tranſ-
lato, prohibiti ſint à concurrentia aliorum legiti-
morum prætendentium, qui etſi curſo peracto, li-
centiam conſequantur ſe opponendi, quique Ar-
chiepiſcopo, ſuiſque gubernij Miniſtris bonum
teſtimonium præſtiterint de doctrina, & moribus,
quibus ſubditos Parochianos imbuerunt; non inde
certi ſunt de tranſlatione inſtantanea ad alia curata
pingoiora; quippe ſolent plerique concurſus per
alios plures annos frequentare, & non aſcendunt,
nec transferuntur, ſic vt multi defeſſi proprias pri-
mas Eccleſias cum maiori, atque interiori amore
perttactent, quàm quod re vera, & ex corde fece-
rint vſque ad illud tempus, in quo acceperunt cer-
tam ſcientiam propriæ inſcitiæ, ne dicamus ſubdo-
læ ambitionis, aut deſiderij amplioris facultatis;
imò vt audimus, atque idem Pater Magiſter *in dicto*
tractatu repetit §. 11. *n.* 271. (vbi mentionem facit de
quibuſdã viris Doctiſſimis, qui à primo motu digni
fuerũt maiorum Eccleſiarũ, etſi aſſignati fuiſſent in
25 minoribus) † regulam eſſe datariæ Romanæ Curiæ,
vt nullus poſſit conſuli ex Epiſcopis ad aliam Ec-
cleſiam, ſuper aliquot annos in prima non viueret,
degeret, atque proficeret, dicens in Epiſcopis Ita-
liæ, etiam practicari, etſi non dilatione; eo quod
Epiſcopatus minimi ſunt, & breuiſſimi territorij,
non pingui diuitiis, viſitationis facillimæ; quique
non grauantur expenſis immoderatis, ſicut aliter
de noſtris Epiſcopis videmus, qui per primas no-
minationes penſiones ſoluendas, tranſlationes, &
eleemoſinas neceſſarias faciendas, & erogandas,
ſemper pauperiores viuunt, ac vicent, etſi per lon-
giſſimum ſuæ vitæ tempus in primis viuerent Eccle-
ſiis, non curando de ſe transferendo; quod ſi deſi-
derent, quo pacto poterunt effugere illas immode-
ratas expenſas, quæ obueniunt ab expeditione Bul-
larum, & ab eadem tranſmigratione, vt omnes
cantant.

26 Etſi non negando locum tranſlationibus dari,
quæ aliquando licent per eas cauſas, quibus eſt re-
nuntiare Epiſcopatui, de quibus dico latè infra *in*
cap. niſi eſſent de renunciat. contentæ in ſequenti

Debilis, ignarus male conſcius irregularis
Quem mala plebs odit, dans ſcandala cedere
poſſit.

Ex quibus quatuor primæ tranſlationis caſus non
adaptantur, etſi duo vltimi poſſint, & præcipua ſit
vtilitas communis Eccleſiæ, ad quem tranſlatio fiet,
vt diximus. Reſtat conſiderare, num plebs odium
parturiat in Epiſcopum, dans Epiſcopis cauſam
ſcandaloſam, quod de nonnullis Epiſcopis, etiam
temporibus noſtris audiuimus, & audimus hoc mo-
do procedere, vt auditis à Rege quærelis ſubdito-
rum; item, & à Conſiliariis, de illorum tranſla-
tione cogitant, ſed quam abſurdè nemo eſt qui
non videat; eo quod tales Epiſcopi vtuntur ea am-
bitione palliata, qua vtuntur etiam in ſecunda, &
tertia Eccleſia, vt citius tranferantur ad vltimam
ditiorem, quibus in pœnam melior eſſet curſus in
prima (vt ſic deſtituti, reſtituerentur ad frugem
melioris exempli, quo curarẽt de amando ſubditos,
illaſque primas Diœceſes vtiliter, ac laudabiliter
adminiſtrare; cauſæ autem legitimæ in iure agnoſ-
cuntur ad legitimas tranſlationes, vt ſi continuis
bellis, vel crebris hoſtium incurſibus deuexentur
ex cap. trib. de conſecrat. dict. 1. vel ob intemperiem
aëris, *cap. quorundam dist.* 74. Tertio ob malitiam
populi, ſuum Paſtorem, & Epiſcopum proſequen-
tis, & malè tractantis *cap. ita vos* 25. *q.* 2. *cap. ſicut* 7.
quæſt. 5. aliter enim factas ambitioſas exiſtimari di-
xit Hoſtienſ. *in hoc tit. num.* 6. in verbis ſequentibus,
Hic tamen notandum eſt quod eo ipſo quod quis ad
maiorem Eccleſiam tranſit, cauſa ambitioſa præſu-
mitur, cap. *ſi quis Epiſc.* 7. *quæſt.* 1. dum ait quod
nullus de maiori tranſire velle præſumitur ad mi-
norem.

Et huc ſpectant alia Azotis verba ſupra *dicto* 27
cap. 30. ibi: *Modò verò frequentiores ſolent eſſe Epiſ-*
coporum tranſlationes aliis de cauſis, quæ quales hæ
ſunt, & quàm iuſta viderint ipſi, qui reſoluit ibi
cautum eſſe, niſi ex iuxta, & debita cauſa, & au-
thoritate legitima transferatur, vt conſtat ex Conci-
liis. Porro huiuſmodi Epiſcoporum tranſlationes,
iura, pernicioſas appellant; quia Clericis Auaritiæ,
& ambitionis datur occaſio, per eas enim cogitan-
do de tranſitu ad aliam Eccleſiã, fiunt quaſi alieni,
& mercenarij Paſtores, quod infeſtiſſimum eſt, vt
conſiderarunt grauibus verbis Nauar. *in tract. de*
reddit. Eccleſ. q. 2. *cap.* 25. *in verſ. moneo*, non excu-
ſantes à peccato ſe transferentes de loco ſalubri. Fr.
Eman. Rodriguez *in ſum. cap.* 10. Machado *in ſum-*
ma tom. 2. *lib.* 4. *p.* 6. *tract.* 1. *docum.* 2. Bellarmin. *ad*
Clem. 8. quem refert Diana *p.* 11. *tract.* 4. *miſcel. reſ.*
40. eius verba referens, & illa Clem. 8. ad Bellarmin.
Nos cum difficultate transferimus, & non deſiſtimus
monere Principes per nos, & per Nuncios noſtros.
Henriquez *tom.* 2. *lib.* 10. *cap.* 34. Hurtado *reſol. mor.*
tom. 2. *tract.* 12. *cap.* 1. *num.* 1627. Sebaſtian. Cæſar. *in*
relect. de Eccleſiaſt. hierarch. Reginald. *in ſumma tom.*
2. *lib.* 30. *tract.* 13. *c.* 15. Layman. *tom.* 2. *lib.* 4. *tract.* 2.
cap 11. *num.* 8. Hoſtienſ. *hoc tit. num.* 5. idem Diana
optimam præſtans rationem *dicto tom.* 11. *tract.* 4.
reſ. 40. Vaſquez *tom.* 3. *in* 3. *p. D. Thoma diſp.* 241.
cap. 7. *in fine.* Suarez *tom.* 3. *de religione lib.* 1. *c.* 16.
Salon. *de iuſt. tom.* 1. *quæſt.* 63. *contr.* 3. *ad* 4. Aragon.
in 2. 2. *de iuſt. q.* 63. *art.* 2. Syluestro *in ſumma* verbo
Electio, num. 15. Armila *in ſumma eodem verbo n.* 23.
Medina *in ſumma lib.* 1. *cap.* 16. §. 1. *fol.* 223. & ante
illos D. Thomas *in* 2. 2. *q.* 184. *art.* 6. *& q.* 185. *art.* 4.
& quæſt. 188. *art.* 7. & *opuſculo* 18. *cap.* 19. *&* 20. &
ſuper Ioan. *cap.* 10. *lect.* 3. & ſuper 1. & 2. Chorint.
cap. fin. Caietan. ſuper D. Thomam *quæſt.* 184. *art.* 4.
qui

qui in verbis ſequentibus, vt condolens alloquitur *quare redeant qui promouentur, etiam ſine proprio appetitu ad ſeipſos, & penſent ſi aliquis horum defectum occurrit.*

28 Vnde optimè Magiſter Dominic. de Soto *de iuſtitia lib. 3. q. 6. art. 2. poſt 9. concluſ.* dicens mutationes iſtas, & aſcenſus, quanto fieri poſſe cauendus, quod fomentum ambitionis ſubminiſtrant, addit illas eſſe cauſam, vt Epiſcopi ſint omnino pendentes, quare nec poſſe claram habere ſponſam, nec iuſtam illius gerere curam, nec eſſe Paſtori ætatem in cognoſcendis, ſubmotandiſque nouis, ac nouis gregibus tranſigenda: & ſic Nauarr. *ſupra* inter alia concludit in verbis ſequentibus, *Quanto quod oues cognitas vitius gubernare poſſunt, quam eas, quæ nondum cognoſcunt, nec ſciunt quanto tempore cognoſcent; & ita gratius inſeruiet in eis Domino, niſi alia cauſa aliud ſuadeat, &c.* quibus concinunt alia Aragnn. *ſupra* in verſ. *tertio*, qui in verſ. *ſecundo* aliud damnum refert ſignatum ſupra, nempe quod ſpectantes has mutationes, inducuntur ad colligendas pecunias, ad Bullas, & alias expenſas, & ſumptus faciendos in pinguiori Epiſcopatu, quem ſpectant, & ſic non ſubueniunt pauperibus prioris Eccleſiæ, ſicut tenentur, quod hiſce temporibus expertus ſum in quodam Epiſcopo ſe excuſante ab eleemoſyna eroganda propter ſumptus Bullarum; quouſque reſtitueretur in illis mihi aliquando reſponſum præbendo quaſi egrè ferens relationem alterius Epiſcopi nimis ælеemoſinarij; & hoc ſic contigiſſe abundando alias nimis diuitiis patrimonialibus, ac redditibus proprij Epiſcopatus, quæ morte præoccupatus incōſiderate amiſit, & poſt de alio Prælato, qui cum recolligeret tempore breuiſſimo ſummam magnam redituum, comperimus ad hanc curiam miſiſſe famulum confidentem, vt curaret de nouo aſcenſu ad Eccleſiam tunc vacantem; *non enim* ait Bellarmin. vbi ſupra ad Clem. 8. vt refert Diana *dict. p.* 11. *reſ. 4. tract. 4.* Miſcell. *Epiſcopi Eccleſias diligunt, quas breui ſe deſerturas, ſperant, vt ad alias commodiores tranſeant.*

29 Cum ergo dicat Hieronym. *epiſt. 85. ad Euagr.* eiuſdem meriti Epiſcopum fore, eiuſdemque Sacerdotij, ſiue Romæ, ſiue Eugubij, ſiue Conſtantinopoli; quia potentia diuitiarum, & paupertatis, humilitas, vel ſublimiorem, vel inferiorem Epiſcopum non facit, quod ſunt omnes Apoſtoli ſucceſſores, cui concinit S. Athanaſius ſcribens Epiſcopis Antiochiæ, vbi ſupra, ac refert R. P. M. §. 7. *num.* 129. & 130. & docet Aragon. *dict. 22. de Iuſt. q. 63. art. 2.* non eſſe eligendum digniorem ad pinguiorem Eccleſiam, cum vacant duæ Eccleſiæ; quia in his electionibus ſit habenda ratio profectuum animarum, quam redituum temporalium, cum finis principalis electoris, non debeat eſſe Dotare, vel præmiare electum, ſed prouidere maiori neceſſitati animarum, & Vaſquez *dicta diſp.* 241. *cap. 7.* inter alia addat Pontificem ſine cauſa quemquam transferendo non tantùm peccare, ſed etiam tranſlationem eſſe irritam, & inanem; ſequitur optimè reſponſum fuiſſe anno 1559. & 1560. Philippo II. Regi Hiſpaniarum, vt teſtatur idem R. P. M. ſupra *num.* 98. & 99. in verbo *mudar Obiſpos* à ſuo Confeſſario interrogato in ſequentem ſententiam: *ſin graue Ocaſion no ſe deuen mudar los Obiſpos, porque con eſperança de eſto necobran elarmo que deuian a ſus Igleſias, y peligra mucho lo eſpiritual, y aun lo temporal de los Obiſpados*: quibus patet quam difficulter, & cum qua cauſa, tranſlationes fieri valeant.

AD TITVLVM
DE AVTHORITATE, & vſu Pallij.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Archiepiſcopus quis dicatur?*

2 *Metropolitanus quis dicatur*, & o. 3. *idem quod Archiepiſcopus* n. 4. & 5.

3 *Metropolis Ciuitas quæ ſit?*

6 *Pallium Archiepiſcopale, quod ſit; eſt enim commune Patriarchis, & Pontifici: & in quibus diebus eo vtantur*, n. 7. *& in Miſſarum Solemniis*, n. 8.

9 *Archiepiſcopus ſine Pallio nequit obire quæ ſunt poteſtatis: vbi quæ ſint.*

10 *Pallium recipit Archiepiſcopus à Romano Pontifice.*

HVIc titulo poteſt applicari integra ma- 1
teria de authoritate, officio, Iuriſdi-
ctione, ac dignitate Archiepiſcopo-
rum. Eſt enim Archiepiſcopus dictus
Epiſcoporum Princeps; quia omnibus ſuæ Prouin-
ciæ Epiſcopis præeſt *cap. Clerus* verſ. *Archiepiſcop.*
diſt. 21. † Metropolitanus dictus eſt etiam à men- 2
ſura Ciuitatum, quia decem, aut vndecim Ciui-
tates, & totidem Epiſcopos ſub ſe continere ſolet,
vt ait Pelagius relatus *in cap. ſciatote 6. quæſt. 3.* † 3
Et melius ſecundum alios dicitur à matrice Ciui-
tate; quia Metropolis dicta eſt, quaſi mater Ciui-
tatum. Eſt enim Ciuitas illa, quæ caput Prouinciæ
exiſtit, & Metropolitani Sedis, & Diœceſis, vt
aduertit contra Iſidorum Couarruu. *pract. cap.* 19.
num. 1. Barboſa *de poteſtate Epiſcopi p.* 1. *tit.* 1. *c.* 6.
num. 12. † Etenim Archiepiſcopus, & Metro- 4
politanus idem ſunt, vt innuit Ordo Romanus,
tit. qualiter Epiſcopus in Romana Eccleſia ordinetur, vt benè colligitur *in cap. paſtoralis de officio*
Ordinarij, vbi abundè noto. † Et Barboſa agens 5
latè *de Iure Eccleſiaſt. p.* 1. *cap.* 7. reſpondet *à num.* 6.
Iſidoro *in dicto cap. Clerus* verſ. *Ordo*, vbi videtur
conſtituere inter hos differentiam; aduertit verò
ibi *num. 6. in fine*, fieri poſſe, vt aliquis Archiepiſ-
copus non ſit Metropolitanus, veluti ſi nullum ha-
buerit ſuffraganeum, ſicut non habet Ruſanen. &
Lancianen. Archiepiſcopi.

Vnde iam ad propoſitum huius Rubricæ, & ti- 6
tuli, erit dicendum inter inſignia, quæ competunt
Archiepiſcopis annumerari Pallium, iuxta aliqua
quæ ſignanter adduxi ſupra *in cap. ſuffraganeis* tit.
de electione, quod eſt ſpeciale ornamentum Ar-
chiepiſcoporum, quo in Miſſarum ſolemniis ſuper
veſtem Sacerdotalem vtuntur, quod Patriarchis
etiam, & Romano Pontifici eſt commune, ſed
diuerſimode: cum per eam veſtem ſignificetur, &
conferatur Pontificalis officij plenitudo, iuxta tex-
tum *in cap. niſi hoc tit.* Romanus Pontifex ſemper,
& vbique in Miſſarum ſolemniis Pallio vti poteſt,
iuxta textum *in cap. ad honorem hoc tit.* † Patriar- 7
cha autem, ſeu Metropolitanus ſolum in Eccleſiis
ſuæ Prouinciæ, iuxta textum *in cap.* 1. *cap. cum ſis*,
cap. ex tuarum hoc tit. cap. Pallium diſt. 100. etiam in
loco exempto Clem. Archiepiſc. *de priuilegiis*, non
autem

*cap.fin.hoc tit.*ibi , quod tam in tua,quàm in aliena
Diœceſi , & melius *in cap.cum ſis hoc tit.*ibi : *vbi-
cumque fueris in Miſſarum celebrationibus conſtitu-
tis diebus ſolemnibus vſum Pallij , per quem pleni-
tudo Pontificij deſignatur , poteris liberius exercere.*
2 † Verum dici debet *ex cap.quod ſicut 28.§.ſuper eo
de elect.& ex cap.bona 4.in fine de poſtulatione Præ-
lator.* in verſ. *& eundem Archiepiſcopum* , vt non
poſſit Archiepiſcopus ante receptum Pallium Or-
dines conferre ; eo quòd *in dicto §.ſuper eo* , Ponti-
fex dicit, vt non tanquam Epiſcopus, ſed tanquam
Archiepiſcopus videatur Ordines conferre : & ſic
ante acceptum Pallium eos conferre , & alia Pon-
3 tificialia exercere non poſſit. † Imò textus *in dict.
cap.bona,*fortius decidit Archiepiſcopum tranſlatum
in aliam Eccleſiam , antiquo Pallio , vti non poſſe,
nec ſua vti poteſtate, ante nouum acceptum, quod
intra propriam Prouinciam ſuos ſubditos ordinan-
do , de plano procedit.
4 Nec obſtant textus *in dicto cap. pen. & fin. hoc
tit.* quia etſi aliqui deducant Archiepiſcopos , etiam
in aliena Prouincia vti poſſe Pallio de conſenſu
eius , ad cuius declinat Prouinciam , iuxta textum
5 *in cap.ex tuarum in fine hoc tit.* † Tamen repug-
nat textus ille, ſi aduertas procedere, ſuppoſito ſpe-
ciali priuilegio , vti etiam contingit *in cap.1.hoc tit.*
nam cum decidat , vt in proceſſionibus , quando
proceſſionaliter Archiepiſcopus Eccleſiam exire
contigerit , Pallio vti non poſſit ; licèt ex Priuilegio
à Romano Pontifice aliquando conceſſum legatur,
vt in proceſſionibus vtatur Pallio , ſicut aduertit
Durantius *in rationali Diuinorum Officiorum cap.9.
ad finem.*
6 Quare melius reſpõdendum eſt cum gloſſa *in di-
cto cap.pen.& fin.*quam ſequuntur Doctores com-
muniter , vt verba illa generalia *dict. cap. pen. vbi-
cumque fueris,*reſtrigantur ad terminos habiles ; ſci-
licet intra Prouinciam , iuxta doctrinam *gloſſa 1. in
l.1.cod.de ſacroſanct. Eccleſ.*& *gloſſa fin. in cap.1. de
conſtit.* proſequitur Barboſa *de Iure Eccleſiaſt. p.1.
cap.7.num.107.& 108.*idem etiam tenet *in dict.cap.
penult.num.2.* ſic cum Riccio *de præminentia Ar-
chiepiſcop.dignit.priuileg.21.*verſ.*iſtud tamen.*
7 Ad ſecundam partem quæſtionis , quod qui ſe-
mel habuit Pallium vnius Archiepiſcopatus , ſi ad
alium transferatur , & iterum redeat ad primum,
nouo indigeat Pallio, affirmat Rodericus à Cugna
in comment.ad textum in cap. Pallium 10.diſt. 100.
& ſequitur Barboſa *de Iure Eccleſiaſt. p.1. cap. 7.*
8 *num.*122.nihil addens. † Sed reuera probatur,nam
ſi Archiepiſcopus renunciauit Archiepiſcopatui,
non poteſt illo amplius vti , ſed retinere penès ſe,
vt cum eo ſepeliatur:ſic docet idem Barboſa *n.*100.
9 † Et confirmatur ; quia ſi Archiepiſcopus ad aliam
Eccleſiam tranſlatus eſt, non poterit vti Pallio prio-
ris Eccleſiæ , nec Pallio ſui prædeceſſoris defuncti,
nec tranſlati ; ſed opus eſt vt iterum pro noua Ec-
cleſia , in quam eſt tranſlatus aliud obtineat ; ſic vt
nec antea poſſit Pontificialia exercere docent Ca-
ſtald. *in praxi Ceremon. lib.1.ſect.10.num.12.* Lay-
man. *de præl. Eccleſ.elect.cap.14.q.160.*
10 Nihilominus in caſu de quo inquiritur poteſt
adhuc dici, vt ex quo rediit ad idem Archiepiſco-
patum ; poſſit vti eodem Pallio , quo antea ibi
vſus fuerat. Et videbis quæ notat Barboſa *in cap.3.
hoc tit.ſub num.4.* in verſ. *diſputat* circa caſus , de
quibus hic diſputo.
11 Ad tertiam quæſtionis partem de Archiepiſcopo,
qui ſponte ſua ſuo ſe Epiſcopatu abdicauit , ſi ite-
rum ad eandem Eccleſiam eligatur , nùm alio in-
digeat Pallio. Quo in caſu reſpondet cum hac
diſtinctione Rodericus à Cugna *in dict.cap. Pal-
lium diſt.*100. nam ſi poſt factam renunciationem,
& à Papa acceptatam , alius eſſet prouiſus litteris
expeditis , & tunc cogeretur ad ſuam Eccleſiam re-
dire , indigere nouo Pallio ait , vt ſequitur , & re-
fert idem Barboſa *dicto cap.7.num.123.* Quæ con-
cluſio confirmari poteſt ex dictis , & pro contraria
ſententia facit conſideratum in fine præcedentis du-
bij, nam eo quòd coactus fuit redire ad primam Ec-
cleſiam , videtur reſtitutus cum Pallio , quo antea
in ea vſus fuerat. Verùm pro prima ſententia fa-
ciunt ſequentes caſus : Primus,quòd Archiepiſco-
pus , qui renunciauit Archiepiſcopatui , exercens
Pontificialia , tam in Prouincia , quàm alibi , non
poterit vti Pallio , etiam ſi Epiſcopi permitterent;
quia vt notant Doctores illo Pallio amplius vti non
poteſt , etſi debeat illud apud ſe retinere , & cum
eo ſepeliri ſub capite ipſum tenendo : nam Archie-
piſcopus extra ſuam Prouinciam , nequit Pallio
vti , etiam de licentia Ordinarij illius Diœceſis , in
qua reperitur , Caſtaldus ſupra *dict.cap.14 n.13.*
Diana *p.3.reſ.37.*verſ.*adde tract.6. Miſcel.* † Et 12
Veneius *in examine Epiſcop.lib.4.cap.10 num.12.*te-
net vt ſi Archiepiſcopus , fiat Epiſcopus , non poſ-
ſit vti Pallio , cum aliis Barboſa *dict. cap. 7. nume-
ro 121.*
Secundus caſus eſt , vt Archiepiſcopus , qui re- 13
nunciauit Epiſcopatui , & ſic loco , & non dignita-
ti , non poſſit exercere Pontificialia in Diœceſi, &
Prouincia renunciata , etiam cum conſenſu Archie-
piſcopi Succeſſoris & ſuffraganeorum ; ſed tantum
exercere Pontificalia cum conſenſu prædictorum,
quemadmodum in aliis Diœceſibus de conſenſu
Diœceſanorum ; quia illo Pallio amplius vti non
poteſt. † Sed nec tenere penès ſe , vt cum eo ſe- 14
peliri , probat cum aliis idem Barboſa *dict. cap. 7.
de Iure Eccleſ.num.109.& 110.* addens *num. 111.*
ante receptionem Pallij nihil interim de Eccleſiæ
prouentibus recipere poſſe, vt *in Extrauag.2. in fi-
ne de elect.inter commun.*& faciunt pro hoc vltimo
quæ notaui *ſub cap.9.& 15.de elect.* † Et confir- 15
mantur hæc *ex cap.ad poſtulationem , de renunciat.*
vbi Archiepiſcopo Rugen.propter periculum vitæ
renuncianti Eccleſiam , non autem Dignitatem,
Pontifex concedit exercere Officia Pontificalia , &
negat ei expreſsè vſum Pallij : de quo , & aliis plu-
ra congerit Diana *p.3.tract.6. Miſcel.reſ. 37.* verſ.
adde.
Ad quartam quæſtionis partem, vt ſi detur euen- 16
tus , in quo aliquis Archiepiſcopus perdat Pallium
ſuum à Pontifice acceptum , vel caſu igne combu-
ratur , dicendum eſt vt poſſit abſque illo Pontifi-
calia munia exercere , & multis fundamentis affir-
mat Rodericus à Cugna *in dict.c.Pallium diſt.100.*
quem ſequitur Barboſa *de Iure Eccleſiaſt.p.1. dict.
cap.7.num.124.* Sed Veneius *in examine Epiſcop.
lib.4.cap.10 num.19.*videtur aſſerere , quod debeat
petere aliud à Summo Pontifice : vtramque ſenten-
tiam refert Diana *c.3.tract.6. Miſcel. dict. reſ. 37.*
verſ.*notandum.* † Et ego vtramque probabilem 17
reputo ; quia prima iuuatur ex eo , quod ſi ordina-
tus ſemel , perdat titulos , adhuc poterit miniſtra-
re in ordinibus ; & ſic fiet caſu propoſito : nam ex
quo ſemel aſſumpſit Pallium à Pontifice , ſi caſu
perdatur , aut concremetur , eodem Archiepiſco-
patu retento , nec vnquam renunciato , quid mi-
rum vt abſque nouo Pallio queat adminiſtrare. † 18
Pro ſecunda ſententia facit , nam illud datur in ſig-
num dignitatis , quo vti debet Archiepiſcopus in
non

Digitized by Google

nonnullis ſolemniis, vt ſupra retuli. Igitur eo amiſſo, ſeu combuſto eget alio, nec tunc oberit caſus adductus de amittente titulos ordinis; quia ordinatus ſolum eget titulis ad probandum ſe talem in foro exteriori, non in interiori, in quo virtute Characteris, ſemper, & vbique poterit miniſtrare. Alia inquam poſſent adduci in confirmationem vtriuſque ſententiæ.

19 Ad quintam quæſtionis partem, de qua aliquid dixi *ſub quæſtiuncula* 3. ex Veneto, & Barboſa, nempe vt Archiepiſcopus, factus Epiſcopus, nequeat amplius vti Pallio. Et hanc ſententiam adhuc retinendo eam probo ex iam adductis dubiis, ſecundo quia Pallium eſt ſignum proprium poteſtatis, & dignitatis Archiepiſcopalis, vt habetur, *in cap. niſi hoc tit.* vbi quod Archiepiſcopus ante Pallij ſuſceptionem, non poteſt ſe vocare Archiepiſcopum: nam, vt multis probat Barboſa, *ibi*: Archiepiſcopale nomen, & plenitudo Pontificalis officij per

20 Pallium transfertur. †Et addit *n.2.* quod Archiepiſcopus ante Pallium acceptum, non ſortitur nomen

21 Archiepiſcopi.† Et ibi *num.*4. quod Archiepiſcopus non poteſt ſine Pallio ea munera obire, quæ ſunt poteſtatis, ordinis vel iuriſdictionis, de quo iam ſupra *in Rubrica.*

22 Tertio probatur, nam vt apparet ex textu *in cap. bona memoriæ el ſegundo de poſtulat. Epiſcop.* vbi gloſſa aduertit Pallium datum perſonæ contemplatione loci, vnde eſt priuilegium ſingulare, & indiuiduum reſpectu ſingularis, & indiuiduæ poteſtatis Pontificalis, ſicque ex prædicto capite cæremonia-

23 le Romanum *lib. 1. cap.* 16.† Tenet quod Archiepiſcopus ad alium Archiepiſcopatum tranſlatus, non poteſt vti Pallio priori, vt iam dixi, & docent Azorius *inſtit. moral. p.* 2. *lib.* 3. *cap.* 34. *queſt.*8. Chuchus *inſtit. canon. lib.* 4. *tit.* 6. *num.* 5. cum multis alis. Diana *dict. p.* 3. *tract.* 6. *miſcel. dict. reſ.* 36. *in prin.* inferens à fortiori illo vti minimè poſſe, ſi ad Epiſcopatum tranſlatus fuerit, cùm non ſit amplius Archiepiſcopus, cui vt dictum eſt, non ſolùm vſus Pallij conceditur ratione perſonæ, ſed etiam ratione loci, & docet in terminis Venerus *in examine Epiſcop. lib.* 4. *cap.* 10. *num.* 12. vbi quærens ſi Archiepiſcopus, fit Epiſcopus, poſſit ne vti Pallio, negatiuè reſpondetur; eò quòd Pallium ſit ſignum ſoli Archiepiſcopo debitum. Nec obſtare ait dicere aliquos Archiepiſcopos ad Epiſcopatum tranſlatos vſos eſſe Pallio; quia reſpondet hoc illos effeciſſe ex priuilegio ſummi Pontificis, qui Epiſcopis etiam aliquando vſum Pallij concedit, adducens textum quo vult id apertè probare *in cap. cum in iuuentute de præſumpt.*

24 Ex quo vltimo infero quod licèt Pallium ſit proprium inſigne Papæ Metropolitanorum, Patriarcharum, & Primatuum, vt obſeruant Azor. *inſtitut. mor. cap.* 34. *p.* 2. *lib.* 3. *in princ.* Moſcon. *de Maieſtate milit. Eccleſia p.* 1. *lib.* 1. *cap.* 8. *pag.* 234. *ad finem*: tamen aliqui Epiſcopi ex particulari Papæ indulgentia Pallio vtuntur, & ſunt Epiſcopus Hoſtienſis; quia Papam conſecrat, & eo vtitur ex inſtitutione Marci Papæ, Papienſis in Lombardia, Lucenſis in Tuſtia, Bambergenſis in Germania, quinque Eccleſienſis in Vngaria, vt referunt Cæremon. Roman. *lib.* 1. *cap.* 8. verſ. *debent*, durant in rationali Diuin. *lib.* 3. *cap.* 17. *num.* 13. *ad finem*. Moſcon. *dict. cap.* 8. *pag.* 236. *Littera* G. Barboſa *in cap. fin. huius tit. num.* 3. verſ. *illud*, idem *de Iure Eccleſ. cap.* 7. *p.* 1. *num.* 203. Marchin. *de ſacram. ordin. tr.* 4. *cap.* 9. *num.* 1.

QVÆSTIO II.

An Archiepiſcopus, Patriarcha, ſeu Legatus Apoſtolicus, poſſint habere Baldachinum, & excommunicare eos impedientes. Et an Pallium, & Baldachinum ſint idem. Et num in propoſito e quo loquimur, ſit ſcribendum Pallium, *vel* Paleum. *Et an Archiepiſcopi vtantur etiam aliis inſignis præter Pallium?*

SVMMARIVM.

1 *Baldachinum num ſit Pallium, ſeu tegmen, id eſt ſolium.*
2 *Regina Sabba quæ verba protulerit ſalutando Salomonem Regem.*
3 *Thronum Regum, ſiue ſolium quid, & qui tractent.*
4 *Proreges vtuntur inſignis Imperatorum.*
5 *Inſignia Pontificis fuerunt communicata in feudis legatibus.*
6 *Legatus de latere, eſt imago Papæ.*
7 *Archiepiſcopi æquiparantur Præſidibus prouinciarum, & Ducibus, & habent ſub ſe Epiſcopos*, num.8.
8 *Duces habent ſub ſe plures Comites.*
9 *Baldachinum debet habere Archiepiſcopus, quo vſus fuit, etiam Imperator valentinianus, illudque donauit Archiepiſcopo Rauennatenſi.*
10 *Patriarcha, & legatus de Latere, vti poſſunt Baldachino.*
11 *Archiepiſcopos impedientes, vti Baldachino, poſſunt cenſuris plecti, &* n.18.
12 *Cenſuræ relaxantur ex cauſa ardua vi honoris,* num. 17.
13 *Honoris quæſtio eſt cauſa ardua.*
14 *Honor, & honeſtas pari paſſu cum vita ambulant.*
15 *Honoris intereſſe, eſt maior alio.*
16 *Honorem non præſtans punitur, vt ad inſtar ſacrilegij.*
19 *Baldachinum, & Pallium differunt; illo vtuntur etiam ſæculares, hoc non item.*
20 *Pallium num inſcribatur Paleum, & quæ differentia vtrinſque,* n.21.
21 *Paleo accepto illico competit Archiepiſcopis Crucem deferre per totam ſuam Prouinciam, & cum dant benedictionem ſolemnem; & tunc ſunt ſine Mitra: & qualiter deferatur,* n.23. *limitatur præſente Legato,* n.25.
24 *Crux præcedit cum Archiepiſcopus recipitur à Canonicis in ſua Eccleſia, & inter illam nullus medias, niſi Dignitates, & Canonici.*
25 *Archiepiſcopus in ſua prouincia vtitur Mozzeta violacea, benedicit ſubditos manu dextera eleuata intra ſuam Prouinciam occurrentes, diuinaque officia celebrat* n.27. *ſedem collocando,* n.28.
29 *Archiepiſcopus iuriſdictionalia non exercet in Prouincia ſine conſenſu Epiſcoporum.*

PRimam quæſtionis partem nouam, & à nemine hucuſque per tractatam ex propoſito ſcribit

Martha *de iuriſdic.p.2.cap.fin.* vbi *num.1.* dicit Baldachinum apud antiquos Romanos non inueniri, & dicit vt ſit vox Itala, quam ſolum *in lib.1.ſacrarum cæremoniarum Eccleſiæ, cap.de conſecratione, & coronatione ſummi Pontificis*, & *cap. de proceſſione Pontificis, & Cæſaris per vrbem in pluribus locis*:& ibi refert quod aliqui ex noſtratibus Pallium appellarunt:& dicit ibi *num.6.* Baldachinum eſſe tegmen
2 ſolius Principis in throno ſtantis, ſiue incedentis.† Et refert quod Regina Sabba ſalutando Salomonem *3.lib.Reg.cap.10.verſ.9.* dixit, *Sit Dominus tuus benedictus, cui complacuiſti, & poſuit te ſuper thronum Iſrael; eo quod dilexerit Dominum in ſempiternum, & conſtituit in Regem, vt faceres iudicium*
3 *& iuſtitiam*;† vbi gloſſa ait thronum Regis tegmine adornatum eſſe, & abundè proſequitur de thronis, & tegminibus, ſeu ſoliis Regum: & refert *n.8.* quæ erant inſignia Romanorum Regum ex Poli-
4 doro,& Caſſaneo, *num.13.& 14.* † quòd Proreges vtuntur omnibus inſignis Imperatorum.
5 Et quòd inſigia Principis fuerunt communicata in
6 feudis regalibus.† Et *n.17.* quòd Legatus de Latere, eſt imago Papæ: & *n.25.* quòd Patriarchæ æquiparantur Regibus.
7 Et cum Archiepiſcopi æquiparentur Præſidibus Prouinciarum, vt dicit gloſſa *in cap.1.de officio Ordinary lib.6.* propterea venit dicendum in propoſito, vt in actionibus publicis, quas faciunt Archiepiſcopi, vt tales ita ineundo, vt proceſſionibus ſolemnibus, ſicut ſtando coram vniuerſo populo debeant habere Baldachinum; quia æquiparantur Ducibus, vt tradit Corrad. *in templo iudicum lib.1.c.4.*
8 *num.2.* † Nam ſicut dicit Martha *ſupra* Duces habere ſub ſe plures Comites: ita Archiepiſcopum habere plures Epiſcopos, ſufficereque etiam, ſi vnum tantùm habeat; etenim *lex Regia 15.p.2.tit.5.*
9 vocat Archiepiſcopum Ducem Epiſcoporum. † Et quod Archiepiſcopus debeat habere Baldachinum probat Gambara *in tract. de authoritate Legati lib.2. §. aliud noſſe num. 149.* vbi ex Sabellico *Æneadum 8. lib. in fin.* dicit Imperatorem Valentinianum illico vſum fuiſſe, & donaſſe Archiepiſcopo Rauennatenſi: & ibi dicit veriſſimile eſſe Conſtantinum, vel alios Imperatores donaſſe cæteris. Sed quatenus ad Archiepiſcopum pertinet putat Martha *dict.cap.fin.num.31.* ſeruandam eſſe conſuetudinem loci, quam pro affirmatiua ſatis iure fundari poſſe ait. Ego enim dubito nùm Baldachinum ſit idem, ac Pallium, quod à Pontifice Archiepiſcopo hodie traditur in ſignum poteſtatis, & Dignitatis Archiepiſcopalis.
10 Et licet Patriarcha,& Legatus de Latere poſſint vti Baldachino; eo quòd ſunt maiores Archiepiſcopis in Dignitate, vti probat Martha *de iuriſdictione diſt.2.p. dict. cap.fin.* benè probans *à num.23.* & patet ex his, quæ noto infra *de legatis in tit.de legato & in cap.antiqua*, vbi de Patriarchis,& de his dixerim etiam ſupra poſſe Pallio vti, vt notaui *in Rubrica*: tamen adhuc dubito, num Baldachinum ſit idem quod Pallium, de quo *in titul. noſtro.*
11 Ad ſecundam quæſtionis partem, nùm impedientes Archiepiſcopos, Legatos, ſiue Patriarchas, vti Baldachino, ſeu Pallio, vel alios ſupremos Magiſtratus vti ſuis inſigniis, quæ ſibi de iure, vel conſuetudine debentur, poſſint cenſuris affici, & eſt
12 affirmandum per textum *in cap.ſi quis diſt.94.* † Et probatur; quia cum cenſuræ relaxentur ex cauſa
13 ardua, Trid. *ſeſſ.25.cap.3.* † & quæſtio honoris dicatur cauſa ardua, per textum in ſui ratione, *l. inimicitia in fin.ff.de his quibus vt indignis*,† & honor 14
& honeſtas, tanto pretio habendi ſint, vt pari paſſu cũ vita ambulẽt, *l. Iuſta ff.de manumiſſ.vindicta*,† & 15
intereſſe honoris ſit maior alio honore. Caſſaneus *de gloria mundi p.1. conſideratione* 10. tanto magis
† quia de iure ciuili qui non præſtat honorem puniendus ſit, prout eſt caſus *in l.ſinguli; & in l.ſciant ff.de officio diuerſ.iudic. & in l.1. cod. de domeſt. & protect. lib. 12.* vt pœna ſacrilegij ſimilis ſit, ſi his honorificentia non deferatur, vt conſiderat Martha *dict.p.2.cap.fin.a num.32.& 33.* ſequitur † ergo di- 17
cendum, vt ſi non præſtetur ſibi debitus honor, poſſit cenſuras relaxare; quia tunc non eſt iudex, ſed iuris executor cenſetur, ſicut agnoſcit Innocent *in cap.ex parte de verb.ſignif.& in cap.noſer de elect.* gloſſa *in cap. Romana de pœnis lib. 6.* latè Gundiſaluus de Villadiego *in tract. de legato quæſt. 7. numero 37.* proſequitur Martha vbi ſupra *dicto numero 33.*
Vbi dicit vt poſſint excommunicari tales impe- 18
dientes dari propria inſignia, & debitum honorem præſtari, vt decet; imò ait Marta, vt poſſint totam prouinciam afficere interdicto, donec paruerint: ſic probans cum Boërio *in tract.de poteſtate Legati de Latere §. de throno Dei n.17.* addens vt interim non ſit conſulendus Pontifex ſummus.
Ad tertiam quæſtionis partem ſuppoſitis latè 19
actis de Pallio ſupra *in Rubrica,& tota quæſtione 1. hoc in cap.* nunc dico breuiter, quòd ſi aliqui ex noſtratibus Baldachinum Pallium appellarunt cum Albericus *in Rubrica Cod. de ſacroſanctis Eccleſ. num. 4.* quærens vtrum Principes benedicendi in nuptijs, vti debeant Palliis Eccleſiæ; item & Gundiſaluus de Villadiego *in tract. de legato*; quærat vtrum Legatus de Latere, qui vtitur eiſdem inſigniis, quibus Papa, debeat proceſſionaliter recipi ſub Pallio, intelligentes hoc de Baldachino. Tamen cum Baldachinum ſit ornamentum, etiam Principibus ſæculi in ornatum appoſitum, vt videtur ſentire Martha, *dict.cap.53.p.2.de iuriſd* ideo videtur dicendum, vt Baldachinum, & Pallium, quo Archiepiſcopi vtuntur, differant inter ſe, etſi confundantur.
Ad quartam quæſtionis partem communitèr re- 20
ceptum eſt, vt Pallium tanquam ornamentum Archiepiſcopis aſſignatum inſcribatur duplici, L, vt videri poteſt ex inſcriptione Tituli noſtri, & *ex cap. bona 4. de poſtul. Prælator.* & *ex cap.ad poſtulationem de renunciatione, cap.ſuffraganeis 11.de electione*: tamen non eſt reiiciendus Abbas † qui *in* 21
Rubrica huius tituli dicit Pallium quod datur Archiepiſcopis, ſcribendum eſſe per vnum L, & litteram *E.* ita vt dicatur *Paleum*, quod eſt propriè dignitatis,& Pallium ſit honeſtatis,& honoris; quod etiam Laicis competit, iuxta textum *in cap. ſuſcepimus hoc tit.* vt citat Martha *dicta 2. p. de iuriſdict. cap. 53. ſub numero 4.* quem textum in toto tit. noſtro non inuenio, quæ ſententia mihi non diſplicet.
Ad vltimam quæſtionis partem reſpondeo bre- 22
uiter, quod poſt ſumptum Paleum, & non aliter, competit Archiepiſcopis aliud inſigne, nempe Crucem dominicam ante ſe deferre tranſeuntes per totam Prouinciam, etiam in locis exemptis iuxta textum *in dicto cap.antiqua de priuilegiis. Clem. Archiepiſcopo, eodem tit.* etenim ſtatim accepto Paleo, eleuatur Crux ad benedictionem; Caſtaldus *in praxi cærem.lib.1.ſect.10.cap.10.n.17.* vbi ſubdit

quod ſemper cum Archiepiſcopus in ſua Prouincia
dat ſolemnem benedictionem, defertur ante ipſum
23 Crux, qui tunc erit ſine Mitra. † Sic etiam vt ſta-
tim, ac intrat in ſuam Prouinciam faciat ante ſe
Crucem deferri per aliquem ex ſuis Capellanis
24 imagine Sanctiſſimi Crucifixi ad ſe conuerſa. †
Imò & cum in Cathedrali recipitur à Canonicis
Crux præcedit; itavt inter Crucem, & Archiepiſ-
copum nemo ſit, niſi dignitates, & Canonici, tra-
dit Barboſa *de Iure Eccleſiaſt. p.1. cap.7. num.126.
& 127.* vbi *num.125.* cum Quaranta *in ſumma Bull.*
verb. *Archiepiſcopus*, dicit vt portent Crucem in ſua
25 Prouincia, etiam extra viſitationem. † Limitans niſi
eſſet præſens Legatus Papæ, vel Cardinalis, non
Legatus, ſeu Nuncius cum facultate Legati de la-
tere.
26 Item etiam Archiepiſcopus in tota ſua Prouin-
cia vtitur Mozzeta Violacea ſupra Rochetum aper-
tum; & ſubditos occurrentes per totam Prouin-
ciam benedicit dextra eleuata, & extenſa, ſignum
Crucis formans, etiam in loco exempto *dict. clem.
Archiepiſcopo, de priuileg.* Quaranta *verbo Archie-
piſcopi authoritas, verſ.29.* vbi intelligit, tam de be-
nedictione ſolemni per illa verba *ſit nomen Domini
benedictum*, quàm de ſimplici, quæ iterando præ-
27 ſtatur † & etiam vt habetur *in dicta clem. Archie-
piſcopo*, poterit ibi Diuina officia in Pontificalibus
28 celebrari facere; Quaranta *verſ.30.* † Vbi aduertit
quod pro celebratione in Pontificalibus poteſt col-
locare ſedem; quia ſpectat ad honorem Epiſcopa-
lem, & eſt de acceſſoriis ad celebrationem, & pro-
ſequutus Barboſa *dicto cap.7.* dicit *num.132.* quòd
his Pontificalibus vtitur ſine Iuriſdictione, exerci-
tio, vel officio, vt Miſſam celebrando, vel præ-
29 dicando. † Tamen ſi Iuriſdictione, vel officio vti
vellet, id non poſſet ſine licentia Epiſcopi, vel
Superioris loci exempti, vt ordinare, chriſmare,
degradare, vel ſimilia faciendo, vt probat gloſſa
Magiſtr. *in dicta clem. Archiepiſcopo*, & tenent
Pauinus *de viſitatione p.2. quæſt.4.* Couar. *in pract.
cap.9. ſub num.2.* vbi intelligit, etiam ſi vellet illa
exercere in ſubditum ſuum, non ſolum in loco
exempto, ſed etiam in Diœceſi ſui ſuffraganei.

QVÆSTIO III.

*An Archiepiſcopus poßit lite pendente vti
inſignis Archiepiſcopalibus. Et an Pal-
lij traditio per obiectum, crimen queat
retardari. Et an ſi Archiepiſcopus faciat
ea, quæ ſibi proueniunt ex Pallio ſine eo
valida ſint?*

SVMMARIVM.

1 *Archiepiſcopus lite pendente, quando vtatur
inſignis Archiepiſcopalibus, vbi de Epiſ-
copo Cantuarienſi, n.2.*
3 *Extrauagans vnica de vſu Pallij.*
4 *Paleum accipere tenetur intra tres menſes à die
Conſecrationis, quod non datur, niſi inſtan-
ter petenti, & exigentibus meritis: vbi de
formula illud tradendi; & quod Sixtus IV.
illud tradidit manibus propriis Patriarchæ
Conſtantinopolitano: & qua forma petitur,*
num. 5.

FAcit pro affirmatiua textus *in cap. 1.* vt lite 1
pendente nihil innouetur, vbi Archiepiſco-
pus Euoracenſis, de quo ibi, potuit vti inſigniis Ar-
chiepiſcopalibus pendente lite, & priuilegio præ
ſe ferendi triplicem Crucem per integrum Archi-
epiſcopatum, eo quòd in illa poſſeſſione erat inuen-
tus, & lite pendente nihil ſit innouandum, vt *ibi*
dixi, & ex traditis *in cap. bona 51. de appellat.* † 2
Nec turbatur prædicta deciſio, eo quòd ad petitio-
nem Epiſcopi Cantuarienſis ante litem inchoatam,
iam præceſſerat prohibitio Alex. III. contra Euo-
racenſem Archiepiſcopum, vt non poſſet illo iure
vti; quia reſpondetur vltra Abbatem *in dicto cap.1.*
vt non obſtante illa prohibitione Archiepiſcopus
poſſit per totam Angliam inſigniis illis vti; quia
cum prohibitio prædicta fuiſſet impetrata abſque
citatione, & cauſæ cognitione; ideo non tenuit,
cum nemo nec à Principe ſine cauſæ cognitione à
commodo ſuæ poſſeſſionis priuari poſſit, iuxta tex-
tum *in c.1.* cum aliis *de cauſa poſſeſſ. & proprietatis,
& in tit. de reſtit. ſpoliator.* itaque cum ſine cauſæ
cognitione Alex. III. prohibuerit, id factum fuit,
vt cauſa iam cognita reformaret in melius; ſic vt
lite pendente Archiepiſcopus non priuaretur poſ-
ſeſſionis commodo vtendi, nempe per totam An-
gliam inſigniis illis vt docet Graña *in dicto cap.1.
vt lite pendente ſub num.5.*
Ad ſecundam quæſtionis partem; quia ſatis ſit 3
per Extrauag. vnicam huius tituli, vbi Doctores,
quos ibi refert Barboſa; ideo vlterius non inquiro.
Et pro ornamento illius deciſionis, & affirmatiuæ
ſententiæ applicabis quæ latiſſimè notaui *in cap.
teſtimonium de teſtibus*, vbi an teſtes eo ſolo quod
in eos ſint crimina obiecta expellendi ſint à teſtifi-
cando: & in terminis idem Barboſa *de Iure Eccle-
ſiaſt. p.1. cap. 7. ſub num.110.* in verſ. *non retarda-
tur.*
Notabis pro complemento quod Archiepiſco- 4
pus infra tres menſes à die conſecrationis, tenea-
tur à Romano Pontifice Pallium accipere. Non
enim Pallium datur niſi inſtanter petenti, & exi-
gentibus meritis, vt multis probat Barboſa *de Iu-
re Eccleſiaſt. p.1. cap.7. num.114. & 115.* qui *n.116.*
ponit formulam tradendi Archiepiſcopis Pallium,
& ea quæ ſubſequuntur, *Ad honorem Dei omnipo-
tentis, Beatæ Virginiſque Mariæ, & Beatorum
Apoſtolorum Petri, & Pauli, & Domini Papæ
N. Eccleſiæ Romanæ, & Eccleſiæ N. tibi commiſſæ
tradimus tibi Pallium de corpore Beati Petri ſump-
tum in plenitudinem Pontificalis Dignitatis, vt vta-
ris eo intra Eccleſiam tuam certis diebus, qui expri-
muntur in priuilegiis Eccleſiæ tuæ conceſſis à Romana
Eccleſia.* Et Maſcon. *de Maieſtate militaris Eccle-
ſiæ lib. 1. cap.8.* verſ. *Ego N.* ponit non ſolum for-
mam, qua quis nomine proprio Pallium petit, ſed
etiam quando per Procuratorem ſuum, quod ſem-
per multis precibus eſt petendum, latè agit Mar-
quin. relatus à Barboſa, & de ceremoniis, quibus
traditur plura ſcribit Caſtaldus *in praxi cæremon.
lib.1. ſect.10. cap.10.* Chriſtophorus Marcel. *in cære-
mon. Romano lib.1. cap 8.* vbi dicit ſe vidiſſe Six-
tum IV. manibus propriis dediſſe Pallium Patriar-
chæ Conſtantinopolitano Hieronymo Landro
Veneto, quod iudicauit Pontifici indecens. † 5
Forma enim, qua petitur, eſt quæ ſubſe-
quitur *Ego N. electus Eccleſiæ inſtanter, in-
ſtantius, & inſtantiſſimè peto mihi tradi, &
aſſignari Pallium de corpore Sancti Petri ſum-
ptum, in quo eſt plenitudo Pontificalis officij.* Et
tunc

nunc traditur ſub forma relata, de his formis, Azor. *lib.3.moral. c.34. q.3.* qui copioſè de Paleo ſcribit, *lib.8.tit.2.moral. cap.33.* & de dignitate Archiepiſcopi *cap.34.* & qui de his ſcribant ponit idem Barboſa *in princ.huius tit.n.1.& 2.*& *de Iure Eccleſiaſt. p.1.dict. c.2. num.fin.*

6 Ad tertiam dico *ſub cap. 3.* verſ. *dubium tamen eſt.*

Ad Text. in cap. II. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Paleum ſuum nequit Archiepiſcopus alteri accommodare,* n.3.

2 *Metropolitanus vnus, non ſepelitur cum alterius Paleo, & tranſlatus ſepelitur cum Paleo ſecunda Eccleſiæ.*

1 TExtus hic probat quod Archiepiſcopus nequit accommodare alteri Archiepiſcopo Paleum ſuum, cum infinitis tenet hic Barboſa *n.1.& fin.* vbi dicit quod poterit illud accommodare, vt
2 videatur; & ex verſ. *ſepeliri, n.2.& 3.* † dicit cum Quaranta,& Azor.quod vnus Metropolitanus non poteſt cú alterius Paleo ſepeliri. Et quod paleatus, ad aliam Eccleſiam tranſlatus, ſepelitur cum Paleo ſibi ſecundo conceſſo, quorum omnium ratio latè
3 deſumi poteſt ex notatis ſupra *ſub c.1. & Rubr.* † Nam cum Paleum detur in complementum dignitatis, & peti debeat ab electo inſtanter, & inſtantius, euenit vt ſi illud accommodetur alteri Archiepiſcopo, eo vti nequeat.

Ad Text. in cap. Niſi ſpecialis III. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Archiepiſcopus ſine Paleo, quæ nequeat facere,* & n.2.

3 *Archiepiſcopus poteſt ſuffraganeum ſuum electum per alios Epiſcopos ſuffraganeos conſecrare, & alia Pontificalia per alium exercere,* n.4.

5 *Archiepiſcopus exercens iam conſecratus ante Paleum acceptum, ea, quæ ſunt ordinis validè facit; ſecus ſi non ſit conſecratus.*

6 *Archiepiſcopus ante Paleum receptum, num vti queat diſpenſandi poteſtate.*

1 HVius textus deciſio ſatis, ſoperque intelligitur, & exornatur ex adductis ſupra *in dicta Rubr. & ſub dicto cap.1.* & cum notet hic Barboſa *n.4.* ſicut etiam iam dixi *ſub dicto c.1.* quod Archiepiſcopus non poteſt ſine Paleo ſua munera exercere, quæ ſunt poteſtatis, ordinis, vel iuriſdictionis; indequè ſequi, vt non poſſit nominare, nec conuocare Concilium, nec Chriſma conficere, nec dedicare Baſilicas, ordinare Clericos, & Epiſco-
2 pos conſecrare, † qui etiam addit *de Iure Eccleſ. Fermoſin. de Offic.& ſacris Eccleſ.* Tom.I. *cap 7.p.1.à num.112.& 113.* vt nec poſſit perſoluere alia munia ſui Officij, quæ non tanquam Epiſcopus ſimplex, ſed vt Archiepiſcopus facere videretur *ex cap. quod ſicut §.penult.in fin.de electione,* Caſtaldus docet *in praxi caremon.lib.1.ſect.10.c.10. à num.16.* ſequitur Barboſa, vbi *dicto num.12.in fin.* addit, vt poſſit alia exercere, ſi fuerit confirmatus, probans *ex cap. ex tranſmiſſa de elect.* vbi nonnulla
notaui. † Verum idem Caſtaldus *dicto cap* 10. *n.3.* 3
dicit quòd poteſt ſuffraganeum ſuum electum per alios Epiſcopos ſuffraganeos conſecrare *ex cap.ſuf-*
fraganeis eodem tit. de elect. & alia Pontificalia per 4
alium exercere, dummodo non ſit in mora petendi Paleum, ad cuius petitionem dati ſunt tres menſes, ſic declarando textum *in cap.priſca diſt.*100.

Dubium verò eſt an ſi Epiſcopus faciat ea, quæ 5
ſibi prouenium ex Paleo, abſque illo valida ſint,& firma. Quo in dubio Azor. *inſtit. moral. p.2.lib.3. c.34. q. 6.* reſpondet ſub diſtinctione: nam ſi ante Paleum acceptum erat conſecratus rata, & firma manere quæ fecit circa poteſtatem ordinis,& Chriſmatis, docet; peccare tamen ait contra Canones,& Iura. Quod ſi conſecratus non fuerit inania, & fruſtratoria opera exercere refert ex D.Roderico de Acugna *ad textum in cap. non ſolum diſt.*100.& ad textum *in cap.Paleum dicta diſt. n.2.* idem Barboſa hic *ſub n.4.*verſ.*quæris*,vbi diſputauit à Cugna alias quæſtiunculas, de quibus *ſub c.1. q.1.*

Item etiam Doctores per textum noſtrum diſ- 6
putant an Archiepiſcopus ante Paleum receptum poſſit vti diſpenſandi poteſtate: videbis Sanchez *tom.2. moral. lib.4. de voto cap.37.& cap.38. à numero* 8. Chuchum *lib.4. inſtitut.moral. tit.6.*& licet negatiuè quod Archiepiſcopus ante Pallium receptum non poſſit vti poteſtate diſpenſandi cum nullam iuriſdictionem habeat in Diœceſi niſi quatenus eſt Archiepiſcopus, & ſic cum ante Pallium non conferatur nomen & inde nec conferri vſum Pontificalis ordinis nonnulli exiſtiment; tamen verius eſt poſſe Archiepiſcopum in votis ſæcularium diſpéſare ex ordinaria poteſtate, quia tantum interdicuntur ante Pallium receptum cogere Concilium & exercere quæ ſunt ordinis Epiſcopalis, vt conſtat *ex cap.quod ſicut §.ſuper eo, de electione,* indequè Pontificem dicere *in cap. ſuffraganei de electione*, integrum eſſe Archiepiſcopo nondum recepto Pallio committere alicui Epiſcopo conſecrationem ſui ſuffraganei, quaſi ea commiſſio ſit actus Iuriſdictionis, vbi gloſſa poſt caſus poſitionem *notab.* 2. ait per Confirmationem concedi Archiepiſcopo ea quæ ſunt Iuriſdictionis, & ſic Hoſtienſis *in dict. cap. ſuffraganei n.* 3.& 9. vbi Ioannes Andreas *num.* 8. Antonius Abbas *num.*1. Bald. *num.*1. *in fine*, Cardinalis *in vnico, oppoſitione* 1. *in fine primæ oppoſitionis*, Aocharanus ſtatim *in princ. notabil. vnico*, & Thomas Sanchez *dict. cap.*28. *num.9.lib.4.ſumma*, tenent poſſe Archiepiſcopum nondum recepto Pallio exercere ea quæ ſunt Iuriſdictionis.

* * *

Ad Text. in cap. Ad honorem IV. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Paleo ſemper, & vbique vtitur Papa, inferiores ſolum certis tantum diebus.*

1 HIc docet Pontifex quòd Papa ſemper, & vbique vtitur Paleo, ſed alij inferiores certis tantum diebus; & ratio differentiæ; quia Papæ competit poteſtatis plenitudo, ſuper omnes Eccleſias orbis vniuerſi, vt probat multis Barboſa hic *num.*1. *&* 2. Sed pro materia de his, quæ ad Papæ poteſtatem ſpectant, adiunges, quæ dixi *ſub cap.nouit* 13.*in tota eius parte* 1.*de iudiciis*, vbi videbis, & de puncto textus noſtri nonnulla *ſub Rubrica, & ſub cap.*1.*hoc tit.*

Ad Text. in cap. Ex tuarum V. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Palei vtendi extra Diœceſim conſuetudo facultatem non præſtat, niſi Papæ licentia, aut Ordinariorum.*

2 *Dubia aliqua hic remiſſiuè, &* n.3.

4 *Diſpoſitio non ceſſat, ex quo vnum de duobus impedimentis ceſſat.*

1 PRobat textus hic vt conſuetudo non poſſit facere quòd extra ſuam Diœceſim quis vtatur Paleo, niſi de licentia Papæ, & licentia Ordinariorum & de ratione ſatis, tam *in Rub.*quàm *ſub c.*1. dixi. Verùm quia hic quatenus Pontifex improbat conſuetudinem contrariam, vt corruptelam, poteris, adiungere plura, quæ adduxi *ſub c.*2.*de iudic.& c.*8.*eodem*,& *in c.*9. & alibi *de foro comp.*item & *in c.*2.*de probat.*& quæ notaui ſupra *in Rubrica, & tit.de conſuetudine*, præcipuè *in c.ex parte*,& *in c.fin.eodem*,vbi quæ ſint conſuetudines reprobatæ, vt corruptelæ: ſed impugnatur ex dictis infra *ſub cap.*6.

2 Et quia Barboſa notat hic *n.*2.in verſ.*nos tamen de ſpeciali gratia indulgemus*,quod priuilegia Principum,dum tangunt iura concedentium,debent latiſſimè interpretari; ſecùs quando damnum, vel præiudicium tertij. Ideò applicabis ad primum quæ noto per textum ibi *in c.cum dilecti* 6.*de donationi-*
3 *bus*. † Ad ſecundum quæ notaui ſupra *in c.illa quotidiana* 39.*de elect.circa finem*: vbi an Princeps,de plenitudine poteſtatis tertio noceat, ac de aliis *in c. per venerabilem qui filij ſint legitimi*: aliqua *ſub tit. de reſcriptis*,& *ſub tit.de priuileg.*

4 Item Barboſa hic *n.*3.notat,quod vbi duo impedimenta,vel requiſita ſunt,non ſufficit ceſſare in illis vnum,vt ceſſet diſpoſitio,quia vbi ſunt duo impedimenta quempiam repellentia,ſi vnum illorum ſublatum ſit,alterum autem ſuperſit,hoc æquè illum repellat,ac ſi ambo ſubſiſterent. Cui modo dicendi adiunges quæ latè dixi *in c.cum dilecti filij* 6.*de dolo,& contumacia*,& *in c.cum ceſſante* 60. *de appellat.*

Ad Text. in cap. Cum ſis VI. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Archiepiſcopus vbique intra Prouinciam queit vti Paleo,non extra.*

2 *Proconſules vti etiam queunt extra Prouinciam inſignis ſuæ dignitatis*,*vt* n.4.& 5.

3 Clem.Archiepiſcopus de priuileg.*& n.*6.

4 *Inſignia dignitatum alia, denotant ſuperioritatem,& iuriſdictionem,alia dignitatem.*

5 L.1.ff.de officio Proconſulis,l.2.cod.de præpoſitis ſacri Cubiculi lib.12.

IAm ſupra *in Rubrica*,& potius *ſub c.*1. expendi 1
quæ importare poſſunt pro exacta intelligentia huius textus;ad cuius ornatum videbis Barboſam *hic*,cui addo quæ ſequuntur, nempe nam cum Archiepiſcopus non poſſit vti Paleo extra Eccleſias ſuæ Prouinciæ, improbata conſuetudine contraria, de qua *ſub c.*5.*hoc tit.*ſequebatur dicendum male textum noſtrũ loqui verbis generalibus,vt vbicumque poſſit Paleo vti. Sed cum iam verba textus noſtri expenderim ſupra *ſub dicto c.*1. ea reſtringens, vt Archiepiſcopus vbique,id eſt intra ſuam Prouinciam poſſit vti Paleo in locis,& diebus ſolemnibus, ideo non inſiſto.

Nec obſtat textus *in l.*1.*ff.de officio Proconſul.l.*2. 2
*cod.de præpoſitis ſacri Cubiculi lib.*12. vbi Proconſulibus,licet vbique etiam extra Prouinciam inſigniis ſuæ Dignitatis vti. † Nec Clementina *Archie-* 3
piſcopus de priuileg. vbi generaliter Archiepiſcopis licet inſigniis Archiepiſcopatus, vti etiam in locis exemptis,cum ea omnia,non ad contentioſam, ſed voluntariam iuriſdictionem ſpectent,quæ vbique exerceri poſſunt † quia omiſſa interpretatione Ab- 4
batis *in dicto c.*5.*hoc tit.*dicendum eſt,vt iam *ſub c.*1. retuli,inſignia dignitatis alia eſſe,quæ denotant ſuperioritatem,& iuriſdictionem,vt eſt facultas præ ſe ferendi Crucẽ,& Paleo vti;alia verò,quæ tantùm denotant dignitatem, vt ſunt Rocheti, & ſimilia, quibus Archiepiſcopi,ac Legati vtuntur:nam inſigniis illis,quibus dignitas demonſtratur, etiam extra Prouinciam Archiepiſcopi,& Proconſules vti poterunt. † Quo pacto accipiunt interpretationem tex- 5
tus *in dict.l.*1.*ff.de officio Proconſul.* & *in dicta l.*2. *cod.de præpoſit.* vt docent Anton.Faber.*in rationali ad text.in dicta l.*1.Cuiacius *in notis ad text.in l.*1. *cod.de præpoſit.ſacri cubiculi*,verbo *cum habitu l.*12. Barboſa *de poteſtate Epiſc.tit.* 3.*p.*1. *n.*22 *& ſeq.*

Et ob id reſpondeo ad textum *in dicta clem.Ar-* 6
chiepiſcopus de priuileg. vt reſponſum præbui iam ſupra *ſub dict.c.*1.nempe vt Archiepiſcopus non poſſit vti extra territorium inſigniis illis,quibus plenitudo poteſtatis demonſtratur, niſi adſit priuilegium,iuxta locutionem *dicti c.*1.in terminis Barboſa *hic n.*2. & Graña *in c.*1.*vt lite pendente nihil innouetur*, *ſub numero* 5. vbi in verſ. *nec obſtat* explicat textum noſtrum, quemadmodum iam expendi *ſub dicto cap.*1.

Ad Text. in cap. VII. & fin. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Archiepiſcopus ſine Paleo, & ſandalijs extra Prouinciam celebrat aliquando, & quibus diebus*, n.2.

3 *Archiepiſcopus num cum Paleo celebret pro defunctis.*

4 *Miſſarum numerus num ab Epiſcopis diſpenſetur.*

5 *Paleum conceſſum, & non traditum Archiepiſcopo, comburitur, cum illo amplius, vti nequit.*

1 CVm textus hic dicat, quod poteſt Archiepiſcopus ſine Paleo, & ſandalijs celebrare, tam in ſua, quàm in aliena Diœceſi; ideo repetes plura dicta *ſub cap.*1 vbi hunc textum expendi; non enim ſemper, & vbique intra prouinciam poteſt Archiepiſcopus celebrare cum Paleo, ſed certis tantum diebus ſolemnibus, qui in priuilegijs ſint expreſſi.

2 Vnde ſi dubites qui iſti ſint dies, tractant Doctores *hic, & in cap. praecedenti*. Verum gloſſa *in cap. ad honorem* 4. in verſ. *& hi ſunt Natiuitas Domini*, eos recenſet, amplius Durantius *in rationali Diuinorum officiorum lib.*3. *cap.*17. *num.*13. Azor. *inſt. moral. part.*2. *lib.*3. *cap.*34. *quaeſt.*2. verſ. *quares quinam*, Moſcon *de Maieſtate milit. Eccleſiæ p.*1. *lib.*1. *cap.*8. *pag.*236. *lit.B.* Fr. Eman. Rodriguez *queſtion. regular. tom.*4. *praxis crimin. tit.*4. *de viſitat. cap.* 14. Zerola *in praxi Epiſc. p.*1. verb. *Archieſcopus*, §.2. & alij communiter in hac materia.

3 Et cum textus iſte in verſ. *Sicque ſoluta eſt quarta quaeſtio, qua quaſiuiſti, an tibi ſit licitum pro defunctis cum Paleo celebrare*, poſſes nunc tractare de ſolemnijs, quæ ſeruari debent in his defunctorum miſſis: & recurres ad Gauantum, Alcocer. & alios *de caeremonijs in miſſis celebrandis* ſcribentes, quibus abſolutè ſcies, quæ ad punctum

4 ſpectant. † Et ad quæſtionem de diſpenſando ab Epiſcopo in numero Miſſarum, ac in alijs circa reſponſa quæ pro eis effunduntur: applicabis quæ adduxi infra *ſub cap.*16. *de foro ſub quaeſt.*3. vbi etiam de commutandis piorum voluntatibus.

5 Vnum tamen notabis pro complemento materiæ, vt Paleum conceſſum, & non traditum Archiepiſcopo, cùm non poſſit illo amplius vti; ſit comburendum, & cineres in Sactario ponendi: ſic tradit Barboſa declaratum verbo *Pallium in Bullario.* Iuxta S. Gregor. Rit. vrbis Subdiaconorum 4. Martij 1606.

AD TITVLVM De Renunciatione.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio, permutatio, & reſignatio beneficiorum ad idem tendunt, quæ commodè ſub hoc titulo de Renunciatione tractari queunt.*

2 *Renunciatio duplex eſt, tacita, & expreſſa, infra* in Rub. q.1. à n.2.

TItulus iſte conducit ad Renunciationem, permutationem, ac reſignationem beneficiorum: 1 & ſic infra notata *ſub titulo de Permutatione lib.*3. conducunt ad hanc tractationem, & hic notata ad illam; imò Barboſa *de Iure Eccleſiaſt. p.*2. *c.*15. *cum ſuis* §§. *lib.* 3. ſub vnica contextura ſcripſit de his omnibus, & qui Doctores ex propoſito agant, refert idem Barboſa hic *num.*2. vbi *à num.*4. † definit, & *à num.*8. dicit duplicem eſſe renunciationem, expreſſam, & tacitam, & *num.* 12. & 13. 2 inter vtramque ponit differentiam, vbi quæ ſit ſimplex, & pura, & quæ conditionalis, idem *in dicto tract. de Iure Eccleſiaſt.* quibus addo Tondutum *p.*1. *quaeſt. benef. cap.*75. vbi de reſignatione mutua beneficiorum, & *p.*2. *c.*4. §.7. de reſignatione & §. 8. de permutatione, & antequam ad notabilia huius tituli deſcendam; vtpote neceſſarium, duxi aſſignare quæſtiones, quas tractatas plenè poſui *ſub lib.*2. *decret.* quem ex propoſito repetitum leges quæ ſubſequuntur *num. ſeqq.*

1. *Beneficium renuncians an poſſit liberè, & quandocumque ad illud regredi*, dixi *in cap. ſollicitè* 2. & *cap.*3. *de reſtit. ſpoliat. quaeſt.*2. & *quaeſt.*1. vbi quid de permutantibus inualidè: & quid ſi beneficium ſit iuris patronatus ibi *in verſ. ex his*, & verſ. *ad tertiam.*

2. *Reſignare beneficium, an poſſit excommunicatus*: dixi *in cap.*24. *de re iudicata quaeſt.* 2. verſ. *ad ſextam.*

3. *Reſignatario, an noceat ſententia lata contra reſignantem*, dixi *in dict. cap.*24. *de re iudicata q.*4. verſ. *ad ſecundam.*

4. *Renunciationes, quæ fiunt nonnullorum iurium, aut immunitatum*; plena manu tractaui *ſub cap. ſi diligenti de foro compet.* & in alijs iuribus, vt per quæſtiones tractatas, offendes, ſi legas quæſtionarium omnium, quæ ſcripſi, *ſub dicto lib.*2. *decret.*

AD RVBRICAM De Renunciatione.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Renunciationis expreſſæ definitio.*

2 *Renunciatio expreſſa, ſeu tacita quibus exemplificetur, & quos effectus producat*, & n.3.

3 *Renunciatio expreſſa eſt duplex, pura, ſeu conditionalis: & quæ differentia inter vtramque, & coram quo fiat*, n.4.

4 *Dimiſſio, ſiue renunciatio beneficij poteſt fieri etiam coram Prælato inferiore, iuriſdictionem habente, & qualiter coram coadiutore Epiſcopi*, n.5. & 6.

6 *Reſignatio beneficij non admittitur à Vicario Generali, niſi de mandato Epiſcopi.*

7 *Renunciatio ſine authoritate Superioris non fit; non enim dimiſſio conſiſtit in ſola voluntate beneficiarij* n.8. & *de ratione* n.9.

9 *Quaſi contractus quidam initus inter beneficiarium, & ipſum Prælatum.*

10 *Renunciatio eſt ſpontanea, iuris proprij dimiſſio.*

11 *Renunciatio Officiorum ſit in manibus Regis, vbi de ætate ad renunciandum remiſſiuè, vbi de aliis.*

12 *Renunciatio beneficiorum eſt conſenſus ad illam* num. 13. *& qualiter procurator renunciet*, n.14.&15.

15 *Procurator ad renunciandum beneficium, num reuocetur.*

16 *Renunciationis publicatio quando, & de aliis remiſſiuè*, & ſub n.17.

17 *Reſignatio beneficij non facta mentione, quod reſignans ſit ordinatus ad eius titulum, non valet.*

18 *Reſignatio facta in manibus non volentis eam acceptare, non aufert beneficium.*

19 *Reſignatio beneficiorum quatenus ad conſanguineos.*

20 *Reſignatio beneficij, cùm poſſit fieri à non ſoluente penſionem, reſoluitur ſub diſtinctione*, & n.21.

22 *Emphyteuta ob non ſolutum Canonem, cadit à iure ſuo.*

23 *Reſignandi animo acceptatum beneficium num faciat vt ſic accipiens peccet lathaliter. Et num liceat beneficium procurare animo retinendi* n.24.*remiſſiuè.*

25 *Renunciari nequit beneficium cum pacto de redimenda penſione.*

26 *Reſignans nequit ſine manifeſtatione Pontifici facta obligare reſignatarium cum reſeruatione penſionis, vt aliqua onera ſuſtineat. Quid ſi ordinarius commiſſionem haberet imponendi penſionem*, n.27.

1 CVm ergo hic *in tit. noſtro*, agatur de renunciatione expreſſa beneficij; ideo tantum de ea definitionem aſſigno, *vt ſit legitima beneficij dimiſſio à ſuperiore admiſſa.* Cuius definitionis partes expendunt communiter Doctores, quos refert, & ſequitur Barboſa hic *à num.* 4. latè idem *de Iure*
2 *Eccleſiaſt. p.2. lib.3. cap.15.* † Et vtrobique ait renunciationem duplicem eſſe, tacitam, aut expreſſam. Primam exemplificari in eo, qui dum contraxit matrimonium, aut aliud ſecundum beneficium incompatibile, conſequutus fuit, vacat, quod ante poſſidebat. De primo caſu ſunt textus *in c.2. & cap. quod à te de Cleric. coniugat.* De ſecundo *in cap. de multa 28. de preb. extrauag. execrabilis, Ioãnis* XXII. §. *quid verò, eodem tit.* etenim tacita renunciatio illa videtur eſſe quæ non ex verbis, ſed ex aliquo actu ad renunciandum accommodato à Iure deducitur, vt queat exemplificari in caſu textus *cap. tranſmiſſa, hoc tit.* & textus *in cap. ex ore*
3 *de his, quæ fiunt à maiori parte Capituli.* † Expreſſam verò dici, quæ à reſignante verbo, vel ſcripto iuxta formam à iure præſcriptam celebratur, quæ eſt duplex, alia ſimplex, & pura, quæ ex mera liberalitate abſque vllo pacto, & conuentione fit. Altera conditionalis, quæ in fauorem tertiæ perſonæ, vel ſub aliqua conditione celebratur. Et inter vtramque eam, nempe coſtitui differentiam, quod ſimplex, & pura à iure recepta fieri poſſit coram Diœceſano Epiſcopo. Secunda verò conditionalis, quæ à iure reprobata erat, iuxta gloſſam in verbo *dimittere in cap. ex parte cl.1. de officio deleg.* quæ ſecundùm ſtylum Romanæ Curiæ, à multis ſæculis iam obſeruatum, tantum admittitur à Romano Pontifice: vide Riccium *collectione*, 1603. ad textum *in capite cum Clerici de pactis.*

Vnde dubitare poteris quis ſit ille Superior, ordinarius, à quo dimiſſio beneficij admitti poſſit. 4
Et reſpondeo eſſe illum, qui habet poteſtatem inſtituendi, & deſtituendi, *clem. vnica hoc tit.* cumque renunciationem admittere, iuriſdictionis ſit; ideò in manibus Superioris facienda eſt, vt omnes communiter admittunt; & ſic fieri poterit renuncialio coram inferiore habente iuriſdictionem Epiſcopalem, etſi Epiſcopus non ſit, † item coram 5
coadiutore Epiſcopo dementi dato cum in ſpiritualibus, & temporalibus, generalem, & liberam poteſtatem habeat; quod ſi detur Coadiutor, infirmo Epiſcopo, aut ſeni, tunc non ſit ex eius conſenſu, admitter reſignationes coadiutor.

Itaque reſolues, vt omnis Superior ordinarius 6
Eccleſiaſticus, habens ſpiritualia, ſit legitimus ad admittendum renunciationẽ liberam beneficij. Eius autem Vicarius Generalis non niſi habeat ad id mandatum ſpeciale ſui Epiſcopi, aut Ordinarij, ſed Capitulum Sede vacante, cum fungatur vice Epiſcopi, & in eius iuriſdictione ſuccedat, poterit reſignationem admittere, non inquam conferre, Garcia *de beneficiis p.11. cap.3. num.256.* & *cap.4. à num.75.* Riccius *in praxi aurea reſol.243* aliis, Barboſa *dicto cap.15. de Iure Eccleſiaſt. lib.3. num.13.* de quo *ſub tit. de Capitulo ſede vacante.*

Iterum dubitabis an renunciatio beneficij facta, 7
abſque Superiore valere poſſit; igitur Innocentius *in cap. quod in dubiis hoc tit.* abſolutè docuit renunciationem ſine Superioris authoritate factam, nullius eſſe momenti, per textum, quem allegat *in cap. non oportet 7. quæſt.1.* ibi *hoc factum prorſus irritum denunciatur*; ſed de hoc & aliis dubiis *infra* ſub Rubro notatur. † Vnum tamen aduertes non con- 8
ſiſtere in ſola voluntate beneficiarij, beneficium dimittere, & ſeruiendi munus à ſe abdicare, ſed ad Prælatum ſpectare ponderatis omnibus circumſtantiis, & inſpicere vtilius, ne ſit Eccleſiæ renunciationem admittere, aut pœnitus repudiare. † 9
Cuius rei ea nempe ratio eſt; quia in beneficij collatione inter Prælatum, & ipſum beneficiatum, initus eſt, velut contractus, per quem beneficiarius obligatur Eccleſiæ ſeruire, & ipſa Eccleſia ad eundem alendum pro ſeruitio; argum. textus *in c. niſi cum pridem §. verum hoc tit.* ibi *fide media compulſaſti*, vbi Doctores.

Et cum etiam generaliter dixerit hic Barboſa 10
ſub dicto num. 4. in princ. vt renunciatio ſit ſpontanea, Iuris proprij dimiſſio, & huius ratione ſint plura, quæ renunciari queant, vt ſupra inſinuaui. Ideò pro ampliatione huius Rubricæ, & materiæ adnotare libuit extradinarios Interpretes, adducentes nonnulla, tam pro renunciatione beneficiorum, quàm officiorum.

De officiorum renunciatione Maſtrillus *de Ma-* 11
giſt. lib.1. cap.24. & quod officiorum renunciatio fiat in manibus Regis ad inſtar, Riccius *collect.* 2010. *de ætate*, vt quis poſſit renunciare; Narbona *anno 14. quæſt. 57.* & vt quis comprehendatur ſub pœnis confidentiarum, idem *quæſt.58.* de ætate ad renunciandum in contractibus *anno 25. quæſt.13.* de renunciationis nullitate Capellæ ad quam quis ordinatur, Valenzuela *p.1. conſ.32.* de tacita renunciatione Riccius *collect.* 1427. vbi exemplificat in caſibus, quatuor.

De reſignatione beneficiorum nouiſſimè poſt 12
Barboſam *de Iure Eccleſiaſt. lib.4. cap.15. cum ſuis §.5.* vbi infinitos refert de materia agentes, & eam expendens nouiſſimè Frãciſcus Tondutus *in benef. 9. p.2. cap.4. §.7.* † De conſenſu præſtando in reſig- 13
natione

ſiatione, Riccius *collect.* 1868. *ſuper Regula Cancellariæ de præſconſibus*, vbi refert caſus, in quibus per procuratorem ſit præſtandus, & reſignationi-
14 bus beneficiorum. † Et Barboſa *dict. cap.* 15. *n.* 23. dicit quod procurator reſignantis, poteſt poſt eius obitum, aut reuocationem ſibi intimatam compelli per reſignatarium ad poſteriorem conſenſum
15 præſtandum, † quomodo, & quando procurator ad reſignandum beneficium conſtitutus, poſſit reuocari. Et quæ requirantur, quibus ſit notificandum, ac de aliis Franc. Tondutus *p.* 1. *cap.* 26. *in q.*
16 *beneficial.* † De publicanda reſignatione præter ordinarius Riccius *collect.* 468. *ſuper Regula Cancellariæ de publicandis.* De Bulla Pij V. circa reſignationes, idem *collect.* 515. vbi de pœna ſuſpenſionis contra eas admittentes abſque cauſis, & *col.* 627. vbi de tempore, vt publicentur, & in quibus fiat beneficiis, & iterum ſuper eadem Bulla circa publicationem beneficiorum exiſtentiū in Cathedrali, ac
17 de aliis *collect.* 1491. † qui etiam iterum *collect.* 1492. expendit Tridentinum *ſeſſ.* 21. *cap.* 2. in illis verbis. *Quod reſignatio beneficij, non facta expreſſa mentione illius qualitatis, quod ipſe ſcilicet fuiſſet ordinatus ad titulum dicti beneficij, non valet*, vbi ampliat in nonnullis caſibus. De reſignatione illius, qui moritur intra 20. dies, idem Riccius *collect.* 1405. *ſuper regula de infirmis reſignantibus*, vbi plures recolligit deciſiones, & *collect.* 837. de actibus à moribundo factis, idem Riccius alia plura congerens,
18 *collect.* 2037. † Et quòd beneficium non aufertur, ſi eius reſignatio fiat in manibus non valentis eam
19 acceptare, Gutierrez, *conſ.* 42. † Et de reſignatione beneficiorum, quorum collatio non fiat conſanguinibus decidit Pius V. *in conſt.* quam refert Scortia *epitome* 201. qui etiam agit de publicandis reſignationibus, *epit.* 135. ex Greg. XIII.
20 An non ſoluens penſionem poſſit beneficium reſignare. Riccius *collect.* 1699. *ſuper elem. cum pridem de pactis*, vbi diſtinguit, nam ſi ille in cuius fauorem reſeruata eſt penſio illa, non ſoluta, agit ad priuationem, vel ad regreſſum, tunc non poſſit reſignare; ex eo quia accedente voluntate, & Domini declaratione, abſque dubio fit priuatus; quoniam cum per priuationem non habeat ius, fru-
21 ſtra reſignat, quod non habet, † aut ſi non ſit actum contra non ſoluentem penſionem: & hoc in caſu ait Riccius poſſe beneficium illud reſignare ad fauorem alicuius, & conſtituit diuerſitatis rationem inter vtrumque caſum; quoniam ante declarationem creditoris, poteſt debitor impunè reſignare, eò quòd pœna adhuc non ſucceſſerat, quæ habet locum agente penſionario; & ſic volente illo, in cuius fauorem fuit illa pœna appoſita ſic refert
22 cum multis deciſum. † Et confirmat ex illo caſu, vt emphyteuta ob non ſolutum Canonem cedat à iure ſuo, ſi declaratio Domini directi adhæreat: videbis Puteum *deciſ.* 301. *lib.* 3. de quo *in cap. fin. de locato.*
23 An recipiens beneficium animo reſignandi vel permutandi, peccet, agit ad vtramque partem Diana cum multis *p.* 8. *tract.* 7. *reſ.* 14. vbi videtur affirmatiuam ſequi ex Bulla Paulij IV. ſed Sanchez *de matrim. lib.* 7. *diſp.* 45. *n.* 12. Caſtrus Palao *tom.* 2. *tract.* 15. *diſp.* 4. *puncto* 7. *num.* 11. Leſſius *lib.* 2. *de iuſt. cap.* 34. *dubio* 26. *num.* 136. Vaſquez *de benef. cap.* 3. §. 2. *dubio* 1. *num.* 43. aliter, eo quòd recipiens beneficium, non eſt obligatus illud perpetuò retinere; nec eſſe peccatum vnum recipere, donec pin-
24 guius aliud conſequatur. † Et iterum idem Diana, *p.* 9. *tract.* 7. *reſol.* 51. agit de quæſtione. *An licitum ſit procurare beneficium animo illud retinendi*: ibi iterum repetit deciſionem, & tenorem dictæ Bullæ Pauli IV. in *verſ. denique.*

Beneficium an renunciari poſſit cum pacto de 25
penſione redimenda, & reſpondetur negatiuè; quia eſt onus pretio æſtimabile, vt tenet Caſtrus Palaus *tom.* 3. *diſp.* 9. *de ſimon. puncto* 13. *num.* 11. Garcia *de benef. tom.* 2. *p.* 11. *cap.* 3. *num* 172. Gigas *de penſ. quæſt* 87. *ad finem*, cum aliis Diana *p.* 10. *tr.* 14.
reſ. 1. † qui cum eodem Caſtro Palao *puncto* 13. 26
num. 14. idem reſoluit de alia quæſtione, an ſine manifeſtatione ſuperioris (qualis eſt Pontifex) poſſit reſignans cum reſeruatione penſionis obligare reſignatarium ad aliqua onera admittenda, v.g. vt fideiuſſorem ſæcularem, vel aliquam hypotecam aſſignet, vel illi anticipatè ſoluat; eo quòd timet reſignatarium tardum futurum eſſe in ſoluendo; quia vt docent Leſſius *lib.* 2. *de Iuſtitia*, *c.* 33. *dubio* 15. *num.* 93. Suarez *lib.* 4. *de relig. cap.* 35. *n.* 23. *in fine*, ille contractus eſt ſimoniacus, cum obliget reſignatarium ad id, quod de iure non ineſt ei, qui ex vi reſigationis imponat onus pretio æſtimabile.
† Et dicit Suarez etiam procedere, ſi ordinarius 27
commiſſionem haberet imponendi penſionem; ob idque penſionem ſic conſtitutam ſolui non poſſe; imò & poſſe beneficium tanquam vacans impetrari, vt dicit Leſſius, *num.* 93. videndus, ſin autem poſt conſtitutam penſionem obligaretur reſignatarius ad dicta onera, non eſſet ſimonia nullo iure. Flamin. *lib.* 14. *quæſt.* 7. *à num.* 53. cum communi Doctorum.

Ad Text. in cap. I. hoc titulo. De Renunciatione.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Reſignationis cauſæ, ex quibus ſuperiores eas admittunt.*
2 *Senectus, & debilitas, eſt cauſa reſignationis, an ſit nec ne, quæ non dependet ab arbitrio cuiuſque eam allegantis*, n. 3.
4 *Infirmitas aliquando eſt cauſa ad reſignandum.*

Litteræ huius textus poterant ſigillatim adiungi 1
cauſæ, quarum ratione reſignationes debent admitti à ſuperioribus, quas Doctores congerunt occaſione textus *in cap. ad ſupplicationem* 9. *huius tituli*, vbi Innocentius III. ſcribens Epiſcopo Arelatenſi, poſuit ſex cauſas, ex quibus Epiſcopi poſſunt petere, & Papa conſueuit concedere cedendi licentiam, quas ſequentibus verbis explanauit.

Debilis, ignarus, malè conſcius, irregularis,
Quem mala plebs odit, dans ſcandala cedere poſſit.

De ſingulis explicitè nonnulla congerit, & ex- 2
pendit Barboſa *de iure Eccleſiaſt. p.* 1. *cap.* 15. *lib.* 3. §. 2. *à num.* 89. hic tantum de debili, hoc eſt de infirmo, aut ſene, agit Pontifex, ac de eo, qui ſe inſufficientem conſiderat, quos non excuſat ob rationes, de quibus *hic*. Etenim ſenio confectus, ſi nihilominus Eccleſiæ ſit vtilis, non datur renonciandi facultas, ſed potius ei coadiutor aſſignatur.

Nec eſt in arbitrio cuiuſquam dicere, quæ ſit 3

 ſenectus

ſenectus quæ Prælatum impotentem reddit ad exequendum officium paſtorale, quin potius hoc relinquatur arbitrio Papæ, vt tradunt Menochius *de arbitrariis caſu* 33.*num.* 3.Maſcard. *de prob. concluſ.* 1295. *num.*8. Flamin.*de reſignatione lib.*6. *quæſt.*3. *num.*56.*& quæſt.*6. *à num.*5. Maſcard. Anton. Genuenſ. *cap.*53.*num.*1. Rendina *in promptuario recept.ſentent.tom.*1. *prope finem,miſcel.*4.de infirmo, ſeu debili infra *in cap. niſi cum pridem.* Et ob hoc adiunges quæ de ſenibus dixi *ſub cap. quoniam frequenter*, vt lite non conteſtata in verſ. *ſenes, & valetudinary*, & *in cap. ſi qui teſtium* 8. *de teſtib.* & quæ noto infra *de Clerico ægrotante, vel debilitato.*
4 † Imò hic *num.*4. Barboſa pluribus comprobat rationibus, quod infirmitas pleumque prodeſt his notulis, latè poteris explanare textum noſtrum, de aliis inquam caſibus *infra ſuis in locis.* Super regula de infirmis reſignantibus applicabis quæ notat Riccius *collect.* 837. vbi quærit an habeat locum extra curiam : vide ſupra *ſub Rubrica* in verſ.*de reſignatione.* Item de cauſis ad reſignandum, propter infirmitatem, aut ſenectutem, Barboſa *dict.cap.*15. *à num.*98.legendus.

Ad Text. in cap. II. hoc tit. De Renunciatione.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium abiurans, licitè poteſt illud obtinere, ſi denuo eligatur, & de iuramento vlterius non petendi*, n.3.& n.7.

2 *Remittens ius futurum, remittit ſolum illud, quod habet cauſam de præſenti.*

4 *Iuramentum ſemper intelligitur, cauſa durante, nec durat mutatione rei*, n.5.

6 *Iuramenti vis intelligitur, ſalua authoritate ſuperioris, vbi de aliis remiſſiuè.*

7 *Iuramentum debet intelligi, vt alias non obuiet iuri, nec valet factum in præiudicium ſuperioris*,& n.8.

9 *Iuramentum nunquam extenditur, cum ſit ſtricti iuris.*

1 AD hunc textum congerit plura Barboſa, ſed de eius intellectu dixi *in c. fin. de foro comp. quæſt.*3.*num.*11. & *in cap.*2. *de reſtit. ſpoliator. q.*1. *num.*8.cuius ea eſt generalis deciſio, vt qui abiurat beneficium licitè, poſſit illud obtinere, ſi denuo ad ad illud eligatur; & ex multis Barboſa hic comprobat deciſionem *num.*1.*&* 3.

2 Quia remittens ius futurum, cenſetur remittere ſolum illud, quod habet cauſam de præſenti tantum, non aliud *l.quod ſeruus ff.de conditione ob cauſam*, & ibi *num.*6.*&* 7.quia renunciatio iurata, non trahitur ad ius ſuperueniens, vel futurum; & quia iuramentum non extenditur ad actus incogitatos.

3 Vnde ego pro ampliſſima materia huius textus adiungo, quæ ſubſequuntur, & primo de iuramento, vlterius beneficium non petendi, noto infra *in cap.*4.*de his, quæ vi*, & dixi *in cap.*2. *de reſtit. ſpoliator.* & de reſignantis regreſſu ad beneficium, dixi ibi *quæſt.*2.& notaui ſupra *ante Rubricam*, verſ. *beneficium renuncians.*

4 Et quòd Iuramentum ſemper intelligatur durante cauſa, dixit Sanchez cum multis *tom.*2.*moral lib.* 3. *de iuram. cap.*17. *num.*4. Gomezius *in l.* 22. *Tauri num.* 10. quem leges. Igitur cum iuramentum intelligatur durare rebus ſic ſtantibus, cum iuratur,
† euenit quod ex mutatione rei, iam iura- 5
mentum non ligat: qua de cauſa applicabis his quæ latiſſimè adduxi *in cap. quemadmodum* 35. *de iureiur.*

Et in verſ. *non enim videtur*, induces vt iura- 6
menti vis ſemper intelligatur, ſalua authoritate Superioris, vt latè tractat Suarez *de relig. tom.* 2. *lib.*2.*de iuram. cap.*34. ſed de hoc applicabis quæ longè notaui *in cap.venientes* 19.*de iureiur.* Etenim Superior poteſt iuramétum inferioris relaxare, vt longè notaui *ſub cap.*1.*eodem tit.* & quòd iuramentum parti præſtitum ab eo abſoluatur, dixi adducens textum hunc, Gratianus *regula* 274. † Ita- 7
que cum iuramentum debeat intelligi, ſi fieri poteſt, vt non obuiet iuri, alias tanquam temerarium, non obliget, iuxta *cap. ad noſtram* 21. *de iureiur.*
† Sic factum in præiudicium Superioris, vel quo- 8
ties ille relaxat illud. Quapropter ex noua cauſa potuit qui renunciauit eligi; quia ipſe non appetit, nec proprio facto regreditur; ſed per Superiorem electus de nouo tantum electioni de ſe factæ, conſentit; argum.eorum, quæ notaui *in cap. cum in iure peritus de electione.*

Item etiam conſiderabis pro fundamentali deci- 9
ſione, & ratione textus noſtri, quod iuramentum, nunquam extenditur; eo quòd ſit ſtricti iuris. Quo fit vt hic non extenderetur ad caſum inopinatum nouæ electionis: arg.eorum, quæ latè dixi *in cap. pen. de iureiur.* & applicabis notata ſupra *in cap. cum inter.*16.*de elect.*

Ad Text. in cap. Ex tranſmiſſa III. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Renuncians beneficio ſuo, illud nequit repetere, niſi reſignatio nulla fuerit, aut ſubreptitia*, num.2.

3 *Redire ad beneficium reſignatum: an quis poſſit abſque noua collatione remiſſiuè.*

4 *Reſignatio ab excommunicato facta, num valeat remiſſiuè.*

5 *Votum ab infirmante, emiſſum, vel exiſtente in naufragio, ſeu periculo, num valeat remiſſiuè.*

6 *Religionem ingredientes ante profeſſionem liberè poſſunt ad ſæculum redire.*

7 *Offerens ſe, & ſua Eccleſia ſæculari, poteſt ſecum transferre ad aliam res, quas obtulit.*

TExtus huius deciſio quatenus dicit, vt qui re- 1
nunciauit ſuo beneficio, illud repetere nequeat; ſed ſi de nouo eligatur, poſſit in idem beneficium admitti, multum iuuatur, ex notatis *in cap.*2.*præcedenti*, & de eius intellectu in ſua propria ſpecie dixi *in cap.*2.*de reſtit.ſpoliator.quæſt.*1.*num.*5. *&* 21.& *num.*8.ad textum noſtrum. Anton. Naldus *hic.*

Et cum hic ex verſ. *non tanquam vnum de Ec-* 2
cleſia, notet Barboſa, quod reſignans non poſſit beneficium reſignatum repetere, niſi reſignatio

nulla

nulla fuerit, aut ſubreptitia; quia tunc ius à reſignante oon abdicatur, multis comprobans *numero* 5.

3 Ideò rectè poteris hic vltra illum applicare quæſtionem, an abſque noua collatione poſſit quis redire ad beneficium reſignatum, quando reſignatio à principio ex aliqua cauſa noo valuit de qua cum multis Zeuallos *in pract. quæſt.* 561. ipſum longè agentem videbis, ſed facilis eſt reſolutio ex dictis, & ex his, quæ dixi *ſub dicto cap.2. de reſt. ſpol. q.1. & 2.*

4 Reſignatio ab excommunicato facta in fauorem tertij an ſit valida, diſputat Diana *p.5. tract.9. reſol.* 106. ſed expendes ex his, quæ dixi *in cap. ad probandum 24. de ſententia, & re iudicata quæſt.4.* verſ. *ad ſecundam* & notaui ante Rubricam verſ. *reſignare.*

5 Et in verſ. *dum infirmitate laboraret*, dum hic Barboſa *num.2.* notat cum Couarruu. *de ſponſ. cap.3. p.2. §.4. num.16.* quod votum emerſum ab ægroto, vel exiſtente in belli, naufragij, alteriuſvè periculi diſcrimine, non ſit ex eo inualidum; ideò applicabis quæ de voto ab infirmante facto, dico infra per textum ibi: *in cap. litteraturam 3. de voto.*

6 Et in verſ. ibi: *apud Monaſterium &c. & ibidem moram aliquantulum faciens ea, quæ prædicta Eccleſia ſancti Nicolai contulerat, ſibi fecit reſtitui.* His verbis poteſt adiungi quidquid noto infra *ſub cap. ad noſtram de regularib. & in cap. ad Apoſtolicam 16. eodem*, vbi de tempore ad profitendum dato, intrantibus religionem, quibus ante profeſſionem

7 liberum eſt ad ſæculum redire, vt hic contingit. † Et itidem applicabis ad dictum, quod ex textu noſtro comprobat Couarru *in cap.1. de teſtam. à n.19.* dum dicit, vt qui ſe, & ſua obtulit Eccleſiæ ſæculari, poſſit ad aliam Eccleſiam transferre ſecum res, quas obtulit: applicabis plura, quæ latè dixi *ſub cap. in præſentia 8. de probationibus.*

Ad Text. in cap. Admonet. IV. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Beneficiarius nequit renunciare ſuum beneficium abſque licentia ſui prælati item nec permutare*, n.2.

3 *Beneficiarius non habens beneficium in titulum, nec reſidentiam requirens, poteſt ire quo velit.*

4 *Papa num renunciet liberè Papatui.*

5 *Renunciatio num ſit ſimoniaca, & de aliis remiſſiuè.*

6 *Reſignationis hic nonnullæ aſſignantur quæſtiones.*

7 *Reſignari beneficium debet in manu ſuperioris, nec ſufficit coram Notario tantum.*

8 *Renunciatio facta cum intentione, vt alteri conferatur beneficium, eſt ſimoniaca.*

9 *Reſignans num admonendo ſuperiorem, & non ſpectando, eius conſenſum, ſatisfaciat*, numero 11.

10 *Verbum* inconſulto *regulariter ſumitur pro conſenſu.*

12 *Reſignatio eſt nulla in aliquibus caſibus, vt interueniente pecunia, & facta pendente accuſatione, in fauorem certæ perſonæ, & quando ius aliquod manet penès reſignantem, item ſi facta non fuerit mentio de aliis penſionibus, & beneficiis, non publicata, facta a procuratore poſt annum ſui mandati, ſeu vigore epiſtolæ miſſa*, numero 13. 14. 15. 16. 17. 18. & 19.

20 *Reſignatio nulla eſt, ſi non acceptat reſignatarius, etſi eſt recepta à vicario*, num.21. *ſi eſſet facta cum promiſſione penſionis*, num.22. *fallit*, à num.23.

23 *Reſignatio facta ab infirmo cum pacto retrocedendi in caſu conualeſcentiæ, valet. Item ſi procurator habet mandatum ad reſignandum cum reſeruatione fructuum*, n.24.

25 *Conuentio in reſignatione conſtituenda reſpectu promiſſionis facta de fructibus ſoluendis, dicitur ſimoniaca.*

26 *Reſignatio non dicitur effectuata, donec litteræ fuerint executæ. Et eſt nulla, in qua non fuit facta mentio, quod permutans reperiebatur ordinatus ad titulum beneficij*, n.27.

28 *Reſignans, reſeruata penſione, ſi aliqua cauſa annullari contingat, reſignatio non valet, ius abdicare à reſignante.*

HIc eam deciſionem Pontifex præſtat, vt beneficiarius non poſſit reſignare ſuum beneficium abſque licentia ſui Prælati. Et multis hic comprobans Barboſa, *n. 1. 2. & 6.* † porrigit, *num.5.* eius dictum, etiam ad permutationem beneficiorum, *num.7.* reſoluens vt qui non habent beneficia in titulum, reſidentiam acquirentia, poſſint ire quò velint; itavt Ordinarij teneantur illis dare litteras commendatitias. De ratione textus noſtri dixi ſupra *ſub Rub.* vbi etiam dixi de ordinario, à quo admittatur renunciatio. 1 2 3

Pro materia textus noſtri adiunges plura, quæ tractat Azor. *tom.2. moral. lib 4. cap.6.* vbi an renunciatio poſſit fieri à Pontifice Pontificatus; & quod Papa liberè renunciet Papatui, & de reſignatiooe Naldus *in cap.1. hoc tit. lib.6.* vbi videbis, quos citat Barboſa. † An renunciatio ſit ſimoniaca, Suarez *tom.1. de religione, lib.4. de ſimonia cap.35.* ad plures alias. quæſtiones aptas ad textum noſtrum videbis eundem Azor. *lib.7. tit.2. mor. cap.18. per totum, & cap.19. 20 21. 22. 23. 24. & 25.* & quæ tractat Garcia *de benef. p.10. cap.3. §.1. 2. & 3.* Balboa *in cap.6. de exception. à num.73.* vbi de regreſſu. 4 5

Ao Iudex Eccleſiaſticus appellatione remota, poſſit admittere reſignationem, Zeuallos *de las fuerças p.2. quæſt.150.* Et à quo tempore deſinat percipere fructus, & acquirantur reſignatorio ibi *à num* 38. Et quòd non valeat reſignatio ſine conſenſu Patronorum ibi *quæſt.34.* 6

Et quatenus hic patet quod beneficium debet reſignari in manibus Superioris, vt dixi *ſub Rubrica*, & probat textum noſtrum adducens Ricci. *collect.* 810. ad gloſſam *in cap. ex parte*, vbi Abbas *de officio deleg.* & inferens primo quod renunciatio facta beneficij coram Notario ſine Prælati authoritate, ſit nulla. † Item ſecundo infert quod ſi reſignatio fieret cum intentione, quod Ordinarius, coram quo ea fit, conferret Titio, ſit ſimoniaca, & itidem collatio ſubſecuta non valeat, vt decidit Garz. *deciſ.3.* 7 8

Ideo iam patet aditus ad declaranda verba textus noſtri, quæ aliquam difficultatem generant ibi *te dimittere inconſulto*, vbi videtur decidere Pontifex, vt tantum reprobetur ea renunciatio, quæ fit inconſulto, & ignorante ſuperiore; non enim videtur 9

detur conſenſum ſeu approbationem requirere: &
ſic vt reſignans ſolum teneatur ſuperiorem de re-
ſignatione admonere, non autem ipſius ſpectare
10 conſenſum,† ſed re vera ea verba non turbant do-
ctrinam, de qua ſupra *in Rubrica*, & in verſ. *qua-
tenus*: nam reſpondent DD. communiter verbum
inconſulto quod conſilium regulariter importat hic
accipi pro conſenſu, quod nouum non eſt in iure,
vt videbis ex textu *in cap. nouit. cap. quanto de his,
quæ fiunt*, & notat gloſſa *in cap. venerabili de officio
deleg.* explicat Barboſa *de iure Eccleſ. p.2. cap.15.
num.20.* alia ad propoſitum noto infra *in cap. quod
in dubiis hoc tit.*

11 Et quia Maſtrillus, quem ſupra *in Rubrica* ad-
duxi agit *lib.1. cap.24.* de officiorum renunciatione
illum lege ad textum noſtrum ibi *à n.11.* & de re-
gula *de infirmis reſignantibus* notaui *in Rub.* ſub
verſ. *de reſignatione*, aliquid *ſub cap.1.* Et de quæ-
ſtione leges Couarruu. *lib.1. variar. cap.5. à num.6.
verſ. nam*, vbi expendit textum noſtrum, & alia
iura, cum textu *in cap. vniuerſariorum, de rerum
permut.*

12 Hic enim poſſes adiungere caſus, in quibus re-
ſignatio nulla ſit, & breuiter ſequentes videbis.
Primo eſt nulla, interueniente pecunia, *ex cap. cum
13 pridem de pactis*, vt ibi noto. † Item eſt nulla ea,
quæ fit ab accuſato, pendente accuſatione, quod
qualiter debeat intelligi, docet Boërius *in deciſ.206.*
14 † Tertio eſt nulla, quæ fit in fauorem perſonæ cer-
tæ; quia eſt ſimoniaca, vt *ſub Rub.* adduxi; licèt ex
ſtylo, & certa ſcientia Papæ purgetur vitium ſimo-
15 niæ. Caſſad. *deciſ.1. de ſimonia.* † Quarto quando ius
aliquod remanet penès reſignantem; quamuis non
dicatur decedere à poſſeſſione beneficij reſignans,
qui poſt reſignationem, fructus beneficij percipit.
16 Cardinalis Puteus *lib.1. deciſ.48. & deciſ.371.* Quin-
to erit nulla ſi non fuerit facta mentio de aliis pen-
ſionibus, & beneficiis. Caualcanus *deciſ.25. n.46.
p.2. de contractibus.*

17 Sexto quòd reſignatio non publicata, pariter
nulla ſit, ita vt tunc beneficium dicatur per obitum
vacare, non per reſignationem. Verallus *deciſ.71.
18 p.1.* † Item ſi facta eſſet à procuratore poſt annum
ſui mandati. Papon. *lib.2. tit.8. arreſto 17.* referens ita
19 per Rotam deciſum. † Octauo ſi eſſet facta per
procuratorem, vigore Epiſtolæ miſſæ dicentis quod
ipſe volebat reſignare beneficium, vt pulchrè deci-
20 dit Rota relata à Verallo, *deciſ.85. p.1.* † Nono
quando ille, in cuius fauorem facta fuit reſignatio,
non acceptauerit; quia remanet in ſuo primo ſtatu,
obtenta tamen prouiſione à Papa. Papo. *lib.2. tit.8.
21 arreſto 17.* † Decimo ſi eſſet recepta à Vicario; quia
eam non poteſt admittere. Domini de Rota *de-
ciſ.1. hoc tit. in antiquis.* Et probatur ex adductis *ſub
Rub.* vbi dixi quod Vicarius Epiſcopi eam non ad-
22 mittit abſque mandato ſpeciali. † Vndecimo ſi eſſet
facta cum promiſſione penſionis excedentis medie-
tatem valoris beneficij ſecundum deciſionem pun-
23 ctualem 2. *triuiſ. p.2.* † ſed valida redditur in non-
nullis caſibus: nam infirmus reſignans ſub fide, &
promiſſione retrocedendi in caſu conualeſcentiæ
valet, & ſanus factus reſtituitur contra ſuam reſig-
24 nationem. Papon. *lib.3. tit.11. arreſto 4.* † Item ſi
procurator mandatum habuerit ad reſignandum
cum reſeruatione omnium fructuum, & reſignet
cum medietate. Creſcent. *deciſ.8. hoc tit.* & valida
etiam erit in caſu Veralli *in deciſ.78. p.1.* hæc recol-
ligit deciſa, Riccius *collect.1006.* ad textum *in dicto
25 cap. cum pridem de pactis* † qui *in verſ. tertio*, dicit
quod conuentio in reſignatione conſtituenda, reſ-
pectu promiſſionis factæ de fructibus ſoluendis, di-
catur ſimoniaca; quia ante litem motam, nec fru-
ctus poſſunt in conuentionem deduci, vt docet
Mohed. *deciſ.332.* † Item etiam Barboſa *de iure 26
Eccleſiaſt. cap.15. p.2. lib.3.* vbi *num.75.* dicit quòd
reſignatio non probatur effectuata, nec ius abdica-
tur à reſignante; donec litteræ fuerint executæ, &
beneficium reſignatario acquiſitum. † Et *num.77.* 27
quòd renunciatio eſt nulla, in qua non fuit facta
mentio, quod permutans reperiebatur ordinatus ad
titulum beneficij reſignati. † Et *n.79.* quòd ſi re- 28
nuncians reſeruata penſione reſignauerit, & penſio
non reſeruatur, vel ex aliqua cauſa annullari con-
tingat, nulla ſit talis reſignatio, & ius à reſignante
abdicatum non intelligatur.

QVÆSTIO I.

Reſignatio vt locum habeat an debeat cauſa vel conditio adimpleri in forma ſpecifica. Et an reſignans poſt reſignationem factam ſimpliciter vel ſub conditione poſſit percipere fructus; vbi de effectibus reſignationis. Et an reſignatio beneficij iuris patronatus ſit nulla ſine licentia Patroni. Et an Iudex Eccleſiaſticus faciat vim qui admittit reſignantem ad beneficium appellatione remota; & abſque noua collatione.

SVMMARIVM.

1 *Reſignatio ſub conditione facta eſt nulla, donec conditio adimpleatur in forma ſpecifica, vbi de mandato procuratorio adimplendo in ſpecifica forma qui in ſe non renunciat.* num.1.3.4.5. *&* l.licet ff.de iudiciis, n.4.5.6.7.8.

9 *Reſignatio ſi non habeat effectum, poſſunt permutantes ad beneficia reſignata redire.*

10 *Beneficium cauſa permutationis reſignatum non vacat ſimpliciter, ſed ita demum ſi conferatur.*

11 *Reſignatio conditionalis, vel reſpectiua non ſortitur effectum conditione non ſeruata.*

12 *Poſſeſſio beneficij & actio ſpolij remanet penès reſignantem, ſi conditio non ſit completa, vbi fulcitur.*

13 *Congrua ſuſtentatio quæ dicatur vt reſignatio valeat, &* n.14.

15 *Reſignare poteſt ingrediens religionem beneficium abſque licentia Ordinarij.*

16 *Reſignans beneficium vſque ad quod tempus queat fructus beneficij reſignati percipere latè diſcutitur, vbi ſeptem proponuntur ſententiæ,* n.17.18.19.20.21.22.& 23.

24 *Reſignationis effectus nonnulli.*

25 *Reſignatio Capellaniæ iuriſpatronatus fauore certæ perſonæ eſt nulla ſine conſenſu patronorum, & eſt nulla facta in manibus non habentis poteſtatem, item & quæ eſt ſimoniaca, à* num.1.

26 *Titulus nouus eſt neceſſarius quando primus eſt extinctus.*

AD primam quæſtionis partem præmiſſis quæ 1
dixi de adimplendo iuramento in forma ſpe-
cifica

cifica infra *ſub tit. de iureiur. in cap. 7.* breuiter reſpondeo vt quoties reſignatio ſeu renunciatio beneficij ſit ſub aliqua cauſa & conditione debeat conditio in forma ſpecifica adimpleri, ad hoc vt reſignatio locum habeat, argum. textus *in l. qui heredi l. vt cum, ff. de conditionib. & demonſtr.* quia renunciationes ob cauſam habent implicitam tacitamque conditionem vt pacta ſeruentur, vt docent Angelus *in conſ. 59. num. 8.* Pariſius *conſ. 114. à 7. num. 4.* Redoanus *de ſimonia 3. p. cap. 3. num. 9.* alias enim noua collatio neceſſaria erit, vt tradit Boërius *deciſ. num. 16.* Mandoſ. *in Reg. 1. Cancel. de impetrat. beneficior. quæſt. 12. in fine*, dicens in permutatione duos actus conſiderari, hoc eſt ceſſio reſignantis & collatio reſignatarij, ſicque cum beneficium per reſignationem verè vacet, ſequi quòd ſine noua collatione ad illud redire non poſſit, vt tenet Pariſius relatus à Zeuallos *de cogni. per viam violent. p. 2. quæſt. 150. num. 5. in fine*, quod vltimum intelligo procedere tantum in reſignatione ſimplici, non æquè in conditionali niſi adimpleta conditione in forma ſpecifica, vt patet ex his quæ dico infra *ſub cap. fin. hoc tit.*

2 Etenim vt docent Mandoſius *de ſignatura gratia tit. de regreſſu cap 2.* Pariſius *conſ. 5. num. 7. lib. 4.* Iaſon. *conſ. 86. lib. 3.* Puteus *deciſ. 145. lib. 1.* Flamin. *lib. 1. de reſignat. lib. 1 quæſt. 3. num. 15.* quamvis per ſimplicem, & puram reſignationem à Superiore admiſſam, renuncians ius omne quod in beneficio habebat, ipſo iure amittat, tamen per reſignationem conditionalem; nec titulum amittet nec vllum ius à ſe abdicare cenſebitur niſi conditionibus impletis, quæ ſi ad vnguem & in forma ſpecifica ſeruatæ non fuerint, perinde ſit ac ſi reſignatio facta non fuiſſet ex iam relatis legibus.

3 Et confirmatur ex eo quia ſi v. g. beneficij collatio facta ſit alteri, non verò ei in cuius fauorem renunciatum fuit, tale beneficium vacare non cenſetur ſed poterit reſignans ex antiquo titulo poſſeſſionem continuare; ex ea ratione quia reſignans in fauorem certæ perſonæ à ſe ſui beneficij ius abdicare nō intendit, nec ſi beneficium reſignatario acquiratur in cuius fauorem ceſſio ſeu reſignatio facta fuit, non enim Papa intendit reſignationem pro alio quàm pro illis admittere, vt docent Caſſador *in deciſ. 3. num. 5. de renunc.* Mandoſ. *de ſignatura gratia, tit. de reſignat. à princ.* Rebuffus *in praxi tit. de benef. poſſeſ. num. 146.* Burſatus *conſ. 411. num. 5. lib. 4.* Flam. *dict. quæſt. 3. à num. 47.* Rota *in Leodien. Canonicatus S. Dionyſij 25. Maij* 1628. coram R.

4 P. D. Pirouarano.† Deinde quia reſignans ad fauorem certæ perſonæ conditionaliter reſignat, dummodo ſcilicet perſonæ dictæ beneficium perfectè acquiratur, ac proinde donec reſignatio ſit perfectè ſortita effectum ius & poſſeſſionem non amittit. Achiles *deciſ. 10. num. 1. & 4. de reſtit. ſpoliat.* Mohedan. *deciſ. 36. per totum, de renunciat.* Barboſa *de iure Eccleſ. lib. 3. cap. 15. num. 74.* vbi refert ſic fuiſſe dictum *in vna corduben. præſtimonior. 4. Maij* 1603. coram bonæ memoriæ Lancelloto *in Leodien. Canonicatus 25. Iunij* 1622. coram Cardinali Veroſpio, & *in alia Leodien. Canonic. 27. Martij* 1623. coram R. D. Coccino Decano, & *in Romana Canonicatus Sancta Maria in via lata 29. Maij* 1624. *in meten. Canonicatus 28. Maij* 1625. coram bonæ memoriæ Buratto.

5 Confirmatur vlterius, quia ſi quis procuratorem ad reſignandum ſub certa forma & conditionibus conſtituat, ipſe verò procurator prædictam formam non obſeruet, adhuc reſignatio non ſuſtineatur quantumuis reſignans talem poſtea reſignationem tacitè vel expreſsè ratam habuerit, etiam ex variis actibus; quia conſenſus per procuratorem contra formam mandati præſtiti nullius eſt momenti, vt poſt Alex. *conſ. 21. num. 4. lib. 3. num. 6* Dec. *conſ. 77. num. 1. lib. 1.* Tradit Burſat. *conſ. 395. n. 11. lib. 4.* non enim ratificatio retrotrahitur quando actus à principio nullus fuit, vt ex Bartoli Doctrina *in l. obſeruare, ff. de officio proceris*, recepta per Alex. *conſ. 16. num. 19. lib. 6.* docent Pariſius *conſ. 49. num. 61. lib 1.* Barboſa *de iure Eccleſiaſt. dict. lib. 3. cap. 15 num. 88.* præcipuè in beneficialibus in quibus ſuperioris conſenſus deſideratur, qui in tacita ratificatione non datur, ſicque euenire vt cum legitimè ſuperioris authoritas in beneficiorum renunciationibus, requiratur, quæ à principio nulliter in ratione nullo modo interuenit, rectè fieri nullius eſſe momenti ratificationem collationis nullæ, vt docent Guid. Pap. *conſ.* 89. Flamin. Pariſ. *lib. 9. de reſign. q. 17. num.* 72. ſed ius omne apud reſignantem remanſiſſe, ex doctrina Abbatis *in cap. cum olim num. 19. de re iudic.* atque etiam poſſeſſionem, ſi reſignans renunciationem fuiſſe nullam probabiliter ignorabat.

Nec huic doctrinæ obſtat regula textus *in l. licet §6. ff. de iudiciis*, vbi iudicium per falſum Procuratorem nulliter agitatum accedente Dominij conſenſu, confirmatur, de quo puncto aliquid dico *ſub cap. 9. infra de iudiciis*, quia reſpondetur textum hunc non eſſe impedimento; nam cum in dubio noſtro ad renunciandum vtriuſque conſenſus; renunciantis ſcilicet, & legitimi Superioris in ſimul requiratur, vt iam ſupra *in Rub. & in iuribus* dixi, qui in ſimplici ratihabitione non reperitur, ſequitur dicendum ad prædictam renunciationem gratificandam requiri nouam renunciationis & Pontificis approbationem, vt efficacius comprobatur per *regulam Cancellariæ* 44. iuxta quam expreſſus & formalis conſenſus in renunciationibus prærequiritur qualis non eſt ille qui in ratificatione reperitur, quæ qualitas non adeſt in ſpecie textus *d. l. licet*, vbi ratificatio dependet à ſolo Domino. 6

Et relata doctrina in tantum eſt vera, vt procedat etiam ſi in mandato ſit appoſita Clauſula *prout procuratori bene fuerit viſum expedire*, quia vt docent Burſatus *d. conſ. 395. num. 25.* Et relati à Flaminio *d. lib. 9. quæſt. 17. num. 42.* per dictam Clauſulam *de ſtylo Curiæ libera.* Non cenſetur data Procuratori libera poteſtas circa cauſam principalem, ſed potius circa expeditionem litterarum ad quam prædicta Clauſula eſt referenda, aliter inquam dicendum ait Barboſa *de iure Eccleſ. d. lib. 3. num. 88. circa finem*, ſi in mandato poſita ſit Clauſula ſequēs *modo & forma Procuratori bene viſis*, eo quòd hæc eſt ſufficiens ad maiorem, ſeu minorem conſtituendum, dummodo penſio reſignanti non alteri reſeruetur, vt multis confirmat Flamin. *d. lib. 9. quæſt. 17. num. 82.* 7

Vnum verò circa mandatum Procuratorium in hac re notabis, reſignationē ſcilicet fieri non poſſe ad fauorem Procuratorum ad reſignandum conſtitutorum qui mandatum acceptarunt. Secus ſi non acceptarunt: quia ſi in vno mandato plures fuerint conſtituti Procuratores qui illud acceptauit poterit reſignare ad fauorem alterius Comprocuratoris qui non acceptauit cum tunc ille reputetur extraneus, iuxta deciſionem Rotæ *in Romana Canonicatus S. Mariæ in lata via 29. Maij* 1624. coram bonæ Memor. Buratto inter eius impreſſas 8

deciſ.

*deciſ.797.num.*1.Barboſa *dicto num.*83,*in fine*; ſed non ſui, quia tunc ageret & pateretur : quod non admittitur in iure : non enim quis queit ſeipſum eligere, *cap. cum in iure peritus de electione ſe præſentare*, *cap. per noſtras de iure patronatus*, *& ſe Baptizare*, *cap. debitum de Baptiſmo.*

9 Vnde infero primo quod quoties reſignatio non habet effectum, poſſint permutantes redire ad beneficium ſine noua collatione. Vt docent Ioannes Andreas & Ioannes Monachus *in cap.* 1. *de rerum permut. lib.6. num.*1. & de conſuetudine ſic obſeruari docet Petr. Gregor. *in ſyntagm. iuris lib.*17. *cap.*17. *num.*33. vbi refert ita fuiſſe iudicatum in Senatu Pariſienſi 2. *Maij* 1525.*&* 1539.vt etiam refert Rebuffus *de pacificis poſſeſſoribus num.* 166. & hanc dicunt communem & magis communem opinionem, & reſolutionem; ſic ſeruatum de ſtylo, Pariſius *conſ.*5.*n.*12.*&* 14.*volum.*4. Maſcardus *de*
10 *probat.vol.*3.*conclus.*1496.*num.*12.† vbi dicit quod beneficium reſignatum cauſa permutationis non vacat ſimpliciter, ſed ita demùm ſi ſequatur conſenſus ſuperioris & conferatur permutanti, in cuius diſpoſitionem reſignatio ſaltim virtualiter fuit collata, ſicque euenire vt ius quod alteri non quæritur à me non abdicetur *ex l. nec vtile*, *ff. quibus cauſ. maior. l. qui abſenti*,
11 *ff. de acquir. poſſeſſ.* † Quod idem de reſignante ſub modo cauſa, aut conditione procedere, docent Rota *de reſtitut. ſpoliator. in antiquis deciſ.*7. Mohedan. *deciſ.*215. Pariſ. *conſ.* 5. *num.*7. *volum.*4. Puteus *in deciſ.* 523. *lib.*2. *&* 297. *num.*5. *&* 247.*num.*2. *lib.*2. Hugo de Celſo *conſ* 45.*num.*5. Sicque fuiſſe iudicatum reſoluit. Flaminius Pariſius *lib.*1.*quæſt.*14.*num.*6. *de reſign.* vbi alios refert cum multis aliis ſic in vtroque caſu *de permutante & reſignante ſub conditione*, reſoluit,cum aliis multis videndus Zeuallos *de cognit. per viam viol.lib.*2.
12 *quæſt.*150. *à num.*6. *vſque ad num.* 22 † vbi de ratione quare vt reſignatio & permutatio effectuatæ cenſeatur,requiratur adimpletio conditionis, cauſæ,aut modi; ſecus reſoluit ex dictis in renunciatione non reſpectiua conditionali ſed ſimplex, & pura:quia iam tunc reſignans abdicat à ſe reſignando in fauorem alterius ius quod habet, ſi ſolemniter reſignaret; tuncque vt redeat ad beneficium reſignatum egere nouo titulo & collatione; nam vbi eſt extinctus titulus quem quis habebat, deſiderat ad regreſſum nouum titulum, vt videtur probari *ex clem.*1. *de rerum permut. dict. cap.* 1. *eodem lib.*6. ſique reſtantur obſeruatum Domini de Rota *deciſ.*7. *alias* 399. *de rerum permut. in antiquis*, & *in deciſ.*18. *alias* 863.*in* 6. *eodem.* Pariſ. *in cap. cum venerabilis de except. num.* 44. Nauar. *in cap. accepta oppoſit.*7. *num.*31. *de reſtit. ſpoliat.*& eſt gloſſa *in cap quod Dei de ſtatu Monachor.*

13 Ex his dubitari queit vt reſignatio valeat quæ & quanta congrua debeat manere apud reſignantem reſpondeo breuiter (ſuppoſitis quæ de congrua dixi alibi) hoc relinqui Iudicis arbitrio Ordinarij qui iudicabit,vt inſcribit in ſimili Geminianus *conſ.*35.*&* *in c. ſicut de ſupplenda neglig. Prælator.* *& in cap.*1.*de preb. lib.* 6. Menochius *de arbitrar.caſu* 16.*num.*12. Hojeda *de beneficiis incompatibil.lib.p.*1.*cap.*19.*à n.*33. *vſque ad finem.* Zeuallos *de cognit.per viam viol.d.p.*2.*quæſt.*150.*num.*27. & ſubdit Menoch. *ſuprà*, quod prudens Iudex poterit iudicare illud beneficium eſſe tenue, & paruum cuius redditus non ſufficiunt pro neceſſario victu Clerici ſuæque familiæ, ſolet tamen de ſtylo Curiæ pro congrua ſuſtentatione centum pro rectore deſignari. Et referens Zeuallos *ſuprà*,dum agit *à num.*22.de reſignatione beneficij ad cuius titulum reſignans fuit ordinatus in ſacris vt valida iudicetur reſignatio ſi Clericus retineat centum pro congrua, verius eſſe vt hodie illa dicatur congrua ſuſtētationis retentio ſi ordinatus retinet beneficium quinquaginta aureorum, cum illa quantitas reputetur ab Ordinario ſufficiens à principio, vt Clericus Sacris Ordinibus inſigniti valeat cum Flaminio *lib.*5.*de reſign. quæſt.* 6. *num.* 156. quod ego exiſtimo iam hodie ex temporum chareſtia non ſufficere,niſi habito arbitrio Prouinciæ & territorij vbi quis ordinandus degit, &c.

Pro complemento huius noſtri dubij notabis vt 14
quoties conſtet vt reſignans aliunde commodè viuere poſſit titulo perpetuo valeat reſignatio, † 15
indeque fieri vt quemadmodum laicus clericus habita congrua ſuſtentatione reſignat vt dictum eſt, ſic etiam ingrediēs religionem abſque licentia Ordinarij, eo quod religionem ingrediens eo titulo commode queit ad vitam ſuſtentari, ſic Zeuallos cum aliis ſupra *dict.quæſt.*150.*à num.*30. *&* 32. dicens ſic interpretati Concilij verba *in cap.*2. *ſeſſ.*21. ibi:*Niſi conſtito quod aliunde commodè viuere poſſit* & ibi, *Aliter facta reſignatio nulla ſit*, & ibi, *Atque illa deinceps ſine licētia Epiſcopi alienari aut extingui vel remitti nullatenus poſſint donec beneficium Eccleſiaſticum ſufficiens ſint adepti vel aliunde habeant vnde viuere poſſint*, videndus ibi cum multis Barboſa;& *ex verbis conſt. Pij V* ibi,*Sed nec hæram nallus Sacro Ordini mancipatus niſi religionem ingreſſurus valeat vllo modo beneficium vel officium Eccleſiaſticum reſignare,niſi aliunde ei ſit quo in vita poſſit commodè ſuſtentari*,dubitant verò Interpretes an tunc debeat fieri cum licentia Superioris, & Zeuallos *ſupra* & Seraphin. *de priuileg. priuil.* 52. *num.*12.dicunt vt Ordinatus ad titulum Patrimonij & beneficij poſſit ſine licentia Ordinarij Patrimonium vendere & alienare beneficiūque reſignare, ſi aliunde habeat vnde viuere poſſit,ſic in hoc ſenſu, accipienda eſſe prædicta verba Concilij & conſtit.Pij V.*quæ eſt.*58. de quo dubito per iam dicta.

Ad ſecundam quæſtionis partem an reſignans 16
poſt reſignationem factam ſimpliciter, vel ſub conditione factam poſſit percipere fructus, & à quo tempore contingat reſignationis videlicet factæ ſeu expeditionis litterarum, & quia Doctores quinque opiniones authumarunt, primam vt abſolutè reſignans ſimpliciter nequeat poſt reſignationem fructus beneficij reſignati percipere, vt dicunt Monachus *in cap. ſi te num.* 30. *hoc tit.* Rota dicens deciſum *deciſ.*1.*hic*, ſic vt Monachus, Paulus Pariſius, & Rebuffus *conſ.*22. *num.* 19. relati à Zeuallos *dict.quæſt.*150.*num.*40. *de cognit. per viam* 17
violentiæ,dicant vt ſi reſignans poſt renunciationem ſolemniter factam percipiat fructus teneatur ad reſtitutionem. † Secundam quod reſignatario à die cœptæ poſſeſſionis debeantur fructus cum tunc ſequatur exercitium; & effectus dominij quia ex tunc ad illum vt ad dominum fructus ſpectent *ex l.fructus*, *l.in fundo*, *l.ex diuerſo*, *l.non ſolum*, *§.in eum ff.de vſufructu*, *l. ſi dominium*, *cod. de pignoribus*, *l. Herennius*, *ff. de euict. cap. conqueſtus de vſuris*, tenuerūt Rebuff. ſibi contrar.*conſ.*186.*n.*19. Nauar.*conſ* 7.*num.*2.*de ſent. excommunic.*Cephalus *conſ.*49.*num.*13.*& conſ.*50.*&* 131. *num.*14. *&* 125. *num.*49.*&* 299.*num.*13.Ruinus *conſ.*25.*&* 53.*n.*23.
† Tertiam,nempe reſignantem poſſe percipere fru- 18
ctus vſque ad tempus datæ ſupplicationis & ex illo tempore ad reſignatarium ſpectare, dixerunt Flamin.

Digitized by Google

min. *de reſign.lib.1.quaſt.6.num.37.* Samen. *in Regul. de publicand.quaſt.7.num.2.* ex eo quia poſt datam ſupplicationem reſignans amittit titulum beneficij dominij & poſſeſſionem, vt tradit Rota hic *deciſ.4.* Caſſad. *deciſ.2.* vbi dicit quod conſenſus præſtitus ſemper trahitur ad tempus datæ, ſic vt conſenſus formalis non ſit neceſſarius ad perfectionem gratiæ, ſi de eo aliunde conſtiterit. Boënus *deciſ.* 348.
19 *num.4.* Pariſius *conſ.45.num.21. vol.4.*† Quartam dicentium fructus deberi reſignanti, donec Ius plenum quæratur reſignatario, quod tunc quæri dicunt gloſſa, & Anton. de Butrio *in cap. cum pridem num* 18. vbi Abbas *in fin. de pactis*, ſicque fuiſſe pluries in Rota iudicatum refert Flamin. *d. lib. 1. quaſt.3.num* 4. dicens eſſe communem opinionem omnium Doctorum, pro qua facit textus *in l. neceſſario, §. quod ſi pendente, cod. de periculo & com-*
20 *modo rei vendita.* Pariſ. *conſ.59 lib.... n.35.*† Quintam opinionem ſequuntur Hieronym. Gabriel. *conſ.192. num.34.* Flamin. *d.lib.1.de reſign.quaſt.3. num* 38. dicentes fructus deberi reſignanti vſque ad diem præſtiti conſenſus, ab illaque die incipi deberi reſignatario, & reſoluit ſic iudicaſſe *in cauſa ſibi commiſſa montis regalis anno* 1585. eo quòd in reſignationibus reſpectiuis & conditionalibus attenditur tempus præſtiti conſenſus (qui vocatur formalis) vt *in cap. cum vniuerſorum de rerum permutatione*, Puteus *deciſ.* 42. ſicque vt vſque ad illud tempus poſſit reſignans pœnitere vt reſoluit Rota & communis ſtylus Curiæ, ſecundùm Burſatum *conſ.*395. Flamin. *ſupra num.* 39. & in tantum dixit Hieronym. Gabriel. *dict. conſ.192. num.2. volum.1.* procedere vt etiam ſi ſtetiſſet per aliquod tempus (litteris iam expeditis) accipere poſſeſſionem fructus perceptos vel medio tempore percipiendos pendentes pertinere ad reſignatarium cum illico præſtito conſenſu ſine aliqua retardatione efficiatur Dominus ante adeptam poſſeſſionem. Archidiaconus *in cap. ſi tibi de preb.lib.6.* vbi Geminian. *num.2.* Franc. *num.7.* Alex. *conſ.121. volum.4.* quia conſenſus ratione fructuum retrotrahitur perindeque eſſe ac ſi facta fuiſſet & accepta beneficij poſſeſſio; Rebuffus *conſ.22.num.19.* vbi dicit quod vſque ad notificationem reſignationis factæ, poſſit in conſcientia reſignans percipere fructus, eo quòd potuerit præſumere vt ſuperior noluerit reſignationem admittere, vel quod procurator non reſignauit, aut pars non curauit: ita Probus *in addit. ad Monachum, in cap.2.num.50. hoc tit.lib.6.* argum. textus *in l. ſed & ſecus, §. abſenti, ff. pro ſocio*, & comprobari dicunt ex illa veriſſima Iuris concluſione quod in omni materia debentur fructus à tempore quo transfertur Dominium vt *in l fructus, ff. de rei vendicat. l. traditionib. cod. de pactis.*

21 Ego inquam exiſtimo diſtinguendum inter reſignationem ſimplicem & conditionalem, vt in ſimplici reſignatione & pura de plano procedat quoad fructus à ſolo ſeparatos ante diem reſignationis. Rota *deciſ. 279. part.2. recent.* quam refert Barboſa *in paſtorali par. 3. allegat. 117. n.2. in vltima impreſſione*, in conditionali in qua ſatis eſt controuerſum vt iam eſt dictum & tractant præter iam adductos Roſiniacus *de benef. cap. 14. n. 26.* Ioannes Garcia *de expenſis quaſt.26* Couarruu. *lib. .var. cap.15. num.12.* Molina *de primogenijs lib 3. c.14.* Gama Luſit. *deciſ.128.* Caualc. *deciſ. 44. num.4.* Gutier. *Canon. lib.1. cap. 33.* Cabedus *diuerſ. iuris argument.cap.3. num.* 18. D. Barboſa *in l. diuortio p.2.in princip.num.49. ff. ſoluto matrim.* Caſtellus *de vſufructu lib 1. c. 79.* Nicolaus Garcia *de beneficiis, part.2. cap. 1. ex num. 115.* Viuianus *in praxi iuris patron.lib.13. cap.10. ex n.8.* Rota *deciſ.279. p.2. recent.*

Quare ex tribus diuerſis caſibus conſideratis 22
cum Barboſa *in dict. l. diuortio à num.46.* Couarruu. *lib.1.var. cap.3. n. 6.* & Auguſtino Barboſa *de Iure Eccleſiaſt.lib 3.cap.15.num* 150. hæc difficultas lucidius explicatur nempe vt ſi conſideretur tempus à quo & vſquequo ius abdicatur & reſignatario, quæritur tunc cum in conditionalibus reſignationibus, ius & dominium à reſignante non abdicetur niſi reſignatario impletis conditionibus tranſlatum eſt interim reſignans dominus ſit, integros beneficij fructus faciens ſuos. Secundo vt quãdo de ea re reſignanti plenè non conſtat, cum reſignans bonæ fidei poſſeſſor ſit & iuſtam poſſeſſionem præcedenti titulo adhuc coloratam retineat, ſicut quilibet bonæ fidei poſſeſſor vſque ad tempus ſcientiæ retinere & percipere poterit, iuxta diſtinctionem quam inter extantes & conſumptos tradunt Bartol. & Doctores *in l. ex diuerſo ff. de rei vind. l. certum cod. eodem.* Couar. & Barboſa ſuprà *dict. n.46.* Tertio vt cõſiderato tempore notitiæ & ſcientiæ tunc donec per reſignatarium poſſeſſio beneficij cepta ſit, ſi reſignans fructus perceperit aut percipere potuit tanquam malę fidei poſſeſſor reſignatario reſtituere teneatur; ita Auguſtin. Barboſa *dict. cap.15. num.150. in fine*, quæ autem ſcientia in propoſito requiratur, explicant Petrus Barboſa *in dict. l. diuortio ff. ſoluto ad n.46.p.1.* Flamin. *de reſign.lib.1.d.q.6.à n.8.* quam latè percipies ex his quæ dico *in cap. grauis de reſtit. ſpoliator.*

Quæ vera ſunt ex iam adductis quinque opinio- 23
nibus, ſed eas non ſequutus Zeuallos *de cognit.per viam viol. p.1.q. 50.num.58.* ex doctrina Couar *d. lib 1.var.cap.15.num.12.* & Flamin. Pariſ. *de reſign. lib.1.q 10.num.4.* aliter diſtinguit & non impropriè, nempè quod ſi reſignatur beneficium in forma dignum, maximè in beneficiis curatis; tunc reſignans queat percipere fructus donec fuerint ſibi intimatæ literæ expeditæ in fauorem reſignatarij; & ſic donec iudicetur idoneus reſignatarius ab Ordinario non perdat titulum nec poſſeſſionem beneficij reſignãs, & vſque ad illud tẽpus ille proprius & verè Parochus dicatur & non reſignatarius: quia ille ſupportat onera beneficij, audit confeſſiones, celebrat matrimonia, reſidet perſonaliter, vt tradit Flamin. *ſupr.* & ſic congruum ſit ratione, & æquitate vt ad illum fructus pertineant, iuxta doctrinam textus *in cap cum ſecundùm Apoſtolum 16. de prabend.* & ſic plures in praxi pro hac opinione iudicatum refert in Archiepiſcopatu Toletan. idem Zeuall. inſimulque fuiſſe obtentum in quadam cauſa deuoluta ad Nuncium Apoſtolicum, ſicque in iudicando & conſulendo non ſit à prædicta opinione recedendum ex doctrina Rebuff. iam relata, dicentis reſignantem poſſe percipere fructus donec fuerint ſibi intimatæ literæ expeditæ, ſecus inquam ſi reſignatio fiat in forma gratioſa; tunc enim ait ſequendam eſſe quintam opinionem & ſententiam ex iam adductis ſub verſ. *ad ſecundam.*

Ex his iam breuiter dico quod alios ſex effectus 24
pariat reſignatio perfecta, nempe vt vacet beneficium reſignatum, & quod non poſſit beneficiatus poſt puram & ſimplicem reſignationem à ſuperiore admiſſam, poſſeſſionem vlterius retinere; ſed ſtatim de idoneo paſtore eſſe prouidendum: tertio vt non teneatur reſignans poſt admiſſam reſignationem penſionem ſuper beneficio impoſitam. Et cæteris illius onera amplius ſoluere, cum illud onus reale

ſit, tranſiens cum eodem beneficio ad reſignatarium; quarto vt non teneatur reſignans poſt admiſſam & perfectam dictam reſignationem ad horas Canonicas recitandas ratione prædicti beneficij niſi alias ex alio beneficio aut propter ſacrum ordinem ad eas teneretur; quinto vt nec teneatur amplius ad reſidendum in eo beneficio; ſexto vt reſignans poſt admiſſam & perfectam reſignationem & dimiſſionem nequeat pœnitendo iterum ad beneficium redire, ſeu illud repetere; ex regula textus *in cap. ex tranſmiſſa hoc tit. cap. quam periculoſum 7. quæſt. 1.* hæc docent Nauarrus *in c. accepta oppoſit. 7. de reſt. ſpol.* Viuianus Flamin. & ex aliis multis Barboſa *de Iure Eccleſ. d. lib. 3. cap. 15. à num. 14. §. 4.* vbi *§. 3. à n. 25.* refert de beneficiis quæ poſſunt reſignari & *in §. 5. à num. 156.* agit de permutatione beneficiorum & *à num. 187.* cum multis Doctoribus *§. 6. de publicandis reſignationibus* ex Bulla Greg. XIII. quæ incipit *Humana vox, ſub data Nonis Ianuary 1585.* Flamin. *de reſign. lib. 11. in præfat.* Quaranta *in ſumma Bullary verbo beneficiorum.* Lotterius *de re beneficiaria lib. 3. quæſt. 21. num. 1.* Nouar. *in ſumma Bullarij tit. de benef. reſign. public.*

25 Ad tertiam quæſtionis partem quia infra aliquid dico ideo breuiter dico quod ſi beneficium iuriſpatronatus laicorum vel Capellania reſignetur in fauorem certæ perſonæ ſine conſenſu patronorum, vel ſine legitima derogatione iuriſpatronatus, talis reſignatio vel renunciatio ſit nulla, & ius remaneat integrum apud reſignantem abſque nouo titulo & collatione, vt fuit reſolutum *in vna Hiſpalenſi Capellania Sanctæ Catherinæ 19. Decemb. 1. quæſt. 1593.* Burſatus *conſ. 411. num. 4. & 5.* teſtatur Mohedan. *deciſ. 338.* Zeuallos *dict. quæſt. 150. n. 34. & 35. de cognit. per viam viol. p. 2.* Rochus *de iurepatron.* verbo *honorificum quæſt. 3.* Couar. *in pract. cap. 35. num. 5.* Flamin. *de reſign. lib. 2. quæſt. 4. num. 4. & lib. 7. q. 14. num. 8.* Puteus *deciſ. 402. lib. 1.* Viuian. *in praxi iuriſpatron. lib. 13. c. 10. à num. 24.* Gonzales *ad reg. 8. Cancel. gloſſa 18. à num. 2. & gloſſa 47. n. 20.* Gratianus *diſcept. forenſ. tom. 5. cap. 835.* Cum aliis Barboſa *de iure Eccleſ. dict. cap. 15. num. 142.* vbi *num. 144.* ponit ſex caſus in quibus Papa ſolet derogare iuſpatronatus Laicorum de quibus infra *c. 2. quæſt. 1. in fine,* & licèt *à num. 125.* referat regulam generalem vt queant omnia beneficia renunciari, quantumuis maiora ſint, & etiam ſi reſeruata ſint Apoſtolicæ Sedi, vt explicat *à n. 135.* tamen limitat in beneficio in quibus reſignans nullum habet ius, & in eo ad cuius titulum fuit ordinatus niſi aliunde habeat, vt iam dixi, item *n. 145. 146. & 147.* limitat in beneficiis electiuis quæ ſine conſenſu eligentium reſignari non poſſunt, & in beneficio in quo alij fuit reſeruatus regreſſus, & in beneficiis litigioſis, & item quando is qui ſuper beneficio, reſeruata eſt penſio egit pro ea non ſoluta contra beneficiatum ad priuationem ſeu ad regreſſum; item quæ eſt ſimoniaca eſt nulla. Zeuallos *ſupra numero 35.*

26 Ad vltimam quæſtionis partem iam ex dictis reſpondebis quando in reſignante deſideretur nouus titulus & noua collatio ipſi reſignanti præſtanda de quo dubio idem Zeuallos *dict. quæſt. 150.* & ſupra *num. 12.*

Ad Text. in Cap. Super V. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Renuncians poterit replicare, quod non ſponte renunciauit.*
2 *Reſignans petens à reſignatario ſolutionem expenſarum, ſimoniam committit.*
3 *Renunciatio debet eſſe ſpontanea, & electio in libertate n. 4.*
5 *Negatiua qualiter probetur reſolutiuè.*

TExtum hunc in propria ſua materia expendi *in cap. 2. de reſtit. ſpoliat. quæſt. 1. num. 2. & 19.* & quia non pauca notat hic Barboſa, loquaturque textus de ſpontanea abiuratione renunciantis, cōtra quam poſſit actor replicare, quod non ſponte renunciauerit, adiunges notata ſupra *ſub cap. 2.* item & quæ latè dixi *ſub dicto cap. 2. de reſtit. ſpoliat.* † ſequentia, nempe, vt ſimoniam committat reſignans beneficium, & petens à reſignatario ſolutionem expenſarum, quas in eius acquiſitione fecit, colligit Diana ex hoc textu, & *ex cap. cum pridem de pactis p. 10. tract. 14. reſ. 1. in fine,* quia perit aliquod onus, quod Iure non ineſt; eo quòd reſignatio ſecum non afferat eas expenſas, cum factæ ſint ante reſignationem, quarum cauſa non eſt pluris æſtimandum. Flamin. *de reſignat. lib. 14. quæſt. 2. num. 1.* Leſſius *lib. 2. cap. 35. diſt. 15. num. 94.* † ideò nunc tantum adiunges, & quod beneficij renunciatio debet eſſe ſpontanea, Garcia *de beneficiis p. 11. cap. 3. à n. 3.* videbis notata infra *ad c. 2. 3. & 4. de his quæ vi* † adiunges notata ſupra *in cap. cum terra 14. de electione,* vbi quod electio debet eſſe in libertate eligentium; item & latè adducta *in c. 15. de iureiurando,* & notata *in cap. Gemma de ſponſalibus,* vbi qualiter improbentur metu facta, & ſine libertate. 1 2 3 4

Et in verſ. *licet negantis factum,* & in verſ. *probationes* hic multos refert Barboſa *n. 7. & 8. & n. 10.* vbi de negatiua probanda, circa quam videbis quæ latiſſimè ſcripſi *in cap. quoniam contra falſam 11. & cap. 12. de probat.* 5

Ad Text. in Cap. In præſentia VI. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Renuncians ſponte electioni de ſe factæ, amplius non auditur.*
2 *Præſumptio magna ſemper pro Iudice habetur, ritéque facta eius decreto ſtante: quid de Principe remiſſiuè, n. 3.*
4 *Iudicata res conſtituit ius.*
5 *Sententia continens duplicem cauſam, vnam falſam ſuſtinetur ex vera, Et quid ſi partes approbent Iudicis perſonam, n. 6.*
7 *Renuncians diſpoſitioni, num ea vti poſſit remiſſiuè.*
8 *Fides bona num præſumatur propter authoritatem ſententiæ, n. 9.*

Textus

Digitized by Google

1 TExtus hic quatenus decidit, vt quando quis
ſponte renunciat electioni de ſe factæ, non
ſit amplius audiendus ſuper eadem electione, ſatis
manet enodatus *in cap.2. & 3. hoc tit.* alia *in
cap.5.*
2 Et in verſ. *& tanta ſit Iudicialis authoritas*, no-
tat Barboſa hic cum communi Doctorum, quod
pro iudice ſemper magna præſumptio habetur; &
quod ſtante Iudicis decreto, omnia præſumantur
ritè, & rectè facta; ſed non ſufficere ad id vt præ-
ſumãtur adhibitæ ſolemnitates non enunciatæ. Vn-
de vt latiſſimè expendas applicabis materiam tex-
tus *in cap. ſicut 16.* vbi Barboſa *de re iudicata*; &
quæ Ego ibi adduxi, Item applicabis pro exceptio-
ne huius dicti quæ latiſſimè dixi *ſub cap.28. de teſti-
bus*, vbi quod Iudici quantæcumque Dignitatis
3 non creditur teſtificanti. † Et quæ notat Gratianus
*regul.*379. quatenus agit de ea, vt Princeps ſemper
præſumatur habere iuſtam cauſam, vbi limitat mo-
dis ſeptem.
4 Et textum hunc expendi *in cap.1. de reſtit. ſpol.
num.5. & 21.* & *in cap. quoniam contra falſam. 11.
de probationib. quæſt.1. num.1. & 35.* Et de intellectu
videbis quæ tradit Balboa *in cap. Lator de re Iudi-
cata, à num.32.* vbi cum dicat vt res iudicata conſti-
tuat ius, intelligit ex textu noſtro, vt ius accipia-
tur pro eo quod iuſtum eſt. † Et adiunges quæ tra-
5 dit Gratianus *regula* 78. præcipuè *num.3.* vbi quod
ſi in ſententia ſint duæ cauſæ expreſſæ, vna falſa,
& alia vera, ex vera ſuſtineatur reiecta falſa, ita
cum multis, & cum Innocentio hic, & applicabis
quæ dico *in cap. cum ceſſante 60. de appellatio-
nibus.*
6 Ad quæſtiones an partes approbando perſo-
nam Iudicis, videantur approbare eius ſententiam,
reſoluit Balboa *in cap. cauſam 14. de ſententia, &
7 re iudic. à num.2.* de qua dixi Ego *ibi* latè. † Et an
qui renunciauit diſpenſationi poſſit ea vti, appli-
cabis quæ latè expendit Sanchez *de matrim. lib.* 8.
8 *de matrim. diſp.* 32. *& num.* 2. † Et an bona fides
præſumatur propter authoritatem ſententiæ, Co-
uarruu. *in 4. p.2. cap.8. §.1. à num 4.7.8. & 10.*
9 Et ad prima verba textus noſtri *licet igitur Iudex
non ſemper ad vnam ſpeciem probationis applicet
mentem ſuam; ſed ex confeſſionibus, depoſitionibus,
allegationibus, & aliis.* Tu applicabis quæ dicit
Balboa *in dicto cap.14. de re indicata à n.9. & 10.* &
quæ *ibi* notaui, item & quæ dixi *in cap. in noſtra
32. de teſtibus.*

Ad Text. in cap. Sanè VII. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Renuncians litteris beneficialibus, non ideo vide-
tur renunciaſſe institutioni iam factæ.*
2 *Renunciari poteſt abſque ſuperioris authoritate
litteris ad beneficia, ac iuri ad rem: & de
differentia iuris in re, & ad rem*, num. 3.
& 4.
4 *Beneficiarius habens ius in re, non amouetur à
ſeruitio beneficij, niſi de Prælati conſenſu.*
5 *Dimiſſio beneficij ab abſente, poteſt fieri ſine au-
thoritate ſuperioris, ſi nondum illud ac-
ceptauit, ſecus ſi illud acceptauit.*
6 *Electus poteſt cedere ius ad beneficium, ad quod
electus fuit ſine authoritate ſuperioris*, &
num. 20.
7 Cap. cum inter 21. de electione, *& n.9.*
8 *Sponſalia dirimuntur mutuo contrahentium con-
ſenſu.*
10 *Renunciatio valet quæ fit in manibus electoris
abſque ſuperiore.*
11 *Renunciatio iuris ad rem ſine licentia procedit
in libera renunciatione; ſecus ſi fiat ad fauo-
rem perſonæ, aut cum reſeruatione pen-
ſionis.*
12 *Puniri quis num poſſit à iudice illo, qui ſub ſpe
impunitatis faſſus eſt veritatem*, remiſſiuè.
13 *Donata intelliguntur mancipia donatis, & tra-
ditis inſtrumentis mancipiorum.*

TExtus iſte quatenus dicit quod qui renunciat 1
litteris beneficialibus, non ideo inſtitutioni
iam factæ renunciare videtur; quia vt aduertit hic
Barboſa *num.3.* in verſ. *ipſum in fratrem & Canoni-
cum adm ctatis.* Ideò non obſtante litterarum re-
nunciatione, prædictus N. in Canonicum admitti
mandatur; quia facta fuit ooua collario per nouas
litteras, in quibus mandatur Canonicis, quod non
obſtante renunciatione ipſum ad Canonicum, &
fratrem recipiant. Et ſecundùm hoc rectè com-
probatur hæc deciſio ex notatis ſupra *in cap.2. & 3.*
de illo, qui renuncians beneficium, ad illud de-
nuo bene eligatur.
Et in verbis *litteras ſuas vobis reddens* probat 2
cum multis Barboſa hic *num.2.* quod abſque Supe-
rioris authoritate poteſt renunciari litteris ad bene-
ficia, ac iuri ad rem beneficio competenti per ele-
ctionem, præſentationem; Garcia *de benef. p.11.
cap.3. num.* 247. † vnde aduertendum eſt longam 3
dari differentiam inter reſignationem beneficij, in
quo reſignans habet ius in re, & inter ceſſiooem
illius; in quo habet ius ad rem; quia in priori caſu,
cum ſit vera, & propria reſignatio, ſuperioris ad-
miſſio, & acceptatio eſt neceſſaria. In poſteriori caſu
non requiri, vt in manibus ſuperioris celebretur,
ſed ſola partis dimiſſio ſufficiat, iuxta textum no-
ſtrum, & gloſſam *in cap. ſi electio de elect. lib.6.* re-
cepta ex Boërio *deciſ.308. num.1.* ſecundùm quam
iudicauit Rota *deciſ.6. de iurepatron.* & *deciſ.8. n.1.
eodem tit. in nouis.*
Et eſt differentiæ ratio, nam eo ipſo quòd bene- 4
ficiarius perfectum ius habet in beneficio, ſtatim
Eccleſiæ ius competit, per quod ipſi Eccleſiæ in-
ſeruire compellitur; ſic vt ab eius ſeruitio nequeat
ſe eximere, niſi Prælati accedat conſenſus; eo quod
inter beneficiarium, & Eccleſiam, ſit celebratus
ille quaſi contractus, de quo *ſub Rubr.* dixi, quod
non procedit in caſu ſecundo, in quo beneficiarius
habet tantum ius ad rem, vt hic; quia ante colla-
tionem, nullum Eccleſiæ ius acquiſitum conſide-
rari poteſt, quod deſiderat ſuperioris conſenſum,
vt remittatur.
Vnde infertur quòd ſi abſenti beneficium con- 5
feratur, poſſit illud ante acceptationem Prælato
inconſulto dimittere, poſtea verò minimè; quia
per acceptationem conſequitur ius in re, iuxta tex-
tum *in cap. ſi tibi abſenti de præb. lib.6. cap. fin. de
conceſſione præb. eodem lib.* quod ſine ſuperioris ap-
probatione, nequit dimittere, docet Barboſa *de iure
Eccleſ. p.2. c.15. n.26.* & notat Gonzalez *in reg.* 8.
Cancel. gloſſa 15. §. 2. *num.6.* quod vacare non dici-
tur beneficium per eum, cui facta fuit in abſentia
collatio ante acceptationem.

6 Hinc fit poſſe electum ad aliquod beneficium cedere iuri ſuo, & electioni de ſe factæ abſque ſuperioris licentia, vt colligitur ex textu in *cap. in præſentia, hoc tit. cap. ex ore*, de his, quæ fiunt à maiori parte Capituli; quamvis electioni de ſe factæ conſenſiſſet; ex eo; quia per electionem acquiritur electo ius ad beneficium, non verò ius in re, iuxta textum, quam ſit de electione *lib. 6.* Flamin. *de reſignat. lib. 2. quæſt. 23. num. 7.* Garcia *de benefic. part. 11. cap. 5. num. 247.* cum aliis Barboſa *tit. cap. 15. num. 28. & 29.*

7 Nec obſtat textus in *cap. cum inter 21. de electione*, vbi per mutuum electi, & eligentium conſenſum, quaſi coniugale vinculum contrahitur: nam intelligeodus eſt textus ille cum gloſſa *ibi*, verbo *quaſi*, & addit Barboſa *dict. 2. part. cap 15. num. 30.* poſſe etiam intelligi, vt loquatur de vinculo, quod
8 ſponſalibus de fnturo reſultat; † ita vt quemadmodum ſponſalia ſolo contrahentium diſſeoſu diri-
9 muntur, iuxta textum *in cap. 2. de ſponſalibus*, † ſic vinculum illud mutuo electi, & eligentium con-
10 ſenſu diſſoluatur. † Et ob id valare renunciationem, quæ in manibus electoris abſque ſuperioris licentia celebratur, vt notanit gloſſa verbo *renunciauit, in cap. 2. de tranſlat. Prælat.* Vnde euenit vt renuncians electioni de ſe factæ ampliùs non exaudiatur, nec eius appellatio ad nouam electionem impediendam admittatur, vt cum communi reſoluit Flam. *dicta quæſt. 23. num. 9.* & apertè decidit textus *in cap. cum inter 16. de electione*, vbi notaui.

11 Quæ tamen ſunt dicta de prædicta renunciatione iuris ad rem, ſunt intelligenda de ſimplici, & libera renunciatione, non de ea, quæ fit ad fauorem certæ perſonæ, aut cum reſeruatione penſioois; quia tales renunciationes non admittuntur, niſi renuncians habeat ius io re, cum ius ad rem non ſit tantæ potentiæ, vt poſſit in alium transferri, ſicut notauit Rota *deciſ. 17. de præb. in nouis.* Flaminius *dict. lib. 2. de reſ. quæſt. 23. num. 3.* & colligitur ex his, quæ notaui ſupra *in Rubrica.*

12 Gloſſa in verbo *ductus.* notat Barboſa hic cum multis *num. 4.* quæſtionem. An ſi iudex promittat delinquenti impunitatem, ſi veritatem confiteatur, patefacta ea, teneatur illũ punire, de qua citat Clarum *in praxi qu. 55. verſ. allegare*, Antonius Gomez. *lib. 3. var. cap. 12. num. 6.* quibus addo Couarru. *lib. 1. Var. cap. 2. num. fin.* vbi agit de quæſtione, an qui propter iudicem faſſus eſt delictum, debeat damnari, de qua ego egi latè *in cap. accedens 4. vt lite non conteſtata quæſt. 4. verſ. ad ſecundam*, dum egi de ea quæſtione *an iudex poſſit ſub ſpe impunitatis eum damnare, a quo ſub tali ſpe ſciuit veritatem.*

13 Et in gloſſa *reddens, num. 5.* probat cum multis hic Barboſa, vt donatis, & traditis inſtrumentis mancipiorum, mancipia ipſa intelligantur donata, & comprobant inter alios, quos refert Couarru. *lib. 3. Var. cap. 16.* per gloſſam hic *num. 12.* videndus *num. 10. & 14.* Anton. Gomez, *tom. 2. Var. cap. fin. num. 23.* Molina *de primog. lib. 4. cap. 2. num. 10.* Matien. *in l. 1. gloſſa 6. à n. 2. tit. 6. lib. 5. recopil.* & pro ampliſſima exornatione adiunges quę notaui ſupra *in cap. 2. de conſolationibus.*

Ad Text. in cap. Quod in dubiis VIII. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio facta in manibus Laici non tenet: & ſic renuncians beneficio ſpoliatur: quid ſi re, & verbo fiat* num. 1. & 3. *& quid de proprietate beneficij*, num. 9.

3 *Renunciationes factæ in manibus Laici quantumcumque dignitatis, & etiam ſi habeat ius patronatus, ſunt nulla.*

4 *Renunciatio facta ſine aſſenſu ſuperioris, non tenet in præiudiciũ Eccleſiæ, ſecus renunciantis, in cuius præiudicium impetrari poteſt, explica vt* num. 5. & 10.

6 *Reſignatio beneficij an de ſola voluntate reſignantis procedere poſſit ſub diſtinctione, realis, & verbalis dimiſſionis*, num. 7. & 8.

8 *Regreſſus ad beneficium reſignatum, qualiter fiat compulſione ſuperioris, ſine cuius licentia fuit beneficium dimiſſum.*

9 *Poſſeſſio beneficij amittitur per dimiſſionem, proprietas non niſi accedente ſuperioris conſenſu, & ratio differentiæ*, num. 12.

11 *Renuncians beneficiũ, regreditur ad illud ſine nouo tit. quoties ſuperior renũciationi non conſentit.*

PRobat textus hic quod renunciatio facta in manibus Laici, non tenet; ſed renuncians eſt beneficio ſpoliandus: & ſic probat Barboſa hic *num. 5.* quod non eſt nulla ipſo iure, cum veniat ſpoliandus; & *num. 2.* ait in tantum procedere, vt facta renunciatio non valeat, quod procedat etiamſi Laicus ſit Notarius Cameræ, vel Cancellariæ; & quamvis habeat ius patronus in beneficio, & porrigi etiam ad Laicum conſtitutũ in Ducali, Regali, aut Imperiali dignitate, niſi Reges habeant ius conferendi, & recipiendi reſignationes; quæ omnia adiuuo, & amplio ex his quę notaui *in cap. Meſſanã 56. de electione*, & ex his, quæ dixi latè *ſub. cap. 3. de iudiciis qu. 5.* & confirmatur ex his, quæ de incapacitate Laicorum dixi latè reſpectu rerum Eccleſiaſticarum *in cap. 2. cap. 4. cap 8. cap. nouit 13. cap. qualiter. 17. cap. fin. de iudiciis*, & *in cap. 5.* cum aliis *de foro compet* & ex his, quæ ootaui ſupra *in cap. 7. cap. 10. de conſtit.* in terminis Barboſa *de iure Eccleſiaſt. part. 2. lib. 3. cap. 15. num. 188.* 1

Vnde rectè Barboſa hic *num. 4.* improbat intellectum Rebuffi *de pacificis poſſeſſoribus n. 149.* dum tenuit reſignationem beneficij in manu Laici verbo ſimul, & re factam valere, factam verò verbis tantùm minimè; quia neutra valet, ſcilicet tam illa, quæ fit verbis, & re, quàm illa, quæ, fit verbis tantum, ſi non probatur à ſuperiore; & vtramque valere probat cum Naoarro, & Flaminio, ſi ab ipſo probetur. 2

Itaque cum iam ſub Rubrica adduxerim perſonas legitimas, coram quibus renunciationes fieri debent, & de quarum conſenſu, & generaliter ibi dixi competentem eſſe omnem ſuperiorem ordinarium Eccleſiaſticum habens ſpiritualia; ſequitur, vt reſignationes factæ in manibus Laicæ perſonæ, etiamſi habeant ius patronatus in eo beneficio, & quãvis ſit Rex, vel Imperator, ſint nullius momenti, & 3

& roboris, Flaminius *de reſignatione lib. 7. queſt. 9. num. 14.* Maſtrillus *deciſ. 31. num. 11.* Borrellus *in ſumma deciſ. tom. 1. tit. 26. de benef. reſignat. num. 11.* Cardinalis Mantica *deciſ. 260. quæſt. 41.* Riccius *p. 3. deciſ. 289. num. 5.* Cardinalis Tuſchus *littera R. concluſ. 267. num. 1. & 2.* per textum noſtrum.

4 Sed quia per textum hunc Doctores ſolent requirere Superioris Eccleſiaſtici aſſenſum ad veram renunciationem beneficij; ideò applicabis notata ſuprà, tam *in Rubrica*, quàm *in cap. admonet 4. hoc tit.* & in terminis ad textum noſtrum Riccius *collect.* 1479. docens, vt renunciatio debeat fieri cum licentia Superioris, ſeu eius authoritate, addens vt alias non teneat in præiudicium Eccleſiæ, aut Superioris illico dicit, tenere tamen in præiudicium renunciantis; quia ex hoc cenſetur feciſſe tacitum pactum de non petendo beneficium, ita
5 cum Balbo *in deciſ. 19.* † Et infert in præiudicium renunciantis vacare beneficium, poſſequè impetrari, ſic cum Ruino *in deciſ. 90.* quamvis taliter factam renunciationem, poſſit Superior approbare, ſeu ratificare, Rota *in deciſ. 1. de renunciat.* ſed limitat cum eadem Rota *in deciſ. 1. & 3. hoc tit.* niſi ante admiſſionem, & gratificationem renunciauerit, & mutauerit voluntatem cum re integra, poſſit pœnitere.

6 Poſſes ergo hic dubitare an ſola voluntate beneficiarij poſſit procedere reſignatio beneficij; ſic vt ſe abdicet à munere ſeruiendi: & quamvis Innocent. hic doceat abſolutè renunciationem ſine Superioris authoritate factam, nullius eſſe momenti; per textum, quem putat expreſſum *in cap. non oportet 7. quæſt. 1.* ibi *hoc factum prorſus irritum*
7 *denunciatur*, vt iam retuli *ſub dicto cap. 4.* † Tamen Barboſa agens ex propoſito *lib. 3. de Iure Eccleſiaſt. p. 2. cap. 15. à num. 16.* diſtinguit inter renunciationem verbalem, aut realem; ita vt prima quamtumvis perfecta, dum pendet Superioris admiſſio valida ſit interim quandiu per Superiorem reiecta, & repudiata non fuerit, vt videre eſt in diſſoluendo quocumque contractu, duorum conſenſu celebrato comprobans ex regula textus *in l. ſi pecuniam ff. de conditione ob cauſam lib. 1. quæſtio-*
8 *ne 11. num. 6. de reſig.* † In ſecundo caſu ſi agatur de reali dimiſſione beneficij, propria authoritate facta, tunc poſſit beneficiarius per ſuperiorem compelli ad dimiſſum beneficium iterum regredi, quantumvis aliud acceptaſſet, ſitque in poteſtate Superioris renunciationem acceptare, & alteri beneficium conferre, vel cogere antiquum Prælatum, vt ad beneficium, quod propria authoritate dimiſerat, iterum reuertatur, ſic intelligens Barboſa textum *in dicto cap. cum oportet* cum aliis, & concludit cum Nauarro eum, qui per realem beneficij dimiſſionem, poſſeſſionem amiſit, ſi antequam per Superiorem acceptetur ad illud regredientem incipere iterum poſſidere, & ad hanc nouam poſſeſſionem apprehendendam Superioris authoritatem prærequiri: & in hoc ſenſu defendi poſſe gloſſam *in cap. quod Dei de ſtatu Monach.*

9 Nec huic reſolutioni obſtat textus noſter ibi *Sunt beneficio ſpoliandi*, quaſi per reſignationem, de qua hic reſignans poſſeſſionem non amiſiſſet; quia reſpondetur verba illa intelligenda eſſe reſpectu proprietatis, quam renuncians retinet, quandiu renunciatio per Superiorem admiſſa non eſt; non verò de poſſeſſione, quam per nudam beneficij dimiſſionem amiſerat, vt docet Zabarella *in*
10 *clem. 1. hoc tit. num. 17.* † Et ſic concludit Barboſa *dict. cap. 15. de Iure Eccleſiaſt. lib. 3. num. 18.* renunciationem quandiu à Superiore admiſſa non eſt, validam eſſe in præiudicium renunciantis, poſſe tamen per Superiorem repudiari, ſic intelligens Doctores vocantes prædictam renunciationem nullam reſpectu Superioris, validam verò reſpectu renunciantis.

Notabis verò, vt cum ſic renuncians cōpellitur 11
per Superiorem, vt reuertatur ad beneficium, tunc non ſit nouus titulus neceſſarius; quia quamvis per realem beneficij dimiſſionem, de qua dictum eſt, beneficiarius poſſeſſionem amittat, retinet tamen proprietatem, & titulum ſui beneficij, quandiu renunciatio per Superiorem acceptata non fuerit, docent hic Innocent. *num. 1.* Abbas *num. 8.* Zabarella *in dicta clem. 1. hoc tit. num. 17.* Menochius *de arbitrariis caſu 21. num. 43.* Rota *deciſ. 3. num. 2.*
hoc tit. † Et reddit rationem Flaminius *dict. lib. 7.* 12
de renunciatione quæſt. 1. num. 37. quia ſcilicet poſſeſſio eſt quid temporale, quod abſque Superiore amittitur, iuxta quæ longè tractaui *in Rub. de cauſ. poſſeſſ. & prop.*

Ad textum noſtrum videbis Naldum *hic*, & pro 13
eo adiunges Doctores ſequentes, qui quæſtiones videndas tractant, Couarru. *lib. 1. variar. cap. 1. à num. 6.* verſ. *nam renunciatio*, de quo ſupra, Flamin. *de reſignat. lib. 1. quæſt. 4. num. 41.* ad bonam aliam quæſtionem Zeuallos *in practicis quæſt. 666.* dum agit de illa, an reſignans, ſi Iudex eligatur poſſit eſſe Iudex, & ad vtramque partem agens affirmatiuam defendit ſub diſtinctione, quem videbis cum multis de illa agitantem, quam vocat ſubtilem, & poſſunt pro negatiua applicari nonnulla quæ dixi *ſub cap. 12. de iudiciis, de Iudice in propria cauſa* & de ea dico *quæſtione ſequenti.*

QVÆSTIO I.

An reſignans ſi Iudex eligatur poſſit eſſe Iudex. Et effectuatio reſignationis probetur ante executas litteras reſignationis; vbi an ſint purificatæ conditiones antequam reſignatario detur poſſeſſio ſeu manuteneatur reſignans. An coadiutor poſſit dari in beneficio iuriſpatronatus.

SVMMARIVM.

1 *Reſignans Canonicus conſtitutus in dignitate poteſt eſſe Iudex in cauſa ſibi commiſſa ſiue delegata ratione dignitatis ante executas litteras reſignationis*, num. 2. 3. *& propriis* à num. 4. 7. & 8.

5 *Habilitas in qualibet commiſſione deſideratur in principio.*

6 *Actus legitimus perfectus, & conſummatus, non vitiatur, licèt perueniat ad caſum à quo incohari non poterat.*

7 *Canonicatus in Cathedrali, vel dignitas quæ in delegato Summi Pontificis requiritur debet adeſſe in principio commiſſionis quāvis in tempore præſentationis dignitas eius ceſſauerit.*

9 *Reſignationis affectio non probatur ante executas litteras nec ius abdicatur à reſignante quamvis reſignans tanquam œconomus ab*

Ordinario adminiſtraſſet, & etiam ſi reſignatarius cepiſſet beneficij reſignati poſſeſſionem, n.10.& 11.

12 *Reſignationis gratia facta* in forma dignum *nullum tribuit ius reſignatario donec de habilitate conſtet & fiat collatio.*

13 *Reſignanti datur manutentio antequam reſignatario detur poſſeſſio idemque procedit pendente lite ſuper validitate, & inualiditate reſignationis, & an ſint purificata conditiones*, n.14.& 15. *fallit* n.16.

16 *Manutentio denegatur reſignanti & datur reſignatario qui eſt in poſſeſſione.*

17 *Coadiutor poteſt dari in beneficio iuris patronatus cum conſenſu Patroni, perpetuus, aut temporalis declaratur*; n.18.

19 *Ordinarius prouiſionaliter & ex cauſa poteſt ſine conſenſu Patroni ponere coadiutorem in beneficio, Vicarium ſeu œconomum.*

20 *Permutatio, ſeu reſignatio in patronatibus Regiis non valet ſine Regio conſenſu.*

21 *Derogat Pontifex Romanus ius Patronatus Laicorum in ſex caſibus.*

1 AD primam quæſtionis partem quæ exemplificatur modo ſequenti an ſi cauſa, v.g. fuit commiſſa Antonio Canonico aut alio conſtituto in dignitate qui poſt datam & receptionem litterarum reſignauit Canonicatum vel aliam dignitatem in fauorem Ioãnis, nùm ipſe reſignans poſſit decidere cauſam, aut Ioannes eius reſignatarius; in quo dubio inuenio diſſentientes interpretes, & pro negatiua, nẽpe vt reſignans nequeat iam cognoſcere de cauſa ſibi commiſſa, facit: nam reſignans vt latè dixi *ſub Rub. & in cap.4. ſub quaſt.*1. ſtatim perdit titulum & poſſeſſionem, & pro mortuo reputatur, eo quod per reſignationem amittitur, nedum dominum & proprietas, ſed etiam poſſeſſio naturalis & ciuilis, vt docent Anton. de Butrio, *in cap. ſollicite, num.13. de reſtit. ſpoliat.* Mohedanus, *deciſ.*87. Cardinalis & Abbas *in cap. quod in dubiis, hoc tit.* Pariſius Flamin. *lib.1. de reſignat. benefic. q.*54.*n.*70. *&*
2 *quaſt.*5. *num.*11. † & facit ſecundo quia illa commiſſio fuit realis & conceſſa contemplatione dignitatis, vt *in cap. ſtatutum de reſcriptis lib.*6. argum. plurium quæ dico & interpretes notant *in cap. quoniam.* Abbas *infra de officio Iudicis deleg.* vnde cum ceſſet per reſignationem commiſſionis, cauſa videtur ſequi vt debeat ceſſare delegatio, ex doctrina textus *in cap. cum ceſſante de probat.* vbi dixi de regula *ceſſante cauſa*, maximè cum commiſſio peruenerit ad caſum à quo non poterat inchoari, *l. ſi à me, la 2. ff. de iudiciis*, cumque cauſa debeat committi conſtitutis in dignitate, argumento eorum quæ dixi de iudicibus religionum conſeruatoribus *in cap.5. de foro comp. quaſt.*12.

3 Et hæc ratio militet non ſolùm reſpectu principij, ſed in medio & in fine cauſæ, & ex mutatione ſtatus videatur mutata perſona, *cap. fœminina diſt.*50. *cap.*1. *diſt.*33. ſequitur vt ceſſante dignitate quæ ſit cauſa finalis conceſſionis, non poſſit reſignans cauſam poſt regreſſum inchoatam finire, *ex cap. nouit. de officio deleg.* Ita communiter reſoluunt Doctores quos adducit Flamin. ſupra *quaſt.*11. *n.*4. *in fine.* Abbas qui communem dicit *in dict. cap. quoniam. Abbas*, vbi Innocentius.

4 Nihilominus contrariam tenent opinionem gloſſa *in dict. cap. ſtatutum*, verbo *canonico* verſ. *etſi tempore data.* Archidiaconus *num.* 3. Anchar. *n.*5. Geminian. *num.*9. ibi, idem *in cap. licèt canon. in princ. de elect. lib.*6. Cardinalis Zabarella *in clem. etſi principalis quaſt.*6. *de reſcript.* Abbas *conſ.* 93. *lib.*2. Paulus de Caſtro *conſ.* 327. *volum.*1. Decius *in dict. cap. quoniam Abbas, num.*56. vbi dicit hanc communem & ibi Felinus *num.*5. imò & Flaminius ſupra *num.*66. ait hanc opinionem defendiſſe interpretando textum *in dict. cap. ſtatutum de reſcript.* vbi ſatis facit fundamentis aductis pro contraria opinione, concludens quòd pro hac ſententia fuit iudicatum in Sacra Congregatione Concilij Trid. 21. *May* 1587. vbi Congregatio cenſuit poſſe reſignantem de cauſa cognoſcere, etiam poſt reſignationem, & hanc ego amplectendo eam confirmo ex dictis *ſub dict. cap.4. tota quaſt.*1. vbi dixi quæ deſiderentur vt reſignatio ſimplex ſiue conditionalis priuet reſignantem à titulo, poſſeſſione, & fructibus beneficij reſignati; † fulciturque ex ſequen- 5
tibus fundamentis; quia tempore commiſſionis reſignans adhuc eſſet Canonicus vel conſtitutus in dignitate, & in qualibet diſpoſitione ſit ſpectandum principium, & habilitas tunc temporis deſideretur *cap.1. cap. ſi eo tempore, de reſcript. c. dudum de electione, l. fœmina ff. de Senatoribus l. cætus. ff. de iudiciis l. ſi procurator ff. mandati*, patet vt cum reſignans adhuc fuerit in ea dignitate, ſufficiat inde vt ea qualitas adfuerit eo tempore in quo ipſa diſpoſitio ſortiri debeat effectum, *l.2. ff. de auro & argento legato, l ex facto §. ſi quis el.2. ff. ad Trebellian.* ob idque ſufficere vt tempore commiſſionis illa qualitas ſubſiſtat, ex regula textus *l. in delictis, §. extraneus ff. de noxalibus l. Titius ff. de teſtam. militis.*

Non inquam officit quod dignitas deficiat, ſi- 6
quidem à principio commiſſionis ſteterit ex vulgato axioma, quod actus perfectus & confirmatus non vitiatur licèt peruenerit ad caſum à quo inchoari non poterat, ex reg. textus *in l. in ſubſtitutione, ff. de vulgari, l. haredi, ff. ad Trebell. l. fin. cod. de nuptiis*, de quo Anton. Gomez *in l.*48. *Tauri, n.*5. & *in l.*6. *num.*11. & *in l.*40. *num.* 22. *& tom.*1. *var. cap.*19. *num.*14. Matienzo *in l.*1. *tit.*8. *gloſſ.*4. *num.*20. *lib* 5. *recopil.* Pariſius *conſ.*29. *volum.*1. Didac. Perez *lib.*5. *ordinam. tit.*3. *fol.*147. Tyraquellus *in l. ſi vnquam*, verb. *donatione largitus, num.*23. *&* verb. *ſuſceperit liberos, num.*155. & *in tract. ceſſante cauſa; limit.* 11. *num.* 15, de quo plura Zeuallos *in pract. quaſt.*728. *à num.*5. idem *quaſt.*666. vbi docet relatam noſtram ſententiam, maximè vt ipſe *ibi* ait *num.*7. textus *in dict. cap. ſtatutum*, ſolum requirit vt cauſæ committantur habentibus dignitatem Eccleſiaſticam.

Vnde cum qualitas canonicatus in Cathedrali 7
vel dignitatis quæ in delegato Summi Pontificis requiritur debeat à principio adeſſe tempore commiſſionis, vt notant Flamin. *de reſign. lib.*4. *quaſt.*1. *num.*17. Gigas *de penſionib. quaſt.*22. *num.*19. Cardinalis Tuſchus *lit. D. concluſ.*145. *num.*15. Maſſob. *de Synodo Diœceſana, cap.*4. *dub.* 13. *num.* 47. & dicant Tyraquellus *in tract. ceſſante cauſa limit.* 4. *num.*4. Gonzalez *in Reg.*8. *Cancell.* §.3. *proam. n.*75. Sanchez *de Matrim. lib.*8. *diſp.*27. *num.*28. Maſſob. *dict. dub.*13. *num.*48. vt ſufficiat tempore impetrationis reſcripti Pontificij, quamvis tempore præſentationis eius ceſſauerit dignitas quam tunc obſtibat. Secus ſi tempore impetrationis ea dignitas non
adeſſet, † ſequitur bene dicendum iuxta terminos 8
noſtræ adductæ ſententiæ, quod ſi Canonicus cui cauſa committitur per Sedem Apoſtolicam poſt accepta

Digitized by Google

acceptationem litterarum deſinat eſſe Canoοicus,
nihilominus poſſit eſſe iudex in cauſa illa vt docent
Azeuedus *conſ.70.tit.18.lib.4.recopil.num.60.* & ad-
cuiam Piſanam *lib.4.cap.6.num.66.* Barboſa *in dict.
cap. ſtatutum de reſcriptis*, *num.* 10. cum aliis. Gi-
ronda *de priuil. à num.* 510. Maſſob. *dict. dub* 13.
*num.*49. Stephanus Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*99.
Aloyſius Riccius *in praxi rerum fori Eccleſ. deciſ.*
656. *in* 1. *editione, alias* 414.*in* 2. *edit.* Galletius *in
Margarita caſuum conſ. ient.* verbo *delegatus*, *n.*3.
& verbo *renunciare vltime.*

5 Ad ſecundam quæſtionis partem an effectuatio
reſignationis probetur ante executas litteras reſi-
gnationis, perlectis, quæ dixi *in dict. cap.*4. *q.*1.&
à num. 1. hic breuiter reſpondeo, vt non probetur
nec ius abdicetur à reſignante donec litteræ, fuerint
executæ & beneficium reſignatario acquiſitum. Ro-
ta coram Gregor. XV. *deciſ.*159. *num.*6. vti fuit di-
ctum *in abulen. & Zamoren. beneficiorum* 17. *Iunij*
1594. coram Penia impreſſa per Garciam *de benefi-
ciis p.*6.*cap.*2. *num.*126. & *in Burgen. Canonicatus*
28. *Aprilis* 1597. coram Cardinali Pamphilio, ſeu
impreſſa per Marcheſanum *de commiſſion. tom* 1.
pag. 143. & *in Ampurien. beneficij* 17. *Februarij*
1624. coram R. P. D. Merlino & *in nucerina
Parochialis* 28. *Iunij* 1630. coram R. P. D. Mot-
10 maño; † vbi extenditur quamvis reſignãs tanquam
Æconomus ab ordinario deputatus beneficium ad-
miniſtraſſet, quia huiuſmodi actus non concludit
neceſſario quòd reſignans habuerit animum abdi-
candi à ſe beneficium & poſſeſſionem in euentum
in quem illud perpetuo non acquireretur reſignata-
rio: nam deficiente hac conditione ius remanet pe-
nès reſignantem, donec ea purificetur. Achiles *de-
11 ciſ.*4. *n.* 1. *de rerum permut.* † & in terminis captæ
poſſeſſionis per reſignatarium etiam volente reſi-
gnante, ſi verò beneficium reſignatario non ac-
quiratur eſt optima deciſio Mohedan. quam ſequi-
tur Rota *in dict. nucerina Parochialis* hancque eſſe
intẽtionem reſignantis dixit etiam Rota *in Leodien.
canonic. S. Dioniſij* 25. *Maij* 1626. coram R. P. D.
Pirouano, ſequitur Barboſa *de iure Eccleſ. l.*3.*c.*15.
12 *num.*275.& † ſic Rota *in colimbrien. Canonic.*4.*Fe-
bruary* 1632. coram R.P.D. Merlino impreſſa per
Paulum de Rubeis *deciſ.*92.*à num.*13.*tom.*2.*diuerſ.*
aliàs *part.*6. *recent.* dixit quòd ſi gratia reſignatio-
nis fuerit expedita *in forma dignum*, per quam
datur dumtaxat mandatum de prouidendo, qua-
tenus reſignatarius reperiatur idoneus, vt iam ad-
duxi *dicto cap.*4.*ſub quæſt.*1. *in fine*, verſ. *ad ſecun-
dam*, nullum tribuatur reſignatario ius in re, nec
à reſignante ius abdicetur, niſi poſtquam gratia
mediante collatione facta reſignatario fuerit exe-
cutioni mandata.

13 Ad tertiam quæſtionis partem lectis etiam quæ
dixi *ſub Rub. & in dict. cap.*4.*ſub dict. queſt* 4.*hoc tit.*
breuiter reſpondeo, vt antequam reſignatarius
adipiſcatur poſſeſſionem detur manutentio re-
ſignanti etiam contra reſignatarium; ex his quæ la-
tiſſimè ſcripſi *de manutentione*, ſub textu *in cap. li-
cet* 9.*de probationibus*, & ex multis *ſub tit. de reſtit.
ſpoliat.* præcipuè cum ago de interdicto retinendæ;
& in terminis ſaltem reſpectu detentationis dixit
Rota *deciſ.*1.*hoc tit. in nouis*, cum aliis *in Leodien.
Canonicatus S. Pauli* 25. *Iunij* 1621. coram Card.
14 Veroſpio, † idemque procedit pendente lite ſuper
15 validitate vel inualiditate reſignationis † & an ſint
purificatæ conditiones, ſic Barboſa *dict. cap.* 15.
16 *num.* 75. *in fine*, † vbi addit cum Rota *deciſ.* 92.
*p.*2.*recent.* vbi aliæ referuntur deciſiones manuten-
tionem denegari reſignanti, ſi reſignatarius ſit in
poſſeſſione cui, & non reſignantis, eſt tunc danda
manutentio, ex adductis *ſub dict. cap. licet* &
alibi.

Ad quartam quæſtionis partem an coadiutor 17
poſſit dari in beneficio Iuriſpatronatus cum iam
ſupra *ſub dict. c.*4. *quæſt* 1. dixerim, vt poſſit reſi-
gnari beneficium Iuriſpatronatus cum conſenſu pa-
troni, & conditionibus, quibus infra dico *in cap.
quia verſ. de Iudiciis quæſt.*24. *à n.*12. vbi agens de
ſubrogatione in beneficiis etiam de ſubrogando
in beneficio iuriſpatron. quare iam nunc & intra
materiam noſtri tituli legitimè de hoc dubio in-
quirimus, igitur Lamber. *de iurepatronatus* 1.*p.lib.*2.
*quæſt.*6.*princip.art.*20. reſoluit vt cum coadiutorem
date ſapiat ordinationem ſtatus Eccleſiæ, & in eo
vertatur intereſſe Eccleſiæ quam patroni defendere
tenentur, requiratur ad id Patroni conſenſus, ſiue
coadiutor detur vt ſit futurus & perpetuus ſucceſ-
ſor, ſiue vt ſit temporalis; eo quòd titularis ſit ſe-
nex, infirmus vel demens, etiam in terminis *cap.
vnic. de cleric. ægrotante lib.*6. † tamen Barboſa *de* 18
*iure Eccleſiaſtico in tract. de renunciatione lib.*3.
*cap.*15.*ſub num.*144.in verſ. *vidi*, dixit prædictam re-
ſolutionem eſſe intelligendam in caſu quo neceſſi-
tas Eccleſiæ adeò vrgeret, vt quæcumque dilatio
illi nocere poſſit; quia tunc poterit coadiutor de-
putari etiam ſine patroni cõſenſu per Ordinarium,
vel iuxta terminos *d. cap. vnico*, dummodo tamen
quam primùm eius requiratur aſſenſus quam velit
nolitvè conſtito ſibi de Eccleſiæ neceſſitate præſta-
re tenebitur.

Etenim dicta fiunt per modum prouiſionis, quæ 19
idcirco non mutant ſtatum Eccleſiæ; Rebuffus
de ſent. prouiſion. in præfat. num. 37. Duran. *deciſ.*
74. *num.* 40. qui dixit vt Ordinarius ſua ordinaria
authoritate poſſit deputare Vicarium ſeu œcono-
mum in beneficio vacante de iure Patronatus, in-
terim & quovſque de rectorè prouideatur aut co-
gnoſcitur de iuribus eligentium; ſic etiam *n.* 50.
vbi *num.*39. poſt Federicum de Senis *conſ.*95. *n.*3.
verſ. *item ſuper eo*, reſoluit quod ſine conſenſu
Patroni poteſt deputari vicariatus per Ordina-
rium.

Imo & in patronatibus Regiis non valeat re- 20
ſignatio, ſiue Eccleſiæ permutatio, abſque Regis
conſenſu, & illo inſcio dixit Cabedus *de patronat.
Regis coronæ cap.*11. *num.* 6. ſed in quibus caſibus
Romanus Pontifex derogationes concedere ſoleat
frequentius tradunt Selua *de beneficiis p.*2.*quæſt.*13.
Rebuffus *in tract. de nomin. quæſt.*15. *num.*9. hodie
verò refert Barboſa *dict. cap.*15. *num.* 144. ſex ca-
ſus. Primus in vacatione per obitum apud Sedem.
Secundus in vacatione per reſignationem ex cau-
ſa permutationis. Tertius quando beneficium vel
ius patronatus eſt litigioſum. Quartus quando
patroni in præſentatione commiſerunt ſimoniam.
Quintus quando prouiſio eſt pro filio patroni vel
compatrono. Sextus quando ius patronatus eſt
mixtum. Mohedan. *deciſ.*156.*in fine*, Flamin. *lib.*3.
*de reſign. quæſt.*4. Garcia *de beneficiis p.*5. *c.*1.§.11.
num. 583. eo quod in tali mixtura eminet qualitas
patronatus laicalis.

Ad Text. in cap. Ad ſupplicationem IX. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Renunciandi licentia conceditur Epiſcopo à Papa.*
2 *Acceſſus non tutus, & de ſaluo conducto remiſſiuè.*
3 *Pallij vſus qualiter permittatur remiſſiuè, vbi num ab Archiepiſcopo, qui renunciauit.*
4 *Pauperi voluntario, non ſubuenitur.*
5 *Paupertas nocet, quæ culpa prouenit.*

1 TExtus hic quatenus dicit quòd Papa eſt, qui Epiſcopo concedit cedendi, & renunciandi licentiam, eum ſine mortis periculo, in ea Eccleſia morari nequit; ideò veniunt hic iungenda, quæ Doctores tractant *in cap.1.& cap.ſequenti de cauſis renunciationis.*

2 Et quatenus hic Barboſa *num.2.* in verſ. *mortis*, dicit quod acceſſus non tutus, probatur ſi in loco, in quo citatus comparare tenetur, ſit peſtis; ideo applicabis quæ de acceſſu ad locum non tutum dixi *ſub cap.4. vt lite non conteſt. quaſt.* 1. *&* 2. *& queſt.*3. vbi de ſaluo conducto, & applicabis quæ dixi *ſub cap.*10.*&* 14. *de praſcript.* vbi de impedimentis ad præſcribendum, inter quos peſtis annumeratur aliquà ſupra *ſub tit.de electione.*

3 Et in verſ. *cui conceſſimus, vt in ipſo Archiepiſcopatu abſque vſu Pallij*, textus hic in hac parte manet intellectus ſupra *ſub tit.de authoritate, & vſu Pallij*, vbi leges applicando integram materiam, vbi, & quando permittatur Pallij vſus, & nùm ab Archiepiſcopo, qui renunciauit.

4 Et quatenus Barboſa hic *num.6.* ex gloſſa ad ſuſtentationem notat indignum, eſſe ei ſubueniri,
5 qui ſua culpa, aut vitio in egeſtatem incidit. † Et quòd paupertas nocet quæ culpa alicuius prouenit multis comprobans; ideo adiunges quæ de paupertate adduxi *ſub cap. ſi quis teſtium 8. de teſtibus.*

Ad Text. in cap. Niſi cum pridem X. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Renunciationis cauſa quæ admittantur.*
2 *Scandali materia remiſſiuè.*
3 *Senes delinquentes puniuntur, ſed mitius, & comparantur pueris.*
4 *Filij nothi, aut manceres qui remiſſiuè.*

1 HIc in textu noſtro exactè Barboſa cenſet cauſas ſex, ex quibus Papa ſolet ab Epiſcopis admittere renunciationem Epiſcopatus, quas breuiter retulit compilator hic in duobus verſibus, quos retuli ad litteram ſupra *in cap.1.* & cauſas in illis comprehenſas expendit hic cum multis, non incongruè Barboſa omnino videndus, & communiter Doctores, de caſu infirmitatis, ſeu debilitatis, & ſenectutis iam ſupra dixi *ſub dicto cap.1.* iterum videndus Barboſa *de Iure Eccleſiaſt. p.2. lib.3. cap.15. à num.* 89. vbi cum multis, quibus addo bene agentem de cauſis renunciationis, Azor. *lib.7. mor. tom.2. cap.*18. præcipuè *quaſt.4.& 5.*

Et in verſ. *pro graui quoque ſcandalo*, hic poteris 2
applicare quæ latè dixi de ſcandalo vitando *in c.2. de praſcript.*

Et in verſ. *alia cauſa*, applicabis quæſtionem, de 3
qua Antonius Gomez *lib.3. variar. cap.1. à num.68.* vbi adducens textum noſtrum agit de quæſtione an ſenes delinquere poſſint, vt puniantur, & affirmat, ſed mitius, & comparat eos pueris, quare applicabis quæ infra noto *ad titulum de delictis puerorum.*

Et in §. *perſona* adiunges extra materiam irregu- 4
laritatis, de qua occaſione hac poteris tractare, qui dicantur Nothi, qui autem Manceres, tractat Couarruuias *in 4 p.2. c.8.§.4.& §.5. toto n.1. & 2.* & multi alij iam temporibus hiſce dum agunt de irregularitate: aliquid *p.1. cap.1. num.13. qui ſpurij, & naturales*, de quibus infra qui filij ſint legitimi, & *ſub tit. de filiis Presbiterorum*, ad quæſtionem infra *in cap.fin.in fine.*

Ad verſ. *ſi tamen culpa latet* videbis quæ notat 5
Couarru. *in clem.ſi furioſus 2.p.§.3. ſub n.4.*

Cumque huius textus materia claudat diuerſas, 6
in cuius enodatione quamplura poſſent ad longum tractari, & facile poſſis ab aliis locis recolligere; ideo non inſiſto in ampliori enodatione.

Ad Text. in cap. Poſt tranſlationem XI. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus renuncians Epiſcopatui propter crimen, non reaſſumitur, ſecus ſi propter perſecutionem, infirmitatem, defectum ſcientiæ ſimoniam ignoratam, &c. Nec reaſſumitur ad alium Epiſcopatum detruſus in Monaſterium, vt pœnitentiam ageret delicti*, numero 2.5.& n.7.
3 *Renunciare cogitur Epiſcopus propter conſcientiam criminis, & ad id cogitur ſi crimen poſt peractam pœnitentiam, impedit executionem ordinis.*
5 *Crimina committentes facilius ad reſignandum admittuntur, ſi ſint de illis, quæ priuant à beneficio, vt in homicida, adultero, Concubinario, &c.*
6 *Renunciare coram Ordinario ſimpliciter poſſunt criminoſi poſt receptas probationes concluſum in cauſa, ac appellatione pendente, niſi crimen renunciantem redderet indignum beneficio.*
8 *Ceſſare quando dicatur effectus, ceſſante cauſa: vbi de effectu cauſa impulſiua.*

DOcet hic Pontifex quòd Epiſcopus, qui re- 1
nunciauit Epiſcopatui propter crimen, ad Religionem tranſiuit non poſſit ad Epiſcopatum reaſſumi, ſecus ſi renunciauit propter perſecutionem, infirmitatem, defectum ſcientiæ, ſimoniam, ipſo ignorante, commiſſam, vel aliam ſimilem cauſam; & comprobans Barboſa *num.1.* ait, vel

explicat

Digitized by Google

explicat *num.2.* † quod ſi quis ex Epiſcopali ſtatu
tranſierit ad Monacharum propter delictum, vt
quia fuit Epiſcopatu depoſitus, & in Monaſterium
detruſus ad pœnitentiam peragendam, non poſ-
ſit iterum ad Epiſcopatum, etiam aliud reuocari
probans *ex cap. hoc nequaquam 7. quæſt. 1. & in cap.
temporis §. idem eadem cauſa*; applica notatum
infra *in cap. fin.* verſ. *per hunc.*

3 Igitur pro exacta explicatione adiunges notata
ſupra *in cap. 1. 2. & 3.* vbi de renunciante quando
iterum, & denuo eligi valeat, item quæ Doctores
deducunt *ex præcedenti cap.* in verſ. *propter conſcien-
tiam enim criminis*, ex quo verſ. colligunt quòd
Epiſcopus propter conſcientiam criminis cogitur
renunciare; multis comprobat Barboſa *ibi n. 3.* †
4 vbi *num. 4.* in verſ. *propter quod ipſius officij executio
poſt peractam pœnitentiam impeditur*, addit quod
poteſt; imò quod tenetur Epiſcopus reſignare pro-
pter conſcientiam criminis, eo tantum caſu, quan-
do committit crimen, quod poſt peractam pœni-
tentiam, impedit ordinis executionem, ex gloſſa hic,
verbo *dumtaxat*, & Abbate *num. 7.* Innocent. *n. 2.
& 3.* cum aliis multis idem Barboſ. *de Iure Eccleſia-
5 ſtico p. 2. lib. 3. cap. 15. num. 93.* † Etenim ait *n. 104.*
crimina committentes facilius admitti ad reſignan-
da beneficia, cum ad eorum priuationem Iura
conueniant, & Proſperus de Auguſt. *in addition.
ad ſummam Bullarij*, verbo *beneficiorum reſignatio-
nes* in princ. verſ. *quinta*, exemplificat in caſibus,
in quibus ob crimen commiſſorum venerit benefi-
cio priuandus, veluti in homicida, adultero, con-
cubinario, qui poſt admonitionem non reſipiſcit
in ſuſtinente excommunicationem per annum, in
periuro, & in blaſphemo, iuxta ea, quæ notaui
in cap. 1. de iudiciis quæſt. 32. vbi de excommunicato
per annum, & *ſub cap. 4. §. de adulterio de iudiciis*,
& *ſub cap. cum non ab homine ante quæſtionem 28.*
& cum aliis, vbi de homicidia, periuro, falſario be-
neficiis priuando.

6 Concludit ergo Barboſa *dict. num.* 104. huiuſmo-
di criminoſos, inquiſitione pendente, etiam poſt
receptas probationes, & concluſum in cauſa; imò
& pendente appellatione à ſententia priuationis,
ſimpliciter poſſe beneficiis coram Ordinario renū-
ciare, modo fiat criminis mentio, & proceſſus in-
cepti, niſi crimen illud renunciantem, indignum
redderet: ſic cum Flaminio, *lib. 3. de reſignat. q. 16.
num. 23.* Proſpero de Auguſt. *vbi ſupra.* Marcus An-
ton. Genuenſ. *cap. 53. in annotat. praxis Epiſcop. Nea-
7 polit.* † Ex his ergo bene inducitur ad textum no-
ſtrum, vt Epiſcopus, qui propter delictum fuit
depoſitus, & in Monaſterium detruſus amplius
ad Epiſcopatum, etiam nouum non reaſſuma-
tur.

8 In verſ. *licèt impulſiua eſſet* notat hîc Barbo-
ſa cum multis *num. 3* quod ceſſante cauſa impulſiua
non ceſſat effectus; & quòd defectus cauſæ impul-
ſiuæ minimè obſtat, quin actus validus omnino
cenſeatur. Et pro maiori enodatione adiunges quæ
tractaui *in cap. cum ceſſante 60. de appellat.* &
aliis in locis *ſupra*, aliquid *in cap. ſuper
litteris 20. de reſcriptis*, vbi
de effectibus cauſæ
impulſiuæ.

***

Ad Text. in cap. Cedendi XII. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Cedendi licentia petita facit vt compellatur ce-
dere, aut reſignare ſic petens in quocumque
beneficio, & a quocumque petatur ſuperiore;
fallit* n. 2. *in beneficiis inferioribus.*

2 *Pœnitentia licita eſt donec conſenſus fuerit ex-
tenſus in Camera circa inferiora beneficia,
quæ expenduntur extra Conſiſtorium*, nu-
mero 3.

3 *Reſignandi conſenſus ſolet præſtari in Camera,
ſeu Cancellaria, etſi alibi nulliter fiat.*

4 *Conſenſum non præſtare, ſeu illud præſtare, ſine
debita ſolemnitate, paria ſunt.*

5 *Conſenſus duplicatus requiritur in reſignationibus
faciendis, vnus in Camera, & quale iſte ſit;
ac ſit alter expreſſus* num. 6. *& de differentia
vtriuſque* n. 7.

7 *Reſignationis littera qualem extenſum deſide-
rent conſenſum.*

8 *Renunciare num cum effectu teneatur Clericus,
qui poſt petitam licentiam pœnitere vult ante
extenſionem renunciationis in Camera: quid
de ſtylo*, n. 9. & 10.

11 *Renuncians diſpenſationi ſeu electioni de ſe facta,
ea vti poteſt pœnitendo, cum non acceptaue-
rit ſuperior dimiſſionem.*

Dicit Pontifex hic quod qui petit licentiam 1
cedendi, & renunciandi ex quo illam obti-
nuit teneatur, & compellatur cedere multis com-
probat. *num. 1. & 2.* vbi addit cum Flamin. *de re-
ſignatione lib. 3. quæſt. 18. à num 48. & 59.* procedere
nedum in beneficio ſimplici, ſed etiam in haben-
te dignitatem Eccleſiaſticam, etiam Epiſcopa-
lem: & *n. 62.* ampliat, & ſiue fuerit petita; & habita
licentia à Papa, ſiue etiam ab aliis ordinariis infe-
rioribus: & *num. 63.* ſiue hæc licentia fuerit peti a
per ſe, ſiue per alios, de mandato tamen, & ad
inſtantiam beneficiatorum.

Tamen aduertes, vt iam hodie in beneficiis in- 2
ferioribus, quæ expediuntur extra conſiſtorium,
non procedat huius textus deciſio, eo quod licita
ſit pœnitentia poſt petitam, & obtentam licentiam
renūciandi, cum quando quidem licitum ſit pœni-
tere, donec conſenſus fuerit extenſus in Camera,
vel Cancellaria. † Eſt enim recepta praxis, & ſtylus 3
curiæ Romanæ, quod ſoleat præſtari conſenſus in
Camera, vel Cancellaria, etſi alibi quis conſentit,
nulliter conſentiat, † quia paria ſunt non præſtare 4
conſenſum, & præſtare ſine ſolemnitate requiſita,
multis probat Barboſa *in fine*, & pro ampliatione
adiunges quæ dixi de eo, qui pœnitentia ductus ali-
ter facit, ac primo promiſerat *in cap. 2. de iudiciis*
per aliquas quæſtiones.

Sed cum ego dubitem de prædicta praxi, ſuppo- 5
no dicendum, vt in reſignationibus faciendis, & ce-
lebrandis in curia Romana requiratur duplicatus
conſenſus, primus, qui à curialibus paruus conſen-
ſus nuncupetur, & eſt ille quem reſignans præſtat
tempore, quo ipſe, aut eius procurator porrigit
ſupplicationem, in qua renunciatio continetur, quæ
porrigitur

porrigitur officialibus Datariæ, per quos in calce ſupplicationis apponitur ſummarium eorum, quæ in ea continẽtur, quod Datarius Romano Pontifici legere, aut referre ſolet, Pontifex tamen per hæc verba ſupplicationem ſignet, *fiat vt petitur*, poſtquam ſignata eſt ſupplicatio, & tranſit per reuiſores, mittitur Datario, vt ipſe apponat datam; deinde regiſtrata ad Notarium Cancellariæ, vt eam inter abreuiatores diſtribuat; poſteà verò regreditur, ad Cameram, vel ad Cancellariam, ibique per ipſummet reſignantem, ſi præſens eſt, vel ſi abſit per il-
6 lius procuratorem ad id ſpecialiter deputatum. † Expreſſus iterum præſtatur conſenſus ad aliquas fraudes vitandas, qui per Notarios in libris Cameræ, vel Cancellariæ extenditur, & à tergo ſupplicationis adnotatur.

7 Inter duos autem prædictos conſenſus, ea eſt potiſſima differentia; quia primus, qui ex ſupplicationis oblatione reſultat, dicitur conſenſus formalis dans valorem gratiæ, & eſt de eſſentia, & de ſubſtantia ipſius; quia ſtatim quod reſignans, vel eius procurator ſupplicationem porrigit, in qua dicatur quod ex tunc reſignat tale beneficium, ſi à Papa admiſſa ſit, firma remanet renunciatio; quia legitimus Domini conſenſus, & ſuperioris authoritas interuenit; poſterior autem conſenſus, qui extenſus appellatur non requiritur pro eſſentia reſignationis, ſed pro illius executione; quia quamuis renunciatio per primum conſenſum à Romano Pontifice admiſſum, perfecta ſit, non poſſunt tamen litteræ expediri, ſine extenſione prædicti conſenſus; quibus non expeditis, renunciatio non prodeſt, cum ſine litteris, nec poſſeſſio capi, nec fructus beneficij percipi poſſunt. Flamin *lib.*8. *de reſignat. quaſt.*7. *à princ.* & *quaſt.*8. *num.*138. Mohedan. *decis.*60. Caſſador. *decis.* 1. *num.* 4. *de renunciatione.*

8 Vnde ad difficultatem textus noſtri propriè accedendo, video præter ordinarios ex propoſito agere Zeuallos *in pract. quaſt.*283. dum inquirens de ea, an poſſit Clericus cogi ad renunciandum beneficium, quando petita, & obtenta à ſuperiore licentia renunciandi, poſtea pœnituit: & adducens pro parte affirmatiua textum noſtrum, & ordinarios hic, ac plurimos alios cum Flaminio *de reſignat. beneficior. lib.*3. *queſt.*18. *num.*48. ex ratione illa, ne illudatur ſuperior, qui illuderetur, ſi pœnitentiæ locus eſſet; & quod ſemel placuit, amplius diſpicere non poſſit, maximè, quia variatio eſt in Iure prohibita, vt *in clementina vnica hoc tit.* vbi gloſſa, & Bonifac. dicunt fundari in hac ratione textum noſtrum. Et quia, etſi in pluribus caſibus pœnitentia licita ſit, eam non admitti in his, quæ ſuperioris præſentiam exigunt poſt ipſius ſcientiam, & permiſſionem. Poſtea verò *à num.*10. admittit vt veriorem contrariam opinionem; nempè vt poſt petitam, & obtentam licentiam renunciandi, ſit licita pœnitentia, donec conſenſus fuerit extenſus in Camera Cancellariæ: Sic ex Puteo *decis.* 17. & 29. *hoc titulo*, & Flaminius refert ſupra *num.* 68.
9 receptam eſſe Doctorum ſententiam, † addens deciſionem textus noſtri ab aula receſſiſſe de ſtylo Cancellariæ, quæ facit ius, vt *in cap. quam graui de crimine falſi*, & Zeuallos reſoluit *num. fin.* profecto aliter non poſſe ſatisfieri deciſioni textus noſtri, quæ de Iuris rigore vera eſt, ſed de ſtylo contrariam paſſim obſeruari, à qua dicit non recedendum in iudicando, & conſulendo.

10 Et licèt Flaminius *lib.*8. *de reſignat. quaſt.*8. *n.*69. & *lib.* 9. *quaſt.* 25. *num.* 8. inquiens reſignantem poſſe pœnitere; donec in libris Cameræ conſenſus fuerit extenſus, ſuppoſita doctrina iam in principio adducta, dubia eſt non parum eius ſententia, Burſatus *conſilio* 393. *à num.*8. Lotterius *de re beneficiaria lib.*3. *quaſt.* 6. *à num.*18. videtur adductis repugnare; nam ſi reſignans, aut eius Procurator poſt primum conſenſum compelli poteſt ad præſtandum cenſenſum extenſum; quia ex parte ſua gratia perfecta eſt, vt fatetur ipſe Flamin. *q.* 11. *num.* 67. *dicto lib.* 8. ſequitur rectè dicendum non poſſe iam prædictam renunciationem reuocare, niſi vt vult Barboſa *dicto lib.* 3. *de Iure Eccleſiaſt. cap* 15. ipſe intelligatur, antequam per Pontificem renunciatio ſit acceptata, & reſignata; quia ante Superioris acceptationem licitum eſt pœnitere. Et cum videat Flaminij verba adæquatum ſenſum accipere non poſſe, cum admittat reuocationem, donec in libris Cameræ conſenſus fuerit extenſus, extendique multò poſt acceptationem Summi Pontificis; ideo eum explicans dicit praxim Flaminij intelligi tantùm de tempore ſuo; & reſoluit cum Lotterio ſupra *num.*59. primum conſenſum extendi in Cancellaria, vel Camera, annotarique à tergo ſupplicationis antequam illa à Sanctiſſimo ſignetur, & ſic ceſſare omnia dubia; indeque fruſtratoriam eſſe temporis indagationem, an ſit præſtitus conſenſus ante, vel poſt datam extenſam, quod vix quoque olim erat practicabile, cum inter paruam datam, & extenſam reſpectu temporis nulla ſit differentia, nec quidquam eſſe, quin eodem die, quo ſupplicatio fuit ſignata, parua data valeat datarius eam extendere, quemadmodum inutilis quoque remanet conſideratio, quòd à tergo litterarum non potuerit annotari conſenſus, niſi poſt earum inſcriptionem, & ſolutas taxas.

Hæc ſufficiant pro textu noſtro, quem expendi 11
*in cap.*2. *de reſtit. ſpoliat. q.*1. *num.* 6. & 21. iterum hic applicari poteſt quæſtio, an qui renunciauit diſpenſationi poſſit ea vti, de qua latè diſputat Sanchez *lib.*8. *de matrim. diſp.*32. *per totam*, vbi *num.*2. ait vt quandiu Superior non acceptauerit illam priuilegij, vel diſpenſationis renunciationem, ſed in eadem voluntate perſtiterit, poſſit is, cui conceditur, non obſtante quod impetrationi contradixerit; vel poſt conſecutionem renunciauerit, vti mutata voluntate, ea diſpenſatione, vel priuilegio, vt probat textus *in cap. litteris de procurat. lib* 6. *per verba*, verſ. *licet* vbi gloſſa finalis, Ioannes Andreas, Archidiacon. Dominic. Franchis dicunt electum renuentem conſentire electioni poſſe, mutata voluntate, eam acceptare electoribus in priori voluntate perſiſtentibus: quod idem de Iudice de Legato, & arbitrio, qui ſemel arbitrium, & delegationem renunciauit, docent gloſſa penult. *in cap. ſi tibi abſenti de preb. lib.*6. vbi leges quæ tradit Sanchez cum Ioanne Andrea Ancharano, & Dominico *in dicto cap.* hanc eandem ſententiam docent etiam Loazes *de matrimonio Regis Angliæ dubio* 12. *num.*28. & moderni. Nec obſtat regula iuris *in cap. quod ſemel* 25. & textus *in cap. prohibentur* 2. *quaſt.*1. *cap. de his de accuſat. cap. quam periculoſum* 7. *quaſt.*1. vbi gloſſa alia iura refert, quia etſi per illa renuncians iuri ſuo, illud non repetat, intelligitur quando renunciationem acceptauit ſuperior ex iam dictis.

Ad

Ad Text. in Cap. Veniens XIII. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Renunciare non dicitur Iuri ſuo, qui gratiæ alterius ſe ſubmittit; eſt enim renunciatio ſtricti Iuris.*

2 *Iuramentum, promiſſio, reſcriptum ſunt ſtricti Iuris, remiſſiuè.*

3 *Negatio facit rem dubiam: fallit quando eſt calumnioſa, vel poſt concluſum in cauſa*, numero 4.

1 TExtus hic reſoluit vt non dicatur renunciare iuri ſuo, qui gratiæ alterius ſe ſubmittit, multis comprobat Barboſa *num.* 1. qui *num.* 3. ait quod renunciatio eſt ſtricti Iuris; ita vt nec ex actu quidem proximo præſumatur; quare *num.* 4. addit *in verſ. aduerſarij ſe gratia commiſiſſet.* Quod ſi quis ſe ſubmittat miſericordiæ, ſiue gratiæ, ſiue voluntati alicuius, nihilominus recurratur ad arbitrium boni viri. Et pro explanatione remittit Lectorem ad ea, quæ dixit in ſuis remiſſionibus, de dictio-
2 nibus, & clauſulis, *clauſula* 4. † Igitur vt extendas doctrinam prædictam applicabis quæ adduxi *ſub tit. de iureiurando*, quatenus probaui quod iuramentum eſt ſtricti iuris, item quod promiſſio, ſeu renunciatio iurata non extendatur vltra verba, ſeu intentionem iurantis. Et do reſcripto dixi quòd ſit iuris ſtricti ſupra *ſub tit. de reſcriptis*; & arbitrium ad quid extendatur, ſeu qualiter intelligatur dixi *ſub cap.* 2. *de re iudicata quaſt.* 1. verſ. *ad vltimam*: & comprobatur hæc deciſio *ex cap.* 14. *ſequenti.*

3 Et in verſ. *hoc negante* notat Barboſa hic *num* 2. quòd per negationem, fit res dubia: ſic cum Felino, Surdo, Gutierrez, & cum aliis, quos citat *axiomate* 158. *num.* 2. Sed quia, latè, & ex propoſito egi de quæſtione, an res dubia reddatur per negationem *in cap. quoniam contra falſam* 11. *q.* 4. verſ. *ad tertiam de probationib. à num.* 13. ideo tantum adiungo Gratianum cum multis, qui *regula*
4 153. ex noſtro textu affirmat, † & refert ibi Doctores limitantes regulam modis octo; inter quas ponit non procedere, quando negatio eſſet calumnioſa euidenter, vel quando fit poſt concluſum in cauſa.

Ad Text. in Cap. Lectæ XIV. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Renunciare Prælatura non videtur Prælatus, qui ab obedientia ſubditos abſoluit.*

2 *Renuncians per Procuratorem poteſt reuocare eam renunciationem, quandiu res eſt integra.*

1 DEcidit Pontifex hic vt ſi Prælatus ab obediẽtia ſubditos abſoluat, non præter hoc cenſeatur renunciate Prælaturæ, quod probatur ex adductis *cap. præcedenti*; nam renunciatio eſt ſtricti Iuris, & Barboſa *hic* in verſ. *humiliter eſt confeſſus*, cum Nauarro probat textum noſtrum non loqui de confeſſione ſacramentali; ſed de renunciationis cuiuſdam manifeſtatione, qua abdicauit ſubditos ab obedientia: ex quo pacto facto reſoluit Pontifex hic Abbatem, qui tale fecit, non ex hoc reſignaſſe regimini ſuæ Eccleſiæ. † Ex 2
quo notat Barboſa *num fin.* quòd per Procuratorem renuncians poteſt reuocare eam renunciationem, quandiu res eſt integra; id eſt quande non acceſſerit approbatio Pontificis, ſeu Superioris, quantumcumque ipſe renuncians multa interea faciat, quæ facere ſolet is, qui plenè renunciauit. Ex quo dicto applicabis quæ dixi ſupra *in c. quidam* 12. *hoc tit.* de Clerico, qui poſtquam renunciauit, pœnituit.

Ad Text. in Cap. Fin. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Renunciare nequit Abbas exemptus ſine licentia Papæ, ſed alij inferiores Abbates poſſunt in manibus Generalis, vel Diffinitoris, aut alterius*, n. 2.

3 *Reſignatio quando non tenuit, redit ad beneficium ſine noua collatione reſignans.*

4 Conſtitutio Pauli V.

5 Cap. 7. Trid. ſeſſ. 24.

6 *Irregularitas ipſo iure inducit carentiam ordinis, ſed non priuat beneficio.*

7 *Renunciare poteſt beneficiarius incidens in irregularitatem.*

TExtus hic decidit, vt Abbas exemptus nequeat renunciare ſine Papæ licentia, taliter vt ſi renunciauerit, ſequuta etiam reſignatione in manu alicuius Prælati, renunciatio, & reſignatio, ſint nullæ, multis comprobat Barboſa hic *n.* 1. & 2. 1
† vbi addit, quòd alij Prælati, Abbates, ſcilicet, 2
Priores, & ſimiles non exempti renunciare poſſunt in manibus Generalis, vel Diffinitoris, aut alterius. qui habet poteſtatem inſtituendi, & deſtituendi ſimul inuitum iuſtis de cauſis, ſecundùm gloſſam verbo *in manibus in clem.* 1. *hoc tit.* videbis Tambur. *de iure Abbatum tom.* 1. *diſp.* 13. *q.* 1. *n.* 7.

Et in verſ. *loco ſuo reſtitui faciatis*, notat Barboſa 3
num. 3. hic quod quando reſignatio non tenuit, tunc ſine noua collatione ad ſuum beneficium cedens, redit cum reſignatione nulla inualida, ac ſubreptitia exiſtente, non abdicetur Ius, ac proinde non acquiratur reſignatario; quare applicabis quæ de regreſſu poſui ſupra *ſub Rubrica, & in cap. ex tranſmiſſa* 3. *hoc tit.* Et adiunges hic dicta *ſub cap.* 4. verſ. *hic enim*, vbi retuli caſus plures, in quibus renunciatio nulla eſt, & ad propoſitum Barboſa *de Iure Eccleſ. p.* 2. *lib.* 3. *cap.* 15. *à n.* 72. & 76. vbi quando non abdicetur ius à reſignante.

Per hunc textum poteris agere de Conſtitutione 4
Pauli V. ſtatuentis, ne Epiſcopi, & Archiepiſcopi recipiantur iterum ad religionem, de quo tractat Scortia *epitome* 72. in conſtitutionibus Pontificum, & applicabis notata *in c. poſt tranſlationem, hoc tit.*

Pio

5 Pro complemento huius tractationis dubium eſt an beneficiarius incidens in irregularitatem, poſſit beneficium renunciare in fauorem Tertij; & licèt videatur negatiue reſpondendum ex decreto Tridentini *ſeſſ.14.cap.7.de reformatione*, vbi loquens ſpecialiter de irregularitate homicidij voluntarij, inquit vt careat omni ordine, beneficio, & officio Eccceſiaſtico; & ſic debeat carere beneficio, vt minimè tenuociet, ſicut voluit Inacol. *lib.5. de irregularitate, c.*
6 *48.* §.4. *num.* 2. † ſed adhuc dico cum Suarez *de conſ.diſp.44.ſect.4.num.* 32. Diana *part.10.tract.16. reſ.24.* per Concilium nihil eſſe in hac parte innouatum, cum eius verba debeant intelligi iuxta ipſarum rerum oaturam, quæ eſt carentia ordinis, quam inducit irregularitas ipſo iure, ſecùs priuatio beneficiorum; quia plerumque expoſtulat Iudicis ſententiam, niſi aliud exprimatur, vt aduertit Salzedo pluribus relatis *in ſua praxi cap.* 94. Couar. *in Clem. ſi*
7 *furioſus de homicidio 2.part.*§.3.*num.* 6. † & ſic tenendum eſſe dico ligatum irregularitate ex delicto, ſi nolit, vel non poſſit impetrare diſpenſationem, poſſe renunciare beneficium in fauorem alterius, ac ſi nullam irregularitatem contraxiſſet, etiam pendente lite, & accuſatione facta de irregularitate; quia vſquequo accedat ſententia, & condemnetur, retinet ius in beneficio, vt docent Panormit. *in cap. niſi cum pridem* 12.*hoc tit.num.*1. Felinus, *in cap. inquiſitionis de accuſat.col.*3. Ludouicus Gomez *in regula de annali poſſeſſione quæſt.*42.*num.*3. Sairo, *lib.6. cap.*242.*num.*14. Suarez. *diſp.*40. *ſect.*2.*num.* 19. & alij; & comprobo ex his, quæ dixi *in cap. cum non ab homine de iudiciis à quæſt.*27. argument. eorum, quæ adduxi *ſub cap. paſtoralis,* §. *verum quæſt.* 1. *de appellat.*

QVÆSTIO I.

An Renunciatio facta coram Epiſcopo, & cæteris ordinariis collatoribus ſub conditione retinendæ penſionis, aut alterius rei temporalis, ſit Simoniaca.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio facta coram Epiſcopo, aut aliis collatoribus ſub conditione retinendæ penſionis, eſt Simoniaca; niſi abſque conuentione pro bono pacis,* num.2.3.& 4.
2 Cap. niſi eſſent de præbendis, *& à num.6.*
4 Cap. 2. de arbitris.
5 Cap. fin. de rerum permut.
7 *Temporale dari poteſt ad vitam ſolius dantis pro bono pacis in fructibus beneficij Epiſcopi authoritate.*

1 AD primam quæſtionis partem exiſtimo reſpondendum, vt talis renunciatio, ſit Simoniaca, cum in hoc caſu temporalis conditio in ſpiritualibus adiiciatur, per quam conuentio non fit gratuita, & aliquid contineat quod videatur habere pretij rationem, vt colligitur *ex cap. tua nos de Simonia*: ſic docent in terminis Caſſador. *deciſ.*2. *à num.*3. *de Simonia,* Rota *deciſ.*46.*lib.*2.*part.*3. & *deciſ.* 96. & 922. *lib.* 3. *eadem part.*3. *diuerſ.* & *in Balneoregien. Simoniæ* 17. *May* 1624. coram D.R. Decano, Suar. *lib.4. de Simonia, cap.*35. *à num.*22. Barboſa, *de iure Eccleſ. lib.*3. *cap.*15. *num.*49. Bonacina *de Simonia cap.*4 §.14. *num.*2. Filliucius, *tom.*3.*tract.*45.*cap.*8. *quæſt.*10.*num.*54. & alij.

Sed huic reſolutioni obſtare videtur textus *in* 2
cap. niſi eſſent de præbendis, de quo latè dico *ibi*, dum approbat arbitrorum compoſitionem ſub ea forma celebratam, vt alter ex litigantibus ſuper beneficio liti cederet, & certam pecuniæ quantitatem ab altero ſingulis annis recuperaret; cùm tamen ſimile arbitrium *in cap. fin. de rerum permutatione,* & *in cap.*2. *de arbitris,* tanquam ſimoniacum improbetur.

Tamen reſpondeo ideò *in dict. cap. niſi eſſent,* 3
certam illam pecuniæ quantitatem abſque ſimoniæ labe dari poſſe; quia non ex conuentione partium, ſed arbitrorum prouidentia pro bono pacis id factum fuerit, vt intelligit Hoſtienſis *ibi* ex Abbate, & Imola *in dict. cap.* 2. vbi Beroius *à n.*48. communem dicit: plures refert, & ſequitur Padilla *in l. vltima num.*13. *cod. de tranſactionibus,* Barboſa *dict. lib.*2.*c.*15.*n.*50.

Nec prædictæ reſolutioni obſtant textus *in dicto* 4
*cap.*2. *de arbitris*, & *in cap. fin. de tranſact.* quia *in dicto cap.*2. improbatur arbitrium, non propter ſimoniam, ſed propter iniquitatem, & iniuſtitiam Clericorum male arbitrantium, vt colligitur ex
ſerie illius textus. † Nec textus *in dicto cap. fin. de* 5
rerum permutatione; quia agit de arbitris; nam vt ex littera illius apparet, agit Pontifex de arbitris iudicantibus, vt pars ſpirituali iuri renunciaret, ſi temporalia acciperet; quo caſu ex iudicis mandato, ſimonia excuſari non potuit, cum temporalia pro ſpiritualibus reciperentur, cumquè longè aliter ſe res habuerit *in dicto cap. niſi eſſent*, vbi pars iuri ſuo ſpirituali non ceſſit, ſed habenti titulum adiudicatum fuit beneficium; quid mirum, vt textus illius deciſio abſque ſimonia procederet.

Verùm vt factum *dicti cap. niſi eſſent,* licitè, & 6
abſque labe ſimoniæ vitio procederet, tria potiſſimum requiri Doctores ſcribunt. Primum, vt nulla inter partes conuentio, aut conditio, etiam pro bono pacis intercedat, ſed ex mera Iudicum prouidentia, arbitrium incipiat. Secundum vt arbitri ſint viri bonæ opinionis; etiam ſi priuati ſint, qui nec ordinariam, nec delegatam iuriſdictionem habeant. Tertium requiſitum vt beneficium adiudicetur ei, qui canonicum habeat titulum, vel talis ex actis appareat; aliter enim non tantùm iniuſtitia, ſed ſimonia committetur; quia magis pro ſpirituali iure, quàm pro bono pacis, pecunia data videtur.

Quibus enim concurrentibus perſpicuum eſt, vt 7
ceſſet ſimoniæ omnis ſuſpicio; poteſt enim aliquod temporale pro bono pacis ad vitam ſolius dantis dari; imò vt realis etiam penſio ad recipientis vitam in fructibus beneficij poſſit conſtitui, dummodo ab ordinario Epiſcopo id fiat, qui ſolo poſt Romanum Pontificem poteſt conſtituere penſionem ex cauſa, colligunt Doctores ex regula textus *in cap. de cætero, & in cap. veniens de tranſactionib.* ſic Barboſa *in dicto cap. niſi eſſent,* & *in dict. c.*15. *de Iure Eccleſ. ſub dicto n.*50. ex communi reſolutione, de qua Felinus *in cap. ad audientiam de reſcriptis*, Gigas *de penſionib. q.*6. *n.*4. Et ſecundum hæc exiſtimo intelligi quidquid argui intendatur ex doctrina textus *in cap. fin. de tranſactionib.*

QVÆSTIO

QVÆSTIO II.

An Renunciatio conditionalis in fauorem certæ perſonæ abſque vlla penſionis reſeruatione coram Ordinario fieri poſsit. Et an hodie propter conſtitutionem Pij V. ſit cenſenda renunciatio ſimoniaca ſimpliciter facta ea mente & ſpe, vt certæ perſonæ, conferatur. Et an liceat inſimul renuncianti id procurare. Et an irregularis queat renunciare.

SVMMARIVM.

1. *Renunciatio conditionalis in fauorem certæ perſonæ facta coram Ordinario valet, nulla penſione aſſignata, nec interueniente repromiſſione temporalitatis inter partes*, n. 2.
2. *Pactiones dari poſſunt illicitæ, quæ nec contra Ius Diuinum, nec humanum ſimoniam contineãt.*
3. *Lex nulla Diuina, aut humana conſtitutio talem renunciationẽ, tanquã ſimoniacam, reprobat.*
4. *Renunciatio quæ fit ex cauſa permutationis, conditionalis eſt, & reſpectiua, quæ valet, & tenet.* Clem. vnica de præbendis, *ibi.*
5. *Pactio omnis tanquam ſimoniaca in beneficialibus per ſacros Canones reprobatur.*
6. *Cap.* vltimo de pactis, *cap.* quæſitum de rerum permut. *cap.* 14. *Trid.* ſeſſ. 24. de reform.
7. *Cap.* dilecto de præbend. *verſ.* liberaliter *cap.* ex parte de officio delegati, *cap.* vnico de rerũ, permut. lib. 6.
8. *Cap.* nemo de ſimonia, & c. vnico, *verſ.* circa, *vt Eccleſiaſt. benef. ſine diminutione conferãtur.*
9. *Renunciatio coram Ordinario, ſimpliciter facta ea intentione, & ſpe, vt certæ perſonæ conferatur, non inducit ſimoniam, quamuis eidem beneficium collatum ſit.*
10. *Renuncians in vtroque foro valet poſt renunciationẽ liberè, & purè factam procurare, & humiliter poſtulare, vt beneficium illud certæ perſonæ conferatur.*
11. *Reſignationes omnes beneficiorũ, etiam ſimplices apud Ordinarios inferiores fieri prohibuit Pius V. permiſit verò in certis caſibus.*
12. *Pij V.* Conſtitutio 58. *habet locum in parochialibus dimiſſis ob alterius Parochialis aſſecutionem: non verò in Patrono præſentante.*
13. *Reſignans beneficium de ſuo iurepatronatus poteſt præſentare quem vult ad dictum beneficium, & Ordinarius tenetur inſtituere, non obſtante dicta conſtitutione Pij V.*
14. *Renunciatio ſimpliciter facta ea mente, & ſpe, vt certæ perſonæ conferatur, non cenſetur ſimoniaca, nec conſtitutiones dictæ prohibent id procurare renuncianti, vt ab Ordinario petat.*

1 AD primam quæſtionis partem quantumvis Felinus *in c. ad audientiam el 2. x.* 3. Rebuffus *in praxi tit. de reſign. condit. n.* 1. Ludouicus Gomez *in reg. de infirmis q.* 12. Reduanus *de ſimonia p.* 2. *c.* 22. *n.* 14. Nauarrus *in man. c.* 23. *n.* 207. & *in c. ſi quando de reſcriptis except.* 4. Flamin. *de reſignat. lib.* 14. *q.* 3. *n.* 12. Bonacina *de ſimonia q.* 4. §. 14. *n.* 5. exiſtiment prædictam renunciationem abſque labe ſimoniæ fieri non poſſe, & Caſſador. *deciſ.* 3. *de renunciat.* & *deciſ.* 3. *de ſimonia* de ſtylo curiæ id obſeruari teſtetur, teneantquè gloſſ. *in cap. ordinationes* 1. *q.* 1. *gloſſa* 1. *in cap. dilecto de præb. gloſſa* 2. *in cap. ex parte el* 1. *de officio deleg.* vbi nonnulli Doctores ex doctrina textus *in cap. vlt. de pactis, c. quæſitum de rerum permut. clem. vnica eodem*, & ex aliis. Tamen alij contendunt huiuſmodi renunciationem conditionalem coram Epiſcopo factam in fauorem certæ perſonæ validam, & licitam eſſe, dummodo inter reſignantem, & reſignatarium nulla contentio, aut temporalitatis repromiſſio interueniat. Pro quibus primò facit, quod illa tantum conuentio, tanquam ſimoniaca reprobatur, in qua temporale pro ſpirituali datur; aut aliquod interuenerit, quod pretij imaginem habere videatur; ſed quando beneficiarius renunciat beneficio cum pacto, & conditione, vt certæ perſonæ conferatur, nihil temporale interuenit, quod pretij ſimilitudinem habere videatur: igitur talis conditio tanquã ſimoniaca improbanda non eſt, ſic docent Couarru. *lib.* 1. *var. c.* 5. *n.* 5. Boërius *in tract. de poteſt. Legati q. vnic. n.* 111. Sotus *de iuſtitia lib.* 9. *q.* 7. *art.* 2.

Et probatur maior *ex c.* 1. *cũ ſeqq.* 1. *q.* 1. *c. nemo, c. tua nos de ſimon.* Minor patet; quia conditio de ſe ſimoniã nõ inducit, vt probat *c. ſignificatum de præb.* facit textus *in c. cum vniuerſorum de rer. permut.* vbi reſignatio facta in fauorẽ tertij, tanquam ſimoniaca nõ improbatur; quia ſimoniaca reſignatio adeò nocet contrahentibus, vt nec ipſe reſignans illud repetere, nec reſignatarius retinere poſſit, vt poſt gloſſã verb. *pecuniæ, in c. ſuper hoc de renũciat.* docet Tyraquel. *de retractu Conuent.* §. 26. *gloſſa* 2. *n.* 10. dicit communem, Rebuff. *in praxi tit. de ſimonia n.* 1. 2

Etenim in ſpiritualibus illicitæ pactiones dari poſſunt, quæ nec contra Ius Diuinum, nec humanũ contineant, vt videre eſt in permutationibus, quæ de ſpiritualibus ad ſpiritualia abſque interuentu rei temporalis ſine authoritate Superioris celebrantur, quas conſtat non eſſe ſimoniacas, ſed tantùm illicitas, & iuri contrarias improbari, vnde illicitas pactiones diſtinguit Conc. Trid. *ſeſſ.* 24. *de reform. c.* 14. & in litteris beneficialibus clauſula apponi ſolet, *nec ſimonia, aut alia illicita pactio, &c.* vt optimè aduertit Couarr. *dict. c.* 5. *n.* 4. Barboſa *de iure Eccleſ. lib.* 3. *c.* 15. *n.* 45. legendus *à n.* 52. & 54. vbi dicit quod attento rigore iuris communis, non eſt ſimoniaca prædicta forma reſignationis, nec tranſgreſſores puniẽdos eſſe tanquam ſimoniacos, ſolùm enim fatetur ſacris Canonibus eam eſſe inimicam, & pluribus, de cauſis à iure reprobatam, ac proinde, nec per inferiores Prælatos eſſe admittendam. 3

Ratio inquam, ob quam talis conditio improbetur, ne ex parte reſignantis apponi aut ab Epiſcopo acceptari poſſit, colligitur *ex c. plerique* 8. *q.* 1. vbi Hilarius Papa *in Romana Synodo* decreuit, ne beneficiarij in ſuum locum alios deſignare, ſubrogare, aut eis gratificare poſſint; quia quæ Dei ſunt ab homioe dari oon poſſunt, ſed authoritate Eccleſiæ, quæ in Prælatorum inſtitutione conſiſtit conferenda ſunt: vode Pontifices pro regula conſtituerunt, ne Sanctuarium Dei hæreditario Iure, aut ſanguinis affectu, ſed libera electione deferatur, iuxta textum *in cap. Epiſcopo*, & *in cap. Moyſes*, & *in cap. Apoſtolica* 8. *quæſt.* 1. *cap. ad hæc de decimis, cap. conſuluit de iure patron.* Et iuxta hanc interpretationem intelligendus eſt textus *in cap.* 1. *de de præbend.* vt poſt Hoſt. Ioan. Andr. Abbat. Imol. *in princ.* Dec. *num.* 15. & alios *ibi*, tradunt Rebuffus *in praxi de diſpenſat. ex defectu natal. num.* 25. Ludouic. Gomez. *in regul. de infirmis, quæſt.* 1. *in principio.* Mandoſ. *de ſignatura gratiæ*, §. *diſpenſatio ſuper defectu natal. num.* 12.

Et confirmatur eo quòd nulla lex Diuina, aut humana conſtitutio talem renunciationem tanquam ſimoniacam reprobauit: nam ſi renunciatio 4

hæc foret ſimoniaca vtique proueniret ab aliqua lege Diuina, aut humana conſtitutione, quæ ſimoniam induceret, iuxta celebrem doctrinam gloſſæ *in dict. cap. ex parte*, verb. *dimittere de officio deleg.* cum qua omnes tranſeunt, vt aduertit Barboſa *in dict. cap. 15. de Iure Eccleſ. ſub dicto num. 54.* vtrumque probans de lege Diuina; quia ſimonia Diuinis legibus prohibita tunc contrahitur, cum ſpiritualia ſupernaturalia, vel eis annexa, quatenus talia ſunt verè pretio æſtimantur; circa illa tamen tales pactiones, aut conuentiones natura ſua non gratuitæ adhibentur, quæ venditionis imaginem præ ſe ferunt, & quandam eorum æſtimationem exprimere videntur, quod illis tantum caſibus eſt admittendum, qui Iure reperiuntur expreſſi, in quibus lex aliquid, velut ſimoniacum fieri prohibet: nam ad actum ſimoniacum iudicandum non ſufficit, vt per legem improbetur, cum non omnis prohibitio actum ſimoniacum conſtituat, ſed illa tantùm quo aliquid circa ſpiritualia prohibet ſub figura, & ratione ſimoniæ, quod imaginem habeat contractus non gratuiti, quod etiam Iure humano patet, ex regula textus *in cap. quam pio 2. de ſimonia*, dum ante pactionem ſpiritualium, pactionem de dandis temporalibus fieri vetat; poſtea verò dari non prohibet, quoniam prius venditionis habet figuram, poſterius verò non ita, idem colligitur *ex cap. tua nos*, *cap. ad Apoſtolicam, de ſimon.* Planè in noſtro caſu, quando ſcilicet, quis renunciat ſuo beneficio coram inferiore ſub conditione, vt certæ perſonæ conferatur; nec datur textus, qui talem renunciationem, tanquam ſimoniacam condemnet, nec actus de ſe talis eſt, qui iuxta formam, & naturam, imaginem pretij præferat, ſed affectionem ad illam perſonam, in cuius fauorem renunciat.

4 Et confirmatur quia renunciatio, quæ fit ex cauſa permutationis, conditionalis eſt, & reſpectiua, in qua ſaltem virtualiter continetur clauſula *non alias*, *aliter*, *nec alio modo*, vt docent ſcribentes *in cap. vnic. de rerum permutat. libro 6.* ibi; *qui alias minimè reſignaſſet* &c clem. vnic *eodem titulo*, ibi: *ex cauſa permutationis reſignata* &c. ſed talis reſignatio ex cauſa permutationis, non ſolùm ſub virtuali, vt prædicta Iura probant, ſed etiam ſub expreſſa conditione, vt alter alterius beneficium habeat, valida, & licita eſt, vt colligitur *ex cap. ad quæſtiones*, *cap. vlt.* iuncta gloſſa, verbo *temporalia, de rerum permut.* reſoluit Couar. *d. c. 5. n. 5.* Sot. *d. lib. 9. q. 5. art. 2.* Ergo non eſt cur ſententia contraria ſit omninò ſequenda, conſiderata etiam deciſione textus, *in clem. vnica, de rerum permutatione*, ibi, *conceſſione Iuris vtentib.* quibus ſignificatur verbis reſignationem reciprocam, ex cauſa permutationis ſpecialiter permitti quaſi ſecundùm Iuris regulas licita non eſſet, quia ex proximè dictis conuincitur.

5 Nec obſtat dicere, quod in beneficialibus omnis pactio tanquam ſimoniaca per Sacros Canones reprobatur ex textu *in capite fin. de pactis capite quæſitum de rerum permutatione*, cum aliis, cum reſignatio facta ſub conditione vt *Titio conferatur*, pactum contineat, & conuentionem ex Regula
6 *l. 1. ff. de pactis.* † Quia reſpondetur prædicta Iura poſſe prohibere tantùm illas conuentiones in ſpiritualibus, in quibus temporale datur, retinetur, aut promittitur verè, aut præſumptiuè; Eccleſia namque vt omnem ſiniſtram ſuſpicionem, & mali ſpeciem remoueret, non ſolùm veram, & realem ſpiritualium venditionem, ſed omnes non gratuitas pactiones circa ſpiritualia prohibuit in quibus temporale aliquid interueniret quod pretij imaginem habere videretur; quamvis recta fuiſſet partium intentio, iuxta textum *in dicto cap. 14. ſeſſione 24. de reform.* ita Barboſa *de Iure Eccleſiaſtico*, *libro 3. dict. capite 15. numero 56.* addens verba illa, *omnis pactio*, *omniſque conuentio*, &c. reſtringi debere ad illas pactiones in quibus temporale aliquod interuenit; eo quòd nouum non ſit in Iure, vniuerſalia verba ad terminos Iuris habiles reſtringi, iuxta regulam textus *in l. 1. codice de Sacris Eccleſiis*, maximè ſi conſideretur dari plures conuentiones in ſpiritualibus poſſe abſque ſimoniæ labe, vt *in capite ad quæſtiones*, *de rerum permutatione, capite ſignificatum*, *de præbendis*, *capite ad audientiam*; iuncta gloſſa *de reſcriptis capite ſuper eo de tranſaction.* & in aliis Iuribus in quibus conditiones in ſpiritualibus continentur vt reſoluit Couarruuias, *dicto libro 1. variar. cap. 5. num. 4.* Nec turbari debet relata doctrina ſi dicatur non ſemper ſpecialem legem requiri ad ſingulos caſus tanquam ſimoniacos condemnandos, ſed ſufficere generalem; quia reſpondeo cum Barboſa, & aliis, id ſolùm procedere quando materia eſt talis quæ ſub generali prohibitione cadere poſſet; ſed non ſic dicendum in propoſito caſu de quo loquimur, vbi nihil temporale conſiderari poteſt in quo præcipua ratio ſimoniæ, & generalis prohibitio fundatur; non enim pactionis leges improbantes circa ſpiritualia pertinent ad hanc renunciationem quæ ſine conuentione fit.

Nec obſtat textus *in d. c. dilecto de præbend.* ibi *li- 7
beraliter reſignanti*, & *in cap. ex parte de offic. delegati*, quatenus ex eis Doctores in principio adducti probant, quòd libera reſignatio quæ requiritur de iure tollitur Ordinario, ſi teneatur beneficia conferre illi in cuius fauorē renunciatio facta fuit, nō autē digniori cui aliàs attento iure conferre tenebatur ex doctrina D. Thom. 22. *q. 63. art. 2.* quia reſpondetur fatendo ſuppoſitum, nempè quod inferiores Prælati nunquam admittant conditionalē reſignationem, ſed purā tantùm, & liberalem, ſed negamus vt ſola renunciantis, ſpes, & intentio quod ſuum beneficium certæ perſonæ conferatur ſimoniam efficiāt; vt docēt Nauar. *in man. c. 23. n. 107.* Barboſa *d. l. 3. de iure Eccleſ. c. 15. n. 58.* dicentes non inde ſequi talem conditionem ſi de facto ab Ordinario acceptetur & beneficium illi conferatur in cuius fauorem fuit appoſita actum efficere ſimoniacum, nec euinci ex *d. cap. dilecto*, ſi rectè ponderetur, imò ex textu *in c. vnico de rerum permutatione, lib. 6.* rectè habetur reciprocam beneficiorum permutationem coram ordinario fieri non poſſe attento iure, ſed ſpecialitate illius textus poſſe Prælatum reiecta conditione beneficium alteri conferre; vt interpretatur gloſſa in verbo *dimittere*, *in d. cap. ex parte, de off. deleg.* Rebuff. *in praxi de renunciat. condition. in princ.* Couar. *d. c. 5. n. 5.* non enim ait Barb. *d. n. 58. in fin.* improbari in textu illo prædictam conditionem tanquam ſimoniacam; ſed ex aliis cauſis & rationibus quas ſupra adduxi.

Non textus *in d. c. nemo, de ſimonia*, & *in c. vnico*, 8
verſ. *circa*, vt Eccleſiaſtica beneficia ſine diminut. conferant, quibus probatur vt carnalitas & animi affectio in ſpiritualibus ſimoniam inducat, ac ſi tēporale interueniſſet nec negari poſſe quod conditio in fauorem certæ perſonæ à renunciante appoſita procedat, ex carnalitate & animi affectu, quia Reſpondetur animi carnalitatem in prædictis iuribus non tanquam ſimoniacam, ſed tanquam iniuſtam, & iniquam in ſpiritualibus improbari, vt poſt alios reſoluit. Couarruu. *dict.*

lib. 1.

Digitized by Google

lib.1.var.cap.5.num 4. Flamin.*de reſign.lib.*14. *q.*7. *n.*19.nec tunc obſtat textus *in d. cap. nemo*, qui ſolum euincit non poſſe præsbiterum gratia; vel amore,ſeu conſanguinitatis reſpectu aut pro cumque temporali emolumento peccatorem ceſſare & reconciliare impœnitentem aut pœnitentem à reconciliatione remouere quia vtrumque ſimoniacum eſt, ſcilicet ſi in vtroque temporale emolumentum de quo egerat interueniſſet, non autem ſi ſola animi affectio; aut conſanguinitatis reſpectus reperitetur qui iniuſtitiam non ſimoniam inducit, ſic Barboſa *in dict. cap.*15.*n.*57. qui *num.*163. cum pluribus Doctoribus dicit quod tractatus de renunciando certo modo beneficio non eſt prohibitus, ſed tantum pactin firma.

9 Ad ſecundam quæſtionis partem ex dictis reſpondeo vt renunciatio ſimpliciter facta ea intentione, & ſpe vt certæ perſonæ conferatur, attenta communi opinione non inducat ſimoniam quamvis eidem beneficium collatum ſit;vt notát gloſſa, verbo,*pretio in cap.ordinationes* 1.*quaſt.*1.Nauarrus *in manual. cap.*23.*num.*107. *& conſ.*38. *de ſimonia*, alijque quos ſequitur Flaminius *de reſign.d.lib.* 14. *quaſt.*6.*num.*5 & eſt ratio quia ad ſimoniam conſtituendam vt iam dixi neceſſario requiritur datin temporalis aut ſaltem pactum & conditio dandij imo addunt Felinus *in cap.ad audientiam de reſcri-*
10 *ptis num.*2. † Sanct. Antoninus *p.*2. *tit.* 1. *cap.* 5. *§.*11. Nauarr.*dict.num.*107.*in manuali*, Redoanus *de ſimon. part.*1. *cap.* 25. Suarez *lib.*4.*de ſimonia*, *num.*18. verſ.*hac ergo.*Quaranta *in ſumma Bullarij*, verbo *beneficij reſignatio*, verſ. *pro complemento*,Valerius Reginaldus *in praxi fori pœnit.lib.*13. *n.*249. Filliucius *in quaſtion. moralib.tom.*3. *tract.*45.*cap.*8. *quaſt.* 9. *num.* 26. Licitum eſſe in vtroque foro renuncianti poſt renunciationem libere & pure factam procurare & humilitér poſtulare, vt beneficium illud certæ perſonæ conferatur,ſic colligentes ex textu *in cap. tua nos in* 2.*reſponſo de ſimonia*, vt & reſoluit etiam Caſſadorus *de ſimonia*, *deciſione* 2.

11 Vnde infero cum eodem Nauarro *cap.*23.*in manuali num.*10. *& conſ.*11.38. *&* 43. *de ſimonia.*Flaminio *de reſignatione dict.lib.*14.*quaſt.*1.*n.*11. quod humiles ſupplicationum preces ſimoniam non efficiunt, ſecundùm communem ſententiam;ideoque docuerunt Felinus *in dict.cap. ad audientiam col.* 1. *col.*5. *de reſcript.* Anania *in cap. audiuimus col.*2. *num.*2.*de colluſ.detegend.*Nauar.*conſ.*48.*aliàs* 33.*de ſimonia.*Barboſa *de iure Eccleſiaſt.lib.*3.*dict. cap.*15. *num.*61. Rota *in Balneoregien. ſimonia* 17. *Maij* 1624.coram R. D.Coccino vt dum tractatur reſignatio ſit optima præſeruatoria, omnia gerere ea intentione, *ſi S.D. N.placuerit & ab eo approbata fuerit.*

12 Quod verò ex nouiſſima Pij V. conſtitutione, incipiente *quanta Eccleſia* tenendum ſit,videtur vt dicta non ſuſtineantur,eo quòd Pontifex ſummus omnes reſignationes beneficiorum etiam ſimplices apud Ordinarios fieri prohibuerit motu proprio,& poſtea vtilitatis gratia ſimplices renunciationes permiſerit;ſic tamen vt nec verbo nec ſigno aut intentione in alterius fauorem fiant, nec conſanguineis,affinibus,aut familiaribus reſignantis ſeu conferentis dentur pœna nullitatis & aliis grauiſſimis pœnis impoſitis, vt obſeruari teſtatur Flamin. *lib.*11. *de reſign. quaſt.* 5. *num.*12. de quo Barboſa *dict.lib.*3.*de iure Eccleſ.cap.*15.*n.*62.*& num.*112. † dicens hoc idem confirmari ab eodem Papa, alia conſtitutione circa confidentias beneficiorum, dicens vt hæc conſtitutio habeat etiam locum in Parochialibus dimiſſis ob alterius Parochialis aſſecutionem, vt cenſuit ſancta Congregatio negotiis Epiſcoporum & Regularium præpoſita *ſub die* 19. *Decemb.* 1620. † ſed vt non habeat locum in 13
reſignante beneficium de ſuo iure patronatus, ait Barboſa ſupra *num.* 64. per ſacram Congregationem Concilij *Viterbien.*18. *Martij* 1528. quia Patronus poteſt præſentare quem vult ad dictum beneficium & ordinarius tenetur inſtituere non obſtante D.conſtitutione Pij V.in §. *caueant.*

Ad tertiam quæſtionis partem an hodie propter 14
prædictas Pij V. Conſtitutiones ſit cenſenda ſimoniaca renunciatio ſimpliciter facta ea mente, & ſpe vt certæ perſonæ conferatur,& an liceat renuncianti id procurare & ab Ordinario petere, & licèt videatur non permitti per verba conſtitut. relatæ Pij V. *incip. quanta*, ibi: *Nec futuri Succeſſores ab eiſdem verbo, nutu, aut alio ſigno deſignentur*, &c. Tamen vt illa explicant Flaminius *de reſignat. lib.*14. *qu.* 6. *num.*7. Nauarr. *dict.conſ.*38. *de ſimonia num.*3. qui *in d.c.*23.*a num.* 109. in manuali ſatisfacit ad alteram relatam conſtitutionem de confidentiis per quam omnis ſpes & intentio tanquam ſimoniaca videtur condemnata, Barboſa *in dict.cap.*15.*n.*65. in relatis verbis non imponi præceptum ſubditis reſignantibus, ſed ſolum Prælatis conferentibus, cum ad eos ſolum referantur; imò vt colligitur ex eo verſiculo dum vtitur Pontifex,verbo, *caueat*, inquit in ſequenti: *Caterùm præcipimus, & omninò interdicimus* &c. nec importare præceptum ſed ſolum admonitionem, deinde probant Doctores quia lex humana vt dico *ſub Rub. de conſtit.* actus inter nos non iudicat nec punit, vt probat textus *in cap. à nobis,de ſententia excommunic.cap.fin.de ſimonia*, & ſic nec renunciantis intentionem quæ ad actus externos non exit:etenim vt ipſi Doctores expendunt prædicta verba ſunt intelligenda de intentione expreſſa vel tacita in contentionem deducta.

Ad vltimam partem quæſtionis ſatisfacies ex di- 15
ctis *in principio huius textus num.*5. verſ. *pro complemento.*

QVÆSTIO III.

An ſi ex aliqua cauſa beneficium reſignatum non quaratur reſignatario dicatur nihilominus vacare. Et an ſi reſignans reſeruata penſione vacet, ſi ea penſio in minori quantitate ſit aſſignata. Et quanam ſit differentia inter ſimplicem & conditionatam reſignationem; nunquid earum aliqua poſſeſſio amittatur beneficij.

SVMMARIVM.

1 *Reſignatarius excommunicatus, Laicus, aut non acceptans, ſiue abſens non aufert beneficium à reſignante, & quid ſi reſignans habeat ius patronatus; aut ſi non expreſſerit valorem*, n.2.& 3.

4 *Poſſeſſio & titulus beneficij non dicitur dimiſſa per renunciationem niſi adimpleta conditio-*

ne : & num. 5. *vbi quamdiu retineat fructus.*

6 *Reſignans poteſt regredi ad beneficium reſignatum vbi penſio in parte non ſubſiſtit.*

7 *Renuncians qualiter amittat poſſeſſionem & titulum per puram & ſimplicem renunciationem; quando ſi reſignet conditionaliter, aut in fauorem certæ perſonæ*, numero 8. 9. & 10.

1 AD primam quæſtionis partem aliquid dixi ſupra *in cap.4. à n.25.* Sed nunc breuiter etiam dico quòd ſi beneficiarius renunciet in excommunicatum, in Laicum, in abſentem, vel in aliquem acceptare nolentem, aut ſi moriatur ante acceptationem non amittat in his, nec in aliis ſimilibus caſibus ius ſuum ad beneficium reſignatum; quia deficit reſignatarij habilitas aut voluntas acceptan-
2 di, † quod etiam procedit in eo qui beneficium iuriſpatronatus abſque patroni licentia, aut legitima derogatione reſignauit; quia eo caſu reſignatio nulla eſt, & ius penès reſignantem remanet: ſic docent Burſatus *conſ.411.num.4* communis ex Flaminio *lib.1. de reſign. quæſt.3. num. 96.* & idem dicunt Guido Papa *conſ.172.* Barboſa *de Iure Eccleſ. lib.3.cap.15.num.76.* de eo qui reſignauit in manibus non habentis facultatem recipiendi reſigna-
3 tionem, † aut ſi verus beneficij valor à reſignatario expreſſus non ſit, quia cum reſignatio ob verum valorem non expreſſum nulla ſit, nec ex ea reſignatario ius quæratur propter regulam, de valore exprimendo & communem ſtylum, ſequitur vt ius apud reſignantem maneat illæſum; ſic poſt Boërium *deciſ.243.num.*8. reſoluit Flamin. *dict. quæſt.3. num.*107.

4 Ad ſecundam quæſtionis partem etiam reſolutiuè dico cum Caputaq. *deciſ.116. part.1.* Flaminio *dict.lib.1.quæſt.3.à num.82. & num.117.* Seraphino *deciſ.21.n.1.* Butatt. *deciſ.833.num.3.* Rota *deciſ.419. & deciſ.699.num.4.part.1.diuerſ.* & *deciſ.92.num.5. part.1.recent.* & *deciſ.4.num.2.* & *deciſ.432. num.2. part.2.recent.* vt ſi reſignans reſeruata penſione reſignauerit & penſio non reſeruetur, aut ſi reſeruata, ſit in minori ſumma quàm à reſignante fuerit præfinita, vel ſi reſeruatio pẽſionis ex aliqua cauſa annullari contingat; nunc non abdicari à reſignante beneficium, nec in aliis ſimilibus caſibus; quia ius non abdicatur à reſignante non ſeruatis conditionibus, nec titulus aut poſſeſſio dicetur dimiſſa, niſi adimpleta conditione: ſic Flamin. *dict.l.1.quæſt.14. num.7. &* 10. Hieronymus Gabriel. *conſ.185. à n.2. lib.1.* Stephanus Gratianus *diſceptat. forenſ. c.746. num.20. &* 21. Rota *in Berdunen. Abbatiæ* 5. *Maij* 1614. *num.9* & *deciſ.833.num.4.* Barboſa *dict.lib.3. de Iure Eccleſiaſt.cap.15.à num.80.* vbi addit *n.81.* cum Farin. *in deciſ.260.num.2.p.2.recent.* fuiſſe reſolutum *in Toletana penſionis* 21. *Maij* 1610. coram R.P.D. Pirouano; idem procedere vbi penſio aſſignetur in minori quantitate: quia deficit reſignantis conſenſus, qui facit vt ipſa gratia in totum corruat, & reſignans poſſit regredi ad bene-
5 ficium reſignatum: † & ſic Nauarrus *in cap. accepta oppoſit.7.num.23.& 33. de reſtit. ſpoliat.* dixit reſignantem non ſolùm titulum, ſed etiam poſſeſſionem retinere, quamdiu conditio adimpleta & beneficium reſignatario quæſitum non fuerit; niſi aliunde colligatur beneficium dimittere voluiſſe; vnde ait Barboſa *dict.cap.15. num.85. de Iure Eccleſiaſt.lib.3.* aliquos colligere poſſe reſignantem fructus ſui beneficij percipere, quamdiu poſſeſſio per reſignatarium quæſita non fuerit, & ita non à tempore notitiæ, ſed apprehenſæ poſſeſſionis per reſignatarium fructus ad reſignantem pertinere.

Ad tertiam quæſtionis partem ex iam dictis *in* 6
Rubrica, & *ſub Rubro*, poteris de facili reſpondere, vbi iam dixi *de differentia ſimplicis & conditionatæ reſignationis*; igitur, cum per ſimplicem reſignationem à ſuperiore acceptatam amittat beneficium reſignans, & maximè controuerſum ſit an amittat non ſolum proprietatem, ſed etiam poſſeſſionem;
& dicat Doctorum communis vtramque perdidiſ- 7
ſe, ſic vt nec ad nudam detentionem quam retinet ſit reſtituendus, ſi ab ea deiiciatur, ex regula textus *in dicto cap. accepta*, de quo *ibi* dixi latiſſimè & de rigore iuris procedere dicat Barboſa *de Iure Eccleſiaſt. dicto cap.15. lib.3. à num. 66.* legendus ex Doctrina Nauarri *in dict.cap. accepta oppoſit.6.n.5.* Flamin. *lib.5. de reſign. quæſt.3.num.7.* Menochio Anton. Gabriel. & aliis vbi curat expendere, *dict. cap accepta cum cap. ſollicitè, eodem tit.de reſtit.*
ſpoliat.num.69. & 70. vbi dico *à num.14. quæſt.1.* † 8
Tamen in praxi verius putat idem Barboſa *num.68.* beneficiarium per illam renunciationem non amit-
tere poſſeſſionem, in qua ſicut antea inſiſtit, † ideo- 9
que reſtituendum ſi ab ea deiiciatur; quia in temporalibus non aliter poſſeſſio amittitur quàm ſi poſſeſſor eam dimittere intendat, vt docet Iureconſultus *in l.ſi quis vi,§.differentia,l.3.§.in amittenda, l. quemadmodum, ff. de acquir. poſſeſſ.* quod limita-
tum non reperitur in beneficialibus. † Deinde quia 10
cum per ſolam beneficij collationem non acquiratur poſſeſſio antequam apprehendatur, vt colligitur *ex cap.cum veniſſet*, ibi: *Nondum eſſet poſſeſſionem adeptus, de inſtitut.* ſequitur à contrario ſenſu vt per ſolam renunciationem quæ ſtricti iuris eſt, & ſtrictius interpretanda, vt non dimittatur poſſeſſio ſine animo ipſius poſſidentis, ſic vt ſi iniuſtè retineat, validè tamen & à poſſeſſione deiiciatur, veniat reſtituendus. Imola *in cap. ſuper eo, hoc tit.* Nauarr. *in dict.cap.accepta oppoſit.7.num.5.* Rota *deciſ.1. eodem in nouis.* Antonius Gabriel. *in practicis de reſt. ſpoliat.concluſ.1.num.59.* ex aliis probat Barboſa, qui *num.21.* ait per reſignationem conditionalem, nec titulum nec vllum ius amittere, niſi conditionibus impletis, quæ debent ſeruari in forma ſpecifica.

QVÆSTIO IV.

An poßit Papa liberè renunciare Papatui abdicando à ſe poteſtatem iuriſdictionis per modum voluntatis ſufficienter expreſſum. Et eſto renunciet apud quem fiet, cum non detur ſuperior qui eam Papatus renunciationem acceptet. Et an Papa poßit ardua negotia ſine conſilio Cardinalium diſponere.

SVMMARIVM.

1 *Succeſſorem eligere nequit ſibi Pontifex ad Pontificatum, remiſſiuè,* & n.9.

2 *Renunciatio Pontificatus eſt res grauiſſima & ardua.*

3 *Pontifex liberè & ſine aſſenſu Cardinalium queit renunciare Pontificia dignitati cum iuſta cauſa,* & n.14.

4 *Papa cedere poteſt Papatui per modum ſimplicis reſignationis, ſed non per modum reſignationis propriè accepta.*

5 *Papa nequit ſeipſum deponere ſeu cedere iudicialiter per modum depoſitionis.*

6 *Renunciatio quæ expoſcit ſuperioris aſſenſum eſt in cæteris beneficiis præter Papatum.*

7 *Papatus erectio eſt ſoli Deo reſeruata; & ſic renunciatio Papatus ſoli Deo facta videtur.*

8 *Papa renuncians Papatui ſine cauſa peccat mortaliter.*

10 *Cæleſtinus III. volens renunciare Papatui, Cardinales noluerunt eligere Ioannem Paulum ab eo deſignatum.*

11 *Renunciatio Papatus eſt communicanda cum Collegio Cardinalium ſicut res alia grauiſſima, non præciſè ſed ex vrbanitate,* vt n.12. *&* à n.17.18.& 19.

12 *Pontifex poteſt ſimpliciter declarare ſe velle Pontificatui renunciare; nec tenetur aliquo diuino præcepto requirere Cardinales.*

13 *Quaſi contractus quidam cenſetur inter Eccleſiam Vniuerſalem & Papam vt illa eum alat, ille eam gubernet.*

15 *Pontifex Religioſus poſt liberam renunciationem Papatus, non tenetur redire ad ſuam religionem; etſi aliqui contra.*

16 *D.Fr Gregor. Pedroſa Religioſus D.Hieronym. poſt renunciatum Vallisolet. Epiſcopatum; Et D.Fr.Franc. Araujo Dominicanus poſt renunciatum Segob. non redierunt ad religionem.*

1 AD primam quæſtionis partem; videtur vt nequeat Papa renunciare Papatui; quia ſi nequit ſibi in vita ſucceſſorem eligere; vt latiſſimè dixi ſupra *in Rub. de elect. quæſt.* 8. in verſ. *ad ſecundam*, cum aliis, quid mirum vt nec renunciare
2 valeat ex quo ſemel fuit canonicè electus † Cùm renunciatio Pontificatus ſit res grauiſſima & ardua. Ac proinde Collegio Cardinalium communicanda, vt colligitur *ex cap. per venerabilem*, verſ. *ſunt autem, qui filij ſint legitimi*, deinde quia ſi attendamus ad dicta ſupra *in Rubr. noſtri tituli,* & *ſub rubro*, videmus non dari renunciationem niſi ſuperioris aſſenſu & acceptatione.

3 Sed quia iam hoc dubium expreſsè diffinitum eſt pro affirmatiua ſententia à Bonifacio VIII. *in cap. 1. hoc titulo, lib. 6.* ideo aſſero ex communi Doctorum calculo poſſe Papam cedere & renunciare Papatui liberè vt propoſitum eſt in quæſtione, vt ibi notant Doctores; Decius *in cap. ex parte n.20. de reſcriptis.* Alex. *conſ.224. in re tam graui, in fine, lib.6.* Pelagius *de planctu Eccleſiæ lib.1.c.18.* Iacobat. *de Concil. lib.1. art.3. n 3.* Gambara *de ſimoniaca Pontific. electione, num.98.* S. Antonin. *3. p. ſua Summa n.23.* Albertinus *de agnoſcend. aſſertio ibus q.30. num.6.* Peregrin. *de iure fiſci lib.1. tit. hab. iur. fiſcal. num.10. & 11.* Flaminius Pariſ. *de reſignat. beneficior. lib.2. quæſt.1. num.4.* & *à n.19.* & *lib.7. q.5. num. 3.* Cardinalis Tuſchus *lit. P, concluſ. 48. à princ.* Azor. *inſtit. moral. p 2. lib.4. cap.6. q.1.* Paulus Comitol. *reſ. moralium, lib. 1. q.100.* Gonzalez *ad Regul. 8. Cancellaria, § 5. proœm. ex n.16.* vbi connumerat aliquos Pontifices qui Papatui renunciarunt, Machado *in ſumma de perfecto Confeſſario tom.2. lib.4. p.7. tract.4. documento 20. num.1. poſt med.* Maronus Giron. de Plazeda *in diſcurſu an ſit liciſum in vita Pontificis ei ſucceſſorem dare, cap. vlt. à n.104.* Bonacina *de legitima electione Summi Pontificis q.1. punct.1. propoſit. vnic. n.20.* vbi tenet † Pa- 4
pam poſſe Papatui cedere per modum reſignationis ſimplicis, ſed non poſſe per modum reſignationis propriè acceptæ, & † nec poſſe ſeipſum depo- 5
nere ſeu cedere iudicialiter per modum depoſitionis, imò & idem Gonzalez *dict. § 5. num.19.* ſubdit quòd Cæleſtinus Papa V. cauſam dedit vt conſtitutio *d. c. 1. hoc tit.* ſtatueretur.

Nec obſtant *num. 1.* adducta & vera renuncia- 6
tionis definitio quam poſui ſupr. *in Rubrica*; ſecundùm quam ſcilicet in omni renunciatione ſuperioris acceptatio neceſſaria eſt, quia procedit in cæteris beneficiis in quibus legitimus ſuperior reperitur qui illam valeat acceptare, quod in hoc caſu non adeſt: quia cum Pontifex nullum in terris recognoſcat ſuperiorem, ad quem recurrere poſſit; *cap. nunc autem 21. diſt.* ſequitur vt non ſit mirum quod relaxetur iuris rigor propter impoſſibilitatem; iuxta textum *in cap. indemnitatibus, § penult. cap. licet, de elect. lib.6. l. proximè, ff. de his quæ in teſtamento delentur*, ob idque Archidiaconus dixit *in dict. c. 1. ad finem*, quod † ſicut Papatus erectio eſt 7
ſoli Deo reſeruata; iuxta *cap. vltim. diſt. 79.* ita etiam & reſignatio ſoli Deo facta videatur; vt colligitur ex forma renunciationis D. Papæ Cæleſtini V. quam ponit Carrill. *in ſuis annalibus Chronolog. lib.4. anno 1294. fol.373.* ſequentibus verbis: *Ego Cæleſtinus Papa V. motus ex legitimis cauſis, id eſt, cauſa humilitatis, & melioris vitæ; & conſcientiæ illaſæ, debilitate corporis, defectu ſcientiæ, & malignitate Populi, & infirmitate perſonæ, & vt præteritæ conſolationis vitæ poſſim reparare quietem, ſponte ac liberè cedo Papatui & expreſsè renuncio loco, & dignitati, oneri, & honori, dans plenam & liberam facultatem, ex nunc ſacro cætui Cardinalium eligendi, & prouidendi dumtaxat canonicè vniuerſali Eccleſiæ de Paſtore.* † Tamen Barboſa 8
de Iure Eccleſiaſt. part. 1. cap.2. ſub num. fin. dicit vt peccet Pontifex ſi Paſtoralem curam à Chriſto Domino ſibi commiſſam ſine iuſta cauſa repudiet.

Non adductũ *ibi in principio* quod nequit Papa 9
ſibi Succeſſorem eligere; quia vt latè dixi *in d. quæſt.8.* à verſ. *ad ſecundam, de electione*: hæc actio omninò eſt diſſimilis ab actu liberè renunciandi Pontificatui, nec dictum ibi vt quia talis renunciaciatio eſt, ſit grauiſſima; debeat communicari Cardinalium Collegio; quia ad hoc dubium reſpondetur ex adductis infra *hic* in verſ. *ad ſecundam.*

Nec itertim obſtat quod cum D. Cæleſtinus III. 10
graui morbo laborans renunciare vellet Papatui & Cardinalem Ioannem de S. Paulo tit. S. Priſcæ ſui ipſius loco eligi cuperet, Cardinales noluerit, aſſerentes inauditum eſſe in Eccleſia Dei vt Summus Pontifex ſe ipſum deponeret, quia vt reſpondet Pater Franc. Amicus *in Curſu Theolog. tom.4. diſp.6. ſect. 6. à num. 204.* & vt ſequi videtur Diana *p. 10. tract.5. reſ.3. in fine*, hoc factum non eſt ante Cæleſtinum V. ante quem nullum præceſſerat exemplum, quod Summus Pontifex ſe ipſum ſpontè à Papatu deponeret.

Ad ſecundam quæſtionis partem, iam ex dictis 11
videtur reſponſum; ſiquidem vt dixi reſignatio talis ſoli Deo facta eſt, ſed quia Ioannes Andreas *in cap. ſuper eo, de elect.* Azeued. *in l.3. num.36. tit.10. lib.5. recopilat.* quia Papatus renunciatio res grauiſſima ſit, teneant vt Collegio Cardinalium ſit communi

municanda; tum vt deliberent an id Chriſtianæ Reipublicæ expediat, tum vt ad alterius Pontificis electionem illicò procedant, vt rectè aduertit Anton. *in dict. cap.1. de renunc.lib 6* & ita Cæleſtino & aliis Romanis Pontificibus qui Papatui renunciarunt factum eſſe legamus vt poſt Gemin.*in dict. c.1.n.10.*ita tradit Flamin.Pariſ. *dict.lib.8.de reſign. quæſt.5. num.* 12. imò & videtur deſumi ex littera *dict. cap.1.* dum ſignificat Pontificem poſſe Papatui renunciare, maximè accedente conſenſu Eccleſiæ;& dicit Pater Amicus *vbi ſuprà* & refert idem Diana *dict. reſ.3.* ſub verſ.*addit.*

12 Adhuc verò dicendum eſt poſſe Papam liberè & ſine intentione Cardinalium Papatui renunciare; non enim communicatio Cardinalium, quæ videtur exigi *num. præced.* eſt neceſſaria ad illum actum perficiendum; ſolum verò exigitur ex vrbanitate, cùm poſſit Pontifex ſimpliciter declarare ſe velle Pontificali dignitati renunciare: ita Doctores relati, aſſerentes debere Pontificem negotium hoc & ſimilia ardua Cardinalibus deferre; ſed non teneri ex aliquo præcepto diuino eorum diffinitionem expectare aut ſequi; & ita docent intelligendum eſſe verbum *liberè, dict. cap.1. de renunc.lib.6.* Gemin. *dict.num.*10. Franchis *num.3.*& alij *ibi*, Burſatus *conſ.342.n.*10. Iacobat.*de Concil. lib.3.art.5.num.*179. Abbas *in ſua quæſt.1.col.4.in fin. cap. 6. quæſt.* 2. Machad. *dict. documento* 20. *numero* 2.

13 Sed facit contra hanc reſolutionem dicere quod
inter Pontificem & Eccleſiam Vniuerſalem cenſetur quidam quaſi contractus tempore electionis celebratus per quem Eccleſia Pontificem alere, Pontifex verò Eccleſiam gubernare tenetur; cum ergo conſtet ex Regula textus *in cap.1. de probat.* dixi Pontificem & quemcumque alium ſupremum Principem per contractum cum ſubditis celebratum in vtroque foro obligari, vt notant *ibi* Doctores (vbi latè dixi;) ſequitur dicendum vt Cardinalium cœtus per quem Eccleſia Vniuerſa repræſentatur ad prædictam obligationem remittendam
14 videatur neceſſarius; † tamē iam adducti Doctores,
& Barboſa *in dict.c.2.de Iure Eccleſiaſt. p.1. in fine, num.*214 hanc obiectionem ſiue de quaſi contractu inter Eccleſiam & Prælatum celebrato, dicunt non tollere, quominus data iuſta cauſa Pontifex renunciare poſſit; aſſerentes vt cum non detur ſuperior qui illam renunciationem examinare poſſit aut reiicere valeat, id relinquatur Pontificis conſenſu.

15 Pro complemento addo eſſe nonnullos Doctores affirmantes vt ſi Summus Pontifex renunciaturus ſit Religioſus, teneri eum poſt renunciationem ad Monaſterium redire, vt conſideratè protulerunt Aragon. *de Iuſt. & iure quæſt.88. art.1. ad 3. pag.*1036. Azor.*inſtit. moralium lib.*12. *c.7.§.rogabis p.1.* ſed meritò eos reprobant Soſa *in libello de la obligacion conque quedam los religioſos obiſpos, num.*139. Barboſa *dict. cap.2. num.*211. *in fine*, &
16 patet, ſiquidem temporibus hiſce vidimus, † & vi-
demus, D. Fr.Gregorium de Pedroſa Epiſcopum Valliſolet. renunciaſſe ſuo Epiſcopatui, nec ſe tranſtuliſſe ad religionem ſuam S. Hieronymi, vt viueret Monachaliter, etſi poſt annum à ſua renunciatione degens in quadam domo in collatione cœtus Monialium S. Dominici hic Madriti tranſitum feciſſet ad domum D.Hieronymi migraretque exiſtens in domo S. Laurentij vulgo *del eſcurial*, & poſt eum etiam renunciauerit D. Fr. Franciſcus Araujo Ordinis Dominicani Epiſcopatui Segobienſis pluſque ab hinc triennio cum hæc ſcribo degat in hac Curia Matritenſi in domo particulari: etſi ſint quatuor domus ac cœnobia Monachorum ſui Ordinis. Si hæc in Epiſcopis renunciantibus qui ſubſunt Pontifici, quo iure in Papa religioſo renunciante contrarium dici debeat?

Obiectionibus tamen videtur obſtare: nam 17
Martinus V. Romanus Pontifex fuit profeſſus dum viueret ſe nunquam in arduis diſpenſaturum ſine Cardinalium conſenſu, ob idque ait Zabarella *conſ.137.num.6.& 7.* non poſſe Papam ardua ſine eo explicare: duas rationes afferens; primam quia vt dictum eſt facta à Cæleſtino Papa ſine Cardinalibus fuerunt reuocata; ſecunda quia negotia Papæ, vel Regni dicuntur negotia vniuerſitatis in quibus requiritur maior pars Procerum, & Abbas idem tenens *in ſua quæſt.1.* Epiſcopus *num.12.in fine*, addit quòd Collegium Cardinalium eſt in poſſeſſione vel quaſi, quæ multum operatur allegās textum *in d.cap. per venerabilem, qui filij ſint legitimi*, verſ. *in rationibus*, vbi dicit poſſe ratione Diuina ſuſtineri ceſſantibus etiam pactis Conclauium, & facit etiam textus *in cap. authoritate de priuilegiis lib.6.* Et quòd dicitur de Epiſcopis qui vtuntur Canonicorum conſilio vt *in cap. nouit de iis quæ fiunt à Prælatis.*

Sed nihilominus ex iam adductis dicendum eſt 18
cum Petro de Biaz *in ſuo director. elect. in 2. part. cap. 35. num. 9.* Barbatia *conſilio* 1. *per totum.* Et præcipuè *num.36. lib.1.* Troil. Maluet. *de Canonizatione Sanctorum in 2. dubio à num. 35.* Caſtro *conſ. 415. in facto num. 6.* verſ. *item obſtat.* & aliis quod licèt Papa ſoleat ardua explicare ſiue expedire cum Conſilio Cardinalium & in alienatione bonorum ſoleat interuenire ſubſcriptio & conſenſus eorum adhuc Papa ſolus poſſit ardua quæcumque expedire ſine Cardinalibus: Papa enim non obligatur quia non eſt qui dicat *cur ita facis?*

Et licèt replices dicendo ex ſtylo conſuetum 19
eſſe annullari ea quæ fuerunt ſine conſilio & ſubſcriptione Cardinalium, cui ſtandum eſt vel conſuetudini, per illa quæ dixi ſupra *in Rubrica de conſuet. quæſt. fin.* Reſpondeo tamen verius eſſe nec conſuetudine, nec Iuramento introduci poſſe quòd Papa nequeat ſolus ardua facere, & creare Cardinales, vt docent Barboſa *lib.1.de Iure Eccleſ.cap.2. num.*181. optimè Iacobatius *de Concil. lib.7.art.5.* Ioannes Ferdinandus Loazes *in Conſilio edito ſuper oppido de Mula, col.393.cum pluribus ſeqq.* vbi loquitur de quibuſcumque arduis, videlicet creatione & depoſitione Cardinalium, & Canonizatione Sanctorum; depoſitione Regum, & Imperatorum: & de aliis huiuſmodi vt refert Cardinalis Tuſchus *littera P, num.12. concluſ.* 50. Adiunges hic aliqua quæ dixi *ſub cap. penult. de officio Vicarij quæſt. fin.* vbi de Coadiutoribus dandis Epiſcopis.

* * *

AD

AD TITVLVM
DE SVPPLENDA
negligentia Prælatorum.

PRÆMISSVM.[a]

SVMMARIVM.

1 *Negligentia eſt materialis, aut formalis, & quæ ſit*, n.3.
2 *Negligentia formalis eſt duplex propria, aut impropria, & quæ conſiſtit in tarditate externa executionis actuum, de qua Rubrica intelligitur etiam ſi non procedat à tarditate intellectus.*
4 *Negligentia Prælatorum quando ſuppleri poſſit à ſuperioribus per viam recurſus, remiſſiue.*
5 *Negligentiá an amittatur iuriſdictio, remiſſiuè.*
6 *Negligentia facit, vt quis puniatur ſiue contingat in ſpecie magna, ſiue diſſoluta, ſiue manifeſta: nec probatur, niſi quis teneatur ad factum certum*, n.8.
7 *Negligens non dicitur, ignorans iuſtè.*
9 *Mora qualiter puniatur, remiſſiuè.*

1 CONGERIT Barboſa *n. 1.* Doctores agentes
de hac Rubrica, cumque *à n. 1.* dicat negli-
gentiam aliam eſſe materialem, aliam formalem,
illam eſſe, per quam quis ius ſuum, cuius liberam
adminiſtrationem habet omittit, quin aliquam cul-
pam in huiuſmodi omiſſione committat, iuxta ter-
minos textus *in cap. plerunque de reſcriptis*, & *cap.*
ſi clericus de præb. lib. 6. & aliqua adducens pro ex-
plicatione conſidero ego hanc optimè iuxta iuris
noſtri regulas explanari exemplis præſcriptionis, &
vſucapionis, de quibus egi latiſſimè *in tit. de præ-*
ſcriptionib. non enim ibi imputatur peccato Domi-
no non vtendi rei ſuæ, nec præſcribenti illam cum
2 bona fide. † Hanc formalem negligentiam dupli-
cem eſſe dicit *à num.* 4. impropriam, aut propriam,
& hanc eſſe illam, quæ ſupponit ex negligente in-
tellectum ſollicitum ad imperandum voluntati,
quid negligere teneatur, cui opponitur prudentia;
& vberius explanans cum nonnullis Theologis, di-
cit de hac negligentia loqui noſtram Rubricam, &
Titulum; quæ conſiſtit in externæ executionis
actuum tarditate, & executione. Nam cùm hæc
Rubrica eo tendat, vt iniuſtæ, & damnoſæ Præla-
torum Eccleſiaſticorum omiſſiones in actibus debi-
tis externè gerendis ſuppleantur per alios Prælatos,
indigeatquè hic ſupplemento eorum actuum ex-
terna omiſſio, ea nempe, quæ iniuſta, & damnoſa
quantumvis non procedat à tarditate intellectus;
concludit eam optimè pertinere ad titulum hunc
ſimul cum negligentia impropria, quæ tantùm
3 conſiſtit in omiſſione exteriorum actuum. † Et ita
cum Valentia definit, *Vt ſit rationis cunctatio, ſeu*
tarditas inefficaciter operando; eo quòd eſt iam bene
conſultatum, & iudicatum: & aliter cum Leſſio ait
vt ſit omiſſio actuum rationis, qui neceſſarij ſunt,
vt opus ſuo tempore fiat.
4 Vnde quia idem Barboſa *num. 9.* mouet quæſtio-
nem quando negligentia Prælatorum ſuppleri poſ-
ſit à ſuperioribus per viam recurſus; ſeu appella-
tionis; ideo applicabis quæ dixi *ſub cap. 2. de iudiciis*
quæſt. 19. 20. 25. † Et quatenus Martlia *de iuriſd.* 5
p. 4. caſu 146. diſputat an negligentia, amittatur iu-
riſdictio; ideò applicabis quæ latè dixi *infra in cap.*
qualiter 17. de iudic.
Et pro maiori enodatione dico ob negligentiam 6
quem puniri, ſiue contingat in ſpecie magna, ſiue
diſſoluta, ſiue manifeſta, iuxta terminos Guid. Pap.
in deciſ. 473. licèt non puniatur, niſi probetur. Cap-
pel. Tholoſana *in deciſ. 346.* aliquid per Afflictis *in*
deciſ. 13. num. 17. & 18. nec imputari ait Capella
Tholoſana *in deciſ. 257.* vbi diligentia nihil proficе-
ret; imò Caputaq. *in deciſ. 241. p. 1.* † dixit vt negli- 7
gens non dicatur; & propterea puniendus qui iu-
ſtam ignorantiæ cauſam habet † Et addit Riccius 8
collect. 942. ad textum *in l. iudices cod. de ſeruis fugi-*
tiuis, quod negligentia præciſa non probatur, niſi
quis teneatur ad factum certum, & limitatum, tem-
pore, & loco, inſpiciquè ſemper vt quis poſſit fa-
cere illud, quod omittit, vt pulchrè decidit Verall.
in deciſ. 166. p. 2.
Item poteris hic adiungere quæ dico de mora 9
punienda infra *ſub cap. fin. de locato*; & hæc vltra
Ordinarios ſufficiant pro hac Rubrica, quæ extendi
valet ex annotandis ſub Rubro, vbi de Prælatorum
negligentia in conferendis beneficiis inſtituendis, &
præſentandis intra tempus ſtabilitum de iure, &
per quos ſuperiores ſuppleatur, ſeu ad quos deuol-
uatur eorum prouiſio, & collatio.

Ad Text. in Cap. I. hoc tit.

De ſupplenda negligentia Prælatorum.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Benedicere Monachos poteſt Abbas Epiſcopo negligente, quod iterari nequit*, n. 2. & 3. *vbi quòd poſſit Ordines conferre, aliaque adminiſtrare*, n. 5. 6. & 7.
4 *Abbas dicitur ante benedictionem.*

PRobat hic Pontifex, vt ſi Diœceſanus requi- 1
ſitus benedicere nolit Ciſtercienſem Abbatem
poſſit ipſe benedicere Monachos ſuos. Barboſa
multis probat, † vbi *n. 3.* ait quod hæc benedictio ab 2
Epiſcopo Abbatibus impertiēda iterari non poſſit.
† Et *num. 4.* quòd ſi Epiſcopus tertiò requiſitus be- 3
nedicere Abbatem ſine cauſa renuerit, poſſet ipſe
Abbas, non ſpectata benedictione, officium admi-
niſtrare, & ordines conferre, & ea omnia, quæ ſunt
ſui muneris, tunc præſtare, & implere. † Et *n. 6.* 4
ait quod Abbas dicitur ante benedictionem.
Pro complemento addo quod notaui ſupra *in* 5
cap. 9 & 15. de electione, vbi de Epiſcopo nondum
confirmato, aut conſecrato ſe ingerente adminiſtra-
tione.
Ad quæſtionem an per vnicam interpellationem 6
conſtituatur ſuperior in mora, Cacheranus *in de-*
ciſ. 12. à num. 1. & 6. de quo dixi.
Ad gloſſam hic de digniore eligendo, Couarru. 7
in reg. peccatum p. 2. §. 7. à n. 2. de quo plura notaui
ſupra *in cap. 1. cum in cunctis 7. de electione*, & alibi
in eo tit. plura alia *in cap. 29. de præb. & dignit.* & ſub
Rub. *de elect.*

Ad Text. in cap. Sicut II. hoc titulo

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Regulares nequeunt in proprios vſus conuertere Eccleſias, in quibus obtinent patronatus* numero 2.& 3.

2 *Donare nequit Prælatus in præiudicium Eccleſiæ.*

3 *Negligentia in prouidendo beneficia, præiudicat, ſex menſibus tranſactis, & de iure deuoluto,* n.4.& 5.

5 *Negligente patrono nominare, aut eligere intra tempus aſſignatum an poſſit rector eligere, aut inſtituere.*

6 *Spectatiua ad beneficia quæ.*

7 *Papa non intendit in menſibus ordinariis prouidere.*

8 *Spectatiuarum gratiæ, non comprehendunt beneficia vacantia in menſibus ordinariis, & in aliis,* n.9. & 10.*niſi Papa menſibus ordinariis derogaret,* n.11.

12 *Spectatiua loquens de menſibus ordinariis, non capit menſes ordinarios vigore alternatiuæ, niſi adiiciatur verbum vniuerſale.*

13 *Regula reſeruatiua octo menſium fuit introducta, vt ſpectatiua ſuum haberet effectum in menſibus ordinariis.*

14 *Spectatiuæ ſuccedebant loco regulæ octo menſium.*

15 *Præſentatio Eccleſiaſtica, & laica differunt remiſſiuè.*

1 DIcit quòd Regulares non poſſunt in ſuos vſus conuertere Eccleſias, in quibus obtinent patronatus; & ſi intra tempus Lateranẽſis concilij, quando vacant non præſentent rectores ad eas, ſuperior ordinabit eaſdem. Primam partem confirmabis ex notatis ſuprà *in cap.cum in iure peritus*, & melius *in cap.2.de donationibus*: nam ſi

2 † ibi decernit Pontifex, vt nequeat Prælatus donare in præiudicium Eccleſiæ, cui in ſuos vſus conuertere poterit Eccleſias, cum tantùm ſit procurator, & adminiſtrator ad vſus Eccleſiæ deſtinatos,& non

3 Dominus;† Secundam partem cõfirmabis ex textu *in cap.5.cap.4.& fin.huius tituli*,vbi ferè de eadem materia reſoluitur, cum omnia iura, etſi in caſibus diuerſis reſolutionem præſtent, circa tempus,intra quod beneficia ſint præſentanda, conferenda,inſtituenda, vel perſonæ ad ea eligenda per Patronos, & ordinarios decidunt, tranſacto tempore ſex menſium ad ſuperiores alios pertinere iure deuoluto, ea præſentare, ſine conferre &c.

4 Vnde quia ex propoſito egit Garcia *de beneficiis tota p.*10.ideò de hoc iure deuoluto propter negligentiam Prælati, nunc ex propoſito non diſputo. Sed quia multa noto infra *ſuis in locis*, ideò applicabis notabilia, quæ congero *in cap.1.de conceſſ.*

5 *præbenda*,vbi ad quos deuoluatur prouiſio. † Item, & *in cap. quoniam 4.de iurepatron.* vbi etiam de deuolutione ad Prælatum, ſi patronus non præſentat intra tempus ſibi aſſignatum ad præſentandum, quod eſt quatuor menſium laico, & Eccleſiaſtico ſex menſium; imò Barboſ.*de iure Eccleſ.p.2. lib.3.* *cap. 12. num.*165. cum multis ab eo relatis probat quod ſi patronus per negligentiam excedit tempus ſibi à iure ſtatutum ad præſentandum, poſſit is, ad quem ſpectat Rectorem eligere, atque inſtituere.

Verùm quia per textum noſtrum agi poteſt de ſpectatiuis ad beneficia in verſ. *ad vacantes*, de qua materia poſſunt applicari deciſiones Pontificis Innocent. III. *in cap.ex tenore* 13.& *cap.accedens* 14.*de conceſſione præbendæ*, duxi nunc aggregare hic quæ tradidit Riccius *collect.* 1534. ad textum noſtrum, dum affirmat loqui de ſpectatiuis, ad cuius materiæ delucidationem ponit ſequentia, nempe † quòd Papa non intendit in menſibus ordinariis prouidere, vt per Cardinalem Puteum *in deciſ.*57. *lib.*2.& *deciſ.*25. *lib.*3. Rota *in deciſ.*700. *p.*3. & *in deciſ.*9.*p.*2. † Et ſic gratiæ ſpectatiuarum ad beneficia vacatura, non capient beneficia, quæ in menſibus ordinariorum vacabunt, ſed ſolum vacantia in menſibus reſeruatis Rota *in deciſ.*127.*lib.*3.Cardinal.Puteus *in deciſ.*92. *lib.*1. & *in deciſ.*53. *lib.*2. & *in deciſ.*48.*lib.*3.Cæſar.de Graſſis *in deciſ.*15. *de præb.* 6 7 8

Quod ampliatur primo procedere etiam in menſibus alternatiuis, Ordinario conceſſis, ratione alternatiuæ acceptatæ. Mohedan.*in deciſ.*19.*de præb.* 9
† Ampliatur ſecundò procedere etiam, quamuis Epiſcopalis ſedes vacaret; quia tunc ſpectantes acceptare non poſſunt in quatuor menſibus conceſſis Ordinario. Mohedan. *in deciſ.*29. *de præb.* † quòd limitant Puteus *in deciſ.*48. *lib.*3. Caſſador. *in deciſ.*15.*de præbendis*, niſi Papa huic regulæ de menſibus derogaret, vel alias conſtituerit velle quod etiam menſes ordinarios ſpectatiuæ caperent. 10 11

Notabis verò quòd quamuis ſpectatiua loquatur de menſibus ordinariis, non capiet menſes ordinarios vigore alternatiuæ ſibi conceſſæ, niſi adiiciatur verbum vniuerſale, quomodolibet; Cardin. Puteus *in deciſ.*122.*&* 215.*lib.*1. ſicut,& nulla derogatio cenſetur comprehendere alternatiuam,niſi de illa fiat expreſſa mentio, idem Puteus, Riccius ſupra *dict.collect.*1574.verſ.*& quamuis.* 12

Vnde infertur quod regula reſeruatoria octo menſium fuit introducta, vt ſpectatiuæ ſuum haberent effectum in menſibus reſeruatis, ſaluis exiſtentibus ad Epiſcoporum diſpoſitionem quatuor menſibus ordinariis. Rota *in deciſ.*127.*l.*3. *in deciſ.* 63. *&* 271.*l.*2.& *in deciſ.*538.*p.*3. Puteus *deciſ.*333. *lib.*1.ita vt nunc ceſſantibus ſpectatiuis; ſimiliter ceſſaret dictæ regulæ reſeruatio,tanquam correſpectiua. Rota *in deciſ.*63. *p.* 1. Cardinalis Puteus *in deciſ.* 492. *lib.*2. & *in deciſ.* 33. *lib.* 3. Achiles de Graſſis *in deciſ.* 48. *ſuper regula reſeruatoria.* † Et propterea dicit Rota *in deciſ.*537.*p.*3. quòd expectatiuæ ſuccedebant loco regulæ octo menſium in caſu illius deciſionis: hæc congerit ad textum noſtrum Riccius, *vbi ſupra.* 13 14

Item cum agatur hic de præſentatione ad beneficia,intelliges tantum eſſe Eccleſiaſtica; vnde poſſes agere latè de differentia inter hanc,& inter præſentationem laicorum, de qua *ſub titul. de iurepatron.* & de patroni laici, & Eccleſiaſtici differentia, bene Barboſa *de iure Eccleſ.p.*2. *lib.*3. *cap.*12. *à num.*184.vbi plures citat agentes. 15

Ad

Ad Text. in Cap. III. hoc tit.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Deuolutio à quo tempore vacaturæ computetur, n.5.& 15. vbi quid ſit.*
2 *Patronorum ſcientia ad deuolutionem vacaturæ, debet eſſe certa.*
3 *Præſentandi Ius conſeruatur in vno ex Patronis.*
4 *Semeſtre ad eligendum, vel conferendum, non currit legitimè impedito, vbi de quadrimeſtre datum Patronis.*
5 *Deuolutio fit quando prouidentur indigni, etiamſi à laicis Patronis, n.6.*
7 *Deuolutio in primis eſt probanda, vt fiat legitimè impetratio.*
8 *Deuolutionis effectu ſortito, Epiſcopus nequit moram purgare.*
9 *Deuolutio non habet locum in beneficiis manualibus. Regularibus, in capitulis exemptis, in iuriſdictionalibus, & quando Prælatus eſſet impeditus n.10.11.12.& 13.*
14 *Collationes ſi Ordinarij non prouiderint in tempore, beneficia pertinent ad Sedem Apoſtolicam,* num.17.
16 *Prouidere debet Eccleſia regularis intra tres menſes.*
17 *Negligens in prouidendo qualiter puniatur, remiſſiuè.*

1 TErminatur deciſio hæc per regulam generalem poſitam *in principio cap.præcedentis*, ſpe-
ciale verò quod agi poterat, eſt, quod cum agatur
de deuolutione, tranſacto tempore ad prouiden-
dum eſt, nempè quod computetur à tempore ſcien-
tiæ; non verò vacaturæ, vt cum multis notat hic
Barboſa *n.3.*& deciditur hic in verſ. *non à vacatione,*
ſed à notitia computato, vbi notat cũ Garcia compu-
tari ſemeſtre, de quo hic de momento ad momen-
2 tum. † Et ſpecialiter addo ſcientiam Patronorum,
vt deuolutioni ſit locus, debere eſſe certam, nec
ſufficere interpretatiuam, ſeu veriſſimilem, Garcia
*de beneficiis p.10.cap.3.num.*34. Barboſa *de iure Ec-*
3 *cleſiaſt.p.2.lib.3.cap.12.num.166.*†qui *num.167.* ait
ius præſentandi conſeruari in vno ex Patronis, qui
ſcientiã huiuſmodi vacationis non habuit, aliis pro-
pter ſcientiam excluſis; & refert deciſum Garcia
*dict.p.10.cap.2.num.*41. Et pro complemento à quo
tempore currat deuolutio, applicabis textum, &
ibi notata *in cap.quia diuerſitatem 5.de conceſſ.præb.*
4 † vbi quod ſemeſtre ad eligendum, ſeu conferen-
dum à iure præfixum non currit legitimè impedi-
to, nec incipit currere, niſi à die notitiæ vacatio-
nis, interim, & ad plures caſus leges Florez
de Mena *parte prima, variarum, quæſt.* 3. agen-
tem, de illa quæ ſibi de facto aliquoties contingit,
nempe vtrum quadrimeſtre tempus datum iurepa-
tronis laicis ad præſentandum, curat, illis ignoran-
tibus à tempore vacationis, vel tempore ſcientiæ;
& *à num.6.* vbi aduerſus quos præſumatur ſcientia
à tempore vacationis, & exemplificat in ordinario,
& contra eum, qui ex officio tenetur ſcire, & con-
tra alios habentes iuriſdictionem in loco beneficij;
item cum vacatio eſt notoria; ſed in hoc caſu ex-
pendit *num.18. clem. cum qui, de conceſ. præbenda*,
aliqua plura expendit, ſed de hoc *ſub Rubrica, &*
tit.de iurepatron.

Itaque nunc vltra ordinarios in præſenti addo 5
pro materia textus noſtri, quod ſi ij, ad quos ſpe-
ctat, non prouiderint de beneficiis vacantibus infra
tempus præfixum, ad ſuperiores gradatim fiat de-
uolutio, quod ampliat Riccius *collect.*807. ad tex-
tum noſtrum dicens idem iuri eſſe, vbi prouident
indignis, ſeu inhabilibus, vt fuit dictum *in vna*
*Toletana portionis 9.Decemb.*1591. coram Mantica,
quam reponit ad textum *in cap.cum in cunctis 7. §.*
fin. de elect. † Et idem Riccius ſubampliat proce- 6
dere etiam in Patronis laicis, ex Rota *deciſ.5. de iu-*
repatronat.& Creſc. *in deciſ.14.eodem*, & eſt deciſio
Rotæ *in cauſa valent.iuriſpatronat.20. Martij* 1589. 7
Et addunt Caſſãdor. *in deciſ.5.de præbend.*& Creſ-
cent. *in deciſ. 18. eodem.* Caputaq. *in deciſ.153.p.1.*
Mohed. *in deciſ.17.de præb.* neceſſum eſſe in impe-
tratione beneficij deuoluti in primis deuolutionem
probare, nec ſufficere clauſ. *certo modo* facit *deciſ.*
Bellam.734. & refert deciſum Riccius ſupra *in vna*
Maceraten. beneficij 1594.

Ampliatur principalis concluſio vt poſt ſortitum 8
effectum deuolutionis, non poſſit Epiſcopus pur-
gare moram; ſic Franc. Marc. *in deciſ* 1238.*p.1.* ex
eo; quia poſt factam executionem, non admittitur
moræ purgatio. Mohedan. *deciſ.9. de verb.ſignif.* Et
iterum ampliat Riccius cum Rota penès Biſignet
in deciſ.1. de elect. vt tempus iſtud non à die renun-
ciationis ſed ratificationis currat.

Verùm præfatam textus noſtri concluſionem li- 9
mitat Riccius *dicta collect.*807. quinque modis. Pri-
mò vt non procedat in beneficiis manualibus ad
nutum amobilibus; quia in eis non obtinet locum
deuolutio. Mohedan. *in deciſ.9.de præb.* quam repo-
nes ad textum *in cap.2. de præb. lib.6.* † ſecundò in 10
beneficiis regularibus, quæ pariter ſub præfata re-
ſeruatione non cadunt. Cardin. Puteus *in deciſ.*180.
lib.3. ſed Gonzalez *in regula* 8. *Cancel.gloſſa 5. §.6.*
num.55. contrarium tenet, & bene, vt fatetur Ric-
cius *ſuprà*, vbi ea ſuppoſita infert ad deciſionem
Franc. Marci 1237. vbi ſi deuolutio de regula Eccle-
ſia, ad Diœceſanum fiat iuxta terminos *Clementinæ*
vnica hoc tit. Diœceſanus non poſſit conferre præſ-
bitero ſæculari, ſed regulari tantùm. † Item limitat 11
Tertiò Riccius in capitulis exemptis, in quibus non
fit deuolutio ad Prælatum, nec è contra: ſic cum
Franc. Marco, vbi ſupra *part.1.*† Et Quartò limitat 12
cum eodem Franc. Marco *in deciſ.* 1236. *part.1.*
in iuriſdictionalibus, eo quòd in iſtis non fiat de-
uolutio. † Quintò limitat cum eodem Franc. Mar- 13
co quando Prælatus eſſet impeditus; & idem Fran-
ciſcus Marcus *p.1.deciſ.*1235. agit de aliis nonnullis
pertinentibus ad hanc materiam.

Aliquid de deuolutione tractat Scortia *ſuper con-* 14
*ſtitutione Pij 5.32.olim.*33 edita anno 1567. *in §.&*
ordinarij, vbi decidit vt ſi Ordinarij in tempore, &
modis à Concilio ſtatutis non prouiderint, ſpectent
collationes huiuſmodi ad ſedem Apoſtolicam, li-
cèt ſint in menſibus Ordinariorum, † & idem 15
Scortia *in theorema* 238. dicit quod deuolutio eſt
ius creandi, & inſtituendi Eccleſiæ miniſtrum, tan-
quam caducum ab vno ad alium ſuperiorem anti-
ſtitem translatum recteque ius deuolutionis inſtitu-
tum, tum ne beneficia; & Eccleſiæ ob diutinam va-
cationem incommoda, & damna paterentur, *cap.*
quam ſit de elect.lib.6. tum in pœnam delicti, vt eo-
rum qui intra ſtatutum tempus, beneficia non con-
ferunt negligentia, puniatur. † Et addit quod Ec- 16
cleſiæ

cleſiæ Cathedrali, vel regulari debet prouidere de Paſtore intra tres menſes, aliàs ius eligendi ad ſuperiorem deuolui, iuxta textum *in cap. ne pro defectu de elect.* ad quod videbis *cap. poſtquam diſt.* 50. & *cap. obeuntibus diſt.* 63.
17 † Et qualiter per negligentiam Epiſcopi in prouidendo Archiepiſcopus prouideat, bene cum multis tractat Barboſa *de iure Eccleſiaſt. p.* 1. *cap.* 7. *à n.* 31. quem leges ad caſus circa medendam Epiſcopi negligentiam.

Ad Text. in Cap. Litteras IV. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Deuolutio de dignis eligendis, remiſſiuè.*
2 *Beneficium Iuris patronatus Laicorum deuolutum, ad Ordinarium, confertur per concurſum.*

1 TErminatur hæc deciſio ex iam adductis *in c.* 2. & 3. vbi de deuolutione, de dignis eligendis, & præferendis dignioribus, poſſes per hunc textum diſputare. Sed quia de hoc notaui *in c.* 7. & ibi §. *fin. de elect. & in cap.* 29. *de prabend.* ideò amplius non extendo.

2 Et quia Barboſa *hic* adiungit quod beneficium Iuriſpatronatus Laicorum deuolutum ad Ordinarium ſit conferendum per concurſum pro illa vice *num.* 3. & diſputans *num.* 4. & 5. reſoluit Parochialium in collatione facta iure deuoluto verius eſſe, examen idem requiri, ac ſeruatur ſi fieret coram inferiore: ſic cum Salgado *de protectione Regia tom.* 1. *p.* 3. *cap.* 11. *à num.* 84. & cum aliis circa materiam concurſus beneficiorum dico *in cap. graue nimis de prebendis.*

Ad Text. in Cap. Fin. hoc titulo.

De ſupplenda negligentia Prælatorum.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Præſcribi poteſt Ius conferendi Eccleſias*, n. 2.

1 QVatenus ad punctum deuolutionis ob negligentiam in prouidendo, de qua hic textus noſter agit, adiunges dicta, & notata ſupra *in c.* 2. & *cap.* 3. & nihil aliud ſpeciale addo; quia ex ibi dictis ſufficienter expenditur.
2 † Et quia video Balboam probare ex hoc textu *in cap.* 7. *de præſcriptionibus num.* 40. Ius conferendi Eccleſias poſſe præſcribi; ideò poteris adiungere quæſtionem, de qua, ipſe inquirit *à num.* 33. *An Ius patronatus Eccleſiaſticum poſſit à Laicis præſcribi*; & *à num.* 42. agit de illa, *An Laicus in Eccleſia Collegiata erigens, vel dotans Eccleſiam Collegialem, acquirat ius præſentandi Clericos*, &c. de quibus alibi dixi.

AD TITVLVM DE TEMPORIBVS ordinationum.

PRÆMISSVM.

PRo Rubrica hac circa tempora, in quibus Ordines minores, aut Sacri conferuntur, dico infra *in cap.* 3. *huius tit.* Et quia omnes huius tituli deciſiones commodè ſub ea poſſent de facili comprehendi, ne à propriis locis illis congruentia eripiam, gradum facio ad alia dubia, quæ cum certam ſedem non habeant ſub Rubro, ſub Rubrica commodè ſcribuntur.

AD RVBRICAM.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Ordo ſumitur tripliciter, primò, vel pro reſpectu inter aliquas res, ſeu dignitate parium, & imparium*, n. 2.
3 *Ordo etiam ſumitur pro variis religionibus Eccleſiæ.*
4 *Ordo ſumitur item pro ſigno, ſeu ceremonia externa, qua confertur homini, gradus dignitatis, & officium in Eccleſia Chriſti.*
5 *Natio qualibet quantumvis Barbara, regitur aliquo Sacerdotij ſigno.*
6 *Sacerdotium probatum, & inſtitutum fuit à Chriſto, qui Apoſtolis dedit Ordinis poteſtatem in vltima Cœna, qua inſtituit Sacramentum Euchariſtiæ.*
7 *Ordo Sacerdotalis continet eminenter alios Ordines inferiores.*
8 *Sacramenta omnia, vt ritè, rectèque conficiantur, dependent ab Ordinis Sacramento.*
9 *Ordinis Sacramentum eſt velut oſtium, per quod inerant legitimi diſpenſatores miniſteriorum Dei.*
10 *Ordines Eccleſiæ non tres, ſed ſeptem ſunt, ſecundum Theologos, aut nouem ſecundum Canoniſtas addentes Epiſcopatum, & tonſuram diſtinguentes, vt* n. 11.
12 *Ordo Epiſcopatus propriè non eſt diſtinctus à Sacerdotio, ſolum habet maiorem poteſtatem officij.*
13 *Tonſura eſt præparatio quædam ad Ordines, ſicut Cathecumenus ad Baptiſmum, Nouitiatus ad profeſſionem.*
14 *Ordines tres Sacri, ſunt Sacramentum, & ſecundum communem ſententiam dicitur de Ordinibus minoribus* n. 15. & 16. *etſi aliqui dicant eſſe tantum Sacramentalia*, & n. 17. & 18.
16 *Ordo quilibet eſt ſignum rei ſacræ ſanctificantis, & concedentis poteſtatem miniſtrandi ſuo loco, & tempore.*
17 *Sacramentalia dicuntur quæ non habent finem immediatum, & per ſe ſubſiſtunt.*
18 *Ordinis Sacramenti materia, & forma quæ.*

19 *Ordo*

19 *Ordo quilibet ex ſeptem, eſt Sacramentum eſſentialiter diſtinctum ſpecie infima, ſeu atoma ab alio, etſi rectè omnes dicantur vnum vnitate ſpeciei interiecta, ſeu genere ſubalterno.*

20 *Ordines omnes fuerunt instituti à Chriſto, ab Apoſtolis ſolum promulgati.*

1 SVpponenda ſunt quædam generalia, primo ſcilicet Ordinem ſumi tribus modis, vel pro reſpectu inter aliquas res, quarum vna eſt prior, altera poſterior, vel natura, vel cauſa, vel effectu, vt pater filio, arbor fructibus; vel loco, vt Cœlum igne, ignis aëre; vel dignitate 1 vel ſumitur circa Dignitates, vt Ordo Senatorius, qui præfertur æqueſtri, æqueſtris plebeio; vel ſuperioritate, vt inter nouem Ordines Angelorum, in qua ſignificatione Ordo deſcribitur ab Auguſtino
2 *lib.19.de Ciuitate Dei cap.13.* † Diſpoſitio parium, & imparium rerum tribuens ſua loca vnicuique; & ſic in vniuerſo inferiora ſubſunt cæleſtibus, & inter homines alij aliis, tum in Republica Ciuili, vt milites, Duci, ſubditi Regi, tum Eccleſiaſtica, vt Clerici inferiores Præſbiteris, Præſbiteri Epiſcopis, Epiſcopi Summo Pontifici Chriſti Vicario, ſecundùm aliqua, quæ latè notaui *in cap. nouit.13. de iudiciis à quæſt.2.* & faciunt quæ noto *ſub tit. de maioritate, & obedientia*, præcipuè *in cap. ſtatuimus*, vbi adnoto pleraque de præcedentiis.

3 Secundò ſumitur Ordo per antonomaſiam pro variis religionibus, quo pacto vulgò dicitur Ordo S. Dominici, S. Franciſci &c. omnes enim ſub vna Chriſtiana religione continentur, & inſpirantur à Deo piis hominibus, notat Egidius Trullenc. *de Sacramento Ordinis ſub n.1. dubio 1.* & aliquarum religionum ordines; & de origine recenſet Barboſa *in Bullario* verb.*fratres*, latiſſimè, & vbertimè ad ſaturitatem de omnibus idem Barboſa legendus *de iure Eccleſiaſtico p.1.cap.41.per totum*, vbi de præcedentia inter omnes.

4 Tertio ſumitur pro ſigno, ſeu cæremonia externa, qua confertur homini gradus Dignitatis & officium in Ecleſia Chriſti, & in hac ſignificatione ſumitur hic, vt dicit Egidius Trullenc. vbi ſupra,
5 *dicto n.1. in fine.* † Cumque nulla natio quantumcunque immanſueta, fera, vel barbara reperiatur, quæ lege, ſacerdotio, & ſacrificio caruerit, vt conſtat *ex toto tit.ff.de religioſis, & ſumptibus funer.* & gens Catholica, & ortodoxa omnibus ab orde condito, nationibus præſtantior, cum ſit in
6 ſacerdotio, & eius Ordine excellentior, † certiſſimumque ſit à Chriſto, ſacerdotium prolatum fuiſſe, & inſtitutum, Ordiniſque electos miniſtros fuiſſe, ſit definitū; vt cōſtat *Matth.c.16.18.& 26. Marci c.vlt.Lucæ 22. Ioannis* 20.ideò vt certū, dicendū eſt, quod cum poteſtatem Chriſtus Dominus Apoſtolis dediſſet, & in vltima Cœna ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum inſtituiſſet, eundem conſtituiſſe Ordinem, Apoſtoloſque ordinauiſſe, iuxta verba illa *hoc facite in meam commemorationem*, Lucæ 22. vt etiam refertur per partes *in c. Cleros & in cap.in nono diſt.21.cap. Præſbiter,cap. Diaconus, cap. Subdiaconus, cum ſequent.diſt.23.cap perlectis 25.diſt.cap.audiuimus, cap.quodcumque, cap. loquitur 24. quæſt.1.* definitum eſt etiam in Florent. & Trid. *ſeſſ.7. de ſacram. canone* 1. D. Thomas *in addit.ad 3.p.à q.34.in 4.diſt.24.q.1. art.3.& 4. cum ſequentibus*, & eius expoſitores, atque ſummiſtæ
7 agētes de hoc Sacramento; & in Trid. *ſeſſ.23.can.1.* † Et expendens vberius idem Trullenc. *d.dubio 1.ſub n.1.* ait tunc in Cœna fuiſſe omnes Ordines inſtitutos; quia ſacerdotalis Ordo continet eminenter alios Ordines inferiores, qui ordinantur ad ordinem ſacerdotalem, illique inſeruiunt: ſic Henriquez *in ſumma lib.10.cap.2.* Bonacina *tom.2. diſp 8.puncto 1.num.7.* & alii communiter, leges eundem Henriquez *c.3.* & Filliucium *tract.9. cap.... num.3.* † Et 8
probat ratione Sahagun. *de hoc Sacramento, ſub num.3.* quia omnia Sacramenta, vt ritè, rectequè conficiantur dependent ab Ordinis Sacramento, † 9
addens *num.5.* ille hoc Sacramentum velut oſtium, per quod intrant legitimi diſpenſatores miniſteriorum Dei: nam ex Diuina ſcriptura nemo ordinum honorem ad exercenda miniſteria deſignatum ſibi aſſumere rectè poteſt, niſi à Deo vocatus, vt Aron. qui vocatur, quando legitimè ordinatur ab Eccleſiæ Prælatis *num.4. & 6.* de diffinitione agit.

Ex dictis iam poteris dubitare quot ſint Ordines; 10
& licèt Dionyſius relatus à Sahagun *num.7.* vbi ſupra, dicat eſſe tres, ſicut in Eccleſia triumphante cæleſtis ordo eſt diuinitus per Hierarchias tres diſtinctus, quam militans imitatur, tamen eum conuincens D. Thomas *in addit.ad 3.p.quæſt.37. art.1. & quæſt 40.art.2.& in 4.diſt.24.quæſt.1.art.3.* verius dicit vt ſint ſeptem ſecundùm Theologorum ſententiam, aut nouem ſecundùm Canoniſtas, addentes Epiſcopatum, & primam Tonſuram, *ex cap.cleros, cap. perlectis, cap.1.* iuncta gloſſa 1. *diſt.32. cap.1.* de ordinatis ab Epiſcopo, qui renunciauit Epiſcopatui, *cap.cum contingat de ætate, & qualitate ordin.* † ſed vtramque admittendo tanquam 11
communem, tu ſic expendes breuiter, nempe vt propriè loquendo ſint tantùm ſeptem, impropriè verò, & in lata ſignificatione, prout ordo eſt nomē officij, & dignitatis, ſint nouem, videlicet Oſtiarius, Lectoratus, Exorciſta, Acolitus, Subdiaconus, Diaconus, Præsbiter, qui propriè dicuntur ordines.
† Largè verò Epiſcopatus, qui non eſt ordo diſtin- 12
ctus à Sacerdotio, cum vterque æqualiter ſacrum faciat; ſolum enim habet maiorem poteſtatem; & quòd Epiſcopus ex officio conferat Sacramentum Confirmationis, & Ordinis, quod Præsbiteris non præſtat, niſi ex indulto fieret, & qualiter, dico aliquid *ſub tit. de ſacramentis non iterandis, & de ſacra vnctione* & *in cap. quanto, ſupra, de conſuet.* & quoad Ordinis adminiſtrationem aliqua dico *infra.*
† Item & Tonſura, quæ nullum habet officium in 13
Eccleſia, ſed tantùm eſt præparatio quædam, ſeu diſpoſitio ad Ordines, ſicut Catechiſmus ad Baptiſmum & Nouitiatus ad profeſſionem; ſic Theologi expendunt ex Trid. *ſeſſ 23. de Sacramento Ordinis, cap.* gradum conſtituit in prima tonſura, & ab ea repellit, quos ad vlteriores gradus non progreſſuros eſſe creditur; *& in cap.4.* Epiſcopatum explicat eſſe ordinem à Sacerdotio diſtinctum, & longè excellentiorem, videbis quæ dico *ſub q.3. verſ.ad quintam, an ſit ſacramentum ordinatio Epiſcopalis.*

Dubitabis ſecundò an hi ſeptem Ordines ſint 14
Sacramenta, & licèt Durandus aſſerat *in 4.diſt.24. quæſt.2.* ſolum Sacerdotium eſſe ſacramentum; certum tamen eſt Sacerdotium, Diaconatum, & Subdiaconatum eſſe ſacramentum; de Sacerdotio contrarium tenere, vt hæreticum improbat Trid. *dict.ſeſſ.23.Can. 1.& 2.* de Diaconatu, & Subdiaconatu, ſic dicendum eſt ita, vt contrarium aſſerere ſit temerarium, *cap.tribus 23.de conſecrat.diſt. 2.* probat Caſtro ad verſus *hæreſes*, verbo *Ordo*, Sahagun *de hoc Sacramento, num.9.& 10.* Nauarrus *in ſumma cap.22.num.8.* Sotus *in 4 diſt.24.quæſt.1. art.4.* Vaſquez *diſp.237.cap.2.*

Dubium

5 Pro complemento huius tractationis dubium eſt
an beneficiarius incidens in irregularitatem, poſſit
beneficium renunciare in fauorem Tertij; & licèt
videatur negatiue reſpondendum ex decreto Tri-
dentini *ſeſſ.14.cap.7.de reformatione*, vbi loquens ſpe-
cialiter de irregularitate homicidij voluntarij, inquit
vt careat omni ordine, beneficio, & officio Eccleſia-
ſtico; & ſic debeat carere beneficio, vt minimè re-
nunciet, ſicut voluit Inacol. *lib.5.de irregularitate, c.*
6 48. §.4. *num.* 2. † ſed adhuc dico cum Suarez *de
cenſ.diſp.44.ſect.4.num.* 32. Diana *part.10.tract.16.
reſ.*24. per Concilium nihil eſſe in hac parte innoua-
tum, cum eius verba debeant intelligi iuxta ipſarum
rerum naturam, quæ eſt carentia ordinis, quam in-
ducit irregularitas ipſo iure, ſecùs priuatio benefi-
ciorum; quia plerumque expoſtulat Iudicis ſenten-
tiam, niſi aliud exprimatur, vt aduertit Salzedo plu-
tibus relatis *in ſua praxi cap.* 94. Couar. *in Clem. ſi*
7 *furioſus de homicidio 2.part.§.3.num.* 6. † & ſic te-
nendum eſſe dico ligatum irregularitate ex delicto,
ſi nolit, vel non poſſit impetrare diſpenſationem,
poſſe renunciare beneficium in fauorem alterius,
ac ſi nullam irregularitatem contraxiſſet, etiam pen-
dente lite, & accuſatione facta de irregularitate;
quia vſquequo accedat ſententia, & condemnetur,
retinet ius in beneficio, vt docent Panormit. *in cap.
niſi cum pridem* 11. *hoc tit.num.*1. Felinus, *in cap. in-
quiſitionis de accuſat.col.*3. Ludouicus Gomez *in re-
gula de annali poſſeſſione quæſt.*42.*num.*3. Sairo, *lib.6.
cap.*242.*num.*14. Suarez. *diſp.*40. *ſect.*2.*num.* 19. &
alij; & comprobo ex his, quæ dixi *in cap.cum non ab
homine de iudiciis à quæſt.*27. argument.eorum, quæ
adduxi *ſub cap. paſtoralis, §. verum quæſt.* 1. *de ap-
pellat.*

QVÆSTIO I.

An Renunciatio facta coram Epiſcopo, & cæteris ordinariis collatoribus ſub conditione retinendæ penſionis, aut alterius rei temporalis, ſit Simoniaca.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio facta coram Epiſcopo, aut aliis collatoribus ſub conditione retinenda penſionis, eſt Simoniaca; niſi abſque conuentione pro bono pacis*, num.2.3.& 4.

2 Cap.niſi eſſent de præbendis, *& à num.6.*

4 Cap. 2. de arbitris.

5 Cap.fin.de rerum permut.

7 *Temporale dari poteſt ad vitam ſolius dantis pro bono pacis in fructibus beneficij Epiſcopi authoritate.*

1 AD primam quæſtionis partem exiſtimo reſ-
pondendum, vt talis renunciatio, ſit Simo-
niaca, cum in hoc caſu temporalis conditio in ſpiri-
tualibus adiiciatur, per quam conuentio non ſit gra-
tuita, & aliquid contineat quod videatur habere pre-
tij rationem, vt colligitur *ex cap.tua nos de Simonia*:
ſic docent in terminis Caſſador. *deciſ.*2. *à num.*3. *de
Simonia*, Rota *deciſ.*46. *lib.*2. *part.*3. & *deciſ.* 96. &
922. *lib.* 3. *eadem part.*3. *diuerſ.* & *in Balneoregien.
Simonia* 17. *May* 1624. coram D.R. Decano, Suar.
*lib.4.de Simonia, cap.*35. *à num.*22. Barboſa, *de iure
Eccleſ.lib.*3. *cap.*15. *num.*49. Bonacina *de Simonia
cap.*4 §.14. *num.*2. Filliucius, *tom.3.tract.45.cap.8.
quæſt.*10.*num.*54. & alij.

Sed huic reſolutioni obſtare videtur textus *in* 2
cap. niſi eſſent de præbendis, de quo latè dico *ibi*,
dum approbat arbitrorum compoſitionem ſub ea
forma celebratam, vt alter ex litigantibus ſuper
beneficio liti cederet, & certam pecuniæ quantita-
tem ab altero ſingulis annis recuperaret; cùm ta-
men ſimile arbitrium *in cap.fin. de rerum permuta-
tione*, & *in cap.2. de arbitris*, tanquam ſimoniacum
improbetur.

Tamen reſpondeo ideò *in dict. cap. niſi eſſent*, 3
certam illam pecuniæ quantitatem abſque ſimoniæ
labe dari poſſe; quia non ex conuentione par-
tium, ſed arbitrorum prouidentia pro bono pacis
id factum fuerit, vt intelligit Hoſtienſis *ibi* ex Ab-
bate, & Imola *in dict. cap.* 2. vbi Beroius *à n.*48.
communem dicit: plures refert, & ſequitur Padil-
la *in l. vltima num.*13. *cod.de tranſactionibus*, Bar-
boſa *dict.lib.*2.*c.*15.*n.*50.

Nec prædictæ reſolutioni obſtant textus *in dicto* 4
cap.2.de arbitris, & *in cap.fin. de tranſact.* quia *in
dicto cap.*2. improbatur arbitrium, non propter ſi-
moniam, ſed propter iniquitatem, & iniuſtitiam
Clericorum male arbitrantium, vt colligitur ex
ſerie illius textus. † Nec textus *in dicto cap.fin. de* 5
rerum permutatione; quia agit de arbitris; nam vt
ex littera illius apparet, agit Pontifex de arbitris iu-
dicantibus, vt pars ſpirituali iuri renunciaret, ſi
temporalia acciperet; quo caſu ex iudicis manda-
to, ſimonia excuſari non potuit, cum temporalia
pro ſpiritualibus reciperentur, cumquè longè aliter
ſe res habuerit *in dicto cap. niſi eſſent*, vbi pars iuri
ſuo ſpirituali non ceſſit, ſed habenti titulum adiu-
dicatum fuit beneficium; quid mirum, vt textus
illius deciſio abſque ſimonia procederet.

Verùm vt factum *dicti cap. niſi eſſent*, licitè, & 6
abſque labe ſimoniæ vitio procederet, tria potiſſi-
mum requiri Doctores ſcribunt. Primum, vt nulla
inter partes conuentio, aut conditio, etiam pro bo-
no pacis intercedat, ſed ex mera Iudicum proui-
dentia, arbitrium incipiat. Secundum vt arbitri ſint
viri bonæ opinionis; etiam ſi priuati ſint, qui nec
ordinariam, nec delegatam iuriſdictionem habeant.
Tertium requiſitum vt beneficium adiudicetur ei,
qui canonicum habeat titulum, vel talis ex actis ap-
pareat; aliter enim non tantùm iniuſtitia, ſed ſi-
monia committetur; quia magis pro ſpirituali iure,
quàm pro bono pacis, pecunia data videtur.

Quibus enim concurrentibus perſpicuum eſt, vt 7
ceſſet ſimoniæ omnis ſuſpicio; poteſt enim aliquod
temporale pro bono pacis ad vitam ſolius dantis
dari; imò vt realis etiam penſio ad recipientis vitam
in fructibus beneficij poſſit conſtitui, dummodo ab
ordinario Epiſcopo id fiat, qui ſolo poſt Romanum
Pontificem poteſt conſtituere penſionem ex cauſa,
colligunt Doctores ex regula textus *in cap. de cæ-
tero, & in cap. veniens de tranſactionib.* ſic Barboſa
in dicto cap.niſi eſſent, & *in dict.c.*15. *de Iure Eccleſ.
ſub dicto n.*50. ex communi reſolutione, de qua Feli-
nus *in cap. ad audientiam de reſcriptis*, Gigas *de
penſionib.q.6.n.*4. Et ſecundum hæc exiſtimo intel-
ligi quidquid argui intendatur ex doctrina textus
in cap fin.de tranſactionib.

QVÆSTIO II.

An Renunciatio conditionalis in fauorem certæ perſonæ abſque vlla penſionis reſeruatione coram Ordinario fieri poſſit. Et an hodie propter conſtitutionem Pij V. ſit cenſenda renunciatio ſimoniaca ſimpliciter facta ea mente & ſpe, vt certæ perſonæ conferatur. Et an liceat inſimul renuncianti id procurare. Et an irregularis queat renunciare.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio conditionalis in fauorem certæ perſonæ facta coram Ordinario valet, nulla penſione aſſignata, nec interueniente repromiſſione temporalitatis inter partes, n.2.*

2 *Pactiones dari poſſunt illicitæ, quæ nec contra Ius Diuinum, nec humanum ſimoniam contineāt.*

3 *Lex nulla Diuina, aut humana conſtitutio talem renunciationē, tanquā ſimoniacam, reprobat.*

4 *Renunciatio quæ fit ex cauſa permutationis, conditionalis eſt, & reſpectiua, quæ valet, & tenet.* Clem. vnica de præbendis, *ibi*.

5 *Pactio omnis tanquam ſimoniaca in beneficialibus per ſacros Canones reprobatur.*

6 *Cap.* vltimo de pactis, *cap.* quæſitum de rerum permut. *cap.* 14. *Trid.* ſeſſ. 24. de reform.

7 *Cap.* dilecto de præbend. *verſ.* liberaliter *cap.* ex parte de officio delegati, *cap.* vnico de rerū, permut. lib. 6.

8 *Cap.* nemo de ſimonia, & c. vnico, *verſ.* circa, *vt Eccleſiaſt. benef. ſine diminutione conferātur.*

9 *Renunciatio coram Ordinario, ſimpliciter facta ea intentione, & ſpe, vt certæ perſonæ conferatur, non inducit ſimoniam, quamuis eidem beneficium collatum ſit.*

10 *Renuncians in vtroque foro valet poſt renunciationē liberè, & purè factam procurare, & humiliter poſtulare, vt beneficium illud certæ perſonæ conferatur.*

11 *Reſignationes omnes beneficiorū, etiam ſimplices apud Ordinarios inferiores fieri prohibuit Pius V. permiſit verò in certis caſibus.*

12 *Pij V.* Conſtitutio 58. *habet locum in parochialibus dimiſſis ob alterius Parochialis aſſecutionem: non verò in Patrono præſentante.*

13 *Reſignans beneficium de ſuo iurepatronatus poteſt præſentare quem vult ad dictum beneficium, & Ordinarius tenetur inſtituere, non obſtante dicta conſtitutione Pij V.*

14 *Renunciatio ſimpliciter facta ea mente, & ſpe, vt certæ perſonæ conferatur, non cenſetur ſimoniaca, nec conſtitutiones dictæ prohibent id procurare renuncianti, vt ab Ordinario petat.*

1 AD primam quæſtionis partem quantumvis Felinus *in c. ad audientiam el 2. n. 3.* Rebuffus *in praxi tit. de reſign. condit. n.* 1. Ludouicus Gumez *in reg. de infirmis q.* 12. Reduanus *de ſimonia p. 2. c. 22. n.* 14. Nauarrus *in man. c. 23. n. 207.* & *in c. ſi quando de reſcriptis except.* 4. Flamin. *de reſignat. lib. 14. q. 3. n. 12.* Booacina *de ſimonia q. 4. §. 14. n. 5.* exiſtiment prædictam renunciationem abſque labe ſimoniæ fieri non poſſe, & Caſſador. *deciſ. 3. de renunciat. & deciſ. 3. de ſimonia* de ſtylo curiæ id obſeruari teſtetur, teneantquè gloſſ. *in cap. ordinationes 1. q. 1. gloſſa 1. in cap. dilecto de præb. gloſſa 2. in cap. ex parte el 1. de officio deleg.* vbi nonnulli Doctores ex doctrina textus *in cap. vlt. de pactis, c. quæſitum de rerum permut. clem. vnica eodem*, & ex aliis. Tamen alij contendunt huiuſmodi renunciationem conditionalem coram Epiſcopo factam in fauorem certæ perſonæ validam, & licitam eſſe, dummodo inter reſignantem, & reſignatarium nulla contentio, aut temporalitatis repromiſſio interueniat. Pro quibus primò facit, quod illa tantum conuentio, tanquam ſimoniaca reprobatur, in qua temporale pro ſpirituali datur; aut aliquod interuenerit, quod pretij imaginem habere videatur; ſed quando beneficiarius renunciat beneficio cum pacto, & conditione, vt certæ perſonæ conferatur, nihil temporale interuenit, quod pretij ſimilitudinem habere videatur: igitur talis conditio tanquā ſimoniaca improbanda non eſt, ſic docent Couarru. *lib. 1. var. c. 5. n. 5.* Boërius *in tract. de poteſt. Legati q. vnic. n.* 111. Sotus *de iuſtitia lib. 9. q. 7. art. 2.*

Et probatur maior *ex c. 1. cū ſeqq. 1. q. 1. c. nemo, c.* 2
tua nos de ſimon. Minor patet; quia conditio de ſe ſimoniā nō inducit, vt probat *c. ſignificatum de præb.* facit textus *in c. cum vniuerſorum de rer. permut.* vbi reſignatio facta in fauorē tertij, tanquam ſimoniaca nō improbatur; quia ſimoniaca reſignatio adeò nocet contrahentibus, vt nec ipſe reſignans illud repetere, nec reſignatarius retinere poſſit, vt poſt gloſſā verb. *pecuniæ, in c. ſuper hoc de renūciat.* docet Tyraquel. *de retractu Conuent. §. 26. gloſſa 2. n. 10.* dicit communem, Rebuff. *in praxi tit. de ſimonia n. 1.*

Etenim in ſpiritualibus illicitæ pactiones dari 3
poſſunt, quæ nec contra Ius Diuinum, nec humanū contineant, vt videre eſt in permutationibus, quæ de ſpiritualibus ad ſpiritualia abſque interuentu rei temporalis ſine authoritate Superioris celebrantur, quas conſtat non eſſe ſimoniacas, ſed tantùm illicitas, & iuri contrarias improbari, vnde illicitas pactiones diſtinguit Conc. Trid. *ſeſſ. 24. de reform. c.* 14. & in litteris beneficialibus clauſula apponi ſolet, *nec ſimonia, aut alia illicita pactio, &c.* vt optimè aduertit Couarr. *dict. c. 5. n. 4.* Barboſa *de iure Eccleſ. lib. 3. c. 15. n. 45.* legendus *à n. 52. & 54.* vbi dicit quod attento rigore iuris communis, non eſt ſimoniaca prædicta forma reſignationis, nec tranſgreſſores puniēdos eſſe tanquam ſimoniacos, ſolùm enim fatetur ſacris Canonibus eam eſſe inimicam, & pluribus, de cauſis à iure reprobatam, ac proinde, nec per inferiores Prælatos eſſe admittendam.

Ratio inquam, ob quam talis conditio improbetur, ne ex parte reſignantis apponi aut ab Epiſcopo acceptari poſſit, colligitur *ex c. plerique 8. q. 1.* vbi Hilarius Papa *in Romana Synodo* decreuit, ne beneficiarij in ſuum locum alios deſignare, ſubrogare, aut eis gratificare poſſint; quia quæ Dei ſunt ab homine dari non poſſunt, ſed authoritate Eccleſiæ, quæ in Prælatorum inſtitutione conſiſtit conferenda ſunt: vnde Pontifices pro regula conſtituerunt, ne Sanctuarium Dei hæreditario Iure, aut ſanguinis affectu, ſed libera electione deferatur, iuxta textum *in cap. Epiſcopo*, & *in cap. Moyſes*, & *in cap. Apoſtolica* 8. *quæſt. 1. cap. ad hæc de decimis, cap. conſuluit de iure patron.* Et iuxta hanc interpretationem intelligendus eſt textus *in cap. 1. de de præbend.* vt poſt Hoſt. Ioan. Andr. Abbat. Imol. *in princ.* Dec. *num.* 15. & alios *ibi*, tradunt Rebuffus *in praxi de diſpenſat. ex defectu natal. num.* 25. Ludouic. Gomez. *in regul. de infirmis, quæſt. 1. in principio.* Mandoſ. *de ſignatura gratia, §. diſpenſatio ſuper defectu natal. num.* 12.

Et confirmatur eo quòd nulla lex Diuina, aut 4
humana conſtitutio talem renunciationem tanquam ſimoniacam reprobauit: nam ſi renunciatio

hæc foret ſimoniaca vtique proueniret ab aliqua lege Diuina, aut humana conſtitutione, quæ ſimoniam induceret, iuxta celebrem doctrinam gloſſæ *in dict. cap. ex parte*, verb. *dimittere de officio deleg.* cum qua omnes tranſeunt, vt aduertit Barboſa *in dict. cap. 15. de Iure Eccleſ. ſub dicto num. 54.* vtrumque probans de lege Diuina; quia ſimonia Diuinis legibus prohibita tunc contrahitur, cum ſpiritualia ſupernaturalia, vel eis annexa, quatenus talia ſunt verè pretio æſtimantur; circa illa tamen tales pactiones, aut conuentiones natura ſua non gratuitæ adhibentur, quæ venditionis imaginem præ ſe ferunt, & quandam eorum æſtimationem exprimere videntur, quod illis tantum caſibus eſt admittendum, qui Iure reperiuntur expreſſi, in quibus lex aliquid, velut ſimoniacum fieri prohibet: nam ad actum ſimoniacum iudicandum non ſufficit, vt per legem imprſibetur, cum non omnis prohibitio actum ſimoniacum conſtituat, ſed illa tantùm quo aliquid circa ſpiritualia prohibet ſub figura, & ratione ſimoniæ, quod imaginem habeat contractus non gratuiti, quod etiam Iure humano patet, ex regula textus *in cap. quam pio 2. de ſimonia*, dum ante pactionem ſpiritualium, pactionem de dandis temporalibus fieri vetat; poſtea verò dari non prohibet, quoniam prius venditionis habet figuram, poſterius verò non ita, idem colligitur *ex cap. tua nos, cap. ad Apoſtolicam, de ſimon.* Planè in noſtro caſu, quando ſcilicet, quis renunciat ſuo beneficio coram inferiore ſub conditione, vt certæ perſonæ conferatur; nec datur textus, qui talem renunciationem, tanquam ſimoniacam condemnet, nec actus de ſe talis eſt, qui iuxta formam, & naturam, imaginem pretij præferat, ſed affectionem ad illam perſonam, in cuius fauorem renunciat.

4 Et confirmatur quia renunciatio, quæ fit ex cauſa permutationis, conditionalis eſt, & reſpectiua, in qua ſaltem virtualiter continetur clauſula *non alias, aliter, nec alio modo*, vt docent ſcribentes *in cap. vnic. de rerum permutat. libro 6.* ibi; *qui alias minimè reſignaſſet* &c clem. vnic *eodem titulo*, ibi: *ex cauſa permutationis reſignata* &c. ſed talis reſignatio ex cauſa permutationis, non ſolùm ſub virtuali, vt prædicta Iura probant, ſed etiam ſub expreſſa conditione, vt alter alterius beneficium habeat, valida, & licita eſt, vt colligitur *ex cap. ad quaſtiones, cap. vlt.* iuncta gloſſa, verbo *temporalia, de rerum permut.* reſoluit Couar. *d. c. 5. n. 5.* Sot. *d. lib. 9. q. 5. art. 2.* Ergo non eſt cur ſententia contraria ſit omninò ſequenda, conſiderata etiam deciſione textus, *in clem. vnica, de rerum permutatione*, ibi, *conceſſione Iuris vtentib.* quibus ſignificatur verbis reſignationem reciprocam, ex cauſa permutationis ſpecialiter permitti quaſi ſecundùm Iuris regulas licita non eſſet, quia ex proximè dictis conuincitur.

5 Nec obſtat dicere, quod in beneficialibus omnis pactio tanquam ſimoniaca per Sacros Canones reprobatur ex textu *in capite fin. de pactis capite quaſitum de rerum permutatione*, cum aliis, cum reſignatio facta ſub conditione vt *Titio conferatur*, pactum contineat, & conuentionem ex Regula
6 *l. 1. ff. de pactis.* † Quia reſpondetur prædicta Iura poſſe prohibere tantùm illas conuentiones in ſpiritualibus, in quibus temporale datur, retinetur, aut promittitur verè, aut præſumptiuè; Eccleſia namque vt omnem ſiniſtram ſuſpicionem, & mali ſpeciem remoueret, non ſolùm veram, & realem ſpiritualium venditionem, ſed omnes non gratuitas pactiones circa ſpiritualia prohibuit in quibus temporale aliquid interueniret quod pretij imaginem habere videretur; quamvis recta fuiſſet partium intentio, iuxta textum *in dicto cap. 14. ſeſſione 24. de reform.* ita Barboſa *de Iure Eccleſiaſtico, libro 3. dict. capite 15. numero 56.* addens verba illa, *omnis pactio, omniſque conuentio*, &c. reſtringi debere ad illas pactiones in quibus temporale aliquod interuenit; eo quòd nouum non ſit in Iure, vniuerſalia verba ad terminos Iuris habiles reſtringi, iuxta regulam textus *in l. 1. codice de Sacris Eccleſiis*, maximè ſi conſideretur dari plures conuentiones in ſpiritualibus poſſe abſque ſimoniæ labe, vt *in capite ad quaſtiones, de rerum permutatione, capite ſignificatum, de prabendis, capite ad audientiam*; iuncta gloſſa *de reſcriptis capite ſuper eo de tranſaction.* & in aliis Iuribus in quibus conditiones in ſpiritualibus continentur vt reſoluit Couarruuias, *dicto libro 1. variar. cap. 5. num. 4.* Nec turbari debet relata doctrina ſi dicatur non ſemper ſpecialem legem requiri ad ſingulos caſus tanquam ſimoniacos condemnandos, ſed ſufficere generalem; quia reſpondeo cum Barboſa, & aliis, id ſolùm procedere quando materia eſt talis quæ ſub generali prohibitione cadere poſſet; ſed non ſic dicendum in propoſito caſu de quo loquimur, vbi nihil temporale conſiderari poteſt in quo præcipua ratio ſimoniæ, & generalis prohibitio fundatur; non enim pactionis leges improbantes circa ſpiritualia pertinent ad hanc renunciationem quæ ſine conuentione fit.

Nec obſtat textus *in d. c. dilecto de prabend.* ibi *liberaliter reſignans*, & *in cap. ex parte de offic. delegati*, quatenus ex eis Doctores in principio adducti probant, quòd libera reſignatio quæ requiritur de iure tollitur Ordinario, ſi teneatur beneficia conferre illi in cuius fauorẽ renunciatio facta fuit, nõ autẽ digniori cui aliàs attento iure conferre tenebatur ex doctrina D. Thom. *22. q. 63. art. 2.* quia reſpondetur fatendo ſuppoſitum, nempè quod inferiores Prælati nunquam admittant conditionalẽ reſignationem, ſed purã tantùm, & liberalem, ſed negamus vt ſola renunciantis, ſpes, & intentio quod ſuum beneficium certæ perſonæ conferatur ſimoniam efficiãt; vt docẽt Nauar. *in man. c. 23. n. 107.* Barboſa *d. l. 3. de iure Eccleſ. c. 15. n. 58.* dicentes non inde ſequi talem conditionem ſi de facto ab Ordinario acceptetur & beneficium illi conferatur in cuius fauorem fuit appoſita actum efficere ſimoniacum, nec euinci ex *d. cap. dilecto*, ſi rectè ponderetur, imò ex textu *in c. vnico de rerum permutatione, lib. 6.* rectè habetur reciprocam beneficiorum permutationem coram ordinario fieri non poſſe attento iure, ſed ſpecialitate illius textus poſſe Prælatum reiecta conditione beneficium alteri conferre; vt interpretatur gloſſa in verbo *dimittere, in d. cap. ex parte, de off. deleg.* Rebuff. *in praxi de renunciat. condition. in princ.* Couar. *d. c. 5. n. 5.* non enim ait Barb. *d. n. 58. in fin.* improbari in textu illo prædictam conditionem tanquam ſimoniacam; ſed ex aliis cauſis & rationibus quas ſupra adduxi. 7

Non textus *in d. c. nemo, de ſimonia*, & *in c. vnico, verſ. circa*, vt Eccleſiaſtica beneficia ſine diminut. conferant, quibus probatur vt carnalitas & animi affectio in ſpiritualibus ſimoniam inducat, ac ſi tẽporale interueniſſet nec negari poſſe quod conditio in fauorem certæ perſonæ à renunciante appoſita procedat, ex carnalitate & animi affectu, quia Reſpondetur animi carnalitatem in prædictis iuribus non tanquam ſimoniacam, ſed tanquam iniuſtam, & iniquam in ſpiritualibus improbari, vt poſt alios reſoluit. Couarruu. *dict.* 8

lib. 1.

lib.1.var.cap.5.num 4. Flamin. *de reſign.lib.*14. *q.*7.
*n.*19.nec tunc obſtat textus *in d. cap. nemo*, qui ſo-
lum euincit non poſſe præsbiterum gratia; vel
amore,ſeu conſanguinitatis reſpectu aut pro cum-
que temporali emolumento peccatorem ceſſare
& reconciliare impœnitentem aut pœnitentem
à reconciliatione remouere quia vtrumque ſi-
moniacum eſt, ſcilicet ſi in vtroque temporale
emolumentum de quo egerat interueniſſet, non
autem ſi ſola animi affectio; aut conſanguini-
tatis reſpectus reperiretur qui iniuſtitiam non ſi-
moniam inducit, ſic Barboſa *in dict. cap.*15.*n.*57.
qui *num.*163. cum pluribus Doctoribus dicit quod
tractatus de renunciando certo modo beneficio
non eſt prohibitus, ſed tantum pactio firma.

9 Ad ſecundam quæſtionis partem ex dictis reſ-
pondeo vt renunciatio ſimpliciter facta ea inten-
tione, & ſpe vt certæ perſonæ conferatur, attenta
communi opinione non inducat ſimoniam quam-
vis eidem beneficium collatum ſit;vt notát gloſſa,
verbo,*pretio in cap.ordinationes* 1.*quaſt.*1.Nauarrus
*in manual. cap.*23.*num.*107. *& conſ.*38. *de ſimonia*,
alijque quos ſequitur Flaminius *de reſign.d.lib.* 14.
*quaſt.*6.*num.*5 & eſt ratio quia ad ſimoniam conſti-
tuendam vt iam dixi neceſſario requiritur datio
temporalis aut ſaltem pactum & conditio dandi;
imo addunt Felinus *in cap.ad audientiam de reſcri-*
10 *ptis num.*2. † Sanct. Antoninus *p.*2. *tit.* 1. *cap.* 5.
§.11. Nauarr.*dict.num.*107.*in manuali*, Redoanus
*de ſimon. part.*1. *cap.* 25. Suarez *lib.*4.*de ſimonia*,
*num.*18. verſ.*hac ergo*.Quaranta *in ſumma Bullary*,
verbo *beneficij reſigaatio*, verſ. *pro complemento*,Va-
lerius Reginaldus *in praxi fori pœnit.lib.*13. *n.*249.
Filliucius *in queſtion. moralib.tom.*3. *tract.*45.*cap.*8.
queſt. 9. *num.* 26. Licitum eſſe in vtroque foro re-
nuncianti poſt renunciationem libere & pure fa-
ctam procurare & humilitér poſtulare, vt benefi-
cium illud certæ perſonæ conferatur,ſic colligentes
ex textu *in cap. tua nos in* 2.*reſponſo de ſimonia*, vt
& reſoluit etiam Caſſadorus *de ſimonia, deci-*
ſione 2.

11 Vnde infero cum eodem Nauarro *cap.*23.*in ma-*
*nuali num.*10. *& conſ.*11.38. *&* 43. *de ſimonia*.Fla-
minio *de reſignatione dict.lib.*24.*quaſt.*1.*n.*11. quod
humiles ſupplicationum preces ſimoniam non effi-
ciunt, ſecundùm communem ſententiam;ideoque
docuerunt Felinus *in dict.cap. ad audientiam el.* 1.
*col.*5. *de reſcript.* Anania *in cap. audiuimus col.*2.
*num.*2.*de colluſ.detegend.*Nauar.*conſ.*48.*aliás* 33.*de*
ſimonia.Barboſa *de iure Eccleſiaſt.lib.*3.*dict. cap.*15.
*num.*61. Rota *in Balneoregien. ſimonia* 17. *Maij*
1624.coram R. D.Coccino vt dum tractatur reſi-
gnatio ſit optima præſeruatoria, omnia gerere ea
intentione, *ſi S.D. N.placuerit & ab eo approbata*
fuerit.

12 Quod verò ex nouiſſima Pij V. conſtitutione,
incipiente *quanta Eccleſia* tenendum ſit,videtur vt
dicta non ſuſtineantur,eo quòd Pontifex ſummus
omnes reſignationes beneficiorum etiam ſimplices
apud Ordinarios fieri prohibuerit motu proprio,&
poſtea vtilitatis gratia ſimplices renunciationes per-
miſerit;ſic tamen vt nec verbo nec ſigno aut inten-
tione in alterius fauorem fiant, nec conſangui-
neis,affinibus,aut familiaribus reſignantis ſeu con-
ferentis dentur pœna nullitatis & aliis grauiſſimis
pœnis impoſitis, vt obſeruari teſtatur Flamin.
*lib.*11. *de reſign. queſt.* 5. *num.*12. de quo Barboſa
*dict.lib.*3.*de iure Eccleſ.cap.*15.*n.*62.*& num.*112. †
dicens hoc idem confirmari ab eodem Papa, alia
conſtitutione circa confidentias beneficiorum, di-
cens vt hæc conſtitutio habeat etiam locum in Pa-
rochialibus dimiſſis ob alterius Parochialis aſſe-
cutionem, vt cenſuit ſancta Congregatio negotiis
Epiſcoporum & Regularium præpoſita *ſub die*
19. *Decemb.* 1620. † ſed vt non habeat locum in 13
reſignante beneficium de ſuo iure patronatus, ait
Barboſa ſupra *num.*64. per ſacram Congregatio-
nem Concilij *Viterbien.*18. *Martij* 1528. quia Pa-
tronus poteſt præſentare quem vult ad dictum
beneficium & ordinarius tenetur inſtituere non
obſtante D.conſtitutione Pij V.in §. *caueant.*

Ad tertiam quæſtionis partem an hodie propter 14
prædictas Pij V. Conſtitutiones ſit cenſenda ſimo-
niaca renunciatio ſimpliciter facta ea mente, & ſpe
vt certæ perſonæ conferatur,& an liceat renuncianti
id procurare & ab Ordinario petere, & licèt videa-
tur non permitti per verba conſtitut. relatæ Pij V.
incip. quanta, ibi: *Nec futuri Succeſſores ab eiſdem*
verbo, nutu, aut alio ſigno deſignentur, &c. Tamen
vt illa explicant Flaminius *de reſignat. lib.*14. *qu.* 6.
*num.*7. Nauarr. *dict.conſ.*38. *de ſimonia num.*3. qui
*in d.c.*23.*a num.* 109. in manuali ſatisfacit ad alte-
ram relatam conſtitutionem de confidentiis per
quam omnis ſpes & intentio tanquam ſimoniaca
videtur condemnata, Barboſa *in dict.cap.*15.*n.*65.
in relatis verbis non imponi præceptum ſubditis
reſignantibus, ſed ſolum Prælatis conferentibus,
cum ad eos ſolum referantur; imò vt colligitur
ex eo verſiculo dum vtitur Pontifex,verbo, *caueat*,
inquit in ſequenti: *Ceterùm precipimus, & omni-*
nò interdicimus &c. nec importare præceptum ſed
ſolum admonitionem, deinde probant Doctores
quia lex humana vt dico *ſub Rub. de conſtit.* actus
inter nos non iudicat nec punit, vt probat textus *in*
cap.à nobis,de ſententia excommunic.cap.fin.de ſimo-
nia, & ſic nec renunciantis intentionem quæ ad
actus externos non exit:etenim vt ipſi Doctores ex-
pendunt prædicta verba ſunt intelligenda de inten-
tione expreſſa vel tacita in contentionem dedu-
cta.

Ad vltimam partem quæſtionis ſatisfacies ex di- 15
ctis *in principio huius textus num.*5. verſ. *pro com-*
plemento.

QVÆSTIO III.

An ſi ex aliqua cauſa beneficium reſigna-
tum non queratur reſignatario dicatur
nihilominus vacare. Et an ſi reſignans
reſeruata penſione vacet, ſi ea penſio in
minori quantitate ſit aſſignata. Et qua-
nam ſit differentia inter ſimplicem &
conditionatam reſignationem; nunquid
earum aliqua poſſeſſio amittatur bene-
ficij.

SVMMARIVM.

1 *Reſignatarius excommunicatus; Laicus, aut*
non acceptans, ſiue abſens non aufert bene-
ficium à reſignante, & quid ſi reſignans ha-
beat ius patronatus; aut ſi non expreſſerit
valorem, n.2.& 3.

4 *Poſſeſſio & titulus beneficij non dicitur dimiſſa*
per renunciationem niſi adimpleta conditio-

ne : & num. 5. *vbi quamdiu retineat fructus.*

6 *Reſignans poteſt regredi ad beneficium reſignatum vbi penſio in parte non ſubſiſtit.*

7 *Renuncians qualiter amittat poſſeſſionem & titulum per puram & ſimplicem renunciationem; quando ſi reſignet conditionaliter, aut in fauorem certæ perſonæ*, numero 8. 9. & 10.

1 AD primam quæſtionis partem aliquid dixi ſupra *in cap.4. à n.25.* Sed nunc breuiter etiam dico quòd ſi beneficiarius renunciet in excommunicatum, in Laicum, in abſentem, vel in aliquem acceptare nolentem, aut ſi moriatur ante acceptationem non amittat in his, nec in aliis ſimilibus caſibus ius ſuum ad beneficium reſignatum; quia deficit reſignatarij habilitas aut voluntas acceptan-
2 di, † quod etiam procedit in eo qui beneficium iuriſpatronatus abſque patroni licentia, aut legitima derogatione reſignauit; quia eo caſu reſignatio nulla eſt, & ius penès reſignantem remanet: ſic docent Burſatus *conſ.411.num.4* communis ex Flaminio *lib.1. de reſign. queſt.3. num. 96.* & idem dicunt Guido Papa *conſ.172.* Barboſa *de Iure Eccleſ. lib.3.cap.15.num.76.* de eo qui reſignauit in manibus non habentis facultatem recipiendi reſigna-
3 tionem, † aut ſi verus beneficij valor à reſignatario expreſſus non ſit, quia cum reſignatio ob verum valorem non expreſſum nulla ſit, nec ex ea reſignatario ius quæratur propter regulam, de valore exprimendo & communem ſtylum, ſequitur vt ius apud reſignantem maneat illæſum; ſic poſt Boërium *decis.243.num.8.* reſoluit Flamin. *dict. queſt.3. num.107.*

4 Ad ſecundam quæſtionis partem etiam reſolutiuè dico cum Caputaq. *decis.116. part.1.* Flaminio *dict.lib.1.queſt.3.à num.82. & num.117.* Seraphino *decis.21.n.1.* Buratt. *decis.833.num.3.* Rota *decis.419. & decis.699.num.4.part.1.diuerſ.* & *decis.92.num.5. part.1.recent.* & *decis.4.num.2.* & *decis.432. num.2. part.2.recent.* vt ſi reſignans reſeruata penſione reſignauerit & penſio non reſeruetur, aut ſi reſeruata, ſit in minori ſumma quàm à reſignante fuerit præfinita, vel ſi reſeruatio pēſionis ex aliqua cauſa annullari contingat; tunc non abdicari à reſignante beneficium, nec in aliis ſimilibus caſibus; quia ius non abdicatur à reſignante non ſeruatis conditionibus, nec titulus aut poſſeſſio dicetur dimiſſa, niſi adimpleta conditione: ſic Flamin. *dict.l.1.queſt.14. num.7.& 10.* Hieronymus Gabriel. *conſ.185. à n.2. lib.1.* Stephanus Gratianus *diſceptat. forenſ. c.746. num.20.& 21.* Rota *in Berdunen. Abbatiæ 5. Maij 1614.num.9* & *decis.833.num.4.* Barboſa *dict.lib.3. de Iure Eccleſiaſt.cap.15.à num.80.* vbi addit *n.81.* cum Farin. *in decis.260.num.2.p.2.recent.* fuiſſe reſolutum *in Toletana penſionis 21. Maij* 1610. coram R.P.D. Pirouano; idem procedere vbi penſio aſſignetur in minori quantitate: quia deficit reſignantis conſenſus, qui facit vt ipſa gratia in totum corruat, & reſignans poſſit regredi ad bene-
5 ficium reſignatum: † & ſic Nauarus *in cap. accepta oppoſit.7.num.23.& 33. de reſtit. ſpoliat.* dixit reſignantem non ſolùm titulum, ſed etiam poſſeſſionem retinere, quamdiu conditio adimpleta & beneficium reſignatario quæſitum non fuerit; niſi aliunde colligatur beneficium dimittere voluiſſe; vnde ait Barboſa *dict.cap.15. num.85. de Iure Eccleſiaſt.lib.3.* aliquos colligere poſſe reſignantem fructus ſui beneficij percipere, quamdiu poſſeſſio per reſignatarium quæſita non fuerit, & ita non à tempore notitiæ, ſed apprehenſæ poſſeſſionis per reſignatarium fructus ad reſignantem pertinere.

Ad tertiam quæſtionis partem ex iam dictis *in* 6
Rubrica, & *ſub Rubro*, poteris de facili reſpondere, vbi iam dixi *de differentia ſimplicis & conditionatæ reſignationis*; igitur, cum per ſimplicem reſignationem à ſuperiore acceptatam amittat beneficium reſignans, & maximè controuerſum ſit an amittat non ſolum proprietatem, ſed etiam poſſeſſionem; & dicat Doctorum communis vtramque perdidiſ- 7
ſe, ſic vt nec ad nudam detentionem quam retinet ſit reſtituendus, ſi ab ea deiiciatur, ex regula textus *in dicto cap. accepta*, de quo *ibi* dixi latiſſimè & de rigore iuris procedere dicat Barboſa *de Iure Eccleſiaſt. dicto cap.15. lib.3. à num. 66.* legendus ex Doctrina Nauarri *in dict.cap. accepta oppoſit.6.n.5.* Flamin. *lib.5. de reſign. queſt.3. num.7.* Menochio Anton. Gabriel. & aliis vbi curat expendere, *dict. cap accepta cum cap. ſollicitè, eodem tit.de reſtit. ſpoliat.num.69. & 70.* vbi dico *à num.14. queſt.1.* † 8
Tamen in praxi verius putat idem Barboſa *num.68.* beneficiarium per illam renunciationem non amittere poſſeſſionem, in qua ſicut antea inſiſtit, † ideo- 9
que reſtituendum ſi ab ea deiiciatur; quia in temporalibus non aliter poſſeſſio amittitur quàm ſi poſſeſſor eam dimittere intendat, vt docet Iureconſultus *in l.ſi quis vi, §.differentia, l.3.§.in amittenda, l. quemadmodum, ff. de acquir. poſſeſſ.* quod limitatum non reperitur in beneficialibus. † Deinde quia 10
cum per ſolam beneficij collationem non acquiratur poſſeſſio antequam apprehendatur, vt colligitur *ex cap.cum veniſſet*, ibi: *Nondum eſſet poſſeſſionem adeptus, de inſtitut.* ſequitur à contrario ſenſu vt per ſolam renunciationem quæ ſtricti iuris eſt, & ſtrictius interpretanda, vt non dimittatur poſſeſſio ſine animo ipſius poſſidentis, ſic vt ſi iniuſtè retineat, validè tamen & à poſſeſſione deiiciatur, veniat reſtituendus. Imola *in cap. ſuper eo, hoc tit.* Nauarr. *in dict.cap.accepta oppoſit.7.num.5.* Rota *decis.1. eodem in nouis.* Antonius Gabriel. *in practicis de reſt. ſpoliat.concluſ.1.num.59.* ex aliis probat Barboſa, qui *num.21.* ait per reſignationem conditionalem, nec titulum nec vllum ius amittere, niſi conditionibus impletis, quæ debent ſeruari in forma ſpecifica.

QVÆSTIO IV.

An poſſit Papa liberè renunciare Papatui abdicando à ſe poteſtatem iuriſdictionis per modum voluntatis ſufficienter expreſſum. Et eſto renunciet apud quem fiet, cum non detur ſuperior qui eam Papatus renunciationem acceptet. Et an Papa poſſit ardua negotia ſine conſilio Cardinalium diſponere.

SVMMARIVM.

1 *Succeſſorem eligere nequit ſibi Pontifex ad Pontificatum, remiſſiuè*, & n.9.

2 *Renunciatio Pontificatus eſt res grauiſſima & ardua.*

3 *Pontifex liberè & ſine aſſenſu Cardinalium queit renunciare Pontificia dignitati cum iuſta cauſa*, & n.14.

4 *Papa cedere poteſt Papatui per modum ſimplicis reſignationis, ſed non per modum reſignationis propriè accepta.*

5 *Papa nequit ſeipſum deponere ſeu cedere iudicialiter per modum depoſitionis.*

6 *Renunciatio quæ expoſcit ſuperioris aſſenſum eſt in cæteris beneficiis præter Papatum.*

7 *Papatus erectio eſt ſoli Deo reſeruata ; & ſic renunciatio Papatus ſoli Deo facta videtur.*

8 *Papa renuncians Papatui ſine cauſa peccat mortaliter.*

10 *Cæleſtinus III. volens renunciare Papatui, Cardinales noluerunt eligere Ioannem Paulum ab eo deſignatum.*

11 *Renunciatio Papatus eſt communicanda cum Collegio Cardinalium ſicut res alia grauiſſima, non præcisè ſed ex vrbanitate*, vt n.12. & à n.17.18.& 19.

12 *Pontifex poteſt ſimpliciter declarare ſe velle Pontificatui renunciare ; nec tenetur aliquo diuino præcepto requirere Cardinales.*

13 *Quaſi contractus quidam cenſetur inter Eccleſiam Uniuerſalem & Papam vt illa eum alat, ille eam gubernet.*

15 *Pontifex Religioſus poſt liberam renunciationem Papatus, non tenetur redire ad ſuam religionem ; etſi aliqui contra.*

16 *D.Fr Gregor. Pedroſa Religioſus D.Hieronym. poſt renunciatum Valliſolet. Epiſcopatum; Et D.Fr.Franc. Araujo Dominicanus poſt renũciatum Segob. non redierunt ad religionem.*

1 AD primam quæſtionis partem ; videtur vt nequeat Papa renunciare Papatui ; quia ſi nequit ſibi in vita ſucceſſorem eligere ; vt latiſſimè dixi ſupra *in Rub. de elect. queſt.*8. in verſ. *ad ſecundam*, cum aliis, quid mirum vt nec renunciare
2 valeat ex quo ſemel fuit canonicè electus † Cùm renunciatio Pontificatus ſit res grauiſſima & ardua. Ac proinde Collegio Cardinalium communicanda, vt colligitur *ex cap. per venerabilem*, verſ. *ſine autem, qui filij ſint legitimi*, deinde quia ſi attendamus ad dicta ſupra *in Rubr. noſtri tituli, & ſub rubro*, videmus non dari renunciationem niſi ſuperioris aſſenſu & acceptatione.

3 Sed quia iam hoc dubium expreſsè diffinitum eſt pro affirmatiua ſententia à Bonifacio VIII. *in cap.1. hoc titulo, lib. 6.* ideo aſſero ex communi Doctorum calculo poſſe Papam cedere & renunciare Papatui liberè vt propoſitum eſt in quæſtione, vt ibi notant Doctores ; Decius *in cap. ex parte n.20. de reſcriptis.* Alex. *conſ.*224. *in re tam graui, in fine, lib.*6. Pelagius *de planctu Eccleſia lib.1.c.*18. Iacobat. *de Concil. lib.1. art.3. n 3.* Gambara *de ſimoniaca Pontific. electione, num.*98. S. Antonin. 3. *p. ſua Summa n.*23. Albertinus *de agnoſcend. aſſertio ibus q.30. num.*6. Peregrin. *de iure fiſci lib.1. tit. hab. iur. fiſcal. num.*10. & 11. Flaminius Pariſ. *de reſignat. beneficior. lib.2. queſt.1. num.*4. & *à n.*19. & *lib.7. q.5. num.* 3. Cardinalis Tuſchus *lit. P, concluſ.* 48. *à princ.* Azor. *inſtit. moral. p 2. lib.4. cap.6. q.*1. Paulus Comitol. *reſ. moralium, lib.* 1. *q.*100. Gonzalez *ad Regul.8. Cancellaria, § 5. proœm. ex n.*16. vbi enumerat aliquos Pontifices qui Papatui renunciarunt, Machado *in ſumma de perfecto Confeſſario tom.2. lib.4. p.7. tract. 4. documento* 20. *num.1. poſt med.* Martinus Giron. de Plazeda *in diſcurſu an ſit lici-* *cum in vita Pontificis ei ſucceſſorem dare, cap. vlt. à n.*104. Bonacina *de legitima electione Summi Pontificis q.1. punct.1. propoſit. vnic. n.*20. vbi tenet † Papam poſſe Papatui cedere per modum reſignationis ſimplicis, ſed non poſſe per modum reſignationis propriè acceptæ, & † nec poſſe ſeipſum deponere ſeu cedere iudicialiter per modum depoſitionis, imò & idem Gonzalez *dict. §.5. num.*19. ſubdit quòd Cæleſtinus Papa V. cauſam dedit vt conſtitutio *d.c.1. hoc tit.* ſtatueretur. 4 5

6 Nec obſtant *num.* 1. adducta & vera renunciationis definitio quam poſui ſupr. *in Rubrica* ; ſecundùm quam ſcilicet in omni renunciatione ſuperioris acceptatio neceſſaria eſt, quia procedit in cæteris beneficiis in quibus legitimus ſuperior reperitur qui illam valeat acceptare, quod in hoc caſu non adeſt : quia cum Pontifex nullum in terris recognoſcat ſuperiorem, ad quem recurrere poſſit; *cap. nunc autem 21. diſt.* ſequitur vt non ſit mirum quod relaxetur iuris rigor propter impoſſibilitatem; iuxta textum *in cap. indemnitatibus, §. penult. cap. licet, de elect. lib.6. l. proximè, ff. de his qua in teſtamento delentur*, ob idque Archidiaconus dixit *in dict. c.1. ad finem*, quod † ſicut Papatus erectio eſt 7
ſoli Deo reſeruata ; iuxta *cap. vltim. diſt.* 79. ita etiam & reſignatio ſoli Deo facta videatur ; vt colligitur ex forma renunciationis D. Papæ Cæleſtini V. quam ponit Cartill. *in ſuis annalibus Chronolog. lib.4. anno* 1294. *fol.*373. ſequentibus verbis : *Ego Cæleſtinus Papa V. motus ex legitimis cauſis, id eſt, cauſa humilitatis, & melioris vitæ ; & conſcientia illæſa, debilitate corporis, defectu ſcientia, & malignitate Populi, & infirmitate perſonæ, & vt præterita conſolationis vita poſſim reparare quietem, ſponte ac liberè cedo Papatui & expreſsè renuncio loco, & dignitati, oneri, & honori, dans plenam & liberam facultatem, ex nunc ſacro cœtui Cardinalium eligendi, & prouidendi duntaxat canonicè vniuerſali Eccleſiæ de Paſtore.* † Tamen Barboſa 8
de Iure Eccleſiaſt. part. 1. cap.2. ſub num. fin. dicit vt peccet Pontifex ſi Paſtoralem curam à Chriſto Domino ſibi commiſſam ſine iuſta cauſa repudiet.

9 Non adducti *ibi in principio* quod nequit Papa ſibi Succeſſorem eligere ; quia vt latè dixi *in d. queſt.*8. à verſ. *ad ſecundam, de electione* hæc actio omninò eſt diſſimilis ab actu liberè renunciandi Pontificatui, nec dictum ibi vt quia talis renunciatio eſt, ſit grauiſſima ; debeat communicari Cardinalium Collegio ; quia ad hoc dubium reſpondetur ex adductis infra *hic* in verſ. *ad ſecundam.*

10 Nec iterùm obſtat quod cum D.Cæleſtinus III. graui morbo laborans renunciare vellet Papatui & Cardinalem Ioannem de S. Paulo tit. S. Priſcæ ſui ipſius loco eligi cuperet, Cardinales noluerit, aſſerentes inauditum eſſe in Eccleſia Dei vt Summus Pontifex ſe ipſum deponeret, quia vt reſpondet Pater Franc. Amicus *in Curſu Theolog. tom.4. diſp.6. ſect. 6. à num.* 204. & vt ſequi videtur Diana *p.* 10. *tract.5. reſ.3. in fine*, hoc factum non eſt ante Cæleſtinum V. ante quem nullum præceſſerat exemplum, quod Summus Pontifex ſe ipſum ſponte à Papatu deponeret.

11 Ad ſecundam quæſtionis partem, iam ex dictis videtur reſponſum ; ſiquidem vt dixi reſignatio talis ſoli Deo facta eſt, ſed quia Ioannes Andreas *in cap. ſuper eo, de elect.* Azeued. *in l.3. num.36. tit.10. lib.5. recopilat.* quia Papatus renunciatio res grauiſſima ſit, teneant vt Collegio Cardinalium ſit com-

municanda; tum vt deliberent an id Chriſtianæ Reipublicæ expediat, tum vt ad alterius Pontificis electionem illicò procedant, vt rectè aduertit Anton. *in dict. cap.1. de renunc.lib 6* & ita Cæleſtino & aliis Romanis Pontificibus qui Papatui renunciarunt factum eſſe legamus vt poſt Gemin. *in dict. c.1.n.*10. ita tradit Flamin. Pariſ. *dict.lib.8.de reſign. quæſt.*5. *num.* 12. imò & videtur deſumi ex littera *dict. cap.*1. dum ſignificat Pontificem poſſe Papatui renunciare, maximè accedente conſenſu Eccleſiæ; & dicit Pater Amicus *vbi ſuprà* & refert idem Diana *dict. reſ.*3. ſub verſ. *addit.*

12 Adhuc verò dicendum eſt poſſe Papam liberè & ſine intentinne Cardinalium Papatui renunciare; non enim communicatio Cardinalium, quæ videtur exigi *num. præced.* eſt neceſſaria ad illum actum perficiendum; ſolum verò exigitur ex vrbanitate, cùm poſſit Pontifex ſimpliciter declarare ſe velle Pontificali dignitati renunciare: ita Doctores relati, aſſerentes debere Pontificem negotium hoc & ſimilia ardua Cardinalibus deferre; ſed non teneri ex aliquo præcepto diuino eorum diffinitionem expectare aut ſequi; & ita docent intelligendum eſſe verbum *liberè, dict. cap.*1. *de renunc.lib.*6. Gemin. *dict.num.*10. Franchis *num.*3. & alij *ibi*, Burſatus *conſ.*342.*n.*10. Iacobat. *de Concil. lib.*3.*art.*5.*num.*179. Abbas *in ſua quæſt.*1.*col.*4.*in fin. cap.* 6. *quæſt.* 2. Machad. *dict. documento* 20. *numero* 2.

13 Sed facit contra hanc reſolutionem dicere quod inter Pontificem & Eccleſiam Vniuerſalem cenſetur quidam quaſi contractus tempore electionis celebratus per quem Eccleſia Pontificem alere, Pontifex verò Eccleſiam gubernare tenetur; cum ergo conſtet ex Regula textus *in cap.*1. *de probat.* dixi Pontificem & quemcumque alium ſupremum Principem per contractum cum ſubditis celebratum in vtroque foro obligari, vt notant *ibi* Doctores (vbi latè dixi;) ſequitur dicendum vt Cardinalium cœtus per quem Eccleſia Vniuerſa repræſentatur ad prædictam obligationem remittendam
14 videatur neceſſarius; † tamē iam adducti Doctores, & Barboſa *in dict.c.*2.*de Iure Eccleſiaſt. p.*1. *in fine, num.*214 hanc obiectionem ſiue de quaſi contractu inter Eccleſiam & Prælatum celebrato, dicunt non tollere, quominus data iuſta cauſa Pontifex renunciare poſſit; aſſerentes vt cum non detur ſuperior qui illam renunciationem examinare poſſit aut reiicere valeat, id relinquatur Pontificis conſenſu.

15 Pro complemento addo eſſe nonnullos Doctores affirmantes vt ſi Summus Pontifex renunciaturus ſit Religioſus, teneri eum poſt renunciationem ad Monaſterium redire, vt conſideratè protulerunt Aragon. *de Iuſt. & iure quæſt.*88. *art.*1. *ad* 3. *pag.*1036. Azor. *inſtit. moralium lib.*12. *c.*7.§.*rogabis p.*1. ſed meritò eos reprobant Soſſa *in libello de la obligacion conque quedam los religioſos obiſpos, num.*139. Barboſa *dict. cap.*2. *num.*211. *in fine*, &
16 patet, ſiquidem temporibus hiſce vidimus, † & videmus, D. Fr. Gregorium de Pedroſa Epiſcopum Valliſolet. renunciaſſe ſuo Epiſcopatui, nec ſe tranſtuliſſe ad religionem ſuam S. Hieronymi, vt viueret Monachaliter, etſi poſt annum à ſua renunciatione degens in quadam domo in collatione cœtus Monialium S. Dominici hic Madriti tranſitum feciſſet ad domum D. Hieronymi migraretque exiſtens in domo S. Laurentij vulgo *del eſcurial*, & poſt eum etiam renunciauerit D. Fr. Franciſcus. Araujo Ordinis Dominicani Epiſcopatui Segobienſis pluſque ab hinc triennio cum hæc ſcribo degat in hac Curia Matritenſi in domo particularit etſi ſint quatuor domus ac cœnobia Monachorum ſui Ordinis. Si hæc in Epiſcopis renunciantibus qui ſubſunt Pontifici, quo iure in Papa religioſo renunciante contrarium dici debeat?

Obiectionibus tamen videtur obſtare: nam 17
Martinus V. Romanus Pontifex fuit profeſſus dum viueret ſe nunquam in arduis diſpenſaturum ſine Cardinalium conſenſu, ob idque ais Zabarella *conſ.*137.*num.*6.& 7. non poſſe Papam ardua ſine eo explicare: duas rationes aſſerens; primam quia vt dictum eſt facta à Cæleſtino Papa ſine Cardinalibus fuerunt reuocata; ſecunda quia negotia Papæ, vel Regni dicuntur negotia vniuerſitatis in quibus requiritur maior pars Procerum, & Abbas idem tenens *in ſua quæſt.*1. Epiſcopus *num.*12.*in fine*, addit quòd Collegium Cardinalium eſt in poſſeſſione vel quaſi, quæ multum operatur allegās textum *in d.cap. per venerabilem, qui filij ſint legitimi*, verſ. *in rationibus*, vbi dicit poſſe ratione Diuina ſuſtineri ceſſantibus etiam pactis Conclauium, & facit etiam textus *in cap. authoritate de priuilegiis lib.*6. Et quòd dicitur de Epiſcopis qui vtuntur Canonicorum conſilio vt *in cap. nouis de iis quæ fiunt à Prælatis.*

Sed nihilominus ex iam adductis dicendum eſt 18
cum Petro de Biaz *in ſuo director. elect. in* 2. *part. cap.* 35. *num.* 9. Barbatia *conſilio* 1. *per totum.* Et præcipuè *num.*36. *lib.*1. Troil. Maluet. *de Canonizatione Sanctorum in* 2. *dubio à num.* 35. Caſtro *conſ.* 415. *in facto num.* 6. verſ. *item obſtat.* & aliis quod licèt Papa ſoleat ardua explicare ſiue expedire cum Conſilio Cardinalium & in alienatione bonorum ſoleat interuenire ſubſcriptio & conſenſus eorum adhuc Papa ſolus poſſit ardua quæcumque expedire ſine Cardinalibus: Papa enim non obligatur quia non eſt qui dicat *cur ita facis?*

Et licèt replices dicendo ex ſtylo conſuetum 19
eſſe annullari ea quæ fuerunt ſine conſilio & ſubſcriptione Cardinalium, cui ſtandum eſt vel conſuetudini, per illa quæ dixi ſupra *in Rubrica de conſuet. quæſt. fin.* Reſpondeo tamen verius eſſe nec conſuetudine, nec Iuramento introduci poſſe quòd Papa nequeat ſolus ardua facere, & creare Cardinales, vt docent Barboſa *lib.*1.*de Iure Eccleſ.cap.*2. *num.*181. optimè Iacobatius *de Concil. lib.*7.*art.* 5. Ioannes Ferdinandus Loazes *in Conſilio edito ſuper oppido de Mula, col.*393.*cum pluribus ſeqq.* vbi loquitur de quibuſcumque arduis, videlicet creatione & depoſitione Cardinalium, & Canonizatione Sanctorum; depoſitione Regum, & Imperatorum: & de aliis huiuſmodi vt refert Cardinalis Tuſchus *littera P, num.*12. *concluſ.* 50. Adiunges hic aliqua quæ dixi *ſub cap. penult. de officio Vicarij quæſt. fin.* vbi de Coadiutoribus dandis Epiſcopis.

* * *

AD

AD TITVLVM
DE SVPPLENDA negligentia Prælatorum.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Negligentia eſt materialis, aut formalis, & qua ſit*, n.3.
2 *Negligentia formalis eſt duplex propria, aut impropria, & qua conſiſtit in tarditate externa executionis actuum, de qua Rubrica intelligitur etiam ſi non procedat à tarditate intellectus.*
4 *Negligentia Prælatorum quando ſuppleri poſſit à ſuperioribus per viam recurſus, remiſſiue.*
5 *Negligentiâ an amittatur iuriſdictio, remiſſiuè.*
6 *Negligentia facit, vt quis puniatur ſiue contingat in ſpecie magna, ſiue diſſoluta, ſiue manifeſta: nec probatur, niſi quis teneatur ad factum certum*, n.8.
7 *Negligens non dicitur, ignorans iuſtè.*
9 *Mora qualiter puniatur, remiſſiuè.*

1 CONGERIT Barboſa *n.* 1. Doctores agentes de hac Rubrica, cumque *à n.*1. dicat negligentiam aliam eſſe materialem, aliam formalem, illam eſſe, per quam quis ius ſuum, cuius liberam adminiſtrationem habet omittit, quin aliquam culpam in huiuſmodi omiſſione committat, iuxta terminos textus *in cap. plerunque de reſcriptis*, & *cap. ſi clericus de præb. lib.*6. & aliqua adducens pro explicatione conſidero ego hanc optimè iuxta iuris noſtri regulas explanari exemplis præſcriptionis, & vſucapionis, de quibus egi latiſſimè *in tit. de præſcriptionib.* non enim ibi imputatur peccato Domino non vtendi rei ſuæ, nec præſcribenti illam cum
2 bona fide. † Hanc formalem negligentiam duplicem eſſe dicit *à num.*4. impropriam, aut propriam, & hanc eſſe illam, quæ ſupponit ex negligente intellectum ſollicitum ad imperandum voluntati, quid negligere teneatur; cui opponitur prudentia; & vberius explanans cum nonnullis Theologis, dicit de hac negligentia loqui noſtram Rubricam, & Titulum; quæ conſiſtit in externæ executionis actuum tarditate, & executione. Nam cùm hæc Rubrica eo tendat, vt iniuſtæ, & damnoſæ Prælatorum Eccleſiaſticorum omiſſiones in actibus debitis externè gerendis ſuppleantur per alios Prælatos, indigeatquè hic ſupplemento eorum actuum externa omiſſio, ea nempe, quæ iniuſta, & damnoſa quantumvis non procedat à tarditate intellectus; concludit eam optimè pertinere ad titulum hunc ſimul cum negligentia impropria, quæ tantùm
3 conſiſtit in omiſſione exteriorum actuum. † Et ita cum Valentia definit, *Vt ſit rationis cunctatio, ſeu tarditas inefficaciter operandi; eo quòd eſt tam bene conſultatum, & iudicatum*: & aliter cum Leſſio ait vt ſit omiſſio actuum rationis, qui neceſſarij ſunt, vt opus ſuo tempore fiat.

4 Vnde quia idem Barboſa *num.*9. mouet quæſtionem quar. lo negligentia Prælatorum ſuppleri poſſit à ſuperi. ribus per viam recurſus; ſeu appellationis; ideo applicabis quæ dixi *ſub cap.*2. *de iudiciis*
*quæſt.*19. 20. 25. † Et quatenus Martlia *de iuriſd.* 5
*p.*4. *caſu* 146. diſputat an negligentia, amittatur iuriſdictio; ideò applicabis quæ latè dixi *infra in cap. qualiter* 17. *de iudic.*

Et pro maiori enodatione dico ob negligentiam 6
quem puniri, ſiue contingat in ſpecie magna, ſiue diſſoluta, ſiue manifeſta, iuxta terminos Guid. Pap. *in deciſ.*473. licèt non puniatur, niſi probetur. Cappel. Tholoſana *in deciſ.*346. aliquid per Afflictis *in deciſ.*13. *num.* 17. & 18. nec imputari ait Capella Tholoſana *in deciſ.*257. vbi diligentia nihil proficeret; imò Caputaq. *in deciſ.*241. *p.*1. † dixit vt negli- 7
gens non dicatur; & propterea puniendus qui iuſtam ignorantiæ cauſam habet † Et addit Riccius 8
*collect.*942. ad textum *in l. iudices cod. de ſeruis fugitiuis*, quod negligentia præciſa non probatur, niſi quis teneatur ad factum certum, & limitatum, tempore, & loco, inſpiciquè ſemper vt quis poſſit facere illud, quod omittit, vt pulchrè decidit Verall. *in deciſ.*166. *p.*2.

Item poteris hic adiungere quæ dico de mora 9
punienda infra *ſub cap. fin. de locato*; & hæc vltra Ordinarios ſufficiant pro hac Rubrica, quæ extendi valet ex annotandis ſub Rubro, vbi de Prælatorum negligentia in conferendis beneficiis inſtituendis, & præſentandis intra tempus ſtabilitum de iure, & per quos ſuperiores ſuppleatur, ſeu ad quos deuoluatur eorum prouiſio, & collatio.

Ad Text. in Cap. I. hoc tit.

De ſupplenda negligentia Prælatorum.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Benedicere Monachos poteſt Abbas Epiſcopo negligente, quod iterari nequit*, n.2. & 3. *vbi quòd poſſit Ordines conferre, aliaque adminiſtrare*, n.5. 6. & 7.
4 *Abbas dicitur ante benedictionem.*

PRobat hic Pontifex, vt ſi Diœceſanus requi- 1
ſitus benedicere nolit Ciſtercienſem Abbatem poſſit ipſe benedicere Monachos ſuos. Barboſa multis probat, † vbi *n.*3. ait quod hæc benedictio ab 2
Epiſcopo Abbatibus impertiēda iterari non poſſit.
† Et *num.*4. quòd ſi Epiſcopus tertiò requiſitus be- 3
nedicere Abbatem ſine cauſa renuerit, poſſet ipſe Abbas, non ſpectata benedictione, officium adminiſtrare, & ordines conferre, & ea omnia, quæ ſunt ſui muneris, tunc præſtare, & implere. † Et *n.*6. 4
ait quod Abbas dicitur ante benedictionem.

Pro complemento addo quod notaui ſupra *in* 5
*cap.*9 & 15. *de electione*, vbi de Epiſcopo nondum confirmato, aut conſecrato ſe ingerente adminiſtratione.

Ad quæſtionem an per vnicam interpellationem 6
conſtituatur ſuperior in mora, Cacheranus *in deciſ.*12. *à num.*1. & 6. de quo dixi.

Ad gloſſam hic de digniore eligendo, Couarru. 7
*in reg. peccatum p.*2. §.7. *a n.*2. de quo plura notaui ſupra *in cap.*1. *cum in cunctis* 7. *de electione*, & alibi *in eo tit.* plura alia *in cap.*29. *de præb. & dignit.* & ſub Rub. *de elect.*

Ad Text. in cap. Sicut II. hoc titulo

P R Æ M I S S V M.

S V M M A R I V M.

1 *Regulares nequeunt in proprios vſus conuertere Eccleſias, in quibus obtinent patronatus* numero 2.& 3.

2 *Donare nequit Pralatus in praiudicium Eccleſia.*

3 *Negligentia in prouidendo beneficia, praiudicat, ſex menſibus tranſactis, & de iure deuoluto,* n.4.& 5.

5 *Negligente patrono nominare, aut eligere intra tempus aſſignatum an poſſit rector eligere, aut inſtituere.*

6 *Spectatiua ad beneficia qua.*

7 *Papa non intendit in menſibus ordinariis prouidere.*

8 *Spectatiuarum gratia, non comprehendunt beneficia vacantia in menſibus ordinariis, & in aliis*, n.9. & 10.*niſi Papa menſibus ordinariis derogaret*, n.11.

12 *Spectatiua loquens de menſibus ordinariis, non capit menſes ordinarios vigore alternatiua, niſi adiiciatur verbum vniuerſale.*

13 *Regula reſeruatiua octo menſium fuit introducta, vt ſpectatiua ſuum haberet effectum in menſibus ordinariis.*

14 *Spectatiua ſuccedebant loco regula octo menſium.*

15 *Praſentatio Eccleſiaſtica, & laica differunt remiſſiuè.*

1 DIcit quòd Regulares non poſſunt in ſuos
vſus conoertere Eccleſias, in quibus obtinent patronatus; & ſi intra tempus Lateranẽſis concilij, quando vacant non præſentent rectores ad eas, ſuperior ordinabit eaſdem. Primam partem confirmabis ex notatis ſuprà *in cap. cum in iure peritus*, & melius *in cap. 2. de donationibus*: nam ſi
2 † ibi decernit Pontifex, vt nequeat Prælatus donare in præiudicium Eccleſiæ, cui in ſuos vſos conuertere poterit Eccleſias, cum tantùm ſit procurator, & adminiſtrator ad vſus Eccleſiæ deſtinatos, & non
3 Dominus; † Secundam partem cõfirmabis ex textu *in cap. 3. cap. 4. & fin. huius tituli*, vbi ferè de eadem materia reſoluitur, cum omnia iura, etſi in caſibus diuerſis reſolutionem præſtent, circa tempus, intra quod beneficia ſint præſentanda, conferenda, inſtituenda, vel perſonæ ad ea eligenda per Patronos, & ordinarios decidunt, tranſacto tempore ſex menſium ad ſuperiores alios pertinere iure deuoluto, ea præſentare, ſioe conferre &c.

4 Vnde quia ex propoſito egit Garcia *de beneficiis tota p. 10.* ideò de hoc iure deuoluto propter negligentiam Prælati, nunc ex propoſito non diſputo. Sed quia multa noto infra *ſuis in locis*, ideò applicabis notabilia, quæ congero *in cap. 2. de conceſ.
5 prabenda*, vbi ad quos deuoluatur prouiſio. † Item, & *in cap. quoniam 4. de iurepatron.* vbi etiam de deuolutione ad Prælatum, ſi patronus non præſentat intra tempus ſibi aſſignatum ad præſentandum, quod eſt quatuor menſium laico, & Eccleſiaſtico ſex menſium; imò Barboſ. *de iure Eccleſ. p. 2. lib. 3. cap. 12. num. 165.* cum multis ab eo relatis probat quod ſi patronus per negligentiam excedit tempus ſibi à iure ſtatutum ad præſentandum, poſſit is, ad quem ſpectat Rectorem eligere, atque inſtituere.

Verùm quia per textum noſtrum agi poteſt de 6
ſpectatiuis ad beneficia in verſ. *ad vacantes*, de qua materia poſſunt applicari deciſiones Pontificis Innocent. III. *in cap. ex tenore 13. & cap. accedens 14. de conceſſione prabenda*, duxi nunc aggregare hic quæ tradidit Riccius *collect. 1534.* ad textum noſtrum, dum affirmat loqui de ſpectatiuis, ad cuius materiæ delucidationem ponit ſeqoentia, nempe
† quòd Papa non intendit in menſibus ordinariis 7
prouidere, vt per Cardinalem Puteum *in deciſ. 57. lib. 2. & deciſ. 25. lib. 3.* Rota *in deciſ. 700. p. 3. & in
deciſ. 9. p. 1.* † Et ſic gratiæ ſpectatiuarum ad bene- 8
ficia vacatura, non capient beneficia, quæ in menſibus ordinariorum vacabunt, ſed ſolum vacantia in menſibus reſeruatis Rota *in deciſ. 127. lib. 3.* Cardinal. Puteus *in deciſ. 92. lib. 1. & in deciſ. 53. lib. 2. & in deciſ. 48. lib. 3.* Cæſar. de Graſſis *in deciſ. 15. de prab.*

Quod ampliatur primo procedere etiam io men- 9
ſibus alternatiuis, Ordinario conceſſis, ratione alternatiuæ acceptatæ. Mohedan. *in deciſ. 19. de prab.*
† Ampliatur ſecundò procedere etiam, quamuis 10
Epiſcopalis ſedes vacaret; quia tunc ſpectantes acceptare non poſſunt in quatuor menſibus conceſſis
Ordioario. Mohedan. *in deciſ. 29. de prab.* † quòd 11
limitant Puteus *in deciſ. 48. lib. 3.* Caſſador. *in deciſ. 15. de prabendis*, niſi Papa huic regulæ de menſibus derogaret, vel alias conſtituerit velle quod etiam menſes ordinarios ſpectatiuæ caperent.

Notabis verò quòd quamvis ſpectatiua loqua- 12
tur de menſibus ordinariis, non capiet menſes ordinarios vigore alternatiuæ ſibi conceſſæ, niſi adiiciatur verbum vniuerſale, quomodolibet; Cardin. Puteus *in deciſ. 122. & 215. lib. 1.* ſicut, & nulla derogatio cenſetur comprehendere alternatiuam; niſi de illa fiat expreſſa meotio, idem Puteus, Riccius ſupra *dict. collect. 1574.* verſ. *& quamvis*.

Vnde infertur quod regula reſeruatoria octo 13
menſium fuit introducta, vt ſpectatiuæ ſuum haberent effectum in menſibus reſeruatis, ſaluis exiſtentibus ad Epiſcoporum diſpoſitionem quatuor menſibus ordinariis. Rota *in deciſ. 127. l. 3. in deciſ. 63. & 272. l. 2. & in deciſ. 538. p. 3.* Puteus *deciſ. 333. lib. 1.* ita vt nunc ceſſantibus ſpectatiois; ſimiliter ceſſaret dictæ regulæ reſeruatio, tanquam correſpectiua. Rota *in deciſ. 63. p. 1.* Cardinalis Puteus *in deciſ. 492. lib. 2. & in deciſ. 33. lib. 3.* Achiles de
Graſſis *in deciſ. 48. ſuper regula reſeruatoria.* † Et 14
propterea dicit Rota *in deciſ. 537. p. 3.* quòd expectatiuæ ſoccedebant loco regulæ octo menſium in caſu illius deciſionis: hæc congerit ad textum noſtrum Riccius, *vbi ſupra.*

Item cum agatur hic de præſentatiooe ad bene- 15
ficia, intelliges tantum eſſe Eccleſiaſtica; vode poſſes agere latè de differentia inter hanc, & inter præſentationem laicorum, de qua *ſub titul. de iurepatron.* & de patroni laici, & Eccleſiaſtici differeotia, bene Barboſa *de iure Eccleſ. p. 2. lib. 3. cap. 12. à num. 184.* vbi plures citat agentes.

Ad Text. in Cap. III. hoc tit.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Deuolutio à quo tempore vacatura computetur,* n.5.& 15. *vbi quid ſit.*
2 *Patronorum ſcientia ad deuolutionem vacatura, debet eſſe certa.*
3 *Præſentandi Ius conſeruatur in vno ex Patronis.*
4 *Semeſtre ad eligendum, vel conferendum, non currit legitimè impedito, vbi de quadrimeſtre datum Patronis.*
5 *Deuolutio fit quando prouidentur indigni, etiamſi à laicis Patronis*, n.6.
7 *Deuolutio in primis eſt probanda, vt fiat legitimè impetratio.*
8 *Deuolutionis effectu ſortito, Epiſcopus nequit moram purgare.*
9 *Deuolutio non habet locum in beneficiis manualibus. Regularibus, in capitulis exemptis, in iuriſdictionalibus, & quando Prælatus eſſet impeditus* n.10.11.12.& 13.
14 *Collationes ſi Ordinarij non prouiderint in tempore, beneficia pertinent ad Sedem Apoſtolicam,* num.17.
16 *Prouideri debet Eccleſia regularis intra tres menſes.*
17 *Negligens in prouidendo qualiter puniatur, remiſſiuè.*

1 TErminatur deciſio hæc per regulam generalem poſitam *in principio cap.præcedentis*, ſpeciale verò quod agi poterat, eſt, quod cum agatur
de deuolutione, tranſacto tempore ad prouidendum eſt, nempè quod computetur à tempore ſcientiæ; non verò vacaturæ, vt cum multis notat hic
Barboſa *n.3.*& deciditur hic in verſ.*non à vacatione, ſed à notitia computato*, vbi notat cũ Garcia computari ſemeſtre, de quo hic de momento ad momen-
2 tum. † Et ſpecialiter addo ſcientiam Partonorum, vt deuolutioni ſit locus, debere eſſe certam, nec ſufficere interpretatiuam, ſeu veriſſimilem, Garcia *de beneficiis p.*10.*cap.*3.*num.*34. Barboſa *de iure Ec-*
3 *cleſiaſt.p.*2.*lib.*3.*cap.*12.*num.*166.† qui *num.*167. ait ius præſentandi conſeruari in vno ex Patronis, qui ſcientiá huiuſmodi vacationis non habuit, aliis propter ſcientiam excluſis; & refert deciſum Garcia *dict p.*10.*cap.*2.*num.*41. Et pro complemento à quo tempore currat deuolutio, applicabis textum, & ibi notata *in cap.quia diuerſitatem 5.de conceſſ.præb.*
4 † vbi quod ſemeſtre ad eligendum, ſeu conferendum à iure præfixum non currit legitimè impedito, nec incipit currere, niſi à die notitiæ vacationis, interim, & ad plures caſus leges Florez de Mena *parte prima, variarum, quæſt.* 3. agentem, de illa quæ ſibi de facto aliquoties contingit, nempe vtrum quadrimeſtre tempus datum iure patronis laicis ad præſentandum, curat, illis ignorantibus à tempore vacationis, vel tempore ſcientiæ; & *à num.6.* vbi aduerſus quos præſumatur ſcientia à tempore vacationis, & exemplificat in ordinario, & contra eum, qui ex officio tenetur ſcire, & contra alios habentes iuriſdictionem in loco beneficij; item cum vacatio eſt notoria; ſed in hoc caſu expendit *num.*18. *clem. eum qui, de conceſ. præbendæ*, aliqua plura expendit, ſed de hoc *ſub Rubrica*, & *tit.de iurepatron.*

Itaque nunc vltra ordinatios in præſenti addo 5
pro materia textus noſtri, quod ſi ij, ad quos ſpectat, non prouiderint de beneficiis vacantibus infra tempus præfixum, ad ſuperiores gradatim fiat deuolutio, quod ampliat Riccius *collect.*807. ad textum noſtrum dicens idem iuri eſſe, vbi prouident indignis, ſeu inhabilibus, vt fuit dictum *in vna Toletana portionis 9.Decemb.*1591. coram Mantica, quam reponit ad textum *in cap.cum in cunctis 7. §.*
fin. de elect. † Et idem Riccius ſubampliat proce- 6
dere etiam in Patronis laicis, ex Rota *deciſ.*1. *de iurepatronat.*& Creſc.*in deciſ.*14.*eodem*, & eſt deciſio
Rotæ *in cauſa valent.iuriſpatronat.*20.*Martij* 1589. 7
Et addunt Caſſador.*in deciſ.*5.*de præbend.*& Creſcent.*in deciſ.* 18. *eodem.* Caputaq. *in deciſ.*153.*p.*1. Mohed.*in deciſ.*17.*de præb.* neceſſum eſſe in impetratione beneficij deuoluti in primis deuolutionem probare, nec ſufficere clauſ.*certo modo* facit *deciſ.* Bellam.734. & refert deciſum Riccius ſupra *in vna Maceraten. beneficij* 1594.

Ampliatur principalis concluſio vt poſt ſortitum 8
effectum deuolutionis, non poſſit Epiſcopus purgare moram; ſic Franc. Marc.*in deciſ* 1238.*p.*1. ex eo; quia poſt factam executionem, non admittitur moræ purgatio. Mohedan.*deciſ.9. de verb.ſignif.* Et iterum ampliat Riccius cum Rota penès Biſignet *in deciſ.*1. *de elect.* vt tempus iſtud non à die renunciationis ſed ratificationis currat.

Verùm præfatam textus noſtri concluſionem li- 9
mitat Riccius *dicta collect.*807. quinque modis. Primò vt non procedat in beneficiis manualibus ad nutum amobilibus; quia in eis non obtinet locum deuolutio. Mohedan.*in deciſ.9.de præb.* quam repo-
nes ad textum *in cap.*2. *de præb. lib.*6. † ſecundò in 10
beneficiis regularibus, quæ pariter ſub præfata reſeruatione non cadunt. Cardin. Puteus *in deciſ.*180. *lib.*3. ſed Gonzalez *in regula* 8.*Cancel.gloſſa* 5. §.6. *num.*55. contrarium tenet, & bene, vt fatetur Riccius *ſuprà*, vbi ea ſuppoſita infert ad deciſionem Franc. Marci 1237. vbi ſi deuolutio de regula Eccleſia, ad Diœceſanum fiat iuxta terminos *Clementina vnica hoc tit.* Diœceſanus non poſſit conferre præſ-
bitero ſæculari, ſed regulari tantùm. † Item limitat 11
Tertiò Riccius in capitulis exemptis, in quibus non fit deuolutio ad Prælatum, nec è contra: ſic cum
Franc. Marco, vbi ſupra *part.*1.† Et Quartò limitat 12
cum eodem Franc. Marco *in deciſ.* 1236. *part.*1. in iuriſdictionalibus, eo quòd in iſtis non fiat de-
uolutio. † Quintò limitat cum eodem Franc. Mar- 13
co quando Prælatus eſſet impeditus; & idem Franciſcus Marcus *p.*1. *deciſ.*1235. agit de aliis nonnullis pertinentibus ad hanc materiam.

Aliquid de deuolutione tractat Scortia *ſuper con-* 14
ſtitutione Pij 5.32.*olim.*33 edita anno 1567.*in §.& ordinarij*, vbi decidit vt ſi Ordinarij in tempore, & modis à Concilio ſtatutis non prouiderint, ſpectent collationes huiuſmodi ad ſedem Apoſtolicam, li-
cèt ſint in menſibus Ordinariorum, † & idem 15
Scortia *in theorema* 238. dicit quod deuolutio eſt ius creandi, & inſtituendi Eccleſiæ miniſtrum, tanquam caducum ab vno ad alium ſuperiorem antiſtitem tranſlatum recteque ius deuolutionis inſtitutum, tum ne beneficia, & Eccleſiæ ob diutinam vacationem incommoda, & damna paterentur, *cap. quam ſit de elect.lib.6.* tum in pœnam delicti, vt eorum qui intra ſtatutum tempus, beneficia non con-
ferunt negligentia, puniatur. † Et addit quod Ec- 16
cleſiæ

19 *Ordo quilibet ex ſeptem, eſt Sacramentum eſ-
ſentialiter diſtinctum ſpecie infima, ſeu ata
ma ab alio, etſi rectè omnes dicantur vnum
vnitate ſpeciei interiectæ, ſeu genere ſubal-
terno.*

20 *Ordines omnes fuerunt instituti à Chriſto, ab
Apoſtolis ſolum promulgati.*

1 SVpponenda ſunt quædam generalia, primo
ſcilicet Ordinem ſumi tribus modis, vel pro
reſpectu inter aliquas res, quarum vna eſt prior,
altera poſterior, vel natura, vel cauſa, vel
effectu, vt pater filio, arbor fructibus; vel lo-
co, vt Cœlum igne, ignis aëre; vel dignitate: vel
ſumitur circa Dignitates, vt Ordo Senatorius, qui
præfertur æqueſtri, æqueſtris plebeio; vel ſupe-
rioritate, vt inter nouem Ordines Angelorum, in
qua ſignificatione Ordo deſcribitur ab Auguſtino
2 *lib.19.de Ciuitate Dei cap.13.* † Diſpoſitio parium,
& imparium rerum tribuens ſua loca vnicuique; &
ſic in vniuerſo inferiora ſubſunt cæleſtibus, & in-
ter homines alij aliis, tum in Republica Ciuili, vt
milites, Duci, ſubditi Regi, tum Eccleſiaſtica, vt
Clerici inferiores Præſbiteris, Præſbiteri Epiſco-
pis, Epiſcopi Summo Pontifici Chriſti Vicario,
ſecundùm aliqua, quæ latè notaui *in cap. noui. 13.
de iudiciis à queſt.2.* & faciunt quæ noto *ſub tit. de
maioritate, & obedientia*, præcipuè *in cap. ſtatui-
mus*, vbi adnoto pleraque de præcedentiis.

3 Secundò ſumitur Ordo per antonomaſiam pro
variis religionibus, quo pacto vulgò dicitur Ordo
S. Dominici, S. Franciſci &c. omnes enim ſub
vna Chriſtiana religione continentur, & inſpirantur
à Deo piis hominibus, notat Egidius Trullenc. *de
Sacramento Ordinis ſub n.1. dubio* 1. & aliquarum
religionum ordines; & de origine recenſet Barboſa
in Bullario verb.*fratres*, latiſſimè, & vbertimè ad
ſaturitatem de omnibus idem Barboſa legendus *de
iure Eccleſiaſtico p.1.cap.41.per totum*, vbi de præ-
cedentia inter omnes.

4 Tertio ſumitur pro ſigno, ſeu cæremonia ex-
terna, qua confertur homini gradus Dignitatis &
officium in Ecleſia Chriſti, & in hac ſignificatione
ſumitur hic, vt dicit Egidius Trullenc. vbi ſupra,
5 *dicto n.1. in fine.* † Cumque nulla natio quantum-
cunque immanſueta, fera, vel barbara reperiatur,
quæ lege, ſacerdotio, & ſacrificio caruerit, vt
conſtat *ex toto tit.ff.de religioſis, & ſumptibus fu-
ner.* & gens Catholica, & ortodoxa omnibus ab
orde condito, nationibus præſtantior, cum ſit in
6 ſacerdotio, & eius Ordine excellentior, † certiſſi-
mumque ſit à Chriſto, ſacerdotium prolatum fuiſ-
ſe, & inſtitutum, Ordiniſque electos miniſtros fuiſ-
ſe, ſit definitũ; vt cõſtat *Matth.c.16.18.& 26. Mar-
ci c.vlt. Lucæ* 22. *Ioannis* 20. ideò vt certũ, dicendũ
eſt, quod cum poteſtatem Chriſtus Dominus Apo-
ſtolis dediſſet, & in vltima Cœna ſanctiſſimum
Euchariſtiæ Sacramentum inſtituiſſet, eundem
conſtituiſſe Ordinem, Apoſtoloſque ordinauiſſe,
iuxta verba illa *hoc facite in meam commemoratio-
nem*, Lucæ 22. vt etiam refertur per partes *in c. Cle-
ros & in cap. in nouo diſt.21.cap. Præſbiter, cap. Diaco-
nus, cap. Subdiaconus, cum ſequent. diſt.23. cap per-
lectis 25. diſt. cap. audiuimus, cap. quodcumque, cap.
loquitur 24. queſt.1.* definitum eſt etiam in Florent.
& Trid. *ſeſſ.7. de ſacram. canone* 1. D. Thomas *in
addit. ad 3.p.à q.34. in 4. diſt.24.q.1. art.3.& 4. cum
ſequentibus*, & eius expoſitores, atque ſummiſtæ
7 agẽtes de hoc Sacramento; & in Trid. *ſeſſ.23.can.2.*†
Et expendens vberius idem Trullenc. *d. dubio* 1. *ſub
n.3.* ait tunc in Cœna fuiſſe omnes Ordines inſti-
tutos; quia ſacerdotalis Ordo continet eminenter
alios Ordines inferiores, qui ordinantur ad ordinem
ſacerdotalem, illique inſeruiunt: ſic Henriquez
in ſumma lib.10.cap.2. Bonacina *tom.2. diſp.8. puncto
1. num.7.* & alii communiter, leges eundem Hen-
riquez *c.3.* & Filliucium *tract.9. cap.... num.3.* † Et 8
probat ratione Sahagun. *de hoc Sacramento, ſub
num.3.* quia omnia Sacramenta, vt ritè, recteque
conficiantur dependent ab Ordinis Sacramento, † 9
addens *num.5.* eſſe hoc Sacramentum velut oſtium,
per quod intrant legitimi diſpenſatores miniſterio-
rum Dei: nam ex Diuina ſcriptura nemo ordinum
honorem ad exercenda miniſteria deſignatum ſibi
aſſumere rectè poteſt, niſi à Deo vocatus, vt Aron,
qui vocatur, quando legitimè ordinatur ab Eccle-
ſiæ Prælatis *num.4. & 6.* de diffinitione agit.

Ex dictis iam poteris dubitare quot ſint Ordines; 10
& licèt Dionyſius relatus à Sahagun *num.7.* vbi ſu-
pra, dicat eſſe tres, ſicut in Eccleſia triumphante
cæleſtis ordo eſt diuinitus per Hierarchias tres di-
ſtinctus, quam militans imitatur, tamen eum con-
uincens D. Thomas *in addit. ad 3.p. queſt.37. art.1.
& queſt 40. art.2. & in 4. diſt.24. queſt.1. art.3.* verius
dicit vt ſint ſeptem ſecundùm Theologorum ſen-
tentiam, aut nouem ſecundùm Canoniſtas, adden-
tes Epiſcopatum, & primam Tonſuram, *ex cap. cle-
ros, cap. perlectis, cap.1.* iuncta gloſſa 1. *diſt.32.
cap.1.* de ordinatis ab Epiſcopo, qui renunciauit
Epiſcopatui, *cap. cum contingat de ætate, & quali-
tate ordin.* † ſed vtramque admittendo tanquam 11
communem, tu ſic expendes breuiter, nempe vt
propriè loquendo ſint tantùm ſeptem, impropriè
verò, & in lata ſignificatione, prout ordo eſt no-
mẽ officij, & dignitatis, ſint nouem, videlicet Oſtia-
rius, Lectoratus, Exorciſta, Acolitus, Subdiaconus,
Diaconus, Præsbiter, qui propriè dicuntur ordines.
† Largè verò Epiſcopatus, qui non eſt ordo diſtin- 12
ctus à Sacerdotio, cum vterque æqualiter ſacrum
faciat; ſolum enim habet maiorem poteſtatem; &
quòd Epiſcopus ex officio conferat Sacramentum
Confirmationis, & Ordinis, quod Præsbiteris non
præſtat, niſi ex indulto fieret, & qualiter, dico ali-
quid *ſub tit. de ſacramentis non iterandis, & de ſa-
cra vnctione & in cap. quanto, ſupra, de conſuet.* &
quoad Ordinis adminiſtrationem aliqua dico *infra.*
† Item & Tonſura, quæ nullum habet officium in 13
Eccleſia, ſed tantùm eſt præparatio quædam, ſeu
diſpoſitio ad Ordines, ſicut Catechiſmus ad Baptiſ-
mum & Nouitiatus ad profeſſionem; ſic Theologi
expendunt ex Trid. *ſeſſ 23. de Sacramento Ordinis,
cap.* gradum conſtituit in prima tonſura, & ab ea
repellit, quos ad vlteriores gradus non progreſſu-
ros eſſe creditur; *& in cap.4.* Epiſcopatum explicat
eſſe ordinem à Sacerdotio diſtinctum, & longè ex-
cellentiorem, videbis quæ dico *ſub q.3. verſ. ad quin-
tam, an ſit ſacramentum ordinatio Epiſcopalis.*

Dubitabis ſecundò an hi ſeptem Ordines ſint 14
Sacramenta, & licèt Durandus aſſerat *in 4. diſt.* 14.
queſt.2. ſolum Sacerdotium eſſe ſacramentum; cer-
tum tamen eſt Sacerdotium, Diaconatum, & Sub-
diaconatum eſſe ſacramentum; de Sacerdotio con-
trarium tenere, vt hæreticum improbat Trid.
dict. ſeſſ.23. Can. 1. *&* 2. de Diaconatu, & Subdia-
conatu, ſic dicendum eſt ita, vt contrarium aſſe-
rere ſit temerarium, *cap. tribus 23. de conſecrat. diſt.
1.* probat Caſtro ad verſus *hæreſes*, verbo *Ordo*, Sa-
hagun *de hoc Sacramento, num.9. & 10.* Nauarrus
in ſumma cap.22. num.8. Sotus *in 4 diſt.24. queſt.1.
art.4.* Vaſquez *diſp.237. cap.2.*

Dubium

15 Dubium eſt an ſic procedat in minoribus ordini-bus,in quo duæ ſũt opiniones,altera vt ſint tantũm Sacramentalia, & non Sacramenta, cum & Magiſter ſentent. *in 4. diſt.* 24. & Sub- natum Sacramentum eſſe, negabat, & iuxta prædictam ſententiam loquuti ſunt Soto, Nauarrus, & Vaſquez relati: tamen ſanctus Thomas 3. *p. q.* 22. *art.* 2 Bellarminus *tom.* 3. *lib. de hoc Sacramento cap.* 6. 7. & 8. Filliucius, Bonacina, Ledeſma, Villalobos, & alij quos citat, & ſequitur Triullene *de Sacrament. Ordinis dub.* 1. *n.* 10. dicunt omnes
16 ſeptem ordines eſſe Sacramentum † & præſtat rationem Sahagun; quia quilibet ordo eſt ſignum rei ſacræ ſanctificantis, & concedentis poteſtatem miniſtrandi ſuo loco, & tempore, vt *in dicto cap. cleros, dict. cap. perlectis, dicto cap. cum contingat*; deinde quia repetere Ordines Minores eſt grande ſacrilegium, ſed repetere Sacramentalia
17 non eſt ſacrilegium, ergo.† Præterea quia Sacramentalia dicuntur quæ non habent finem immediatum, & per ſe ſubſiſtunt, ſed ordinantur dumtaxat ob ſolemnitatem alicuius Sacramenti; at Minores Ordines de per ſe ſubſiſtere poſſunt,& ſuum finem habent; ex ordinatione enim quilibet miniſtrandi ſuo loco, & tempore, poteſtatem accipit, vt *in dicto cap. cleros, cap. perlectis*, ergo Sacramentum ſunt, & non Sacramentale, docent etiam Couarruu. *reſolut. var. lib.* 1. *cap.* 10. *n.* 10. Chuchus *inſtit. moral. lib.* 5. *tit.* 8. *n.* 16. Petrus Greg. *lib.* 16. *ſyntagmatum, cap.* 2. 3. & 4. cum aliis Sahagun.

18 Et comprobatur ex Florentino Concilio, quod poſtquam dixit ordinem eſſe Sacramentum, ſtatim dixit materiam eſſe rem,quæ traditur ab Epiſcopo, & formam eſſe Verba, hocque non ſolùm applicat tribus Ordinibus maioribus, ſed etiam minoribus, & ex Trid. *dict. ſeſſ.* 23. *cap.* 3. quod poſtquam recenſuit nomina ſingulorum ordinum, abſolutè dicit ordinem eſſe Sacramentũ, & *in can.*2. ita dicit *Si quis dixerit in EccleſiaCatholica non eſſe alios ordines, per quos, velut par gradus quoſdam ad Sacerdotium tendant, anathema ſit.* Et exemplificãdo comprobat bene cum multis idem Triullenc. *dict. dub.* 1. *ſub dict. n.* 10. vbi *n.* 11. dicit vnum-
19 quodque ex dictis ſeptem ordinibus eſſe Sacramentum eſſentialiter diſtinctum ſpecie infima, ſeu atoma ab alio, quia habent ſinguli diſtinctam materiam, & formam, ſed omnes rectè dici vnum ordinis Sacramentum: nam quamuis differant ſpecie infima, ſunt tamen vnum vnitate ſpeciei interiectæ, ſeu genere ſubalterno, eo quòd omnes comprehenduntur ſub vnitate generica Ordinis; quia omnes ordinantur ad vnum finem, qui eſt dignè offerre ſacrificium Miſſæ,aut miniſtrare in eo ad altare cum multis ſic tenens, & melius contrariis ſatisfaciens, pluribus comprobans Sahagun de hoc Sacramento *ſub dicto n.* 10. in verſ. *Nouiores*,
20 ex Trid. *dict. ſeſſ.* 23. *can.* 1. & 2. † ibi *Maiores & Minores*, planè conſequitur omnes à Chriſto inſtitutos fuiſſe, Sacramentum enim ab ipſo dumtaxat inſtitui potuit, & *ſeſſ.* 7. *de ſacram. Canone* 1. & addit omnia iura, & authoritates, quibus probatur ab Apoſtolis, & Eccleſia aliquem ordinem proditum fuiſſe, vt refertur *in dicto cap. cleros, cap. perlectis, cap. Subdiaconus* 16. cum multis ſequentibus *diſt.* 23. interpretari neceſſum eſſe de promulgatione, & publicatione, non de inſtitutionis origine, de quo melius *ſub quæſt.* 1. *infra*, in verſ. *ad primam*.

21 Plura etiam generalia pro exornatione huius Rubricæ de Sacramento Ordinis adjici valerent, quæ recolligere poteris ab ſcriptoribus claſſicis, & ſummiſtis, quos nouiſſimè congerit Leander *tom.* 2. *de ſacram.* dum agit de natura, quidditate & numero Ordinum *diſp.* 1. Quare ego tantùm adiicio quæſtiones, quæ ſubſequuntur.

QVÆSTIO I.

An materia, & forma Ordinum fuerit inſtituta à Chriſto Domino. Et an qui in ordinatione ſacerdotij tetigit tantùm Calicem, & non Patenam, validè ordinatus fuerit. Et an poſſit pro miſſis dicendis accipere ſtipendiũ. An ſit valida ordinatio, ſi porrecta Patena cum Hoſtia, Vinum intra Calicem ex incuria non apponatur. Et an Pontifex diſpenſare poſſit ne contactus phyſicus inſtrumentorum adhibeatur in ordine. An Subdiaconus ordinatus cum Calice non conſecrato, debeat iterum ordinari?

SVMMARIVM.

1 *Materia Sacramenti Ordinis alia remota, alia proxima, & in quo conſiſtat forma cuilibet Ordinis*, n. 2.

2 *Materia Ordinis Sacramenti, tutius eſt vt debeat eſſe conſecrata ad ordines ſacros*, n. 4.

4 *Materia Confirmationis, & Extrema-Vnctionis, eſt conſecrata.*

5 *Materia, & forma Sacramenti Ordinis, nunquid ſit inſtituta à Chriſto Domino, an tantùm ab Eccleſia.* n. 6. 7.

6 *Euchariſtiam ſub vna ſpecie ſumi, poteſt præſcribi ab Eccleſia.*

7 *Manuum impoſitio, eſt de Ordinum eſſentia.*

8 *Contactus materiæ neceſſarius in Epiſcopo ordinante in ſacris; & in minoribus tutius eſt*, n. 9. *quid in ordinandis*, n. 10. & 11.

9 *Archidiaconus ſolebat de mandato Epiſcopi tangere materiam ordinandorum in minoribus.*

10 *Materia tangi ab ordinandis, non eſt præciſum phyſicè, ſed tantùm moraliter*, n. 11.

11 *Calix de neceſſitate præcepti tangi debet à Sacerdote ordinando, vbi quid de Patena*, n. 13. *& quid de tactu Hoſtiæ & Vini*, n. 14. *& quod peccatum ſit non tangere omnia*, n. 16.

15 *Materia duplex tangi debet quando ex qualibet datur ordinando poteſtas noua, quid circa Papæ diſpenſationem in hoc*, n. 24.

17 *Materia cum forma profertur ab ordinatore, non eſt neceſſe, vt in eodem actu phyſico tangatur, ſufficit moraliter, vt in Baptiſmo.*

18 *Ordinatus Sacerdotio, cum defectu tactus alicuius materiæ, quando licitè pro miſſa dicenda accipiat ſtipendium.*

19 *Conſecratio eſt valida, ſi Epiſcopus Panem porrigit ordinando extra Patenam, & Vinum extra Calicem.*

20 *Ordinatio Sacerdotis dubium eſt an valeat, ſi porrecta Patena cum Hoſtia, Vinum intra Calicem ex incuria non apponatur, refertur opinio duplex, vide* n. 21. *de peccato conſecrantis in vna malitioſè* n. 22. *& quod reiteretur*, n. 23.

24 *Diſpenſatio*

24 *Diſpenſatio contactus Phyſici circa materiam Ordinis, nùm queat à Papa fieri; ſic vt valeat ordinatio, ſub diſtinctione reſpondetur.*

25 *Calix debet eſſe conſecratus, qui ad contactum traditur ordinandis cum ordinantur Sacerdotes, quod in Diacono, & Subdiacono,* num.26.

1 SVppono ad explanandas quæſtiones, de quibus loquor, dari in hoc Sacramento Ordinis, ſicut in aliis materiam, & formam; etenim conſtat materia ſcilicet rebus ipſis, & forma, nimirum verbis, vt ex Concilio Florentino, & aliis probat Ægidius Trullenc. *de Sacramento in genere libro* 1. *capite* 2. *dubio* 1. *numero* 3. vbi cum modernis, & de hoc Sacramento docent D. Thom. & Theologi cum eo, *part.3.quæſt.34.addit. art.* 3. Et apud omnes conſtat eſſe duplicem materiam, remotam eſſe rem, quæ traditur ſeu inſtrumentum, vel vas, vel liber qui traditur ordinandis in ſignum poteſtatis ſpiritualis, quam recipiunt. Et materiam proximam eſſe ipſam rei,
2 vel vaſis, aut inſtrumenti traditionem. † Formam
verò eſſe verba, quæ proferuntur ab Epiſcopo quando tradit materiam propriam cuique Ordini, cumque Ordines ſint ſeptem, aut nouem, & vnuſquiſque ſit Sacramentum, vt iam expoſui, & de ratione Sacramenti ſit habere Materiam, & Formam, ſequitur dicendum dari cuilibet Ordini certam verborum formam, quam communiter omnes Doctores agentes de Sacramentis in genere, ac de hoc Sacramento referunt.

3 Dubium verò eſt an prædicta materia debeat eſſe conſecrata, & affirmant Sylueſter, & alij apud Henriquez *in ſumma lib.20.cap.5.in littera T*, alioquin aiunt ſi Diaconus acciperet Calicem conſecratum, non differret ab Acolito, qui accipit Vrceolos non conſecratos: tamen Sotus, Ledeſma, & alij, quos ſequitur Henriquez, *vbi ſupra*, Bonacina *tom.1.diſp.8.quæſt.vnic.punct.2.num.*1. negant, & probabilius, tùm quia id Cõcilia non exprimunt, ſicut expreſſerunt de Confirmatione, & Extrema-
4 Vnctione; tum quia † idcò in confirmatione, &
Extrema-Vnctione requiritur conſecratio materiæ; quia eam Chriſtus ſuo vſu, & exercitio non conſecrauit; at Chriſtus vſus eſt Calice cum Ordinis Sacramentum Apoſtolis contulit; ergo ſuo vſu, & contactu conſecrauit, ſequitur Trullenc. *de hoc Sacramento dub.2.num.2.* vbi dicit quod etſi poſt factum tutè poſſit quilibet harum opinioni cuilibet acquieſcere; ante factum verò conſulendam eſſe priorem ſententiam, cui fauet vſus, ad rationem prioris ſatisfacit dicendo ſatis differre, tum ratione inſtrumenti, tum, & præcipuè ratione formæ, quæ diuerſa in illis eſt.

5 Ad primam ergo difficultatis partem, quæ non eſt parum facilis videtur reſponderi ex dictis ſupra *in Rubr.* ſub verſ. *& comprobatur in fine*, vbi cum Sahagun aliquid dictum eſt pro affirmatiua, ſed non reticeam quæ in propoſito adduxit Præpoſitus *in tertia parte, Diui Thomæ quæſtion. vnica de hoc Sacramento libro* 10. *numero* 109. nempe vt ex pluribus, quæ antea ſcripſerat de materia, & forma ordinationis, & de diuerſitate in Eccleſia Romana, & Græca, addit patere, quàm ſit probabile Chriſtum non inſtituiſſe ordinum materiam, & formam in particulari, ſed ſolum in genere, mouendo ſcilicet vt ordines conferrentur per aliquod Symbolum ſenſibile, quo ſignificaretur eorum poteſtas, atque à Deo relictum eſſe Eccleſiæ determinare materiam, & formam, dummodo per illa ſignificetur poteſtas, quæ in ordine confertur, & citat Ruardum Arcudeum, & Fornarium, *cap.2.de ordine*, affirmans de hac re plures viros doctos conſuluiſſe, qui ſic tenuerunt, & quòd reſpectu Apoſtolorum idem fuerit Bellarmin. *cap.9.* & probat dicendo probabilitatem ſuæ ſententiæ, etiam ſine reſtrictione patere ex modo, quo ordines apud Græcos conferuntur, quem Romana Eccleſia non reuocat in dubium.

Alia ex eo refert Diana *parte 6. tractatu* 8. 6
*Miſcell.reſ.*18. referens ſolutionem ipſius Præpoſiti ad Trid. locum *in cap.2. ſeſſ.*21. vt non velit dicere Eccleſiam nihil poſſe circa determinationem materiæ Sacramentorum, ſed ſolum velit contra hæreticos, quod Eccleſia poſſit præſcribere, vt Euchariſtia ſub vna ſpecie ſumatur, cum in eo non tollat vſum Sacramenti, & eius ſubſtantiam; quæ ſubſtantia non poſſit dici tolli ſi Eccleſia pro poteſtate ſibi tradita variè determinet materiam, & formam ordinationis; quæ Præpoſiti ſententia relinqui debet viris doctis maturanda, & eius fundamenta non plurimum arrident.

Sed agens Becanus *de hoc Sacramento quæ-* 7
ſtione quarta, de quæſtione, *An impoſitio ſit de eſſentia Ordinis*, concludit affirmatiuè multis comprobans, & non ſic affirmat de inſtrumentorum porrectione; quia ſcripturæ pro externo Symbolo ordinationis paſſim tradunt impoſitionem manuum, & de hac *numero ſexto*, verſic. *tertia concluſio*, dicit à Chriſto inſtitutam; quia in ſcripturis ſit mentio porrectionis manuum, de quo videbis cum multis nouiſſimè Leandrum *de hoc Sacramento diſputatione 3. quæſtione* 7. Et ego dixi infra *de ſacra Vnctione, ſub §. per frontis*, non inquam porrectionis inſtrumentorum, & expendit *à verſ. dices*.

Ad ſecundam quæſtionis partem, de eo, qui 8
in ordinatione tetigit Patenam, & non Calicem, an ſit validè ordinatus. Vt reſpondeam præmitto dubium aliud non leue, vtrum ſit de neceſſitate huius Sacramenti contactus materiæ; ita vt non cenſeatur ordinatus, qui materiam realiter, & Phyſicè non tetigit, & loquendo de Epiſcopo ordinante, neceſſe eſt vt tangat materiam in collatione ordinum maiorum, vt probat expreſſius textus *in cap. Subdiaconus diſtinctione* 23. vbi id expreſſè deciditur de Subdiacono, & à fortiori infertur de aliis maioribus; quia idem eſſe debet, qui formam profert, & materiam tradit; alioquin enim non verificatur forma, qua dicitur *Accipe poteſtatem &c.* at Epiſcopus profert formam, ergo etiam debet tradere materiam: ſic docent D. Thomas *in 4. diſtinctione 25. quæſtione 1. articulo* 1. ad ſecundum, Sylueſter verb. *Ordo 2. quæſtione* 5. Suarez *tom.5. diſputatione 42. ſectione 3. numero* 12. Fillucius *tomo ſecundo, tractatu 9. capite 2. numero vigeſimo tertio.*

Et licèt in collatione Ordinum minorum olim 9
id non eſſet neceſſe, ſed ſufficeret vt Archidiaconus, qui de mandato Epiſcopi illam tangeret, & porrigeret ordinandis *ex cap. Acolitos diſt.* 25. Nunc verò Epiſcopus in collatione cuiuſque Ordinis, debet per ſe porrigere inſtrumenta iis, qui ordinantur, vt habetur in Pontificali Romano,

quod tutius videtur ob rationem dictam, vt tradit, & tenet Trullenc. *de hoc Sacramento dubio 2. ſub num.* 3. vnde ſi contingeret Ordinem aliter eſſe collatum, iterari poſſet ſub conditione; quia probabiliter dubitatur Ordinem eſſe irritum, vt docent Filliucius, *vbi ſup.* Henriquez *in ſumma l.10. cap.10.num.2.*

10 At ſi loquamur de ordinando, docent Nauarrus *in manuali cap.22. num.* 17. Victoria *de Sacram. quæſt.*220. Sotus *in* 4. *diſt.*24. *quæſt.*1. *art.* 2. & alij apud Henriquez *lib.*10. *cap.*10. *litera P.* Bonacina *tom.*1. *diſp.*8.*quæſt. vnica puncto* 2.*num.*10. ſatis eſſe quod acceptet ſigno aliquo externo materiam, & eam moraliter tangat, vt ex extenſione manuum oſtendat ſe eam ab ordinante acceptare; quamvis phyſicè eam non contingat, probantes ex eo, quia Concilia tantùm dicunt Ordinem conferri per traditionem materiæ; ſed materia poteſt dici tradi verè abſque eo, quod phyſicè tangatur, ergo. Et confirmatur, quia effectus ordinationis non prouenit à materia, tanquam ab agente aliquid circa ſuſcipientem; ſed tanquam à determinante ſignificationem formæ ad hunc, vel illum effectum, cumque hæc determinatio æquè fiat ſiue materia phyſicè tangatur, ſiue non, ſequitur vt non ſit neceſſarius contactus phyſicus: & faciunt notata ſuprà *in cap.* 2. *de conſuet.*

11 Tamen D. Thom. *quæſt.* 34. addit *art.*5. *ad* 2. Syluester *Ordo* 3.*quæſt.*5.Valent. *puncto*5.Coninch. *diſp* 20.*dub.*7.*num.*7.Filliucius ſuprà *num.*35. Henriquez, & Bonacina *ſuprà*, Villalobos *lib* 1.*tract.* 11. *difficult.* 4.*num.*1. dicunt neceſſarium eſſe contactum phyſicum ab ordinando faciendum, aliter non manere obligatum, probantes ex eo; quia vſus Eccleſiæ, & communis exiſtimatio id probat. Secundò quia Sacramenta omnia, præter Euchariſtiam conſiſtunt in receptione paſſiua (hæc autem non eſt abſque contactu) Tertiò quia hoc Sacramentum fit tradendo poteſtatem, quæ traditio efficax dici nequit, niſi correſpondeat ei receptio per contactum; aliter enim ſolum eſſet oblatio. Et hanc exiſtimo tutiorem, & primam in praxi etiam ſecuram, cum ſint multi ex ordinandis, qui ſoleant phyſicè non tangere; præcipuè quando eſt plurimorum concurrentia, vt ſæpius ſolet contingere.

12 Iam ergo ad difficultatem propoſitam Ioannes Petit *in Theologia ſacramental. p.*2. *tract.*7. *lect.*95. Stephanus Bauny *in Theologia morali p.*1.*tr.*7.*q.*12. docent vt teneatur qui in Sacerdotem ordinatur neceſſitate præcepti tangere Calicem, & Patenam, cui ſuppoſita eſt Hoſtia; & licèt dubitent Docto-

13 res, an immediatus debeat eſſe contactus iſte, † & addit probabilis opinio mediatum ſufficere ſaltem reſpectu Patenæ; quia ſecundùm vſum communem tangi cenſetur Patena, quando Calix tangitur; & proinde ſufficiat ſolius tactus Calicis ad Valorem Sacramenti: ſic Ledeſma, Sotus, & Syluester iam relati, & valde certum reputat Villalobos ſuprà *num.* 3. quia qui tangit Calicem;

14 cenſetur tangere Patenam illi impoſitam. † Ex quo cum Bonacina, & aliis dicit Diana *p.*2.*tr.*16.*reſ.*3. fuiſſe verè ordinatum quendam Diaconum, qui in ordinatione tetigit Calicem cum Patena, ſed non tetigit Hoſtiam; quia cenſetur, etiam Hoſtia, eo quod Calix cum Patena cenſeantur moraliter vnum; ſequitur Ægidius *de hoc ſacram.dict. dubio* 2.*ſub num.*6.addens vt ſic tacto Calice, ſufficienter cenſeatur tactum Vinum.

Et comprobatur, quia quando eadem poteſtas traditur per duplex inſtrumentum, vt in Acolito per duos Vrceolos, & in Subdiacono, cui traditur Calix, & Patena ſatis eſſe, vt ille vnum Vrceolum, & hic Calicem tangat, ſecùs ſi per diuerſa inſtrumenta, diuerſa tradatur poteſtas, nam tunc vtrumque tangi debere dixit Filliucius *tom.* 1.*tr.* 9. *dict.cap.*1.*quæſt.*4. Sed omnes aduertunt ordinandum curare debere, vt tangat omnia, quæ ipſi traduntur, nam hoc tutius eſt, vt præcipitur *in Pontificali Romano.* † Et addit Diana *p.* 6.*tract.* 8. *miſcel.reſol.*19.*in fine*, dum agit de noſtra difficultate, vt cum certo non conſtet de doctrina iacta, & ſit in Sacramentis quærenda ſecuritas, curandum eſſe, vt tam Calix, quàm Patena immediatè tangatur, grauiterque proindè peccaturum, qui ſecùs faceret cum aduertentia: videbis quæ ex multis congerit idem Diana *p.*3. *tract.*4. *de hoc ſacram.reſ.* 185. & vt bene expendas totam hanc quæſtionem pro vtraque parte fundatam leges eundem Dianam *tract.*1 *p.*8.*reſol.*40. vbi defendit negatiuam reſpondens quatuor fundamentis affirmatiuæ, ex eo quod talis contactus ſolum præcipitur ab Eccleſia. 15 16

Quod ſi dubites an ſit neceſſe contingere materiam, quando verba proferuntur; ita vt ſint ſimul contactus, & verba, ſeu forma, reſpondetur non opus eſſe, vt mathematicè ſint ſimul, ſed ſufficere, vt ſint ſimul moraliter, id eſt ſine mora interpoſita; quia, & in Baptiſmo non eſt neceſſe, in eodem inſtanti, in quo infans abluitur, proferantur verba, ſed ſufficiet ablutionem, & prolationem eſſe ſimul moraliter; quia hæc ſimultas ſufficit, vt ſubſiſtat Sacramentalis ſignificatio, vt docent Henriquez *lib* 10. *cap.* 10. cum aliis Bonacina ſuprà *num.*11. Trullenc. *dicto dub.*2.*num.* 6.*in fine*, & communiter omnes docent de hoc, & *dict.* infra *in verſ. ad quartam* leges quæ dico infra *in cap. fine de ſacram. non iter. quæſtione.*2. verſ. *ad ſecundam.* 17

Ad tertiam quæſtionis partem, an poſſit pro miſſis dicendis accipere ſtipendium, reſpondebis ex adductis à *verſ.ad ſecundam*: nam ſi teneas non fuiſſe validè ordinatum, dices etiam nec poſſe accipere pro miſſis dicendis ſtipendium, ſi teneas validè ordinatum, vt probabilius eſt tenes contrarium, vt in terminis diſputat Diana *p.*10. *tract.*16. *reſ.* 88. vbi repetens ex nouis ſcriptoribus quæ antea dixerat in præcitatis locis, tenet cum Dicaſtillo contra Lugum ordinationem moraliter eſſe validam, & ſic bone, à miſſam dicente accipi ſtipendium, videbis Leandrum *de ſacram.tom.* 2.*tract.*6. *diſp.*3.*quæſt.*24.& 26.Præpoſitum *in* 3.*p.quæſt.vnic.* de hoc Sacramento *dubio* 10. *num.* 92. † Vbi *num.*98. reſoluit aliam quæſtionem dicens quod ſi Epiſcopus porrigat panem extra Patenam, ſit valida conſecratio; etſi illicitum videatur; quia verius eſt Chriſti corpus in vltima Cœna, ita Apoſtolis traditum, item quia illa ratione verè traditur materia, circa quam verſatur poteſtas Sacerdotalis, addens vt Patena tantùm requiratur, quatenus in ea traditur materia apta, addens idem de Calice, nam ſi Vinum tangeretur extra vas, valeat. 18 19

Ad quartam quæſtionis partem an ſit valida ordinatio, ſi porrecta Patena cum Hoſtia Vinum intra Calicem ex incuria non apponatur: & pro negatiua ſententia faciunt Ledeſma *in ſumma tom.* 1. *de Sacram. ordin.cap.*3.*diſ.*5.Gaſpar. Hurtado *de Ordine diſ.* 11. & Ioannes de la Cruz *in directorio conſcient.* 20

conſcient.part.2.de hoc Sacramento dubio 2.concluſ. 1. Diana *part.4.reſol.*119. & vberius probat *part.6. tract.8.Miſcell. reſol.*22. probans ex Concilio Florentino requirente traditionem vtriuſque materiæ, ſcilicet Panis, & Vini. Item quia forma non reſpicit alterutram partem materiæ, ſed vtramque ex æquo; ergo vtraque, ex æquo per modum materiæ requiritur ad valorem ordinationis: & addit Diana, quod Patena cum Pane, & Calice cum Vino, non traduntur diuiſim, ſed ſimul inferens ſignum eſſe, neutram partem ſufficere etiam ad partialis Sacramenti confectionem, ac proinde ſi vnica pars tradatur, nullo modo confici Sacramentum. Deinde quia nullo modo probabile videtur ita inſtitutam ordinationem Sacerdotis, vt per eam poſſit conferri poteſtas ad conſecrandum corpus, & non ad conficiendum ſanguinem; ergo dicendum erit neceſſario requiri traditionem Panis, & Vini, vel per traditionem vnius partis conferri poteſtatem conficiendi Sacramentum perfectum; ſed hoc poſterius non videtur admittendum; quia traditio vnius partis per modum materiæ, ſolum deſignat poteſtatem conſecrandi hanc partem. Et quamvis conſecratio vnius ſpeciei ſubſiſtat ſine conſecratione alterius, non verò ſubſiſtere ordinationem ait, per quam videtur ſolum dari poteſtas ad conſecrandam vnam ſpeciem, & non aliam, aliis fundamentis docet, & tenet ſibi contrarius Diana *dict.6.par. tract.8. reſ.*22. cum contrarium dixerit *dict.3.part. tract.4.reſ.*186. docent hanc ſententiam multi relati ab eodem *dicta 4.p.reſ.119.tract.*4. Raphaël Auerſa *de Sacram.Ordinis quæſt.2. ſect.*8. Stephanus Bauni *in Theologia Morali part.1.tract.7. quæſt.13.dub.*1. Tannerus *in 3.p. D.Thoma diſput.7. quæſt.2.dub.4. num.*94. De la Cruz *in director.conſcientia part.* 2. *de hoc Sacram. dubio 2. concluſ.*2. Turrianus *in ſelectis diſp.Theolog. part.1.diſput.21.dub.*2. Ledeſma *in ſumma tom.2. de hoc Sacram. cap.3. difficul.*5.& Tannerus *ſuprà* ait ſuo tempore hunc caſum accidiſſe anno 1617. & multas rationes adducit, ac ſoluit argumenta contraria.

21 Prædicta opinio, vt ſecurior, eſt tenenda in praxi, verùm cum ex incuria Magiſtri cæremoniarum poſſit de facili contingere, vt non apponatur Vinum in Calice, & eueniret non leue diſturbium, tam in Epiſcopum ordinantem, quàm in ordinatos, non eſt cur improbetur opinio Henriquez *lib.10. cap.6. num.*1. vbi ſic aſſerit materia in illo, qui ſacerdotiò iteratur integra ex præcepto, eſt traditio Calicis cum Vino, & Patenæ, cum Hoſtia; quia & ſacrificium Miſſæ, ex præcepto fit vtraque ſpecie; ſed traditio vaſis cum altera ſpecierum, videtur eſſe materia ſufficiens; itavt ſi id ex obliuione contingat, non ſit hic ordo iterandus ex neceſſitate; eo quod non diuiſim datur poteſtas in vnam ſpeciem, ſed qui poteſt alteram, poteſt & vtramque: ita Henriquez, quem ſequutus fuit dicta *reſol.*186. *part.*3. Diana: & hanc tenent Filliucius *tom. 2. tract. 9. ex cap.2. num.*4. Holnobonus *de exam.Eccleſ.p.1.tract.4.cap.9.quæſt.*75. Bonacina *de Sacram.diſp.8.quæſtione vnica, punct.3.num.*3. Tyberius ex Henriquez docet *in inſtruct. pro ordinan. cap.3. quæſtione* 22. & iuuatur ex nouiſſima inſtructione Hiſpalen. *p.5.§.6.* vbi ſic habetur, *Si lo entregare el Caliz ſolo con el Vino, o ſola la Patena con el Pan era baſtante materia?* & reſpondet *que ſi porque con qualquiera de eſtas coſas ſe daba entera poteſtad de conſagrar el cuerpo, y ſangre, que eſta no ſeda dimidida, que el que puede la vna, puede la otra. Y vemos que el Pontifiçe Innocent. VIII. diſpenſo con algunas Naçiones, adonde no ſe podia llenar, o conſeruar el Vino, que celebraſen ſolo con la conſagraçion de la Hoſtia, y aſi no es de eſſençia de el ſacrifiçio la de ambas eſpecies.* Henriquez. † Sed addit *que pecara mortalmente el que ſolo conſagraraen vna, y el que ſe ordenaſe maliçioſamente con vna ſola.* 22

23 Stantibus verò ſupradictis opinionibus, dubitatur quid faciendum ſit in praxi, & reſpondent Diana *dict.part.6.tract.8.reſ.22. in fine*, Stephanus Bauny *in Theologia Morali part.1.tract.7.quæſt.13. dubio* 1. Raphael Auerſa *de hoc Sacram. quæſt. 2. ſect.*8. & alij, quod ſi quando fuiſſet aliquis ordinatus ſacerdos per traditionem vnius tantum ſpeciei, vtpote ſi non fuiſſet oppoſitum Vinum in Calice deberet omnino ex integro repeti ordinatio, ſaltem ſub conditione, & Villalobos *in ſumma tom.1. tract.11 dif.4. num.*1. ſic loquitur; *Si ſuçedieſſe en practica (como à ſuçedido veçes en eſtos tiempos) dejar depener el Vino en el Caliz por deſcuydo, haſe de reiterar el Sacramento de bajo de condizion, como ſe hico, en eſtos tiempos. Y de eſte pareçer fueron los mas Doctos de eſta Vniuerſidad de Salamanca açerca de ello*: & videtur confirmari *ex cap.1.de ſacrament. non iterandis*, his adiunges dicta infra *in cap.fin.de ſacrament.non iterand.quæſt.2.* verſ. *ad ſecundam.*

24 Ad quintam quæſtionis partem an Pontifex diſpenſare poſſit, ne contactus Phyſicus inſtrumentorum adhibeatur in ordine; ad quam reſponderi poteſt ex iactis fundamentis pro duplici ſententia circa dubium poſitum hic *in verſ.ad ſecundam*, quia vt autumat Diana *part. 8. tract. 1. reſ. 40. in principio*, reſolutio huius dubij pendet ab illo, *An contactus inſtrumentorum in ſumendis ordinibus, ſit de neceſſitate ſacramenti.* Vnde ſi teneas, vt ſit neceſſarius talis contactus de neceſſitate Sacramenti, tenendum erit, vt nequeat Pontifex diſpenſare. Quod ſi teneas talem contactum non eſſe de neceſſitate Sacramenti, tunc dices, vt Pontifex queat diſpenſare, vt in terminis docet Marchinus *de hoc Sacramento tract.1. part.1. cap. 16. num.* 22. dum ait quod contactus Phyſicus in Sacramento Ordinis poſſet à Papa diſpenſari, ſuppleri, vel omitti; ſed expectare ad prouidentiam Dei, etiam ſtante opinione affirmatiua, quod Summus Pontifex nunquam diſpenſabit in contactu Phyſico Sacramenti Ordinis; quia ſi vera eſſet opinio negatiua, irritum remaneret Sacramentum, & nulla iuſta cauſa diſpenſationis adeſſe poſſet.

25 Ad vltimam quæſtionis partem, quæ pendet ab illa, *An Calix, qui in ordinatione Subdiacono cum Patena porrigitur debeat eſſe conſecratus de neceſſitate Sacramenti*: in qua difficultate Diana *part.* 10. *tract.11. reſol.* 9. reſpondet, vt debeat eſſe conſecratus, quia Chriſtus Dominus in vltima cœna reddidit illum Calicem ſuo contactu ſacrum; cumque Epiſcopi hunc effectum ſuo ſolo contactu præſtent, ſequi neceſſario ait illum debere eſſe conſecratum ex Eccleſiæ inſtitutione, ne Calix noſter diſſimilis illi ſit, quo Chriſtus in vltima cæna vſus ſit: & ſic reſoluit Conſultus cum Leandro *de ſacrament. tom.2. tract.6. quæſt.* 15. aliter ſic ordinati, Ordinem eſſe ſub conditione reiterandum, ſi Subdiaconatus fuerit datus per ſolam traditionem Calicis vacui abſque Patena, concludens, quòd ſi vaſa non ſint talia, qualia requiruntur ad ſuum miniſterium, non ſint materia, cuius traditione conferatur Ordo, & Calicem non conſecratum non diſtingui à Calice Laico,

& nec eſſe idoneum inſtrumentum, & vas proximè aptum continere Euchariſtiam; & ſic requiri eſſe conſecratum, vt quotidie vſitatum videmus.

26 Nec obſtat dicere vt ſi Præsbytero tradatur ab Epiſcopo materia veta Panis, & Vini in Calice, & Patena non conſecratis, aut in aliis quibuſcumque vaſis validè ordinetur; quia reſpondetur in hoc caſu materiam pro Præſbiteratu eſſe panem, & vinum, ooo inquam ipſa vaſa, quod ſecus eſt in ordinatione Subdiaconatus, in qua officium verſatur circa ipſa vaſa miniſtranda. Iterum Diana vberius agit *ſub tract.15.dict. p.10.reſ.20.* à verſ. *ex his*, dicens ita ordinatum, ſub conditione iterum ordinandum, poſtquam ex pluribus egit de alia quæſtione, an inſtrumenta Ordinum, debeant neceſſariò ordinandis porrigi immediatè ab Epiſcopo, vbi in Præsbyteratu affirmat cum omnibus, & in aliis maioribus defendit etiam contra alios.

QVÆSTIO II.

An Epiſcopus ſolus ſit miniſter Ordinis Sacramenti. Et an conferat ordinem quem non ſuſcepit. Et an conferat etiam Epiſcopalem ordinem. An Ordinatio Epiſcopalis diſtinguatur ab ordinatione Praſbyterij. Et an ordinatio Epiſcopalis ſit Sacramentum. Et cuius ſit ordinare Eccleſiæ miniſtros.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus eſt ſolus miniſter Sacramenti Ordinis,* num.2. & 3. *etiamſi ſit hæreticus, ſchiſmaticus,* & n.4.

2 *Epiſcopus eſt publicus Princeps Eccleſiaſticus, Eccleſiaſticas dignitates diſtribuens.*

5 *Sacerdos quilibet ex commiſſione Pontificia poteſt conferre Ordines minores: quid de maioribus,* n.6.& 7. *latè: quid de Clerico in minoribus*, n.12.

7 *Corepiſcopi, fuerunt Epiſcopi ſuffraganei.*

8 *Character Sacerdotalis non ſe extendit ſicut Epiſcopalis, habent ſe tanquam puer, & vir. & quid circa corpus Chriſti miſticum,* n.13. 17.20.& 21.

9 *Cardinales Praſbyteri poſſunt ex commiſſione Papæ conferre ordines minores.*

10 *Abbates habentes ius Mitræ, & Baculi, poſſunt conferre Ordines minores ſubditis ſuis.*

11 *Laicus nec ex commiſſione Papæ queit ordines minores conferre.*

14 *Epiſcopus queit conferre ordines minores, quos non ſuſcepit, ſi ſacerdotalem ordinem ſuſceperit, & quare,* n.15.& 16.

17 *Epiſcopus queit ordinare alios in Epiſcopos, & ſufficit vnus de neceſſitate Sacramenti, ſed tres requiruntur ex præcepto,* n.18.

19 *Ordinatio Epiſcopalis nùm diſtinguatur ab ordinatione Praſbiterij,* n.20.

20 *Epiſcopus quantum ad poteſtatem Ordinis, eſt maior Praſbyterio, item & Iuriſdictionis,* n.21. *& eſt maior Praſbyterio*, n.22. *ſatisfit contrariis* n.23.24.25.& 26. *vbi quid in principio naſcentis Eccleſiæ.*

21 *Gradus tres in veteri Teſtamento erant diſtincti, Pontificum, Sacerdotum, & Leuitarum, maior illis Pontifex.*

22 *Thimotheus Epiſcopus fuit Iudex Praſbyterorum.*

23 *Paul.*cap.1.ad Philippenſes.

24 *Thimot.*cap.4.verſ.4.& n.28.

25 *D.Hieronymus* ſuper Epiſt. ad Titum.

26 *D.Auguſt.* Epiſt.19.ad Hieronymum.

27 *Chriſtus ordinauit Praſbyteros in vltima cœna, & Petrum Epiſcopum.*

28 *Praſbyterij nomen erat Cœtus Praſbyterorum, id eſt Epiſcoporum.*

29 *Epiſcopalis ordinatio nùm ſit Sacramentum, & affirmatur,* n.30.31.32.33.& à n.34.*reſpondetur contrariis.*

32 *Ordinatio Epiſcopalis eſt externa Cæremonia conferens gratiam, & imprimens characterem.*

33 *Epiſcopus poteſt conferre Confirmationem, & Sacerdotium.*

35 *Epiſcopus eſſentialiter includit Praſbyteratum,* n.36.

36 *Character Epiſcopalis qualiter ſit minor, & maior charactere Praſbyteratus.*

37 *Ordinare Eccleſiæ miniſtros ad quos pertinet, ſiue de electione, ordinatione, vocatione, aut miſſione,* n.38.n.39.40.& 41. *vbi quod nunquam pertinet ad populum.*

AD primam difficultatis partem, ne longus arguendo fiam, breuiter reſpondeo Epiſcopum ſolum eſſe miniſtrum Sacramenti Ordinis, quod eſt de fide: nã Tridentinum *ſeſſ.23.Can.7.* quo cauetur Epiſcopum validè conſecratum eſſe miniſtrum huius Sacramenti ſolum, cum ſic verbis ſequentibus ſit loquutus: *Si quis dixerit Epiſcopos non habere poteſtatem confirmandi, & ordinandi, vel eam, quam habent eſſe illis cum Praſbyteris communem, anathema ſit.* Et ſub ipſo nomine miniſtri ordinarij ſic definiuit Florentium Concil *ſeſſ. vlt.* in decreto Eugenij. *Ordinarius miniſter huius Sacramenti eſt Epiſcopus*; idem Trid.c.4.Valentia *tom.1. diſp.9.q.3. puncto 1.* Ægidius Trullenc. *de Sacram. Ordinis, lib. 4. dub.6.* † ex eo quia Epiſcopus eſt publicus Princeps Eccleſiaſticus, ad quem ſpectat publicas Dignitates Eccleſiaſticas, & functiones diſtribuere, ſed Ordo eſt quædam Dignitas, & functio io Eccleſia; ergo: poteſt inquam confirmari, *Actor.6.1.*& 1. *Thim.3.* & 4. quibus in locis habetur non niſi ab Apoſtolis, & Epiſcopis aliquos ordinatos; & Chryſoſtom.*hom.11.*in priorem Epiſtolam ad Thimoteum agens de Epiſcopis, & Præſbyteris, dicit ſola quippe ordinatione ſuperiores illis ſunt, ſcilicet Epiſcopi Præsbyteri; & S.Hieronym.*Epiſt.8.ad Euagrium*, ſic loquitur; *Quid facit Epiſcopus, excepta ordinatione, quod Præsbyter non faciat*: aliis etiam probat Diana *p.8.tract.2. reſ.2.*& probatur inquam *in cap. Cleros, cap.in nono diſt.21. cap.perlectis diſt.25.cap.quanto de conſuet. cap. cum quidam hoc tit.cap.vnico de ſeruit. in ordine*, faciens ex Concilio Conſtantinopolitano *ſeſſ.8.* Toletano 7. *cap.* 8. † multis comprobat Sahagun *de hoc Sacramento num.22.* vbi etiam confirmat: nam ſicut data fuiſſet poteſtas Abbatibus conferendi minores ordines, *cap.quoniam 59. diſt. cap. cum contingat.de ætate, & qualit. ordinat. cap. Abbates de priuileg. lib.6.* & hoc eſſet frequentiſſimum, & ob id abrogatum à Trid.*diſt.ſeſſ 23. de reform. c.10.* fit vt ad ſolos pertineat Epiſcopos.† Et hoc eſſe verũ etſi Epiſcopus ſit hæreticus ſchiſmaticus excommunicatus,

Right-margin paragraph numbers in the body: 1 (AD primam), 2 (ex eo quia), 3 (multis comprobat), 4 (Et hoc eſſe verũ).

municatus, ſuſpenſus, interdictus, ſimoniacus, præſ-
ciſus; aut priuatus Epiſcopatu, vt docent commu-
niter Doctores, & dico infra *in cap.fin.& tit.de or-
dinatis ab Epiſcopo qui ren. Epiſcop.* vbi reſpondeo
contrariis.

5 Notandum verò eſt ex commiſſione Summi
Pontificis, vt poſſit conferre Ordines minores qui-
libet Sacerdos *cap. peruenit 95. diſt.* communiter
probatur *in cap.quanto de conſuet.* ſecundùm Theo-
logos, & Iuriſtas, in terminis habet Sahagun *ſub
dict. n.22. de hoc Sacram.* probans cum Soto, Ledeſ-
ma, & aliis;& probat aliis multis Ægidius Trullenc.
de Sacram.lib.4.cap.vnico, dubio 5.ſub num.8. verſ.
item poteſt, dicens non poſſe dari vllam rationem
6 ſufficientem, cur Pontifex hoc non poſſit, imò Fil-
liucius addit *tom.1. tract.9. cap.5. num.94.* cum
Henriquez *lib.1.cap.21.* poſſe etiam ſimplicem Sa-
cerdotem de licentia Papæ conferre aliquem ex
maioribus Ordinibus, ſicut conferre Confirmatio-
nem; quia olim Corepiſcopi, ſeu, Coëpiſcopi
initiabant Subdiaconatu, & tamen erant ſimplices
Sacerdotes adiuuantes Epiſcopum, vt nunc, eſt
Vicarius Generalis; imò video nouiſſimè Dianam
diſputantem de quæſtione, *An ex commiſſione Sum-
mi Pontificis, poſſit ſimplex Sacerdos Ordinem Dia-
conatus, & Subdiaconatus conferre*; & licèt negent
plures, quos refert, & ſequitur Martinus de San-
cto Ioſeph. *in manuali Confeſſorum tom. 1. lib. 1.
tract. 3. num. 2.* tamen idem Diana affirmat cum
Leandro *de Sacram.tom.2.tract.6.diſp.4. queſt. 18.
& 19.* Palao *tom.3.tract.27.puncto 14. num.10.* Di-
caſtillo *de Sacram.tom.1. tract. 6. diſp.5.dub. 17. à
num 243.* Yſambert *in 3.p. Diui Thomæ diſp. 6. de
Sacram. Ordin.art.1.num.5.* cuius verba refert Dia-
na, & Franciſcus Alex. *de ſacris electionibus, &
ordin. ſect.5.cap.1.§.3.* qui de Subdiaconatu tenuit,
& de ambobus ordinibus videtur ratio potiſſima;
quia aliquando id fecerint Pontifices, & ex eo, quia
non minus miniſter eſt ſimplex Sacerdos Confir-
mationis, quàm Ordinis; & tamen ex commiſſio-
ne poteſt eius adminiſtratio Præsbyteris concedi.
Et quia, etſi Sacerdos non habeat primariam po-
teſtatem, habet tamen radicalem, cum tota radix
conſiſtat in poteſtate, quam habet Sacerdos in cor-
pus Chriſti; verùm alia ex Bullis Pontificiis, tradit
videnda Diana *ſuprà*, de quibus Rodriguez *in
queſt.regular.tom.1. queſt.18. art.3.* videndus idem
Diana *p.8. tract.1. reſ.38. & 39.* cum multis, imò
Tannerus *diſp.7.queſt.3. dub.2. num.30.* teſtatur ex
viris fide dignis, quod poteſtatem ordinandi reipſa
conceſſerit Pontifex Religioſis Franciſcanis in In-
dia: vide latè quæ dixi infra *in cap.contingit.de ata-
te, & qualitate ordin. queſt.4.* vbi in verſ. *ad quin-
tam*, ago, *An Præsbyter poſſit conferre Præsbyte-
ratum*, & alia.

7 Adhuc verò reſpectu Ordinum Sacrorum oppo-
ſitum docent D.Thom. *in 4.diſt.25. queſt.1. art.1.*
Bellarm. *de Sacram. Ordinis cap.7. ad finem*, Suarez
tom.1.diſp.11.ſect.2.num.6 cum aliis Bonacina *tom 1.
diſp.8.puncto 4.n.3.* nam Iure Diuino videtur Epiſ-
copus determinatus ad conferendum ordinem ſa-
crum, ſicque nec Subdiaconus à ſimplici ſacerdote
etiam de licentia Papæ conferri poſſit. Et ad dictum
Filliucij de Corepiſcopis reſpondent Bonacina, &
Ægidius Trullenc. *de hoc Sacram. lib... cap. vnico,
dub.6. ſub num.2.* non fuiſſe ſimplices Sacerdotes,
ſed Epiſcopos ſuffraganeos, vt ex Damaſc. *Epiſt 4.*
8 docent Bellarminus *citatus*, & alij, † Et confirmatur
hæc ſententia, quia Character Sacerdotalis non ſe
extendit, nec eſt tam perfectus, ſicut Epiſcopalis,
habent ſe enim ſicut Puer, & Vir; nam ſicut Puer
non poteſt generare ſui ſimile, niſi factus vir, ſic
Character Sacerdotalis non poteſt alium ſacerdo-
tem generare, niſi factus vir, hoc eſt, niſi character
Sacerdotalis per conſecrationem Epiſcopalem, ex-
tendatur ad munera Epiſcopalia: ſic relatus Ægi-
dius Trullenc. *dict. n. 2. in fin.* quod eſt ſecurius, etſi
prima ſententia ſit probabilis.

Hinc venit notandum ex commiſſione Pontifi- 9
cis poſſe Cardinales Præsbyteros ordinare, confe-
rendo Ordines minores, vt comprobat conſuetudo,
& docent Sotus *in 4.diſt.25.queſt.1.art.1.* Valentia
tom.1. diſp.9. queſt.3. puncto 2. Filliucius *tom.1.
tract. 9. cap.5. numero 93.* vbi ait: *Crediderim ta-
men in ſuis titulis, in quibus habent iuriſdictionem*,
quod videtur ſic reſtringendum ex his, quæ dico
infra *ſub cap.11.*

Notatur ſecundo, vt etiam ex priuilegio Ponti- 10
ficio Abbates habentes Ius Mitræ, & Baculi bene-
dicti ab Epiſcopo, poſſint conferre Ordines mino-
res, vt patet *ex cap.quoniam 96.diſt. cap. cum con-
tingat de atate, & qualitate Ordin.* quod tamen
iam Concil. Trid. limitat ad ſuos ſubditos tantum
ſeſſ.23.cap.10. & ſic non poterunt aliis non ſubditis
conferre, niſi habeant licentiam à ſuis Ordinariis,
de quo videbis Fr. Eman. Rodrig. *tom.3.queſt.re-
gular.queſt.13. art.2.* Quarantam *verbo Ordo*, verſ.
Abbatibus, Bonacina *ſuprà num. 3.* Filliucius
num.96. vbi conſequenter aſſerit non debere ordi-
nare Nouitios, de quo puncto dico infra latè *in
dict. cap. cum contingat*, vbi de pœnis nonnul-
lis.

Sed dubitabis nunquid collatio aliquorum Or- 11
dinum, poſſit dari per Laicum ex commiſſione
Papæ, & pro negatiua ſententia reſpondendum
eſt etiam reſpectu Ordinum minorum; quia pote-
ſtas conferendi Ordines ſupponit poteſtatem ſupra
corpus Chriſti verum, *cap. ex litteris de exceſſibus
Prælator.* ſed ſolus Sacerdos habet poteſtatem; ergo
ſolus ille poterit Ordines conferre, modo iam dicto,
in verſ.notandum, & verſ. *adhuc*, docent D.Tho-
mas *3.p.queſt.38.* addit *art.1.* Syluester *verb.Ordo,
3. queſt. 2.* & cum aliis Bonacina *ſuprà num.4.*
& cum communi Filliucius *ſuprà n.5.*

Iterum dubitabis nunquid Clerici in minoribus, 12
aut Diaconus, vel Subdiaconus poſſint ex commiſ-
ſione Pontificis conferre Ordines ſacros, aut mino-
res. In quo dubio etiam eſt reſpondendum nega-
tiuè; quia cum Epiſcopus, qui Sacerdos non eſt
validè nequeat Ordines conferre propter rationem
dictam, vt docent Sylueſter *verb.Ordo, num.2.* Bo-
nacina *ſuprà num.5.* Ægidius Trullenc. *lib.4.de Sa-
cramentis cap. vnico, dub.2. num.3. in fine*, ſequitur
dicendum, vt nullus Clericus in minoribus conſti-
tutus, nec Diaconus, aut Subdiaconus queat Ordi-
nes conferre, etiam ex Pontificia commiſſione, † 13
vt bene probat Sahagun *de hoc Sacramento*, cum
multis ab eo relatis; ex ea potiſſima ratione, nam
conſideramus corpus Chriſti verum, & miſticum,
miſticum vocans Eccleſiam;& vt circa Chriſti cor-
pus verum, maiorem poteſtatem habeat Epiſco-
pus, vel Papa, quàm Sacerdos, vt Theologi, &
Pontifices probant; ita circa Chriſti corpus miſti-
cum erit excellentior poteſtas Epiſcopi *ſeſſ. 23.
cap.4.Trid.& Can.7.* & pleniſſima Pontificis maxi-
mi; ſed quia poteſtas circa corpus miſticum ſup-
ponit poteſtatem circa Chriſti corpus verum, ſic
euenire, vt non committatur poteſtas conferendi
Ordines, niſi Sacerdoti, nec maiores, niſi Epiſco-
po; & ita ab Eccleſia receptum eſſe.

14 Ad ſecundum difficultatis partem, an Epiſcopus poſſit conferre Ordines, quæ non ſuſcepit, vt ſi, v. g. ſit ſacerdos, non verò fuit ordinatus in minoribus, aut Diaconus, vel Subdiaconus, & in hoc puncto videntur pro parte negatiua Sanctus Antonius *in 3. p. tit. 14. cap. 26. §. 17.* Aſtenſis *2. p. lib. 6. tit. 4. art. 3. col. 2.* Syluester cum Rainerio verbo, *Ordo quaſt. 1.* Henriquez *de Ordine cap. 5. §. 2. littera H.* qui multis probat authoritatibus, veluti gloſſæ *quaſt. 1. & ex Canone Daibertum 1. q. 7. & canone Gratia*, & repetit latè Diana, *p. 8. tract. 2. reſ. 3.* adducens Iacobum Granadum latè diſputantem *in 3. p. controuerſ. 9. tract. 2. diſp. 1. num. 4.* & reſpondens omnibus idem Diana omnino videndus, magis probabiliter tenet ſacerdotem Epiſcopum poſſe conferre cæteros ordines, quos non acceperit
15 † quia in ſacerdotio ſunt virtualiter, & veluti eminenter Ordines inferiores; itaque Epiſcopum eo ipſo quòd ſacerdos poſſit illos Ordines conferre eminenter, idest conferendo dignitatem ſacerdotalem, ſed non poſſe illos conferre formaliter; quia ad id non ſufficit character Epiſcopalis, ſed requiri ſaltim vt conditio; quod inferiores ordines ſuſceperit; & in terminis docent Vaſquez *in 3. p. tom. 3. diſp. 143. cap. 2. num. 26* vbi ſic loquitur, *Epiſcopus etiam ſi careat ordinibus Minoribus, & Subdiaconatu, & Diaconatu, poteſt tamen eſſe ſacerdos verus, & Epiſcopus reipſa.* Layman. *in Theologia Morali lib. 5. tract. 9. cap. 9. num. 8.* Hurtado *de hoc Sacramento difficult. 16.* Præpoſitus *in 3. p. de Sacram. Ordinis q. vnica, dub. 12.*
16 *num. 114.* † Et confirmatur *ex tit. de clerico per ſaltum promoto*; eſt enim poteſtas ordinaria apud Epiſcopum conſecratum, cui conuenit ratione ordinis; ergo cum ſit ſacerdos ordinatus tantum, ſufficiet ex iam relata ſententia, vt conferat etiam ordines, quos non ſuſceperit.

17 Ad tertiam quæſtionis partem, nùm Epiſcopus conferat etiam Epiſcopalem ordinem, breuiter reſpondetur Epiſcopum eſſe ſufficientem, & idoneum ad conferendos ordines, non ſolum ſibi inferiores, ſed ad conferendum aliis ſimilem Epiſcopalem ordinem; non enim oportet ordinari Epiſcopum ab Archiepiſcopo, vel à ſummo Pontifice, cum in ratione Ordinis, non inueniatur alius ordo Superior Epiſcopali, vt colliges ex adductis per Sahagun *de hoc Sacramento, n. 20. & 21.* non nulla adducens, vbi etſi in poteſtate ſacrificij non ſit maior Epiſcopus ſacerdote; eſt tamen in diſponendo populum ad Sacramentum Superior, & in dignitate, & officio excellentior, iuxta Trid. decret. *ſeſſe 23. dicto cap. 4. & canon. 16.* Igitur vt Epiſcopo debeat competere ampla poteſtas conferendi, ipſum quoque Epiſcopalem ordinem: ita Auerſa *de Sacram. Ordinis quaſt. 3. ſect. 2.* quem ſequitur Diana *dicta p. 8. tract. 2. reſ. 3.* addentes quod vbi deerat ſuperioritas factum ſit, vt ex quadam extenſione ſuppleretur quod vnuſquiſque Epiſcopus à tribus ſimul Epiſcopis conſecraretur, vt in Pontificali præſcribitur, & in praxi ſeruatur, vbi traditur noua forma in eius conſecratione; ob
18 idque idem Sahagun *dict. num. 20.* † addit quod de neceſſitate Sacramenti requiritur Epiſcopus conſecrans, de neceſſitate præcepti requirantur tres Epiſcopi, ſic intelligens iura in *cap. Epiſcopi 64. diſt. cap. Epiſcopus 66. diſt.* vbi Bellamera, Turrecremata, Dominicus, & Præpoſitus, Lancellotus, Corradus *in templo lib. 2. cap. 5.* Ledeſma *difficult. 6.* Chuchus *lib. 2. inſtit. moral. tit. 6.* & quòd tempus conſecrationis hodie reſtringitur per dict. Trid. *dict. ſeſſ. 23. de reformat. cap. 2.* ita intelligentes omnia iura de Epiſcopatus ordine, & forma.

Ad quartam quæſtionis partem an ordinatio Epiſcopalis diſtinguatur ab ordinatione Præsbyterij; & licèt olim nonnulli affirmarent, vt videtur colligi ex illo Pauli *ad Philippenſes 1. verſ. 2.* ibi: *Paulus, & Thimoteus ſerui Ieſu Chriſti omnibus ſanctis, qui ſunt Philippis, cum Epiſcopis, & Diaconis*; item ex illo *Tim. 4. verſ. 14.* ibi: *Noli negligere gratiam, quæ data eſt tibi cum impoſitione manuum Præsbyterij*, & ex D. Hieronymo, qui *in Epiſt. ad Titum cap. 1.* ſcribit hoc modo, *Idem Præſbyter, qui Epiſcopus eſt, & antequam Diaboli inſtinctu ſtudia in religione fierent, & diceretur in populis, ego ſum Pauli, ego Apollo, ego Cephæ communi Præsbyterorum conſilio Eccleſiæ gubernabantur, &c.* & ex D. Auguſt. *Epiſtol. 19. ad Hieronymum*, vbi ſic ait: *Quamuis ſecundum honorem vocabula, quæ iam Eccleſia vſus obtinuit, Epiſcopatus maior ſit Præsbyterio, in multis tamen rebus Auguſtinus Hieronymo minor eſt*; & ex eo quia Chriſtus ordinauit Præsbyteros in vltima Cæna ſecundùm omnes Catholicos, ſed nuſquam legitur Epiſcopos ordinaſſe; ergo Epiſcopatus non eſt introductus iure diuino. 19

Hæc, & alia facilè ex iam adductis diluuntur; eſt enim verum vt Epiſcopatus iure Diuino ſit maior Præsbyterio quantum ad poteſtatem Ordinis; eo quod Epiſcopus poteſt ordinare ſacerdotes, quod Præsbyter facere non poteſt, vt docent Damaſus *in Epiſtola 3.* Epiphanius *hæreſi 73.* Chryſoſtom. Theophilactus, & Oecumenius, *in 1. ad Thimot. cap. 3. & 4* Leo Papa *Epiſtol. 88.* & D. Hieron. *in Epiſt. 85. ad Euagrium*, vbi ſic ait: *Quid facit Epiſcopus, excepta ordinatione, quod Præsbyter non faciat*: & confirmatur experientia & ex iam dictis; quia nullus vnquam ſacerdos; aut Diaconus ordinatus eſt, niſi ab Epiſcopo. 20
† Et quòd Epiſcopus ſit maior Præsbytero quoad poteſtatem Iuriſdictionis, patet ex adductis ſupra; item ex figura veteris teſtamenti; quia olim iure diuino tres gradus erant diſtincti, nempe Pontificum, Sacerdotum, & Leuitarum; ita vt Pontifex eſſet maior Sacerdotibus, & Leuitis; quia & conſecrationes eorum erant diſtinctæ, & veſtes, & officia, *Exodi 28. & 29. Leuit. 8. num. 3. 4. & 8. & alibi*, ſed noſtri Epiſcopi reſpondent Pontificibus, & Præsbyteri Sacerdotibus, & Diaconi Leuitis, vt tradit Damaſus in *epiſt. 8.* ſanct. Hieron. & Leo Papa, *vbi ſupra*, Concil. Hiſpal. 2. *canon. 7.* & multi alij, 21
† Ergo noſtri Epiſcopi iure diuino ſunt maiores Præsbyteris; quæ omnia ſatis probantur *ex actor. 20. verſ. 28.* ibi: *Attendite vobis, & vniuerſo gregi, in quo vos Spiritus Sanctus poſuit Epiſcopos regere Eccleſiam Dei.* & *1. Thimot. 5. verſ. 19.* ibi: *Aduerſus Præſbyterum accuſationem noli recipere, niſi ſub duobus, aut tribus teſtibus.* Ex quo loco colligitur Thimoteum, qui fuit Epiſcopus, fuiſſe iudicem Præsbyterorum, ac proinde in poteſtate Iuriſdictionis Superiorem. Et ex primo loco colligi propriam eſſe curam Epiſcoporum, & gubernationem Epiſcoporum: idem probat Becanus *de hoc Sacramento* omnino Legendus *q. 2. per totam*, ex Clemente *in Canonibus Apoſtol. canone 40.* vbi ait: *Præſbyteri, & Diaconi, præter Epiſcopum nihil agere pertentent*; ex Tertulliano *in lib. de Baptiſmo*, ibi: *Ius habet dandi Baptiſmum ſummus Sacerdos, qui eſt Epiſcopus, dehinc Præſbyteri, & Diaconi,* 22
ſed

ſed non ſine Epiſcopi voluntate, tradit ſimilia D. Dionyſius *in Hierar. Eccleſiaſt. cap.* 5. quæ ſunt vera; etſi in illa poteſtate offerendi ſacrificium æquales ſint Præsbyter, Epiſcopus, & Pontifex Maximus, vt probat Sahagun. *ſupra* de hoc Sacramento, *n.* 25.

23 Vnde non obſtant fundamenta contraria, non primum ex illo Pauli ad Philippenſes; quia dicendum eſt cum Diuo Thoma *in* 2. 2. *quæſt.* 148. *art.* 6. ad primum illa duo nomina *Epiſcopus, & Preſbyter*, tempore Apoſtolorum fuiſſe communia omnibus Sacerdotibus, tam maioribus, quos nunc Epiſcopos appellamus, quàm minoribus, quos Præsbiteros vocamus; licèt res ipſa, & poteſtates eſſent diſtinctæ; itaque D. Paulum complexum fuiſſe omnes Sacerdotes; & eodem modo dicit Becanus *ſupra, ſub num.* 4. verſ. *eadem ſolutio* intelligenda eſſe alia Pauli teſtimonia, vbi nunc Epiſcopi pro Præsbiteris, nunc Præsbiteri pro Epiſcopis nominantur, vt v. g. 1. *ad Thim. verſ.* 5. ibi: *Huius gratia reliqui te Cretæ, vt conſtituas per Ciuitates Preſbiteros*: & paulòpoſt explicans quales debeat conſtituere Præsbiteros, ita ſubdit *oportet Epiſcopum ſine crimine eſſe.* Vnde patet illum promiſcuè vſurpare duo illa nomina *Epiſcopus*, & *Præsbiter*, vt docet Becanus.

24 Nec obſtat ſecundò locus Thimotei 1. *cap.* 4. *verſ.* 14. relatus, ibi: *Noli negligere*, quia etſi ex hoc loco Kemnitius velit demonſtrare, Epiſcopum poſſe ordinari à Præsbitero, ac proinde Epiſcopum eſſe maiorem Præsbiteris; reſpondetur mentiri Kemnitium qui adducit ad comprobandum ſuum dictum D. Hieronymum, qui expreſsè docet *in Epiſtola ad Euagrium*, Præsbyteros non poſſe ordinare, cuius verba ſunt, *Quid facit Epiſcopus, excepta ordinatione, quod non etiam faciat Presbyter.* adduxit enim D. Hieronymus locum S. Pauli illum, oſtendens Epiſcopos in ſcripturis aliquando vocari Præsbiteros; & ſic expoſuit etiam illa verba *per impoſitionem manuum Præsbiterij*; id eſt per impoſitionem manuum, qua Præsbiteratum accepiſti, vt Præsbiteratus idem ſit, quod Epiſcopatus; conſtat enim Thimoteum fuiſſe Epiſcopum, & non ſimplicem Sacerdotem.

25 Non obſtat tertio locus ex D. Hieronymo *ſuper Epiſtol. ad Titum*, primo, cuius verba retulit idem Becanus ſuprà *dicta quæſt.* 2. *num.* 6. & penès eum Anſelmus, & Sedulius in eundem locum S. Pauli; quia idem Becanus adducens ſolutiones tres, vnam D. Thom. *in* 2. 1. *dict. quæſt.* 184. *art.* 6. *ad* 1. dicentis D. Hieronymum loqui de nominibus Epiſcopi, & Præsbiteri, non autem de re ipſa, vel officio, aliam Antonij Delphini *lib.* 2. *de Eccleſia*, dicentis Hieronymum ſentire initio Eccleſiæ naſcentis omnes Præsbiteros fuiſſe Epiſcopos, non quod idem eſſet Epiſcopatus, & Præsbiteratus, ſed quod vtraque Dignitas omnibus Sacerdotibus, eo daretur tempore; poſtea verò ad euitanda ſchiſmata, cœpiſſe aliquos Præsbiteros ordinari: & ita ex Eccleſiæ conſuetudine factum fuiſſe, vt Epiſcopi eſſent maiores Præsbiteris, quas improbat idem Becanus, & ſimul aliam Michaëlis Medinæ *lib.* 1. *de ſacrorum hominum continentia*, & amplectitur *in verſ. quarta, ſub dicto num.* 6. D. Hieronym. ſenſiſſe quod Epiſcopus, licèt Iure Diuino ſit maior Præsbitero, quoad poteſtatem Ordinis, non tamen ſit maior quoad poteſtatem Iuriſdictionis, dicens hoc eſſe valdè conforme verbis D. Hieronym. & comprobatur; quia vt iam dixi in conficiendo ſacrificio Miſſæ ſunt æquales, etſi differant circa Ordinum collationes.

Non locus D. Auguſt. *dict. Epiſt.* 19. *ad Hieronymũ*; quia reſpondetur quòd verba ibi: *Vſus Eccleſiæ*, poſſunt dupliciter exponi, vel in principio naſcentis Eccleſiæ Epiſcopos, & Præsbiteros æquales fuiſſe; ſed iam vſu eſſe obtentum Epiſcopatum eſſe maiorem Presbyterio. Vel alio modo, antequam Eccleſia Chriſti inſtitueretur nomina iſta *Epiſcopus, Præsbiter*, non eſſe honoris vocabula; ſed officij, vel ætatis; nunc verò honoris, & Dignitatis nomina eſſe: & ſecundùm hæc nomina Auguſtinus, maior ſit Hieronymo; quamvis in multis rebus ſit minor, & hoc ſecundo modo dicit Becanus ſupra *num.* 7. intelligenda eſſe verba Auguſtini. 26

Nec vltima difficultas obſtat ex eo quòd Chriſtus ordinauit Præsbiteros in vltima Cæna, nec legatur ordinaſſe Epiſcopos; quia reſpondetur cum Ioanne Turrecremata *lib.* 2. *ſumma Eccleſiaſt. c.* 32. Bellarmin. *lib.* 1. *de Pontifice cap.* 23. Petrum à Chriſto fuiſſe ordinatum Epiſcopum, & à Petro Iacobum, & Ioannem, & ab his cæteros Apoſtolos, vt copiosè notant relati. 27

Notabis verò nomen Præsbiterij ab aliis intelligi Cætum Præsbiterorum, id eſt Epiſcoporum, qui Thimoteo in ordinatione Epiſcopali manus impoſuerant, vt docent Chriſoſthomus, & alij Græci exponentes locum D. Pauli *per impoſitionem manuum Præsbiterij*; id eſt per impoſitionem manuum, qua Præsbiteratum accepiſti, vt Præsbiteratus ſit idem quod Epiſcopatus, refert idem Becanus *dicto cap.* 2. *ſub num.* 5. *in fine.* 28

Ad quintam quæſtionis partem an ordinatio 29
Epiſcopalis ſit Sacramentum, vt reſpondeas leges
dicta *ſub Rubrica* toto verſ. *ex dictis*, nunc verò etſi
Dominicus Soto *lib.* 4. *de Iuſtitia, & Iure, quæſt.* 1.
art. 2. & aliqui antiquiores ſcholaſtici *in* 4. *diſt.* 24.
negent eſſe Sacramentum. † Probabilior eſt affir- 30
matiua ſententia, quam tenent Canoniſtæ *in cap.*
perlectis diſt. 25. Ioannes Maior, Scotus, Paludan.
in 4 *diſt.* 24. Caietanus *tom.* 1. *opuſculo*, *cap.* 11. pro-
bantes primo ex Patribus antiquis, qui vt pluri-
mum loquuntur de Epiſcopatu, quando Ordi-
nem dicunt eſſe Sacramentum. † Secundo quia 31
ſcripturæ, quibus Catholici probant ordinem eſſe
Sacramentum, intelliguntur de ordinatione Epiſ-
copali, vt 1. *Thimot.* patet: nam in his duobus ſolis
locis ponitur ſymbolum externum cum promiſſio-
ne Gratiæ; at in his agitur de ordinatione Thimo-
tei, qui fuit Epiſcopus, à Paulo ordinatus, vt om-
nes docent Interpretes in his locis, ſimiliter *Actor.* 3.
vbi agitur de ordinatione Pauli, & Barnabæ, quare
ſi Epiſcopalis ordinatio, non eſt Sacramentum, non
poſſumus ex ſcripturis apertè probare ordinem eſſe
Sacramentum. † Tertiò quia ordinatio Epiſcopalis 32
eſt externa cæremonia conferens gratiam, & im-
primens characterem ſpiritualem; ergo eſt propriè
Sacramentum, vt patet prius ex illo 2. *Thimot.* 1.
verſ. 6. *Reſuſcites gratiam Dei, quæ eſt in te per impoſi-*
tionem manuum mearum.

Poſterius ex illo quia Epiſcopus poteſt conferre duo Sacramenta, Confirmationem, & ſacerdotium quæ non poſſunt vlli alij; deinde quia Epiſcopus ex ſua ordinatione habet poteſtatem ſibi propriam, & characterem conſequenter. 33

Prædicta ſunt vera, nec obſtat dicere quod ſi Epiſcopatus eſſet Sacramentum, ſequeretur aliquem poſſe ordinari Epiſcopum, qui non eſſet Præsbiter, vt patet in ſimili: nam ſi aliquis ordinaretur Præsbiter qui antea non fuiſſet Diaconus, ille eſſet verè ordinatus; item quòd Epiſcopatus ſi 34

Digitized by Google

eſſet Ordo, alioqui eſſent plures Ordines, quàm ſeptem: & ſic eſſet diſtinctum, ac nouum Sacramentum. Quia reſponderur ad primum non eſſe ſimile; quia Præsbiteratus non includit Præsbitera-
35 tum. † Ad ſecundum Epiſcopatum, & Præsbiteratum facere vnum Ordinem ordinitate generica qui diuiditur in duas ſpecies; quarum vna includit aliam, & eſt ſecundùm Theologorum ſententiam dicentium eſſe tantùm Ordines ſeptem: & quid ſecundùm Canoniſtas, dixi iam *in dicto verſ. ex dictis*.

36 Et ſi inſtes dicendo characterem Epiſcopalem eſſe maiorem, aut minorem Præsbiterali, ſi maior, ergo eſt aliquid maius poteſtate conſecrandi Euchariſtiam, quod omnes negant; vt dixi *quæſt. præcedenti*; ſi minor, ergo Epiſcopus, vt talis non eſt maior Præsbyterio. Tamen reſpondeo cum Becano *de hoc Sacramento, quæſt. 3. à num. 3. 4. & 5.* quod ſi præcisè ſpectetur Epiſcopalis character, minor eſt charactere Præsbyterali; ſi autem integer ſpectetur character qui eſt in Epiſcopo, quatenus continet characterem Epiſcopalem, & Præsbyteralem, tunc ſit maior ſolo Præsbiterali: & ita in hunc ſenſum intelliguntur D. Thom. *q. 40. addit. art. 5.* Henriquez cum aliis *cap. 2. lib. 10.* Filliucius *tom. 1. tract. 9. cap. 1. num. 12.* Bonacina *tom. 1. diſp. 8. quæſt. vnica puncto 1. num 3.* dicentes Epiſcopatum non eſſe ordinem diſtinctum à ſacerdotio, Vaſquez verò, Bellarminus, Valentia, Medina apud Bonacinam tenent eſſe diſtinctum; quod eſt ſecundùm Canoniſtas, iuxta textum *in cap. decernimus 28. dist.* & Trid. *ſeſſ. 23. cap. 8.* vbi dicitur Epiſcopatum eſſe ſacrum ordinem, ſicut eſt ordo Præsbiterorum, Diaconorum: videbis qualiter hoc expendat Trullenc. *de hoc ſacram. dub. 1. cap. vnico ſub num. 6.* iuxta iam *hoc*, & *in dicto verſ. ex his dicta*, Leander nouiſſimè cum Couar. Viualdo, Nugno, Caietano, Vaſquez, Sanchez, Philiberto, Dicaſtillo, Henriquez & aliis *tom. 2. de ſacram. diſp. 10. & 11.*

37 Ad ſextam quæſtionis partem, cuius ſit ordinare Eccleſiæ miniſtros, quia hic diſtinguit tria Becanus *de hoc ſacram. quæſt. 5. per totam*, nempe electionem, ordinationem, vocationem, ſeu miſſionem, vbi longè exponendo agit refutans hæreticorum errores: & quid à Catholicis ſit tenendum, apud quem videbis. Et quia etiam pertinent ad titulum de electione, poſtulatinne, & traoſlatione Prælatorum, ideo, ex ibi notatis poteris hanc quæſtionem adimplere; igitur Catholici tenent ius ordinandi, & mittendi miniſtros nullomodo pertinere ad plebem: Sic ſunt firmandæ concluſiones
38 ſequentes. † Prima quod electio miniſtrorum Eccleſiæ non fit à ſolo Deo; item quod electio Miniſtrorum Eccleſiæ, vt v. g. Pontificis, Epiſcoporum, aut Paſtorum iure Diuino non conueniat toti populo, nec dependeat ex eius ſuffragio, & conſenſu. Et ſic videmus Chriſtum ſine vllo populi ſuffragio elegiſſe Apoſtolos 12. & 72. Diſcipulos; exemplo etiam probatur Apoſtolorum, qui eodem modo elegerunt Apoſtolos, vt conſtat; quia Epiſcopos à ſe conſecratos mittebant ad populum abſentem, & infidelem, cuius conſenſum in electione non habuerant. † Secunda quod or-
39 dinatio Epiſcoporum, & aliorum miniſtrorum Eccleſiæ, non pertinet ad plebem, ſed ad ſolos Epiſcopos, quia ſolus Moyſes, qui erat ſacerdos, & Pontifex ordinauit Aaronem, & filios in ſacerdotes. Item quia impoſitio manuum per quam ordinantur miniſtri, vt aduerſarij fatentur, nuſquam tribuitur plebi, ſed Apoſtolis, & aliis Epiſcopis. Et probatur ex Conciliis Niceno 1. *can. 4.* & Cartaginenſi 2. *canone 12.* & aliis; item ex Patribus, qui conſtanter docent ſolius Epiſcopi eſſe ordinare Diaconos, Præsbiteros, & Epiſcopos, vt iam dixi *quæſt. 2. à*
num. 1. † Tertia quod miſſio, ſeu miniſtrorum vo- 40
catio non pertinet ad populum, ſed ad Epiſcopos, & potiſſimum ad ſummum Pontificem; ex eo quia hæc miſſio eſt iuriſdictionis actus Eccleſiaſticæ; quia non eſt dictum populo, *tibi dabo claues*, aut *paſce oues meas*, aut *quorum remiſeritis peccata remittuntur eis*. Tempore enim Apoſtolorum non mittebantur, niſi ab Apoſtolis, & Epiſcopis, vt fatentur Centuriatores, *cent. 1. lib. 2. cap. 2.* & colligitur *ex cap. 14. Actorum, verſ. 22.* vbi Paulus, & Barnabas conſtituebant per ciuitates Præsbiteros, & ex Apoſtolo *ad Tit. 1. verſ. 5.* vbi ait: *Huius rei gratia reliqui te Cretæ, vt conſtituas per ciuitates Præsbiteros, ſicut & ego diſpoſui tibi*: tum etiam quia ſi electio non pertinet ad Populum iure Diuino, vt apparet ex dictis, multò minus miſſio, & vocatio; quia ipſa electio non requirit iuriſdictionem. Et licèt hæ omnes concluſiones diuerſis impugnentur obiectionibus, ſatisfacit plenè idem Becanus, quem leges *in dicta q. 5.*

QVÆSTIO III.

An initiatus Ordinibus minoribus, & ſacris, non ſuſcepta prima Tonſura, ſit irregularis, & teneatur dictam Tonſuram ſumere. Et quam intentionem debeat habere Sacerdos nouiter ordinatus, quando cum Epiſcopo in Miſſarum ſolemniis celebrat. Et an, & quando ordinandi debeant ſe præſentare examinatoribus. Et an ſacer Ordo per vim, & metum ſuſceptus imprimat characterem, & teneatur ad votum continentiæ ſic ordinatus?

SVMMARIVM.

1 *Prima Tonſura eſt tantùm præparatio ad Ordines ſecundum multos,* n. 2. & 3. *& ſecundùm alios eſt Ordo diſtinctus à cæteris,* à n. 4.
2 *Prima Tonſura quacumque die poteſt conferri.*
4 *Prima Tonſura dicitur character Clericale.*
5 *Epiſcopi nihil accipient pro collatione quorumcumque Ordinum, etiam Clericalis.*
6 *Ordinatus, omiſſa prima Tonſura, non irregularis ſit, & num alios Ordines ſine ea legitimè ſuſceperit,* n. 7. & 8.
9 *Ordinans debet habere intentionem ordinandi præſentem, ſicut qui baptizat debet intendere præſentem baptizare.*
10 *Ordinandi qualiter verba conſecrationis cum Epiſcopo ordinante, debeant proferre,* n. 11. & 12. *vbi quod iſti tantùm proferunt verba recitatiuè.*
13 *Ordinandi quando ſe debeant præſentare examinatoribus.*
14 *Ordinatus per vim abſolutam non recipit characterem, ſecùs ſi per conditionatam,* & n. 15. & 16.
15 *Clericus inuitus non ſubiicitur Ordinibus metu receptis,*

*receptis, nec voto caſtitatis, nec ad reci-
tandum officium Diuinum*, n.17.

AD primam difficultatis partem reſpondeo
1 dubium eſſe inter Doctores Theologos, &
Canoniſtas, an prima Tonſura ſit Ordo diſtinctus
ab aliis quatuor Minoribus, cumque de hoc ali-
quid dictum ſit ſupra *in Rubrica* ſub dicto verſ. *ex
dictis*. Theologi inquam, aliquibus tantùm ex-
ceptis, docent primam Tonſuram non eſſe ordi-
nem ex eo; quia licèt Tonſuratus habeat ex depu-
tatione, & priuilegio Eccleſiæ gradum quendam
inter Clericos, & ſit capax Iuriſdictionis Eccle-
ſiaſticæ, & beneficiorum, vt colliges ex his, quæ
latè dixi *in cap. 1. de foro comp* & alibi *in cap. cum
non ab homine de Iudiciis* & tenent D. Thomas *in 3.
p. queſt. 40. addit art.* 2. Sylueſter *Ordo* 1. §. 1. Nauar-
rus *in cap. 22. num.* 17. Henriquez *lib.* 10. *cap.* 3. *n.* 6.
Tamen huiuſmodi priuilegium non pertinere ad
vllam rationem, aut partem Sacramenti, nec ha-
bere illud officium annexum circa miniſterium alta-
2 ris; † Sed tantùm eſſe quid præambulum, & præ-
parationem quandam, ſeu diſpoſitionem ad Or-
dines, ſicut Cathecıſmus ad Baptiſmum, & Noui-
tiatus ad profeſſionem docent citati, & Fillincius
tom. 1. tract. 9. cap. 1. num. 13. cum aliis Bonacina
tom. 1. diſp. 3. queſt. vnica, puncto 1. *num.* 6. & Diana
p. 6. *reſol.* 29. *tract. Miſcel.* acerrimè defendit hanc
partem, non tantùm iuxta Theologos, ſed etiam
iuxta ipſum Ius Canonicum; itavt nec inter maio-
res, ſiue minores Ordines queat Tonſura annume-
rari, dicens ſic agnoſcere *cap. feriatim diſt.* 32. *cap.
illud* 7. *diſt. cap. à Subdiacono* 93. *diſt.* ſicque Conci-
lium Trid. diſtinguere conformiter Tonſuram
quoque à minoribus Ordinibus, & à maioribus
ſeſſ. 23. *cap.* 4. 5. 6. 11. 12. *&* 13. *de reform.* ſicut etiam
Romanum Pontificale, tum alibi, tum quando
dicit Clericatus, ſiue prima Tonſura quocumque
die, hora, & loco conferri poteſt, minores verò
Ordines poſſunt dari ſingulis Dominicis, & feſtiuis
3 diebus duplicibus, vbicumque in mane tamen. †
Et confirmat ex eo; quia illi demùm ſunt ordines,
qui habent rem quampiam, per cuius traditionem
ipſi conferuntur, iuxta ſynodum Florentinum, Ton-
ſuræ autem nullus aſſignat materiam, per cuius tra-
ditionem ipſa conferatur: & deinde ſatisfacit fun-
damentis Canoniſtarum ea omnia reducens, vt lo-
quantur de ſtatu clericali.

4 Verùm quia Canoniſtæ, & nonnulli Theologi
dicunt primam Tonſuram ordinem eſſe, per tex-
tum *in cap. cum contingat. de ætate, & qualitate or-
din.* & ex motu proprio Sixti V. anno 1588. contra
male promotos ad ordines, vbi primam Tonſuram
5 appellat Characterem Clerical. † Item ex Trid.
ſeſſ. 21. *cap.* 1. *de reform.* vbi dicitur nihil pro colla-
tione quorumcumque ordinum, etiã clericalis Ton-
ſuræ accipiant, ſcilicet Epiſcopi, item *ex cap. Cle-
ros* 23. *diſt. cap. perlectis* 21. *diſt. cap.* 1. iuncta *gloſſa* 1.
diſt. 32. *cap. de ordinatis ab Epiſcopo, qui renunciauit.
Epiſcop.* Cuchus *lib.* 2. *inſtit. moral. tit.* 16. *num.* 16. *&
lib.* 5. *tit.* 8. *num.* 16. poſt Nauarrum ſuprà *dicto c.* 22.
num. 18.

6 Secundum hæc fundamenta dicendum eſt, vt qui
omiſſa prima Tonſura, ordinatur, ſit irregularis; quia
eſt ordo, ergo talis, qui ſuſcepit ordinem per ſal-
tum contraxit perinde irregularitatem, ſic docuit
Martinus Forner. *de ſacram. Ordin. cap.* 8. vbi teſta-
tur Sacram Congregationem Concilij declaraſſe
eum, qui, omiſſa prima Tonſura, ordinatur, eſſe
irregularem. Contra tamen ſentit Diana plures re-
ferens *ſuprà* in verſ. *& ita*: nam cum Tonſura non
ſit ordo, & per conſequens ſic recipientem alios
ordines, omiſſa Tonſura, non contraxiſſe irregu-
laritatem, vide quæ dico hic *in cap.* 3.

His ergo ſuppoſitis breuiter ad difficultatem pro- 7
poſitam reſpondetur, vt ſi ſentiamus cum Cano-
niſtis, teneatur, qui recepit alios ordines, omiſſa
prima Tonſura, illam recipere, vt in terminis do-
cuit Franc. Siluius *in reſolutionibus variis*, verbo *Or-
do* 2. vbi ita loquitur, ſicut contra mentem Eccle-
ſiæ eſt, quod non Tonſuratus, ordines non ſuſci-
piat: ita contra illam eſt, quod non ſuſcepta Ton-
ſura in his miniſtret; ideoque Religioſo præfato,
Tonſura eſt conferenda: ita ille. † Qui verò ſentiãt 8
cum Theologis; eo quòd prima Tonſura non eſt
ordo, reuera non tenebitur ſic ordinatus ad reci-
piendam eam; & ſic in terminis ſentit Ioannes Ba-
ptiſta de Fabris, quem refert Diana *dicta reſ.* 29. *in
fine, in manuali ordinand. de hoc Sacramento cap.* 4.
queſt. 13. vbi ſic aſſerit, *Dictum eſt quod Tonſura eſt
præparatio ad ordines ſuſcipiendos, debetne neceſſariò
præcedere ordines? Reſpondeo de neceſſitate Sacra-
menti non debet præcedere; quia etiam ſi quis ſuſci-
peret ordines, non recepta Tonſura, valide eſſet ordi-
natus, nec vlterius teneretur ad Tonſuram; eſt tamen
de neceſſitate præcepti*. Ita ille.

Ad ſecundam quæſtionis partem quam intentio- 9
nem debeat habere ſacerdos nouiter ordinatus. Vt
reſpõdeam præmitto, quòd vt Epiſcopus valide or-
dinem conferat, debeat intendere facere id, quod
Chriſtus inſtituit, & facit Eccleſia, ac intendere
ordinare eum, quem habet præſentem, quæ inten-
tio dicitur religioſa, ſicut Baptizans debet intende-
re baptizare præſentem. Et ſic ſi aliquis indignus
accedat, ordinatus manet, nam credendum eſt Epiſ-
copum in actu ordinis habere legitimam intentio-
nem, videlicet ordinandi præſentem, vt docent Le-
deſma *in ſumma cap.* 5. *de Ordine, concluſione* 6. Vil-
lalobos 1. *p. tract.* 11. *difficult.* 8. *n.* 4. Ægidius Trul-
lenc. *de ſacram. cap. vnico lib.* 4. *dub.* 6. *n.* 5.

Vnde iam ad dubium noſtræ quæſtionis, cuius 10
caſus accidit frequenter; & ſic cum Diana *p.* 3. *tr.* 4.
reſ. 50. vbi refert, Layman. *in theolog. moral. lib.* 5.
tract. 2. *cap.* 7. *num.* 4. dico curandum eſſe illi ſacer-
doti, vt non poſt alios verba conſecrationis finiat:
nam ſi alius quiſquam abſolutam conſecrandi in-
tentionem habens ante alios, ipſumquè principa-
lem ſacrificantem Epiſcopum verba conſecrationis
finiat, ſolus is conſecrabit. † Et ſic vt euitetur in- 11
commodum hoc refert Layman. Doctores mone-
re, vt oporteat concelebrantes habere intentionem
conditionatam, videlicet conſecrandi ſimul cum
Epiſcopo, verba conſecrationis abſoluendo, non
item ſi præueniant, & ipſi Layman. magis placet, † 12
cautio Doctorum monentium, & noui ſacerdotes
ſeruent generalem intentionem proferendi verba
ſecundùm voluntatem Eccleſiæ; quia non de-
ſunt, qui exiſtimant illos verba conſecrationis non
dicere formaliter, & cum intentione conſecrandi,
ſed tantùm recitatiuè, & materialiter in ſignum po-
teſtatis ſibi conceſſæ. Et hanc ſententiam vt valdè
probabilem propendent Ricardus, & Suarez, quos
refert Layman. & leges eundem Suarez *tom.* 3. *diſp.*
61. *ſect.* 4. Caietan. *in* 3. *p. queſt.* 82. Henriquez *lib.* 8.
cap. 18. *num.* 2. & notat hæc Diana eo quòd multos
ſcrupulos ſedabunt *dict. reſ.* 50. *in fine*.

Ad tertiam quæſtionis partem an & quando or- 13
dinandi debeant ſe præſentare examinatoribus, tra-
ctat Antonius Naldus *in cap. quando, diſt.* 24. & quia
patet ex verbis Trid. *ſeſſ.* 23. *c.* 7. in verbis ſequenti-
bus,

Digitized by Google

bus, *Sančt a Synodus antiquorum Canonum veſtigiis inhærendo decernit vt quando Epiſcopus ordinationem facere diſpoſuerit omnes qui ad Sacrum Miniſterium accedere voluerint feria quarta ante ipſam ordinationem vel quando Epiſcopo videbitur ad ciuitatem euocentur. Epiſcopus autem ſacerdotibus, & aliis prudentibus viris peritis diuinæ legis ac in Eccleſiaſticis ſanctionibus exercitatis ſibi aſcitis ordinandorum genus, perſonam, ætatem, inſtitutionem, mores, doctrinam, & fidem diligenter inueſtiget & examinet*, plures congerit *ibi* Barboſa & applicabis quæ dico latè *de ſcrutinio in ordine faciendo.*

14 Ad quartam quæſtionis partem, etſi abſolutè Antonius Cabreros *de metu lib.1. cap. 16. num. 8.* dicat non recipi characterem ab ordinato per vim, & metum; quia vbi de ſubſtantia actus eſt libertas voluntatis, tunc actus annulletur ipſo iure, ex *l. ſimul §. ſi dos ff. de his quæ vi cap. cum locum de ſponſal.* Et quia Votum metu factum eſt ipſo iure nullum, *cap. licet de Voto*, & ex aliis multis exemplis, quæ refert ex eo Diana *p.10. tract. 13. reſ.18.* præter quæ poteris applicare quæ dixi infra *in cap. verum etſi vero de iureiuran.* vbi quæ nulla ſint metu
15 interueniente, adduxi. † Et ſic dixit textus *in cap. præſens 20. quæſt.3.* quod Clericus inuitus non ſubiicitur ordinibus metu receptis; & applicabis iura *in cap. conſtitutionem, verſ. ſciens in cap.1. cap. non ſolùm de regul. libro 6.* & *in cap.2. num.20. quæſt.3. & in cap.2. de regularib.* quibus profeſſio, & habitus aſſumptus religioſi debet eſſe voluntaria, cumque regulariter aſſumptio ordinis, & profeſſionis ſint à iure æquiparata, *cap.1.* in verſ. *per ſuſceptionem ſacri ordinis, aut profeſſionem, cap.1. de Voto libro 6.* euenit vt videatur ſic decidendum
16 in noſtro caſu. † Tamen ſub diſtinctione reſpondeo, nempe vt ſi ordo ſuſcipiatur per vim abſolutam, non imprimatur Character, ſecus ſi per vim conditionatam; argum. textus *in cap. merito 15. quæſt.1.* docent Silueſter. *verbo Ordo 4. numero 1.* Barboſa *de poteſtate Epiſcopi p.2. allegat.2. num.5. & 6.* Diana cum aliis *ſuprà*. Marchinus *de hoc ſacram. tract.2. p.6. cap.8. difficult. 9. num.12.* Dicaſtillus *de ſacram. tom.1. tract.6. diſp.1. dubio 19. num. 424.* Auerſa *de hoc ſacram. quæſt.4. ſect. 8.* Etenim per vim conditionatam ordinatus habet velle; etſi ſecundùm quid nolit; quare Doctores exiſtimant ſententiam Cabreros ſolum obtinere quando per vim abſolutam quis ordinatur.

17 An verò ſic ordinatus teneatur voto caſtitatis, Dicaſtillus, vbi ſuprà, *num.438.* cui adhæret cum aliis Diana *ſupra verſ. ſed ex his*, probat non teneri ex vi ſuſcepti ordinis, nec ad recitandum officium canonicum, quod eſt onus adiunctum ſponte ordinato, videndus Sanchez *de matrim. lib.7. diſp. 29. num. 5. & 8.* Henriquez *lib.10. de hoc ſacram. cap. 14. num. 13.* niſi ſciens, & prudens velit exercere in ordine, recedens à voluntate compreſſa.

* * *

Ad Text. in cap. I. II. & III. item ad cap. XIII. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Ordines ſacri non niſi in ſex Sabbatis anni conferri queunt, & quæ ſint*, n.2. *& qua ratione* n.3. & 4. *fallit*. n.5.

4 *Sabbati dies ſignificat requiem.*

5 *Ordinari queunt fratres minores, & Ieſuitæ extra tempora ex diſpenſatione Pontificia in quibuſuis diebus anni Dominicis, vel feſtiuis, & qui tales dicantur*, n.7.

6 *Ordinandi tempus non variatur aliqua conſuetudine.*

7 *Feſtus dies ad effectum Ordines recipiendi, qualiter intelligatur.*

8 *Ordines maiores in diebus feſtis, & Dominicis poteſt aliquando Epiſcopus conferre. Et ordines minores feria ſexta ante Sabbatum*, numero 9.

10 *Prima Tonſura quolibet die, & hora poteſt conferri, & in vna die quatuor Minores ordines ſimul cum Diaconatu &* n.12. *&* n.13. *vbi ſi adſit cauſa, & neceſſitas, contra diuerſis diebus tutius, & quare*, n.14.

11 *Ordines maiores conferri poſſent die Dominica pro mane continuato ieiunio Sabbati generalium ordinum.*

15 Cap. litteras 13. de temporibus ordin. *& numero 17.*

16 *Ordines duos ſacros in vna die conferre non poteſt Epiſcopus ſub ſuſpenſionis pœna, ſi conferat: & quid ſi continuato ieiunio in Sabbato vnum, & in Dominica alium*, numero 19.

17 *Ordines duos Sacros in vera die ſuſcipientes qua pœna plectuntur &* n.18. *Quid ſi continuato ieiunio ſuſcipiat ordinatus, vnum ordinem ſacrum in Sabbato, alium die Dominica ſequenti*, n.19.

18 Cap. fin. 75. diſt.

20 *Ordines duos ſacros ſuſcipiens in vna die, eſt ſuſpenſus ab vltimo, & ſi ſuſcipiat tres, erit ſuſpenſus à duobus vltimis*, n.21.

22 *Ordinem ſacerdotalem, & conſecrationem Epiſcopalem poteſt quis abſque aliqua ſuſpenſione recipere, vel in Sabbato, & Dominica, vel in Sabbato ordinem, & in Dominica, continuato ieiunio conſecrationem.*

23 *Ordines duo ſacri diſpenſatione Pontificia poſſunt recipi in vna die.*

24 *Ordines ſacri de iure conferuntur in Cathedrali, de conſuetudine in qualibet Eccleſia ab Epiſcopo, & quibus vocatis.*

25 *Ordines minores in domo Epiſcopali, ſeu in aliena conferri poſſunt.*

26 *Ordines ſacri conferri poſſunt circa nonam horam, etſi omni tempore collati imprimant Characterem, & à quocumque Epiſcopo, ſeruata forma Eccleſiæ*, n.30.

27 *Ordines ſacri vt conferantur miſſa non eſt de eorum ſubſtantia; etſi de conſuetudine requiratur, in minoribus non item.*

29 *Or*

29 *Ordinum conferendorum locus eſt deſignan-
dus.*
31 *Ordines maiores quare ſacri appellantur* , &
num.32.

1 HÆc omnia iura cum ad tempora, in quibus
maiores, & minores debent conferri perti-
neant, ideò ſub vnica tractatione explanando, quæ
ad quamlibet deciſionem ſpectant, libenter ad-
iungam. Igitur regula generalis ea eſt, ſacros Or-
dines non niſi in ſex Sabbatis anni conferri licere
ſtatuerunt iura in cap. quod die. & in cap. fin. 75. diſt.
2 † Nempe in Sabbatis quatuor Temporum quæ
ſunt tertia Dominica aduentus poſt primam Do-
minicam Quadrageſimæ poſt Dominicam Pente-
coſtes, & poſt feſtum Exaltationis ſanctæ Crucis,
& in Sabbato præcedenti Dominicam de Paſſione,
& in Sabbato ſancto, & Trid. Concilium illorum
Canonum ſtatuta ſeruari iubet, ſeſſ. 23. cap. 8. vbi
vbi plenè Doctores, & hic.
3 Summa ergo ratione prædicti ſacri Ordines his
temporibus conferuntur, vt ſcilicet Chriſti fideles
Sacrarum rerum miniſtri, qui ad tanti miniſterij
poteſtatem aſſumuntur piis, & ſanctis precationi-
bus intenti rectè, & cum Eccleſiæ vtilitate ad eam
gerendam aptiores ſint, prout dicit Cathechiſis
Romana ſub tit. de ſacram. Ordinis §. ſequitur nunc,
quam vtiliorem appellat rationem Barboſa in pa-
ſtor. p. 2. allegat. 17. ſub num. 2. dicens veriorem eſſe
his, quas tradunt Præpoſitus in cap. quoniam §. ca-
terorum 75. diſt. Rebuffus in praxi beneficiali tit. de
4 Clericis male promotis gloſſa 1. num. 8. & 9. † Et ad-
dit Barboſa diebus Sabbati Eccleſiam potius con-
ſtituiſſe Ordines ſacros eſſe conferendos; quia Sab-
batum ſignificat requiem, vt tangit gloſſa in dicto
cap. litteras 13. hoc tit. qua de cauſa applicabis plura,
quæ dixi, & latiſſimè in cap. licet 3. de ferüs de die
Sabbati aliquid ſub cap. translato 3. ſupra de conſti-
tutionibus.
5 Hæc tamen ſic ſe habent, niſi Pontifex aliter
conſtituat concedendo Epiſcopo ex gratia ſpeciali,
vt Ordines extra tempora conferat, vt multis pro-
bat Barboſa in paſtor. dict. c. 17. num. 5. exemplificans
num. 6. & 7. vbi ait minores fratres, & omnes, qui
illorum priuilegiis fruuntur poſſe extra ſtatuta tem-
pora Dominicis diebus, vel aliis feſtiuis ſacros
Ordines ſuſcipere ex conſtit. Clem. VIII. Item &
Patres Societatis IESV poſſe ordinari ad quoſvis
ordines, etiam maiores extra prædicta tempora ex
indulto Gregor. XIII. anno 1582. & idem Bar-
boſa tradit hic à num. 3. vbi addit virtute aliorum
priuilegiorum ante Trident. conceſſorum non poſ-
ſe regulares nonc ab Epiſcopis ordinari ſacris or-
dinibus extra tempora; & num. 2. notat ex textu
noſtro Romanum Pontificem poſſe quolibet tem-
pore conferre etiam Ordines ſacros.
6 His ergo temporibus ſacri Ordines conferendi
ſunt, taliter vt nec conſuetudine contrarium induci
poſſit, vt probat textus expreſſus in dicto cap. 2.
hic, & multi, quos refert idem Barboſa hic, & in
paſtor. dict. cap. 17. num. 4. & videbis quæ tradit Sua-
rez de cenſur. diſput. 31. ſect. 1. à num. 30. vbi agit de
ſuſpenſione in eum, qui extra tempora ordinatur
per textum in dicto cap. 2. de quo infra. Sed ſi du-
bites quare conſuetudo in contrarium reprobetur;
recurres ad plura quæ notaui ſuprà in cap. ex parte,
& in cap. fin. de conſuetudine; item & ad ea, quæ
latè dixi in cap. 8. de iudiciis, & in cap. 2. de probat.
& ibi: Balboam à n. 40. & ad gloſſam hic de caſuali
applicabis Couar. in clem. ſi furioſus 2. p. §. 1. & à n. 6.

Et quatenus ſpectat nunc tractare de cap. 3. hu- 7
ius tituli, dubitabis an ordines minores, ac prima
Tonſura ſint conferendi, ſicut & ordines ſacri, an
verò poſſint diebus quibuſlibet feſtiuis, de quo vi-
debis quæ dixi latè in cap. 1. quæſt. 6. verſ. ad vlti-
mam à num. 11. vbi de quæſtione illa, Qualiter dies
feſti intelligantur ad effectum, vt aliquis ordinandus
virtute priuilegij, Sacramentum exerceatur. Igitur
viſo quod ibi dictum eſt, nunc reſolues ordines
minores quolibet die Dominico, & quouis die fa-
cto conferri poſſe: ſic Henriquez lib. 10. cap. 12.
num. 2. Ochagauia de Sacram. Ordin. quæſt. 9. n. 8.
Filliucius tom. 1. tract. 9. cap. 4. num. 83. Caſtaldus in
praxi cærem. lib. 2. ſect. 15. cap. 3. num. 3. Layman.
lib. 5. tract. 10. cap 8. n. 1. & cum multis aliis Diana
p. 5. tract. 13. Miſcell. 1. reſol. 97.
Imò eſt notandum poſſe Epiſcopum conferre 8
Ordines minores tribus, aut etiam pluribus in
qualibet Dominica, aut feſto die; dummodo non
videatur facere generalem. † Et conſuetudo re- 9
cepta concedit Epiſcopis, vt Feria ſexta Veſpere
ante Sabbatum, in quo Sabbato iure poſſunt om-
nes Ordines conferri, liceat dare Ordines minores:
Sic Reginaldus tom. 2. lib. 30. tract. 1. cap. 5. num. 26.
Henriquez lib. 10. cap. 12. num. 12. Villalobos in ſum-
ma part. 1. tract. 11. dubio 13. num. 4. Vaſquez in 3. p.
tom. 5. diſput. 246. cap. 5. num. 47. & 48. † vbi etiam 10
notat primam Tonſuram quovis anni tempore,
quovis die, hora, & loco dari poſſe, & contra Na-
uarrum, & alios non eſſe iure vetitum eodem die
quatuor minores Ordines, & vnum Sacrum recipe-
re: & aliquando teſtatur ſe vidiſſe minores Ordi-
nes ſimul cum Subdiaconatu eodem die eidem cō-
ferri; quod idem tradunt contra Reginaldum ſuprà,
Gaſpar. Hurtad. de Ordine diff. 23. Diana p. 2. tract. 2.
Miſcell. 2. reſ. 30. verſ. notandum, & applicabis quæ
congerit multis aliis Barboſa hic, num. 2. 3. & 4. † vbi 11
ſub num. 6. notat cum Henriquez, & Diana ſuprà
poſſe Epiſcopum maiores Ordines conferre Domi-
nica ſequenti poſt Sabbatum, in quo dari poſſunt,
ſi cauſa ſubſit; dummodo ieiunium Sabbati conti-
nuet vſque ad Dominicam, quod continuari dicitur,
poſt Miſſam Sabbati, niſi ſumpſerit ablutionem. † 12
Et iterum nouiſſimè idem Diana part. 10. tract. 11.
reſol. 66. defendit contra Martinum de S. Ioſeph.
in monit. confeſ. tom. 1. libro 1. tractat. 5. de Or-
dine, dicentem dari quatuor minores Ordines
poſſe in qualibet Dominica; ſeu die feſtiuo vni,
vel duobus, & non pluribus perſonis, ſic ex
Gaſpar. Hurtado tenentem per dict. cap. 3. etenim
ipſe Diana porrigit etiam ad plures alios ordinan-
dos modo dicto, cum Caſtro Palao tom. 4. tract. 27.
puncto 13. num. 2. Baſſæo in floribus, verbo Ordo 4.
num. 4. plures alios refert Diana, & Sanchez in opuſ-
culo tom. 2. lib. 7. cap. 1. dubio 52. num. 8. Leander de
ſacram. tom. 2. tract. 6. diſp. 11. quæſt. 5. ita intelligen-
tes dict. cap. 3. hoc tit.
Sed etſi in eadem die poſſit Epiſcopus omnes 13
quatuor minores Ordines conferre ſimul, & Dia-
conatum; exiſtimo id non eſſe ad libitum, niſi
quando adeſt cauſa, ſeu neceſſitas, quæ legitima
viſa ſit Epiſcopo, vt aduertunt Miranda in manuali
Prælator. tom. 1. quæſt. 38. num. 5. concluſ. 2. Marius
Anton. variar. reſol. fin. lib. 1. caſu 26. conſtituentes,
vt ſit inter vnum, & alterum minorem ordinem
conſtituendum interuallum, quod daretur de vno
die feſto ad alium proximum: ſic Campanil. in di-
uerſ. iuris canon. Rubrica 5. cap 3. num. 13. † vel tu- 14
tius interueniente interuallo de vno ex temporibus
generalium ordinationum ad aliud. Maiolus de ir-
regularitate

regularitate lib.3.cap.24.num.13. Vgolin. *de poteſtate Epiſcop.cap.26.§.27.num.4.* quod iuuatur ex Trid. *ſeſſ.23.de reformat. cap.11.* ibi atque ita de gradu in gradum aſcendunt, vt in eis cum ætate vitæ meritum, & doctrina maior accreſcat; circa quod dixit Menochius *de arbitrariis caſu 564. num.8.* Trident. ſubſtituiſſe omnem conſuetudinem, v[...] tenuit Salzed.ad Bernardum Diaz, *in pract.* [...].25. *litt. C.* verbo *vna eademque die*: verum Suarez *ad 3.D.Thom.tom.5.diſp.31.ſect.3.num.41.* Campanil. ſuprà *dict.Rub.6.cap.2.num.20.* Gutierrez *Canonic. lib.1. cap.26. num. 31.* Bonacina *de cenſuris diſp.7. quæſt.3. puncto 4 num.3.* Zenedus *ad decretal. collect.173.num.1.& 2.* cum aliis Barboſa hic docent, quod vbi aderit contraria conſuetudo, nempe conferendi vna die quatuor minores Ordines & Subdiaconatum ſimul poſſe ſic exerceri abſque metu irregularitatis; & ita in praxi obſeruari video multoties apud bonos, & timoratos Epiſcopos, dum adſit cauſa.

15 Hinc ſequitur dubitare circa textum *in dict.cap. literas 13.* hoc tit. *Num duo ſacri ordines poſſint in eadem die conferri.* Et affirmat Pontifex *ibi*, nec in vna die, nec in duobus, continuato ieiunio, dari

16 poſſe, quia ex fictione iuris habentur pro vno, † multis comprobat Barboſa, *ibi num.1.& 2.* & facit Trid. *dict.ſeſſ.23. de reform. cap.13.* vbi reuocantur priuilegia quorumcumque Regularium, ne cui liceat duos ſacros Ordines recipere vno die, vbi idem Barboſa comprobat multis, & *in cap. paſtorali p.2. allegat.14.num.10.* & ex hoc textu addit, *num.3. 4. & 5.* quòd Epiſcopus conferens duos ordines ſacros in vna die, eſt ſuſpenſus à collatione illorum, & ordinatus ab executione, donec Pontifex diſpenſationem ei indulgeat, de quo ipſe Diana *p.3.allegat.111.num.12.* cum infinitis.

17 Itaque *ex dicto cap.literas*, etſi per Trid. nulla ſit pœna conſtituta aduerſus recipientes eadem die duos ſacros ordines, ſed per illum textum *in cap. dilectus 16. hoc tit.* ponitur ſequens pœna in illis verbis, ibi: *Ab executione officij ſacerdotalis tandiu volumus manere ſuſpenſum, donec de illo diſponatur &c.* & *in cap. innotuit de eo, qui furtiue ordines ſuſcepit*, ibi: *In ſuſceptis ordinibus miniſtrare non debeat.* Ex quibus poſtremis verbis rectè colligitur hanc ſuſpenſionem eſſe latæ ſententiæ ex ipſo facto, vt per illum textum reſoluunt Nauarr. *in manuali cap.25. num.71.* Marchinus *de hoc ſacram. tract.1.p.7.cap.1. num.2.* Bonacina *de cenſuris extra Bullam diſp 3.quæſt.1.puncto 4.§.17.num.1.* Barboſa *dict.allegat.14. num.11.* & hoc quidquid dicat Suarez *de Cenſuris diſp.31.ſect.1. num.41.* qui meò videri benè ſuam opinionem probat ex verbis *cap.2. hoc tit.* ibi: *Taliter ordinati non deberent permitti, in ſuſceptis ordinibus miniſtrare, nam apud nos ſic or-*

18 *dinati deponerentur.* † Et videtur confirmari; quia cum *in cap.vlt.75.diſt.* deſignentur quidem tempora ad ordinandum definita; verùm ibi non ponitur pœna aliqua tranſgreſſoribus; & ſic etſi Syluester, & Angelus, verbo *Irregularitas*, cum nonnullis Canoniſtis dicant hanc ſuſpenſionem ipſo iure latam: tamen Suarez viſum eſt loqui ſolum de ferenda ab homine. Sed video has contrarias opiniones eſſe in ſuo caſu veras, & non contrarias cum prima ſit de caſu, nempe de pœna, quæ incurritur, cum duo ſacri ordines in vna die dantur. Secunda autem quando extra tempora ab Eccleſia determinata illi ordines conferuntur, de qua pœna dico *in cap.cum quidam 8.hoc tit.*

19 Itaque declarabis ſuſpenſionem, quam propoſuimus incurrere etiam illum, qui continuato eiuſdem diei ieiunio, Dominica die ſequenti quatuor Temporum recipit duos ordines ſacros, vt aſſerunt citati à Barboſa *allegat.18.p.2. num.1. in fine*, cum multis Henriquez *lib.13.cap.38.§.3. in fine*, Salzedo ad Bernardum Diaz *cap.25.prope finem pag.104.* vbi dicit etiam tunc ſuſpenſum eſſe Epiſcopum à collatione Ordinum, & ordinatum ab executione, donec Apoſtolica ſedes diſpenſationem ei indulgeat. Et eſt ratio quia ſi continuato ieiunio in Sabbato Quatuor Temporum vſque ad Dominicam conferantur, ordines in Dominica cenſentur vno die conferri, cum reputetur idem tempus, & dies. Et ita ſi quis die Sabbati fiat Diaconus, & continuato ieiunio in Dominica mox ſequenti initietur ſacerdos; item incurrent ſuſpenſionem ordinatus, & ordinans, vt tradunt Henriquez *dict.lib.13.c.6. §.5.in com. littera D*, Barboſa *in dicto cap. literas num.3.in fine.*

Sed ſi dubites an ſuſcipiens vna die duos ſacros ordines, ſit ſuſpenſus ab vtroque, vel ab altero eorum; & in hoc caſu ſuſpenſum eſſe tantum ab vltimo Ordine ſuſcepto; eo quod legitimo tempore ſuſceperit: ſic docent Suarez *de cenſuris diſp.31.ſect.1.num.40.* & probat ex verbis textus noſtri iam ſupra relatis ibi, *ab executione officij Sacerdotalis*; † inferens ibi quod ſi tres ſacri Ordines fuerint eodem die ſuſcepti, ſuſpenſio ſit à duobus vltimis; quia illi fuerunt illegitimè ſuſcepti, docent relatam ſententiam Sayrus *eodem tract. lib. 4. cap.14.à num.23.* Molfeſius *in ſumma tr.2. cap. 18. num.9.* Marchinus *de hoc Saramento tract.1.p 7.c.1. num. 2. in fine* cum multis Barboſa *in collect.* Trid. *dict.ſeſſ.23.cap.13.num 15.* 20 21

Vnum tamen notari oportet quod ſi Epiſcopatus reciperetur cum aliquo ex ſacris Ordinibus in vna die modo dicto, non per hoc incurri ſuſpenſionis pœnam; quia etſi ſecundùm Canoniſtas ſit nouus Ordo diſtinctus ab aliis tribus ſacris, vt iam dixi; tamen quia Ordo iſte Epiſcopatus, quoad incurrendas ſimiles pœnas non annumeratur inter Ordines ſacros receptos in vna die; ideo euenit non incurri hanc ſuſpenſionem, etiam ſi quis die Sabbati, & Dominica, continuato ieiunio ordinetur Sacerdos, & conſecretur Epiſcopus, vt notarunt Ioannes Andreas *in dict. cap. quod à patribus diſt.75.* Abbas *in noſtro cap.literas*, vbi refert etiam alios addidiſſe quod licèt die Dominica prius Sacerdotalem Ordinem (quod fieri poteſt continuato ieiunio Sabbati) & poſtea conſecrationem Epiſcopalem ſuſciperet, non faceret contra hanc prohibitionem: ſequitur Suarez *dicta diſp. 31. ſect. 1. num.40. in fine*, quibus addo minus incurri prædictam pœnam, ſi ſequamur Theologorum ſententiam dicentium Epiſcopatum non eſſe nouum ordinem diſtinctum à Præsbyteratu ſecundùm notata ſuprà *in Rubrica*: & quod conſecratio Epiſcopi poſſit fieri quolibet die Dominico, docet Trullenc. *de ſacram. lib.6. cap. vnico dubio 9. numero 1.* 22

Verum eſt tamen poſſe Pontificem diſpenſare vt in vna die recipi poſſint duo ſacri ordines; quia hæc prohibitio eſt de iure poſitiuo, in quo ipſe diſpenſare poteſt, Molfeſius *dict.tract.2. in ſumm. cap.14. num.4.* Fr. Eman. Rodriguez *quæſt. regul. tom.3.quæſt.23.art.4.& quæſt. 24.art.5.* ſed id Epiſcopo non licere, nec ex rationabili cauſa probat textus *in cap.dilectus 16.hoc tit.* Barboſa *dicta allegat.14.num.11.in fine.* 23

Nunc verò inquires de loco, & hora, quibus

ordines

ordines ſacri,& alij ſint conferendi. Et ad primum reſpondeo ſacros ordines de iure conferendos eſſe in Eccleſia Cathedrali, vt aſſerunt Sanchez *in opuſculo mor.lib.7.cap.1.dubio* 50. *num.*1. Syluester *verbo Ordo* 2.*n.*8. ſed de conſuetudine licere etiam in ea Eccleſia eos dare, quam Epiſcopus elegerit, vt tenent D.Anton.3.*p.ſumm. tit.*14. *cap.*16. §.17. Rebuffus *in Regula* 23. *Cancel.* verſ. *& minores*, Vgolinus *de poteſt. Epiſcopi cap.* 16. §. 24. *num.*2. Henriquez *in ſumma lib.*10. *cap.*11.§.3. hodie inquam Tridentinum Concil.*diſp...ſeſſ.*23.*cap.*8. ſub verbi ſequentibus: *Ordinationes ſacrorum ordinum in Eccleſia Cathedrali, vocatis præſentibus ad id Eccleſia Canonicis publice celebrentur, ſi autem in alio Diœceſis loco, præſente Clero digníor loci quantum fieri poterit Eccleſia ſemper adeatur*: ſic Sanchez *ſupra*, Garcia *de beneſ. p.*8. *cap.*1. *num.*17. *in fine*, cum aliis Barboſa *in paſtor. dicta allegat.*14. *num.*12. & in dicto Trid.decreto plura coogerens,
25 vbi *n.*12. 13. *&* 14. cum multis hæc probat, † addens poſſe Epiſcopum ordines minores in eius Domo conferre; imò & in domo non Epiſcopali de conſuetudine licere, vt ſe non ſemel obſeruari vidiſſe atteſtatur Campanil.*in diuerſ. iuris, canon. Rub.*6.*n.*17.

26 Horam verò pro Sacrorum ordinum collatione, eſſe circa nonam, colligitur ex gloſſa *dicti cap. quo à patribus* 75.*diſt.vbi Archidiacon.*ſed vſus obſeruat, vt conferantur mane quacumque hora, vt tradit Barboſa *ſupra num.* 13. vbi dicit tempus hoc non eſſe de ſubſtantia collationis Ordinum, ſecundùm doctrinam Hoſtienſis *in cap. conſultationi n.*2. *hoc tit.*vbi habetur, quod tempus, ætas, & Epiſcopi qualitas, non ſunt de ſubſtantia Ordinum; imo characterem imprimi, ſi quocunque tempore, à quocumque Epiſcopo dummodo in forma Ec-
27 cleſiæ, & homini baptizato conferantur. † Et addit idem Barboſa *dicta allegat.* 14. quod cum ſacri ordines conferuntur, miſſa non eſt de eorum ſubſtantia, vt notant Doctores *in cap. quod ſicut de elect.* licèt requiratur de honeſtate, & vſu, vt affirmant Imola *in dicto cap. quod ſicut num.*16. Soto *in* 4.*diſt.*24.*quæſt.*2.*art.*1.*concluſ.*2.Sanchez *in opuſ-*
28 *culo moral.lib.*6.*cap.*1.*dubio* 4.†Et addit idem Barboſa *in dict.cap.*8.*ſeſſ.*23.*Trid.num.*14.cum Aloyſio Riccio *in praxi reſol.*466. Camp.*dict. Rub.*6.*cap.*2. *num.*19. ſine miſſa, & à non ieiuno poſſe conferri minores Ordines, non autem maiores; quamvis de eius ſubſtantia non ſit.

29 Sed an locus, vbi Epiſcopus ordines confert ſit exprimendus in litteris ordinandorum?& Meneſius *in l.*4.*cod. de diuerſis reſcriptis,num.*12. affirmat exprimendum, de quo videbis Caldam Pereira *de empt. cap.*5. *num.*10. qui ſic tenet cum eodem Meneſio, & cum Rebuffo *in praxi tit. de forma litterar.Tonſur.num.*17. refert Barboſa *dicta allegat.*14.
30 *num.*15. † Et quòd tempus non ſit de ſubſtantia ad conferendos Ordines, tenuit idem Barboſa *alleg.*17.*diſt.*2.*p. num.*8. ex gloſſa *in cap. ordinationis el.*1.*diſt.*75. cum Vgolino, quibus addo Ægidium Trullenc. *de ſacram. lib.* 7. *cap. vnico dubio* 9. *ſub num.*1.*in fine*, vbi addit incurrere pœnas extra tempora conſtitutas ordinantes, & ordinati, de quibus dico *infra*.

31 Quod ſi iterum dubites quare maiores ordines appellentur ſacri, reſpondeo ſic appellari à Sanctimonia, id eſt caſtitate, & continentia, quam inducunt, gloſſa *fin.in ſum.*32.*diſt.*Bellarm.*lib.*1. *de hoc ſacram.cap.*8. verſ. *reſpondeo*, *el.*1. quia illis annexum eſt caſtitatis votum, de quo latè Barboſa *dicta* 2.*p.allegat.* 15. qui *dicta allegatione* 14. *n.*17.ait quod recta ratione ſacer ordo peculiariter in Eccleſia is dicitur, cui eſt annexum ſacrum votum continentiæ propter quod homo dicatur, & ſacratur Deo,vt docent Valentia *tom.*4. *diſp.*9. *quæſt.*1.*puncto* 4.verſ. *Innocentius verò*, Fornar. *de ſacram. Ordinis*, *c.*1.*num.*1. Bonacina *de ſacram.diſp.*8 *quæſt. vnica puncto* 2.*num.*2.*ad finem*, Flamin.*de reſignat.*
*lib.*5. *quæſt.*5. † Sed Carolus de Graſſis *de effectibus* 32
*Clerical.*6. *in præludio num.*296. Alphonſus de Aluarez *in opuſcule, iuris Pontificis cap.*88.verſ.*circa iſtum articulum* tenent maiores ordines dici ſacros; quia ordinati in eis ſunt, quorum actus, aut habent ſacra tangere, aut Sacramentum altaris perficere.

Ad Text. in Cap. Ex tenore IV. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

De materia huius textus latè ago infrà, *in cap.fin.hoc tit.*

Ad Text. in Cap. Ad aures V. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus non poteſt ordinare Religioſos ſine litteris, & licentia ſuorum Prælatorum, item nec ſæculares alterius Diœceſis.*

2 *Scandali materia remiſſiuè.*

Textus hic probat quòd Epiſcopus non poteſt 1
ordinare Religioſos ſine litteris, & licentia ſuorum Prælatorum, & patet ex Trid. *ſeſſione* 14. *de reformat. cap.*1. quod etiam quoad ſæculares diſpònit *ſeſſ.*21. *de reformat.cap.*2. verſ.*niſi illi*, vbi committitur Ordinariis ad ordines illos promouere, quos iudicauerint aſſumendos: alia ponit hic videnda Barboſa *à num.*2. videndus etiam in prædictis locis Concilij, quibus omnibus ego addo
quæſtiones, quæ ſubſequuntur. † Et quatenus *hic* 2
in verſ. *quam cum præpoſitorum ſcandale*, poteſt agi de ſcandali materia, adiunges quæ latè dixi *ſub cap.* 2. *de præſcriptionibus*, vbi Barboſa *à num.* 2. 23. *&* 28.

* * *

QVÆSTIO I.

An Religioſi, qui ordinari volunt, debeant habere dimiſſorias à Diæceſano Epiſcopo. An Prælati regulares locales poſſint concedere dimiſſorias ſuis Nouitiis, vt ordinentur ab Epiſcopo. An Abbates inſulati poſſint conferre Ordines minores laicis ſibi non ſubditis, ſi Epiſcopi licentia exiſtat. Et an Epiſcopi abſque alia inquiſitione vitæ ordinandorum, teneant Religioſos ordinare, habitis dimiſſoriis tantum ſuorum Prælatorum?

SVMMARIVM.

1 *Religioſi ſunt ordinandi in ſacris ab Epiſcopis propriæ Diœceſis, vel ab eis accepturi dimiſſorias ſecundum aliquos, ſed ſecundum alios dimiſſorias concedi à Religioſis*, n.2. & 3.

3 *Religioſi ordinandi cum dimiſſoriis, ſuorum ſuperiorum examinantur ab Epiſcopo ordinante circa doctrinam*, n.17. & 18.

4 *Prælati concedentes dimiſſorias ad Epiſcopum alterius Diœceſis debent in eis exprimere cauſam, ob quam proprius Epiſcopus ordinationes non præſtat, contra facientes ſuſpenduntur*, n.5.

6 *Regularis debet ordinari ab Epiſcopo, vbi degit, etſi ab alio accedente aſſenſu proprij, & cum dimiſſoriis ſuperioris ſui*, num.7. & 11. & num.8. *vbi quid in exemptis.*

7 Cap. cum nullus hoc tit. lib. 6. & ibi §. religioſi.

9 *Ieſuitæ à quocumque Antiſtite ex priuilegio ordinari poſſunt*, n.14.

10 *Regulares nullius Diœceſis ordinantur ab Epiſcopo viciniori.*

11 *Pij V. Conſtitutio* 37. ſi mendicantium, *reuocata alia Gregor. XIII.* quæſt.15. *incipit* in tantâ.

12 *Nouitij ordinari poſſunt ab Epiſcopis cum dimiſſoriis proprij Prælati*, n.13. & 14. & n.15. *vbi è contra de Iure communi in ordinibus minoribus, non in ſacris*, n.20.

17 *Epiſcopi debent ordinare Religioſos venientes cum dimiſſoriis ſuorum Prælatorum, quibus fit fides de natalibus, ætate, moribus, & vita fallit circa doctrinam* num.18. & *de praxi* num.19.

19 *Dimiſſoria, vt Religioſi ordinentur quid debeant continere, & de quibus fidem facere.*

20 *Nouitij dum ordinari poſſunt virtute dimiſſorialium ſui Prælati intelligitur de minoribus ordinibus, non in ſacris niſi poſt profeſſionem.*

21 *Dimiſſoria pro ordinandis nouitiis, ſi concedi non poſſunt à Prælato ſuo, poſſunt concedi ab Epiſcopo habitationis.*

1 AD primam quæſtionis partem. Henriquez *in ſumma lib.*10. *cap.*23. *num.*4. Pater Vincentius Filliucius *in ſuis quæſtion. moral. tom.* 1. *tract.*6. *cap.*5. *num.*98. affirmatiuè reſpondent: nam
Gregor. XIII. ſtatuit vt regulares ſuſcipiant ordines ſacro ab Epiſcopis, in quorum Diœceſi ſunt monaſteria, vel dimiſſorias ab eis accipiant: & hoc etiam colligitur ex Trid. *ſeſſ.* 23. *cap.* 8. in verſ. ibi
vnuſquiſque enim à proprio Epiſcopo ordinetur. † 2
Sed Diana *p.*2. *tract.*16. *miſcel.* 2. *reſ.* 15. abſolutè
docet reſpectu omnium Religionum contrariam
ſententiam, vbi ait de mandato Sixti V. auditos
fuiſſe procuratores Religionum ſuper declaratione
Greg. in qua Regulares tenebantur recipere ordines
ſacros, vel dimiſſorias ab Epiſcopis; & quod idem
Sanctiſſimus, hoc non obſtante, pronunciauit ex
ſententia poſſe Religioſos cõcedere dimiſſorias ad
Epiſcopum Diœceſis, quod ſi abſuerit ad quem-
cumque, † dummodo ab Epiſcopo, qui ordines 3
contulerit examinentur quo ad doctrinam; & ibi
refert modũ, & formam præſcriptam à Clem. VIII.
iuxta declarationem Trid. per ſacram Congrega-
tionem, quæ diſpoſuit poſſe Superiores Regulares
ſuo ſubdito itidem regulari, qui præditus qualita-
tibus requiſitis ordines ſuſcipere voluerit litteras
dimiſſorias concedere, ad Epiſcopum tamen Diœ-
ceſanum, nempe illius Monaſterij, in cuius familia
ab his, ad quos pertinet is regularis poſitus fuerit;
etſi Diœceſanus abſuerit, vel non, eſſet ordines
habiturus ad quemcumque alium Epiſcopum; dum
tamen ab eo Epiſcopo, qui ordines contulerit exa-
minentur, quoad doctrinam. & dum ipſi regulares
non diſtulerint de induſtria conceſſionem dimiſſo-
riarum in id tempus, quo Epiſcopus Diœceſanus,
vel abfuturus, vel nullas habiturus eſſet ordinatio-
nes: de quo examine vide quæ notanter dico infra
*q.*2. *verſ. notandum.*

Quod decretum referunt ad litteram Piaſetius 4
*in praxi Epiſcopali p.*1. *cap.*1. *num.*14. Quaranta *in*
ſumma Bullarij, verbo *Ordo, in fine.* Naldus *in ſum-*
ma verb. *Ordo, num.*26. addentes quod cum à Supe-
rioribus regularibus, Epiſcopo Diœceſano abſen-
te, vel ordinationes non habente, Litteræ dimiſſoriæ
dantur in eis, vtique huiuſmodi cauſa abſentiæ
Diœceſani Epiſcopi, vel ordinationem ab eo non
habendarum exprimenda ſit, † quod qui non fece- 5
rint officij, & Dignitatis, ſeu adminiſtrationis, ac
vocis, actiuæ, & paſſiuæ priuationis, ac alias arbi-
trio eiuſdem S.D.N. Papæ reſeruatas pœnas incur-
rant *in quorum &c.* datum Romæ 15. Maij 1596. ſic
Clem. VIII. Iuxta dictam Sacram Trid. Con-
greg. ad quod etiam videbis Molfeſium *in ſumma*
*tom.*1. *tract.*2. *cap.*2. *à num.*23. Ledeſmam *de hoc*
*Sacram. cap.*8. *concluſ.*10. & vberius agit Barboſa
*p.*2. *allegat.*7. vbi refert ad litteram *num.*18. aliquid
ibi *alleg.*4. *ſub num.*60. vide quæ tradit Diana *p.*3.
*tract.*2. *reſ.*32.

Notant verò Nauarrus *conſ.*22. *in hoc tit.* alias 6
*conſ.*36. *in nouis*, Campanillus *in diuerſ. iuris canon.*
*Rub.*9. *cap.*3. & *Rub.*12. *cap.*13. *à num.*33. Franciſcus
Leo *in theſauro fori Eccleſ. p.*2. *cap.*4. *num.*36. Bar-
boſa cum multis aliis *in dicto c.*8. *Trid. dicta ſeſſ.*23.
*num.*28. idem *in paſtorali allegat.*4. *num.*61. *cum ſe-*
*quent. p.*2. regularé promoueri debere ab Epiſcopo
loci, vbi degit, vel ab alio eius accedente aſſenſu,
præcedentibus tamen litteris dimiſſoriis ſui ſupe-
rioris; ex quo dicto videtur vera prima opinio, de
qua *ſuprà*, & ita exiſtimo ſecundùm iuris rigo-
rem. † Iuxta deciſionem textus *in cap. cum nullus* 7
*hoc tit. lib.*6. vbi Ancharanus, Sanchez *opuſculo mo-*
ral. lib. 7. *cap.*1. *dubio* 20. *num.*44. & 45. † Et 8
quamvis textus *in dicto cap cum nullus* §. *religioſi*,
videatur per argumentum à contrario ſenſu pro-
bare,

bare, vt hoc procedat in Religioſis non exemptis; ſecus verò in exemptis; nihilominus in exemptis hoc verum eſſe dicit gloſſa, *ibi*, & Anchata. Franc. ac Geminian. & non immemor Barboſa *p.2. dict. alleg. 2. à num.* 60. de modo, & forma præſcripta ab eodem Papa Clem. VIII. quam refert *dict. allegat. 7. à num* 18. dicens vt Regulares, ad quos extenditur exemptio lata per Greg. XIII. Patribus Societatis IESV promoueri debeant ab Epiſcopo loci, vbi degunt, vel ab alio eius accedente aſſenſo, accedentibus verò litteris dimiſſoriis ſuorum Regularium Superiorum, quod vt comprobet, refert plures *dict. allegatione 4. numero* 61.

9 Vbi dicit indultum conceſſum Patribus Societatis IESV, eſſe, vt à quocumque Antiſtite Catholico ordinari poſſint, vt refert Fr. Eman. Rodri-

10 guez *quaſt. regul. tom. 1. quaſt. 18. art. 6.* † Quod ſi Regulares degant in Monaſteriis ſitis in locis nullius Diœceſis, debeot ordinari ab Epiſcopo viciniori: ſic docet Barboſa *dicta alleg. 4. num. 62.* Lezana *in ſumm. quaſt. regular. cap. 14. num. 12. in fine*, Naldus *in ſumma* verbo *Ordo, num. 26.*

11 Pro complemento huius quæſtionis notabis, vt quatenus Pius V. *Conſtitutione ſua* 37. incipit *Etſi mendicantium Ordo* decreuiſſet fratres huiuſmodi etiam ſacros Ordines à quolibet Antiſtite gratiam, & communionem Apoſtol. ſedis habente Ordinarij loci nomine, requiſita licentia in locis, ſiue domibus fratrum huiuſmodi, ſiue alibi recipere poſſe: tamen prædictam Conſtitutionem reuocatam fuiſſe per Gregor. XIII. felicis recordationis *in ſua conſtit.* 15. incip. *In tanta rerum*, vbi diſpoſitionem præfatæ Bullæ Pij V. reducit ad terminos Iuris communis, ac Concil. Trid. quo attento hodie regulares non poſſunt ab Epiſcopis ordinari etiam in ſuis domibus ſine licentia Diœceſanorum, in quorum diſtrictu eorum Monaſteria ſita ſunt, vt referunt Barboſa *dicta alleg. 4. num* 62 cum Lezana *dicto cap. 14. num. 11.* & Miranda *in manuali Pralatorum tom. 1. quaſt. 18. art. 3.*

12 Ad ſecundam quæſtionis partem an Prælati Regulares poſſint concedere dimiſſorias ſuis Nouitiis, vt ab Epiſcopo ordinentur, video Doctores diſceptare, & pro affirmatiua ſententia ſunt Peregrinus *in comment. Conſtit. religionis Clericorum Regularium p. 1. cap. 4. litt. A*, §. 1. vbi dicit ſi aliquis ex noſtris præpoſitis concederet dimiſſorias Nouitio ad recipiendam primam Tonſuram, incurret ſuſpenſionem ab officio, & beneficio latam *in Concil. Trid. ſeſſ. 23. cap.* 10. & ſic Vechius *in praxi Nouitiorum diſp. 11. dub. 8. num. 3.* Tamburin. *de Iure Abbat. tom. 2. quaſt. 27. num.* 2. Sanchez *in ſumma tom. 2. lib. 6. cap. 10. num. 22. in fine.*

13 Etſi contrariam doceant ſententiam dicentes, vt ſequitur Diana *tract. 2. p. 3. reſ. 7.* quòd ſi in aliqua Religione adeſt priuilegium mittendi profeſſos cum litteris dimiſſorialibus ad quoſcumque Epiſcopos cauſa ſacros Ordines ſuſcipiendi integrum eſſe ſuperioribus dictæ Religionis concedere etiam Nouitiis hanc licentiam, & litteras dimiſſorias præbere, adducens Diana pro hac ſententia eundem Peregrinum *in compendio priuilegiorum ſua Religionis part. 2. tit. Ordines*, §. 1. ſic alloquentem, facultatem cōceſſam Congregationi ſancti Benedicti Valliſol. à Clement. VIII. *anno* 1590. *die* 2. *Auguſt.* Pontificatus ſui *anno* 5. poſſe etiam ſuos ea vti; quia Nouitij gaudent priuilegiis Religionis circa profeſſos conceſſis: & iterum agens idem Diana *p. 4.* in terminis, multis aliis comprobans, tenet *part. 4. tract. 4. Miſcel. reſolut. 7.* cum Barboſa *de Iure Pontificio lib. 1. cap. 17 num.* 171. vbi ſic ait, ſi Abbates, & alij Religionum Prælati haberent ſpeciale priuilegium concedendi ſuis Monachis dimiſſorias litteras ad quemcumque Epiſcopum; licet in illo non exprimatur, quod illud valeat Nouitiis communicare; poterunt tamen etiam Nouitiis illas, vt à quocumque Epiſcopo ordinentur, ſicut cæteris Monachis profeſſis concedere; & ſic Dominicus *in cap. Religioſo, §. quamvis, num. 3. de ſententia excommunic. lib. 6.* aſſeruit: Nota quod ingrediens profeſſionem alicuius generis perſonarum, gaudet priuilegiis conceſſis perſonis illius profeſſionis; licèt non firmato propoſito, ſit effectus illius, de quo dixi *ſub cap. 1. de foro comp.* & hanc ſequitur Campanil. *in comp. Iuris Canon. Rub. 9 cap. 3. num. 3.* Riccius *in deciſ. Curia Archiepiſc. Neap. 118. n. 6. p. 4.* & cum aliis Barboſa *in paſtorali allegat. 4. n. 63.* vbi plures Doctores refert pro contraria Peregrini opinione ex doctrina *auth. ingreſſi, cod. de ſacroſanct. Eccleſ.* eo quod Iura, quæ loquuntur de ingredientibus Religionem intelliguntur cum effectu, ſequuta ſcilicet profeſſione, vt latè dixi *in cap. in præſentia de probat.*

Verùm Suarez *de religione tom. 3. lib. 5. cap. 16. num* 16. etſi ita teneat ad tollendos omnes ſcrupulos addit Superiores Religionis Societ. IESV habere hoc priuilegium, nempe concedendi litteras dimiſſorias profeſſis, etiam cum ampliatione illud communicandi Nouitiis, addens etiam quod hoc priuilegio vti poterunt aliarum Religionum Prælati ergà ſuos Nouitios, ſi cum dicta Soc. IESV in priuilegiis communicant. † Nec obſtant Naldus *in ſumma*, verb. *Nouitius, num. 8.* Vgolinus *de poteſtate Epiſcopi c. 26. §. 20. num. 7.* Henriquez *lib. 10. c. 23. num. 3. & l. 14. c. 9. num.* 2. cum aliis aſſerentes litteras dimiſſorias eſſe concedendas Nouitiis ab Epiſcopo; quia iſti Doctores loquuntur de Iure communi, non autem vt notant citati Doctores in caſu priuilegij concedentis Superioribus Religionum poſſe dictas litteras ſuis ſubditis concedere, & maximè quando priuilegium hoc extenditur etiam ad Nouitios, vt aduertit Diana *dicta part. 3. tract. 2. reſ. 7. in fine*, alia longius aduertens, & reſpondens fundamentis Peregrini *dict. part. 4. tract. 4. reſol. 7.* & ſic etiam intelligi debent quæ cum multis tradit Barboſa *de hoc puncto dict. 2. p. alleg. 7. num. 32.* legendus *toto n. 31.* & videbis *infra in verſ. fin.* 14 15

Ad tertiam quæſtionis partem cum ſpectet ad materiam textus *in cap. cum contingat de ætate, & qualit. ordin.* ibi dicendum eſt. 16

Ad vltimam quæſtionis partem breuiter reſpondeo; vt Epiſcopi abſque alia Inquiſitione teneantur ordinare Religioſos venientes cum dimiſſoriis ſuorum Prælatorum, ſi teſtimonium extet de natalibus, ætate, moribus, & vita, à fide dignis quæ in ordinandis omnibus inquirenda eſſe decernit; Trident. *ſeſſ. 23 c. 5.* cum Congregatio Concilij cenſuerit ad regulares minimè extendi diſpoſitionem præfatam; quibus ſatis ſit de Epiſcopo teſtimonium habere ab ordinandorum Superioribus regularibus affirmantibus, & atteſtantibus prædictos nullo requiſitorum indigere, eiuſque fidei ſtandum eſſe. † Præterquam circa doctrinam, pro qua ſubiiciuntur Epiſcoporum examini, vt referunt Vgolin. *de poteſt. Epiſcop. c. 26. §. 18. num. 2.* verſ. *tertio excipiuntur regulares*, & *§. 20. num* 8. Ludouicus Miranda *in manuali Pralator. tom. 1. quaſt. 28. art. 2.* Campanillus *in diuerſ. Iu-* 17 18

rit Canon. Rub. 12. *cap.* 13. *n.* 35. & Barboſa cum illis *in textu noſtro ſub num.* 2.

19 Et pro praxi ſic explicandum docent Laurentius Franclus *in controuerſia inter Epiſcopos, & regulares pag.* 73. verſ. *ad primum.* Barboſa cum eo *de officio Epiſcopi p.* 2. *alleg.* 7. *ſub num.* 31. verſ. *regulares*, ſic alloquens, Regularis igitur qui ab Epiſcopo ordinari deſiderat afferre debet litteras dimiſſorias à ſuo ſuperiore de ordine ſuſcipiendo, quo eorum quiſpiam initiandus eſt; quæ litteræ ne veſtutiores ſint duobus, tribuſvè menſibus à die ſacræ ordinationis computandis obtinendæ ſunt, niſi ob abſentiam ſuperioris, aliamvè cauſam eas longiori tẽpore datas, renouataſvè, accipi probarivè debere cenſuimus, teſtimonium etiam ſcriptum à ſuperiore ſuo, qui oſtendat eum vita, & moribus præditum eſſe, qui dignus ſit, vt illi ordini adſcribantur, quos iis initiari vult; ſit verò hoc teſtimonium non antiquius duobus menſibus; ſi verò diutius à Monaſterio abfuerit hoc teſtatum afferat à ſuperiore Monaſterij, in quo proximè commoratus eſt: teſtificationem item de ordine, qui proximè præcedit iam ſuſcepto. Si verò ſtatutum tempus à Concilio Trid. quod interiectum eſſe debet inter ſuſceptionem vnius, & alterius ordinis, nondum expletum eſt, tunc à ſuo ſuperiore ſcriptum afferat, quo teſtatum fiat vtile, ac neceſſarium Eccleſiæ ſuæ, Monaſteriove eſſe ſecum diſpenſari ſuper eo interſtitio. Item in Religione cum laude verſatum eſſe loco tituli afferat teſtificationem præſtitæ, ritéque emiſſæ profeſſionis regularis, & exercitationem frequentem functionum illius ordinis, quem proximè ſuſcepit.

20 Sed pro complemento aduerto quòd, etſi quæſtionis iam fuerit de ordinandis ab Epiſcopo Nouitiis cum dimiſſoriis ſui Prælati, vt latè *ſub verſ. ad ſecundam* tractaui, non eſſe ibi ſermonem de ſacris Ordinibus, ſed tantùm de minoribus, & prima Tonſura; iſti enim Ordines nullo Iure prohibentur eis concedi, vt docent Fr. Eman. Rodriguez *quæſt. regul. tom.* 1. *quæſt.* 13. *art.* 4. *in fine*, Suarez *de cenſur. diſp.* 50. *ſect.* 15. *num.* 13. *& tom.* 3. *de relig. l.* 5. *cap.* 16. *num.* 17. Lezana *in ſumma quæſt. regular. cap.* 24. *num.* 6. Sanchez *in præcepta decalogi tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 10. *num.* 19. qui etiam & alij dicunt non extendi ad promotionem ſacrorum Ordinum; quia illos recipere ante emiſſam profeſſionem Nouitiis interdicitur ſub variis pœnis à Pio V. *in ſua conſtit.* incipit *Romanus Pontifex ſacrorum* de anno 1568. ſequitur Barboſa *dicta allegat.* 7. *dicto num.* 32. *in principio.*

21 Qui addit *num.* 33. quòd in caſu, quo Prælato regulari non competit dimiſſorias Nouitio cõcedere, tunc competat Epiſcopo habitationis, ſeu loci, in quo manet Nouitius, vt docent Chuchus *inſtit. moral. lib.* 3. *tit.* 1. *de regular. num.* 94. Sanchez *dict. lib.* 6. *cap.* 10. *num.* 21. Homobonus *conſult. moral. p.* 4. *reſpon.* 99. *volum.* 1. idem Barboſa cum aliis, quos ſequitur *allegat.* 4. *num.* 63. & hoc quamvis id munus ſpectare ad Epiſcopum originis, tradant Henriquez *de ordine cap.* 23. *num.* 3. *in commeat. litt. F*, Barthol. de Bechis *in praxi de admittendis Nouitiis ad ſtatum Religionis diſp.* 11. *dub.* 8. *n.* 2. Suar. *tom.* 2. *de Religione lib.* 2. *c.* 12. *num.* 9. *& tom.* 3. *lib.* 5. *cap.* 16. *num.* 17.

QVÆSTIO II.

An Religioſi, ſi parum intelligant linguam Latinam, ordinari queant. Vel an Regulares non multum litterati, ſint ordinandi. Et an Regularis diſpenſatus ad ſacros Ordines, intelligatur diſpenſatus ad beneficia. Et an Illegitimus diſpenſatus, vt Clericus fiat, intelligatur diſpenſatus ad omnes ordines minores. Et ad alias quæſtiones remiſſiuè?

SVMMARIVM.

1 *Ordinandi debent ſaltim intelligere linguam Latinam. Vbi qualiter procedat in Religioſis: & de differentia cum ſæcularibus ordinandis*, n. 2.

3 *Examen de ſcientia, & doctrina Religioſi ordinandi, fit ab Epiſcopo, qui poteſt illud omittere, contentus cum examine proprij Prælati*, num. 4.

5 *Epiſcopus queit diſpenſare cum Religioſis minus litteratis ad ordines ſacros*, & numero 10.

6 *Illiteratus tonſurari nequit, niſi Religionem intret.*

AD primam quæſtionis partem, etſi videatur 1 reſpondendum negatiuè, eo quòd in Trid. *ſeſſ.* 23. *cap.* 1. *de reformat.* generaliter requiratur in ordinandis, ſcientia ſaltim Linguæ Latinæ; & ſic docent Bonacina *de Sacrament. diſputatione* 8. *quæſtione vnica, puncto* 5. *num.* 16. Riccius *praxi tom.* 1. *reſolut.* 269. *num.* 3. vbi etiam ad recipiendos ordines Minores requiritur, vt Ordinãdus intelligat Linguam Latinam; ideóque tales Religioſi videantur irregulares, ſi ſic ordinentur, vt communiter docent Doctores, quidquid in contrarium afferat Henriquez *lib.* 10. *cap.* 16. *num.* 2. & *in gloſſa lit. Q*, & *lib.* 14. *cap.* 8. *num.* 11. & *in gloſſa littera B*, quem poſtea ſequitur Garcia *de beneficiis tom.* 2. *part.* 7. *cap.* 7. *num.* 19. putantes defectum ſcientiæ prohibere ſuſceptionem ordinum, ſed non facere irregularem, & acerrimè prædictam ſententiam defendit propter diſpoſitionem Trident. *dict. cap.* 11. Petrus Ledeſma *in Summ. tom.* 1. *tract. de Sacram. Ordin. cap.* 7. *concluſ.* 4. cuius litteram refert Diana *p.* 2. *tr.* 16. *Miſcell.* 2. *reſ.* 31.

Verum idem Diana *citatus* cum Portel. *de dubiis regular.* verſic. *Ordines ſacri num.* 6. Henriquez 2 *lib.* 10. *cap.* 16. *num.* 2 & Villalobos *in ſumm. tom.* 1. *tract.* 21. *dub.* 34. *num.* 5. latè probant ex communi Epiſcoporum vſu Religioſos ordinari abſque tali ſcientia, quæ requiritur in aliis Clericis ſæcularibus, nam cum viuant in communitate corrigentur à confratribus, melius, quàm alij Clerici: hanc etiam docent Tamburinus *de Iure Abbat. tom.* 2. *diſputation.* 1. *quæſt.* 21. *numero* 5. Hieronymus Rodriguez *in comp. quæſt. regular. reſolut.* 106. *n.* 24. & Peirinus *in priuileg. Minim. tom.* 1. *conſt.* 26. *Leonis X.* §. 13. *numero* 25. Et quia Religioſi regulariter loquendo non ordinantur ad curam animarum habendam, ſicut Clerici, iterum repetit

Diana

Diana *part.3. tract. 2. reſol. 86.* ex eodem Peirino dicente Tridentinum hoc relinquere arbitrio Epiſcoporum ponderante verba Trident. *in verſ. minores*, & dicente cum Menochio *de arbitr. lib. 2. caſu 425. num.56.* extendi arbitrium Epiſcopi non ſolùm ad diſpenſationem interſtitiorum, ſed etiam ad iſtam, de qua loquimur.

3 Notandum verò ad propoſitum eſt, & pro ampliatione dictorum ſupra *ſub quæſtione 1.* quod examen de ſcientia, & doctrina Regularium, debet fieri ab Epiſcopo, vt contra aliquos recentiores notat Vaſquez *in 3.part.tom.5. diſput.246. c.6. num.55.* & alij, & patet ex Trident. Concil.*ſeſſ.23.*
4 *de reform. cap. 12.* † Verum obſeruat Miranda *in manuali Prælator.tom.1. quæſt.39. articulo 2.* quod deuoti, atque prudentes Epiſcopi hac in re ſuam exonerant conſcientiam cum conſcientiis Prælatorum ipſorum commendatitiis litteris plenam, atque omnimodam fidem adhibendo: quare rectè Villalobos *in ſumma tract.11.dub.14.part.1.num.5.* aſſeruit Epiſcopos habere ius ad examinandos Religioſos, ordinandos ab eis iuxta Trident. ſed bene poſſe aſſentiri examini Prælatorum, habentes de illis conceptum bonum; quia ſicut committunt examen cuilibet examinatori, ſic poterunt committere Prælatis religioſorum; ita ille, & docet Portel. *in additionibus ad dubia regular.* verſ. *Ordines ſacri, num.1.* refert Diana *dict.tract.16.reſ.31.in fin.*

5 Ad ſecundam quæſtionis partem an regulares non multum litterati ſint ordinandi, videtur reſpondendum ex dictis iam *ſuprà* in præfata prima difficultate noſtræ quæſtionis; & ſic docet Hieronym.Rodriguez *in comp.quæſt.regul.reſ.52.num.22.* quatenus dicit quod cum religioſis non multum, litteratis poſſunt Epiſcopi diſpenſare, vt ad ordines ſacros promoueantur; quia in illis non requiritur tanta ſcientia, quanta in Clericis ſæcularibus; eo quod ad curam animarum non ordinentur, & ex continuo conuictu, & communicatione cum doctis in Religione, ſemper manet ſpes diſcendi,
6 † & videtur colligi *ex cap. nullus hoc tit. lib.6.* vbi illiteratus tonſurari prohibetur, niſi Religionem intret; cum multis iterum ſic tenet, & ex aliis fundamentis Diana *part.4. tract.2.reſol.74.* cum Villalobos, Henriquez, & Portel. & cum Aloyſio Bariola *in aphoriſm.littera R*, verb. *Regulares ad ordines*, Peirinus *tract.2.de Relig. Prælat.quæſt.3. cap.7. num.20.* vbi citat plures alios Doctores aſſerentes quod licet Epiſcopis initiare etiam Sacerdotio regularem, qui bene legit, & cantat, quamvis minus ſit litteratus.

7 Ad tertiam quæſtionis partem, & ad quartam dico infra *in cap. litteras 14. de filiis preſbyteror.*

8 Ad alias quæſtiones pro materia huius textus applicabis quas ſcripſi infra *in c.16.hoc tit. quæſt.1.* & quas ſignaui *in c.15. eod.titulo*, in verſ. *ad quæſtiones.*

Ad Text. in cap. Si Archiepiſcopus VI. hoc tit. Et in cap. VII.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Conſecrandi, vel ordinandi Archiepiſcopum forma.*
2 *Conſecrationis Epiſcopi materia inſinuatur.*
3 *Conſecrari debet Metropolitanus à tribus Suffraganeis Epiſcopis, alias ſi inconſulte fiat, Conſecratus non recuperet executionem*, n.4.in fine.
4 *Conſecratio poteſt committi à Metropolitano impedito.*
5 *Archiepiſcopi authoritas circa Suffraganeos ſuos in confirmando electos, & in aliis*, num. 6. *poterit conſecrare, vbi velit*, numero 7.
6 *Epiſcopi non debent conſecrare ſine Archiepiſcopi licentia, quid hodie*, n.7.
8 *Suffraganei vocati à Metropolitano ad conſecrandum accedere debent.*
9 *Metropolitanus quare vocetur Archiepiſcopus.*
10 *Epiſcopus non eſt ordinandus ſine præſentia, & conſilio Metropolitani, & comprouincialium Epiſcoporum, ſed quid hodie*, numero 11.
12 *Conſecrationi Epiſcoporum Canones conſtituerunt peculiare tempus, ſcilicet Dominicam, & ex diſpenſatione die etiam feſto.*
13 *Conſecratio Epiſcopi fiet præuio ieiunio, etiam à conſecrante ex decentia.*
14 *Conſecrationis locus commodus eſt Eccleſia qualibet à Metropolitano electa, niſi aliud conſuetudine haberetur*, n.15.
16 Cap.quotidie 75.diſt.
17 *Dominica dies celebratur non ſolùm in Paſchate, ſed per ſingulas Hebdomadas ob Venerabilem Reſurrectionem.*
18 *Conſecratio cuiuſlibet Epiſcopi debet fieri cum miſſa ad ſolemnitatem ſolum, non de eſſentia.*
19 *Epiſcopus dum conſecratur, Ordines nequit conferre, ſecus Papa, ſed ipſa die poterit illos conferre validè poſt Conſecrationem, etſi ante eam, etiam ſi ſit confirmatus, tantum exerceat Iuriſdictionalia*, n.20.

Textus hic, & *cap. cum quidam 8.* habent in 1
genere ſuo vnam, atque eandem materiam circa formam ſcilicet ordinandi, id eſt conſecrandi Archiepiſcopum, vt hic, & Epiſcopum vt *in dict. cap. 8.* & horum occaſione poterat hic repeti quæ dixi ſupra *ſub Rub.* nùm Ordo Epiſcopalis ſit diſtinctus ab aliis ſacris Ordinibus, de quo *ibi* dixi. † 2
Item hic poteſt repeti integra materia Conſecrationis prædictorum Prælatorum, item & Pontificis. Verùm quia de ea longè repetit Barboſa *in paſtorali p.1.cap.5.& de Iure Eccleſiaſt.p.1.cap.9.* vbi adducit plures repetentes, & nouiſſimè Diana *p.12. tract.1. per totum, & per 125. reſolutiones*, ideo ad illos te remitto, etſi nonnulla poſſis videre ſub quæſtionibus ad noſtrum textum *infra.*

Igitur ad propoſitum noſtri *c. 17.* dico primò 3
quod Metropolitanus, hoc eſt Archiepiſcopus debet à tribus ſuffraganeis Epiſcopis conſecrari omnibus aliis Prouinciæ, vel præſentibus, vel ſaltem ſi non potuerint per litteras conſentientibus, adhibito etiam conſenſu Primatis, *cap. quia diſt. 64. cap.ordinationes 2.diſt.64.* Etenim vt dicit Anicetus Papa *in cap.1. diſt. 66.* Metropolitanus ab omnibus Prouinciæ Epiſcopis congregatis in ſede Metropoleus eſt ordinandus, quod idem Lucius Papa *hic*, Quaranta *in ſumma Bullarij* verb. *Archiepiſcopi authoritas num.4.*verſ. *ſexta*, Marcus Antonius Genuenſ. *in praxi Archiepiſcopi Neapolit.*

cap. 70. num. 26. ſed Henriquez *in ſumma lib. 10.*
cap. 24. §. 1. & Barboſa cum Paulo Comitolo *dicto*
cap. 9. num. 39. de Iure Eccleſ. dicunt ſufficere tres
reliquis ſuffraganeis per litteras ſaltem conſentien-
tibus.

4 Notabis verò quod ſi fuerit Metropolitanus im-
peditus, poſſit cummittere faciendam conſecra-
tionem alteri Epiſcopo, iuxta textum *in cap. quod*
ſedem de officio Ordin. Verùm conſecratus ſic ab-
ſente Metropolitano debet eum infra duos menſes
viſitare, vt tenet Præpoſitus per text. *ibi in cap. ſi*
quis diſt. 65. vbi Rodericus à Cugna *num. 1.* etenim
ſi inconſulto Primate, ſeu Metropolitano fiat con-
ſecratio Epiſcoporum ſuffraganeorum, ipſi non
reciperent executionem, *cap. placet diſt. 75.* Inno-
centius *in cap nec Epiſcopi hoc tit.* cum aliis Barboſa
dict. cap. 9. de Iure Eccleſ. à num. 36.

Etenim authoritas Archiepiſcopi, & eius pote-
5 ſtas conſiſtit circa ſuffraganeos ſuos, primo in con-
firmando electos in Epiſcopos *dict. c. 1. diſt. 64. cap.*
innotuit, & cap. cum dilectus de elect. cap. inter corpo-
ralia de tranſlat. Epiſcopi, cap. qua fronte de appellat.
Sbrocius *de Vicario Epiſcopi lib. 2. quæſt. 70. num. 1.*
Quaranta *dict. verb. Archiepiſcopi authoritas num. 3.*
6 *verſ. 1.* † Secundo in conſecrando huiuſmodi
electos; ille enim in conſecratione ſui ſuffraganei
electi, & confirmari in Epiſcopum interuenire de-
bet, vel eam committere, nec alij Epiſcopi ſine
eius mandato conſecrare debent, vt habetur 64.
& 65. diſt. cap. qui in aliquo 51. diſt. cap. ſuffraganeis
de elect. & in hoc textu noſtro cum aliis adductis
Quaranta, vbi obſeruat *ſuprà* verbo *Archiepiſco-*
pi authoritas num. 3. verſ. 4.

7 Metropolitan. hodie hac authoritate non vti;
quia prouiſio fit à Papa; & ſic ab ipſo Pontifice
promotum inferiores non conſecrare ſine eius li-
centia, quæ datur in ipſis litteris promotionis, vel
viuo vocis oraculo, ſi conſecrandus fuerit in Curia,
& Conſecrator ſit Cardinalis, vt dixit Barboſa *de*
8 *Iure Eccleſ. dict. p. 1. cap. 9. num. 45.* † Tertiò in vo-
catione ſuffraganeorum pro conſecratione alterius
ſuffraganei, qui ab Archiepiſcopo ſuo Metropo-
litano ad hoc vocati tenentur accedere, *cap. non de-*
bet 65. diſt. & textus noſter *hic* vbi Barboſa *num. 6.*
Quaranta ſuprà *num. 4. verſ. 7.* Marcus Anton. Ge-
nuenſ. *in pract. Archiep. Neapol. dict. cap. 70. num. 17.*
obſeruantes, quod vbi vult Metropolitanus ibi
conſecrare debet.

Hæc enim propria ſunt ad textum noſtrum; ve-
9 rùm ſi velis alia, quæ competunt Archiepiſcopo
pro officio ſuo, leges Barboſam *de Iure Eccleſiaſt.*
cap. 7. à num. 21. & quare Metropolitanus vocetur
Archiepiſcopus dixi ſupra *ſub Rub. & tit. de autho-*
rit. & vſu Pallij, & colliges *ex cap. paſtoralis in princ.*
de officio Ordin. vbi plura noto, & *in extrauag.*
Saluator de præb. inter communia, probatque textus
in cap. referente de præbendis, ibi: *ad Metropolitanum,*
videlicet Remenſem Archiepiſcopum.

Pro dicto *cap. cum quidam* 8. etiam relata faciũt;
10 dices enim quod Epiſcopus non eſt ordinandus ſi-
ne præſentia, & conſilio Metropolitani, & com-
prouincialium, etiam Epiſcoporum, qui ſaltem
ſi adeſſe non poſſent propriis litteris conſenſum
ſuum exprimere debent, vt dixi *ex dict. cap. non*
debet 65. diſt. & tradunt Azor. *inſtit. moral. p. 2.*
lib. 3. cap. 30. quæſt. 3. in princ. Paulus Comitol. *reſp.*
moral. lib. 1. quæſt. 48. num. 13. Barboſa *in paſtorali*
11 *p. 1. tit. 1. cap. 5. num. 5.* † Sed hodie cum omnes
à Papa eliguntur, vt dictum eſt, ſi ſunt extra vr-
bem, ſolent de eius mandato per litteras Apoſto-
licas Conſecratori ſibi bene viſo expeditas conſe-
crari; ſin autem fuerint in Curia per mandatum
à Camera Apoſtolica emanatum, vel ſi Conſe-
crator fuerit Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis
per commiſſionem viuæ vocis oraculo à Summo
Pontifice ipſi factam. Caſtaldus *in praxi Cæremon.*
libro 1. ſectione 17. cap. 2. numero 7. Barboſa *de Iu-*
re Eccleſiaſtico dicta parte 1. capite 9. nume-
ro 45.

Et pro commodiori doctrina noſtri tituli, & 12
Rubricæ, aduertes primo conſecrationi Epiſcopo-
rum Canones conſtituiſſe peculiare tempus ſcilicet
diem Dominicam, *cap. quia in aliquo, quæſtione 1.*
diſtinction. cap. ordinationes, cap. quod die Domi-
nico 75. diſtinctione, Paulus Layman. *in Theologia*
morali libro 5. tractatu 9. cap. 8. numero 3. & de
Præl. Eccleſ. electione, cap. 15. quæſtione 166. Cam-
panil. *in diuerſ. Iuris Canonici, Rub. 6. cap. 4. nu-*
mero 1. Caſtaldus, *vbi ſuprà cap. 3. numero 1.* vbi
ſubdit, quod die etiam feſtiuo, fieri poterit, ſi
Summus Pontifex diſpenſauerit. † Semper ta- 13
men ſit præuio ieiunio; quia decet Conſecratorem,
& electum pridie ieiunare: argument. eorum,
quæ dixi *in cap. 1. de teſtibus, in sermonis Pontif.*
Roman. parte 1. titulo de Conſecratione electi in Epiſ-
copum pagina 75. Etenim ritus Eccleſiæ habet, vt
Epiſcopus die Dominica conſecretur, tanquam
legitimus eius ſponſus, Campanilus *dicta Rubri-*
ca 6 cap. 4. numero 4. ex doctrina Soti *de Iuſtitia*
libro 10. videbis Barboſam cum aliis *in ſeſſione 23.*
Trid. de reformat. cap. 2. num. 5.

Aduertes ſecundo, vt locus pro illorum Con- 14
ſecratione idoneus ſit Eccleſia, ſi extra Curiam
fiat, ad quam promoti fuerint; aut in Prouincia,
ſi commodè fieri poſſit, docet Barboſa *de Iure*
Eccleſ. parte 1. dicto cap. 9. numero 44. vbi addit
quod celebratur Conſecratio, vt diſponit Trid.
ſeſſione 23. de reformatione cap. 2. Henriquez *li-*
bro 10. cap. 23. §. 5. in princ. Leſſius *de Iuſtitia, li-*
bro 2. cap. 34. numero 103. Layman. *dicto cap. 15.*
quæſtione 166. idem Barboſa *in paſtorali parte 2.* 15
allegatione 1. numero 44. Vbi dicit eſſe locum ido-
neum Eccleſiam, quam Metropolitanus velit eli-
gere *ex cap. ſine diſtinctione 51.* niſi conſuetudo
probata, aliud haberet in vſu, Syluester verb.
Conſecratio, Vgolinus *de officio Epiſcopi, cap. 2.*
in principio, numero 4. quam conſuetudinem vbi-
que locorum vidimus in praxi receptam, præcipuè
inter nos Hiſpanos. Et hæc exornantur ex adductis
ſuprà *ſub Rubrica, & ſub cap. 12. & 13.*

Quod ſi impugnes dicendo *ex cap. quo die 75.* 16
diſtinctione, benedictionem conſecrandis non niſi
in die Dominica Reſurrectionis tribui; ergo nec
aliter fieri debere Conſecrationem Epiſcoporum.
† Reſpondeo Dominicam diem ob venerabilem 17
Reſurrectionem Domini noſtri Ieſu Chriſti, non
ſolùm in Paſchate nos celebrare, verùm etiam per
ſingulas Hebdomadas ipſius diei imaginem fre-
quentare, *cap. Sabbato, diſtinctione 3.* proptereaque
viſum eſſe Dominicam celebrari in memoriam
continuam Paſchæ, Henriquez *in ſumma libro 9.*
cap. 25. §. 1. in commento littera D, Barboſa *in pa-*
ſtorali parte 2. dicta allegatione 1. numero 43. &
faciunt quæ dixi infra *de feriis ſub cap. 1.* vbi de
prærogatiuis diei Domini.

Aduertes ſecundo cuiuſlibet Epiſcopi conſecra- 18
nem fieri debere cum miſſa, in qua inter Epiſto-
lam, & Euangelium conſecratur Epiſcopus, *cap.*
quod ſicut §. 1. de elect. quam tamen miſſam non eſſe
de eſſentia conſecrationis Epiſcopalis, ſed ſolum
ad

ad ſol.mnitatem, & reuerentiam, tenet gloſſa t.
in dict. §.1. Turrecremata *in dicto cap. ordinationes*
*75.diſt.num.*10.Henriquez *dicto lib.*10. *cap.*34. §.3.
Barboſa *in dict.cap.2.Trid.num.6.* idem *de iure Ec-*
cleſ.dicta p.1.cap.9. num.49. notans *num.47. & 48.*
cum Durando *in rationali Diuinorum officiorum,*
19 *lib.2.cap.11.num.12.* † non poſſe tunc ordines con-
ferre; quia conſecratus concelebrat pariter cele-
branti; & quod ſolus Papa in die Conſecrationis
ſuæ, Ordines conferre poſſit; quia ante Hymnum
Angelicum conſecratur, & ipſe miſſarum ſolemnia
incipit, & præficit, vt inquit textus *in dict.* §.1. &
notat citatus Durandus; in die verò illa, in qua eſt
conſecratus, non poteſt Ordines conferre, vt docet
Alzedus *de præſtantia Epiſcop.cap.4.num.*15. Mar-
chin. *de ſacram.Ordin.tract.1.p.2.cap.*11.*n.*2.Diana,
*p.*12.*reſ.*44.*in fine*, & licet non poſſit ordinare alios
ea die, in qua eſt conſecratus: tamen ſi ordinet
valeat ordinatio, vt habetur *in cap.quod ſicut §.ſu-*
per eodem de elect. vbi Panormitanus, & Doctores.
Etenim vt Epiſcopus ordinet requiritur extra ele-
ctionem, & confirmationem conſecrationis chara-
cter; quia quamuis poſtquam fuit electus, poſſit
dici Prælatus, habeatque poteſtatem iuriſdictionis,
ſed non Ordinis, vt *in cap.inter corporalia de tranſ-*
latione, etſi poſt eius electionem, & confirmatio-
nem ante conſecrationem, poſſit onera Ordinis de-
legare alteri Epiſcopo conſecrato, Abbas *in cap.*
*cum ex illo de tranſlat. Epiſcop. num.*10. & *in cap.*
ſuffraganeis de elect.num.6.

QVÆSTIO I.

An conſecratio Epiſcopi debeat ita præciſè fieri à tribus Epiſcopis, vt ſi fiat à paucioribus, ſit ordinatio nulla omnino. Et an Papa queat diſpenſare, vt in conſecratione Epiſcopi adſit tantùm vnus Epiſcopus: & an conſecratus Epiſcopus contrahat vinculum cum Eccleſia. Et quæ ſit forma præfatæ conſecrationis.

SVMMARIVM.

1 *Conſecratio debet fieri à tribus Epiſcopis, ne tantum beneficium videatur furtiuè factum, ſi à paucioribus* num. 2. *aliter à paucioribus non manet Epiſcopus conſecratus*, n.5.

2 *Apoſtolus Iacobus frater Domini, fuit conſecratus à Petro, Iacobo, & Ioanne Apoſtolis*, & num.7.

4 *Conſecrat vnus Epiſcopus ex tribus principaliter, alij ſunt, quaſi quoadiutores &* numero 31.

5 *Conſecratus ab vno tantum Epiſcopo propria authoritate, non habet Ordinis poteſtatem.*

6 *Thimothei ordinatio facta fuit per impoſitionem manuum Preſbyterij, id eſt conuentus Epiſcoporum.*

8 *Iacobus minor immediatè fuit ordinatus à Chriſto Domino, ſed aſſignatus Epiſcopus Hieroſolymitanus à tribus prædictis Apoſtolis.*

9 *Conſecratio Epiſcopi poteſt fieri ab vno tantum Epiſcopo ex diſpenſatione Papæ cum cauſa iuſta, & ſine ea*, n.17.& 19.

10 *Conſecratio in Anglia, cum primum ad fidem conuerſa fuit, fiebat ab vno tantum Epiſcopo, & in India ſolet ſic fieri cum alijs duobus Canonicis, vel mitratis*, n.11.

12 *Conſecratio facta Epiſcopi à duobus probatur ex Sacris Canonibus*, n.13.14.& 15.

14 *Multiplicitas Epiſcoporum ad conſecrandum non eſt inſtituta à Chriſto, ſed ex præcepto Eccleſiæ.*

16 *Conſecrationis materia, & forma, & impoſitio manuum, poteſt ab vno ſufficienter applicari.*

18 *Conſecratio nequit à Papa ſimplici ſacerdoti commendari, ſed ipſe ſolus Papa ordinando videtur diſpenſare*, n.20.

20 *Conſecratio in Sardania fit à duobus, & alio in Dignitate conſtituto.*

21 Cap.porro 66.diſt.

22 *Forma non ſemper cenſetur ſubſtantialis, ſed tantùm illa, quæ vel ex materia ſubiecta, vel ex mente conſtituentis talis apparet.*

23 Cap. Archiepiſcopus 66.diſt.

24 *Paul* ad Timoth.4.& *Anicetus Papa.*

25 *Conſecratione Epiſcopus contrahit vinculum cum Eccleſia* num.ſeqq.*vbi qualiter.*

26 Cap.inter corporalia de tranſlat.Epiſcop. *n.*27. 28.29.& 30.

30 *Matrimonium carnale Pontifex non ſeparat, è contra ſpirituale*, n.31.32.& 33.

31 *Litteralis ſenſus ſcripturæ ſeu moralis, qualiter ſumatur*, n.32.

32 *Scripturæ ſacræ teſtimoniis ſolent vti in ſenſu morali ad propria decreta confirmanda; demonſtratur exemplis.*

34 *Examen Epiſcopi Barboſæ conſecrati Romæ.*

VT ad primã difficultatis partem reſpondeam, 1
video quod per textum *in dict.cap.7.* hic pro-
bant Doctores *in verſ.ſine tribus*, quod Epiſcopo-
rum conſecratio nequeat fieri à minori numero,
quàm trium Epiſcoporum, vt ponit Barboſa *ibi*
*n.*2.cum Henriquez *in ſumm. lib.*10. *cap.*7. §. 3. &
*cap.*24.§.1.Paulus Comitol. *reſp.mor. lib.*1.*quæſtio-*
ne 48.*num.*13. quos refert idem Barboſa *in paſtora-*
*li p.*2. *allegat.* 1. *num.* 45. addens hic Vaſquez *de*
*Ordine diſp.*243. *cap.*6. & Azor. *inſtit. moral.tom.*1.
*lib.*3.*cap.*30.verſ. *quæ res item*, & probatur *ex c.* 1.
cap. comprouinciales, & *cap.pen.* 64 *diſt.cap. porro*
66.*diſt.* & in noſtris Iuribus Filliucius *tom.* 1. *tr.* 9.
*de Ordine cap.*5 .*num.*106. Marcus Anton.Genuenſ.
*in manual.paſt.cap.*70. *num.* 26. pluribus aliis idem
Barboſa *in cap.2.Trid. ſeſſ.*23. *de reform. num.* 7. &
pluribus aliis *de Iure Eccleſiaſtico lib.*1. *p.*1. *cap.* 9.
*num.*50. † dicentes debere fieri à tribus Epiſcopis 2
& non paucioribus, & reddit rationem *ibi*, & *in*
*paſtor.p.*1.*tit.*1.*cap.*5. *num.*5. ne tantum beneficium
videatur furtiuè præſtitum, & vt pro illo pariter
ad Deum preces effundant.† Item probat exemplo; 3
quia, & Iacobus frater Domini, à Petro, Iacobo,
& Ioanne Apoſtolis ordinatus fuit, vt conſtat *ex*
dict.cap.porro, & tradunt Durand. *in rationali Di-*
*uinorum officiorum lib.*3 *cap.*11 *num.*7. & 9. Anto-
nius Auguſtinus *in epitome iuris Pontificij veteris*
*lib.*4.*tit.*17.& Sanchez *in opuſculo moral. lib.*7. *c.*1.
dubio 15. *num.*10. ſic tenens ſubdit *num.*17. † quod 4
vnus Epiſcopus principaliter totam conſecratio-
nem perficit, & alij ſunt quaſi coadiutores, diſpu-
tans ibi an ſit de eſſentia, & neceſſitate Sacramenti,
quod conſecratio fiat à tribus Epiſcopis, cui dif-
ficultati facile erit reſponſum ex ſequentibus, & de
ea ex multis loquitur Diana *p.*11. *tract.*1. *reſ.* 27. &
28.vbi agit de dubio, an in conſecratione Epiſcopi

requirantur de Iure Diuino tres Epiſcopi,& adducit ſententiam duplicem affirmatiuam, & negatiuam, de quo *in verſ.ad tertiam.*

5 His ſuppoſitis videtur affirmatiuè reſpondendum ad primam difficultatis partem ex eo; quia ex gloſſa textus noſtri *in dict. cap.* 7. in verb. *ſine tribus*, verſ. *alias non eſſet conſecratus*, notant Doctores quod ſi vnus Epiſcopus propria authoritate alterum conſecraret, conſecratus Ordinis poteſtatem non haberet, vt tradit Barboſa *ibi num.*3.cum S. Antonin.*in ſumma p.*3.*tit.*16.*cap.*15.§.9.*poſt medium*, Syluester *verbo Conſecratio* 1.*in princ.* Vaſquez *de Ordine p.*2.*lib.*3.*cap.*30. *quæſt.*3. *in fine*, & quid ſi fiat à paucioribus, quàm à tribus, an nulla ſit ordinatio,omnino tradunt præfati,idem Vaſquez *diſp.*243. *cap.*6. *à num.*59. Azor. *inſtit. moral. p.*2. *lib.*3. *c.*3. *q.*3. verſ. *quæret item quiſnam.* Ægidius Coninch. *de ſacram. diſp.*20. *dub.*9. *concluſ.*5. Layman.*in ſumma Theologiæ moralis lib.*5. *tract.*9. .5. *num.*1. verſ. *nota*, & facit textus *in dicto cap. porrò* 66. *diſt.*ibi : *Formam nihil euincere*, & *in cap. Archiepiſcopus,eadem diſt.* Durand. *in rationali Diuinor.officiorum lib.*3.*cap.*11.*num.*7.& 9. Anton. Auguſt.*in epitome iuris Pontificij lib.*4.*tit.*17. Sed cum hæc etiam difficultas pendeat ab intellectu alterius quæſtionis propoſitæ, nempe in Papa queat diſpenſare, vt in conſecratione Epiſcopi, adſit tantum vnus Epiſcopus; ideo ex propoſito eam tracto videbis quæ longè adducit Diana *part.*12. *tract.*1. *Reſ.* 47. de quo dico infra *de ſacra Vnctione ſub quæſt.*2.& verſ.*ad tertiam.*

Ad ſecundam difficultatis partem videtur etiam
6 dicendum, vt conſecratio ſit nulla; quia ad ordinationẽ Epiſcopi ex inſtitutione Diuina requiruntur tres Epiſcopi; ergo requiruntur ad valorem ordinis illius, cum ab initio naſcentis Eccleſiæ ad ordinationem Epiſcopi, fuerint requiſiti tres Epiſcopi, vt expreſſit Anacletus *epiſtol.*2. & ſignificat Paul.1. *ad Thimot.*4 dum ſupponit ordinationem Thimothei in Epiſcopum fuiſſe per impoſitionem manuum Præsbyterij, id eſt conuentus Epiſcopo-
7 rum. † Quod idem videtur expreſſiſſe Anicetus Papa, *Epiſtol.ad Epiſcopos Galliæ*, *cap.*1.vbi loquitur de ordinatione Iacobi Minoris in Epiſcopum Hieroſolymæ, quam Anacletus refert factam à Petro, & Iacobo maiore, & Ioanne, cuius verba Aniceti referuntur *in dict.cap. porrò 66.diſt.* Barboſa *in paſtorali p.*1.*cap.*5.*tit.*1.*ſub num.*5. ibi : *ſub verſ. fieri autem debet*,referens verba dicti *cap. porrò*, & taliter ibi videtur ex multis probare,vt ſi à paucioribus, quam tribus fiat, conſecratio ſit nulla *ex cap.*1. *cap. comprouinciales* 64. *diſt.*& ex aliis iuribus iam adductis *in princ.* & etiamſi à duobus fieret, iuxta text.*in cap.Corepiſcopi in fine 68.diſt.* ibi adducens Syluest.Ægidium, Coninc. Layman. Azor.& alios; & ſic Hurtad.*de ſacram Ordin.difficult.*19.inferens ex facto D. Petri in ordinatione Iacobi, nam ſi non minus, quàm à tribus Apoſtolus tantus vir fuit ordinatus Epiſcopus,ſic pateat eos formam inſtituente Domino tradidiſſe, non minus, quàm à tribus
8 Epiſcopum ordinari debere.† Et quamvis Iacobus minor nõ fuerit ordinatus ab illis, ſed antea immediatè fuerit à Chriſto, ſicut alij Apoſtoli, & ab illis tribus tantum fuerit,aſſignatus Epiſcopus Eccleſiæ Hieroſolymitanæ, nihilominus hac aſſignatione facta ab illis tribus fuiſſe denotatam formam inſtitutam à Chriſto Domino ad ordinationem Epiſcopi; quia voluerunt tres concurrere ad electionem, & aſſignationem illius in Epiſcopum Hieroſolymæ, vt in ea imitarentur formam à Chriſtu inſtitutam pro ordinatione Epiſcopi : ita Hurtado vbi ſupra cum Vaſquez, & Coninch.*iam citatis*.Igitur cum hoc ſit de iure Diuino, videtur vt nec diſpenſatione ſummi Pontificis, queat fieri conſecratio Epiſcopi à minus, quàm tribus.

Mihi tamen potius verum videtur quod poſſit 9
Pontifex diſpenſare, vt fiat conſecratio, etiam ab vno tantum Epiſcopo iuſtis de cauſis; eo quod non Chriſtus Dominus, ſed Apoſtoli conſtituerunt vt Epiſcopus à tribus Epiſcopis conſecretur Azor.*inſtit.moral.p.*2.*lib.*3. *cap.*30. *quæſt.*3. Paulus Layman.*in Theologia morali lib.*5.*tract.*9.*cap.*5.*n.*1. verſ.*nota*, Sebaſtian.Cæſar.*in relatione de Eccleſiaſt. hierarch. p.*2. *diſp.*6. §.2. *num.*8. Barboſa *de poteſt. Epiſcopi dicto cap.*5. *ſub num.*5. & *ſub dicto verſ. fieri*, idem *de iure Eccleſiaſt. p.*1. *cap.*9. *ſub num.*51. cum aliis etiam dicens poſſe conſtitui authoritate ſummi Pontificis,ſiue generalis Concilij ſeu Eccleſiæ, vt vnus Epiſcopus iuſtis de cauſis Epiſcopum conſecret, idem *in cap.*2.*Trid.ſeſſ.*23.*num. fin.* quibus addo Dianam *p.*8. *tract.*1. *reſ.*32. in verſ. *ſed quidquid*,cum Tannero *tom.*4.*diſp.*7.*quæſt.*3. *dubio* 3.*num.* 33. Granado *in* 3. *p. controuerſ.*9. *tract.*1, *diſp.*3.§.1.*num.*5.vbi probat, nam ſi ſolus Petrus à Chriſto Domino conſecratus ſit Epiſcopus, ipſe verò reliquos conſecrauerit, non potuit non conſecrare ipſe ſolus vnum, vel alterum aliorum Apo-
ſtolorum. † Deinde quia pro Anglia diſpenſauit 10
Sanctus Gregorius, cum primum ad fidem conuerſa eſt, vt conſtat ex eius reſponſione ad octauam interrogationem Auguſt. *tom.*3. *Conciliorum*, & Gregor. XIII. diſpenſauit etiam cum Patriar-
cha Æthyopiæ. † Et modo in dies ſolet vnus tantum 11
Epiſcopus conſecrare, vt docet etiam Vaſquez *in* 3.*p.tom.*3.*diſp.*243.*cap.*6. *num.*73.benè tradunt, & comprobant Solorzanus *de iure Indiarum tom.* 2. *lib.*3.*cap.*6.*num.*38. dicens vt poſſit ab vno tantum Epiſcopo fieri apud Indos, qui in defectum aliorum duas Dignitates, vel Canonicos minatos ſibi in ſocios aſſumat, provt quotidie viſum eſt fieri in illis partibus; quia Papa poteſt mutare hanc formam, quamvis fuerit ab Apoſtolis inſtituta, vt tradunt Hugo, & Præpoſitus *in dict.cap.porrò*,quos ſequitur Gregor. Lopez *in l.*28. *tit.* 5.*p.*1. *gloſſa* 2. Machadus *de perfecto Confeſſore tom.* 2. *lib.* 4. *p.*6. *tract.*1. *docum.*6. *num.*5. & notat ex noſtris iuribus idem Solorzanus, vbi tradit declarationem ex Farinac.ad Trid.*dict.ſeſſ.*23.*c.*1.Sacra Congregr.Cardinal. ita in ea declaratum fuiſſe à maiori parte Theologorum,qui conſulti fuerant, & ita Pium V. diſpenſaſſe.

Probatur etiam *ex Canone Apoſt.*1.dum dicitur 12
ibi Epiſcopum debere duobus, vel tribus Epiſcopis ordinari, & apud Clementem *lib.* 3. *conſtitut.* habetur *cap.*2.quod ſi ad valorem ordinationis non requiruntur tres Epiſcopi, non eſt ratio aliqua ſufficiens, vt affirmemus vnum Epiſcopum non ſufficere. Quod etiam ſupponi videtur in Concilio Arauſiano 1.*cap.*21.dum ſtatuitur, vt ſi duo Epiſcopi præſumpſerint aliquem inuitum Epiſcopum facere, vterque Epiſcopus ordinans deponatur, vt in locum vnius ſubſtituatur, qui vim paſſus eſt,& in locum alterius ordinetur alius, vbi ſupponitur
verè ordinari à duobus Epiſcopis. † Et ſic in Pon- 13
tificali licèt requirantur tres Epiſcopi, vnus ſolus appellatur conſecrator, & alij duo aſſiſtentes, & ſupponit non eſſe neceſſarios tres Epiſcopos, alioqui omnes dicendi eſſent conſecratores.

Deinde quia pro varietate temporis, videtur va- 14
riatus numerus Epiſcoporum, nam vt iam dixi *in* 1.

canon.

canon. Apoſtol. non requirantur tres, ſed duo, vel
tres, & in Concil. Carthagin. 4. *can.*2. non præ-
ſcribitur numerus ternarius, & Sanctus relatus
ait à tribus, vel quatuor Epiſcopis eſſe Epiſcopum
ordinandum. Ergo euenit vt non ſit ex Chriſti
Domini inſtitutione multiplicitas Epiſcoporum, ſed
15 Eccleſiaſticum præceptum. † Tum etiam quia
Clem. Roman. *lib.*8. *conſtitut. cap.*27. refert hanc
Sancti Simonis conſtitutionem: *Ego Simon Cana-
neus conſtituo à quot Epiſcopus debeat ordinari Epiſ-
copus, ſcilicet à duobus vel tribus Epiſcopis. Sin
verò aliquis ab vno Epiſcopo ordinatus fuerit, tum is,
qui ordinatus, tum is, qui eum ordinauerit depona-
natur; quod ſi neceſſitas coëgerit ab vno ordinari,
quod propter perſecutionem, aut aliam cauſam plu-
res adeſſe non poſſunt, afferatur decretum commiſ-
ſionis plurium Epiſcoporum.* Qua conſtitutione vi-
detur etiam extra caſum neceſſitatis eſſe validam
ordinationem ab vno Epiſcopo factam, cum ob
tale defectum tantum poſuerit Simon depoſitionis
pœnam.

16 Et confirmatur vltimo; tum quia Baptiſmus ab
vno Miniſtro eſt validus; quia applicatur ſufficiens
materia, & ſufficiens forma; ergo idẽ erit in propo-
ſito. Deinde quia materia ſcilicet impoſitio ma-
nuum, & prolatio formæ poteſt ab vno ſufficien-
ter applicari, nec ſi plures concurrant applicant
aliquid nouum; ergo valida erit ordinatio, etiam
ab vno ſolo, vt tenent iam relati, quibus addo
Arcadium *lib.*5. *cap.*5. Ochogauiam *de Sacram. tr.
vnico de Ordine quæſt.*7. *num.*14. Granadum *in* 3. *p.
controuerſ.*9. *tract.*1. *diſp.*3. §.2. *num.*7. Paludanum
apud Syluestrum *verbo Conſecratio* 1. *num.* 1. Ar-
millam *eodem verbo*, D. Antoninum *p.* 3. *tit.* 14.
*cap.*19.

17 Quare à fortiori dicendum eſt, vt Pontifex etiam
extra caſum neceſſitatis queat diſpenſare, vt ab
vno, vel duobus tantùm Epiſcopis conſecretur, &
ordinetur Epiſcopus ex notatis ſupra in verſ. *mihi
tamen*; & ſic legimus feciſſe Auguſtinum Epiſco-
pum Cantuarienſem ex commiſſione D. Gregorij
18 ad interrogationes ipſius Auguſtini. † Verùm non
poterit Papa ſimplici ſacerdoti committere hanc
conſecrationem, vt tradunt Coninch. *de ſacram.
diſp.*20. *dub.*9. *n.*86. Alzedus *de præeminentia Epiſ-
copalis dignitatis p.*2. *cap.*5. *num.*8. *in princ.* Barboſa
*in paſtor. diſt. p.*1. *tit.*1. *cap.*5. *num.*5. ſub dicto verſ.
Fieri, & Sebaſtianus ad vtramque partem diſpu-
tat nouiſſimè Diana *p.*12. *reſ.*22. *tract.*1. hanc am-
plectens; etſi Dicaſtillus *tom.*1. *tract.*3. *diſp. vnica,
dubio* 11. *num.*111. *&* 113. Philoſophando dicat in
neceſſitate poſſe ſacerdoti committi, & hoc non
eſſe diſpenſare.

19 Sed vt vnus queat Epiſcopus conſecrare in caſu
neceſſitatis, iuſtiſque de cauſis, media Pontificis
diſpenſatione tenendum eſt, vt etiam comproba-
tur ex facto Gregorij XIII. qui diſpenſauit cum
Patriarcha Æthiopiæ; & tenet Sel. *in ſelectis ca-
non. cap.*2. *num.*10. vbi atteſtatur fuiſſe conceſſum
per ſacram Congreg. rituum x. Octobris 1601. ele-
cto Vſſelem in Sardina vt poſſit conſecrari Epiſco-
pus à duobus Epiſcopis, & alio in dignitate conſti-
tuto, propter paucitatem Prælatorum in dicta In-
ſula, & repetit *in collect. Bullarij*, verb *conſecrari vt
20 poſſit.* † Et ibi in fine ait quod ſolus Papa ordinan-
do videtur diſpenſare ſuper tali forma requiſita in
textu noſtro de tribus Epiſcopis, vbi alia dicit
quæ ex dictis intelliguntur.

21 Et ſic non obſtant iura in contrarium adducta,
quibus ex dictis facilè reſpondetur, non textus *in
dicto cap. porro* 66. *diſt.* quia forma ibi non accipitur
pro ſubſtantia rei, ſed tantùm pro ritu, ſeu cære-
monia, quam Apoſtoli ſucceſſoribus relinquere
volebant. † Nec enim forma ſemper cenſetur ſub- 22
ſtantialis, ſed tantum illa, quæ vel ex materia ſub-
iecta, vel ex mente conſtituentis talis apparet ex
ſententia gloſſæ vltimæ, *cap. cum deſideres de ſent.
excomm.* † Minuſque obſtant iura *hic*, & *in cap.* 23
Archiepiſcopus 66. *diſt.* cum aliis, quæ aliquando
aſſerunt aliter factam ordinationem irritam eſſe;
quia intelligi debent, non quantum ad veritatem
Sacramenti, ſed quoad executionem officij paſto-
ralis, vt optimè declarat gloſſa *in dict. cap. Archi-
epiſcopus*, quid dicāt Durand. & Antonius Auguſti-
nus relati *ſupra*, & tenet Barboſa *de iure Eccleſiaſt.
p.*1. *dict. cap.*9. *num.*51. *in fine.* † Nec obſtant Pauli 24
locus *ad Thimot.* 4. nec Anicetus Papa *cap.*1. *ad
Epiſcopos Galliæ*; quia etſi à principio naſcentis Ec-
cleſiæ tribus Epiſcopis ordinaretur Epiſcopus, non
inde ſequi factum eſſe ex Chriſti inſtitutione, vt
agnoſcunt adducti iam pro noſtra ſententia. Et vl-
tra dicta leges quæ nouiſſimè congerit Diana *p.* 12.
qui *reſol.*29. poſtquam *reſolut.*27. *&* 28. diſputaue-
rit, utrùm conſecratio de iure Diuino à tribus requi-
ratur, *in reſolut.* 29. dicit eſſe de iure Diuino, &
*reſ.*30. diſputans an in caſu, quo requirantur de iure
Diuino tres Epiſcopi, poſſit in caſu neceſſitatis Pa-
pa diſpenſare; *& reſ.*31. exemplis demonſtrat ſæpius
Pontifices diſpenſaſſe ſuper numero Epiſcoporum
in Epiſcopi conſecratione: alia, quæ pro comple-
mento deſideres, videbis latè *in ipſis Dianæ locis
iam adductis*, vbi quam plures DD. affert.

Ad tertiam quæſtionis partem, an per conſecra- 25
tionem Epiſcopus contrahat vinculum cum Eccle-
ſia, videtur affirmatiuè reſpondendum; per verba
textus *in cap. inter corporalia de tranſlatione Epiſ-
copi*, ibi: *Cum ergo fortius ſit ſpirituale vinculum,
quam carnale, dubitari non debet, quin omnipotens
Deus ſpirituale coniugium, quod eſt inter Epiſco-
pum, & Eccleſiam, ſuo tantum iudicio reſeruauerit,
diſſoluendum*; & ſic docere videtur Calixtus *in
Epiſtol.* 2. *ad omnes Galliarum Epiſcopos cap.*3. rela-
tus *in cap. ſicut* 7. *quæſt.*1. Itaque Vaſquez *in* 3. *p.
tom.*3. *diſp.*243. *cap.*1. 3. *&* 5. aſſerit vinculum, quo
Epiſcopus ligatur Eccleſiæ ſuæ eſſe indiſſolubile
iure Diuino, & naturali, idem tradunt Azor. *inſtit.
moral. p.*2. *lib.*3. *cap.*29. *q.*3. verſ. *quæſtio igitur eſt*,
Valerius Reginaldus *in praxi fori pœnit. lib.* 30.
*tract.*3. *num.*257. † Cum ergo per verba relata *cap.* 26
inter corporalia, deducant Doctores communiter
valere argumentum de matrimonio carnali ad ſpiri-
tuale, vt multis probat ibi Barboſa *num.*4. idem *in
tract. de locis communibus*, argum. iuris *loco* 70. Ze-
ned *quæſt. pract. can. lib.*1. *quæſt.*35. *num* 2. Tuſchus
*tom.*1. *litt. A*, *concluſ.*506. *num.* 2. *&* *concluſ.*507.
*num.*18. Anton. Genuenſ. *in pract. Eccleſiaſticis*,
*quæſt.*238. *num.*2. *&* *quæſt.*261. *num.*2. *&* *quæſt.*778.
*num.*2. Gomez *in l.*29. *Tauri num.*14. & alij infiniti;
ſed illo textu probari per verba ibi, *Spirituale con-
iugium, quod eſt inter Epiſcopum, & Eccleſiam*,
Chriſtum Dominum matrimonium hoc ſpirituale
ſuo Iudicio reſeruaſſe, ſicut, & carnale; atqui ma-
trimonium carnale factum fuit indiſſolubile per
diſpenſationem, iuxta illud Matth. *Quos Deus con-
iunxit, homo non ſeparet*, de quo *in cap. litteras de
reſtitut. ſpoliat. in cap. quanto*, *& in cap. gaudemus
de diuortiis*; ergo & ſpirituale.

Verùm cum quotidie videamus fieri Epiſcopo- 27
rum tranſlationes, quæ vtique fieri non poſſent,
niſi vinculum cum priori Eccleſia diſſolueretur,
alioquin

Digitized by Google

alioquin non fieret tranſlatio, ſed multiplicatio Epiſcopatuum in eadem perſona, ſequitur vt nullomodo ſit dicendum eſſe illam indiſſolubilitatem de iure diuino, vt docent Doctores *in dicto cap. inter corporalia, & in cap. licet de tranſlat. Epiſcopi*, vbi Cardinal. *n. 1. & 3.* Imola *n. 2.* Abbas *n. 3. & 4.* & ex Theologis Petrus Ledeſma *de matrim. queſt. 53. art. 3. poſt concluſ. 3.* verſ. *ſed vt hac*, Sanchez *eodem tract. diſp. 28. n. 13.* Suarez, *de religione tom. 3. lib. 1. cap. 16.* indiſtincte tenentes vinculum, quo Epiſcopus ligatur Eccleſiæ iure tantum humano, ſeu Eccleſiæ confirmati; quia ſi hoc vinculum eſſet iure diuino indiſſolubile, vel eſſet Iure Diuino, vel naturali: de primo non extat locus; de ſecundo etiam patet, quia ex ſola ratione naturali fundamentum talis Iuris Diuini minimè oſtendi poteſt, & ex traditione Eccleſiæ contrarium conſtare; cum igitur matrimonium ſpirituale non ſit reſeruatum lege diuina in ſenſu literali ipſi Chriſto, vt carnale eſt, non mirum erit ſi illud Pontifex facilè diſſoluat, non verò carnale, vt tradit Barboſa *in diſt. cap. inter corporalia ſub num. 6. circa finem.*

28 Non inquam obſtant iura in contrarium adducta, nec ſimilitudinem de matrimonio ſpirituali ad carnale; quia reſpondetur loqui per quandam ſimilitudinem ad matrimonium carnale; quia comparatio illa cum matrimonio, non eſt per conuenientiam vniuocam, ſed per quandam proportionalitatem; & ſic non eſſe neceſſarium, vt in omnibus proprietatibus æqualitatem, aut ſimilitudinem teneant, & maximè indiſſolubilitate naturali
29 vinculi. † Nec obſtat textus *in diſt. cap. inter corporalia*, dum ait Deum ſibi reſeruaſſe huius vinculi Epiſcopalis diſſolutionem; quia facilè reſpondetur ex verbis ibi ſequentibus, *Non enim humana, ſed potius diuina poteſtate coniugium ſpirituale diſſoluitur, cum per tranſlationem, depoſitionem, aut ceſſionem authoritate Rom. Pont. (quem conſtat eſſe Vicarium Ieſu Chriſti) Epiſcopus ab Eccleſia remouetur*; ergo eo modo, quo diſſoluitur illud vinculum authoritate Diuina, id eſt, authoritate diuinitus data Vicario ſuo, nam ſicut Deus ſoluit per ſuum Vicarium; ita per eundem reſeruauit. Quo in ſenſu explicant Doctores textum illum dicentes tria illa eſſe reſeruata Romano Pontifici, non tam conſtitutione canonica, quàm authoritate Diuina; quia ipſa conſtitutio canonica in authoritate Diuina fundata eſt: ita etiam expendit Barboſa *de Iure Eccleſiaſt. dict. p. cap. 9. n. 72.* & latè agens etiam explicat Sebaſtian. Cæſar *de Eccleſiaſt. Hierarch. p. 1. diſp. 6. de Epiſcopis* §. 2. *num.* 24. ſic exponendum illud dicterium inter Epiſcopum, & Eccleſiam contrahi coniugium ſpirituale.

30 Et licèt diſſolubilitatem matrimonij carnalis conſummati à Pontifice fieri dixerint Socinus *conſ.* 28. *col. penult. volum.* 1. Cagnolus *in l. actus, ff. de regul. iur. in* 4. Baldus *in cap. lator, de re iudic.* *Sylua nupt. p.* 20. Andreas *in regula actus legitimi de reg. iur. lib.* 6. Decius *in cap. quæ in Eccleſiarum col. 5. de conſtitut.* Gratus *conſ. 1. n. 31. vol...* quaſi tunc non homo ſeparat à Deo coniunctos, ſed ipſe Deus; quia parum refert, inquit Bernard. *lib. de diſpenſat. & precept. col.* 4. an nobis Deus ſuam voluntatem exponat per ſe ipſum, vel per ſuos Angelos, aut per ſuos Vicarios: tamen clarè decipiuntur ex his; quæ latè notaui *ſub dicto cap. litteras de reſtit. ſpoliat.* quia qui homini poteſtatem denegauit ſeparandi ſic à Deo copulatos Pontificem maximum excluſit; quod homo eſt; & ideo contra eos verior ſententia eſt, & communis Doctorum opinio eorum, quos refert, & ſequitur Sanchez omnino videndus *de matrim. lib. 2. diſp.* 14. & probatur *ex dicto cap. 1. inter corporalia* per illa Verba, *quos Deus coniunxit*, de quibus etiam *in dicto cap. quanto, & cap. gaudemus de diuortiis.*

Nec itidem ex verbis ibi: *Quos Deus coniunxit*, 31
colligi debet doctrina etiam ad matrimonium ſpirituale; quia per illa Verba, quatenus ad hoc ſpirituale matrimonium tantum indicatur reſeruaſſe ſibi Dominum ſolutionem, non in ſenſu litterali, ſed morali; qui ſenſus licèt in ſacra Scriptura à Spiritu Sancto intentus ſit, non tamen facit efficax argumentum ad probandum aliquid eſſe legis
Diuinæ obligatoriæ. † Nam ſolent Pontifices vti 32
ſacræ Scripturæ teſtimoniis in ſenſu morali ad propria decreta confirmanda, vt patet in materia pluralitatis beneficiorum, de qua infra *in cap. de multa 28. de præb.* cum ad probandum aliquem non poſſe habere duo beneficia adducunt verba Pauli, *Oportet Presbyterum eſſe vnius vxoris virum*, & Chriſti *nemo poteſt duobus Dominis ſeruire*; quæ verba in ſenſu litterali longè aliud ſignificant: ſic & *in extrauag. vnam ſanctam Eccleſiam, de maiorit. & obed.* quam latè expendit *ſub p. 1.* textus *in cap. nouit. 13. de Iudic.* adducit Bonifac. VIII. Verba Chriſti duobus gladiis in ſenſu morali ad ſummam poteſtatem ſtabiliendam, cum litteralis aliud eſſet, vt ſacri Doctores in eundem locum explicarunt; tradit Barboſa *in dicto cap. inter corporalia ſub dicto num. 6.* & expendunt Caſtrus *de hæreſi lib. 1. cap. 3.* D. Thomas *p. 1. q. 1. art. 10.*
† Ex quo principio quod debet retineri ad varia 33
Iura Canonica declaranda, ſequitur dicendum, vt cum matrimonium ſpirituale, non ſit reſeruatum lege Diuina in ſenſu litterali ipſi Chriſto, vt carnale eſt; non eſſe mirum, ſi illud ſummus Eccleſiæ Præſul facile diſſoluat, non verò carnale. Et nouiſſimè videbis quæ latè adducit Diana *p. 12. tr. 1. reſ. 51.* dum agit de ea quæſtione, an in conſecratione Epiſcopi contrahatur matrimonium ſpirituale cum Eccleſia, vbi affirmat. Nec obſtare ait ſi dicatur matrimonium ſpirituale conſiſtere minimè poſſe inter Epiſcopum titularem, & Eccleſiam in partibus Infidelium; quia reuera titularis eſt verus Epiſcopus, vt patet ex Concilio Calcedon. *can. 6.* quod ſufficit, etſi non deſeruiat Eccleſiæ, & *reſ.* 77. latè.

Ad vltimum de forma præfatæ conſecrationis, 34
cum Barboſa iam hodie ex modernis de ſingulis actibus, & cæremoniis loquatur longè *de Iure Eccleſiaſt. p. 1. diſt. cap. 19. à num. 53. ad 70.* melius, & vberius *in Paſtorali 7. p. tit. 1. cap. 5. à dicto n. 5.* in verſ. *circa proceſſum*, vbi qualiter fieret in primitiua Eccleſia, proſequutus bene *vſque ad num.* 23. vbi *in verſ. voluit*, ponit modum ſuæ nominationis per Regem noſtrum Philippum IV. ad Eccleſiam Vrgent. Regni Neapoli, & ad litteram Epiſtolam Regiam ad Pontificem Innocent. X. & deinde dicit de tremendo examine, quod paſſus eſt coram Præsbyteris, Cardinalibus, vt conſecraretur Epiſcopus, ibique de hac quæſtione ad ſaturitatem leges; ideo non ago longè: & breuiſſimè repetit Franciſcus Onz de Salzedo *in ſua curia Eccleſiaſtica fol. 8. littera B*, ibi: *Conſecracion de obiſpo con teſtimonio de ella*: alia leges apud Diana. *ſub dicta p. 12. tract. 1.* quæ conducunt in diuerſis reſolutionibus, & applicabis quæ dixi ſupra *in q. 15. de electione q. 6. verſ. ad quartam.*

QVÆSTIO

QVÆSTIO II.

An ſi aliquis ex tribus Epiſcopis non imponeret manus ſuper caput conſecrandi, vel non proferret formam Accipe Spiritum Sanctum *conſecratio eſſet inualida. Et an ſi aliquis non Sacerdos, ſeu infans, ſeu ante legitimam ætatem conſecraretur Epiſcopus conſecratio eſſet inualida, ſeu ſic conſecratus aliquam incurreret cenſuram; vbi de fæmina, & Hermaphrodita. An conſecratio Epiſcoporum Græcorum differat à Latina. Et an Epiſcopus aliquâ cenſurâ innodatus validè conſecret aliquem in Epiſcopum.*

SVMMARIVM.

1 *Conſecratio Epiſcopi vt validè fiat debet eſſe à tribus Epiſcopis neceſſariò per rationes,* num.2.3. *ſed verius eſt vt conſecratio poſſit ab vno fiat, vt à* num.4. *Contra Hallier cui reſpondetur,* n.6.

4 *Conſecrantium Epiſcoporum duo conſecrationi interuentores dicuntur coadiutores conſecrantis Epiſcopi.*

5 *Conſecratores duo ex tribus non imponentes manum ſuper caput conſecrati non efficiunt conſecrationem irritam; ſed non proferentes formam.*

7 *Epiſcopus vnus principaliter totam conſecrationem perficit alij ſunt quaſi coadiutores.*

8 *Conſecrari Epiſcopus poteſt ſecundùm quoſdam qui nondum eſt præſbyter,* & n.9. *Sed verius eſt contra à* n.10.

10 *Characteris præſbyteratus, & Epiſcopatus eſt ſubordinatio eſſentialis ſicut inter characterem Baptiſmi, & Confirmationis,* n.11.12.& 13.

13 *Homo primus eſt eſſentialiter in naturalibus quàm alterius hominis pater per generationem.*

14 *Epiſcopus eſt Præſbyter & Sacerdos perfectus & ſummus.*

15 *Epiſcopatus & præſbyteratus ordo continet connexionem qui tantum differt ſicut perfectum, & minus perfectum.*

16 *Ordines ſacri ſunt inter ſe diſtincti qui de per ſe aſſumpti imprimunt characterem, & vide* ſub n.8.9. & 10.

17 *Conſecratus Epiſcopus nondum præſbyter nequit præſbyteros ordinare nec miniſtrare in aliis ordinibus non ſuſceptis.*

18 *Infans ordinatus in Epiſcopum num validè, & de Epiſcopo ordinante ipſum remiſſiuè.*

19 *Conſecratus Epiſcopus ante legitimam ætatem nullam in iure incurrit ſuſpenſionem ſicut alij ordinati in ſacris,* n.20. & 21.

20 *Suſpenſionis pœna generaliter lata non ſe extendit ad Antiſtites.*

22 *Pij II. Conſtitutio componens pœnam ordinatis ante legitimam ætatem non comprehendit Epiſcopos.*

23 *Cap.* cum in cunctis, de electione.

24 *Conſecratus Coadiutor Epiſcopi ante legitimam ætatem nec cenſuram, nec ſuſpenſionem incurrit.*

25 *Electio Epiſcopi ante annos* 30. *eſt inualida non ſic illius poſtulatio; vbi de ratione differentiæ.*

26 *Conſecratus Epiſcopus ante annos* 30. *etſi ſuſpenſionem non incurrat peccat tamen lethaliter.*

27 *Peputiani hæretici exiſtimarunt fœminas ex Chriſti inſtitutione eſſe capaces ordinis Eccleſiaſtici etiam Epiſcopatus.*

28 *Fœmina etſi poſſet eſſe propheteſſa vt probatur exemplis. Sed fieri clerica & ordinari, vt* num. 29. & 30. *vbi quod reprehendit Leo Papa IX. Creatos Patriarchas aliter:* & n.35. *vbi differentiæ ratio.*

31 *Excommunicati & irregulares illicitè ordines ſuſcipiunt, fœmina autem nulliter.*

32 *Ioanna Anglicana fœmina ex communi dicterio fuit ad Pontificatum aſſumpta per duos annos, ſed exploditur,* num.33. *eo quod Ioannes Papa VII. Imperatus à fœmina Ioanna: ſic vocari cœptus eſt, fuit tamen alia Ioanna Patriarcha Conſtantinopolitana creata. Vulgò Papiſſa dicta, vt* n.34.

35 *Paulus ad Galatas* 3. *relatus,* num. 28. *ibi:* Chriſto Ieſu maſculum, & fœminam vnum eſſe.

36 *Fœmina Diaconiſſa ordinata non ad munus Eccleſiaſticum, ſed ad curam cæterorum, inter quas aliæ fuerunt Subdiaconiſſæ, aliæ Preſbyteræ, aliæ Epiſcopæ, ſic dictæ non ob officium, ſed quia vxores virorum, &c. vt* n.37.

38 *Fœmina nullo tempore potuerunt in Epiſcopos eligi aut conſecrari. Quid de Hermaphrodita,* n.39. remiſſiuè.

40 *Græcorum conſecratio in ſubſtantia non differt à Latina. Sic nec Sacerdotum ordinationibus, vt* n.41.& 42.

42 *Euangeliorum liber in principio non potuit eſſe materia ordinationis, ſicut nec Epiſtolarum, & exorciſmorum.*

43 *Euangelium prædicare competit Epiſcopo ex vi ſuæ ordinationis.*

44 *Epiſcopus hæreticus, cenſura innodatus validè ordinat ſi habeat debitam Eccleſiæ intentionem, vt* n.45.

46 *Cap.* nullum 9.q.2. *relatum,* n.45. *cap.* Eccleſia; *& alij canones* q.1. & 9. q.1.

47 *Ferre nullus poteſt in iure quod licitè nequit facere.*

48 *Eccleſia poteſt irritare benedici calices, altaria, & alia id genus ab Epiſcopo hæretico, excommunicato & ſuſpenſo, ſed non ordinationes adhibita Eccleſiæ intentione.*

AD primam quæſtionis partem; an ſi aliquis 1
ex tribus Epiſcopis non imponeret manus ſuper caput ordinandi vel non proferret formam *Accipe Spiritum Sanctum,* conſecratio eſſet inualida? Et pro affirmatiua ſententia videtur facere textus *in cap. ne Epiſcopus,* ibi: *Sine tribus, hoc tit.* vbi requiritur quod aſſiſtant conſecrationi. Et adiuuent ſaltem tres Epiſcopi, & per gloſſam, *ibi*: Et Henriq. *in ſumma lib.* 10. *c.*14. §.1. Paul. Comitol. *Reſponſ. moral. lib.*1. *q.*48. *n.* 13. exiſtimant vt alias non ſit conſecratus & Azorius *p.*2. *lib.*3. *c.*30. *q.*3. dum dubitat; an quilibet trium Epiſcoporum manus imponentium & Euangelij codicem tenentium conſecret; & refert eſſe aliquos tenentes nullum per ſe ſolum conſecrare, ſed omnes tres ſimul; ſicut cum tres trabem portant, trahuntur, nullus eorum per ſe

ſolus

ſolus id facit, ſed omnes ſimul & coniunctim: ſic
2 gloſſa *in cap. Epiſcopus diſt.*23. † Quare Marchinus
*de ſacramento Ordinis tract.*5.*p.*2.*cap.*12.*num.*8.ait,
vt licèt vnus ſolus ex tribus conſecrationem perfi-
ciat & alij duo ſint aſſiſtentes, vt colligitur ex Pon-
tificali in quo vnus ſolus dicitur Conſecrator; tamen
ex eodem Pontificali conſtare omnes tres illos Epiſ-
copos debere ſub præcepto ſimul manus ſuper ca-
put Epiſcopi ordinandi imponere; & ſimul verba
proferre; materiam, & formam inſimul conſecrando
applicãtes; addens quod etſi vnus dicatur Cõſecrator
& alij aſſiſtentes hoc non oritur; quia omnes tres
ſimul non conſecrent; ſed quia vnus, nempe Me-
tropolitanus eſt principalis Conſecrator, & ipſe
3 ſolus omnes fere cæremonias perficit, † & Hallier *de
ſacris electionibus p.*2. *c.*2. *art.* 1.§.5.*num.* 33. ait vt
quamvis in Pontificali Romano vnus dicatur con-
ſecrator reliqui vocentur aſſiſtentes, hoc non cõuin-
cere vnum dumtaxat eſſe neceſſarium Miniſtrum
qui ſolus conſecrationem peragat; nam cum ſi-
mul ſuper caput ordinandi Euangeliũm teneant,
omnes manus imponant, omnes verba conſecrato-
ria proferant; ſic omnes Conſecratores dici poſſe,
cum in iis ſolum conſecratio ſubſtantialiter con-
ſiſtat: & alia addens, Marchinus concludit ex Cy-
priano, nam etſi vnius Sacramenti vnus dicatur
miniſter; tamen hoc eſſe verum de vnico totali
miniſtro, non de partialibus, qui omnes agant
per modum vnius vt ſpecialiter in ordinatione ſer-
uatum fuit, cum & à pluribus miniſtris Epiſcopi in
vnam cauſam conuenientibus ſacrarentur, & tam
conſecrati in Epiſcopos quàm in Præsbyteros con-
ſecratoribus ſuis concelebrarent ad vnitatem Eccle-
ſiæ ſeruandam quæ in Epiſcoporum vnione inter
ſe & adhærentia populi cum Epiſcopi præſertim
conſiſtit:

4 Sed quia reſolutio huius difficultatis multum de-
pendet à dictis ſuprà *quæſt.*1.*à n.*1. verius dicendum
exiſtimo vt vnus totam conſecrationem efficiat alij
inquam ſint coadiutores; vt docét Syluester. *in ver-
bo conſecratio* 1. *num.* 1. vt docuerunt Hoſtienſis &
Gofredus ab eo relati Nicolaus Iſambert *in* 3.*p. D.
Thomæ de Sacram. Ordinis diſp.* 6. *art.* 1. qui dixit
duos Epiſcopos aſſiſtentes propriè, & in rigore non
eſſe Miniſtros ordinarios cõſecrationis Epiſcopalis,
ſed ſolum Conſecratores. Fragoſus *de regim. Reipu-
blic. Chriſtiana tom.*2.*lib.*8.*diſp.*18.§.15. etenim vt
*in dicta quæſt.*1.*à num.*1. dixi, potius eſt, vt depen-
deat munus conſecrationis per tres Epiſcopos à
iure poſitiuo Eccleſiaſtico vt ibi latè probaui.
5 Quare & conſequenter dici debere in puncto no-
ſtri dubij, vt duo alij Epiſcopi coadiutores non im-
ponentes manus, aut Euangelia ſuper caput conſe-
crandi ſeu non proferentes formam dictam *Accipe
Spiritum Sanctum*, non efficiant conſecrationem
6 irritam in his deficientes. † Nec obſtat Hallier *vbi
ſupra dict. art.*1. §. 4. *num.* 19. quatenus adducit vt
Epiſcopi aſſiſtentes principali Conſecratori mate-
riam exhibeant, & verba conſecrationis proferant,
ſicque debeant pertinere ad ſubſtantiam conſecra-
tionis; vt videtur ſentire gloſſa & Hugo *in dict. c.
Epiſcopus* 23. *diſtinct.* quia reſpondeo vt quemad-
modum Sacerdotes qui ſimul cum Epiſcopo ſacri-
ficant materiam præſentem habent quam conſe-
crant dum ordinantur; eodem modo quo Epiſco-
pus, & Conſecratoria, ſeu tranſmutatoria verba
panis, & vini in corpus ac ſanguinem Chriſti cum
Epiſcopo quoque celebrante proferunt nec tamen
ad ſubſtantiam conſecrationis corporis, & ſangui-
nis Chriſti eo ſenſu ſpectare dici poſſunt quaſi ipſi
ad eam neceſſarij ſint, ſic in noſtro caſu; etſi om-
nes tres illi Epiſcopi verba proferant, & materiam
cum Conſecratore exhibeant ſiue conſecrationem
ipſam omnes, & ſinguli indiuiſim operentur ni-
hilominus non dicentur ſic conſecrationi operantes
ad neceſſitatem conſecrationis eſſe requiſitos aut
non ab eorum vno validè perfici poſſe, quæ ſine
dubio vera ſunt inter Doctores putantes ternarium
Epiſcopum eſſe tantum de neceſſitate præcepti; vt
refert Diana *p.*12.*tract.*1. *de Conſecratione Epiſcopo-
rum reſ.*45. etſi referat Contreras *in ſcriptura contra
Conſecrationem Epiſcopi de Paraguai art.*1. *dubio* 1.
*num.*3. & cum eo Diana in caſu contingenti modo
relato iterandam eſſe ſub conditione conſecratio-
nem Epiſcopi quod an ſit præcisè neceſſariũ infrà
recognoſces ex his quæ ſcribo *in tit. & cap.*1. *de Sa-
cram. non iterandis*, noſtram etiam ſententiam præ-
ter alins ſequuntur Paz Iordanus *tom.*1.*lib.*5. *tit.* 2.
*num.*24. † Sanchez *in opuſculo tom.*2. *libro* 7. *cap.*1. 7
*dub.*15.*num* 17. notanter dicens quod vnus Epiſco-
pus principaliter totam conſecrationem perficit &
alij ſunt quaſi coadiutores, ſecundum Hoſtienſem,
& Gofred. nec aliud dixerunt Henriquez, & Paul.
Comitol. *ſupra*; imò nec colligitur *ex dict. cap. ne
Epiſcopi hoc tit.* pro prima opinione adductis nam
etſi conſecratio fiat à tribus non inde præcisè ſe-
quitur vt omnes ſint de ſubſtantia vt hic ad-
uerto.

Ad ſecundam quæſtionis partem quæ nonnulla 8
continet dubia, dico primo vt licet ſit non parum
controuerſum an non Præsbyter queat in Epiſco-
pum ordinari, & conſecrari, Canoniſtæ Doctores
exiſtimant verè Epiſcopum ordinari illũ qui adhuc
Sacerdos non ſit; ſic vt nihilominus valeat conſe-
cratio & eſt eorum ratio quia & ſimili modo verè
ordinati manent etiam alij, qui per ſaltum or-
dinantur etiam in ſacris, etſi pœnis plectantur:
nam quemadmodum per ſaltum promotus valet
in aliis ordinibus, quia non eſt eſſentialis ſubor-
dinatio inter characteres ejuſmodi ordinum, ſic
vt nihil referat quinam illorum ordinum prior
conferatur ad illorum validitatem præcisè ſpecta-
tam; ergo cum exiſtiment Canoniſtæ quod in Epiſ-
copo poteſtas ordinis Pontificia à poteſtate Sacer-
dotis omnino diſtinguatur; cum ſit poteſtas ob-
eundi aliud omnino quàm quod efficit poteſtas Sa-
cerdotis; quia poteſtates diuerſorum effectuum pe-
nitus diſtinguntur; ſequitur vt ſi quis qui nondum
Præsbyter creatus eſt ſacretur Epiſcopus, recipiat
Pontificiam poteſtatem; etſi non vſum & admini-
ſtrationem. † Præterea quia ipſi exiſtimant ſolo 9
Iure Canonico requiri ordinem Præsbyteratus vt
aliquis conſecretur Epiſcopus, ergo ſi nondum
Sacerdos ſacretur, non erit cur verè dicatur con-
ſecratus Epiſcopus cum illa iuris prohibitio ne-
queat impedire effectum conſecrationis ob non re-
ceptum Sacerdotium; ſic docent Ioannes Andreas
Hoſtienſ. Abbas, Geminian. & alij partim *in c.*1. *de
Clerico per ſaltum promoto*, partim *in c. ex litteris
de exceſſibus Prælator.* Couar. *lib. variar. reſol. cap.*10.
*num.*15. ex eo etiam probantes; nam qui ante Dia-
conatum acceptum conſecratur Sacerdos verè
Præsbyter fit; conſequens Sacerdotis poteſtatem
cum ordines ſacri ſint inter ſe diſtincti, & fulcitur
ex alia etiam opinione Canoniſtarum de qua ſig-
naui ſuprà *in principio Rubricæ huius tit.* in verſ. *ex
dictis, à num.*10. dum egi de dubio an Ordines ſint
ſeptem, vt docent Theologi an inquam nouem, vt
Canoniſtæ affirmant.

Sed quidquid in Rubrica relata pro Canoniſtis 10
vrgeat

vrgeat habita diſtinctione quam ego ibi poſui, reſ-
pondeo ad dubium præſens ex communi Theolo-
gorum ſententia, taliter ad conſecrationem Epiſ-
copi prærequiri Præsbyteratum vt quiſquis iam
Sacerdos non ſit ſi conſecretur Epiſcopus, conſe-
cratio ſit inualida; probant cum infinitis Sanch. *in
opuſcul.tom.2.l.7.c.1.dub* 14.n.8. Valentia & Nuñus
quos citat Candidus *tom.4.diſp.4.art.1.dub.*4. Lean-
der *de Sacram.tom.2.tract.6. diſp.*1. *q.*13. cum He-
ſualdo, Palao, Hurtado, & aliis: Marchinus *de hoc
Sacram. part.*1. *cap* 11.*n.*20. Diana *p.*12. *tract.*1.
reſol. 53. & alij Theologi communiter, tum quia
inter characterem Epiſcopatus, & Præsbyteratus
eſt ſubordinatio tam eſſentialis quàm inter chara-
11 cterem Baptiſmi, & Confirmationis, † ita vt quem-
admodum qui caret Baptiſmo aquæ non poteſt va-
lidè recipere Sacramentum Confirmationis quan-
tumcumque ei applicentur eſſentialia; tam ex parte
materiæ, quàm formæ & intentionis miniſtri requi-
ſita hoc ſolo quod character Confirmationis prære-
quirat eſſentialiter in ſuo ſubiecto characterē Bap-
12 tiſmi; vt dico infra *in titulo de Sacra vnctione.* † Sic
etiam nec conſecretur Epiſcopus valide qui caret
charactere Præsbyteratus, cùm prius ſit eſſe Sacer-
dotem quàm habere poteſtatem generandi, ſeu
13 creandi Præsbyteros, † ſicut in naturalibus prius eſt
eſſe verè, & eſſentialiter hominem quàm verè, &
propriè eſſe alterius hominis patrem per generatio-
nē, vt docuit hac ratione Iſambertus *in 3.p.D.Thom.*
14 *tom.*3.*de hoc Sacram. diſp.* 1. *art.*3. † Tum etiam
quia Epiſcopus eſt Præsbyter, & Sacerdos perfectus
& ſummus, ergo ſicut non poteſt eſſe magnus, & ve-
hemens calor, ſic nec perfectus Præsbyter quin ſit
Præsbyter.

15 Nec tunc obſtat dicere quod poteſtas Ordinis
in Epiſcopo diſtinguatur à poteſtate Præsbyteri;
quia reſpondeo, vt quamvis hæ duæ poteſtates
differant inter ſe, ſecundùm ea quæ dixi *in dict. Ru-
brica huius tituli à num.*10. tamen quia ibi dixerim
Epiſcopatus ordinem largè ſumptum eſſe idem ac
Sacerdotium ideo dici debere, talem inter ſe con-
nexionem habere, vt Epiſcopatus ordinatio ſit Sa-
cerdotij & Præsbyteratus extenſio, vt *ibi* dixi. Dif-
ferunt ergo tantùm ſicut perfectum & minus per-
16 fectum, † quod locum non habet in aliis ordini-
bus, in quibus, quia poteſtates ſunt omnino di-
ſtinctæ, nec ſe habent ſicut perfectum & minus
perfectum, ob quod fundamenta contrariæ ſenten-
17 tiæ diluuntur, † imò & ipſi Canoniſtæ fatentur, vt
tradit Couar. *dict.lib.*1.*var.cap.*10.*num.*16.*ad finem*,
cum gloſſa *in dict.cap.*1.*de cler. per ſaltum prom. in
verbo miniſtrare*, quod ille qui nondum Præsbyter
conſecratur Epiſcopus, nequit Præsbyteros ordi-
nare cum ipſe Præsbyter non ſit; imò nec poſſit
miniſtrare in aliis ordinibus ſacris quos nondum re-
ceperit, imò nec talis ſic ordinatus Epiſcopus con-
ferre aliis ordinandis ordinem ſacrum ſiue Diaco-
natus aut Subdiaconatus quo nunquam fuit inſigni-
tus, per textum *in cap. gratia* 1. *quæſt.*1.

18 De infante enim conſecrando in Epiſcopum; vt
legitimum præbeas reſponſum, leges quæ infra dico
in Rubrica de ætate & qualitate ordinand. in verſic.
deinde dico, vbi an infans queat ordinari ab Epiſco-
po in minoribus ordinibus, ſiue in maioribus ſa-
cris, item & de noſtro dubio, ibi, *quæſt.*1. *in verſ.
ad tertiam*, dum ego de illo dubio an Epiſcopus in
Epiſcopum ordinans infantem ante rationis vſum
validè illum ordinet.

19 De ordinato Epiſcopo ante legitimam ætatem,
latiſſimè dico infra *in Rubrica de ætate & qualitate
ordinand. ſub quæſt.*2. *in toto verſ. ad tertiam*, nunc
verò cum dubium ſit an conſecratio Epiſcopi ſit
valida ante legitimam ætatem, & huic dubio ſatiſ-
faciens ex aſſignatis de puero infante, reſtat nunc
reſoluendum, aliud dubium in quæſtione propoſi-
tum, an ſi ante legitimam ætatem, quis conſecra-
retur Epiſcopus incurreret, aliquam cenſuram;
in quo dubio etſi videatur reſpondendum pro affir-
matiua ſententia, iuxta alias pœnas & cenſuras,
quas incurrunt ordinati per ſaltum; ante legitimam
ætatem aut ſine titulo, &c. † Tamen dico vt qui 20
ordinatur Epiſcopus ante annos 30. aſſignatos de
iure ad eius ordinationem, ſiue conſecrationem, vt
latè dixi *in dict. Rubr. de ætate ordinan. ſub quæſt.*2.
verſic. *ad tertiam*, nullam cenſuram incurrat: Sic
Toletus *in ſum. lib.*1. *cap.*6. quatenus locutus ex
Bulla Clement. VIII. & Sixti V. contra Clericos
malè promotos & Epiſcopos in ordinum colla-
tione peccantes, verum cum in illis ſeu in præ-
dicta Bulla Sixti V. nulla ſit facta expreſſa mentio
de Præſulis vel Epiſcopatus ordine; inde euenire
vt qui ad Epiſcopatum ante legitimam ætatem
propria culpa promotus eſſet, ſuſpenſionem non
ſubiret; ſic ex clauſulis multis illius conſtitutio-
nis, probans ex quibus in Epiſcopum eam non
eſſe ſancitam, vt legenti, obuium erit. † Tum 21
quia pœna ſuſpenſionis generaliter lata, ad anti-
ſtites non ſe extendere habeatur, *in cap. quia peri-
culoſum de ſententia excommunic. lib.*6. & ex textu
*in cap. ſi compromiſ. de elect. lib.*6. §. *in huiuſ-
modi*, vbi poſtquam compromiſſarium dixe-
rat qui ſcienter elegit indignum ab Eccleſia-
ſticis beneficiis, ipſo iure ſuſpendi, compro-
mittentes quoque id ratum ſcienter ſi habue-
rint, ſubiunxit; huiuſmodi pœnam Epiſcopus
non contrahit ſi ad eligendum fiat Compromiſſa-
rius, cum de iure nullam ſententiam ſuſpenſionis
incurrat niſi de ipſo expreſſa habeatur mentio ex
ratione aſſignata à gloſſa *verbo de iure*; quia ti-
mitum ſpiritualia ſine temporalibus diu eſſe non
poſſunt, quæ habent ſe vt connexa *cap. ſi quis obii-
ceret* 1. *quæſtione* 3. Suarez *de cenſuris diſputat.* 31.
ſectione 1. *numero* 29. Scipio de Rub. *in aphoriſm.
Epiſcopor. verbo Conſecratio numero* 11. Mauritius
Azeuedus *de præſt. Epiſcop. parte* 1. *cap.*4. Diana
*p.*12. *tract.*6. *reſ.*108.

Nec huic reſolutioni obſtat Pij II. conſtitutio; 22
incipit *cum ſacrorum*, imponens ſuſpenſionis pœ-
nam in præſumentes tantum ante legitimam æta-
tem promoueri; quia vt docent Suarez *de cenſuris
diſput.*31. *ſectione* 1. *numero* 29. Rodericus à Cuña
quem refert & ſequitur Diana *dicta parte* 12. *tra-
ctatu* 1. *reſol.*49. ex ipſius verbis, & circunſtantiis ſa-
tis colligi ibi ſermonem non eſſe de Epiſcopo ſed
tantùm de promotis ante legitimum tempus ad re-
liquos ordines ſacros. † Nec obeſt etiam textus 23
in dicto cap. cum in cunctis de electione comproba-
tus à Tridentino *in cap.*1. *de reformatione ſeſſione* 7.
quatenus ibi prohibetur non modo conſecratio ſed
ante Trigeſimum annum electio, vt dixi latè *in di-
cta quæſtione* 2. *Rubr. infra de ætate ordin. verſ. ad
tertiam*, quia vt ibi patet nulla pœna iniungitur, &
ſic Gerunda *tom.*1. *libro* 2. *cap.*3. *diſput.*7. *n.*2. probat
abſolutè adultum etiam ad talem ordinationem
Epiſcopalis ſuſceptionem cooperantem nulla cen-
ſura ligari. Auiles *de cenſuris parte* 3. *diſp.*5. *dub.*7.
Bernal. *de Sacrament. diſputat.* 49. *ſect.*3. *num.*13.
Alzedus *de præſtantia Epiſcopi cap.*4. *n.*17.

Quæ reſolutio in tantum eſt vera, vt procedat 24
etiam in Coadiutoribus datis Epiſcopis; nam cum

in Coadiutore eadem ætas, & idoneitas deſideretur, ac in coadiuto titulari deſideratur vt dixi *in d. Rub.quæſt.2.*verſ.*ad tertiam*, ſic Sylua *de beneficiis 2.p.quæſt.4.num.9.* Caputaq. *decíſ.127.p.2.*Rot. *decíſ.347. num.9.* & per totam *p. 3. diuerſ.* Gonzalez cum aliis quos refert, & ſequitur *in Reg.8. Cancell. gloſſa 5.§.9.n.6.*Narbona alia adducens *in annal.iuris anno 30.q.5.n.6.* Diana *vbi ſupra* in verſ. *& procedit* addens à fortiori hæc omnia procedere etiam in infante, vel inſano in Epiſcopum conſecrato.

25 Pro complemento notabis duo, primũ quod etſi electio Epiſcopi ante annum 30.ſit inualida, iuxta textum *in d.c.cum in cunctis de electione*, vbi Abbas ac cæteri Interpretes; tamẽ poſtulatio Epiſcopi ante eam ætatẽ non ſit inualida: quia quando poſtulatur aliquis in Epiſcopum ſolum à Romano Pontifice, rogatur vt eum ſoluat pro eius poteſtate à Canonico impedimento in quo diſpenſatus eligi poſſit, & in Epiſcopum creari. Secus verò ſeres habet vbi quis ante legitimam ætatem electus Pontifici exhiberetur: ita Diana, vbi ſupra *d.reſ.49. in fine*, tunc enim (ait) confirmatio ſola peteretur quæ idoneum eſſe electum, atque requiſitis à Iure donatum ornamentis omnique Canonico impedimento ſolutum ſup-
26 ponit. † Secundum quia etſi nullam ſuſpenſionẽ, ſiue cenſuram incurrat Epiſcopus ordinatus, aut electus ante ætatem anno 30.expletam ſine Papæ diſpenſatione; nihilominus dici debet eum mortaliter maiori grauitate culpæ irretiri quo magis ab ea ætate diſtaret, ſic Sotus *in 4.diſt.25.q.1. art. 6.* verſ. *ex quo*, vti etiam notauit Nauar.*in conſ.6.in antiquis hoc tit. in aliis ſuſcipiendis Sacris Ordinibus.* Diana *dict. reſ.49. in princip.* vbi etiam adſcribit quod ſi quis bona fide parentum teſtimonio innixus legitimæ putans eſſe ætatis in Epiſcopum ordinaretur, non debeat poſtea ſcrupulis angi.

27 De fœmina nùm queat in Epiſcopũ conſecrari, repeto hic quod dixi infra *in dict. Rub. de ætate & qualit.ordinand.in princ.*ſub verſ.*eſt omnium*, & ibi, *vnum verò notabis*, vbi quod ad ordines non pertinet ſexus muliebris ſed virilis, nunc breuiter dico, vt licèt Hæretici dicti Peputiani exiſtimarent etiam fœminas ex Chriſti inſtitutione, eſſe capaces cuiuſcumque ordinis Eccleſiaſtici; etiam Epiſcopatus; cum id indicare videatur Paul.*ad Galat.3.*dum ait *Chriſto Ieſu maſculum, & fœminam vnum eſſe, &*
28 *inter eos non eſſe diſcrimen.* † Item quia fœmina poteſt eſſe Prophetiſſa qualis erat Maria ſoror Moſis, & Anna filia Phanuël, *Lucæ 2.* & ſic vt poſſit eſſe Clerica, imò & Epiſcopa; item quia antiquitùs in Eccleſia fuerunt Diaconiſſæ, Præsbyteræ, & Epiſcopæ; vt conſtat ex abrogatione ordinationis illarum facta à Græcis in Concilio Laodicenſ. *Can.11.*vt refertur etiam *in cap.mulieres 32.diſtinct.* & à Latinis in Concilio Arauſicano 1. *Can. 16.* vti tenuerunt Catholici etiam apud D. Bonauenturam *in 4.dub.25.art.2.quæſt.1.*

29 Sed Catholica veritas eſt ex dictis in loco iam aſſignato *in d.Rubr.de ætate ordin.* fœminas de Iure Diuino ab ordinum ſuſceptione excludi; ita vt etiam ſi materia, & forma ab Epiſcopo illis applicaretur, irrita omnino foret earum ordinatio; ex textu *in cap.noua de pœnitent.*vbi omnes Canoniſtæ quam etiam ſequuntur omnes Theologi, vti etiam tradiderunt multi Sancti Patres, S. Cyrillus ſuper *cap.6. Ioannis* S.Ambroſius *cap.15.in epiſtola ad Romanos* S.Chriſoſtom.& alij Pauli expoſitores in illa verba *mulier autem ſeducta in præuaricatione fuit, 2.*
30 *ad Timoth.2.*† Imò Leo Pont.IX. *in epiſtol.ad Michaëlem Cerulanum Conſtantinopolitan. Patriarcham, & Leonem Archidiaconum* quæ eſt *de Græcorum hæreſibus*, illos acriter reprehendit, quod in patriarchali ſede Eunuchum, & fœminas (Ignatius ſcilicet, & Nicetas) permiſerint ſedere; ſic docent Martinon.*de Sacram.tom.1.diſp. 67.ſect. 1. q.1.*S.Thomas *quæſt.39.art.1.*D.Bonauentur.*diſtinctione 25.art.2.quæſt.1.*Durand. & Scotus *q.2.*Sotus *quæſt. 1. art.5.* Henriquez *lib.1. cap.12. & l.10. cap.16.*Granado *tract.de ordin.diſp.1.num. 2.* Trullench.*lib.6.de Sacram.dub.11.num. 3.* Caſtr. Palaus *tom.4.tract.27.puncto6.*† Sanchez *tom.2.conſil. l.7.* 31
c.1.dubio 30. Diana cum aliis *p.12.tract.1. q.54.* vbi dicit illicitam ſuſceptionem ordinum eſſe eam quam aſſumunt excommunicati irregulares, fœminas verò, ac infideles eam nulliter ſuſcipere.

Et licèt videatur hæc ſententia obſcurari ex eo 32
dicterio communiter relato, quod Ioanna Anglicana fœmina ad Summum Sacerdotium, ſeu Pontificatum aſſumpta fuit, vt tradiderunt Martinus Monachus Ordinis Ciſterc.Innocent.IV. Pœnitentiarius qui vſque ad ſua tempora res geſtas Pontificum conſcripſit; vel vt alij volunt illius dicti fuerit primus ſcriptor Marian. Scotus, quem fuerunt ſecuti Sigibertus Otho Fringenſis *in fine lib.7.* Soto *in 4. diſt.21.quæſt.1.art.2.*Petrus Meſias *in ſilua, variarum lection. p.1.cap.9.* Platina, & alij qui etiam addunt hanc Papiſſam poſt Leonem IV. & ante Benedictum III. duobus annis regnaſſe. † Tamen tale 33
dicterium fabulam eſſe omnes boni nominis & autoritatis Doctores docent; inter quos nouiſſimè Ioannes Stolenus *in diſſertatione Hiſtorica Theologica, de Papiſſa Monſtruoſa, per totam.* Papyrius Maſſo Gallus *in lib. de vrbis Epiſcopis.* Florimundus de Raymundo *in aureo ſuo Commentario Gallica lingua edito*; ſub inſcriptione illa: *Error Popularis de Ioanna ſeu Pontifice dicta Papiſſa.* Onuphrius Pauinus *in ſuis annotationibus ad Platinam.* Bellarmin. *lib. 3. de Pontifice Rom. cap. 24.* Baron. *tom.10.an. Chriſt 953. num.86.* Leo allatus & Andreas Victorel. *in tract. de hac materia.* Marchin. *tract.1.p.4.cap.1.num.22.*Leander *de Sacram.tom.2. tract.6.diſp.5.q.2.*† dicentes hanc Hiſtoriam ortum 34
ſumpſiſſe tempore Ioan. VII. Pontif. apud quem cum eius Pontificatu primas partes haberet dicta fœmina Ioanna, cœpit vulgò Papiſſa nuncupari; ſic vt paulatim vires acquirente fama Ioannam fœminam inter viros Pontifices ſcriptores imperitos numeraſſe, quod magis videtur verum; etſi vt refert Bellarm. *ſupra* de alia Ioanna, aſſumptum eſſe dicterium quæ, teſte Leone IX. *in epiſtola ad Michael.cap.23.*in ſedem Patriarchalem Conſtantinopolitanam obrepta, Hoſtes Romanæ Eccleſiæ garriendi occaſione ad Pontificem Romanum tranſuexerunt.

Nec iam obſtant fundamenta hæreticorum, non 35
locus Paul.qui tantum in eo voluit ſignificare inter maſculum, & fœminam nullum eſſe diſcrimen in Chriſto quoad iuſtificationem, & meritum. Nec 36
dictum de fœminis Prophetiſſis; quia etſi verum ſit poſſe tales eſſe; ſed negatur vt queant ordinari per dicta *infra in d.Rub.*& ratio differentiæ eſt; quia Prophetia poteſt eſſe in fœmina abſque indecentia; ſed non ordinatio, eo quod Prophetia non conſtituit fœminam ſuperiorem in Eccleſia, bene tamen ordinatio. † Nec dictum de fœminis Diaconiſſis, quia iſtæ ſic fuerunt non ordinatione Diaconatus ad munus Eccleſiaſticũ Diaconi; ſed ad curam fœminarum, vt eis in quibuſdã neceſſitatibus aſſiſterẽt præſertim in ordine ad Baptiſmum ſuſcipiendũ; &

ad

ad iam ſuſceptum,vt indicat Epiphanius *hæreſ.69.*
37 † Et licet præter has fuerint aliæ Diaconiſſæ, &
Subdiaconiſſæ, aliæque Præsbyteræ,aliæ Epiſcopæ,
tamen ſic dictæ fuerunt,vt multis docet Vaſquez
*diſp.245.*Layman.*c.6.de hoc Sacram.*Dian.*d.reſ.54.*
non ob aliquod officiũ,ſed quia cum eſſent vxores
virorum qui ſeparatione facta quoad thorum ordi-
nabantur Diaconi Subdiaconi Præsbyteri ſeu Epiſ-
copi ea ſeparatione facta, ipſæ inquam vxores fœ-
minæ nuncupabantur nominibus illis quod eſt cõ-
38 mune, † quare optimè dici debuit nullo vnquam
tempore poſſe nec potuiſſe fœminas in Epiſcopos
eligi aut conſecrari.

39 De Hermaphrodito vide infra *de ætate,& qualit.*
*ordinand. in Rub.*verſ.*Hermaphroditus.*

40 Ad tertiam quæſtionis partem an Græcorum cõ-
ſecratio differat à Latina & è contra;reſolutiuè reſ-
pondeo conſecrationem Epiſcoporum, vt inſtitutã
à Chriſto Domino in genere nõ differre;nec diuerſã
eſſe in Eccleſia Latina,& Græca,ſed in ſpecie à Põ-
tifice fuiſſe hanc,& hanc in dictis Eccleſiis determi-
natam:quia etſi reuera materia,& forma Sacramen-
torum debeat eſſe æqualis vtpote inſtituta à Chriſto
Domino,nec poſſit variari,vt infra dico *ſub tit.de Sa-
cram,non iterandis.* Tamen quia Chriſtus Dominus
ſic inſtituerit materias Sacramentorũ;vt in aliquibus
Sacramẽtis non determinauerit rem ponendam, vel
exhibendam talem ſecundum ſpeciem infimam,ſed
ſolum per ſe deſignauerit in materiam poſitionem
alicuius ſigni externi,vel traditionem externam ali-
cuius rei ſenſibilis aptæ,vt per illam ſignificaretur
talis Sacramentalis effectus,v.g.poteſtas Ordinis,&
gratia ſpecialis quæ cõfertur;monuerit tamen Apo-
ſtolos generaliter vt res apta,& commoda ad talem
ſignificationem ferendam apud homines traderetur
pro talis Sacramẽti materia propria,relinquendo Ec-
cleſiæ determinationẽ rei adhibendæ magis ſpecia-
lem;etenim in Sacramẽto Ordinis inſtituit Chriſtus
pro materia in aliquibus ordinibus traditionem ali-
cuius rei accõmodatæ ad ſignificandum talis ordinis
miniſterium,poteſtatem,& gratiam;verum ipſe non
deſignauit rem determinatã numero vel ſpecie, ſed
reliquit eius rei determinationem ſpecialẽ Eccleſiæ;
vt hæc opportunè determinaret, ſcilicet rem iſtã ta-
lem,vel illam eſſe tradendam,vt v.g.librum,vel vas
cereum,vel candelabrum,vel vtrumque:hæc & alia
docent Franciſcus Lugo *de Sacram.lib.1.cap.1.q.7.
n.78.*Martinon.*tom.4.diſp.9.ſect.5.n.48.* Ioãnes Põ-
tius *in curſu Theolog.diſp.48.q.1.concl 8 n.15.* cum
Cardinali Lugo,Amico,Iſãberto,Auerſa,Marchino,
Fornario, Arcadio,& pluribus aliis quos ſignanter
refert,& ſequitur Diana *d.p.11.tr.1.reſ.78.* Beru.*de
Sacram. diſp.47.ſect.1.n.1.*

41 Et rationem reddunt;quia præter ſanctiſſimum
Chriſti beneplacitum videtur vt ſit maior cõgruitas
ipſius rei ob diuerſos ſtatus temporum, & locorum
in quibus Eccleſiæ miniſtri erant ordinandi,ſed nõ
ita congruum,cum nec facilè eſſet eodem ſemper
42 vti ſigno.† Non enim in initio Eccleſiæ poterat eſſe
materia ordinationis liber Euangeliorũ, vel Epiſto-
larum,vel Exorciſmorum ; ſicut modo eſt materia
apta huiuſmodi traditio libri,vt iam dixi *ſub Rubr.*
& Diana,vbi ſuprà *& in reſol.79.*ex Dionyſio *c.5.
p.2.Eccleſiaſtica Hierarchia.*Et ex Ioanne Præpoſito
latè loquẽte *in 3.p.D.Thoma q.vnica de hoc Sacram.
dub.10.n.75.* † Et dicente Epiſcopo ex vi ſuæ ordi-
43 nationis peculiariter competere Euangelium prædi-
care,plura adducens idem Diana de formulario, ac
requiſitis in ordinatione Epiſcopi Græci,ſatis demõ-
ſtrat in accidentalibus illam differre ab ordinatione
latinæ non inquam in ſubſtantia,&hæc magis com-
mendantur ex his quæ dico infra *ſub Rub. & tit. de
Sacram.non iterandis.*

Ad quartã quæſtionis partem an Epiſcopus ali- 44
qua cẽſura innodatus conſecret validè aliquem in
Epiſcopum;& pro parte negatiua videtur vt nulla
ſit conſecratio eo quod per textum *in cap.nullum 9.
q. 2.* dum ibi dicitur quod omnia quæ geſſit Epiſ-
copus ordinans alienum clericum, vel vſurpans ali-
quos actus non inuitatus ab Epiſcopo Prouinciæ
ſint vacua & inania;& Innocent.I.Damaſus,Leo I.
&Gregorius Magnus relati à Gratiano *dict.cauſa 9.
q.1. in initio,* dixerunt Sacramenta collata ab hære-
ticis inquinare magis, quàm mundare;ſic ordinatos
ab hæreticis nullam accipere poteſtatem.

Sed quia infra etiam latè dico *in d. Rubr.de Sa-* 45
*cram.non iterandis,*vbi ago de ſacram.in genere &
miniſtro illorum; nunc breuiter reſpondeo ex om-
nium Catholicorum ſententia, vt quilibet Epiſco-
pus ſiue hæreticus, ſuſpenſus, degradatus, vel alia
Cenſura Eccleſiaſtica innodatus, dummodò cum
debita intentione adhibeat materiam & formam le-
gitimam, validè ſemper ordinet, eo quod poteſtas
ordinandi iuxta Chriſti Domini inſtitutionem pen-
det fundamentaliter & totaliter à charactere Epiſ-
copali, qui ita eſt indelebilis vt etiam maneat ac-
cedente quovis peccato ſeu cenſura, ſic vt nequeat
Eccleſia ordinationes ſic factas inualidare ; vnde
Valent.*tit.4.diſp.9.q.3.p.2.* Henriquez *lib.10. c.12.*
Vaſq. *de ordine diſp.243. c.1. & 2.*Barboſa *alleg.3.
de poteſt.Epiſcop.*Diana *p.12.tract.1.reſ.61.*cum aliis,
dicunt nullum Epiſcopum ob excõmunicationem,
ſuſpenſionem ; aut degradationem priuari ſua po-
teſtate ordines conferendi ; cum ea ſit ex inſtitutio-
ne Chriſti per conſecrationem collata, ac proinde à
ſolo Chriſto & non ab alio etiam Eccleſia tolli
poſſe.

Et licet textus *in cap.Eccleſia,* & alij Canones 1. 46
q.1. & 9. q.1. dicant ordinationem factam ab hæ-
retico ſeu excommunicato non eſſe ratam & legi-
timam reputandam;ſunt tamen intelligendi quoad
illius executionem & vſum licitum propter inde-
centiam,in qua irregularitas fundata fuit,iuxta mul-
torum ſentẽtiam ; qui cenſent taliter ordinatos eſſe
irregulares, † quia in Iure moraliter loquendo di- 47
citur,vt quis nullo modo ferre poſſit quod non po-
teſt licitè facere,docent Iſambertus *part. 3. de Sa-
crament. tomo ſecundo , de hoc Sacrament. diſ-
put.6. art.1.*Martinon.*in 3.p.de Sacram. tom.2.diſp.
67.ſect.1. num.14.*ſecus inquam quoad ſubſtantiam
ordinis, & characteris,cum ex textu *in c.1. & 2.de
exc. & ordin.* ab eo ſuſcipiens ordinem ab Epiſ-
copo depoſito, vel excommunicato vitando ve-
rum ordinem ſuſcipiat, etſi ſuſpendatur ab ordinis
executione Couarr. *in cap. Alma mater 1. p. §. 6.
num.6.*Nauar.*in man.cap.27.num.245.*Caſtro Palao
*tom.4.tract.27.puncto 14.num.1.*benè, & clarè Vil-
lalob.*in ſum.tom.1.tract.4.dif.13.num.1.*ex Vgolino
& Suarez, dicens iura contraria intelligenda eſſe
modo iam dicto, aut non de ipſis ordinibus ſed
tantum de honore illorum ac Sacerdotio, vel de
illis ordinatoribus in quibus non adeſt intentio 48
quam habet Eccleſia, † vel de illis rebus quæ ex
Iure Eccleſiæ Epiſcopus facit, vtpotè ſi benedice-
ret Calices,altaria, & id genus alia quæ poteſt irri-
tare Eccleſia,ſi fiant ab Epiſcopo excommunicato;
vide D.Thom.*in 4.diſt.25.queſtion.1.art.2.* Bellarm.
lib.1.de Sacram.cap.26.

Qvæstio III.

An Epiſcopus conſecrando aliquem in peccato peccet mortaliter. Et quid de ſuſcipiẽte. Et quot peccata committat Epiſcopus qui cõſecrat plures Epiſcopos ſimul in peccato mortali. An Epiſcopi conſecratio inducat circunſtantiam in confeſſione explicãdam, ſeu obliget illum voto obedientiæ, ad firmitatem ſtatus emiſſa. An conſecratio Epiſcopalis ſit maior ordinatione Sacerdotali. Et an Epiſcopi cõſecrari negligentes, ſeu per ſaltum promoti puniantur. Vbi breuiter de aliquibus dubiis, circa cæremonias, & inſignia conſecrandorum.

Svmmarivm.

1 *Epiſcopus ordinans aliquos in peccato coſuè conſecrans, etſi ſecundum aliquos non peccet; quia Epiſcopatus non eſt Ordo, n.2.3. verius vt peccet lethaliter, n.4.*

2 *Ordo ſecundum quod eſt Sacramentum ordinatur ſpecialiter ad Sacramentum Euchariſtiæ.*

4 *Epiſcopatus Ordo verè, & propriè eſt Sacramentum.*

5 *Epiſcopus ſuſcipiens conſecrationem in peccato peccat mortaliter.*

6 *Epiſcopus conſecrans plures in peccato, non committit plura peccata ſed vnum.*

7 *Confeſſarius plures audiens de pœnitentia ſucceſſiuè in peccato non committit plura peccata.*

8 *Epiſcopus electus, & confirmatus ratione officij, non tenetur adhuc ad caſtitatem ſi nondum ſit in ſacris Ordinibus.*

9 *Epiſcopus conſecratus quando ſacramentaliter confitetur non tenetur pandere circunſtantiam quod ſit Epiſcopus: non enim aliam obligationem habet caſtitati annexam quàm ex ordine ſacro recepto,* & in 1. & 11.

10 *Fornicatio Epiſcopi non addit circunſtantiam diſtinctam commiſſæ à Præſbytero, niſi ratione ſcandali contra Nugnum,* n. 11.

11 *Epiſcopalis ſtatus eſt multò perfectior quàm ſtatus Religioſi.*

12 *Epiſcopus dum conſecratur nullo obedientiæ voto obligatur, etſi recipiat ſtatum perpetuum,* n.13.14. *contra aliquos,* n.15.

14 *Epiſcopalis ſtatus immutabilitas colligitur ex morali obligatione permanendi in eo ſtatu.*

15 *Epiſcopus nequit deſerere Epiſcopatum, nec ad alium ſe transferre ſine Papa diſpenſatione.*

16 *Epiſcoporum Hierarchia maior eſt ea quam habent Præſbyteri: contra nonnullos hæreticos quibus ſatisfit,* n.21.

17 *Epiſcopi ad Ordinem Hierarchicum diuinitùs inſtitutum pertinent qui in locum Apoſtolorum ſucceſſerunt Præſbyteris ſuperiores.*

18 *Epiſcopus poteſt ordinare Sacerdotes quod Præſbyter non poteſt.*

19 *Epiſcopi tenent in Eccleſia Chriſti eundem locũ quem in Synagoga tenebat Ordo Summorum Sacerdotum, nempe Aaronis, & ſucceſſorum; Præſbyteri quem tenebant filij Aaronis,* n.20.

22 *Conſecrari Epiſcopus debet intra tres menſes à Confirmatione Papæ, & litterarum expeditione; niſi probet, aut conſtet de impedimento quominus potuerit, vt,* n.23.24.

24 *Epiſcopus electus differens ſine cauſa conſecrari intra tres mẽſes priuatur perceptione fructuũ. Et tenetur ad reſtitutionem perceptorum; & ſi vltra tres menſes differat, eſt ipſo Iure priuatus ab Eccleſia,* n.25.

26 *Breue Vrb. VIII. reformationis ſacræ Pœnitẽtiariæ.*

27 *Confirmatus Epiſcopus contingit; vt nunquam ex cauſa iuſta queat conſecrari; vt hic.*

28 *Epiſcopus differens ſine culpa conſecrationem retinet beneficia antea obtenta, quæ vacabunt à die receptæ conſecrationis,* n.29.

30 *Conſecratio Epiſcopalis recepta per ſaltum, nullã inducit ſuſpenſionẽ; etſi aliter ſit in Ordinibus.*

31 *Conſecratus Epiſcopus ſcienter ab hæretico ſchiſmatico; & ab alio non tolerato eſt ſuſpenſus à Pontificalibus.*

32 *Conſecrandi Epiſcopi ritus referuntur nonnulli, de quorũ inſtitutionis ratione in Eccleſia, remiſſiuè.*

AD primam, & alias quæſtionis partẽ quæ de- 1
pẽdent à dubiis, de quibus infra ago *ſub Rub.*
de Sacram. non iterãdis, vbi de requiſitis, & habilitate
miniſtrorũ adminiſtrantium Sacramenta. Et in quo
ſtatu debeant eſſe; vt validè, licitè, & ritè conficiant;
ideò nunc breuiter reſpondebo, dicendo quoad primum
dubium; vt licèt aliqui exiſtiment non peccare
Epiſcopum adminiſtrantem ordinationem, ſiue cõ-
ſecrationem in peccato; ſic ex eo putãtes; quia Epiſ-
copi conſecratio non eſt Sacramentum, ex doctrina
D.Thomæ *à n.4. diſt.24.q.3. art.1. q.1. ad ſecund.*† 2
dum dicit quod Ordo ſecundũ quod eſt Sacramen-
tum imprimens characterem ordinatur ſpecialiter
ad Sacramentum Euchariſtiæ; & quod Epiſcopatus
non ſit Ordo; nam licèt detur Epiſcopo aliqua po-
teſtas ſpiritualis in ſui promotione reſpectũ aliquo-
rum; ſed non ideò illa poteſtas habeat characteris
rationem, & propter hoc Epiſcopatus non ſit Ordo
ſecundùm quod Ordo eſt Sacramentum. Richard.
in 4. diſt.24. art.5. q.1. Bonauẽt. *art.2. q.3.* Albert. *art.*
39. Ferrarien. *in 4. contra gentes c.76. §. ad euidẽtiam*,
Ledeſma *in 4.2. q.42. art.5.* Azor. *tom.2. l.3. c.27. q.3.*
cum multis ſummiſtis antiquis, vbi dubia facili ne-
gocio ſoluit,† dicentes Epiſcopatũ non eſſe Ordinẽ 3
Sacramentalem, ſed eſſe Ordinem Hierarchicum,
quatenus Ordo dicitur officium quoddam reſpectu
quarundam actionum ſacrarum; & ſic characterem
non imprimere; & ob id non peccare ſic in peccato
adminiſtrantem conſecrationẽ, ſicut qui alia officia
exercet Sacerdotalia extra Sacramẽta.† Tamen quia 4
verius eſt dicere vt Epiſcopatus ſit verus Ordo, &
Sacramentũ, etſi non diſtinctũ à Sacerdotio cum ſit
illius extenſio; ſecundùm quæ dixi *ſub Rub. de temp.*
ord. q.2. verſ. *ad quartã*, de quo multos dicẽdi modos
ex infinitis tradit ac refert Diana omnino legendus,
nouiſſimè *p.12. tr.1. reſ.5.6.7.8.9.10.* dicens *d. q. 6.*
verè, & propriè eſſe Sacramentum, & ibi *reſ.9.* poſt-
quam *reſ.7. &* 8. diſputauit, an ſit verũ Sacramentũ,
à Sacerdotio, ſicut nouum Ordinẽ, & Sacramẽtum
conſtituat, de quo in Trid. *ſeſſ.23. c.3.* quo Doctores
probant ordinationem ſacram eſſe Sacramentum,
& ſic in ordinatione Epiſcopi conferatur Spiritus
Sanctus, cum ordinans dicat *Accipe Spiritum San-*
ctum, qui nõ confertur ſimpliciter; niſi media gratia
ſignificante, qui eſt effectus maximè primus, & pro-
prius Spiritus Sancti, *ibi d. reſ.9. in fin.* & licèt Vaſq.
tom.3. in 3. p. diſp.240. c.3. n.36. acriter impugnet D.
Thom. ſupra relatũ & ante eum & poſt eum multi
relati à Diana *d. reſ.10.* ipſo verò ex aliis & cũ aliis
defendens S. Thomam dum *Opuſculo de perfectio-*
ne vitæ ſpiritualis c.24. fatetur Epiſcopatum eſſe or-
dinem in verbis ſeqq. *Quod quartò proponitur quod*
Epiſcopatus non eſt ordo hoc manifeſtè continet falſi-
tatem ſi abſolutè intelligatur, & ibi; *Quod autem ha-*
beat

Google

beat aliquem ordinem,& non iuriſdictionē ſolam ſicut Archidiaconus, vel Curatus Preſbyter patet ex hoc quod Epiſcopus poteſt multa facere quæ non poteſt cōmittere ſicut confirmare & ordinare:& ipſe Sanctus ſcribens ad Thimot.2.*c.*1.dicit quod in ea manuum impoſitione quia Thimotheus erat ordinatus Epiſcopus data fuerit ei gratia Spiritus Sācti;ſic adducit etiā Frāc.Syluius *in* 3.*p.q.*40.*art.*5.*concl.*2. Macerus *de Sacram.q.*40.*art.*5.cū ergo Epiſcopatus ſit ordo & Sacramentū,quid mirum vt ſi aliquis Epiſcopus conſecret aliquem in peccato peccet mortaliter.

5 Ad ſecundam partem quæſtionis de ſuſcipiente Epiſcopo conſecrationem in peccato,idem reſpondeo; quia ex quo vt communiter omnes fatentur qui cōtrahit matrimonium carnale in peccato peccat mortaliter, ex doctrina Vaſquez *tom* 2. *in* 3.*p. diſp.*128.Leander *de Sacrament.tom.*2.*tract.*9.*diſp.*4.*q.*11.& alij communiter;ſic & qui cōſecratur Epiſcopus in peccato;vt in terminis docent Diana *p.*12. *tract.*1.*reſ.*51.Gerunda *tom.*2.*lib.*8.*diſp.*10.*n.*10.per verba ſequentia:*Peccare exiſtimamus Epiſcopum ſi Sacram.proprium Epiſcopalis conſecrationis ſuſciperet abſque debita diſpoſitione.*At verò quatenus Epiſcopatus,etiam rationem aliquo pacto ſubdit Sacramenti in ratione matrimonij;nec quando ſuam habet firmitatem nodumque perpetuum natura ſua ſolumque dependentem ab abſoluta Pontificis poteſtate; ſed quando per impreſſionem characteris omnino cēſetur perfectum, cum quo,& infunditur gratia;& deinceps auxilia ad illum Ordinem exercendum gratiam,& proportionata etiam auxilia ad matrimonium obeundum ritè contractum;quamobrem tunc ſi obicem poneret atque in peccato eſſet, peccaret ſane peccato ſacrilegij vno quidem numericè; formaliter verò diſtinctas habente malitias, quatenus contra effectum Sacramenti propriè ſumpti in ratione Ordinis, & aliqualiter accepti in ratione Matrimonij ſpiritualis,&c.

6 Ad tertiam quęſtionis partem quot peccata committat Epiſcopus conſecrans plures in peccato mortali, & ſuppoſito ex textu *in cap. cum ſit, de conſecratione Eccleſiæ, vel altaris.*, vbi omnes ſcribentes, & ex Alzedo *in praxi Epiſcopali p.* 1. *cap* 4.*num.*13. vt quod poſſint ſimul conſecrari ſine diſpenſatione duo vel tres, & quinque Epiſco-
7 pi ſimul. † Breuiter reſpondeo, vt licèt aliqui de Confeſſario ſuſtineant plura peccata committere, pluribus inſimul adminiſtrantem Sacramentum pœnitentiæ in peccato, tamen ex Tamburino *in opuſculo Confeſ.lib.*2.*cap.* 1. §. 8. *num.* 55. Diana *p.*11.*tract.*1.*reſ.*42. & aliis;dico non niſi vnum tantum peccatum committere: quia etſi Epiſcopus adminiſtret plura Sacramenta ordine; & numero diuerſa, ſed cum ſucceſſiuè adminiſtrentur per modum vnius, videtur vt vnum tantum peccatum conſtituant in genere moris ſicut ſi confirmaret plures perſonas in peccato mortali, vel illas ad Sacerdotium, vel alios ordines promoueret, exemplo Confeſſarij qui ſi v.g.centum perſonas in peccato mortali ſucceſſiuè abſolueret, non centum ſed vnum peccatum committeret.

8 Ad quartam quæſtionis partem an Epiſcopi conſecratio inducat circunſtatiam in confeſſione explicandam; quia de circunſtantiis peccatorum confitendis neceſſariò vel non, dico infra latiſſimè *in c. omnis vtriuſque ſexus de pœnitentiis, & remiſſionibus*, nunc ad præſens dubium ſuppoſito quod ſi Epiſcopus ſit tantum electus, ſeu confirmatus, & nondum in ſacris conſtitutus non tenetur ratione ſtatus ad caſtitatem ſpecialem quia nulli obligationi ſpeciali ad caſtitatem præter communem omnibus aliis aduerſatur ſoloque Iure Eccleſiaſtico annectatur ſpecialis caſtitas ratione ordinis ſacri ſtatui
Epiſcopali, † dico ad præſens dubium, vt poſt- 9
quam conſecratus ſit non habeat neceſſe dicere in confeſſione ſe eſſe Epiſcopum conſecratum; cum nullam aliam habeat obligationem ad caſtitatem quam ratione voti annexi Ordini ſacro: ſic Pater Perez *de Sacramento Pœnitentiæ,diſp.*18.*ſect.*12.*n.*2.
Diana *part.*12. *tract.*1. *reſ.* 98. † addens vt eiuſdem 10
ſit rationis Epiſcopi fornicatio ac fornicatio cuiuſcumque in ordine Sacro conſtituti, vt colligitur ex dictis *in hac quæſtione*,vbi Epiſcopalis ordo eſt tantum extenſiuus Sacerdotalis, & hanc doctrinam iudico veram, niſi fornicatio illa ab Epiſcopo commiſſa ita publica eſſet, vt cauſaret ſcandalum: nam tunc propter malitiam ſpecialem ſtatus ac officij circumſtantia contraheretur neceſſario confitenda, cum delinqueret contra ſpecialem officij obligationem, qua tenetur ſubditos paſcere verbo & exemplo,igitur vt conſtat ſecluſo ſcandalo circumſtantia huiuſmodi ſtatus non transfert peccatum ad aliam ſpeciem, licet illum aggrauet ratione maioris obligationis qua Epiſcopus debet procurare perfectionem: tunc enim incideretur in alio dubio, an circumſtantiæ aggrauantes debeant exprimi in confeſſione ſicuti mutantes ſpeciem, iuxta quæ dico *in dicto cap.omnis*, & ita noſtram ſententiam docent communiter alij Doctores.

Nec obſtant Nugnus *in additionib. ad* 3.*p. q.*9. 11
*art.*2.*dub.*3.*concluſ.*2.& 3.Fagundez *in præcepta decalogi c.*2. *lib.*4. *c.*3. *num.* 8. & alij per eos dicentes quod ſi Epiſcopus iam ſit conſecratus non ſatisfaciat dicendo in confeſſione ſe peccaſſe contra ſtatum,ſed teneri, declarare circunſtantiam conſecrationis, eo quod ſtatus Epiſcopalis eſt multò perfectior & ſanctior, quàm ſtatus Religioſi cuius circunſtantia notabiliter auget peccatum,& ſic multò magis ſit ſtatus Epiſcopalis cuius perfectioni maximo gradu obſtet peccatum, quandoque mortale;ob quod dixerit Nugnus *ſupra* neceſſum eſſe vt Epiſcopus in omni peccato mortali etiam interno vel occulto circunſtantiam ſui ſtatus explicet;quia reſpondeo ex dictis vt ea circunſtantia non tranſcendat circunſtantiam aggrauantem, & ſic ſolum in puncto iuris admitto, vt ratione ſcandali modo dicto teneatur eam circunſtantiam confiteri; & ſi bene faciat eam vtcumque in confeſſione explanando ad maiorem Ruborem ſuæ conſcientiæ.

Ad quintam quæſtionis partem, nùm obligetur 12
Epiſcopus in conſecratione voto obedientiæ ad firmitatem actus emiſſæ; & reſpondetur non eſſe adſtrictum huiuſmodi voto:nā ad prædictam firmitatem, & ſtabilitatem ſtatus Epiſcopalis hoc votum nō deſideratur neceſſario;eo quod patet ex variis expreſſis formulis,cōſecrationis nullū eſſe adiunctum votum præſulis conſecrationi;quia etſi Eccleſia potuiſſet illud cōiungere ordinationi Epiſcopi, & non Sacerdotis,illud non fecit:non enim conſtat vt ſit in eo alia obligatio caſtitatis quā in ſacerdote,licèt fortè ex dictis propter perſonæ circunſtantiā ſit maior: ita Suarez *de Religione tom.*3.*lib.*1.*c.*16.*n.*25.Diana
*p.*12.*tr.*1. *reſ.*96. † vbi addit rem eſſe claram,etiam 13
de obligatione voti paupertatis & obediētiæ,quibus non irretitur Epiſcopus,& quod nec vllum votum fiat ab Epiſcopo electo & confirmato acceptāte & ſuſcipiente curam paſtoralem;quia vel illud votum eſt de præſtandis, ac exequendis actionibus ſui muneris, vel de perſeuerando in illo munere; vt probat primum dictum *ex c.Ego N. de iureiur.* vbi

14 quam plura dixi; † ſecundum, *ex c. niſi cum pridem,*
et fine de renunciatione, concludens vt ad immuta-
bilitatem ſtatus Epiſcopi ſufficiat moralis obliga-
tio permanendi in illo munere orta ex pacto inito
cum Eccleſia: incluſo in ipſa acceptatione Epiſco-
patus cum conditionibus præſcriptis, vel ex mutuo
conſenſu contrahentium vel ex iure Pontificio;
imò Suarez exiſtimat ad rationem ſtatus ſufficere
pactum eſſe perpetuum à quo recedere quis non
poſſit ſine conſenſu alterius contrahentis; inferens
vt licet à Pontificibus non eſſet addita illa conditio
quod Epiſcopus non poſſit deſerere ſuam Eccle-
ſiam ſine ſua licentia; vt latè dixi ſuprà *ſub Rubr.*
& tit. de renunciatione, ſatis eſſe ad rationem ſtatus
quod non poſſit illam dimittere ſine conſenſu ip-
ſius Eccleſiæ, ſeu eligentium; hanc etiam ſen-
tentiam docet Gerunda cum aliis *de Epiſcopa*
tom. 2. lib. 8. diſp. 13. c. 3. num. 15.

15 Nec prædictæ aſſertioni obſtant D. Thomas 2. 2.
quæſt. 174. art. 4. 5. & 8. & clarius *quæſt.* 185. *art.* 4.
& q. 189. *art.* 7. *& opuſcul.* 18. Chartuſianus *opuſ-*
culo de regimine Epiſcoporum art. 3. Sotus *lib.* 10.
de Iuſt. quæſt. 2. *art.* 4. & Vbalden. *in tom.* 3. *doctri-*
nalis fidei lib. 3. *tit.* 2. *c.* 17. dicentes hoc votum eſſe
ſolemne quia Epiſcopus non poteſt deſerere Epiſ-
copatum nec ad alium ſe transferre ſine diſpenſa-
tione Pontificis inde putantes non poſſe ſtatum
perfectionis conſiſtere ſine voto ſolemni; indicans
D. Thom. ex prædicto fundamento in inſtitutione
Epiſcopi interuenire profeſſionem ſolemnem per
quam Epiſcopus conſtituitur in perfectione ſtatus.
Reſpondetur enim ex iam adductis *num. præced.*
quantumvis Thomas Hurtad. clericor. minor. *tom.* 2.
tract. 12. *c.* 1. §. 9. *limit.* 2. *num.* 1604. defendat in præ-
dicto ſenſu D. Thom. nam vt dixi dubio præce-
denti Epiſcopus nullam obligationem habet ad ca-
ſtitatem quam ratione voti annexi Ordini ſacro;
& ſic nec aliud votum vt excogitat Suarez idem
probans de illo Epiſcopo qui renunciauit Epiſco-
patui; in quo nec aliquid voti reperitur, vt colligi-
tur *ex c. inter corporalia de renunciat.* dicens nihil-
ominus in illo remanere quidquid conſecrationi
Epiſcopali annexum eſt; idem etiam de illo qui
ſine titulo alicuius Eccleſiæ Epiſcopus conſecratur:
nam cum illi non imponatur paſtoralis cura; non
poteſt emittere votum illius.

16 Ad ſextam quæſtionis partem, an conſecratio
Epiſcopalis ſit maior ordinatione Sacerdotali, &
quia punctum hoc ſatis diſſolui queir ex his quæ
dixi ſuprà *in Rub. quæſt.* 2. verſ. *ad quartam*, vbi egi
de ea, an ordinatio Epiſcopalis diſtinguatur ab or-
dinatione Præsbyterij, ideo breuiter contra non-
nullos hæreticos inter quos olim Ærius teſte Epi-
phanio *tract.* 75. & D. Auguſt. *lib. de hæreſibus tit.* 6.
cap. 35. cum eſſet Præsbyter doleretque quod non
poſſet ordinari Epiſcopus cœpit docere Epiſcopum
non eſſe maiorem Præsbytero, & Ioannes Vicle-
fius teſte Valdenſi *lib.* 2. *de doctrina fidei, art.* 3. *c.* 60.
Caluinus *lib.* 4. *inſtit. c.* 4. § 2. qui dixit ſolo iure hu-
mano maiorē eſſe Epiſcopum, & proinde ſe habere
inter Præsbyteros ſicut Conſul ſe habet inter Sena-
tores Chemitius *in examine ſeſſ.* 23. *Trid.* & Eraſmus
in preuem ad Timot. c. 4. nouiſſimequè impius
Caluiniſta Claudius Salmaſius *de Papa poteſtate*,
etenim Catholica doctrina omnino ſequenda, &
extirpanda prædicta hæreticorum; ex Tridentino
ſeſſ. 23. *can.* 6. per verba illa: *Si quis dixerit in Eccle-*
ſia Catholica non eſſe Hierarchiam diuina ordinatio-
ne inſtitutam, quæ conſtat ex Epiſcopis, Præsbyteris,
& Miniſtris Anathema ſit, & can. 7. ibi: *Si quis*
dixerit Epiſcopos non eſſe Præsbyteris ſuperiores, (*di-*
uina ſcilicet ordinatione Hierarchica de qua ſuperio-
re Canone) *vel non habere poteſtatem confirmandi* 3
vel eam quam habent illis eſſe cum Præsbyteris com-
munem, &c. Anathema ſit; † & ibi: *cap.* 4. vbi 17
ordinationem Epiſcoporum; diſtinguens à ſim-
plicibus Sacerdotibus aſſerit Epiſcopos ad ordinem
Hierarchicum diuinitùs inſtitutum præcipuè per-
tinere, & in locum Apoſtolorum ſucceſſiſſe Præſ-
byteris ſuperiores; † poteſt enim Epiſcopus ordi- 18
nare Sacerdotes, quod Præsbyter non poteſt; docent
Damaſ. *in epiſtol. Epiphanie hæreſ.* 75. Chriſoſtom.
Theophilactus, & Oecumenius *in* 1. *ad Thimot.*
c. 3. *&* 4. Leo Papa *epiſt.* 8. & D. Hieronym. *in epiſt.*
85. *ad Euagrium*, vbi ſic ait: *Quid facit Epiſcopus*
excepta ordinatione quod Præsbyter non facit? Clem.
Rom. *in Can. Apoſtol.* 1. *&* 2. Ignatius *in Epiſtol. ad*
Philadelphios. Dionyſius *in cap.* 5. *Eccleſiaſt. Hierar-*
chiæ. Anacletus *epiſt.* 8 *c.* 5. Damaſus Papa *in epiſt.* 5.
Hieronym. *in epiſt.* 54. *ad Marcellam de erroribus*
Montani. Et Auguſtin. *in Pſalm.* 44. circa illa verba
pro patribus tuis nati ſunt tibi filij, qui etiam *in epiſt.*
85. *ad Euagr. in fin.* & Leo *Epiſt.* 88. *ad Epiſcopos*
German. & Galliæ & Concil. Hiſpalenſe 11. *can.* 7. † 19
addunt Epiſcopos tenere in Eccleſia Chriſti eun-
dem locum quem in Synagoga tenebat Ordo Sum-
morum Sacerdotum; nempe Aaronis & ſucceſ-
ſorum.

20 Præbyteros verò tenere eundem quem tunc te-
nebant filij Aaronis patre viuente, id eſt minores
ſacerdotes, ac demùm Diaconos tenere locum Le-
uitarum, ſed illi tres ordines erant aliis ſuperiores
in Sinagoga ipſo iure diuino, & diſtincti conſecra-
tione, officiis, veſtibus, ex diuina inſtitutione; vt pa-
tet *ex c.* 18. *&* 40. *Exodi*, & Leuit. *c.* 8. *&* Numer. *c.* 20.
& 34. ergo iuxta mentem illorum Patrum diſtin-
guuntur in Eccleſia Epiſcopi, Præsbyteri, & Dia-
coni, ob idque Epiſcopos Chriſti ordinatione eſſe
ſuperiores Præsbyteris, vt Præsbyteri Diaco-
nis.

21 Fundamentis inquam hæreticorum ex ſacris litte-
tis reſpondi ſigillatim ſuprà *in Rub. d. quæſt.* 2. verſ.
ad quartam, & nunc videbis D. Thom. 2. 2. *qu.* 184.
art. 1. *ad* 1. Medin. *lib* 1. *de Sacram. homin. conti-*
nent. c. 5. Martinon. *de ſacram. tom.* 2. *diſp.* 66. *ſect.* 3.
num. 17. Diana nouiſſimè *p.* 1. *tract.* 1. *reſ.* 76.

22 Ad ſeptimam quæſtionis partem an Epiſcopi
conſecrari negligentes vel per ſaltum promoti pu-
niantur, & ſuppoſito vt de iure teneantur quilibet
electus Epiſcopus intra tres menſes à confirmatio-
ne pontificia: & litterarum expeditione conſecrari,
etiamſi ſit Cardinalis, vt conſtat ex Concil. Calce-
donenſi, *cap.* 25. *cap. quoniam diſt.* 75. *cap. quoniam*
diſt. 100. & Trid. *ſeſſ.* 23. *cap.* 2. *de reform. & ſeſſ.* 7.
cap. 9. *de reform.* quod ſi negligens ſit in petendo
confirmationem, tunc etiam illi debeant compu-
tari illi tres menſes.

23 Niſi neceſſitas cogat amplius differre; vt con-
ſtat ex dictis *cap. quoniam diſt.* 75. *&* 100. veluti
propter morbum Epiſcopi conſecrandi; vel ſi im-
pediatur ab hoſte, & *toto tit. de clerico ægrotante*,
vel ſi de iure impediretur, veluti quia excommuni-
catus cenſurave alia irretitus eſt, & per ipſum non
ſtetit, quominus abſoluatur, vel de aliquo delicto
accuſatus eſt, & antequam innocentem ſe probet
tempus hoc elabitur, item & ſi lis eſſet ſuper Epiſ-
copatu eaque durante tempus elabatur; ſicut etiam
ſi promotus eſſet à Papa & licentiam conſecrandi
non haberet: ſic Tabiena *verbo Confirmatio, in*
communi, quæſt. 9. Angelus *verbo Conſecratio Epiſ-*
coporum

Digitized by Google

coperum, Roſela *verbo Confirmatio electorum*, D. Antonin. 3.*part. tit.*24. *c.*16. Sylueſter *conſecrat.* 1. *quæſt.*3. Turrecremata *in dict. cap. quoniam diſt* 100. Sanchez bene *in opuſcul. tom.*1. *lib.*7. *c.*1. *dub.*15. *num.*13. Vgolinus *de poteſtate Epiſcopi c.*2. *num.*2. *fol.* S.

24 Igitur aliquo ex prædictis impedimentis non adueniente, Epiſcopus à die confirmationis diſtulerit culpa ſua conſecrari, tunc priuabitur à perceptione fructuum, & itidem tenebitur ad perceptorum reſtitutionem; ſic relati & Diana *part.* 12. *tract.* 1. *Reſ.*55. *&* 56. legendus *ex dict. c.*2. Trid. *dict. ſeſſ.*23. vbi habetur quod ſi Epiſcopus electus intra tres menſes non conſecretur; teneatur ad fructuum
25 perceptorum reſtitutionem. † Et ſi intra totidem alios tres menſes id poſtea facere neglexerit Eccleſia ſit ipſo iure priuatus; & ego addo vt ad illorum reſtitutionem non teneatur in foro conſcientiæ, ante ſententiam iudicis declaratoriam; argum. eorum quæ dixi *in c. cum non ab homine de iudic. à q.*28. ſic cum Leſſio *de iuſt. lib.*2. *c.*34. *num.*103. Henriquez *lib.*20. *c.*13. *n, fin. in gloſſa littera V; X*, Suarez *de legib. lib.*5. *c.*8. *num.*13. Filliucius *de beneſ. tract.* 41. *c.*5. *num.* 23. verſ. *& quidem* 1. Fagundez *in decalogo tract.*2. *lib.*8. *c.*29. *num.* 15. quod eſt verum; etiamſi ipſo iure ante iudicis declarationem exiſtiment Squillante *de oblig. & priuileg. Epiſc. part.* 1. *c.*4. *num.* 33. & Theſaur. *in praxi de pœnis, part.* 1. verbo *Epiſc. c.*2. Nauarrus *in man. c.*25. *num.*108. Bonacina *de legib. diſput.* 1. *quæſt.* 1. *part.*7. §. 2. *num.*28. eſſe priuatum non conſecratum in tempore dicto.

26 Et hoc quantumvis Vrban. VIII. in breue Reformationis ſacræ Pœnitentiariæ prohibuerit maiori Pœnitentiario & cæteris officialibus pœnitentiariæ ſuper pœnis præfatis Concilij Trid. diſpenſare ſcilicet vt non valeant titulum reualidare vel fructus condonare; nam intelligi poteſt vt eius prohibitio procedat ſolum in caſibus in quibus clarè conſtet Trid. in foro conſcientiæ ante ſententiam inducere priuationem tituli & reſtitutionem fructuum; etenim vt firmant relati doctores, & Angelus Boſſius *tract. de effectib. matrimonij cap.*5. *num.*96. P. Thomas Hurtado videndus *var. tom.*2. *tract. vltimo reſ.*12. §.4. *num.*700. verba illa *ſint ipſo iure priuati*, per ſe non ſignificant voluntatem legiſlatoris eſſe, vt talis pœna in foro conſcientiæ incurratur ante ſententiam declaratoriam alia etiam addentes.

Notandum eſt pro complemento huius dubij
27 cum gloſſ. *in dict. cap. quoniam diſt.*75. & ibi Turrecremata poſſe contingere cauſam iuſtam vt confirmatus Epiſcopus nunquam conſecretur, vt ſi inculpabiliter ita vitietur corpore, vt poſtea non debeat ordinari, cum tunc talis nunquam ſit conſecrandus, bene tamen ei permitti adminiſtrationes earum rerum quæ ſunt iuriſdictionis, ſuppleti que ea quæ ſunt ordinis per alium Epiſcopum, vt patet ex textu *in c. Pontifice* 7. *q.*1. ſequuntur Sanches & Diana *vbi ſuprà* tamen ſi ſua culpa, vt pote ſi per indignationem membrum ſibi mutilaſſet tunc inquam non euadere prędictam pœnam firmat Diana *ſub dicta reſ.*55.

28 Notandum eſt ſecundò quòd ſi Epiſcopus vltra tres menſes diſtulit conſecrationem poſſit omnia beneficia retinere quæ alias vacarent à die conſecrationis, quia ex quo dilatio illa non eſt culpabilis ratione legitimæ diſpenſationis nulla eſt ratio cur beneficia vacantia retinere non poſſit ex doctrina textus *in cap. cum eo de elect. lib.*6. in terminis Sanchez *de matrim lib.*8. *diſp.*2. *n.*24. cum Felino, Rebuffo Euerardo, Deciano, Abbate & Gambara, † 29
à die tamen conſecrationis & pacificæ poſſeſſionis Epiſcopatus, vacabunt omnia beneficia prius obtenta, vt probant Pariſius legendus *de reſign.* Rodriguez *in ſumma p.*2. *cap.*10. *in fine*, ſed Diana *dict. reſ.*55. *in fin. p.*12. *tract.*1. & Gigas *de penſionib. q.*49. dicunt vt poſſit Epiſcopus retinere penſiones ſi quas in aliquó Epiſcopatu habebat cui deinde ſi in Epiſcopali dignitate ſuccederet poſtea dimitteret.

Ad Octauam quæſtionis partem, an ſcilicet con- 30
ſecratio Epiſcopalis recepta per ſaltum inducat ſuſpenſionem; in quo dubio, ſuppoſito alio ſuprà aſſignato, *in verſ. ad ſextam*; & alio ibi aſſignato, *ex Rub. quæſt.*2. verſ. *ad quartam* dico, vt quia appellatione ordinum non veniat in his legibus pœnalibus conſecratio Epiſcopalis ideo qui ſuſcipit per ſaltum conſecrationem Epiſcopalem non incurrit ſuſpenſionem contra ordinatos per ſaltum: ita Rubeus *in aphoriſ. Epiſcopor.* verbo *conſecratio, num.*4. Diana *dict. p.*12. *tract.* 1. *reſ.*109. alia notans Suarez *de cenſ. diſp.*31. *num.*53. *in* verſ. *dubitari tandem circa hunc caſum poteſt*, † qui omnes addunt vt 31
Epiſcopus à pontificalibus ſit ſuſpenſus qui ſcienter conſecratur ab Epiſcopo hæretico, ſchiſmatico, excommunicato, interdicto non tolerato, aut ſimoniaco per ſententiam declarato, & modo dicto ſupra, *quæſt. præced.* ſub verſ. *ad quartam*, verb. & *licet*, & idem exiſtimo dicendum de conſecrato ante legitimam ætatem, vt ſupra dixi *dict. quæſt. præced.* verſ. *ad ſecundam*, in verbo *de ordinato Epiſcopo ante legitimam ætatem.*

Ad vltimam quæſtionis partem, igitur de vitæ 32
& morum proceſſu antequam Epiſcopus conſecretur dixi ſupra *in cap. fin. de libelli oblatione q.*4. §.10. & addo Antoniũ de Dominic. *in ſua Repub.* & cõtra illum Zacharias Voberius *in cenſura parenitica lib.*2. *cap.*2. ſed quare Epiſcopus conſecrandus ducitur veſtitus veſte candida & in habitu ſacerdotali, & quare imponatur eis liber ſuper caput & humeros, quare vngantur eius manus & caput, quare ei conſecrando tradatur liber Euangeliorum & ei imponatur manus ſupra caput & quare ei traditur Annulus & Baculus, & quare eius manus induantur chirotecis; quare ei tradatur Mitra; quare Epiſcopus conſecrandus offerat Epiſcopo conſecranti panem & vinũm; quare Epiſcopo conſecrando præbeatur oſculum pacis; & quare in conſecratione Epiſcopali tres Epiſcopi adhibentur: & quare alij Ritus in conſecratione Epiſcoporum adhibeantur, & de ſingulorum myſterio tractãt abundè Gerunda *de Epiſcopo tom.*2. *lib.*2. *diſp.*8. *per totam.* Auguſtin. Barboſa *de poteſt. Epiſcopi p.*1. *tit.*1. *cap.*5. Staniſlaus Socolouius *in epithalamio de conſecrat. Epiſcoporum ſine oratione* 4. impreſſa *in ſuis operibus* Cracouiæ *anno* 1591. *art.* 411. *vſque ad* 484. Diana *p.*12. *tract.*1. *reſ.*110. & *à reſ.*113. *ad* 125. Hallier. *de Sacram. elect. p.*2. *c.*8. *art.*4. §.1. *tit.*1001. Andreas Suaſſay *in Panoplia Epiſcopali lib.*1. *per totum*, qui omnes & alij cum eis abundè ſingula expendunt; vbi videbis.

***

Digitized by Google

Ad Text.in Cap. VIII. & Cap.XVI. hoc titulo.

QVÆSTIO I.

An ordinatus extra tempora, maneat ſuſpenſus, aut ſuſpendatur. Et an cum eo Papa, vel Epiſcopus diſpenſet?

SVMMARIVM.

1 *Ordinatus extra tempora ſuſpenditur, & ordinans punitur, num ipſo iure,* à num.2. 3. & 4.*vbi quidnam iure antiquo, ſed quid hodie*, à n.5.

5 *Conſtitutio Pij incipit*, cum ex ſacrorum, n.6. *in quo habeat locum hæc Bulla*, num. 10. 14 & n.24.

6 *Conſtitutio Sixti V.incip.*ſanctum & ſalutare.

7 *Conſtitutio Clem. VIII. incip.* Romanum Pontificem.

8 *Trid.*ſeſſ.23.cap.8.de reformatione,*n.*21.

9 *Ordines ſuſcipiens ſine teſtimonio ſui ordinarij anno ſuſpenditur*, & n.11.

10 *Ordinatus in maioribus extra tempora ſuſpenditur, non ſi in minoribus*, num.15.*excuſatur ſi bona fide ordinaretur credens fieri poſſe*, num.11.

12 *Ordinatus extra tempora, eſt impeditus ad ſuperiores ordines aſcendere, non ſic in antea ſuſceptis.*

14 *Beneficia conferri non poſſunt ordinato in ſacris extra tempora, ſecus ſi ordinaretur in minoribus*, n.15.

16 *Diſpenſat cum ordinatis extra tempora ſolus Papa ſecundùm probabiliorem ſententiam* n.17.18.& 19.

Cap. conſultationis 16. hoc tit. *& numeris ſequentibus.*

19 *Textus noſter intelligitur.*

20 *Suſpenſio poſita ab Epiſcopo ſuo iure ordinario poteſt & tolli ab eodem, niſi malè ordinande ſpectaret ad Papam.*

22 *Diſpenſare poteſt Epiſcopus in ſuſpenſione, ſeu irregularitate ordinati extra tempora, ſi ſit occulta.*

23 *Diſpenſatio ordinati extra tempora præſumitur ex lapſu 20.annorum.*

1 VRbanus III. decidit in textu noſtro quod ordinatus extra tempora ſuſpenditur, donec diſpenſetur cum eo, & quod punitur ordinans *ſub cap.*1. dixi iam de pœnis, in quibus incurrunt tam conferentes duos ordines ſacros in eadem die, quàm eos recipientes; nunc verò de pœnis, in quibus incurrunt ordinati extra tempora, item & ordinatores. De ordinato quod ſic ſuſpendetur probari ſolet ex *cap.*2.*hoc tit.* & ex noſtris iuribus. † Sed oùm ipſo
2 iure, ſuſpenſio illa incurratur, vel ſit pœna imponenda, eſt dubium inter Doctores; at verò de ſuſpenſione loquuntur iura *in dicto cap. cum quidam*, ibi: *Et ordinatos à ſuſceptis ordinibus tandiu reddere debes expertes, donec apud nos reſtitutionis gratiam conſequantur*, & ex *dict.cap.conſultationi*, ibi: *quos pro tranſgreſſione huiuſmodi primo ejs pœnitentia impoſita competenti ſuſtinere poteris in ſuſceptis ordinibus miniſtrare*, & ex verbis textus *in dict.c.*2. ibi: *Taliter ordinati, non deberent permitti in ſuſceptis ordinibus miniſtrare; nam apud nos ſic ordinatis deponerentur*: Ex quibus verbis probat Suarez ſolum probari pœnam imponendam, non ipſo iure latam, *de cenſ.diſp.*3.*ſect.*1.*n.*30. & etiam probat ex textu *in c.fin.diſt.*75.vbi deſignantur tempora definita ad ordinandum, nec pœnam aliquam ibi tranſgreſſoribus imponi; & ſic dicit quod etſi Syluester, & Angelus, *verbo irregularitas*, cum nonnullis Canoniſtis dicant hanc ſuſpenſionem ipſo iure incurri: tamen eſſe tantum ferendam ex iure antiquo, vt etiam ſenſerunt Innocent. Hoſtienſ. Panormitanus, & alij; quia nullus eſt textus, quo ſufficienter probetur; imò ex ſententia gloſſæ, *Clem. fin.de ætate, & qualit.ordin.*ſunt ſuſpendendi, tam promouens quàm promotus.

Verum præter Sylueſtrum, & Angelum, aduer- 3
ſus quos ſequitur Suarez, videntur dicere alij Doctores quod promouens extra tempora ſuſpendatur, promotus ſit ipſo iure ſuſpenſus: ſic probat Barboſa *in paſtorali part.*2.*allegat.*17.*ſub num.*9. in verſ.*de iure*, quatenus dicit quod licet Hoſtienſis, Ioannes Andreas, & Butrius in textu noſtro videantur tenere contrarium primo aſpectu nihilominus; quia poſt modum, eorum ſententiam in hac parte remittunt ad notata *in cap.litteras hoc tit.* vbi Ioannes Andreas, *num.*15. Butrius 7.& Hoſtienſis *in finalibus verbis*, quo loci promotum ipſo iure eſſe ſuſpenſum affirmant, & hoc itidem affirmandum eos tenere dicit Barboſa, vt ſequitur Vgolinus, *de
poteſt. Epiſcopi, capite* 26. §.25. *numero* 2. † Mihi 4
tamen de iure plauſibilior videtur prima ſententia ex noſtro textu; & aliis, nec enim illi Doctores cum ſe remiſſerunt ad textum *in dicto cap. litteras* loqui debuerunt de noſtro caſu, ſed de alio ponderato iam ſupra ſub his, quæ dixi *in cap.*1.*hoc tit.* vbi expendit textum *in dicto cap. litteras*, de pœna ſcilicet recipientes duos Sacros ordines in eadem die.

Prædicta ſunt de iure antiquo, ſed iam aliter 5
ſancitum eſt de iure nouiori, cum ex conſtitutione Pij, quæ incipit, *cum ex ſacrorum*, ordinatus extra tempora, ſit ſuſpenſus ipſo iure, vt ex eius littera, quam refert Barboſa *dicta allegat.* 17. *p.* 2. *num.* 10. & 11. deducunt Nauarrus *in manuali cap.*27.*num.*241.verſ.*quinto dico*, & *conſ.*40.*num.*7. *verſ.*11.*hoc tit.in antiquis*, & *conſ.*7.*ſub tit. de clerico excommunicato miniſtrante*, quæ extrauagans, vt expendit Suarez *dicta diſput.*30. *de cenſ. ſect.*1. *num.*30.*in fine*, loquitur tantùm in recipiente ordines ſacros; ac meritò; quia minores ordines, vt ſupra dixi *ſub dicto cap.*1.& 2. non habent tempora determinata, vt probat textus *in cap.de eo* 3.*hoc tit.* per quem ſic dixi *ſub dict. cap.* 1. & addit Barboſa *dicta allegat.* 17. *num.* 13. hanc Bullam Pij II. obſeruari ſemper in hac materia, quam poſtea confirmaſſe dicit Iulium Pap.III. *in ſua Regul. Cancel.* & alios ſucceſſores; necnon Clem. VIII. & S. D. Paulum V. felicis memoriæ *in regula* 23. per hæc verba. *Item de Clericis extra tempora à iure ſtatuta, ſiue ante ætatem legitimam, aut abſque dimiſſoriis litteris ad ſacros ordines ſe promouere facientibus, pro tempore etiam voluit conſtitutionem piæ memoriæ Pij II. ſimiliter prædeceſſoris ſui deſuper editam, & in dict. Cancel. Apoſtol. lib. deſcriptam, quæ incipit cum ex ſacrorum, &c. pari modo obſeruari, &c.*

Sed adhuc videtur non ſic ex prædicta Pij conſtitutione

ſtitutione ſeruandum, cum ex conſtitutione Six-
ti V. contra Clericos malè promotos, quæ incipit
Sanctum, & ſalutare, ſub data Nonis Ianuarij 1588.
non ſolùm ſuſpendit ipſo iure promotos extra tem-
pora, verùm etiam illos ita promouentes ad ſacros,
vt *in §. vt igitur cum duobus ſequentibus prædictæ ſuæ*
7 *conſtit.* continetur. † Tamen Clem. VIII. *in ſua
conſtitutione*, quæ incipit *Romanum Pontificem*, re-
ſtrinxit, ac modificauit ad terminos ſanctionis Pij V.
vt iam dixi, & notat Barboſa ſuprà *ſub dicto n. 9.*
quæ conſtitutio non meminit ordinatoris, & hanc
Pij II. conſtitutionem ſemper obſeruari in hac ma-
teria, tenet nouiſſimè Ægidius Trullench. *de Sa-
cram. lib. 6. dubio 9. ſub dicto num. 2. & num. 3.* vbi
alia expendit, & bene demonſtrat etiam Barboſa
hic num. 3. iterum Bullas recenſens.

8 Et aduerſus ius antiquum, item & aduerſus præ-
dictas Bullas inſurges ex Trid. *ſeſſ. 23. cap. 8. de refor-
mat.* vbi ſuſpenſionis pœna anni imponitur aduer-
9 ſus ordinatos extra tempora, † Sed reſpondetur
textum Trid. ibi referri ad eum, qui ſine teſtimonio
ſui Ordinarij ordines ſuſcipit, vt declarant Vgoli-
nus *dicto §. 25.* Bonacina *de cenſuris diſp. 3. quæſt. 6.
puncto 5. num. 5.* vbi etiam ad hanc ſuſpenſionem
incurrendam non requiri præſumptionem, vel ig-
norantiam affectatam, ſed ſufficere ignorantiam
moraliter culpabilem, ſequitur Barboſa *dict. n. 9. in
fine alleg. 17.* contra Salzedum ad Bernardum Diaz
in cap. 26. lit. A, verſ. *his verò, qui extra tempora*,
dicentem hunc ſuſpenſum eſſe per annum in caſu,
de quo loquimur, vt nouiſſimè tenet expendens
Trid. locum idem Ægidius Trullench. *dicto dub. 9.*
10 *ſub num. 2.* † Vbi dicit *num. 3.* prædictam Pij II.
Bullam ſolum habere locum in his, qui ordinantur
extra tempora in ſacris, & maioribus ordinibus,
non ſic in minoribus, & in prima Tonſura; quia
vigore prædictæ conſtitutionis, item, & iuris cõmu-
nis nullo modo comprehenduntur ordinati in mi-
noribus extra tempora conſtituta, vt docent Nauar.
in manuali cap. 25. num. 70. & cap. 27. n. 241. Cam-
pan. *in Rubr. Iuris Canonici Rubr. 6. cap. 2. num. 21.*
Barboſa *2. p. allegat. 16 num. 14.*

11 Vt verò talis ſuſpenſio incurratur, neceſſum eſt
vt præcedat culpa grauis, vt ſupra dictum eſt, &
notanter tenet Suarez *de cenſuris diſp. 31. dict. ſect. 1.
num. 31.* dum ait quod ſi quis bona fide extra tem-
pora ordinetur, vel credens ſe habere legitimam
facultatem, vel Epiſcopum illam habere, vel ex
alia ſimili ignorantia inculpabili; tunc ſicut excu-
ſaretur à culpa, ita etiam à ſuſpenſione. Rurſus
quia ſuſpenſio hæc dicitur culpæ proportionata:
vnde ait licèt verba extrauag. Pij II. ſint hæc *A ſuo-
rum ordinum executione ipſo iure ſuſpenſi ſint*, ni-
hilominus cenſet intelligenda de ordinibus ſic ma-
lè, & extra legitima tempora ſuſceptis, nam in eis
12 tantum deliquit. † Et addit etiam conſequenter,
vt etiam ſit impeditus, ne vlterius aſcendat, non
verò ne in inferiori ordine vtatur, ſi illud legitimè
ſuſcepit; nec referre quod illa extrauagans dicat *à
ſuis ordinibus*, in plurali, nam loquitur etiam in plu-
rali de omnibus ſic ordinatis, & eos dici ſuſpendi à
ſuis ordinibus, & intelligi accõmodatè, id eſt vnuſ-
quiſque ab eo ordine, quem malè ſuſcepit, & hoc
magis declarari per verba ſequentia eiuſdem Bullæ,
ibi: *Si ſuſpenſione durante in eiſdem ordinibus mini-
ſtrauerint, irregulares fiant* in eiſdem ſcilicet malè
13 ſuſceptis, à quibus ſuſpenſi ſunt, † quæ etiam de-
clarat Barboſa *dicta alleg. 17. num. 18.* procedere reſ-
pectu ordinum ſacrorum, non ſi miniſtraſſent in
prima Tonſura, aut aliis minoribus Ordinibus, qui
non comprehenduntur in Bulla, vt probant etiam
plures quos ipſe citauit *dicta 2. p. allegat. 16. num. 14.*
quod repetit idem Barboſa hic *ſub dicto n. 3.*

Quare etiam dices, vt attento prædictæ Bullæ 14
Pij II. rigore, & tenore, dicendum eſt, vt durante
illius ſuſpenſione non poſſint Clerico conferri be-
neficia, cum ille careat ordine in executione ſecun-
dùm reſoluta per Couar. *in cap. Alma mater p. 1.
§. -. num. 1.* contra Nauarrum *in manuali cap. 27.
num. 160.* quod ſequitur Barboſa *dict. p. 2. de officio
Epiſcop. allegat. 17. num. 12.* intelligens de clericis in
maioribus de quibus loquitur prædicta Bulla. † Quia 15
ſi in minoribus ordinibus conſtitutis conferantur,
collatio valida erit, vt reſoluit cum Miranda *in
manuali Prælator. tom. 1. quæſt. 39. art. 7. concluſ. 1. in
fine*, & addit idem Barboſa hic *ſub dicto num. 3.*
prædictam Bullam Pij II. addere, & decidere vl-
tra alias pœnas à iure inflictas, poſſe etiam benefi-
ciis Eccleſiaſticis iure priuari.

Vnde iam pro materia textus *in dict. cap. conſul- 16
tationi 16. hoc tit.* dubium eſt cui competat diſpen-
ſare cum ſuſpenſis; eo quod ordinati fuerunt extra
tempora & multi exiſtimant poſſe proprium Epiſ-
copum, ſi non ſit particeps illius delicti, ſic per tex-
tum *in dicto cap. conſultationi*, & colligunt ex eo
textu plures, quos refert Barboſa *ibi num. 1. & 2.*
vbi ait diſpenſationem cum eo, qui extra tempora
ordinibus fuit initiatus ab Epiſcopo qui in nulla
fuit culpa obtineri poſſe, vt poſt condignam pœ-
nitentiam, ſuſceptos ordines poſſit exercere, vt per
Salzedum ad Bernard. Diaz *in pract. cap. 26. lit. O,
in fine.* † Imò idem Suarez poſtquam abundanter 17
probauit *de cenſ. diſp. 31. dict. ſect. 1. num. 32.* à ſolo
Papa diſpenſari poſſe in fine illius numeri, aut iux-
ta probabilem opinionem poſt ſufficientem puni-
tionem, & emendationem ab Epiſcopo illam ſuſ-
penſionem tolli poſſe: & videtur etiam probari
iuxta terminos illius conſtit. Pij II. ſupra relatæ; eo
quod Papa ibi non retinuit abſolutionem in ea
conſtitutione iuxta doctrinam Armillæ verb. *ſuſ-
penſio num. 22.* Syluester *eodem verbo num. 8.* verſ.
tertium. gloſſa *Clem. 1. §. penult.* verb. *excommunica-
tionis, de hæret.* vt in excommunicatione animaduer-
ſum reperitur, quoties conditor Canonis ibi ſpe-
cialiter non reſeruauit; quia eo ipſo conceſſiſſe vi-
detur facultatem aliis abſoluendi cum citatis à Gu-
tierrez *Canonic. lib. 1. cap. 5. à princip.* Suarez *de cenſ.
diſp. 7. ſect. 4.* cum conceſſum dicatur quod expreſsè
non reperitur prohibitum iuxta text. *in l. nec non §.
quod eius, ff. ex quibus cauſis.*

Verius tamen iam hodie ſolum Papam, aut Le- 18
gatum de Latere ex ſpeciali commiſſione, ſibi data
poteſtate cum ordinatis extra tempora diſpenſare
dicendum eſt, vt docent Rebuffus *in praxi benef.
p. 2. tit. de Clericis ad ſacros ordines malè promotis,
gloſſa 2. num. 13.* Barboſa *hic dict. n. 2. in fine*, Sylue-
ſter *verb. irregularitas num. 12.* verſ. *hodie autem*
Nauarr. *in manuali cap. 25. num. 70.* Maiolus *de ir-
regularit. lib. 1. cap. 30. num. 9. in fine*, Iacobus de
Graſſis *in deciſion. aureis lib. 1. cap. 8. num. 15.* Gu-
tierrez *Canonicar. lib. 1. cap. 26. ſub num. 21.* Bonacina
*de cenſur. extra Bullam diſp. 3. quæſt. 1. puncto 3. in fi-
ne*, ex ea ratione quia in illa conſtitutione Pij II.
non ad aliquod tempus ſuſpenſionis, cenſuram
Papa infligit, irregularitatemque incurri, decernit;
ex quo euenit, vt perpetuò dicatur inflicta, & Ro-
ta Romana generaliter loquens firmauit contraue-
nientes decretis dictæ conſtitutionis, perpetuò eſſe
per eam ſuſpenſos, in militem Abbatitia 24. Ianuarij
1530. coram Reuer. P. Gypſio, & ita docens Bar-
boſa

boſa ipſe *de officio Epiſcopi p.2. dict. alleg.17.à n.14.*
videndus, probat etiam *ibi num.16.* nam & abſque
temporis præfinitione pœnam imponens cẽſetur il-
lam perpetuò infligere *ex l.ſeruus,cod.de pœnis gloſſa*
verbo perpetuo, in cap. cupientes §.cæterum de elect.
gloſſa *verbo in perpetuum in cap.ex litteris, de con-*
ſtit. vbi Abbas *num.10.* Felinus *in c. tam litteris 33.*
de teſtibus n.1.in fine.
19 Hæc enim vera ſunt hodie per dictam conſtitu-
tionem Pij, ſed ego contendo à ſolo Papa poſſe
diſpenſari,cum male extra tempora ordinato magis
probabiliter; quia ex textu *in dict.c.cum quidam* 8.
de quo dico hic, probatur, & ſignificatur Papam
ſolum poſſe hanc ſuſpenſionem tollere per verba
illa, *Ordinatos a ſuſceptis ordinibus tandiu debes*
reddere expertes, donec apud nos reſtitutionis gra-
tiam conſequantur, vbi ſignificatur ſuſpenſionem
fuiſſe ponendam ab Epiſcopo; ſemel autem poſi-
tam,ſolum Papam poſſe illam auferre; & ita gloſſa
ſentit, ibi, ex vi illius textus, licèt *in dict. cap. con-*
ſultationi,cenſeat ibi eſſe moderatam reſtitutionem
illam, & poteſtatem Epiſcoporum ampliatam:ita
docet Suarez *dicta diſp.31. de cenſ. ſect.1. dict.n.32.*
vbi expendit textum *in dict.cap.conſultationi*,dicens
non eſſe ibi ſermonem de ſolutione ſuſpenſionis
ipſo iure latæ, ſed de commutatione ſuſpenſionis
20 ferendæ in aliquam pœnam. † Imò addit cum
vtroque Abbate antiquiore, ſcilicet, & Panormit.
Epiſcopum, quando ponit ſuſpenſionem ſuo iure
ordinario eodem, poſſe illam tollere, ibi tamen re-
ſeruari Papæ; quia Epiſcopus ipſe ordinarius deli-
querat malè ordinando,& non ipſum ponere pœ-
nam, ſed Papam præcipere Metropolitano illam
imponere; ideòque ſibi diſpenſationem reſeruaſſe;
quia nec Epiſcopus erat dignus ratione ſuæ culpæ
nec Metropolitanus erat Iudex ordinarius, ſed de-
legatus, eiquè commiſſam fuiſſe punitionem,non
liberationem ad maiorem delicti punitionem, &
fortaſſe iniuriam ordinantis, quæ dicit idem Sua-
rez rectè procedere de eo tempore, quo hæc ſuſ-
penſio imponebatur, & non à iure.
21 Cumque aliqui exiſtiment Trid.*dict.23.cap.8.de*
reformat. commiſiſſe Ordinario determinationem
temporis, prò quo duratura eſt talis ſuſpenſio, &
conſequenter eius ablationem illi commiſiſſe,vt re-
fert Suarez ſuprà *dict.n.32. circa finem.* Sed cum
iam ſupra expenderim Trid.locum, vt non loqua-
tur de eo, qui ordinatur extra tempora, ſed ſine
legitimis litteris dimiſſoriis: nam vt dicit idem Sua-
rez,verba, ibi: *Si ſecus fiat &c.* tantùm referantur
ad ea, quæ in proxima Clauſula continentur, &
non ad capitis initium, vbi fit mentio de ordinatio-
nibus, ſtatutis temporibus faciendis, vt euidenter
patet ex contextu; ſequitur, vt eorum ſententia ex
adductis bene ſit impugnata, & de intellectu præ-
dictæ Bullæ Pij V. adiunges quos congerit idem
Barboſa *in collect.ad dict.Trid.c.8.à n.35.*
22 Iam verò pro complemento notabis quod ſi
ſuſpenſio, vel irregularitas illius qui ordinatus fuit
extra tempóra ſit occulta, poſſit in ea Epiſcopus
diſpenſare virtute Trid. Concil.*ſeſſ.24.de reformat.*
cap.6. vt firmant Bonacina *de cenſur.diſp.3.quæſt.6.*
*puncto 5.num.5.*verſ. *Tertio*, Barboſa *dicta 2. p. in*
paſtorali, dicta allegat.17.num.17 & docet nouiſ-
ſimè Ægidius Trullench.*dict. lib.6.de Sacram.cap.*
23 *vnico,dubio 9.num.2.in fine.*† & Rota cenſuit apud
Farinacium *deciſ 200.p.2.recent.num.5.*ex lapſu 20.
annorum præſumi diſpenſationem, ſicut refert
24 idem citatus Barboſa *dicto num. 17. in fine.* † Et
verum ſuſpenſus iuxta prædict.conſtit.Pij II. poſſit

ab Epiſcopo diſpenſari, videbis Aloyſium Riccium
in deciſ.Curiæ Archiepiſ. Neapol.deciſ.93. p. 4. vbi
*deciſ.90.*quærit, & diſſerit, an in pœnas dictæ Bul-
læ incidat, qui ignoranter prohibita in illa egit, de
quo iam dixi *ſuprà*, & de textu noſtro *in cap. cum*
quidam; videbis hic Antonium Naldum.

QVÆSTIO II.

An ſi ordinatores, & ordinandi non ſeruent de vno ordine ad alium interſtitia temporum, ſuſpendantur ab executione ordinum. Et an Epiſcopus diſpenſet in illis.

SVMMARIVM.

1 *Ordinatores, & ordinati extra tempora nũm ſuſpendantur ab executione ordinum, vt illi,qui conſerunt & ſuſcipiunt ordines duos ſacros in eadem die* n.2.& à n.8.

2 *Inteſtitia dicuntur tempus intermedium de vno ordine ad alium, anni vnius ſtatutum, vt interim ordinandi Inſtituantur commodius,* num.3.

4 *Annus interſtitiorum ad ordines, qualiter computetur.*

5 *Bulla Cruciatæ publicatio quotannis fit ſecundum computationem anni Eccleſiaſtici.*

6 *Interſtitia ad ordines minores, computantur de ordinibus generalibus ad alios; non enim in iſtis datur præceptum ſuper internallo,* numero 7.

7 *Ordines minores recipiendi,conſuetudo in eadem die eſt ſeruanda.*

8 *Ordinatus de voluntate Epiſcopi, non ſeruatis interſtitiis, nullam pœnam incurrit,* numero 9.

9 *Trid* ſeſſ.23.cap.11.

10 *Interſtitiorum diſpenſatio inter Diaconatum, & Sacerdotium eſt difficilior; eſt tamen arbitraria ſemper iuxta qualitates, de quibus* num.11.

12 *Vtilitas, & neceſſitas,vt diſpenſetur in interſtitiis ſimul requiritur, alij contra.*

13 *Interſtitiorum diſpenſatio debet clarè fieri ab Epiſcopo, vel aſſumendo ad ordines intra annum; & à quibus aliis fiat,* num. ſequentibus.

14 *Vicarius diſpenſat in interſtitiis de licentia Epiſcopi, vel Capituli, Sede vacante,* numero 15.

15 *Capitulum, Sede vacante diſpenſat in interſtitiis.*

16 *Abbates, & ſuperiores ordinarij num diſpenſent in interſtitiis cum ſubditis, aut ſpectet ad Epiſcopum,* n.17.& n.19.

18 *Ordinans non diſpenſat in interſtitis cum non ſubdito, qui ab eo ordinatur,ſed proprius Epiſcopus ordinati.*

19 *Dimiſſorias dant regulares ſuperiores ſuis ſubditis ordinandis; etſi non diſpenſent in interſtitiis: quid ex priuilegio Societatis Ieſu,* num.20.

21 *Epiſcopus non diſpenſat in interſtitiis cum familiari ſuo, niſi ratione beneficij collati,* numero 22.

1 AD primam quæſtionis partem videtur reſpondendum ſic eſſe ſuſpenſos quemadmodum ſuſpenduntur illi, qui in eadem die duos ſacros ordines conferunt, vel recipiunt ſecundùm quæ expendi ſupra *ſub cap.1.hoc tit.* explanando iura *in cap.2.cap.3. cap. litteras, cap. dilectus hoc titulo*, & ita videtur ſentire Suarez *de cenſuris diſp.31. ſect.1.* qui dum diſputat de pœna ſuſpenſionis contracta aduerſus Epiſcopos ordinantes, ac aduerſus ordines male recipientes, agit latè ibi *à num.40.* de octaua ſuſpenſione ipſo iure lata non ſeruatis temporum interſtitiis; & Sixtus V. tulit ſuſpenſionem ipſo facto.

2 Sed cum ibi dixerim aliud eſſe delictum contractum ex ſuſceptione duorum ordinum ſacrorum in vna die modo ibi dicto, de quo iura relata intelliguntur, vt optimè etiam expendit idem Suarez cum ab eo relatis, ac eſt delictum contractum, ſi ordinandus non ſeruet temporum interſtitia de vno ordine ad alium; ideò clarioris doctrinæ gratia, dico interſtitia dici tempus intermedium vnius anni, qui debet tranſire de vno ordine collato ad alium conferendum, ſeu recipiendum; ita vt qui ſuſcepit vltimum minorem ordinem, nequeat ad ſubdiaconatum tranſire, quouſque integer annus tranſactus ſit, & ſimili modo de ſubdiaconatu ad Præsbyteratum, iuxta deciſionem Trid. *ſeſſ.23. de reformat.*
3 *cap.11. 13. & 14.* † quod ſtatutum eſt vt interim ordinandi commodius edoceri poſſint, quantum ſit ordinis, quem ſuſcipit pondus, & quanta Dignitas, & cum ætate meritum vitæ ac doctrina maior accreſcere poſſit; vt dicit idem Concil. *loco citato*, quem ad hoc citant Vgolinus *de poteſt. Epiſcopi cap.26.§.27. num.2.* Barboſa *in paſtorali p.2. allegat.18. num.1.* & ad propoſitum plures rationes afferunt Molfeſius *in ſumma Theolog. moral. tract.2. cap.14.num.2.* Carolus de Graſſis *de effectib. clerior. in Prælud.num.326.cum ſequent.* Simon. Maiol. *de irregularit.lib.4.cap.11. à princ.* Valenzuela *tom.2. conſ.107.num.1.* & docent alij relati ab eodem Barboſa *in dict.cap.11.Trid.n.3.*

4 Quod ſi dubites qualiter prædictus anni curſus debeat tranſire, reſpondeo non oportere, vt habeat trecentos, & ſexaginta quinque dies, quo tempore annus conficitur, ſed ſufficere, vt adueniat eadem ſolemnitas, & dies ſubſequentis anni in qua annus tranſactus ſuſcepit alium ordinem; ſic vt interſtitia non ſint mathematicè computanda; ita vt ordinandus nequeat ad ordines promoueri, niſi inter vnum, & alium ordinem moram traxerit duodecim menſium completorum, ſed moraliter, & iuxta ritum Eccleſiæ, videlicet ab vna Quadrageſima ad aliam, à Pentecoſte ad Pentecoſtem, &c. & quamuis inter primam, & ſecundam Pentecoſtes, ſolemnitatem, non ſint elapſi duodecim menſes: ita docent in terminis, ac deciſum referunt Sorbus *in compendio mendicantium*, verbo *ordines ſacri*, verſ. *circa id.* Proſper de Auguſta *in addit ad Quarantam in ſumma Bullarij*, verbo *Ordo, in fine.* Zerola *in praxi Epiſcopali p.1.* verb. *Ordo*, verſ. *ad quartum* circa medium. Vgolinus *dict.§.27.num.7.* Bonatina *de Sacram. diſp.8. quæſt. vnica, puncto 5. num.33.* Riccius *in praxi fori Eccleſ. poſt reſolut.279. in notab. materiæ de hoc Sacramento Ordin.* verſ. *quoad*; Lezana *in ſumma quæſt. regular. cap.14.num.17.* Laurent. de Franchis *in controuerſ. inter Epiſcopum, & regulares pag.77.* verſ. *ad ſeptimum*, Campanil. *in*
5 *diuerſ. iuris canon. Rub.6.cap.3.num.12.* † Et comprobatur, nam etiam publicatio Bullæ cruciatæ, quæ durat per vnum integrum annum, ſicut & aliæ Bullæ compoſitionis, & defunctorum fit de vno anno ad alium, plus, minuſvè, ſecundùm morem, Eccleſiæ, vt tradit Villalobos *in ſumm.p.1.de Bulla cruciata tract. 27. clauſula 4. à num.6. cum aliis.* Ægidius Trullench. ſic etiam tenet *lib.6.cap.vnico, dub.9.ſub num.4.* idem Villalobos *in terminis noſtri dubij tract.11.p.1.difficult.12.num.6.*

Et cum ab aliquibus ſoleat dubitari quod inter- 6
uallum interuenire debeat inter vnum, & alterum ordinem minorem, & quidam putent ſufficere de vno ex temporibus generalium ordinationum ad aliud, inter quos ſic putant Maiolus *de irregularit. lib.3.cap.24.§.13.* Vgolinus *dict.cap.27.num.4.* Alij inquam ſufficere exiſtimant illud, quod daretur de vno facto ad alium proximum inter quos ſic docent Campanil. *dict.Rub.6.dict.cap.3. num.13.* Sorbus *ſup.* verſ. *Ordo*, in verbo *& ſic benè*, quod verum iudicat Barboſa *in paſtorali dict.2.p.allegat.11.n.18. in fine*, ſed tutius dicit eſſe, ſi fiat interueniente interuallo de vno ex temporibus generalium ordinum ad alium; ſic Vgolinus & Maiolus. † Et ad- 7
dit Ægidius Trullench. vbi ſuprà *dict. num.4.* inter minores autem ordines non dari præceptum de interſtitiis, ſed relinqui prudentiæ, & arbitrio Epiſcopi: an ſimul vel per temporum interſtitia debeant conferri *ex dict.cap.11. Trid.* taliter, quod ſi adeſſet conſuetudo, quæ permitteret minores ordines, & primam Tonſuram in eadem die recipere, eſſet ſeruanda, vt docent Syluester *verbo Ordo 2. num.27.* Campan. *dict.Rub.6.cap.2. num.20.* Henriquez *lib.10.cap.19. num.4.* etenim etſi in his minoribus quædam tempora deſignentur, vt *in cap. in ſingulis 77.diſt.* tamen Suarez iam relatus *d. ſect.1. diſp.31.de cenſ.num.33.in fine*, dicit antiquatum eſſe, aſſerens licitum eſſe eos ſimul in eodem die recipere; præſertim vbi eſt conſuetudo, & expreſsè habetur *in cap.2. de eo, qui furtim ordin. ſuſcepit.* vbi notant gloſſa, & Doctores, & *ex cap.3. noſtri tituli* colligit.

Quibus ſuppoſitis ad primam difficultatis par- 8
tem reſpondeo, iuxta diſpoſitionem Trid. *ſeſſ.23. de reformat.cap.11.13.& 14.* quod etſi voluiſſet, vt inter ſuſceptionem vnius, & alterius ordinis annus integer interuerteretur, tamen nullam pœnam adhibuit contra prædictum ordinem procedentibus, nec ita ſeuerè id prohibuit, quin arbitrio Epiſcopi id committeret; quocirca ſi quiſpiam arbitrio, & voluntate Epiſcopi prædictos ordines ſuſcipiat eo die, vel continuis diebus, aut intra tempora interſtitiorum, non erit malè promotus; quod ſi contra Epiſcopi voluntatem ſuſcipiat, vel eodem die, vel non ſeruatis interſtitiis ab Epiſcopo deſignatis, tunc erit malè promotus, quoad culpam non quoad cenſuram, vt tradit idem Suarez *dict.diſp.31.ſect.1. num.43. in fine, & in principio*, quare Ægidius Trullench. *de Sacram. dict.lib.6.cap.vnico, dubio 9.n.10.* cum Bonacina *dict.diſp.8.quæſt.vnica puncto 3.n.35.* & cum Barboſa *vbi ſuprà*, nullam pœnam iuris, aut cenſuram incurrere, aut irregularitatem ordinantes, ac ordinatos, & Barboſa *dict. allegat.18. num.14.* cum multis probat, quòd etſi ſic ordinatus nullam incurrat pœnam, poſſit tamen Epiſcopus ſic ordinatum ſuſpendere, & aliis pœnis ob Canonis tranſgreſſionem punire, idem Barboſa *in Trid. ſeſſ.23.cap.13.num.10.& 11.* cum multis.

Et pro complemento huius dubij, & intellectu 9
Trid. *dict. cap.11.* animaduerto cum Suarez *dict. num.43.* verſ. *in quo*, quod cum agit de anno interponendo inter ſubdiaconatum, & Diaconatum, ſimpliciter addit Trid. *niſi aliud Epiſcopo videatur*, ſed

ſed cum loquitur de Diaconatu, & Præsbyteratu,
ait, *niſi ob Eccleſia vtilitatem, ac neceſſitatem, aliud*
Epiſcopo videretur, addens per hoc non eſſe licitum
Epiſcopo in priori caſu diſpenſare ſine vlla cauſa
rationabili; quia hoc eſt contra rationem diſpenſa-
tionis in communi lege, ſed ſolùm iudicari mino-
rem cauſam in priori caſu ſufficere, & in illo vti-
litatem tantum ſpectandam eſſe; in alio verò etiam
neceſſitatem.

10 Et ait ſublatam fuiſſe ſuſpenſionem, quam in
caſu, de quo loquuti ſumus tulit Sixtus V. relatus
in principio, ſequitur Bonacina *dict. diſp.8. de Sa-*
cram. quæſt. vnica puncto 6. num 9 vbi etiam dicit
grauiorem cauſam requiri in diſpenſatione in-
terſtitiorum inter Diaconatum, & ſacerdotium,
quàm inter cæteros ordines, colligens ex dicto
Trid. decreto, & proſequitur cum multis Barboſa
11 *dicta allegat.* 18 *ſub num.* 4. † vbi dicit quod non re-
quiritur extraordinaria, aut publica neceſſitatis, aut
vtilitatis cauſa; quia Concilium remittere videtur
hoc arbitrio Epiſcopi, poſita vtilitate Eccleſiæ, &
neceſſitate, quam Epiſcopus ſecundùm circunſtan-
tiam loci, & temporis, aut iuxta conditionem per-
ſonæ ſufficientem iudicauerit, ſic probans cum
Menochio *de arbitr. caſu* 417. *num.* 30. qui cum eo-
dem *num.* 31. ponit alias, nempe fauore ſtudij in ali-
qua vniuerſitate, & ætas ordinandi prouecta iuncta
cum eiſdem integritate, necnon arctatio ad reci-
piendum Diaconatum, vel Præsbyteratum ratione
beneficij recepti, vel recipiendi, iuxta Trid. decre-
12 tum *ſeſſ.7. de reform. cap.7.* † Quibus omnibus addo
Ægidium Trullench. *de Sacram. dicto lib.6. cap. vni-*
co dubio 9. ſub num.5. vbi *num.... in fine*, ait quod
etſi recentiores aliqui iuxta Trid. decretum, dicant
ſufficere, *dict. ſeſſ.23. cap.* 11. tantum vtilitatem, aut
neceſſitatem Eccleſiæ, vt Diaconus ante annum,
Præsbyter ordinetur, tamen verius eſſe per parti-
culam *&* quæ copulatiua eſt vtrumque requiri: &
de hoc pluribus adductis, Barboſa *dict. ſeſſ.23. Tri-*
dent. cap.14. num.2. & 3.

13 Ad ſecundam difficultatis partem iam ſatis reſ-
ponſum præbetur ex proximè dictis, nempe non
ad Papam, ſed Epiſcopum prædictam diſpenſatio-
nem pertinere in interſtitiis modo dicto *ſub num.*
præcedenti, quare nunc dico neceſſum eſſe vt Epiſ-
copus clarè diſpenſet, vel vt aſſumat ad ordines
infra anni curriculum ordinandum, ſciens nondum
eſſe lapſum tempus ab antea ſuſcepto ordine ad ſe-
quentem; quia ſi ignorauit, tacitè diſpenſare non
videtur; eo quod omne canonicum impedimen-
tum, cuius diſpenſatio ad Epiſcopum pertinet,
non cenſetur diſpenſatum, vel ſublatum, (ſi illud
ſciens Epiſcopus,) niſi illud Epiſcopus ſciens or-
dinauerit, vt in terminis reſoluunt Laurent. de
Franchis *in controuerſ. inter Epiſcop. & regular.*
part.7.6. ad Menoch. *de arbitr. caſu* 563. *num.*10.
cum aliis multis Barboſa *dict. allegatione* 18. *nu-*
mero 8. quibus addo Ægidium Trullench. *ſuprà*
*num.*8.

14 Nec ſolum Epiſcopo hæc diſpenſandi facultas
competit, cum etiam competat Vicariis Generali-
bus Epiſcoporum; quia etſi Tridentinum ſolum
loquatur de Epiſcopo, attamen non videri electam
perſonam, aut gradus Dignitatis Epiſcopalis, te-
nuerunt Sbrotius *de Officio Vicar. lib.2. quæſt.* 43.
*num.*28. *& 29. & quæſt.*111. *num.*16. Marchinus, &
alij, quos refert, & ſequitur Barboſa *dict alleg.*18.
*num.*6. quod mihi ſine Epiſcopi facultate ſpeciali
data eius Vicario Generali, ſatis non probatur, vt
ex aliis principiis bene deſumi poteſt; eo quod hæc
facultas ſit magis adiuncta Ordini, quàm iuriſdi-
ctioni. † Sed fateor prædictam facultatem tranſire 15
ad Capitulum, ſede vacante, ſed eius Vicarium
ad Capitulum; quia ſuccedit vacante ſede in iuriſ-
dictione Epiſcopali, ad eius Vicarium, quia ſolet
Capitulum Vicarium nominando omnem ſuam po-
teſtatem transferre nihilo reſeruato de hoc Vicario,
docent in terminis Armendar. *in addition. ad re-*
copil. legum Nauarræ lib.1. tit.18. l.7. de Epiſcopo in
declar. num.57. Sanchez *in opuſculo mor. lib.7. cap.1.*
dubio 54. num.6. de prædicto Capitulo Piaſecius *in*
praxi noua Epiſcop. p.1. cap.1. num.50. verſ. *eadem.*
Quaranta *in ſumma Bullar.* verbo *Capitulum* verſ.
quæro 10. Riccius *in praxi fori Eccleſ. deciſ.*715. *in*
prima editione, & reſol.606. num.2. in 2. editione, &
deciſ.562. num.1. in 1. edit. quæ eſt reſolutio 483. n.6.
in 2. editione, latè Valenzuela *tom.2. conſ.107. à*
*num.*11. & de vtriſque Barboſa ſuprà *ſub dicto n.6.*
cum aliis ab eo relatis; idem Trullench. *ſuprà n.7.*
item cum aliis idem Barboſa *dicta ſeſſ.23. Trid.*
cap.13. n.7.

De Abbatibus regularibus, qui per ſe ipſos poſ- 16
ſunt ſubditos ſuos minoribus ordinare, nùm queant
cum ipſis in interſtitiis diſpenſare, & Doctores af-
firmatiuè reſpondent ſi ipſi eos ſuos ſubditos ordi-
nauerint: ſic Lezana *dicto cap.14. num.15.* Campa-
nil. *in diuerſ. iuris Rub.12. cap.15. num.42.* cum aliis
Barboſa *dicta allegat.18. num.12.* qui etiam probat
in dicto Trid. decreto, *cap.11. ſub num.1.* quod ſicut
iudicio Epiſcopi committitur prædicta diſpenſatio,
ſic, & Abbatis in his caſibus, in quibus Tonſuram,
& minores Ordines conferre poteſt, ſic cum Mi-
randa *in manuali Prælator. tom.1. quæſt. 38. art.7.*
Campanil. *dicta Rub.17. num.13.* Bonacina *de Sa-*
cram. diſp.8. quæſt vnica puncto 4. n.6.

Et idem Miranda videndus *dict. tom.1. quæſt.38.* 17
art.7. concluſ.3. eleuat dubium vtrum ſcilicet quan-
do huiuſmodi, quia infirmus, ſiue occupatus ad
alium miſerit ſubditos ſuos ordinandos, poſſit cum
eis in interſtitiis diſpenſare: vel an competat hoc
Epiſcopo ordinario; & licèt ipſe non reſoluat, exi-
ſtimo propter rigorem Concilij magis ad ordina-
rium Epiſcopum pertinere; ètſi ex abſoluta do-
ctrina Ægidij Trullench. *dict. dub.9. in fine*, pro affir-
matiua poſſit reſponderi ſententia.

Ex his notandum eſt primò quod ordinator ſu- 18
per temporum interſtitiis cum non Diœceſano non
poſſit diſpenſare ad ſuſcipiendos ordines, niſi hoc
in dimiſſoriis expreſſa concedatur, ſicque fuiſſe reſ-
ponſum à ſacra Congregatione Epiſcoporum
Epiſcopo de Aleſe die 5. Auguſti 1593. refert Pia-
ſecius *in praxi noua Epiſcopor. p.1. cap.1. num.* 11.
*pag.*29. vbi dicit ita communiter ſeruari in praxi, &
reſoluunt Miranda *in manuali prælator tom.1. dicta*
quæſt.38. art.7. concl.2. vbi latiſſimè probat Marta *de*
iuriſd. dict. p.2. cap.9. num.14. Marchinus, & alij re-
lati à Barboſa *dicta allegat.18. n.9.*

Notandum eſt ſecundò quod etſi regulares poſ- 19
ſint dare dimiſſorias ſuis ſubditis, non tamen poſ-
ſunt in eorum interſtitiis diſpenſare, ſed hoc ad
Epiſcopum pertinere ex cauſa ſibi per atteſtatio-
nem ſuorum ſuperiorum manifeſtata; ita quod
nefas ſit præpoſitis regularibus in hoc caſu diſpen-
ſare; ex eo quia hæc facultas eſt annexa ordinum
collationi; nam ſicut ad Epiſcopum ſpectat ordi-
num collatio, ſic & diſpenſare in interſtitiis, ita
docent Menochius *de arbitr. caſu* 564. Marcus An-
ton. Genuenſ. *in pract. c.83. num.1.* Gabriel. Vaſquez
tom.3. in 3. p. diſp.246. num.57. Lezana *in ſumma re-*
gul. c.14. num.15. & referunt deciſum Piaſecius *in*
praxi

Digitized by Google

praxi noua Epiſcopor. p. 1. cap. 1. num. 50. pag. 58. Riccius *in deciſ. Curiæ Archiepiſcop. Neapol. de-ciſ. 81. num. 1.* Diana *reſ. moral. tom. 2. tract. 2. de dubiis regular. reſ. 112.* Sanchez *in opuſculis moral. lib. 7. cap. 1. dub. 54. num. 4.* qui *num* 8. videtur contrarium probare; imò & ſenſerunt Bonacina *de Sacram. diſp. 8. quæſt. vnica puncto 5. num. 34.* cum aliis Barboſa *dicta allegat. 18. p. 2. num. 10.* quibus addo Trullench. *de Sacram. dicto dubio 9. lib. 6. cap. vnico num 9.* † Vbi dixit non eſſe improbabile
20 poſſe Regulares ſuperiores in ſuorum interſtitiis diſpenſare, vti probant, & tenent Ledeſma *in ſumma de ordine cap. 8. concluſ. 11.* verſ. *la tercera dificultad,* Villalobos *in ſumma p. 1. tr. 11. difficult. 12. num. 8.* vbi refert Gregor. XIII. conceſſiſſe religioſis Societatis Iesv, vt ordinari poſſint, non ſeruatis interſtitiis; eoque priuilegio ait gaudere mendicantes, etiam ſi aliis prohibita ſit huiuſmodi communicatio per eundem Pontif. Greg. XIII. exiſtimat verò non eſſe recedendum à prima ſententia; eo quod huiuſmodi priuilegia ſint reuocata per Tridentinum: verum Barboſa cum multis *dicta allegat. 18. num. 11.* referens prædictum priuilegium, eiuſque communicationem, & aliud Clem. VIII. conceſſum Congregationi Sancti Ioannis Euangeliſtæ in Portugalia, quod refert Portel. *de dubiis regularium*, probat communem cum multis, quidquid Suarez, & Vaſquez ſentiant.

Tertiò notandum eſt, non poſſe etiam Epiſco-
21 pum diſpenſare ſuper interſtitiis cum familiari ſuo triennali, vt notant Nicolaus Garcia *de benef. p. 2. cap. 5. num. 86.* Cenedus *in practicis Canon. quæſt. lib. 1. quæſt. 38. num. 31.* Nauarrus *conſ. 12. de temporibus ordin. in nouis, & conſ. 13.* Bonacin. *de ſuſpenſione in particul. diſp. 1. quæſt. 1. punct. 11. num. 13.* Sanchez *in opuſculo moral. lib. 7. cap. 1. dubio 27. num. 3.* Barboſa cum multis aliis *de officio Epiſcopi, allegat. 5. num. 14.* vbi idem probat circa illegitimitatem, etiam ad minores ordines. † Tamen ſi
22 familiari iam ordinato collatum eſt beneficium, tunc poſſe Epiſcopum quoad interſtitia diſpenſare; quia iam tunc ratione beneficij eſt ſibi ſubditus dicit idem Barboſa *dicta allegat. 5. num. 15.* cum Campanil. *in diuerſ. Iuris Canon. Rubr. 9. c. 9. num. 3. & 4.* & ita dicendum, licèt Diana *parte 2. tract. 4. reſ. 190.* Sanchez *de matrim. lib. 8. diſp. 1. num. 15. in fine*, exiſtiment poſſe Epiſcopum abſolutè diſpenſare cum ſuo familiari triennali in interſtitiis.

Ad Text. in Cap. Cum ſecundum regulas IX. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Ordinari nequit Latinus à Græco, nec Græcus à Latino.*

1 TExtus iſte probat, & Barboſa cum multis *ibi*, quòd Græci à Latinis, nec Latini à Græcis debeant ordinari, eandemquè concluſionem ait *num. 2.* deſumere ex noſtro textu, Azor. *inſtit. moral. p. 1. lib. 3. cap. 48. quæſt. 14.* Verum quia huius textus amplior intellectus colligitur ex infra adductis *ſub cap. quod ad tranſlationem 11. hoc tit.* ideò leges quæ ſubſequuntur, nempe adducta infrà *in cap. quæſitum de pœnitentiis*, & quæ notantur *in cap. ex parte 10. hoc tit.* ſtatim ſequenti.

QVÆSTIO I.

An Græci ſubſint in aliquo Latinis ordinariis. Et an ſit irregularis, ſi ordinetur à Græco Latinus, vel Græcus ſi ordinetur à Latino?

SVMMARIVM.

1 *Græci magnæ Græciæ in multis ſubiiciuntur Latinis ordinariis propter hæreſes, in quas laberentur illi, qui degebant Siciliæ*, numero 2.

3 *Græci Presbyteri poſt Baptiſmum infantem in fronte conſignabant, Euchariſtiam toto anno conſeruabant, & alia, nec vtebantur in Sacramento pœnitentiæ forma præſcripta*, n. 4.

5 *Græci ſine Epiſcopi Diœceſani dimiſſoriis promouebantur.*

6 *Græci temporibus diuerſis nonaginta, & amplius hæreſes pepererunt ad corrumpendam Eccleſiæ virginitatem.*

7 *Græci Diuina officia ſolo ritu Græco tenentur peragere, & Latini Latino.*

8 *Græcus tranſiens per Eccleſiam latinam tenetur celebrare Græco ritu, & Latinus ſuo, contra Ledeſmam.*

9 *Græcus ſi ordinetur à Latino, vel Latinus à Græco non incurrit irregularitatem.*

GRæci magnæ Græciæ in multis ſubiici ordi- 1
natiis latinis teſtatur decidens Pius IV. *conſtit. 74. olim 97.* ædita *anno 1564.* quæ incipit: *Romanus*, in verbis ſequent. *Subiicit Græcos ordinariis circa quæ ad Dei cultum, Sacramentorum adminiſtrationem, ſalutem animarum, atque hæreſum extirpationem concernunt; ideòque locorum, in quibus moram trahunt ordinariorum latinorum, viſitationi, correctioni, & omnimodæ ſuperioritati in præmiſſis, tanquam ſuis ſuperioribus ſubeſſe, & humiliter obedire præcipiuntur reliquis ipſorum in Diuinis celebrandis, aliiſque ritibus à Sede Apoſtolica, approbatis priuilegiis, & gratiis Apoſtolicis intactis remanentibus*; Itaque expendens conſtitutionem hanc Pater Ioan. Baptiſta Scortia *in ſelectis Summorum Pontificum conſtitutionibus epitome 79. Theorema 199.* † ait vt cum Græci tam Ec- 2
cleſiaſtici, quàm Laici degentes in Regnis Siciliæ, & Neapoli in diuerſas nefarias opiniones laberentur, & in hæreſes, aliaque perpetrarent in animarum perniciem, & populorum latinorum ſcandalum repellentes prætenſæ exemptionis ab Ordinariis locorum, in quibus degebant vi priuilegiorum Summi Pontificis, Clypeo correctionem legitimam coactum fuiſſe Pium IV. prædicta conſtitutione declarare eos ſubiici in his quæ ſpectant ad Dei cultum, Sacramentorum adminiſtrationem, animarum ſalutem, hæreſumquè extirpationem Ordinariis; quia erant multa in quibus errabant,

tam fidei, vt in proceſſione Spiritus Sancti à Patre, & Filio;in articulis de Purgatorio; de viſione Dei ante diem iudicij, de ſecundis nuptiis, de fornicatione ſoluti cum inſoluta, & ſimilibus, quorum errores commemorant Eugenius IV. *conſt.*17.Sanct.Thomas opuſculo hac de re *tit.*7. Albertinus *in Rub.de heret.lib.*2.Auguſtin.de Ancona *de poteſt.Eccleſiaſt.quaeſt.*25.*art.*5.*&* 6.S.Antonin. *part* 3.*tit.*22.*cap.*11.§.1. quàm in illis, quæ pertinent ad Sacramentorum adminiſtrationem: nam vt patet *ex conſt.*14.*Innocent.IV.*quæ incipit *Catholica*,hac Pij IV. & Clement. VIII. *num.*34.

3 † Præsbyteri Græci poſt Baptiſmum infantes in
fronte chriſmate conſignabant, cum tamen con-
firmatio pertineat ad Epiſcopum, vt notaui ſupra
in cap. quamo de conſuet. & dico infra *ſub cap.*
vnico de Sacra Vnctione , & de Sacram. non ite-
4 *randu*,†& Euchariſtiam eandem toto anno con-
ſeruabant; ideo vt ſpecies redderentur minus ha-
biles ad conſumptionem; ideoque illas admiſce-
bant ſacro Oleo ſuos infantulos in Baptiſmo
5 communicabant, † in pœnitentiæ Sacramento
non vtebantur præſcripta abſolutionis forma;
item ſine Epiſcopi Latini Diœceſani dimiſſoriis
litteris ad Sacros ordines promouebantur; & ſic
ſuſpenſi in eis miniſtrabant contra præſcriptum
hic, & expreſſius *in dict.cap.*11. *hoc tit.*

6 Itemquè fuiſſe tot, tantoſque errores Græcorum, vt Leo IX. *in epiſtola contra Michael. & Acridanum cap.* 8. Græcos diuerſis temporibus, diuerſo errore ad corrumpendam Eccleſiæ Catholicæ Virginitatem, nonaginta, & amplius hæreſes peperiſſe, in tantum, etiam vt ſepulta cadauera exhumata, impia ſuperſtitione comburerent; ad id inquam neceſſariam fuiſſe prædictam Pij IV. conſtitutionem; qui in cæteris approbatis Græcorum ritibus, vt Diuinorum officiorum celebratione, ieiuniis, præcibus, & ſimilibus voluit intacta eorum priuilegia remanere, & gratias Apoſtolicas, de quibus rogauerat olim Greg. X. Michaël. Paleogus Imperat. poſt tenorem confeſſionis fidei.

7 Et Pius V. eoſdem Græcos Miſſas, officiaque Diuina ſolo ritu Græco, non etiam more Latino, & Latinos ſolo Latino, non item Græco *conſt.*12. *alias* 7. quæ incipit *prouidentiae*, celebrare præcipit ſub pœna perpetuæ ſuſpenſionis à Diuinis, cui conſonat quod ſtatuit Leo IX. *epiſtolas ad Michaëlem cap.*29. vbi monet, vt vnuſquiſque Sacerdos ſinatur celebrare; etiamſi in alieno ſolo verſetur, iuxta ritum ſuæ Eccleſiæ, quod etiam cenſuit in fine Concilij Plorentini Eugenius IV.

8 † Quare idem Scortia *dict. theorema* 199. *in fin.* Sanchez *de matrim. lib.*3.*diſp.*18. *num.* 20. Salas *de legibus*, *diſp.*14. *ſect.*5. *num.*64. Suarez *tom.*3. *diſp.*44.*ſeſſ.*3.*art.*4. dixerunt non rectè exiſtimaſſe Ledeſmam 1.*p.*4. *quaeſt.*15. *art.*4. *dub.*2.Græcum Sacerdotem tranſeuntem per Eccleſias Latinas non poſſe celebrare in fermentato, ſed tantum in Azimo, & è contra Sacerdotem Latinum tranſeuntem per Eccleſias Græcas, non poſſe celebrare in Azimo, ſed tantum in fermentato.

9 Ad ſecundam quæſtionis partem cum vberius reſpondere poſſis ex dictis *infra in dict. cap.* 11. breuiter reſpondet Maiolus *lib.*4.*de irregularitate cap.*32. per textum noſtrum,& per textum *in dict. cap. ex parte* irregularitatem incurrere: tamen probabilius eſt eam irregularitatem nõ incurrere, etſi negari non poſſit prohibitum eſſe Græcos ordinari à Latinis, & Latinos à Græcis, vt in textu noſtro prohibetur; ſed ex eius littera videmus talem irregularitatis pœnam non imponi, minuſquè probari *ex dict. cap. ex parte*; quia vt ex eius littera conſtat non eſt ſermo de hac materia, vt docet Filliucius *tom.*1. *tract.*20. *cap.*7. *num.* 203. Turrianus *de cenſur.lib.*9.*diſp.*61. *dubio* 3. Diana *p.*4.*tract.*2.*reſol.*54.

Ad Text. in Cap. Ex parte X. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Monachus tranſiens de vna religione ad aliam poteſt miniſtrare in ſuſceptis ordinibus.*

2 *Apoſtata non eſt Religioſus, qui egreditur animo intrandi alium monaſterium.*

PRobat textus hic, quod Monachus, qui ex 1
vna religione tranſit ad aliam, ſi in hac ſecunda ordines ſumit, & reuertitur ad primam poteſt adminiſtrare in ſuſceptis, vt probat cum multis Barboſa hic *num.*1.& vltra eum ampliari poteſt ex multis, quæ dico infra *de regularibus*, *& tranſeuntibus ad religionem.*

Cumque per gloſſam ibi; *ad nigros*; ibi: *Vel* 2
dic quod non eſt Apoſtata; *niſi qui ad ſaeculum redit*, notet cum multis Barboſa *num.*2. vt non ſit propriè Apoſtata Religioſus, qui poſt ſolemnem profeſſionem egreditur monaſterium animo intrandi aliud, licet laxius; ideò videbis quæ infra noto *in cap. Ioannes* 5.*cap.non eſt vobis* 7.*cap. ſanè* 10.*cap.licet* 18.

Ad Text. in Cap. Quod tranſlationem XI. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Latinus Clericus; qui ordinatur ab Epiſcopo Graeco ſine licentia ſui Ordinarij interdicitur.*

2 *Latinus Epiſcopus ſubditos habens Graecos, debet habere Vicarium Graecum, qui conferat ordines Graecis.*

3 *Epiſcopus ad ordines quis propriè dicatur remiſſiuè.*

4 *Incola cuius loci dicatur.*

5 *Filius ſequitur paternam originem: quid quoad Parochiam*, n.6.

POntifex probat hic,vt ſi Clericus Latinus or- 1
dinetur ab Epiſcopo Græco ritu Græco ſine licentia ſui Ordinarij interdicatur ab executione ſuſcepti ordinis, ſi cum licentia Ordinarij, quandiu talis mos ab Eccleſia toleratur non ſit impediendus, ſed Ordinarius culpandus: ſic cum multis probat Barboſa hic *num.*1.*&* 2.vbi eum Azor.
*inſtitut.moral.p.*2.*lib.*3.*cap.*48. *& quaeſt.*14. † ait 2
quòd

quòd quando Epiſcopus Latinus habet ſubditos Latinos, & Græcos ſuis moribus vtentes, debet habere Vicarium aliquem Epiſcopum Græcum, qui Græcis Clericis conferat ordines; & pro hac materia faciunt quæ ſcripſi ſuprà *in cap. 9. hoc tit.*

3 † Sed quia occaſione huius textus poſſes longè agere de puncto quis ſit proprius Epiſcopus ad ordines conferendos, & quibus propriè conferri valeant, ſitque definitum in Trid. *ſeſſ.23.cap.8.de reform.* vbi cum multis Barboſa *ibi*, & vberius *de officio Epiſcopi p.2.tota allegat.4.* aliqua *alleg.5.& 6. & 7.* & *allegat.* 8. vbi latè agit de Epiſcopo, qui alienum ſubditum ſine dimiſſoriis litteris ordinat ſui Epiſcopi, ac de pœna, quam incurrit cum infinitis ab eo relatis, quibus nouiſſimè adiungo quæ cum aliis tradit Ægidius Trullench. *de Sacram.lib.4.cap.vnico, dubio 7.& 8.per totum*; ideò non tam longè hic agam de nonnullis, quæ ad propoſitum ſpectant.

4 Et quia per textum hunc Riccius *p. 2. collect.* 269.agit cuius loci incola dicatur, & *collect.*1583. quis dicatur originarius,& *collect.*1893.vbi de materia ciuilitatis,& de aliis *collect.*846.& *collect.*885.
5 † imò & quòd filius ſequatur originem paternam, vt tradit Gutierrez *conſ.7.*& de his abundè iam dixerim *in cap fin.de foro compet.à quæſt.1.* & de habitatione an præſtet forum *in cap. quod Clerics 9.*
6 *eodem quæſt.* 2. † quid quoad Parochiam *in dicto cap.fin.quæſt.1.num.47.* & *in cap. 15. quæſt.14.* vbi aliqua, quæ ſunt maximè neceſſaria, vt ſciat quis proprius dicatur ordinandorum Epiſcopus; ideò ibi dicta adiunges; vt benè explanes: & in qua ætate acquiratur Domicilium, Narbona *anno 10. quæſt.* 16. plures quidem quæſtiunculas de ſubiectione ad ordines tam Domicilij, habitationis, originis, beneficij, Patrimonij, ac familiatitatis cum multis congerit videndus nouiſſimè Leander *de hoc Sacramento tract.6.tota diſp.8.* ſed tu recolliges ſicut ex ſequentibus apparet.

QVÆSTIO I.

An Summus Pontifex poſsit permittere, vt Græci adminiſtrent Sacerdotium, ſinè inſtrumentorum porrectione. Et an qui ſuſcipit ordines minores ab Epiſcopo Domicilij, poſsit variare, & accipere Subdiaconatum ab Epiſcopo originis propriæ, vel Paternæ, & poſtea accipere Diaconatum, & Præsbyteratum ab Epiſcopo beneficiorum: vbi nonnulla circa eos, qui dicantur Epiſcopi proprij ad ordines conferendos?

SVMMARIVM.

1 *Præſbyteratus qua materia conferatur*, numero 3.
2 *Diaconatus ordo cum qua traditione materia conferatur.*
3 *Præſbyteratus ordinis inſtitutio pro iure ſit, & à quo.*
4 *Sacramentorum materia, & formæ ſunt à Chriſto inſtituta, non ſingulæ quoad ſpeciem, ſed aliquæ quoad genus &c. dependenter ab Ecclesia in aſſignatione ſpecifica*, numero 5. 6. & 8.
5 *Eccleſia in Sacramento Ordinis vſa eſt in temporibus varietate materiæ, & formæ: vide* ſub n.8. & 11.
6 *Bulla Clem. VIII. edita 1595. Augusti 31. incip.* Sanctiſſimus, *&* n.7.& 8.
7 *Ritus ordinandi Græcos à Latinis, & è contra approbantur.*
8 *Ritus Eccleſiæ Romanæ, differt à ritu Eccleſiæ Græcæ in conſecratione, & in ordine, & de ritu Græco, & Latino*, n.9.10.
9 *Græci non carent vero Sacerdotio defectu materiæ eſſentialis contra aliquos, cum in eorum ordinatione vera materia, & forma adſint, ſicut in Latina.*
11 *Ordinis materia, & forma à Chriſto determinata, extenditur ab Eccleſia, vt clarius ſignificetur inſtitutio.*
12 *Ordinum proprius Epiſcopus poteſt eſſe ratione originis, domicilij, ſeu beneficij.*
13 *Ordinari nequit qui ſubditus eſt plurium Epiſcoporum, niſi ab vno eorum, qui prius incœpit illi conferre ordines, etiam ſi habeat plura beneficia in diuerſis Diœceſibus, ad quorum titulum cuiuſlibet poſſet ordinari*, n.15. *contraria ſententia pluribus fulcitur fundamentis*, n.16.17.18. *vide* numero 20. 21. & 22.
14 *Litigaturus ex quo ſemel elegit litigare coram vno iudice ex pluribus ſibi competentibus, nequit variare, ſecus in ordine, & quare*, n.20.21.*ſed videtur contra*, n.22.
17 *Ordinari queit qui habet plura beneficia in diuerſis Diœceſibus ab Antiſtite, quo maluerit idem ſi habeat plura domicilia*, numero 18.& 19.
19 *Cap.*nec captandæ de conceſ.præbendæ.
21 L.2.3.4.& 5.& 20.ff.de optione legata.
22 *Ordinatus ab vno ad titulum patrimonij pro Eccleſia vtilitate, qualiter ab alio Epiſcopo queat ordinari ratione eiuſdem tituli.*
23 *Ordinatus in minoribus ab Epiſcopo, num ab ab alio queat ordinari in maioribus ratione domicilij, aut beneficij.*

VT ad primam difficultatis partem reſpondeam, præmitto dicendum Concilium Nicenum 1.*canon.*2. Carthaginenſe 4.*cap.*3. Tridentinum *ſeſſ.14. cap. 3. de Extrema vnctione* docere Præsbyteratum manuum impoſitione conferri; Florentinum verò Concilium traditione Calicis cum Vino,& Patenæ cum Hoſtia, & inter ſcholaſticos Bonauentura *in 4.diſt.24.p.2.art.1. & quæſt. vlt.* Scotus *quæſt. vnica §. de ſecundo*, Durandus *quæſt.3. num.* 8. putant † Diaconatum conferri per ſolam manus impoſitionem cum forma competenti; alij per ſolam Euangeliorum traditionem cum forma correſpondente, vt docent D. Thomas *in 4.diſt.24.quæſt.2.art.3.ad 5.* Ricardus *articulo 4. quæſt.3.* Palatius *diſp.7.poſt primam concluſionem*, Vaſquez *diſp.238. cap.4.* † Quare igitur cum ex prædictis videantur diſſentire in aliquo Doctores; ita vt qui ſententiã Florentini Concilij defendunt, eam Præsbyteratus inſtitutionem eſſe de Iure Diuino, à Chriſtoquè dimanare; alij inquã inſtitutam,& determinatam ab Eccleſia;& ſic variabilem fuiſſe; ideo vt hæc varietas componatur, 1 2 5

dices vtramque ſententiam veram eſſe; eo quod omnes vtriuſque Doctores ſufficientem materiam ordinis Sacramenti aſſignent; quia cum hæc non ſit in ſpecie determinata, ſed tantum ſub ratione ſigni ſenſibilis in genere poteſtatem ordinis exprimentis; ſequitur vt quævis ex aſſignatis ſufficiens ſit, modò accedat forma ſufficienter, poteſtatem exprimens.

4 Et pro veritate dicendum materias, & formas Sacramentorum eſſe à Deo, vel à Chriſto inſtitutas, non tamen ſingulas quoad ſpeciem, ſed aliquas quoad genus tantùm determinandas quoad ſpeciem ab ipſis Apoſtolis, vel Eccleſia: inter quas eſt materia, & forma Sacramenti Ordinis, cuius ſingulæ materiæ, & formæ ſingulorum ordinum non fuerunt à Chriſto Domino determinatæ in ſpecie, ſed tantum in genere ſub aliquo ſigno ſenſibili expreſſiuo poteſtatis, quæ per ordinem traditur: ſic latè Pater Amicus *in ſuo*
5 *curſu Theologico tom.7. diſput.2.ſect.4.* † quod videtur verum ex eo fundamento, nam diuerſis temporibus vſa eſt Eccleſia ad hoc Sacramentum conferendum varietate materiæ, & formæ, ſed ſi ipſæ à Chriſto eſſent inſtitutæ ſpecificè, non poſſet, nec Pontifex circa eas diſpenſare, vt certum eſt, & dixi iam ſuprà; ergo ſi Eccleſia diuerſis temporibus pro varietate vſa eſt, ſequitur vt in ſpecie materia, & forma huius Sacramenti ſit determinata ab Apoſtolis, & Eccleſia.

6 Et confirmatur authoritate Clem. VIII. qui ſua peculiari Bulla edita annò 1595. die 31. Auguſti quæ incipit *ſanctiſſimus Dominus noſter Clemens Papa VIII.* in fine; ex ſententia Congregationis ſuper reformatione Græcorum decernentis, declarantis, mandantis & conſtituentis Romæ habendum eſſe Epiſcopum Græcum Catholicum, qui Græcos Epiſcopis latinis Italiæ, & inſularum adiacentium ſubiectos ab Epiſcopo
7 Græco ordinet. † Sed ex hoc Pontificis decreto euidenter ſequitur, ac deducitur aſſertio propoſita; ergo non poteſt non eſſe validus ille ordinandi ritus, quem publicata Bulla ſummus Pontifex approbat, cum approbet ritum ordinandi Græcorum, qui eſt quoad materiam, & formam, diuerſus à ritu ordinandi latinorum; & ſic ſit neutrum, per ſe determinate eſſe neceſſarium ad validitatem Sacramenti, poſſeque ſub alterutro, collatum, eſſe validum; at ſic Pontificem in declarandis mediis neceſſariis ad ſalutem, non errare, cum ad hoc ei, & Eccleſiæ datæ ſint cum infallibili Chriſti promiſſione, vt non ſint portæ inferi contra præualituræ; ergo cum prædicta Bulla declaret habendum eſſe, vt Catholicum illum Græcum Epiſcopum, qui Græcos ſubditos Epiſcopos Latinis cum eorum dimiſſoriis Græco ritu ordinat, videtur ſimul declarare, Ordinem per talem ritum collatum eſſe validum, alioquin nec poſſet cum detrimento animarum prædicta Bulla talem ritum permittere, nec Catholicum Epiſcopum declarare, qui ab eſſentiali ritu conferendi hoc Sacramentum ab Eccleſia Romana recederet.

8 Et quod Ritus Eccleſiæ Romanæ, diſtinguatur à ritu Eccleſiæ Græcæ in multis apparet ex adductis ſuprà *ſub c.9.à n.*1. vbi de differentia conſecrandi Euchariſtiam in pane fermentato ab eo, quam obſeruat Eccleſia Latina in pane azimo, item & in ordinatione; quia cum hæc obſeruet ex Concilio Florentino *in inſtruct. Armenorum.* Sextum Sacramentum eſſe ordinem, cuius materia eſt illud, per cuius traditionem confertur ordo, ſicut Præsbyteratus traditur per Calicis cum Vino, & Patenæ cum pane porrectionem, refertatque Diana *p.8.tract.1.reſ.42.* in verſ. *verum*, ordinationem Græcorum ſine inſtrumentis peragi, vt plerique teſtantur, ſicque teſtetur etiam audiuiſſe à quodam Græco Viro docto. Quare dicendum videtur ex Chriſti inſtitutione in materia ordinationis eſſe quandam latitudinem; itavt per ſe loquendo ea conſiſtat in porrectione Calicis, & Patenæ cum pane, & vino, ex conceſſione tamen Pontificis ad eam ſufficiat ex parte materiæ manuum impoſitio ſine viſa inſtrumentorum porrectione; quemadmodum ex eadem Chriſti inſtitutione, in Miniſtro Confirmationis eſt aliqua latitudo: nam per ſe loquendo Epiſcopus ſolus poteſt validè tale Sacramentum conferre; ſi tamen accedat conſenſus Sedis Apoſtolicæ, ſimplex Sacerdos illud validè adminiſtrare poterit: ſic docent Ioannes Præpoſitus *in 3.part. quæſt. vnica, de Sacram.Ordinis, dub.10.n.109.* Arcudius *in concordia lib.6.c.4.* Fornarius *de Sacram. Ordinis cap.2.* item Cardinalis Lugus *de Sacram.tom.1. diſput.1. ſect.5.* vbi latè, & doctè Bellarmin. *lib.de Sacram. Ordinis c.7.in fin.* vbi ſic ait: *Credibile eſt Dominum inſtituiſſe iſtas omnes materias ordinum, non quidem in particulari, ſed generatim, monendo Apoſtolos, vt ordines conferrent per caremonias inſtrumentorum, quibus ſignificaretur eorum poteſtas.* Alia tradit etiam Petrus à Sancto Ioſeph *in idea Theol. Sacram. 35. reſol. 3.* & bene loquutus fuit Pater Franciſcus de Lugo Cardinalis Luci Germanus, qui vita functus eſt anno præterito 1652. Valliſoleti, dum eſſet Rector Soc. Iesv apud S. Ignatium *de Sacram.in genere cap.1.q.7. n.70. & 73.* quem ad litteram refert præcitatus Diana *dict.reſ.4. p.8. tract.1.* in verſ. *nota tamen*, probans ex multis, & *ex cap. Præsbyter de Sacram.non iterandis*, Apoſtolorum tempore formam ordinationis fuiſſe ſolam manuum impoſitionem; & ſic eredens quod niſi eſſent formæ poſtea inuentæ, ſufficeret ordinatori dicere *ſis Sacerdos*, vel alia æquipollentia verba.

Vnde reſoluendum eſt quod etſi aliqui dixiſ- 9
ſent Græcos carere vero Sacerdotio defectu materiæ eſſentialis, non eſt cur audiantur cum ritu Græco per vnicam impoſitionem manus, vnicamque formam, duplex conferatur poteſtas Subdiacono vero contrectandi vaſa Sacra, & legendi Epiſtolas; Diacono, diſpenſandi Corpus, & Sanguinem Chriſti ex commiſſione Sacerdotis, necnon legendi Euangelium; Præsbytero, conſecrandi Corpus, & Sanguinem Chriſti, & ſimul à peccatis abſoluendi: ritu verò Latino, non niſi per duplicem materiam, duplicemquè formam, cum Latini magis explicitè, quatenus in Diacono duplicem exprimunt poteſtatem legendi Euangelium, & miniſtrandi ſolemni ſacrificio; in Sacerdote pariter poteſtatē ſacrificandi, & abſoluendi diſtinctè; ob idque rectè tam in Eccleſia Græca, quàm Latina Ordinis Sacramentum conferri dici debet: cum hoc Sacramentum nullum habeat certum ſignum ex Chriſti inſtitutione in ſpecie, ſub quo conferri debeat, ſed tantum in genere, quatenus aliquo modo expreſſiuum eſt poteſtatis, quæ per ordinem traditur, & hoc in ſpecie determinare, ſit penès Eccleſiā, & potuiſſe pro variis temporibus, variiſque Eccleſiis, varia ſigna materialia ad eam

ordinis

10 ordinis poteſtatem exprimendam determinare. † Ita tamen vt vtraque Eccleſia Græca, & Latina conferat ordinationem per ſenſibile ſignum, & verba rectè ſignificantia traditionem poteſtatis, & per conſequens vtraque validum Sacramentum efficiat; quia ſeruat formaliter loquendo materiam, & formam inſtitutam à Chriſto, licèt materialiter vtatur ſignis diuerſis, quatenus Græci magis confusè ſignificant poteſtatem Diaconi, vel Sacerdotis ſolo nomine Diaconi, vel Præſbyteri.

11 Quæ omnia plus ex ſequentibus explanantur; etenim ante ſcripta Euangelia in ordinatione Diaconi adhibebat ſolam manuum impoſitionem, quam etiam ſolam adhibebat in ordinatione Præſbyteri, vt conſtat, tum ex Concilio Carthaginenſi 4. *cap.* 3. ibi, Præsbyter cum ordinatur Epiſcopo eum benedicente, & manum ſupra caput eius tenente, tum ex Niceno 1. *canon.* 9. tum ex ritu Græco; tum maximè ex ſacris oraculis, in quibus ſola mẽtio fit de impoſitione manuum, Actorum *c.* 13. cum Apoſtoli Saulum, & Barnabam crearunt, vt iam ſupra *in hoc tit.* notaui *ſuper Rub.* vbi dicit textus *tunc ieiunantes, & orantes, imponenteſque eis manus dimiſerunt illos*, & 2. ad Thim. 5. *Manus*, inquit Paul. Thimoteo Epiſcopo *cito nemini impoſueris*, & 2. ad Thim. 1. *Admoneo te vt reſuſcites gratiam Dei, quæ eſt in te per impoſitionem manuum mearum*; & ibidem cap. 4. *Noli negligere*, inquit, *gratiam, quæ eſt in te, quæ data eſt tibi per prophetiam cum impoſitione manuum Præſbyterij*; quam eandem manuum impoſitionem, vt Eccleſia Græca ſeruat, nunc Eccleſia Latina in ordinatione Diaconi, & Præsbyteri, & præter eam ad maiorem collatæ poteſtatis expreſſionem adhibet in ordinatione Diaconi traditionem Euangeliorum cum verbis clarius exprimentibus poteſtatem legendi Euangelia in Eccleſia Dei, in ordinatione Præsbyteri, traditionem Calicis cum Vino, & Patenæ cum Hoſtia, cum verbis clarius ſignificantibus poteſtatem ſacrificandi, repetit Diana vbi ſupra *dict. part.* 8. *tract.* 1. *reſol.* 42. ſub verſ. *ex dictis*, vbi aduertit dixiſſe *cum verbis clarius exprimentibus*: nam aliqua verba implicitè ſaltem, & confusè ordinis poteſtatem ſignificantia, ſemper fuerunt neceſſaria, cum omne Sacramentum nouæ Legis conſtare debeat ex rebus, & legibus, quibus ſatis difficultas prædicta patet.

12 Ad ſecundam quæſtionis partem de recipiente ordines ab vno Epiſcopo, num queat variare, recipiendo ordines maiores ab alio, occaſione huius dubij poteram hic adiungere de modis, ex quibus qui ordinandus eſt, poſſit recurrere ad diuerſos Epiſcopos, qui eum competenter ordinare queant, & legitimè; nam quemadmodum quis ratione beneficij poteſt ordinari ab Epiſcopo, in cuius Diœceſi ſitum eſt beneficium, etiam ſi tenue ſit, vt docent Doctores per textum *in cap. cum nullus hoc tit. lib.* 6. cum infinitis Barboſa *p* 2. *allegat.* 4. *de officio Epiſcopi à num.* 42. pro quo faciunt adducta *in cap. poſtulati* 14. *de foro comp.* præcipuè *quæſt.* 1. item ratione Domicilij, vel ratione originis, vt colliges abundè ex his, quæ dixi latè *in cap. fin. de foro comp. à quæſt.* 1. & ex notatis *in principio huius textus*, quod qualiter contingat expendit cum multis idem Barboſa *dicta allegat.* 4. *à num.* 1. & *de Iure Eccleſiaſt. p.* 1. *cap.* 33. de quibus nonnullas ponam difficultates *infra*.

Sed ad punctum quæſtionis videtur dicen-
13 dum, vt licèt ordinandus habeat Epiſcopos diuerſos, ad quos recurrere poſſit, vt ordines recipiat, veluti vnus ratione originis, alius domicilij, aut habitationis, vel alter ratione beneficij, tamen ex quo ab vno incepit ordines aſſumere, debeat cum illo continuare ad cæteros ordines aſſumendos; ita vt nequeat variare iuxta propoſitum in quæſtione noſtra, aſſumendo ab alio ex prædictis Epiſcopis ordines, niſi Epiſcopus, qui prius illum ordinauit iudicaret ceſſare cauſam ordinationis, & remitteret ordinatum ad alium ex dictis Epiſcopis; ex eo quia ſi ſemel eſt factus ſubditus ordinantis, cuius eſt onus prouidere illi de beneficio; & ſic aliis iuribus Epiſcopalibus non poteſt talis ſubditus eligere alium Epiſcopum in præiudicium electi per primam ordinationem: ſic docent poſt Archidiaconum *in cap. nec captanda de conceſſione præbendæ*, Achiles de Graſſis *decif.* 13. *de penſionibus*, Molfeſius *in ſumma Theologiæ moral. tract.* 2. *cap.* 2. *num.* 10. qui ſic obſeruat cum Riccio, & Quaranta
† Et confirmatur quia ex quo cuilibet competant 14
fori diuerſi, vt litigare queat ratione priuilegi, delicti, rei ſitæ, Domicilij, habitationis, alteriuſve modi, de quibus latiſſimè tractaui *ſub tit. de foro comp.* & ſi ſit in eius poteſtate facultas fori eligendi: tamen ex quo ſemel coram Iudice aliquo compareat, tenebitur inſtantiam cum illo proſequi, facultate denegata ſibi variandi, ad alium Iudicem eundo, vt probaui *in cap. ex parte* 15. *de fo-*
ro comp. quæſt. 7. ergo. † Et ſic Barboſa *de Iure* 15
Eccleſ. dicto cap. 33. *p.* 2. *num.* 39. tenet eum, qui habet plura beneficia in diuerſis Diœceſibus, ſi elegit vnum Epiſcopum, à quo incipit ordinari, non poſſe poſtea ordines ſuſcipere in alia Diœceſi ratione alterius beneficij.

Prædicta ſententia in praxi vſitata eſt, ſed non 16
reticeam eſſe fortiſſima fundamenta pro contraria ſententia; nempe vt ſi quis ſuſcepit ordines minores ab Epiſcopo Domicilij, poſſit Diaconatum, aut Subdiaconatum recipere ab Epiſcopo originis, vel ab Epiſcopo beneficij, ad cuius titulum prætendat ordinari. Primò quia ſi hunc Epiſcopum modo elegerit, non ideo deſinit eſſe ſubditus à iure aliorum. Secundò quia dum variat vtitur iure ſuo, & conſequenter nemini facit iniuriam. Tertiò quia per primam electionem non abdicauit à ſe ius eligendi, quod habebat. Quartò quia Campanil. *in diuerſ. Iur. Canon. Rub.* 9. *cap.* 8. *n.* 11. Riccius *in praxi Eccleſ. reſol.* 258. *in* 2. *editione, & in praxi aurea reſol.* 49. Garcia *de benef. p.* 2. *cap.* 4. *à num.* 1. Bonacina *tom.* 1. *diſp.* 8. *quæſt. vnica puncto* 4. *num.* 14. Villalobos *p.* 1. *tract.* 11. *difficult.* 9. *num.* 2.
† docent abſolutè quòd habens plura beneficia in 17
diuerſis Diœceſibus, poſſit à quolibet maluerit Antiſtite ordinari. Quintò quia id nullo iure reperitur prohibitum expreſsè: ita in terminis docent Triillench. *de Sacram. lib.* 6. *quæſt. vnica dub.* 7. *ſub n.* 27. & cũ eo Diana *p* 9. *tr* 8. *miſcel. reſ.* 4. & antea ipſe Diana *in p.* 8. *tr.* 2. *reſ.* 9. & 10. vbi cõtra Barboſam, & alios *d. alleg.* 4. *p.* 2. *n.* 1. ſic tenuit cum Franciſco Zypeo, cui addo Auerſam *de Sacram. ordinis q.* 1. *ſect.* 6. quatenus dixit iuxta doctrinam *l. Senatores ff. de Senatorib.* quod ſi quiſpiam ſit oriundus ex vno loco, & habeat beneficium non requirens reſidentiam in alio, & Domicilium perpetuũ in alio, poſſit à quolibet ex his Prælatis promoueri
† ſed melius, & in terminis diſtinxit Squillante *de* 18
priuileg. Clericor. c. 4. *n.* 136. vbi ex Nauarro teſtatur fuiſſe reſolutum ordinatum in loco Domicilij poſſe ordinari in loco beneficij: & ſic in puncto Iuris teneo.

19 Nec obſtant fundamenta contraria, quibus ſatisfit ex iam addictis, nec textus *in dicto cap. nec captanda*, cum ibi ſolum loquatur de illo, qui habet facultatem à Pontifice ad acceptandum beneficium; quod primo vacauerit, qui quidem antequam beneficium vacet, non poteſt acceptare determinatum beneficium, ſed tenetur acceptare primum beneficium, quod vacauerit, iuxta ea, quæ latè dico *ſub tit. de conceſ. præb.* & ſic iam vides quod deciſio illius textus, non videatur accommodabilis caſui noſtro; præcipuè cum ſit odioſa, & conſequenter non extendenda, & conſulente prædicto Ægidio Trullench. vt ipſe ait *dicto num.* 27. anno præterito 1635. fuiſſe in praxi acceptatum in Diœceſi Valentina in quodam beneficiario habente vnum beneficium in Diœceſi ſegobienſ. qui cum ſuſcepiſſet ibi ratione illius beneficij Subdiaconatum, poſtea ratione alterius beneficij in Diœceſi Valentina, ſuſcepit ibi alios or-
20 dines.† Et nec obſtat confirmatio relata ex variatione fori ſemel electi quia etſi vera ſit abſolutè, non adaptatur ad caſum noſtrum; & quia electo ſemel iudice, & lite coram eo conteſtata, fit Dominus illius inſtantiæ, quæ vna eſt quouſque ſentiet; at verò in caſu noſtro videntur eſſe actus diuerſi; quia ex eo, quod vnum ordinem quis accepit ab vno, ille actus finitus fuit, & completus, & non eſt cur nequeat pro aliis ordinibus recurrere ad alios Epiſcopos, quorum ſubditus ſit aliquo ex modis prædictis; quia vt inquit Franciſc. Zipeus *in conſultat. canon. lib. 1. tit. de ætate ordin. conſ.* variatio hic non contingit circa vnum, & idem ſubiectum, ſed reſpectu diuerſorum; quoniam ordo ſuſceptus, v. g. Diaconatus, diſtat à ſuſcipiendo, v. g. ſacerdotio; itaque vt excluſa ſit variatio quoad vnum, qui & natura irrepetibilis eſt, nihil vetat quoad alterum variare, & alterum Epiſcopum adire, nec vllibi cautum eſſe quod per aditionem vnius Epiſcopi; alter fiat alienus, ſeu non proprius, nec enim eſſe eandem rationem in hoc caſu, in quo vnus actus diſtinguitur ab alio.
21 †Ob idque nõ obſtare *l. 2. 3. 4. 5. & 20. ff. de optione legata*, quibus probatur quod optione ſemel facta omne ius conſumitur; quia cum reddat rationem *dict. l.* 20. cur voluntem mutare non poſſit optans, nempe, quia omne prima teſtatione conſumpſit, cum res continuò eſſet eius ſimul, ac ſi dixerit eam ſumere alia, hæc adducens Diana *p. 6. tr. 7. miſcel.* ſic tenet *reſ.* 35.

22 Sed an noſtra opinio in aliquo caſu irritetur, dubium poteſt eſſe, & videtur affirmatiuè reſpondendum: nam ſi quis, v. g. à priori Epiſcopo originis, ordinem aliquem accepiſſet ad titulum beneficij, reſidentiam requirentis, vel ad titulum Patrimonij pro vtilitate, vel neceſſitate Eccleſiæ, iuxta Trid. formam *ſeſſ. 23. de reformat. cap. 16.* tunc non poſſit ab Epiſcopo noui Domicilij, ordines conferri inconſulto priori Epiſcopo, à quo perquirere debet, vtrum iuſta illa cauſa, quæ ad collationem ordinis coëgit, ceſſauerit, vel adhuc vigeat, etſi adhuc eadem cauſa perdurauerit, remittatur, vt inſeruiat Eccleſiæ, cuius gratia fuit ordinatus, iuxta Trid. decretum, *dict. ſeſſ. 23. c. 16.* ſic docent Aloyſius Riccius *in praxi praxi Eccleſ. deciſ. 306. num. 4.* quamvis ibi, *In verſ. cæterum*, affirmet conſuluiſſe contrarium nonnullos Epiſcocopos Domiciliarios ordinare cupientes, ſcilicet clericos, qui ab eorum originis Epiſcopis ordines ſumpſerunt, eo quòd variatio, maximè in ordinibus, & aliis ſpiritualibus prohibeatur, iuxta *Clem. 1. de renunciatione*, & Archid. *in dict. cap. nec captanda*, & prædictam doctrinam docuerunt Addent. ad ſummam Bullar. Quarant. *in verb. Ordo verſ. circa tertium pag.* 351. Piaſecius *in praxi Epiſcopali 1. p. cap. 1. de conferend. ordin. num. 9. ampliat. 2.* ſequitur Diana *dicta p. 8. tract. 2. reſ.* 10. † dicens 23
hæc procedere, non ſolùm in maioribus ordinibus ſed etiam in minoribus, ex Rebuffo *de litteris ordin. num.* 16. Piaſecio *ſupra*, & Quaranta, *verb. Ordo* ſuprà improbans Guid. Pap. *deciſ.* 44. dum dixit poſſe Laicum promoueri ad primam Tonſuram, etiam per Epiſcopum non ſuum, cùmque conuincens ex textu *in cap. fin. huius tit. lib. 6.* videbis Narbonam *in l. 20. lib. 4. recopil. tit. 1. à num.* 132. gloſſ. & Marchinum *de Sacram. ordin. cap. 5. num. 10. pract. 1. p. 5.* & Barboſam *in l. 1. art. 3. num.* 218. *de iudiciis*; licèt ipſe *num.* 220. affirmet ſuſpenſionem quam ipſo iure ſacris ordinatus, alias incurreret prædicto in caſu, minimè contrahi, etiam ſi ab alieno Epiſcopo primam Tonſuram accipiat.

QVÆSTIO II.

An ſi quis habeat duo Domicilia, poſſit ab vtroque Epiſcopo ordinari. An Epiſcopus poſſit ordinare aliquem, cuius Pater, natus eſt in ſua Diœceſi, licèt filius fuerit natus in alia: & quid de Auo. Et an poſſit ordinare aliquem, qui fortuiter natus eſt in ſua Diœceſi; ita vt ſit ei ſubditus ratione originis. Vel an poſſit ordinare aliquem, qui ex fornicatione natus ex matre certo loco habente Domicilium, & à Patre alio Et an dicatur Epiſcopus originis, in cuius Diœceſi natus eſt Pater Clerici ordinandi?

SVMMARIVM.

1 *Ordinare queit habens duo Domicilia æqualia ab Epiſcopo cuiuſlibet.*

2 *Ordinari queit filius ab Epiſcopo vbi eius Pater natus fuit ratione originis*, n. ſeqq. & n. 6. & num. 21.

3 *Filius dicitur oriundus loci, in quo Pater eius natus fuit quoad honores, & emolumenta.*

4 *Filius dicitur natus ciuiliter legis beneficio, vbi eius Pater natus fuit.*

5 *Incola fit legis beneficio filius.*

7 *Nepos nunquam dicitur originarius loci, in quo eius Auus natus fuit ad ordines ſuſcipiendos.*

8 *Ordinari nequit natus fortuito ab Epiſcopo loci, vbi quis ſic naſceretur eius pater domicilium non haberet à n. 11.*

9 *Epiſcopus ratione originis dicitur, vbi quis fortuito natus eſt.*

10 *Libro Baptiſmi probari queit origo alicuius.*

11 *Natiuitas facit ciuem loci, vbi quis natus eſt.*

12 *Ciuilitas originis potentior eſt qualibet alia ſi parentes ibi Domicilium habeant.*

13 *Natus fortuito vt ordinetur pertinet ad Epiſcopum, vbi pater Domicilium habebat.*

14 *Natus in mari, dicitur Domiciliarius loci, in quo eius pater Domiciliarius erat quoad ordines.*

15 *Originis*

15 *Originis Domicilium, nunquam cenſetur mutatum.*

16 *Libertinus ordinatur ab Epiſcopo, vbi eius patronus habet domicilium.*

17 *Ordinari poteſt natus in domicilio matris, qui nequit probare patris domicilium, & quare,* num. 18.

19 *Filius vulgò quæſitus ordinatur in domicilio matris.*

20 *Expoſitus filius quoad ordines eſt ſubditus Epiſcopi vbi fuit natus.*

21 *Epiſcopus originis dicitur ille, in cuius diœceſi natus eſt pater, vel eius filius ordinandus.*

1 AD primam quæſtionis partem, ſatis reſpondere valebis ex his quæ adduxi *quæſt. præcedenti*, in toto verſ. *ad ſecundam*, vbi pro vtraque parte dictum eſt, vnde cum æquam ſimilitudinem caſus noſtræ propoſitæ quæſtionis habeat; ideò ex reſolutione in præcedenti ſcripta reſpondebis dicendo, quod ſi quis duo domicilia ſub diuerſis Epiſcopis haberet, in quibus ſi non æquis Mathematicis temporibus, ſaltem propè æqualitatem habitaret, poſſit indifferenter à quocumque ex his Epiſcopis duobus ad ordines promoueri; quia ratione vtriuſque domicilij, ſingulis ſubditus eſt, vt docent Sanchez *de matrim. l. 3. diſp. 24. num. 2.* Marchinus *de Sacramento ordinis tract. 1. part. 5. cap. 7. num.* 10. Præpoſitus 3. *part. de Sacramento Ordinis quæſtione vnica, dubio 14. num.* 135. Auerſa *de Sacramento Ordinis quæſt. 3. ſect. 6.* Torreblanca *in practica iuris ſpiritual. lib. 2. cap. 13. num.* 11. per textum *in l. habeo, l. aſſumptio, l. eius, ff. ad municipal. cap. 2. de ſepulturis, cap. penultimo, hoc titulo*; eſt enim verum de iure poſſe vnum habere duo domicilia vno eodemque tempore.

Ad ſecundam quæſtionis partem, communiter
2 Doctores affirmant poſſe Epiſcopum ordinare filium alibi natum illius patris, qui natus fuit in Diœceſi Epiſcopi ordinaturi, inter quos Auerſa *de Sacramento Ordinis*, & Torreblanca *ſupra n. 9.* vbi citat Vgolinum, Gutierrez, Campanil. Zerolam, Riccium, & alios, Machado *de perfecto confeſſ. tom. 2. lib. 4. part. 1. tract. 3. docum. 3. num. 4.* Marcel. Vulpeius *in praxi fori Eccleſiaſt. cap. 7. num. 24.* Molfeſius *in ſumma tom. 1. tract. 2. cap. 2. num. 3.* vbi docet quod ratione originis poteſt quis ordinari ab Epiſcopo, vt ſi ipſe, vel pater eius natus ſit in illius Diœceſi, refert Diana *dict. p. 8.*
3 *tract. 2. reſ. 12.* in verſ. *ſed communiter.* † Et confirmatur ex his, quæ docent Boërius *deciſ. 13. n. 13. & 15.* Gutierrez *conſ. 7. num. 1.* dicentes filium dici oriundum, ſeu originarium loci, in quo pater natus eſt, ſuccedereque in honoribus, & muneribus, tam perſonalibus, quàm realibus, non modo temporalibus, ſed etiam ſpiritualibus, cum filius originem patris ſequatur, vt probat textus *in l. 3. cod. de municip. & origin. lib.* 10. vt latè probat Pichardus *de nobilitate commun. à num. 9.* Et pro hac ſententia tradit plura Barboſa *in paſtorali part. 2. allegat. 4. à num. 7. ad 17.* vbi probat exemplis filium alibi natum dici originarium illius loci, vbi pater eſt natus quoad honores, & emolumenta, quæ ibi refert, & nouiſſimè cum pluribus ſequitur Ægidius Trullench. *de Sacram. lib. 4. quæſt. vnica, dub. 7.* videndus *num. 3. & 4.* ad plura.

4 Verùm à Cuña, *in decretum Gratiani part. 1. diſt. 71. num. 4.* aſſerit, vt quoties aliquis ciuis alicuius loci dicitur, ſiue natus ibi ciuiliter, id eſt beneficio legis, & gaudet priuilegio ciuis talis loci, ſiue alibi natus ſit, non poſſit à tali Epiſcopo
ordinari, † quia licèt beneficium legis faciat inco- 5
lam, ſeu Domiciliarium, nunquam tamen facit ortum, ſiue oriundum, iuxta *l. 1. cum aliis cod. de municip. & origin. dicto libro* 10. *l. 2. cod. de incolis lib.* 10. Menochius *de arbit. l. 2. caſu* 86. & quamvis talis poſſit dici naturalis ciuiliter, & impropriè, nunquam tamen oriundus, ſeu ortus dicetur, niſi ab origine propria, vt docent Burgos de Paz *in l. 5. Tauri p. 1. num.* 372. Auendañus *de exequend. mandat. lib. 1. cap. 3. num.* 5. Azeuedus *in l. 19. tit. 3. l. 1. recopil.* cum verba naturaliter ſint propriè intelligenda *l. fin. cod. de his, qui veniam ætatis*, vbi Baldus & alij quos citat Diana, & in terminis docent Henriquez *lib. 10. de ordine cap. 22. num.* 1. cum multis, quos *ibi* citat *in comment. lit. B*, Valaſcus *com. 1. allegat. 5. num.* 24. Alzedus *in praxi p. 2. cap. 5. num.* 43. vbi dicit quòd ille dicitur Epiſcopus originis, in cuius Diœceſi ordinandus natus eſt, non verò Epiſcopus Diœceſis, in qua ordinandi pater natus eſt; ſequitur Eman. Rodriguez *tom. 2. cap. 61. alias 62. num. 12. folio* 113. & ſic etiam docet citatus à Cuña referens fundamenta contraria ex *dicta l. aſſumptio cum aliis, & l. 2. tit. 24. part. 4. & ordinat. Luſitaniæ lib. 4. tit. 55. §. 1. & 4. & lib 6. tit. 56. ſtatim in princip & §. 1. 2. & 3.* quæ videntur ſolum accipienda impropriè ad honores ciuiles, vt in prædictis legibus cauetur, non propriè,
vt requiritur ad ordines. † Mihi autem prima ſen- 6
tentia in praxi recipi ſatis ſemper viſum fuit, cum filius ſemper dicat ordinem ad ortum ſui Patris, & vbi degit.

Vtcumque tamen prædicta ſequaris, verum eſt 7
apud omnes Doctores, vt nepos nunquam dicatur originarius ex origine Aui illius loci, in quo auus natus eſt ad ordines ſuſcipiendos, vt in terminis docent Couarruu. *de ſponſal. part. 2. cap. 7. §. 1. num.* 15. quem refert, & ſequitur Riccius *in praxi fori Eccleſiaſt. reſ. 257. num. 2.* Marchinus *de Sacram. Ordinis tract. 1. part. 5. cap. 6. num. 2.* Vgolinus *de officio, & poteſtate Epiſcopi cap. 26. §.... poſt num. 4.* verſ. *excipitur*, ſequitur Ægidius Trullench. *de Sacram. lib. 4. quæſtione vnica, dubio 7. ſub num. 5.*

Ad tertiam quæſtionis partem an Epiſcopus 8
poſſit ordinare aliquem, qui fortuitò natus eſt in ſua Diœceſi; itavt ſit ei ſubditus originis, Narbona *lib 4. recopil. tit. 1. l. 20. num.* 141. gloſſa, & Gaſpar. Hurtad. *de Sacram. Ordin. diſput.* 17. dum dicit, vt quilibet fiat ſubditus Epiſcopo quoad ſuſceptionem ordinum, aut ratione natiuitatis in Diœceſi illius, ad quod credit ſufficere quod in ea fortuito natus ſit, cum in ea eſſet mater cauſa itineris, vel negotij, ſic probans *ex cap. cum nullus de tempor. ordin. hoc tit. lib. 6.* tenent pro affirma-
tiua probari. † Pro quo facit quia Epiſcopus pro- 9
prius ratione originis is dicitur, in cuius Diœceſi natus eſt, is qui ordinandus eſt, iuxta gloſſam *in cap. 1. de vſur. in 6.* verb. *alienigenas, l. qui ex viro, ff. ad municipal.* cum originarius, ſeu oriundus dicatur à ſua propria origine, ex textu *in l. 4. cod. de incolis lib. 10. & l. 1. ff. ad municip.* ſic cum multis Barboſa *alleg. 4. ſub num. 2. p. 2. de officio Epiſcopi.*
† Et comprobari videtur, nam quis dicitur origi- 10
nem habere à loco vbi baptizatus eſt, poſſeque per librum Baptiſmi probari, vt etiam cum multis ſequitur Barboſa *ſub dicto num. 2. in fine*, quibus

addo Ægidium Trullench. *dict. dubio 7.n.3.* quod vltimum intelligit modo non conſter in indiuiduo de loco, vbi quis natus eſt, aliter enim ait quod ſequerentur aliqua incommoda; quia aliquoties parentes deferunt filios natos in vno loco ad alium locum baptizandos, vt illius loci priuilegiis fruantur, quod fieri ait in damnum, & fraudem propriæ Parochiæ, & loci, vbi baptizantur.

11 His inquam non obſtantibus communiter Doctores in caſu noſtro dicunt quod licèt quis ſortiatur Domicilium in ea patria, vbi natus eſt, qui ad ordines promoueri deſiderat *ex dict. cap. cum nullus*; quia natiuitas facit ciuem in eo loco, vbi natus eſt ex relatis iuribus, & aliis, quos citat Diana *dict. p. 8. tract. 2. reſ. 12.* referens, vt quis ſit ciuis,
12 vbi ortus eſt. † Et quod potentior ſit ciuilitas originis, quàm alia quælibet *ex l. origine cod. de municip. & origin. lib. 10.* & iuxta ordinationem Portugal. *lib. 2. tit. 56. in princ.* verſ. *aquelle*, tamen reſtrigenda eſſe, dumtamen parentes filij nati habeant Domicilium eo in loco, vbi filius natus ſit; quia ſi filius fortuito, aut caſu naſcatur ex parentibus alibi pergentibus, vel ad tempus moram trahentibus in aliquo loco vbi natus eſt, dicunt Doctores citandi cum multis per eos relatis, filium ſic natum non contrahere ciuilitatem originis, ſed in eo loco, vbi parentes proprium Domicilium haberent, iuxta textum *in l. 1. cod. de captiuis, & poſtlim. reuerſis*, Barthol. *num. 4.* & Platea *in l. filios num. 1.* verſ. *quod intellige cod. de municip. & origin. lib. 10.* Gregorius *in dicta l. 2. tit. 24. p. 4.* verb.
13 *maguer ſea natural.* † Et ſic in terminis, nempè vt non cenſeatur proprius Epiſcopus, in quo qui ordinari prætendit, caſu fortuito natus eſt, ſed pertinere ad Epiſcopum, in cuius Diœceſi eius parentes Domicilium habent, cum fingatur ibi natus, docent Thomas Valaſcus *in ſuis allegationibus tom. 1. allegat. 5. num. 20.* bene exemplificando, Præpoſitus, *in 3. p. de Sacram. ordin. quæſt. vnica dubio 14. num. 130.* Diana multis adductis eius verba referens, & textum *in l. ciues 7. cod. de incolis, dict. reſ. 11.* Felicianus de Vega *in cap. poſtulaſti de foro comp. num. 18.* Opatouius *de Sacram. tract. de ordine quæſt. 3. ſect. 6.* Villalobos *in ſumm. tom. 1. tract. 11. difficult. 9. num. 2.* Piaſecius *in praxi p. 1. cap. 1. art. 2. num. 1.* qui optimè obſeruat ſic accipiendum eſſe id, quod dictum eſt; indequè trahere originem, vbi fuerit baptizatus, Sanchez *de matrim. lib. 3. diſp. 23. num. 3.* Auila *de cenſur. p. 3. diſp. 5. dub. 7.* Acuña *in decreto part. 1. diſt. 71. n. 3.* Zipeus *in analitica Iuris Pontificij lib. 1. de ordin. num. 4.* quibus addo eundem Barboſam cum infinitis aliis ſic explanantem *dict. alleg. 4. ſub num. 4.* quod antea dixerat *num. 2. & 3.* & eundem Ægidium Trullench. *dict. lib. 4. de Sacram. dub. 7. ſub*
14 *dict. num. 3.* † Et ambo addunt cum Vgolino *de poteſt. Epiſcopi cap. 26. §. 1. num. 4.* originem habere filium in domicilio patris, ſi in Mari natus ſit; ita vt ſic natus non ab illius ciuitatis antiſtite, vbi ſic per tranſennam natus fuit, nec ab alio de illius licentia promoueri poſſit, vt docent Nauarrus *conſ. 31. hoc titulo*, Henriquez *lib. 10. cap. 22. part. 1.* Campanil. *in diuerſ. Iuris Canon. Rub. 9. c. 8. num. 10.*
15 † Et cum aliis idem Barboſa *dict. alleg. 4. num. 19.* qui *num. 20.* per textum *in dicta l. aſſumptio, ff. ad municip.* ait domicilium originis nunquam cenſeri mutatum, vti docuerunt etiam Nauarr. *conſ. 2. de regular. num. 34.* Sanchez *dict. lib. 3. de matrim. diſp. 23. n. 4.*

16 Notandum verò eſt cum Vgolino *de poteſt. Epiſcopi dict. cap. 26. § 1. poſt num. 4.* verſ. *excipitur*, libertinos poſſe ordines ſuſcipere, non ſolùm ab Epiſcopo ſuæ originis, ſed Dominorum; nam illorum originem ſequuntur, refert Barboſa *dict. allegat. 4. ſub n. 13.* & tenet Trullench. *de Sacram. dict. lib 4. cap. vnico, dub. 7. n. 5. in fine*; imò Campanillus *dicta Rub. 9. cap. 8. num. 24.* ait quod ſi libertus petat promoueri in illis caſibus, in quibus poteſt, ſit ordines aſſumendus ab illo Præſule, qui eſt ſuperior eius loci, vnde trahit originem patronus; quia eius loci eſt ipſe libertus municipes, non vbi Patronus habet Domicilium, & tenet etiam Ægidius *dicto dub. 7. n. 12.*

Ad quartam quæſtionis partem reſpondent 17
Præpoſitus *in 3. p. de Sacram. Ordinis quæſt. vnica dubio. 14. num. 133.* Diana *dict. p. 8. tract. 2. reſol. 18.* quod ſi quis ſuſceptus ſit ex fornicatione, matre certo loco Domicilium habente, & patre alio, videatur eo caſu filium ſequi Domicilium matris, à qua certius procedit, quemadmodum in ſeruituris, vel libertatis conditione, propter eandem rationem ex legum diſpoſitione filius matrem ſequitur. Vnde ſi talis velit Tonſuram ſuſcipere ab Epiſcopo originis videtur debere ſuſcipere ab Epiſcopo Domicilij materni, in quo natus eſt, vel cenſetur natus, idemquè docent de ordinibus ſacris, quos cum diſpenſatione poſſit ſuſcipere.

Et hæc doctrina videtur confirmari, nam etſi 18
filius originem patris, & non matris ſequatur, vt probat textus *in dict. l. 1. cod. de municip. & orig. lib. 10.* cum latè traditis per Pichard. ſuprà *de nobilitate prob. 2. num. 9.* ita vt non poſſit ordinandus apud Epiſcopum matris ſuæ ſuſcipere ordines, tamen fallit, vbi pater legitimus non ſit; quo in caſu non eius origo, ſed matris quoad illegitimum filium inſpicitur *ex l. 1. in fine ff. ad municipal. l. eius qui ff. eodem*, vbi Neratius inquit: *Eius qui iuſtum patrem non habet prima origo à matre, atque eo die, quo ex ea aditus eſt numerari debet*, vt docent Thomas Valaſcus *dicta alleg. 5. num. 22.* Marchinus *dict. tract. 1 p. 5. c. 6. num. 3.* Marcellus Vulp. *in praxi iudicior. fori Eccleſ. cap. 7. num. 24. in fin.* Barboſa *dicta allegat. 4. part. 2. de officio Epiſcop.*
num. 15. † Vbi ſic dicit etiam de vulgo quæſito 19
filio eo quòd talis matrem ſequitur *ex l. cum legitima, ff. de ſtatu hominum*; imò docent Gonzalez *ad Regul. 8. Cancel. gloſſa 9. §. 1. à num. 14.* Piaſecius *in praxi noua Epiſcopali cap. 1. num. 19.* verſ. *ratione*, vt quando deeſt patris Domicilium ſit ſequendum maternum, & ſequitur etiam Ægidius Trullench. *dicto dubio 7. num. 6.*

Vnde infero ad caſum filij expoſiti, cuius pa- 20
rentes ignorantur; nam tunc talis eſt iudicandus municipes, & ciuis loci, in quo natus eſt, & etiam loci in quo eſt expoſitus, iuxta quæ docent Gratianus, *diſcept. forenſ. cap. 75. num. 12.* Mandoſius *de ætate minori cap. 1. à num. 22.* cum aliis Barboſa *dict. allegat. 4. num. 17.* Ægidius Trullench. *dicto num. 6. in fine dubio 7.* Et pro maiori enodatione adiunges quæ dixi de expoſitis, & an ſint irregulares *in cap. cum deputati 16. de iudiciis quæſtione 8.*

Ad quintam quæſtionis partem, an dicatur
Epiſcopus originis, in cuius Diœceſi natus eſt 21
pater Clerici ordinandi, cumque ex iam dictis ſuprà *in verſ. ad ſecundam*, pro affirmatiua tenendum ſit ſententia, vt cum multis docet Barboſa *dicta allegat. 4.* ibi allegato *à num. 7.* quibus adde Molfeſium *in ſumma tom. 1. tract. 2. cap. 2. num. 7.* quatenus

tenus dicit ratione originis, poteſt quis ordinari ab Epiſcopo, vt ſi ipſe, vel eius pater natus ſit in loco Diœceſis illius: & ſequutus etiam Diana *p.4.tr.4. reſ.148.* id etiam probans ex ſacra Congregatione Concil. *die 16. Decemb.* 1599. *& 12. Auguſti 1628. & 7. Aprilis* 1629. declarante quod quis ordinari poteſt ab Epiſcopo originis paternæ; tametſi pater tempore natiuitatis illius filij ad aliam Diœceſim iam transtulerat Domicilium. Tamen non reticeam quod Mauritius Alzedus *in praxi Epiſcoporum p.2.cap.5. num.4.* cum Emanuel. Rodriguez negatiuam ſententiam ſequatur, quæ valet fundari in nonnullis adductis *ſub dicto verſ. ad ſecundam, & ad tertiam.*

QVÆSTIO III.

An filius alicuius officialis Regij, vt Senatoris poſsit ab Epiſcopo illius loci ordinari. Et an poſsit Epiſcopus ordinare Barones feudatarios, & eius filios. Vel ordinare ſcholares vniuerſitatis. Et an profeſsi eiecti à Religione ob delicta, quibus fuerunt ordine, & habitu exuti, ordinentur ab Epiſcopo originis. Et à quo relegatus debeat, ac poſsit ordinari. Et quo pacto ratione Domicilij quis ordinari poſsit?

SVMMARIVM.

1 *Habitatio quando præſtet Domicilium remiſsiuè.*

2 *Ordinari poteſt filius alicuius officialis Regij, ſeu Senatoris ab Epiſcopo loci, vbi habitat.* & n.7. *& de ratione*, n.10. & 13.

3 *Domicilium poteſt haberi in duobus locis, ſi æquè in ambobus quis habitaret*, num.4. & 5.

5 *Ordinari poteſt quis ab Epiſcopo vnius, aut alterius Domicilij, etiam ſi non mathematicè in vtroque habitaret, ſed prope æqualitatem*, à n.6.

7 *Domicilium contrahitur ratione etiam Dignitatis, ſeu officij Regij obtenti in aliquo loco ibi inhabitando, & idem de officiali publico Regis*, n.8.

9 *Conſiliarius Regius Domicilium acquirit, vbi Dignitatem habet; quia ibi cenſetur ciuis, vbi viuit ſportulis Regiis.*

10 *Filius poteſt vti domicilio patris ratione habitationis, vt ordinetur.*

11 *Habitatio ſimul cum animo perpetuo manendi in aliquo loco, qualis colligitur de officiali, & ſenatore Regio ibi habitante, conſtituit domicilium.*

12 *Habitandi animus ſatis cenſetur declaratus per larem; & ſummam rerum.*

13 *Filij auditorum Regiorum Cancellariarum poſſunt ordinari ab Epiſcopo illius Cancellariæ, vbi pater fungitur officio Regio.*

14 *Filij Baronum ordinari queunt ab Epiſcopo, vbi patres contraxerunt feudum, etiamſi Baro ibi domicilium non habeat*, n.16.

15 *Originarius dicitur à natiuitate ſua, vel parentum.*

17 *Scholares vniuerſitatis, quantumvis priuilegiatæ, ordinari nequeunt ab Epiſcopo oppidi illius vniuerſitatis; etiam ſi illic per decennium habitent, habendo animum reuertendi; imò vltra decennium, ſi animum manendi non propalarunt*, n.18 *ſecus*, n.19.

20 *Reſidens decennio in vrbe poteſt ordinari à Vicario illius.*

21 *Scholaſtici filius ex matrimonio contracto in vniuerſitate, non ordinatur ab Epiſcopo illius, ſed loci, vbi fingitur patrem ſcholaſticum habere domicilium, niſi habuerit animum contrahendi illud*, n.22.

23 *Caſtellanus, ſeu famulus, qui ad tempus Domino ſeruit, non ordinatur ab Epiſcopo Domini, niſi vt ſcholaſticus.*

24 *Filius abſens potitur priuilegiis patris reſidentis in ciuitate.*

25 *Religioſi profeſſi eiecti à religione, ordinari tantum poſſunt ab Epiſcopo originis: quid hodie ex Bulla Vrbani VIII.* n.26.

27 *Profeſſi eiecti à religione iuſtè ſeu iniuſtè inquiſitio ſpectat ad Epiſcopum.*

28 L. liberorum §. relegatus ff. ad municipal. n.29. l. eius qui manumiſſus §. fin. ff. eodem *numero* 29.

29 *Relegatus Domicilium habet eo loco, vbi arcetur, & vbi originem habet*, n.31.

30 *Relegatus nequit ordinari, eius verò filius ſic, niſi aliud obſtet impedimentum.*

32 *Domicilium ad ordines conſtituitur ratione bonorum, & habitationis animo permanendi de eo, proteſtatione facta, & pendet à iudicis arbitrio*, n.33.

33 *Domicilium aliquando acquiritur temporis arbitrio.*

34 *Exteri Clerici qualiter Neapoli pro habitantibus reputentur.*

IGitur vt has, & alias difficultates diſſoluas oportet hîc repetere, quas adduxi ſuprà *in cap.9. de foro compet. quæſt.2.* vbi *An ex ſola habitatione, domicilium quis contrahat, ad contrahendum, & ad ordines*, vt ibi *num.3.* & *à quæſt.1.* cum aliis *in cap. fin. eodem tit.* vbi de differentia ſolius habitationis cum Domicilio. Quibus viſis, ſimul cum actibus, ex quibus habitatio præſtet Domicilium; ideo iam nunc, & ex animaduerſis breuiter hoc in difficultate, *verſ. ad vltimam* reſpondebis ad prædictas. 1

Ad primam ergo difficultatem reſpondendum eſt affirmatiuè ex doctrina textus *in l. Senatores penult. ff. de Senatoribus*, vbi ſic ait Conſultus, *Senatores licèt in vrbe domicilium habeant; tametſi ibi vnde oriundi ſunt habere domicilium intelligebantur; quia Dignitas domicilij adiectionem, potius domicilij dediſſe, quàm permutaſſe videtur.* † Vnde cum ius admittat in duobus locis haberi Domicilium; iuxta textum *in l. aſſumptio §. iuris prudentibus ff. ad municip. gloſſa* verbo *domicilium*, *in cap. cum nullus, hoc tit. lib.6 gloſſa* 1. Bartolus, Albericus, Baldus, Rebuf. *num.* 3. & Oroſius *num.* 2. *in dicta l. ſenatores*, & probet idem *l. pen. cod. de incolis lib.* 10. vbi gloſſa, Lucas de Penna, & Platea, Andreas Gaillius *lib.2. pract. obſeru. cap.36.* Caldas *in conſilio pro Domino Ioanne de Taſſis n.12.* & alij communiter. † Et hoc ſi æquè duobus in locis quis habitaret iuxta *l. labeo, dict. l. aſſumptio, l. eius §. celſus ff. ad municipal. cap.2. de ſepult. lib.6. gloſſa*, verbo *domicilium*, Sanchez *de matrim. lib.3.*

Margin numbers beside the paragraph above, in order: 2 (at "Ad primam ergo"), 3 (at "† Vnde"), 4 (at "† Et hoc")

*lib.5.diſp.24.num.2.*cum multis Lotrerius *de re be-
neſ.lib.1.queſt.20. à num.*48. Barboſa cum aliis, *in
paſtorali p.2.allegat.4.à n.*38.

5 Vbi addit poſſe apud Epiſcopum vnius ex locis
ordinandum, ordines ſuſcipere ; ſed ſi huiuſmodi
Domicilia, non ſint æquè contracta principaliter
ex illis ſcilicet circumſtantiis, quæ requiruntur ad
illud verè contrahendum principalius domicilium
ſemper inſpiciendum dicit, *num.*39. cum Meno-
chio *conſ.*398.*num.*21. Ioſeph Ludouico *in deciſ.*
6 85.*Peruſ. num.*5. † Et Molfeſius *in ſumma tract.*2.
c.2.num.6. Marchinus *de Sacram. Ordinis tract.5.
p.5.cap.7.num.*13.docent quod ſi quis duo domi-
cilia ſub diuerſis haberet Epiſcopis, in quibus ſi
non æquis mathematicis temporibus, ſaltem pro-
pè æqualitatem habitaret, poſſit indifferenter à
quocumque ex prædictis duobus Epiſcopis ad or-
dines promoueri ; quia ratione vtriuſque domici-
lij, fit ſingulis ſubditus, vt iam iterum retuli ſu-
7 prà *queſt. preced.* † Sequitur ergo dicendum in
dubio quæſtionis noſtræ, vt ita filius Senatoris, aut
alicuius officialis Regij, poſſit ordinari ab Epiſ-
copo loci, & Diœceſis, vbi commoratur idem Se-
nator, ac Regius Conſiliarius Pater ordinandi;
quia vt docet Valaſcus *tom. 1.allegat.5. à num.*37.
inter modos contrahendi Domicilium, ſit vnus
ille quando quis in aliquo loco habet Dignitatem,
vel officium Regis, vel Reginæ, vel Domini il-
lius loci, vel Conſilij ipſius; quod tamen ſufficiat
ad congruam eius ſuſtentationem, & de facto ex
eo viuat, & habitationem babeat in eodem loco,
vel in eius Comitatu, in quo ea dignitate, vel of-
ficio fungatur; & ibi latè exemplificat de quo-
dam filio Senatoris Portugaliæ, vt refert etiam
Diana *p.8.tract.2.reſol.*13.Nauarrus *conſ.13. huius
tituli*, à Cuña *in decretum Gratiani p.1. diſt.71.
num.*13. Machadus *de perfecto confeſſore tom. 2.
8 lib 4.p.1. tract.3 docum.3. num.*7. † quibus addo
Ægidium Trullencb. *de Sacram. lib.6. cap. vnico
dubio 7.num.*11.Campanillum, & Barboſam, vbi
id intelligunt de officiali perpetuo, alicuius Prin-
cipis, quamvis eius loci, in quo exercet ſenato-
riam Dignitatem, minimè ſit ciuis, ex textu *in l.
ciues cod.de incolis, lib.*10.

9 Et facit pro hac ſententia; quia cum talis Re-
gius Conſiliarius ſit ad ſuam Dignitatem perpe-
tuò creatus; taliter vt non ſit in eius poteſtate ha-
bere animum certum, & deſtinatum ad alium lo-
cum migrandi, vel transferendi ad aliam Digni-
tatem, videtur ibi talem habere perpetuam, &
continuam habitationem, vt poſſit reuera dici
ciuis illius loci, in quo degit dignitatis poſſeſſor,
viuens Regiis emolumentis, & ſportulis, vt con-
ſiderarunt citati; imò in terminis Anna, quem re-
fert *de officio Epiſcopi dicta alleg.4.p.2. num.34. in
obſeruat.* 7. incipit *placuit*, reſcribens votum
tertium, tenet per textum *in dicta l. Senatores.* †
10 Vt talis Senator, ſeu Regius Officialis illic domi-
cilium acquirat; ac per conſequens ille, eiuſque
filius poſſint ordinari ab Epiſcopo illius loci, in
quo contraxit huiuſmodi domicilium; quia ſicut
pater ibi cenſetur habere domicilium; ſic etiam
ipſius filius in poteſtate retentus cenſeatur habere
vltra domicilium originis, & poſſit vti domicilio
patris, habitando cum eo, iuxta textum *in l.2.& 3.*
vbi gloſſa, & Albericus *ff. ad municip.* quemad-
modum, etiam Valaſcus ſuprà ait verificari per
gloſſam *cap.cum nullus hoc tit.lib.6.* quatenus dicit
poſſe conferre ordines Epiſcopum eius Diœceſis,
vbi ordinandus, vel habet originem, vel domici-
lium, vel beneficium, quod poteſt verificari, tam
in domicilio paterno.

Et confirmatur vlterius, nam etſi habitatio ſola 11
nequeat conſtituere domicilium abſque animo, &
aliis requiſitis habitantis, de quibus dixi lariſſimè
*in dicto cap.fin.de foro comp.queſt.*1. cum aliis, vbi
videbis: tamen vbi adeſt animus perpetuo ma-
nendi, qualis colligitur de officiali, & Senatore
Regio, viuente expenſis Regiis, percipienteque ex
pecuniis eius Salarium competens ad ſuam ſuſten-
tationem, non video cur contraria ſententia locum
habeat, cum reuera Senatores, ac ſimiles officiales
Regij ſic inhabitare debeant, quaſi non migra-
turi; imò eorum voluntatem, quantumvis de mi-
grando patefactam, non mutare naturam habita-
tionis eorum, quæ ratione officij perpetua, & con-
tinua eſt, dependens immutatio à Regia volunta-
te, vt de ſe patet, & conſiderauit Valaſcus in alio
caſu de facto filij cuiuſdam Senatoris in Portuga-
lia. Et ſic non facit contra hoc dictum quod dixi
ſupra *in cap.9.de foro comp. queſt.*2 Vbi multa de
habitatione, quatenus ibi *ſub num.* 2. dixi quod ſi
quis velit ordinari ab Epiſcopo habitationis, non
ſufficiat, vt ordinandus domicilium acquirat, qua-
liſcumque habitatio, ſeu commoratio, ſed requi-
ratur vna cum habitatione animus perpetuo ibi
manendi.

Imò ſi talis animus non ſit declaratus, verbo, 12
ſufficienter declaratus dicitur ſi habitans larem, &
ſummam rerum ſuarum ibi habeat; ſic vt non diſ-
ceſſurus, aut vbi habet maiorem bonorum par-
tem, vt dixi *in dicto cap.fin. dict.queſt.1. num.10.
& 20.* † Et ob id ſentio filios Senatorum, ac au- 13
ditorum Regiorum Ciuitatis Valliſoletan. & Gra-
naten. & huius Curiæ Conſiliariorum, &c. poſſe
ab antiſtite huius Epiſcopatus ordinari ex ſola ha-
bitatione, quam parentes eorum habent, modo ex-
poſito, & idem de aliis Audientiis Regiis, Hiſpali
Gallecíæ & Indiarum.

Ad ſecundam quæſtionis partem de filiis Ba- 14
ronum, ac de ſeudatariis, reſpondeo etiam affir-
matiuè; quia tales filij adipiſcuntur domicilium
in eodem loco, in quo genitor contraxit propter
dictum feudum: arg.text. *in dicta l.aſſumptio, ff.ad
municipal. §. libertus, & in l.libertus, §. patris eo-
dem*, & eorum, quæ dixi de foro Domini feudi *in
cap.cæterum de iudiciis*, † quia vt originarius quis 15
dicatur, non ſolum requiritur, vt ſit natus in loco,
ſed quod parentes etiam domicilium contraxerint,
Rota Romana *diuerſ. deciſ. 327. num. 3. part. 1.*
Marius Antonius *variar.reſol.lib.1. reſol. fin. caſu
33.in fine*, quibus fundamentis ſequitur hanc par-
tem Campanil. *in diuerſ.iur. canon. Rub.12. cap.8.
num.*21.qui dicit diu moram feciſſe in inueſtigan-
da huius quæſtionis veritate, ſequitur Barboſa
*dicta allegat.4.num.*33. Marcel. Vulpeius *in praxi
iudicior.fori Eccleſ.cap.7. num.26.* Ægidius Trul-
lench. *de Sacram.lib.6.cap.vnico, dubio 7. num.*10.
vbi ampliat cum D.Campan. *dict.cap.8.num.*20. † 16
etiam ſi Baro non habitet in feudo alibique reti-
neat Domicilium, quibus omnibus addo Marchi-
num *de Sacram. Ordin.tract.1.p.5.cap.7. num.*15.
vbi ſic ait *Obſeruandum Barones, ſeu feudatarios
poſſe ad ordines ab Epiſcopo promoueri, in cuius
Diœceſi obtinent feudum, etiam ſi non habitent,
& alibi domicilium retineant; idem dicendum de
filiis eorum, qui acquirunt domicilium in eodem
loco, in quo pater contraxit propter dictum feudum.*
ſequuntur Diana *p.8. tr.2. reſ.*16. Auerſa *de Sacr.
Ordinis queſt.3.ſect.6.*

Ad

17 Ad tertiam quæſtionis partem præmittendo quæ ad forum priuilegiatum ſcholaſticorum dixi latè *in cap. 5. de foro comp. ſub quæſt. 12. in cap. 9. eodem ſub quæſt. 2. ſub cap. ex parte eodem tit. ſub quæſt. 12. & 14.* & in aliis eiuſdem tituli locis, Reſpondeo ſcholares etiam cuiuſlibet vniuerſitatis quantumvis priuilegiatæ non poſſe ordinari ab Epiſcopo Ciuitatis, ſeu territorij, vbi ipſi cauſa ſtudiorum degunt, quia iſti nunquam præſumuntur habitare vt domicilium contrahant ſed potius vt ab eo loco recedant, ad patriam ſuam redeundo, vt docent Stephanus Gratianus diſceptationum forenſ. *cap. 138. num. 4. & 5.* Farinac. *fragm. crim. p. 1. litt. D, num. 215. & 222.* Piaſecius *in praxi noua Epiſcopor.* & aliis, quos ſequitur Barboſa *dict. alleg. 4. num. 29.* Ægidius Trullench. *dict. dubio 7. num. 9.* Diana *dicta p. 8. tract. 1. reſol. 17.*
18 † vbi addit procedere etiam ſi per decennium ibi habitent; dum verò habeant animum in patriam
19 redeundi. † Et ego addo quod ſi ſuum animum non propalarunt; ſic vt ſimus in dubio, tunc verò ſi pluſquam decennium inhabitarent, & iam finito ſtudio ibi commorentur, reuera poſſe ordinari ab Epiſcopo illius territorij; eo quod magis præſumantur habere animum domicilium contrahendi, quàm ſtudendi, vt reſoluunt Alphonſus Narbona *ad l. 20. tit. 1. lib. 4. recopilat. gloſſa 2. n. 23.* Gratianus *dict. cap. 181 num. 6. & 7.* & colligitur ex
20 his, quæ de ſcholaſticis dixi latè *in locis notatis.* † Et Ægidius Trullench. *ſupra num. 8.* addit eum, qui in vrbe, ſeu alibi per decem annos reſederit poſſe à vicario ſanctiſſimi ordinari; imò & breuiori tempore, ſi animum habitandi perpetuò declarauerit, & ibi realiter habitet cum ſua familia, & bonis, vt iam dixi *ſub verſ. ad ſecundam.*

21 Ex quibus infero cum Præpoſito *in 3. p. de Sacram. Ordin. quæſt. vnica dubio 14. num. 132.* vbi ſic docet, *num. 133.* filios eorum, qui forte in Vniuerſitate vxorem duxerunt animo in patriam redeundi, non poſſe ordinari ab Epiſcopo Vniuerſitatis; quia quemadmodum reſpectu patris, non dicitur Epiſcopus domicilij, ſic non dicatur reſpectu prolis Epiſcopus originis, vt patet ex dictis, & ſupra *ſub quæſt. 1. & 2.* qui dicit vt ordinandus ſit talis filius ab Epiſcopo Domicilij parentis, in
22 quo fingitur natus. † Quod ſi animum habuit contrahendi domicilium expreſsè, aut præſumptum, ibiquè filius, aut filij reliqui eſſent ſcholaſtici, non erit cur præſumamus, vt haberet animum à Ciuitate recedendi, vt docent idem Gratian. *dict. cap. 181. num. 6. & 7.* Tiraquellus *in l. ſi vnquam cod. de reuoc. donat. ex l. 2.* & ibi gloſſa *in verbo conſtituerunt cod. de incolis lib. 10.* Abbas *in proœmio decretal. num. 18.* Grammatic. *deciſ. 87. num. 2.* Mattheus Collerus *de proceſſib. executiu. p. 2. cap. 7. num. 4.* cum declarationibus de quibus latè Menoch. *de arbitr. caſu 86. à numero 24. & alij.*

23 Ex his infero idem dicendum eſſe de Caſtellanis, & de famulis, qui ad tempus Domino ſeruiunt; nam iſti, vt ſcholaſtici ſemper cogitant de redeundo ad patriam niſi habitarent eo animo, ac per tale tempus, vt præſumerentur domicilium acquirere, vt de ſcholaſticis dictum eſt: ſic docent de Caſtellanis Gratianus, Barboſa, & alij relati *de famulo*, Ignatius del Villar *in Sylua reſponſ. lib. 1. reſp. 7. c. 5. num. 21. & 24.* Ægidius Trullench.
24 de omnibus æqualiter loquitur *dict. num. 9.* † qui etiam, & Tyraquellus *vbi ſuprà* addunt quod ſi ex ſtatuto abſentes non potiantur priuilegiis ciuitatis, ſatis ſit patrem eſſe in ciuitate, vt filius abſens potiatur priuilegiis.

Ad quartam quæſtionis partem de profeſſis 25
eiectis à religione docent Portel *de dubiis regular. verb. Ordines, num. 11.* Nauarrus *conſ. 84. de regul. in nouis, alias conſ. 9. de ætate, & qualit. ordinand.* Sayrus *in floribus deciſ. ſub tit. de ætate num. 9.* Bartholom. à ſancto Fauſto *in theſauro religion. lib. 6. quæſt. 185.* Campanil. *in diuerſ. iuris canon. Rub. 12. cap. 15. num. 7.* Sanchez *in opuſculo mor. lib. 7. cap. 1. dubio 24. num. 3.* Barboſa *in cap. fin. de regular. n. 11.* cum multis, & alibi, hos religioſos eiectos ordinandos eſſe ab Epiſcopo ſuæ originis, dummodo habiles ſint, quod de iure videtur tenendum, quidquid ſentiant Fr. Eman. Azor. Molina, & Leſſius, quos refert, & ſequitur idem Sanchez *in præcepta decalogi tom. 2. lib. 6. cap. 9. num. 29.* aſſerentes hos minimè teneri Epiſcopo alicui certo obedire, ſed tantum inſtar aliorum clericorum Epiſcopo ſubiici in cuius Diœceſi habitauerint; & ratio ſententiæ, quam ſequimur, ea nempe debet eſſe; quia tales ſic eiecti à religione, vt exuti à beneficio, & domicilio, quo potiebantur, debent pertinere ad originem antea habitum.

Nunc verò ex Bulla Domini noſtri Vrbani VIII. 26
cum iſti eiecti ſuſpenſi ſint, ordinari non poterunt, vt docet Laurentius de Franchis *de controuerſ. inter Epiſcop. & relig. pag. 220. in reſponſ. ad 7.* qui etiam *in reſp. ad 1. pag. 219.* monet regulares per ſuos ſuperiores à religione ſeruata forma dictæ Bullæ Vrbani VIII. eiectos præſentare ſe debere coram Epiſcopo loci, & ſubdere ſe illius obedientiæ, & ab eo ſpectare quid agere debeatur. † Et *in reſp. ad 3.* ſubdit pertinere ad Epiſco- 27
pum perquirere an iuſtè, vel iniuſtè fuerint eiecti, refert Barboſa *in paſtorali, dicta allegat. 4. n. 21. in fine*, qui *in fine illius tractatus* adducit præfatam Bullam Vrbani VIII.

Ad quintam quæſtionis partem de relegato; etſi 28
aliquid iam dictum ſit de expoſito & liberto; adhuc verò iſte eſt caſus diuerſus, cuius intellectus dependet à compoſitione textus *in l. liberorum §. relegatus ff. ad municipal. cum l. eius qui manumiſſus §. fin. ff. eodem.* Etenim probat hæc deciſio, vt relegatus habeat domicilium vnde arcetur, vbi gloſſa fin. exponendo illa verba *vnde arcetur*, dicit, id eſt *in quo*; alia verò deciſio dicti §. *Relegatus*, quatenus alloquitur per verba hæc; *Relegatus in eo loco, in quem relegatus eſt, interim neceſſarium domicilium habet*; etenim verba, ibi: *Interim*, & *neceſſarium*, videntur domicilium aſſignare cum limitatione, quod non aſſignauit, *dict. §. fin.*

Sed reuera iura illa, nec contrarietatem, nec 29
diuerſitatem continere dicendum eſt, cum tenendum ſit relegatum domicilium habere eo loco, vnde arcetur, ſcilicet ab eo, vnde trahit originem, & in eo loco in quem relegatus eſt intelligentia excluſa de exulato in perpetuum, propter dictionem *interim*, de qua *in dicto §. Relegatus*, quam admiſit gloſſa fin. *dict. §. Relegatus*; de quo videbis Petrum Gregor. *in tract. de benef. cap. 36. n. 20.* Campanil. *dicta Rub. 12. cap. 8. num. 25.* refert Barboſa *in paſtorali allegat. 4. p. 2. num. 35.* † Qui etſi 30
putet ſuperfluam eſſe difficultatem, de qua nunc cum certum ſit, vt relegatus ordinari non poſſit, tanquam pœnæ ſubiectus, quoad filios verò ait non dubitari, niſi aliud obſter impedimentum. Et videtur comprobari ex doctrina quam ibi: *In princ.* refert exponendo dictiones *interim*, & *neceſſarium*,

ceſſ.rium, ſcilicet vt quamvis quæſitum domicilium mutari poſſit; ſed dum quæritur, & retinetur debeat obeſſe animus ab eo diſcedẽdi, ideóque deſtinatum animum, ibique permanendi ad eſſe dici, provt requiritur ad quærendum domicilium,
31 vt in relegato perpetuo conſiderari debet.†Ob idque venire, vt talis habeat domicilium duplex iuxta iam relata *in hac quaſtione & in præced.* & ſic expono.

32 Ad vltimam quæſtionis partem quo pacto ratione domicilij quis ordinari poſſit, & quando quis dicatur illud contrahere, vt Epiſcopus poſſit illum ordinare, etſi ſatis, ſuperque maneat, iam tractatum ſub hac quæſtione, & ſub ſecunda, intelligique valeat ex his, quæ longè dixi in *dict. cap.fin.de foro compet.à quæſt.1.& in cap.9 quæſt.2.* tamen breuiter dico vt quis conſtituat domicilium, vbi maiorem partem bonorum transfert, *l. ciues cod. de incolis*, & ibi contrahit, & dies feſtos celebrat; quod ſi bona non adſint, dicatur acquirere quis domicilium, vbi longo tempore, & continuo habitat cum animo, ſed aliquo adiuncto actu, ſeu ſigno aſſumpti domicilij, vt ſi proteſtatur quis ſe velle in certa Vrbe domicilium figere, Abbas *in cap. fin. circa finem, de Parochiis*, vel ſi impetret priuilegium, quo ius ciuitatis obtineat, Alciatus *in l.pupillus,ff.de verb. ſignif.* Decius *conſ.281.n.11.*

33 Tamen ſi nullus adſit externus actus aſſumpti domicilij, docent Accurſius *in l.hæres, §. proinde, ff. de iudic.* Bartol. *in l. lex Cornelia, §.ſi tamen, ff. de iniuriis*, Baldus *conſ. 311. volum. 4.* Burſatus *conſ.36. volum.1.* ex decem annorum habitatione præſumi aſſumptum domicilium, quod verum eſt, vt docent Campanillus, & Menoch. *de arbitr. caſu 86. numero 13.* niſi adſit aliquod inditium, ex quo appareret illum non habere animum permanendi, vt accidit in ſcholaribus, vt iam dixi *l. nec ipſi Cod. de incolis*, Felinus *in cap.dilectus 2. num.11. de reſcriptis*, Bartol. *in l. quæſitum, ff. de leg.3.* Barboſa *dict. allegat.4. parte 2. num. 28. in fine*, alioquin vero manere in iudicis arbitrio, qui facilius ex coniecturis in facto occurrentibus iudicare poſſit, an ſit aſſumptum domicilium, etiam momento, non expectata diuturnitate temporis, dixerunt Abbas *in dicto cap.fin.numero 8. de Paroch.* Menochius *lib. 2. caſu 86. cent. 1.* Maſcard. *de probationibus, concluſ. 535.* Rota *deciſ. 105. numero 4. parte 2. diuerſ.* Piaſecius *in praxi parte 1. articulo 2. num.2.* Marchinus *de Sacram. Ordinis, tractatu 1. parte 5. cap. 7. à numero 3.* Machadus *de perfecto confeſ. tom.2. lib.4. parte 1. tractatu 3. docum. 3. numero 5.* & Genuenſis *in*
34 *praxi cap.48. numero 2.* † Vbi tradit praxim, quæ in Ciuitate Neapoli habetur ad habendos Clericos exteros ibi habitantes pro domiciliariis ad ordines: alia congerit ex multis videnda Barboſa *de iure Eccleſiaſt.part.1. cap.33. à num.20. ad 31.*

QVÆSTIO IV.

An Epiſcopus poßit familiarem non ſibi ſubditum ad ordines promouere, ſi vltimus triennij dies ſit inceptus. Et quid ſi ſeruitium inceptum ſit ante aſſumptionem ad Epiſcopatum. Et an poßit Epiſcopus ordinare familiarem, qui illum in Ciuitate ſeruit, ſed extra eius domum. Et quid ſi familiaris Epiſcopi degeret per triennium in Religione remota: & an poßit ordinare famulum ſui familiaris. Et quo pacto probetur triennalis familiaritas?

SVMMARIVM.

1 *Familiaris triennalis Epiſcopi ordinari queit ab Epiſcopo, cui ſeruit.*

2 *Familiaris dicitur qui Domini poteſtati ſubiicitur, & expenſis Epiſcopi continuè alitur.*

3 *Triennium, vt famulus Epiſcopi ordinari queat debet eſſe continuum, & completum,* n.4.

5 *Triennium, vt Epiſcopi famulus queat ordinari ab Epiſcopo, cui ſeruit, ſufficit vt incipiat antequam eius Dominus ſit factus Epiſcopus, & quare,* n.6.

6 *Lex non diſtinguens abſolutè eſt intelligenda.*

7 *Familiaris Epiſcopi ad effectum, vt ordinetur à Domino ſecundum aliquos, debet ſecum in propria Domo ſeruire, ſecundum alios, etiam ſi extra eam, ſi eius expenſis,* num.8. 9. & num.10.

9 *Familiaris eſt latior vox, quàm Domeſticus.*

10 *Familiaris mores rectè Epiſcopus agnoſcere poteſt, etiamſi inhabitet extra eius domum.*

11 Cap.fin. de verb.ſignif.*n.14.*

12 *Familiaris Epiſcopi degens in regione remota, nequit ab eo ordinari*, n.13.

13 *Familiaris propriè non dicitur abſens longinquo*, n.14.

14 *Familiaris dicitur qui aſſiſtit Epiſcopo, & eſt eius commeſſalis Domeſticus*, n.15.

15 Cap.9.Trid.ſeſſ.23.

16 *Famulus familiaris Epiſcopi inſeruiens per triennium expenſis ipſius Epiſcopi, queit ab eo ordinari ſecundum aliquos, vt ipſe Dominus eius familiaris triennalis*, numero 17.

18 *Famuli familiarium Cardinalis, fruuntur eiſdem priuilegiis, ac ſui Domini.*

19 *Familiaris Epiſcopi rectè probatur talis per libros Tineli, ſeu per fidem Architriclini, ſeu domus Magiſtri, vel Calculatoris, & per teſtes deponentes de continua commenſalitate ac de ſolutis pecuniis annuatim pro victu, & per fidem, quod ſit deſcriptus in rotulo familiarium,* n.20.21. *& non credatur Epiſcopo aſſerenti eſſe eius familiarem remiſſiuè,* n.22.

CVm iam ſupra dictum ſit filium ſequi originem loci vbi Domiciliarius ſit eius pater, benè 1

bene nunc ex Tridentini diſpoſitione *ſeſſ. 23. c. 9.* deciſum eſſe conſtat, vt Epiſcopus familiarem ſuum non ſubditum ordinare non poſſit, niſi per triennium cum eo ſit commoratus; & poteſt eſſe ratio; quia ex tali continua habitatione videtur mereri, vt gaudeat domiciliariorum indulto; & quia Barboſa *in paſtorali p. 2. allegat. 5. per totam*, & *in dict. cap. 9. Trid.* imò & de Iure Eccleſiaſt. *p. 2. cap. 33. à num. 45.* infinitos congerit, vſque ad ſuum tempus de hoc caſu diſputandos; ideò nunc tantum videbis Dianam *part. 8. tract. 2. à reſolut. 27.* & nouiſſimè plura recolligentem Ægidium Trullench. *de Sacram. lib. 6. quæſt. vnica,*
2 *dubio 7. a num. 28.* † Qui cum eodem Barboſa ait quod nomine familiaris, intelligatur ille, qui poteſtati Domini ſubiicitur, & expenſis Epiſcopi continuè alitur; qui inde commenſalis dicitur, vt etiam multis aliis probat idem Barboſa *dicta alleg. 5. n. 2.* & patet ex *dict. c. 9. Trid.* ibi, *continuæ commenſalitatis.*

3 Quibus ſuppoſitis ad primam difficultatis partem, vt reſpondeam aduerto quod triennium familiaritatis, ad hoc vt poſſit à ſuo Domino Epiſcopus familiaris ordinari, debet eſſe continuum; Campanillus *in diuerſ. Iuris Rub. 9. c. 9.* Nauarrus *in ſingul. canon. concluſ. 103. n. 3.* Riccius *in praxi rerum fori Eccleſ. deciſ. 308. in 1. editione, alias reſol. 267. in 2. edit.* Barboſa *in locis ſupra adductis,*
4 & omnes; quos ipſe refert. † Vnde reſpondeo, quod etſi in fauorabilibus dies anni vltimus ſufficiat inceptus, vt annus dicatur cõpletus, & multis iuribus poſſet comprobari: tamen quia præfatum indultum Pontificium fuiſſet conceſſum ratione familiaritatis, & aduerſus iuriſdictionem, & ſubiectionem, quam Epiſcopus Domiciliarius ſeu originarius, haberet in famulum alterius Epiſcopi ordinandum, ſequitur vt niſi tranſacto ſeruitij triennio, nequeat Epiſcopus famuli Dominus eum ordinare prædicto familiaritatis titulo: ſic docent Præpoſitus *in 3. parte de Sacram. Ordin. quæſt. vnic. dubio 14. numero 142.* Diana *dict. 8. part. tract. 2. reſ. 29.* Marchinus ab eo relatus *de Sacram. Ordinis tract. 1. parte 5. cap. 9. num. 2.* & aliis verbis ſic hanc ſententiam explanantes, & Barboſa *de Iure Eccleſiaſt. dict. cap. 33.* vbi multis probat; quod tale triennium debet eſſe continuum.

5 Ad ſecundam quæſtionis partem reſpondent Bonacina *de Sacr. diſp. 8. quæſt. vnica puncto 4. n. 9.* Riccius *collect. 596.* verb. *amplia 5.* Nicol. Garcia *de beneſ. p. 1. cap. 5. num. 83.* Barboſa cum pluribus aliis, tam *dict. alleg. 5. n. 8.* quàm *in dicto c. 9. Trid.* ac *de Iure Eccleſ.* ſufficere quod inceperit ſeruire, antequam fuiſſet eius Dominus factus Epiſcopus, ſi continuo, & abſque interpolatione ſeruierit; idem docent Molfeſius *in ſumm. tom. 1. tr. 2. cap. 2. num. 8.* vbi ait requiri ſeruitium triennale eſſe continuum, ſiue ceptum ſit, antequam eſſet Epiſcopus, & completum, dum erat Epiſcopus: nam hoc parum refert, ſic docet Marcellus Vulpeius, *in praxi fori Eccleſ. cap. 7. num. 19.* & Garcia *dict. num. 83.* adducit declarationem Sacræ Congregationis, quæ ſic alloquitur; triennium in terminis *dict. cap. 9. Trid.* ſufficit quod incipiat antequam eſſet Epiſcopus in verbis ſequentibus: *Ex identitate rationis ſufficit, quod triennium inceperit antequam fuiſſet Epiſcopus*: hoc idem tenent Diana *dict. p. 8. tr. 2. reſ. 30.* Præpoſit. *in 3. p. de Sacr. Ordin.*
6 *quæſt. vnica dub. 14. num. 142.* † adducentes rationem; quia vbi lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus, cum lex abſolutè loquens, ſit abſolutè intelligenda; ſed Concilium non diſtinguit de ſeruitio ante vel poſt Epiſcopatum eſſe actionem; ergo abſolutè intelligendum eſſe ſentiunt, & ego cum eis.

Ad tertiam difficultatis partem docent Salze- 7
dus ad Bernard. Diaz *in pract. cap. 16.* verſ. *tertius caſus*, Piaſecius *in praxi Epiſcop. p. 1. c. 1. num. 15. pag. 31.* Quaranta *in ſumm. Bull.* verb. *Ordo* verſ. *Item ita in eo*, Riccius *in praxi fori Eccleſ. deciſ. 307. in 1. impreſ.* & *reſ. 266. num. 2.* & *reſol. 267. num. 2. in fine in 2. impreſſione.* Bonacina *dict. quæſtione vnica puncto 4. num. 18.* Gregor. 15. & *ibi* Beltram. *in deciſ. 166.* vbi latè Sanchez *in opuſculo mor. lib. 7. cap. 1. dubio 20. num. 21.* quod familiaris ad effectum ordines recipiendi, debet eſſe ille, qui cum Epiſcopo fuerit commoratus, & præſens, & inſeruierit, non tamen is, qui abeſt; etſi ſumptibus Epiſcopi vixerit, & qui ſic tenent, hanc ſententiam defendunt, per id nempè, vt Concilij
mens, † & ratio finalis ſit, vt cognoſcerentur ab 8
Epiſcopo illius familiaris mores, dum per tale tempus ei inſeruierit, cum illoque intra domum commoratus, & præſens ſit: ita Suarez *de cenſ. tom. 5. diſp. 31. ſect. 1. num. 15.* Fornarius *de Sacram. Ordinis, cap. 5.* Piaſecius *in praxi noua Epiſcop. parte 2. cap. 1. numero 25.* Riccius *dicta reſolut. 167. numero 2.* cum aliis Barboſa *dicta allegat. 5. part. 2. numero 6. & 7.* idem *de Iure Eccleſiaſt. dict. cap. 33. num. 46.* & in dicto Trid. decreto *c. 9. num. 6.*

Verùm Diana *p. 8. tract. 2. reſ. 32.* cum Sanchez 9
ſupra *num. 23.* dicit quod cum familiaris ſit in terminis Trid. Concilij ille, qui in obſequio Epiſcopi intra, vel extra domum eius Epiſcopi expenſis alitur, etiam poſſit à tali Epiſcopo, cui ſeruit ordines recipere; & patet ex doctrina Panormit. *in c. in litteris de teſtibus num. 5.* vbi dicit quòd *familiaris*, eſt latior vox, quam *Domeſticus*, & *in cap. cum dilectus de Clericis, non reſidentibus, num. 2.* vbi hæc dicit, exiſtentes in ſeruitio alicuius, dicuntur ſui familiares, & Mandoſius *regula 32. Cancellariæ*, vbi inquit familiares ſunt, qui alicuius ſeruitio ſe deputant ab illius alimentis pendentes: ſic etiam tenet Henriquez *lib. 14. de irregul. capite 17.* & *lib. 10. de Ordine cap. 12. num. 1. in commento litt. D.*

Nec obſtat ratio pro prima ſententia tradita; 10
quia etſi triennium illud detur à Concilio *in dict. cap. 9. ſeſſ. 23. Trid.* vt Epiſcopus cognoſcat mores ſui familiaris, tamen cum rectè eum etiam poſſit cognoſcere, quoties in ſuo ſeruitio continuo aſſiſteret, ſi in alia Domo inhabitet, vt in praxi videmus de multis ſeruitoribus Dominorum; ergo ſequitur, vt queat eum ordinare; quia non frangitur Concilij mens; nec ideo minus commenſalis dicetur, quam cæteri familiares intra domum ipſius inſeruientes, & dormientes: & facit Salzedo pro hac ſententia ſuprà relatus; qui tantum requirit aſſiſtentiam, & quod talis familiaris non ſit abſens à domo. Et ſecundùm hunc dicendi modum exiſtimo hanc, & primam ſententiam
eſſe vniformem. † Nec obſtare ait Diana tex- 11
tum *in cap. fin. de verb. ſignif. lib 6.* quia quoad caſum illum, intelligit illud per ſuos Clericos, ſecùs quoad noſtrum; imò nec eſt ille textus contrarius caſui noſtro, cum familiaritas continua expendatur ſatis in ſeruitore, & familiari continuo ſeruiente, etſi inhabitet domum aliam.

12 Ad quartam quæſtionis partem quid de fami-
liari Epiſcopi degente in regione remota; & in
hoc caſu exiſtimo negatiuam ſententiam locum
habere ex fundamento præcedentis difficultatis;
quia talis verè abſens eſt, de cuius moribus, non
bene queit Epiſcopus eius Dominus in formatio-
13 nem recipere. † Et ratio eſt, quia abſens non di-
citur propriè familiaris, nec Epiſcopus poteſt
eius mores perſcrutari, vt tenent Sanchez vbi ſu-
pra *in opuſculo tom.2.lib.7.cap.1.dict.dubio* 20.*n.*21.
Cenedus *in quæſt.Canon.quæſt.*18.*num.*30. Molfe-
ſius *in ſumm.tom* 1.*p.*2.*cap.*2.*num.*8. Suarez *de cenſ.*
14 *dicta diſp.*31.*ſect.*15.*num.*15. † Vnde Piaſecius
*in praxi p.*1.*cap.*1.*art.*1.*num.*14. ſic dicit: *Dicitur
autem familiaris, qui ſemper aſſiſtit Epiſcopo, &
qui eſt ipſius commeſſalis Domeſticus*, iuxta textum
*in dict c.fin.de verb.ſignif.lib.*6. Geminian. ibidem
notab. fin. non verò qui in longinquo moratur,
etiam ſi ibi ſumptibus Epiſcopi viuat, Maiolus
*lib.*4.*de irregularit. cap.*2. *num.*5. Lopez ad Diaz
*in pract.criminal.cap.*26.verſ. *tertius caſus*, ſic te-
nentes; quia videlicet in longinquo degentis,
Epiſcopus mores cognoſcere non poteſt; ob quem
maximè reſpectum videri hanc facultatem indul-
ſiſſe Trid.*in dict.c.*9. Epiſcopis, vt ſequitur Diana
*p.*8. *tract.*2.*reſ.*31. ex Quaranta, & Piaſecio iam
15 relatis, † qui ibi *in verſ. igitur*, expendendo dict.
c.9.Trid. dicit procedere in illis familiaribus, qui
cum Epiſcopo commorantur; id eſt qui ſunt præ-
ſentes in ciuitate, aut loco, & aſſiſtunt obſequiis
Epiſcopi, alioqui aſſiſtentes in regione remota,
etiam ſi illius ſumptibus viuant, quaſi procurato-
res, vel quomodolibet Mercenarij videri, vt ex
hoc illi non acquirant domicilium, vel faculta-
tem promouendi; quia in tam longa abſentia
nequit Epiſcopus eorum, aut illius mores per ſe
cognoſcere: nam vt dicit cum aliis Ægidius
Trullench.*de Sacram.lib.*6.*quæſt.vnica, dict.dub.*7.
ſub num. 28. debet familiaris actu cum Epiſcopo
commorari, & vt ego intelligo conuerſari per
triennium.

16 Ad quintam quæſtionis partem an poſſit Epiſ-
copus ordinare famulum ſui familiaris triennalis;
& videtur quod non; quia cum Trid. *in dict.c.*9.
ſeſſ. 23. Loquatur expreſsè de familiari ſibi inſer-
uienti per triennium, & hoc ſit priuilegium exorbi-
tans à iure in damnum Epiſcopi proprij ratione
originis, domicilij, ac beneficij, non eſt cur extendi
debeat ad famulum ſeruitorem familiaris Epiſ-
copi, etiam ſi expenſis ipſius Epiſcopi aleretur, vt
contingit ſæpius cum aliquibus famulis maiori-
bus, ſoleant Epiſcopi aſſignare rationem quoti-
dianam in tanta quantitate pro illo, & in alia mi-
nuta pro famulo ſeruitore ſui familiaris.

17 Sed adhuc pro affirmatiua ſententia ſunt Do-
ctores validiſſimi, inter quos Sanchez *in opuſculo
mor.dict.tom.*2.*lib.*7.*cap.*20. *n.*24. vbi ſic ait fami-
liare, vel famuli familiarium Epiſcoporum, qui
expenſis Epiſcopi aluntur, dicuntur familiares
Epiſcopi, & fruuntur priuilegiis *dict. cap.*9.*Trid.*
18 † Et facit Mandoſius *in regul.*3. *Cancellariæ q.*16.
vbi dicit familiares familiarium Cardinalium frui
priuilegio familiarium Cardinalis, vbi adducit Sa-
licetum, Oldradum, & Henriquez: Sequitur Dia-
na dicens, caſum hunc eſſe curioſum, & practica-
bilem, & à paucis tractatum *p.*4. *tract.*4. *Miſcel.
reſ.*145. idem poſtea *dict. p.*8.*tract.*2. *reſ.*34. cum
Marchino *de Sacram. pract. p.*2.*alleg.*5.*num.*8.*c.*9.
Auerſa *de Sacram.Ordin. q.*3.*ſect.*6. Pater Anton.
de Eſcobar nouiſſimè *in Theolog.mor.tr.*7.*exam.*8.
*c.*4.*n.*73. ſic dicens, ſuppono iſtum famulum in-
ſeruiſſe familiari Epiſcopi per triennium, non de-
bet haberi aliter, quam familiaris ipſius, cui de-
ſeruit: ſic etiam docet Barboſa *in paſtor. dict.
alleg.*5. *n.*7.verſ.*vnde.*

Ad vltimam quæſtionis partem reſolutiuè dico 19
quòd familiaris rectè probari poteſt per libros Ti-
nelli, ſcilicet quod deſcriptus ſit, tanquam co-
medens in Tinello iuxta Rotam Rom.*diuer.deciſ.*
619.incipit *quoniam*, Garcias *lib.*3.*p.*3. licèt proba-
tio negatiua deſumi ex eo nequeat, ſi non repe-
riatur in illo deſcriptus, item per fidem Architri-
clini, ſeu domus Magiſtri, vel calculatoris, & ſimi-
lis. † Item per teſtes ex eadem Rota *deciſ.*416. 20
maximè ſi deponant non comediſſe in Tinello,
ſed perſolutas eis fuiſſe annuatim pecunias pro
victu, & veſtitu. † Item per fidem quod ſit de- 21
ſcriptus in rotulo familiarium tradit Barboſa *dict.
alleg.*5.*à n.*3.ex eadem Rota *deciſ.*155.*l.*3. *diuerſ.
& deciſ.*54.*p.*3.*lib.*1. & ex Puteo *deciſ.*141. † qui 22
*deciſ.*134. cenſet aliquos modos inſimul, & Ric-
cius *aut.reſ.*267.*n.*2. Bonacina ſuprà *n.*8. Barboſa
*n.*10.*dict.alleg.*5.& alij dicunt non eſſe credendum
Epiſcopo aſſerenti, quem eſſe familiarem; ad
quod videbis *in c.*7.*de probat. & in c.*28. *de te-
ſtibus.*

QVÆSTIO V.

An ſtatim debeat Epiſcopus conferre beneficium ſuo familiari triennali, vt poſſit illum ordinare. Sed an ſi conferat ei beneficium in ſua Diœceſi poſſit illum ordinare, non expectato triennio. An poſſit Epiſcopus ordinare ante triennium familiarem ſibi non ſubditum; ratione beneficij obtenti in alia Diœceſi. Et an ad titulum patrimonij, ſeu penſionis. Et quid de familiaribus Cardinalium, ſeu de Magiſtro Actorũ. Et an priuilegium Trid. in cap.9. ſeſſ.23. *extendatur ad Epiſcopum titularem tantum. Et an Epiſcopus poſſit cum ſuo familiari triennali diſpenſare in Interſtitiis, aut dimiſſorias concedere, vt ab alio ordinetur Epiſcopo?*

SVMMARIVM.

1 *Familiaris triennalis Epiſcopi ab eo ordinatus debet beneficiari ab eo ſic ordinante, ne in dedecus alias cogeretur mendicare*, n.2.

2 Cap.9.Trid.ſeſſ.23. *num ſequentibus.*

3 *Familiari triennali ordinato quando de beneficio prouideatur ab ordinatore*, n.4.5.& 6.

4 *Rota declarationes circa ordines triennalium familiarium declarantur*, n.5.& 6.

7 *Familiarem ſuum, cui Dominus Epiſcopus contulit beneficium poteſt nondum tranſacto triennio ordinare ratione beneficij, quo forum illico ſortitur*, n.8.

9 *Familiarem ſuum Epiſcopus etiam triennalem qui habet animum diſcedendi, non ordinat niſi cum beneficio.*

10 *Familiari triennali ordinato, datur beneficium ſufficiens pro ſuſtentatione.*

11 Fami

11 *Familiarem triennalem ratione beneficij in alio Epiſcopatu obtenti, queit Epiſcopus eius Dominus ordinare ſecundum aliquos: contra,* n. 12.

13 *Familiarem ſuum poteſt Epiſcopus ordinare cum titulo patrimonij, aſſignando eum alicui Eccleſiæ, neceſſitate poſcente: contra dictum,* n. 14.

15 *Familiarem triennalem Epiſcopus ſuus Dominus ordinat ad titulum penſionis pro neceſſitate, & validitate Eccleſiæ.*

16 *Familiaris Epiſcopi, vt ab eo ordinetur ad titulum penſionis, ſeu patrimonij pro Eccleſiæ vtilitate, debet eſſe iam triennalis.*

17 *Cardinalis Presbyter confere Tonſuram, cæteroſque minores ordines ſuis familiaribus triennalibus, vbi quid de dimiſſoriis, vide* n. 20.

18 *Cardinalis Epiſcopus ordinare poteſt ſuum familiarem triennalem eiſdem requiſitis, ac Epiſcopus, non Cardinalis.*

19 *Cardinales poſſunt in ſuis titulis minores ordines conferre, poſſuntque in illis exercere ea, quæ ſunt Iuriſdictionis,* n. 20.

21 *Familiares, ſeu officiales Papæ poſſunt à Vicario Sanctiſſimi promoueri; item, & familiares Cardinalium, & Epiſcoporum Romæ triennio habitantes.*

22 *Magiſter Actorum Curiæ Epiſcopalis, queit ordinari ab Epiſcopo illius, ſicut familiaris alius triennalis.*

23 *Epiſcopus titularis nequit vllo prætextu etiam familiaritatis ordinare ſubditum alterius Epiſcopi ſine conſenſu illius.*

24 *Epiſcopus in ſua familiari triennali, non diſpenſat in interſtitiis, niſi obtento beneficio, bene tamen ei concedit litteras dimiſſorias, vt ab alio ordinetur Epiſcopo,* n. 25. & 26. *& quod abſolutè in interſtitiis diſpenſare poſſit,* num. 27. *& quod nec dimiſſorias concedat,* n. 28.

28 *Dimiſſorias ad ordines concedit Epiſcopus beneficij, & ſecundum aliquos Epiſcopus Dominus familiaris triennalis.*

29 *Familiaris ratione triennalis ſeruitij ab Epiſcopo Domino ordinatus, non ſuſpenditur ab exercitio ordinum, ſi Epiſcopus non illico beneficium conferat ei, aut ſi moriatur.*

1 AD primam, & ſecundam difficultatem, vt reſpondeam, præmitto ex Trid. Concilio ſeſſ. 23. cap. 9. *Quod Epiſcopus familiarem ſuum non ſubditum ordinare non poſſit, niſi per triennium ſecum fuerit commoratus, & beneficium quacumque fraude ceſſante, ſtatim reipſa illi conferat, conſuetudine immemoriali quacumque in contrarium non obſtante;* Igitur ex verbis prædictis Trid. apparet duo copulatiuè requiri, nempe vt per triennium familiaris commoret cum ſuo Domino Epiſcopo, & quod Epiſcopus ſtatim poſtquam eum ordinauerit, ei det, ac conferat beneficium, vnde viuat, alias inquam videretur, vt ordinaret non ſubditum. Quæ verba non parum implicant; nam ſi familiaris obtineret ibi in Diœceſi ſui Domini Epiſcopi beneficiũ ſufficiens pro titulo, tunc ratione beneficij eſſet ei ſubditus, vt infra dico latè, & non egeret triennio, vt ordinaretur; ergo priuilegium indultum à Concilio *in dicto cap. 9.* de nihilo ſeruiret prædicto familiari triennali; præcipuè ſi conſideres textum *in dict. cap. 2. de præb.*

cum aliis diſponentem, vt nullus Epiſcopus ordinet aliquem ſine titulo, vel ſi faciat, ei alimonias præſter.

Nihilominus iuxta Tridentini mentem, Doctores docent Epiſcopum tunc ordinare poſſe ſuum familiarem triennalem, alias habilem, ſeu procedere ad illum ordinandum, ſi conferat ſtatim reipſa beneficium, quacumque fraude ceſſante: ſic Flamin. Pariſ. *de reſignat. beneficior. lib. 4. quæſt. 2. num. 92.* Zerola *in praxi Epiſcop. p. 1.* verbo *dimiſſoriæ ad ordines* § 1. *& p. 2.* verbo *Ordo*, verſ. *quinto dubitatur*, Nicolaus Garcia *de benef. p. 2. cap. 5. numero 85.* cum aliis Barboſa *in dict. Trid. num. 10. & paſtorali p. 2. allegat. 5. num. 11.* vbi cum multis infinitis, *& de Iure Eccleſ. p. 1. cap. 3. num. 50.* Quæ concluſio procedit non ſolum in ordinibus ſacris, ſed etiam in quatuor Minoribus, & in prima Tonſura; eo quod cum Concilium abſolutè loquatur, videatur petere illud beneficij conferendi ſic familiari ordinato requiſitum, tum vt faciat illi vere ſubditum; deinde vt effugiat ordinandi fraudem, vt ſic ordinatus non cogatur in defectum ſuſtentationis, quam illi præſtabat Epiſcopus mendicare, in dedecorem ſuæ dignitatis per ordinem acceptæ: quo pacto ego expendo quæ non ita clarè ſupra relati, & alij communiter Doctores de hac re agentes, dicunt; quos etiam refert idem Barboſa *in Trid. dict. c. 9. n. 11.* quatenus cum Nauarro *conſ. 24. in antiquis, alias 11. in nouis hoc tit.* Zenedo *in can. quæſt. lib. 1. quæſt. 38.* verſ. *quod decretum*, Bonacina *de ſuſpenſionibus in particul. diſp. 3. quæſt. 1. puncto 11. ſub num. 11.* Garcia *dicta part. 2. cap. 5. num. 84.* & aliis extendit prædictum Trid. decretum ad ordines etiam minores, quibus addo Ægidium Trullench. *de Sacram. lib. 6. quæſt. vnica, dub. 7. ſub num. 28. circa medium*, vt ex deciſione Rotæ teſtatur Quaranta *verbo Ordo*, & addo nec mirum eſſe in Tonſura, & minoribus ordinibus, etiam quia ex quo ad illos ordines familiaris eſt eleuatus, cogeretur in defectum ſuſtentationis in dedecorem mendicare, etſi poſſet ſtatum mutare ducendo vxorem; quia interim dum voluntatem non mutat, verè Clericus eſt, ac potitur indultis, & prærogatiuis cæterorum Clericorum, iuxta quæ longè dixi *in cap. 1. de foro comp. & ſub c. 2. & 10. de Iudic.* 2

Etenim inter Doctores non leue dubium eſt, 3
intra quod tempus, poſtquam Epiſcopus ordinauerit ſuum familiarem triennalem, teneatur ei de beneficio prouidere, & Gabriel Vaſquez *3. p. tom. 3. diſp. 243. num 49.* verbum *ſtatim* Trid. *in dict. cap. 9.* interpretatur, id eſt quamprimum beneficium aliquod vacauerit teneri Epiſcopum beneficium illi conferre, & interim commenſalem habere, ne mendicare cogatur: & Gaſpard. Hurtad. *de Sacram. Ordin diſp. 17.* qui ſic ait: *Conceditur tamen in Tridentino ſeſſ. 23. cap. 9. Epiſcopo vt poſſe ordinare familiarem ſuum triennalem, quamvis non ſubditum, qui cum illo fuerit per triennium commoratus cum onere concedendi illi beneficium, quamprimum vacet; quod intelligitur quamvis nullum habeat patrimonium, & quamvis nullius Eccleſiæ vrgeat neceſſitas Clericorum;* & Tannerus *tom. 4. diſp. 7. q. 3. dub. 2. n. 38.* idem aſſerit, dicendo vt poſſit Epiſcopus ordinarius, non autem titularis ſuum per triennium commenſalem, aut famulum, quamvis non ſubditum initiare Tonſura, vel etiam ſacris, ſi quamprimum ei vacat beneficium, parat conferre.

4 Alij inquam impugnando prædictam expoſitionem dicunt eſſe hoc ſtrictius fundamentum ſumendum; nempè quia per ſacram Congregationem declaratum eſt, vt teſtantur Flaminius Pariſius *de reſignat. beneficior. lib. 4. quæſt. 2. numero 92.* Nicolaus Garcia *de benef. part. 2. cap. 5. num. 85. anno* 1586. *May* 22. fuiſſe contra prædictam Tridentini formam quandam beneficij collationem triennali factam intra annum, etiam in menſe vndecimo à die ordinationis. Et ſimili modo aliam factam poſt ſex menſes fuiſſe contra eandem formam Trid. *dict. cap. 9.* vt fuit reſolutum *in Curia Archiep. Neapolit.* teſte Riccio *decíſ.* 308. Molfeſio *in ſumma tract. 2. cap. 2. num. 9.* & idem fuiſſe reſolutum à ſacra Congregatione referunt Zerola *in praxi Epiſcopali p. 1. §. dimiſſoria, & p. 2.* verbo *Ordo*, verſ. *quinto dubitatur*, Rota Rom. *diuerſ. p. 1. decíſ. 731.* eadem Rota *decíſ.* 222. recentiores apud Fatin. qui teſtantur huiuſmodi Epiſcopum incidiſſe in pœnas ordinantis non ſuos: quare verbum *ſtatim*, non excedere decem dies tradunt Alex. Romanus, Chacheranus, Riccius, quos refert, & videtur ſequi Marchinus *de Sacr. Ordin. tract. 1. p. 5. cap. 9. à num. 5.* Diana *dict. p. 8. tract. 2. reſ. 33.* Auerſa *de Sacram. Ordinis quæſt. 3. ſect. 6.* Maximè ſtante prædicta declaratione 22. Maij 1586. & videtur ſequi Barboſa *dict. alleg. 5. ſub num. 11. in fine*, tradens ex Molfeſio collationem, factam poſt ſex menſes, non fuiſſe ſecundùm Concilij mentem, vt ordinatus remaneat ſubditus ordinantis, & eximeretur à proprio Epiſcopo; quia tempus ſex menſium eſt longum tempus, & dictio *ſtatim*, dicitur ad ſummum intra decem dies.

5 Mihi tamen in hoc puncto videtur non ſic fuiſſe mentem Concilij, vt illa dictio *ſtatim*, acciperetur in ſuo rigoroſo ſignificatu dierũ decem; nam debet ſic intelligi in eo, qui habet poteſtatem adimplendi ſtatim, ſed ex Trid. diſpoſitione datum eſt Epiſcopo, vt ordinet ſuum triennalem familiarem, & ei poſtea ſtatim beneficium conferat. Ergo cum hæc vacatura pendeat à futuro, & euentu incerto, ſequitur, quod mens Concilij, vt Epiſcopus effugeret fraudem in ordinando famulum triennalem, fuerit ea, nempe, vt Epiſcopus taliter procedat ad ordinandum ſuum triennalem familiarem, vt ei, cum ordinauerit, prouideat de beneficio, ne cogatur ſubminiſtrare, dum primum vacauerit; quia ſi alia eſſet ſtrictior Tridentini mens potius præciperet, vt antequam beneficium ſuo familiari conferret, non procederet ad illud ordinandum; ergo volendo indulgere, vt familiari triennali poſſet ordinare, non ſic illum obligare cenſebitur, vt teneretur intra decem dies poſt ordinationem, beneficium conferre, ſed vt cum eum ordinauerit, procedat ex animo illi prouidendi de primo beneficio vacuo, aut vacaturo. Quo exiſtimo effugere ſatis fraudem Trid. quæ debet intelligi de illo Epiſcopo, qui ſolum ex triennali commoratione proceſſit ad ordinandum famulum ſuum, ſic vt declarationes relatæ pro contraria ſententia debeant intelligi, quando v. g. Epiſcopus, qui intra annum, aut poſt ſex menſes prouidendo de beneficio, potuit ante illam moram conferre ſuo familiari iam ordinato beneficium; aliter inquam neſcio, quo pacto poſſit Concilij mens in tam rigoroſo ſenſu practicari, & tunc enim fraudem effugiens, ſi fortè beneficium non vacet, interim tenebitur Epiſcopus ordinans ſubminiſtrare tali familiari ordinato, iuxta diſpoſitionem textus *in dict. c. 2. de præb.* & Trid. alio in loco ſic diſponente, contra Epiſcopum, qui ſubditum ordinauit ſine ſufficienti beneficio, (vt infra dico,) *ſeſſ. 21. cap. 22. de reformat.* & Bulla Pij V.

6 Vnde Ægidius Trullench. *de Sacram. dict. lib. 6. quæſt. vnica, dub. 7. ſub n. 28.* parum poſt medium *in verſ. debet*, benè cum Vaſquez Trid. decretum *in dict. c. 9.* exponit ſic; debet tamen Epiſcopus ſtatim conferre ſuo familiari beneficium, hoc eſt, poſt collationem ordinis, intelligens illud verbum *ſtatim*, id eſt quamprimum vacauerit, omni fraude ceſſante, ne poſtea ordinatus mendicare cogatur: & pergit addens vt ſic videatur Epiſcopus ſatisfacere intentioni Concilij, ſi beneficio non vacante, prouideat ſuo familiari ſic ordinato de congrua ſuſtentatione, qua non cogetur mendicare, ita ille, & ego ex iam conſideratis.

7 Ad ſecundam quæſtionis partem, quæ ex infra dicendis corroboratur, dum ago de ſubditis ratione beneficij, breuiter nunc reſpondeo, vt ſi ante triennium prouideat Epiſcopus ſuo familiari de beneficio, queat ipſi illico ordines conferre, eo quod tunc id facit non ex mente Trid. in diſpoſitione *dict. c. 9 ſeſſ. 23.* ſed ex alio capite; nempè quia familiaris ille, alias tali Epiſcopo, nec ſubditus ratione originis, vel domicilij, fit ſubditus ratione beneficij: ita in terminis dicit Vgolin. *de officio c. 16. §. 4.* vbi dicit ſtatim, ſeu paulò poſt, Epiſcopum debere beneficium conferre; ſi enim ante conferret ratione beneficij conferendi, poteſtatem haberet, & non ratione triennij, Sanch. *in opuſculo morali lib. 7. c. 1. dub. 20. num. 25.* Barboſa *dict. c. 9. ſub n. 10.* vbi refert, idem ſentire *in dict. c. 3. de Iure Ecclef. ſub dict. n. 50.* Ægidius Trullench. *dict. dub. 7. ſub dicto n. 28.* ibi: *Debet autem beneficium ſtatim Epiſcopus conferre ſuo familiari, hoc eſt poſt collationem ordinis, nam ſi antea ei daret illud, iam illum ordinaret ratione beneficij*, Diana qui ſic loquitur *p. 4. tract. 4. miſcellaneo reſ. 145. verſ. notandum*, cum Sanchez *ſuprà*, & contra Ledeſmam *in ſumma tom. 2. de Sacram. Ordin. cap. 5. poſt 9. concluſ.* † eo 8 quod ratione beneficij ſortitur domicilium in ea Diœceſi famulus, ſicut ſi daret beneficium Epiſcopus ille cuicumque extraneo, poſſet ſtatim illum ordinare; quia acquirit ibi domicilium, iuxta textum *in cap. cum nullus hoc tit. lib. 6.* docet etiam Auerſa *de Sacram. Ordinis q. 3. ſect. 6.* & Doctor Henriquez conſultus à Diana, vt refert, & ſequitur iterum *part. 8. tract. 2. reſ. 37. in princ.* qui *dicta reſ. 145. in fine, dict. p. 4. tract. 4.* idem procedere ait in familiari familiaris Epiſcopi, & iuuat ex notatis *ſub quæſt. præcedenti.*

9 Nunc verò pro tota intelligentia prædictarum duarum difficultatum iuxta Cõcilij mentem, venit in dubio conſideratio ſequens; ſi ergo iuxta mentem Tridẽtini *in dict. c. 9. ſeſſ. 23.* decernitur, vt Epiſcopus conferre poſſit ordines ſuo familiari triennali, modo conferat ei beneficium; ſed ſic eſt ex iam dictis quod ſi ei conferret beneficium, poſſit ante triennium illum ordinare, vt dictum eſt; ergo videtur, vt de nihilo proſit ei familiaritas triennalis. Difficultas hæc ſatis videtur explanata ſupra *in verſ. alij inquam*, & in verſ. *mihi*, ſed vltra ibi dicta leges Dianã *dict. p. 8. tr. 2. reſ. 37.* à verſ. *ſed*, vbi triplici ratione nodum exoluit, quarũ ſequens potior eſt; nempè quia quando Epiſcopus vellet ordinare ſuum familiarẽ triennalem abſolutè, & ſimpliciter; id eſt, quia non habet animũ reſidendi in poſterũ in loco Epiſcopi Domini ſui: tunc reuera Epiſco-

pus

pus non poſſit eum ordinare ratione ſolius fami-
liaritatis triennalis; imò teneatur ei conferre be-
neficium propter adimpletionem *dict.ſeſſ.21.c.12.*
& Bulla Pij V. ne ſcilicet accepto ordine ſine ti-
tulo cogatur poſtea cum dedecore ordinis mendi-
care ad euitandas pœnas, *cap. Epiſcopi, & cap.
tuis de præb.* vnde etſi Zenedo *in quæſt.pract.q.18.
num.* 31. & Zerola *in praxi non. prou. num.21. de
præſt.m.* referat alias duas rationes, quas ad vn-
guem repetit ipſe Diana citatus: tamen non
placent ipſi, vt ſignificare videtur dum dixit ibi *in
fin.*, hæc omnia docet Zerola, ſed non omnia
mihi placent, licèt videatur approbare Zenedus
&c.

10 An autem beneficium quod Epiſcopus debet
conferre ſuo familiari triennali ordinato, debeat
eſſe ſufficiens ad victum 40. ſaltem ducatorum, an
verò adimpleat Concilij mentem, ſi ei conferat,
quantumvis tenue beneficium. Reſpondeo, vt de-
beat ei conferre beneficium pro ſuſtentatione
competens; quia eſt Concilij mens, ne mendicare
cogatur, quod differt ab eo infra dicendo, an ratio-
ne beneficij, quantumvis tenui, fiat quis ſubditus
Epiſcopi illius Diœceſis, in quo conſiſtit, taliter vt
eo titulo, ſeu prætextu poſſit illum ordinare, ſic vt
non teneatur per amplius illi ordinato neceſſaria
ad victum ſubminiſtrare: ita colligo ex mente
Rebuffi *in tit. de Cleric. qui, & à quo creent. n.21.*
ex ea ratione ſic tenentis; quia beneficium tem-
porarium parui momenti, non parit domicilium.

11 Ad tertiam quæſtionis partem an poſſit Epiſco-
pus ordinare familiarem triennalem ſibi non ſub-
ditum ratione beneficij, quod obtinet in alio Epiſ-
copatu, & videtur quod ſic, ex ea nempe ratione;
quia Trid. *dict. ſeſſ.23. cap.9.* expoſcit triennium
completum, vti iam declaraui *ſub quæſt. præcedenti,*
ad hoc vt Epiſcopus poſſit ſuum familiarem trien-
nalem ordinare, cum ea tamen conditione, vide-
licet conferendo ei beneficium; quacumque frau-
de ceſſante; quæ neceſſitudo ex mente Triden-
tini videtur expoſci ad hoc, vt non cogatur cum
dedecore ordinatus famulus mendicare; ergo ſi
iam habet beneficium ſufficiens ad victum, non eſt
cur illa triennalis commoratio continua per ſe ſola
deſinat eſſe ſufficiens titulus ad hoc vt Epiſcopus
famuli Dominus nequeat illum ordinare ſi litteris,
aliavè forma probabili ei conſtet de beneficio ob-
12 tento ab eius famulo in alio Epiſcopatu. † At
nihilominus video quod Sel. *in ſelectis Canonicis
cap.19.num.17.* atteſtatur fuiſſe deciſum *ſub die 21.
Aprilis anni* 1617. Epiſcopum ordinare non poſ-
ſe ſuum familiarem, cui non contulit beneficium,
ex eo quia beneficium poſſidebat in aliena Diœ-
ceſi, ſequitur Barboſa *in dict. Trid. ſeſſ.23.c.9.n.12.*
& poteſt eſſe ratio; quia Tridentinum copulatiuè
loquitur expoſcens duo, triennalem continuam fa-
muli habitationem, & quod beneficium ei con-
ferat, ad hoc vt perfectè ille famulus ſubditus ei
dicatur: nam ordinando illum ad titulum benefi-
cij alibi obtenti, debet fieri cum dimiſſoriis Epiſ-
copi, vbi adeſt tale beneficium, alias inquam vi-
deretur ordinare non ſubditum, ac incurrere pœ-
nas impoſitas contra ordinantes ſubditos alienos,
de quibus dico infra *in fine huius cap. & cap. ſe-
quentis*; quod verum eſt, etſi pugnet ratio pro
affirmatiua ſententia iam poſita, etiam ex ſtatim
ſequentibus, *in verſ. ad quartam.*

13 Ad quartam quæſtionis partem quod ad titu-
lum patrimonij poſſit Epiſcopus ordinare ſuum
familiarem pro neceſſitate, & commoditate Eccle-
ſiarum, dummodo adſcribatur Eccleſiæ pro cuius
neceſſitate ſit ordinatus famulus, refert deciſum
Garcia *de benef. p.2. cap.5. num.81 & 82.* Armenda-
rus, quem refert, & ſequitur Barboſa *in dict. cap.9.
Trid. num.14.* Marchinus *de Sacram. Ordinis c.9.
num.13.* † Quare videtur falſum, quod dixit Vaſ- 14
quez *in 3.p. diſp.243 num.49* videlicet familiarem
ab Epiſcopo ordinari poſſe, etiamſi patrimo-
nium non habeat, nec vllius Eccleſiæ neceſſitas
vrgeat, obſeruans ſolum concedi licentiam Epiſ-
po eum ordinandi, quatenus ſeruitio eius melius
vti poſſit: tamen eum reprobat bene Narbona
in l.35. gloſſa 1. tit.3. lib.1. recop. num.29. vide dicta
ſub quæſt.7.

Et ſimili modo ad titulum penſionis poterit or- 15
dinare ſuum famulum ſi pro neceſſitate, vel vti-
litate ſuarum Eccleſiarum Epiſcopus iudicet or-
dinandum: refert deciſum Garcia *de benefic. dict.2.
p. cap.5. num.81.* Bonacina ſuprà *puncto 11. num.11.*
cum aliis Barboſa *in dict. cap.9. Trid. num.13.* cum
eiſdem *dict. allegat.5.* etiam *num.* 13. quibus addo
Ægidium Trullench. *de Sacram. lib 6. quæſt vnica,
dub.7. num.28. in fine*, vbi loquitur etiam de pa-
trimonio. † Sed an vt fiat legitimè debeat prius 16
eſſe famulus triennalis, aut ante triennium queat
Epiſcopus eum ordinare ad titulum patrimonij,
& penſionis, video à Doctoribus non tractari, &
mihi videtur, vt debeat eſſe triennalis, alias in-
quam ordinaret non ſibi ſubditum contra diſpo-
ſitionem *dict. cap. 9.* Reſtat verò pro veritate
huius dubij videre, an penſio, ſeu matrimonium
ſit titulus ſufficiens, vt Epiſcopus ordinare poſſit
ſubditum ſuum, de quo dico *infra* in hoc textu,
& in terminis videtur tenere Barboſa *de Iure Ec-
cleſiaſtico dicta p.1. quæſt 33. num.52.*

Ad quintam quæſtionis partem de familiaribus 17
Cardinaliũ, ſeu de Magiſtro Actorum. Ad primum
vt reſpondeam aduerto, quòd Cardinales Præsby-
teri conferunt Tonſuram, cæteroſque minores
ordines ſuis familiaribus; & ſic poſſe ab eis fieri
docent Martin. Lauden. *in tr. de Cardinal. quæſt.20.*
Iacobat. *in tract. de Concil. lib.1. art.12.* verſ. *item
Cardinalibus*, Maiolus *de irregularitate lib. 4.
cap.20. num.8.* Sel. *in ſelectis Canon. cap.19 num.3.*
atteſtans ita deciſum *ſub die 22. Ianuarij* 1612.
dum ibi fuit reſolutum Cardinales ſuis familiari-
bus triennalibus dimiſſorias ad ordines ſuſcipien-
dos concedere poſſe, etiam ſi illis, nec ante nec
ſtatim poſtea conferant beneficium. † Itaque vt 18
poſſint Cardinales Præsbyteri ex conſuetudine,
cæteroſque ordines conferre ſuis familiaribus di-
xit Barboſa *in paſtorali allegat.3. num.15 p.2.* quia
ratione familiaritatis videtur vt Cardinalis, etiam
Epiſcopus ſuum familiarem ordinare non poſſit,
niſi in modo, quo poteſt quilibet Epiſcopus, non
Cardinalis, hoc eſt ſi huiuſmodi familiaris per
triennium ſecum fuerit commoratus, & benefi-
cium, quacumque fraude ceſſante ſtatim reipſa
Cardinalis conferat illi, vt colligi videtur ex Ro-
ta *deciſ.731. ferè per totam p.1. diuerſ.* ſed Barboſa
dict.2.p. paſtor. allegat.5. ſub num.19. docet contra-
rium eo quòd deciſum fuit per Sacram Congre-
gationem Concilij, de quo Sel. citatus *ſuprà.*

Quare etſi Sanchez *in opuſculo tom. 2. lib.7.* 19
cap.1. dubio 19. num.21. videatur docere per Con-
cilium Tridentinum *dict. ſeſſ.23.c.10.* derogari fa-
cultatem, quam habent Cardinales conferendi
primam Tonſuram; quia expreſsè reuocat con-
ſuetudinem, etiam immemorialem cum Ledeſma:
tamen quod Cardinales poſſint conferre primam

Tonſuram, & minores ordines in ſuis titulis docent Ioſeph. *de Sacram. part. 2. diſp. 8. ſect. 1. aſſert. 3.* Victoria *in ſumma de Sacramento Ordinis n. 234.* Lancellotus *in templo iudicum lib. 2. cap. 2. §. 3. num. 17.* Valentia *tom. 4. diſp. 9. quaſt. 3. puncto 2.* Hurtad. *de Sacram. Ordin. difficult. 18.* Bonacina *de Sacram. diſp. 8. quaſt. vnica, puncto 4. num. 3.* Vaſquez *in 3. part. tom. 3. diſp. 243. cap. 4. num. 33.* cum aliis pluribus Diana *part. 5. tract. 2. reſ. 5.* contra Anaſtaſium Germon.

20 Qui *in tract. de indultis Cardinal. §. tam ratione num. 20.* affirmauit Cardinales in ſuis titulis exercere poſſe ea, quæ ſunt iuriſdictionis, non quæ ſunt Ordinis, & prædicti etiam Doctores, quibus accedunt Azorius *tom. 2. lib. 4. cap. 3. q. 2.* Pariſius *de reſign. benef. lib. 4. cap. 3. q. 2.* Campanil. *in diuerſ. Iuris Canon. Rub. 6. cap. 2. num. 11.* Fornarius *de Sacram. Ordinis cap. 5.* Granad. *de Sacram. in 3. p. controuerſ. 9. tract. 2. diſp. 2. num. 1.* Tamburinus *de Iure Abbat. tom. 1. diſp. 11. quaſt. 4. num. 4.* Moneta *de iudicibus conſeruat. cap. 5. num. 35.* Neratius *tom. 3. de Sacram. Ordinis diſp. 8. ſect. 1. n. 8.* Hieronymos Llamas *in ſumma part. 3. cap. 3. §. 3.* Tuſchus *lit. C, concluſ. 100. num. 50.* Chuchus *instit. canonicar. lib. 2. tom. 4. num. 66.* Pintus *de ordine q. 6. art. 1. num. 46.* & alij dicentes, vt non obſtante Trid. *in dicto cap.* poſſe Cardinales Præsbyteros Tonſuram, cæteroſquè ordines ſuis familiaribus conferre.

21 Vnde dicendum eſt etiam vt familiares, ſeu officiales Papæ, ac familiares Cardinalium, etſi Cardinales habitaſſent Romæ, atque etiam Epiſcoporum in Curia reſidentium, qui ſaltim per triennium habitauerint in Vrbe, poſſint de licentia ipſorum à Vicario Sanctiſſimi promoueri, dum tamen ſupradicti omnes ſufficientem titulum habeant, & alia à iure requiſita, vt refert deciſum Armendarez *in additionibus recopil. legum Nauarra l. 1. tit. 18. l. 7. de Epiſcopis in declarat. num. 49.* Molfeſius *in ſumma Theologia Moralis tract. 2. cap. 2. num. 32. in fine,* Marchinus *tract. 1. p. 5. cap. 9. poſt num. 15.* verſ. *ſextò*, vbi citat Barboſam.

22 Et ſic etiam fiet, vt Magiſter Actorum Curiæ Epiſcopalis, poſſit vt familiaris ab Epiſcopo ordinari, vt tenent Riccius *collect. 596.* verſ. *amplia 4.* & *in praxi fori Eccleſ. reſol. 471. in 2. impreſ.* Stephanus Gratianus *Marchia deciſ. 133.* Marcus Anton. *var. reſol. lib. 75.* Campanil. *Rub. 9. cap. 9. in diuerſ. Iuris Canon.* Marchinus *de Sacram. Ordinis tract. 1. part. 4. c. 9. num. 17.* Barboſa *in paſtorali 2. p. cap. 5. num. 18.* & *in dict. c. 9. dict. ſeſſ. 23. Trid. num. 7.*

23 Ad ſextam quæſtionis partem, an Trid. priuilegium extendatur *in dict. cap. 9.* ad Epiſcopum, qui tantum eſt titularis, vt longè reſpondeas adiunges quæ noto infra *in titulo de ordinatis ab Epiſcopo, qui renunciauit Epiſcopatui.* Nunc verò reſpondeo breuiter negando ex Trid. *ſeſſ. 14. c. 2. de reformat.* vbi ſtatuitur, vt nullus Epiſcopus titularis, etiamſi reſideat in loco exempto, aut nullius Diœceſis, aut Monaſterio, aut ibi morem traxerit vigore cuiuſcumque priuilegij de promouendo quoſcumque ad ſe venientes, pro tempore conceſſi ſubditum alterius Epiſcopi, etiam prætextu familiaritatis abſque ſui Prælati expreſſo conſenſu ad ordines maiores, vel minores, vel primam Tonſuram promouere audeat, alias ab exercitio Pontificalium per annum ipſo iure ſuſpenſus ſit: ſic tradunt relati à Barboſa *ibi*, & Diana *p. 8. tract. 2. reſ. 28.* & benè ſcribit Barboſa *dict. 7. p. tota allegat. 6. & dicta allegat. 5. numero 17.* cum multis.

Ad ſeptimam quæſtionis partem an poſſit Epiſcopus cum ſuo familiari triennali in Interſtitiis diſpenſare. Et ſuppoſitis quæ iam ſuprà dixi de Interſtitiis *in c. 8.* breuiter dico quod etſi Epiſcopos poſſit familiarem ſuum triennalem, alias ſibi non ſubditum conferendo ei ſtatim beneficium ordinare, & ei litteras dimiſſorias ad ordinandum à quocumque dare poſſit, tamen ſuper Interſtitiis temporum, ſeu illegitimitate diſpenſare non poſſe, referunt deciſum Saïrus *in floribus deciſ. ſub tit. de tempor. ordin. deciſ. 27. 28. & 29.* Garcia *de benef. p. 2. c. 5. num. 89.* Sanchez *in opuſculo moral. lib. 7. c. 1. dub. 7. num. 3.* Bonacina *de ſuſpenſionibus omnibus in particulari diſput. 3. q. 1. puncto 11. num. 13.* cum aliis Barboſa *in dict. cap. 9. Trid. ſeſſ. 23.* & Piaſecius *in praxi Epiſcopali p. 1. c. 1. num. 15.* verſ. *ſublimitari.* 24

† Vbi addit quòd quando familiari iam ordinato collatum eſt ſtatim beneficium, poſſit poſtea Epiſcopus quoad interſtitia diſpenſare; quia ratione beneficij collati illi iam eſt ſubditus, vt etiam refert deciſum Armend. *in dict. l. 7. de Epiſc. num. 50.* & ſentit Campanillus *in diuerſ. iuris dict. Rub. 9. c. 9. n. 3. & 4.* 25

† Qui *num. 6.* dicit quod vbicumque Antiſtes poteſt ſuum familiarem ordinare, poteſt eidem litteras dimiſſorias concedere, vt ab alio ordinetur, de quo ſtatim: iterum repetit idem Barboſa *in paſtor. dict. 2. p. cap. 5. à n. 14.* & de præfata negatiua ſententia, quam etiam docent Villalob. *in ſum. tom. 1. tr. 1. difficult. 9. n. 10.* Ledeſma *in ſumm. tom. 1. de Sacram. Ordinis c. 8. concluſ. 5.* citans Nauarrum *lib. 1. conſ. 23. de tempor. ordin.* ex ea ratione; quia id quod concedit Concilium in tali caſu Epiſcopis eſt priuilegium; & ob id non eſſe intelligendum de illis rebus, de quibus non loquitur. 26

Sed non improbabiliter loquuntur contrariam ſententiam docentes ex ea ratione, nam eo ipſo quod Concilium dat Epiſcopis poteſtatem, concurrentibus illis conditionibus, familiares ſuos ordinandi, & conſequenter concedit illis neceſſaria ad talem ordinationem faciendam, vt eſt diſpenſatio in Interſtitiis: ſic docent Ioannes de la Cruz *in director. conſcientia p. 2. de Sacr. Ordinis dub. 46. concluſ. 1.* vbi ſic loquitur: *Epiſcopus ordinare poteſt familiarem ſuum aliena Diœceſis, ſi per triennium ſecum ſit commoratus, & ei det beneficium ex Trid. dict. c. 9. ſeſſ. 23. imò & cum eo in Interſtitiis diſpenſare in caſibus dict. Concilij c. 11. & 13. ita Congregatio Cardinalium, &c.* putant probabilem Ledeſma, *vbi ſuprà*, ſic loquens: *En lo que toca a los Interſtiçios nome pareçe muy improbable que el obiſpo, aquien ſirua le pueda diſpenſar*; & ex his tenet Diana *p. 3. tract. 4. de Sacram. reſ. 190.* 27

Ad vltimum de dimiſſoriis dico, quòd etſi Epiſcopus beneficij ritè, & rectè poſſit concedere dimiſſorias *ex c. fin. de tempor. ordin. lib. 6.* eo quod ratione ſibi collati beneficij efficitur quis ſubditus, vt infra dico. Tamen in caſu noſtro videtur vt non poſſit ei dimiſſorias concedere, vt familiaris ab alio Epiſcopo alieno ordinetur, quia Tridentinum ad illud non porrigitur *in dicto c. 9.* eo quod ratione triennalis familiaritatis, non fit æquè ſubditus, ac fiunt alij ordinandi ſuis Epiſcopis reſpectu originis, domicilij, aut beneficij; & ſic mirum non eſſe vt etſi per ſe poſſit illum ordinare, & Interſtitiis diſpenſare, ſed non poſſit dimiſſorias concedere vt ab alio ordinetur Epiſcopo propter reſtrictiua 2

verba

verba prædicti Trid. *in dicto c.9.* & videtur ſentire ibi Barb. *n.15.* nihilominus video quod Campanillus *in dicto cap.9. ſub n.6.* dixerit quod vbicumque Antiſtes poteſt ſuum familiarem ordinare; poſſit, & etiam litteras dimiſſorias ei concedere, vt ab alio ordines ſuſcipiat.

19 Notabis cum Bonacina *de ſuſpenſionibus in particulari diſp.3.quæſt.1.puncto 11. num.12.* & Mario Alter, quos ſequitur Barboſa *dicta allegat.5.n.16. in fine*, quòd familiaris bona fide ordinatus cum ſpe beneficij ſtatim obtinendi ab Epiſcopo, cuius eſt familiaris, non maneat ſuſpenſus ab ordinis executione, ſi Epiſcopus beneficium ei ſtatim non conferat, aut ſi Epiſcopus moriatur nondum collato beneficio.

Qvæstio VI.

An Epiſcopus poſsit ordinare aliquem ratione beneficij, & nùm debeat eſſe perpetuum. Et an ſufficiat vt ſit ſimplex: quid ſi illud ſit tenue, vel poſsit ordinare illum, cui paulò ante beneficium confert. Et an ſi habeat beneficia in Diœceſibus pluribus poſsit à quolibet Epiſcopo cuiuſque beneficij ordinari. Et an ſola actualis beneficij poſſeſsio ſine titulo & collatione ſufficiat vt quis ordinari queat?

Svmmarivm.

1 *Forus ad ordines ſortitur ratione ſolius beneficij.*

2 *Domicilium comparatum ex beneficio, finitur beneficio dimiſſo.*

3 *Beneficium ad ordines debet eſſe perpetuum, non manuale, & amouibile*, n.5.

4 *Commenda non eſt ſufficiens titulus ad ordines.*

6 *Cappellania temporalis non eſt ſufficiens titulus ad ordines.*

7 *Præbenda temporalis pro ſoluendis ſalariis, non eſt titulus ad ordines*

8 *Beneficium ſimplex nullam reſidentiam requirens, eſt titulus ſufficiens ad ordines contra aliquot*, n.9.

10 *Beneficium tenue ad ordines, ſufficit, vt quis dicatur Domiciliarius Epiſcopi, vbi ſitum eſt*, n.11.16.& 17.

12 Cap.nullus hoc tit.lib.6.

13 *Beneficium etiam tenue iuuat, vt clericus in minoribus potiatur priuilegio fori, & ponitur de facto caſus beneficij duorum ſcutorum*, num.14.*contra Sotum dicentem beneficium octo ſcutorum eſſe tenuiſſimum*, n.15.

17 *Beneficium tenuiſſimum, vt ducatorum Quatuor non eſt ſufficiens ad ordines, aliud eſſet ſi ei iungatur patrimonium*, numero 18. & 19.

20 *Epiſcopus beneficij collati quare ob fraudem nequeat illico ordinare beneficiatum ſubditum, alias alterius Epiſcopi, praxis contraria ſuſtinetur*, n.22.& 23.

21 *Trid.* cap.9. ſeſſ. 23. *expenditur*, numero 22. & 23.

24 *Beneficia ſita in diuerſis Diœceſibus faciunt ad ordines ſubditum eorum poſſeſſorem ſic vt ab vno Epiſcopo, vnum ordinem recipere poſſit, ab altero alium.*

25 *Beneficij collatio ſola abſque quieta poſſeſſione illius, non ſufficit vt quis ratione illius ordinetur*, n.26.

27 *Beneficium ſitum in vna Diœceſi, quod pertinet ad prouiſionem alterius Epiſcopi facit poſſeſſorem ſubditum ad ordines illius Epiſcopi, vbi ſitum eſt, ſecus ſi iura Epiſcopalia ſpectarent etiam ad illum, qui prouidet*, numero 28.

HIc agendum eſt de tertio iure, per quod quis poteſt ordinari, nempe beneficij titulo; per id enim, habito reſpectu ad ordines ſuſcipiendos, eſt quis ſubiectus Epiſcopo Diœceſis, in qua beneficium habet; itavt poſſit ab illo ordinari, ſeu ab alio de eius licentia, quamuis alias ei alio modo, ſubditus non ſit, iuxta textum *in cap.cum nullus de tempor.ordinat. lib.6.* ſic docent Burgos de Paz. *in l.3. Tauri à num.398.* Alphonſus Narbona, & plures alij, quos congerit Barboſa *in paſtorali p.2. allegatione 4. à num.4.* inter quos Sanchez *conſil. mor. lib 7. cap.1. dubio 23.* vbi *n.15.* † ſubdit domicilium comparatum ex beneficio finiri, beneficio dimiſſo, & *num.43.* cum aliis dicit Barboſa quod clericus habens beneficium, eſt ciuis illius Diœceſis, in qua ſitum eſt beneficium, dum illud poſſidet, ex Bartoli doctrina *in l. hares abſens § proinde num.5. ff. de iudiciis, & in l.1.num.13.ff.ad municip.* Boërius *deciſ.260. n.20.* Cardoſus *in praxi iudicum, & aduocat.* verbo *domicilium n.6.* leges Garciam. *de benef. p.2. cap.4. à num.1.* Bonacinam *de Sacram. diſp.8. quæſt. vnica puncto 4.num.14.* Campanil. *in diuerſ. iuris canon. Rub.9.cap.8.num.11.* Armendarum *in addition.ad recopil.leg.Nauarræ lib.1.tit.18.l.7.in declarat.n.6.* Riccium *in praxi fori Eccleſ. reſ.258. in 2. editione*, & *in praxi aurea fol. 49.* Marc. Anton. *variar. lib.1.reſol.fin.caſu 28.* Vgolinum *de poteſtate Epiſcopi cap.26.§.3.* Molfeſium *in ſumma theolog. moral.tract.2.cap.2.num.7.* Squillante *de priuileg. clericor.cap.4.à num.237.* Scip.de Rubeis *in ſuis aphoriſm. Epiſcopalibus*, verbo *Ordo, ſub n.18.* Thom. Valaſcum *allegat.5. num.15. & num.19.* Ægidium Triullench. *de Sacram.lib.6.cap. vnico, dubio 7. à num.15.* 1 2

Vnde iam vt ad primam difficultatis partem reſpondeam, leges eundem Valaſc. *comment.1.dict. alleg.5 num.26.* vbi ſic aſſerit, Notandum eſt, quod ſufficit ordinari ab eo Epiſcopo, in quo ordinandus habet beneficium, ſiue reſpectu ipſius ordinem ſuſceperit, ſiue non, vt notat gloſſa *in dicto cap.cum nullus hoc tit.lib.6.* verbo *Eccleſiaſticum*; eo quod textus generaliter loquitur, & non diſtinguit; ob idque, etſi nonnulli videantur tenere, vt non debeat eſſe perpetuum beneficium; imò ſufficere vt ſit ad tempus, & ad nutum amouibile, cum interim habeat titulum, † ſecus ſi in commendam; quia hæc non eſt titulus, vt *in cap. nemo deinceps de elect.* ſic Lapus, Ioannes Andreas, Dominicus *num.3.* & Francus *num.3.vers. in gloſſa verb.Eccleſiaſticum in dicto cap.cum nullus.* Valaſcus *ſupra.* † Tamen dicendum eſt, vt tale beneficium, ad cuius titulum quis ordinatur debeat eſſe perpetuum; ita vt non ſufficiat eſſe manuale, nec amouibile; docent Acuña *de Sacramento Ordinis quæſt.3.ſect.6.* Diana *p.8.tr.2.reſ.19.* cum multis dicendo hoc fallere, niſi ordinandus aliundè 3 4 5

 habeat

habeat beneficium in titulum, nam beneficium manuale, & amouibile ad nutum, non poteſt præſtare titulum, ad quem quis ordinetur: & hæc eſt praxis quotidiana Epiſcoporum vt video. † Non enim Capellania temporalis eſt titulus ſufficiens, cum non ſit beneficium, Riccius *in praxi aurea reſol.49.n.3.* Gonzal. *in regul.8.Cancel.gloſſa 5. §.1. num.6.* Barboſa *dict. 2 p.allegat.4.num.59.* quod eſt contra Garciam *de benef.1.p.cap.2.num.7.* & Marchinum *de Sacram.Ordinis tract.1.p.5. cap.8. n.9.* aſſerentes non poſſe quem ordinari ratione Ca-
7 pellaniæ, etiam perpetuæ. † Itaque Barboſa *allegat.4.de officio Epiſcopi p.2.dicto num.59.* dixit cum Riccio, vt quis non poſſit ordinari ad titulum Præbendæ temporalis; eo quod nihil ſpiritualitatis habeat, cum æquiparetur prædio, & commoditati temporali pro ſoluendis ſalariis Aduocati, Procuratoris, Muſicorum, & ſimilium, vt obſeruat Gonzalez *ad regul.8.Cancel.gloſſa 5. §.1. numero 9.*

8 Ad ſecundam quæſtionis partem communis eſt Doctorum ſententia, vt poſſit quis ordinari ad titulum beneficij ſimplicis, ſi ſit perpetuum, etiamſi reſidentiam non requirat, vt docent Garcia *de benef.p.2.tom.1. cap.4. num 9.* vbi ſic ait. Tertio ampliatur etiam ſi beneficium non requirat reſidentiam, nec in illo reſideat, nec in illius Diœceſi; & ſic non eximatur à Iuriſdictione primi Epiſcopi, cum textus ſimpliciter loquatur de beneficio, Marcus Anton. *variar.reſol.lib.1.reſol.112.caſu 28.* Squillante *de priuileg.cleric.cap.4.num.237.* Auerſa *de Sacram. Ordin. quæſt.4. ſect.6.* Piaſecius *in praxi p.1. cap.1. art.3. num.3.* Valaſcus ſupra *alleg.4. num.30.* Machadus *de perfecto confeſ.tom.2. lib.4.part.1.tract.3.docum.4. num.2.* Riccius *dicta reſ.41.num.1.* Barboſa *ſup.num.47.* Ægidius Trul-
9 lench. ſuprà *num. 17.* † quod eſt verum etiamſi Genuenſis *in praxi c.48.num.3.* quem refert Diana *dicta p.8.tract.2.reſ.21.* contrarium teneat; nec eſt audiendus Bonacina², qui *tom.1. diſput. 8. quæſt.vnica puncto 4. num.14.* tenuit noſtram ſententiam cum ea limitatione, modo beneficium ſufficiens ſit ad victum, de cuius veritate infra dico *in verſ. ſequenti*, dum diſputo de beneficio tenui, Barboſa *de iure Eccleſ.p.1.cap.33.num.34.& in paſtorali allegat.4.num.46. & 47.* & iterum videbis Dianam *p.6. tract.8. miſcel. reſ.24.* qui pro vtraque ſententia refert Doctores, vbi videtur noſtram fouere.

Ad tertiam quæſtionis partem an beneficium
10 tenue, ſit titulus, vt quis ordinetur ab Epiſcopo, vbi ſitum eſt, & videtur quod non, tum *ex c.2. de præbend.& dignit.* & docent Piaſecius *in praxi p.1.cap.1. art.2. num.3.* Doctores communiter *in cap.1.& in dicto cap.cum nullus, hoc tit.lib.6.* Maranta *in compendio Bullarij, in verbo Ordo*, Vgolinus, & alij, quos probat Riccius *p.1.deciſ. 299. cum ſequentib.* Molfeſius *in ſumma tract.2.tom.1. cap.2.num.7.* & facit Squillante *cap.4.num.23. de priuileg. Clericor.* dum refert ſacram Congregationem reſpondiſſe Cardinali de Aquauiua Archiepiſcopo Neapolitano promotum ab alieno Epiſcopo ex cauſa beneficij tenuiſſimi malè promotum fuiſſe, ipſumque promotum ſuſpenſum ab executione ordinum, atque collatorem ab executione per annum.

11 Adhuc verò etſi bonum eſſet, vt tenui beneficio adiungeretur patrimonium; ita vt conflatum ex vtroque, ſufficeret ad ſuſtentationem, ſicut prærequirit Trid. *ſeſſ.21.de reformat.cap.2.* tamen in rigore iuris exiſtimo ſufficere, quantumvis tenue beneficium, ad hoc nempe, vt qui alias ſubditus non erat Epiſcopo, fiat ſubditus ratione beneficij; ita vt hac de cauſa poſſit iam ſubditum illum ordinare, ac quilibet alius Epiſcopus originis, aut Domicilij ex iam dictis: arg. textus *in cap.poſtulaſti*
14. & quæ dixi *quæſt.1. de foro comp.* † Deinde 12
quia textus *in dicto cap.cum nullus hoc tit.in 6.* & alij non diſtinguunt inter tenue, & amplum bene-
ficium. † Et quia multi Canones de beneficio 13
verba facientes, locum habent in beneficio etiam tenui, iuxta quæ adduxi *ſub c.1. de foro comp.* vbi de priuilegio Clericis in minoribus conceſſo habentibus qualecumque beneficium, vt probat Trid. *ſeſſ.23.de reform. cap.6.* & tenent Henriquez *lib.10.c.22.§.1.lit.G, & cap.17.littera K*, Garcia *de benef p.2.cap.4. n.8.* Barboſa *de Iure Pontificio dict.cap.33.n.33.* Diana *p.4.tract 4. reſol.51.* idem Barboſa *in paſtorali dict 2.p. alleg. 4.* cum multis ab eo relatis *n.44 & 45.* quibus addo Trullench.
cum aliis *dict. quæſt. vnic. num. 16.* † Et ſacra 14
Cardinalium Congregatio, teſte eodem Barboſa *de iure Eccleſ. p.1.cap.39. num. 17.* cenſuit *in vna Iannenſi die 18. Martij 1628.* promotum ad ordines cum collatione vnius beneficij, redditus duorum ſcutorum annuorum, qui incedens in habitu laicali cum armis, dum caperetur à Birruariis, vnum ex illis occidit, & ad carceres laicales adductus fuit, gaudere priuilegio fori; refert Diana *vbi ſuprà*, & iterum *dict. part. 8. tract. 2. ſub reſolut.20.*

Et ſic patet, vt non ſit ſuſtinendus Soto *de iu- 15
ſtitia lib.10. quæſt.5. art.3.* aſſerens beneficium tenuiſſimum eſſe, quod non attingit ducatos octo, vel ſecundùm Campanil. quod non attingit quatuor ducatos in anno, cum ſacra Congregatio cenſuerit beneficium duorum ducatorum eſſe ſuffi-
ciens ad gaudendum fori priuilegio, † ergo etiam 16
ad ſumendos ordines, ex quibus oritur tale priuilegium fori; & hinc Sanchez *in opuſculo tom.2.lib.7. c.1.dubio 22.n.7.* dixit ſufficere beneficium, quantumvis tenue, vt quis poſſit ordinari ab Epiſcopo vbi eſt beneficium; & vt addit Garcia, & Barboſa *vbi ſupra*, taliter procedere, etiam ſi illud tenue beneficium non requirat reſidentiam, nec in illo reſideat, nec in illius Diœceſi, & ſic non eximatur à iuriſdictione primi Epiſcopi.

Sed cum propoſito faciunt Zerola *in praxi 17
Epiſcoporum p.1.* verb. *beneficia, §.3.* & Barboſa *in paſtorali dicta allegat.4.num.45.in fine*, intelligentes, vt in beneficio tenuiſſimo, quale eſt ducatorum quatuor in anno, vel ad ſummum in reddente ſeptem ducata, ex Soto *lib.1 1.quæſt.5.* videtur bona praxis, vt ad titulum tenuiſſimi quis non ordinetur. Et hoc modo intelligit Barboſa componi ſententiam negatiuam Piaſecij, Proſperi de Auguſto, Vgolini, Riccij, & Squillantis cum ſen-
tentia affirmatiua. † Et addit Diana *dicta reſ.51.* 18
p.4. circa finem *in verſ.dico*, quod Concilium in loco citato pro negatiua determinat, vt quis non poſſit ordinari ad titulum beneficij tenuis, ſed non aſſerere quod ſi ordinandus beneficio tenui, patrimonium adiungat ſufficiens ad victum, non poſſit ordinari ab Epiſcopo; & ſic dicit aliud eſſe quærere, num beneficium ſufficiat pro titulo, aliud ſi ſufficiat, vt tanquam ſubditus ratione beneficij, poſſit promoueri ad ordines: & *dict. reſ.20. p.8. tr.2.in fine*, vt reſpondeat ad aliam deciſionem citatam ſacræ Congreg. traditam ab Squillante, *vbi ſupra*, dicit quod optaret, vt de prædicta declaratione

19 tione conſtaret authenticè, † videbis eundem
Dianam nouiſſimè, *p.10. tract.11. reſ.48.* in verſ.
nota, vbi cum Barboſa, Garcia, Campanillo, &
aliis, dicit ſine diſtinctione ratione beneficij trium,
vel quatuor aureorum poſſe quem ordinari, ſi
patrimonium ei adiungeretur, ſic cum Vgolino
etiam Quaranta, & Trullench. *de Sacram. lib.6.
cap.vnico dub.7.n.16.*

20 Ad quartam quæſtionis partem nùm poſſit
Epiſcopus ordinare eum, cui paulò ante benefi-
cium confert; & vt reſpondeam præmitto cum
Molfeſio *in ſumm. tom.2.cap.2.num.7.* Piaſecio *in
praxi p.1.cap.1.art.2. num.3.* Machado *de perfecto
Confeſſore tom.2.lib.4.p.1.tract.3.* beneficium non
debere eſſe collatum in fraudem, ad hoc vt ordi-
nandus extrahatur ex aliena Diœceſi: vnde di-
cunt, Franchis *in dicto cap.cum nullus hoc tit. l. 6.
gloſſa in cap.eos, eodem* verb.*figmentum*, Quaran-
ta *in compendio Bullar.* verbo *Ordo*, Riccius *reſo-
lut.262.* Barboſa *dict.alleg.4.num.58.* quod in caſu
noſtro nequeat Epiſcopus eum ordinare; eo quod
beneficij collatio ſic facta videtur in fraudem le-
gis, ſcilicet ad eximendum illum Clericum cui
beneficium confertur à iuriſdictione ſui Epiſcopi
21 † Item quia ſi illud licitè fieri poſſet fruſtra Con-
cilium Trid. *ſeſſ.23. cap.9.* definiſſet Epiſcopum
tunc poſſe aliquem alterius Diœceſis ad ordines
promouere, cum per triennium fuerit cum eo
commoratus, iuxta iam dicta *quæſtionibus proxi-
mè præcedentibus*, dummodo ſtatim beneficium
illi conferat, Ægidius Trullench. *ſupr. num.25.* †
22 Diana *dicta p.8.tract.2.* ſub *reſ.22.* prædictam ſen-
tentiam veriorem reputat: tamen Marchinus *de
Sacram.Ordinis tract.1.p.5.cap.8. num.9.* affirma-
tiuam ſequitur, dicens vt poſſit Epiſcopus confe-
rendo beneficium ei, qui alias ſubditus eius non
eſt validè ordinare, nec facere fraudem legi, qui
23 vtitur iure ſuo, quod lege ipſa nititur. † Nec ob-
ſtare Trid. *in dict. cap.9.* quia ille caſus eſt diſtin-
ctus, cum ibi præcedat ordinatio collationi benefi-
cij; & ita in praxi video communiter profiteri,
non ſine ratione, nam cum abſolutè textus *in
dicto cap. cum nullus*, dicat ratione beneficij ac-
quiri etiam Domicilium ad ordines, vt ſit domi-
cilio, aut origine; imò & Molfeſius *in ſumma
theolog moralis tract.2.cap.2.num.21.* obſeruat ſa-
cram Congregationem cenſuiſſe, vt ſemper in
hoc præferatur Epiſcopus loci, in quo quis habet
beneficium; ergo cum intelligatur abeſſe fraus,
niſi probetur, apparet euidenter, vt in caſu no-
ſtro ſequenda ſit affirmatiua ſententia: & ſic Mar-
chinus *ſuprà* cum Vgolino probat; nam cum tex-
tus requirat, vt ſolum quis beneficium obtineat,
non eſt cur diſtinguendum ſit iuxta modum con-
trariæ ſententiæ: & de his videbis quæ congerit
Trullench. *de Sacram.lib.6.quæſt.vnica, dubio* 12.
& nouiſſimè ita tenet idem Diana *p.10. tract.11.
reſ.48.* cum Leandro *de Sacram.tom.2. tract.5.diſp.*
8. *quæſt.19.* & cum Martino de San Ioſeph. *in
man.confeſ.tom.1.lib.1. tract.4. de Ordine num.10.*
contra Marchinum.

Ad quintam quæſtionis partem, ſi habeat quis
24 beneficia in Diœceſibus diſtinctis, nùm poſſit à
quolibet ordinari. Et quia iam ſupra affirmatiuè
reſpondi, dico breuiter cum Diana *dict.p.8.tract.2.
reſ.23.* & Præpoſito *in 3.p.de Sacram. Ordinis*, vt
poſſit quis ratione vnius beneficij ordinem vnum
recipere ab vno Epiſcopo, & alterum ab alio, vbi
aliud eſt beneficium ſitum, ſi ad eius titulum or-
dinari poſtulat, idem tenent à Cuña *in decretum
Gratiani part.1. diſt.71. num.7.* & Garcia *de be-
neficiis tom.1. part.2. cap.4. num.2.* Trullench. *de
Sacram. lib. 6. quæſt. vnica, dubio 7. num. 20.*
Barboſa *de officio Epiſcopi dict.allegat.4 num.51.
& de Iure Eccleſiaſt. cap.33. num 39.* Riccius *in
praxi aurea, deciſ. 49. num.1.* & alij, quia per
quodlibet beneficium, fit reſpectiuè ſubditus
Epiſcopo loci, in cuius Diœceſi ſitum eſt be-
neficium, nec eſſe maiorem rationem, ac
vllam iuris diſpoſitionem, cur non poſſit ab vno,
& ab alio ordinari; imò Campanillus *in diuerſ.
Iuris Canon.Rub.9.cap.8.num.15.* ait id procedere,
etiam ſi beneficium ſpectaret ad prouiſionem al-
terius Epiſcopi.

Ad ſextam quæſtionis partem, an ſola actua- 25
lis beneficij poſſeſſio ſine collatione, ſufficiat vt
quis ordinetur. Ex præmiſſis quæ latè adduxi
infra *ſub cap.1. de foro competenti, quæſtione 7. &
à quæſtione 3.* cum aliis, *de beneficio habendo à
Clerico in minoribus, vt gaudeat fori priuilegio*;
& in puncto noſtro videtur Riccius *part. 2. de-
ciſione 188. numero 3.* tenere vt ſola collatio ti-
tuli beneficij abſque eius poſſeſſionis ingreſſu,
ſufficiat vt quis ordinetur ab Epiſcopo loci, vbi
ſitum eſt beneficium. † Verum à Cuña ſuprà 26
numero 7. verſ. *quarto*, Garcia *dict. cap 4. nu-
mero 16. & 17.* Barboſa cum illis *dicta allegat.4.
numero 51.* reſoluunt procedere doctrinam, quam
retulimus, habita ſcilicet beneficij poſſeſſione;
ita vt non ſufficiat ſola collatio, ſeu titulus ad
hoc, vt efficiatur de Epiſcopo, vbi ſitum eſt
beneficium; & quod ſola poſſeſſio ſine titulo
iuſto, non ſufficiat Ægidius Trullench. ſuprà
numero 22. Diana *dict. part.8. tractat.2. reſol.* 24.
Squillante *de priuileg.Cleric. cap.4. numero 248.* à
Cuña ſuprà *parte 1. diſt.71. numero 7.* qui alia
refert contra Garciam; ſed vt ordinetur debet
pacificè poſſidere, Barboſa cum multis *c.2. Trid.
ſeſſ.21.n.21.* cum multis.

Pro complemento notabis, quòd Epiſcopus 27
in cuius Diœceſi eſt beneficium poſſit ordinare
beneficiatum, etiam ſi beneficium eſſet ſubie-
ctum alteri Epiſcopo, quoad prouiſionem, id
eſt etiam ſi ſpectaret ad prouiſionem alterius
Epiſcopi. † Secus ſi etiam quoad Iura Epiſco- 28
palia, Garcia *de benef.dict.parte 2.cap.4.num.15.*
cum aliis Barboſa *dict. allegat. 4. numero 52.* vbi
numero 55. addit vt ſi beneficium vnius Diœ-
ceſis vnitum fuerit alteri, vel Præbendæ diſtinctæ
Diœceſis, non niſi Epiſcopo ſubeſſet, in cuius
Diœceſi extaret beneficium, vel Præbenda,
cui annectitur, ſic Campan. *dict. c.8.
n.15.* alias quæſtiones dico
infra q.12.

⁂

QVÆSTIO

QVÆSTIO VII.

An Epiſcopus poßit ordinare aliquem, qui in ſua Diœceſi haberet penſionem, commendam aut Praſtimonium, ſeu alia beneficia. Et an ad titulum Patrimonij, & quale ſit ſufficiens. Et an poſsit diſpenſare in interſtitiis Epiſcopus beneficij, vel concedere dimiſſorias, vt quis ab alio ordinetur: & quid de Epiſcopo, qui ordinat ad titulum Patrimonij. Et an Clericus poſſit alienare Patrimonium abſque licentia Epiſcopi, ſi aliunde acquiſiuit beneficium, vel alia bona ſufficientia pro victu?

SVMMARIVM.

1 *Penſio ad ordines propriè beneficium non eſt.*

2 *Domicilij Epiſcopus quit ordinare ſubditum ad titulum penſionis, congrua, ſicut ad titulum Patrimonij, cenſus, &c.*

3 *Commenda perpetua eſt titulus ad ordines.*

4 *Praſtimonium eſt titulus ad ordines.*

5 *Beneficium conſiſtens in diſtributionibus quotidianis eſt titulus ad ordines.*

6 *Beneficium Praſbyterale eſt titulus ad ordines, etiamſi ante Praſbyteratum eius fructus non acquirat ordinatus.*

7 *Beneficium requirens ſubdiaconatum, aut primam Tonſuram, tantum eſt titulus ad cæteros ordines.*

8 *Vicaria perpetua eſt titulus ad ordines.*

9 *Beneficium de futuro non eſt titulus ad ordines, niſi iam quæſitum,* n.10.

11 *Coadiutoria perpetua, in qua quis habet congruam, eſt titulus ad ordines.*

12 *Receptiua Eccleſia eſt titulus ad ordines.*

13 *Eccleſia, cui quis adſcribitur, eſt titulus ad ordines cum certis qualitatibus.*

14 *Capellania obtenta in Capella Papæ, eſt titulus ad ordines.*

15 *Collegium Seminarium, non eſt titulus ad ordines, etiam cum aſſignatione, certi annui redditus.*

16 *Litteratura verius eſt, vt non ſit titulus ad ordines ſufficiens,* num.17.*quid ſi aliquis vir ſit inſignis cooptatus in collegiis*, numero 17.

18 *Paupertas alicuius non eſt titulus, vt ordinari valeat, niſi concurrat neceſſitas, & penuria miniſtrorum Eccleſiæ, & ordinando ſubminiſtret aliquis neceſſaria.*

20 *Magiſterium muſicæ, grammaticæ, pictoris, ſeu alterius profeſſionis, non eſt titulus ad ordines*, n.21.

21 *Organiſta non eo habet titulum ad ordines.*

22 *Pitantia miſſarum, & anniuerſariorum, non ſunt tituli ad ordines, etiam cum patrimonio, ſeu beneficio inſufficienti, etiamſi obligaretur Epiſcopus ad ſupplementum*, numero 23.

24 *Patrimonium quando, vt quis ordinetur, dicatur titulus, & quantum* n.25.

26 *Ordinari nullus poteſt contra prohibitionem ſui Prælati: & quid ad titulum Patrimonij non bene diſcuſſi,* n.27.

28 *Patrimonij taxatio ad ordines debet eſſe talis, vt ſine dedecore ordinandus viuat, & quare*, n.29.& 31.

29 *Paupertas in Clero voluntaria laudabilis.*

30 *Romulus, nullum in ſuarum curiarum Sacerdotium eligi voluit, niſi cum cenſu.*

31 *Patrimonij quantitas ad ordines arbitrio Epiſcopi exiſtimabitur, & videtur ſufficiens quinquaginta ſcutorum, non habita diſtinctione qualitatum ordinandorum*, num.32. & 33.*vbi quid ratione diuerſarum prouinciarum.*

33 *Quantitas ad ordines, num pro ordinando, & ſuis ſeruitoribus debeat ſufficere.*

34 *Epiſcopus ordinans aliquem ad titulum Patrimonij inſufficientis, incurrit cenſuram.*

35 *Patrimonium ad ordines debet conſiſtere ſuper re immobili*, num.36.*vbi quod non incurrit alias pœnas ſi quis ordinetur patrimonio mobilium.*

37 *Patrimonium ad cuius titulum quis ordinatur, debet eſſe res certa, & fructifera, & libera ab hypotheca: quid ſi hypothecatum ante fuerit*, n.38.

39 *Spectatiua ad Patrimonium certum, ſeu vacaturam, non eſt titulus ad ordines ſufficiens.*

40 *Ordinari nequit filius alicuius, à quo ſpectat amplum Patrimonium, etiam ſi filius viuente patre quodammodo Dominus videatur*, n.41.

42 *Obligatio ab Epiſcopo, ſeu quolibet alio facta in fauorem ordinandi, non eſt titulus ſufficiens ad ordines, niſi ob penuriam Sacerdotum, aſſignaretur ab Epiſcopo perpetua portio*, n.43.

44 *Patrimonium aſſignatum à patre, interim dum filius ordinandus habet beneficium, ſeu congruam ſuſtentationem, eſt titulus ſufficiens.*

45 *Patrimonium conſiſtens in bonis, quorum directum Dominium, eſt Eccleſiæ titulus, ad ordines ſufficiens reputatur.*

46 *Hæreditas addicta, eſt titulus ſufficiens ad ordines.*

47 *Filius ordinandus poteſt cogere patrem ſuum, vt ei aſſignet Patrimonium, ſicut pro dote ad Matrimonium.*

48 *Cenſus vitalitius, ſeu perpetuus, eſt titulus ſufficiens ad ordines: quid vbi redimeretur*, n.49.& 50.

50 *Cenſus redimibilis, eſt ſufficiens pro conſtitutione vinculi, & maioratus.*

51 *Patrimonium ad ſacros ordines queit aſſignari ſuper cenſibus, & redditibus annuis perpetuis, & qualiter*, n.52.

53 *Patrimonium aſſignatum ad ordines, ſi ordinandus moriatur, fit liberum.*

54 *Patrimonij paruі, & beneficij exigui titulus ad ordines, eſt ſufficiens ſi ex ambobus congrue ordinandus, ſuſtentari valet.*

55 *Diſpenſat Epiſcopus in interſtitiis cum ordinando, qui eius ſubditus eſt ratione Patrimonij, ſeu penſionis.*

56 *Diſpenſatio interſtitiorum, vt quis ordinetur à Diaconatu ad Presbyteratum exigit neceſſitatem, & vtilitatem.*

57 *Dimiſſorias ad ordines concedere valet Epiſcopus Patrimonij, ſeu penſionis, ad cuius titulum quis ordinatur.*

58 *Patrimonium ad cuius titulum quis fuit ordinatus tutius alienabitur cum licentia proprij Epiſcopi, quando ordinatus aliundè beneficium congruum acquiſiuit*, numero 59. & 60.

60 *Trid.*cap.2.ſeſſ.21.*n.*61.*&* 62.

61 *Dictio* Donec *reſtringit.*

62 *Alienari bona, ad quorum titulum quis ordinatur, nequeunt regulariter ſine licentia Epiſcopi: idem in venditione, extinctione penſionis, mutatione, ſeu donatione, renunciatione, ſeu reſignatione, hypoteca, datione inſolutum*, n.63.65.

64 *Patrimonium ad cuius titulum quis ordinatur, nequit praſcribi ordinario tempore.*

65 *Alienatio rerum, ad quarum titulum quis ordinatur, num ipſo iure nulla ſit.*

1 AD primam quæſtionis partem, etſi in fauorabilibus penſio habeatur loco beneficij, ſed communiter docent Doctores vt ad titulum penſionis nemo ordinari queat, quia propriè penſio non eſt beneficium, vt tradunt Selua *de benef. p.*1.*quæſt.*3.*n.*11. Caccialupus *de penſion. quæſt.*12. *& fin.* Gigas *de penſion. quæſt.*20. Duarenus *de benef.lib.*1.*cap.*4. *& lib.*6. *cap.*4. Couar. *pract. c.*36. *num.*10. Suarez *de cenſuris diſp.*15. *sect.*1. *num.*7. Gonzalez *in regul.*8.*Cancellariæ gloſſa* 5.§.*ſtatim*, à principio, cum aliis multis Diana *p.*8. *tract.*2. *reſ.*26. in terminis à Cuña *in decret. p.*1. *diſt.*71. *num.*9. Marchinus *de Sacram. Ordinis tract.*1. *p.*5. *cap.*8.*n.*10. Riccius *in praxi fori Eccleſ. deciſ.*302. *in* 1. *impraſ. & reſ.*262. *impraſ.* Vgolin. *de poteſt. Epiſcopi*, *cap.*26.§.3. verſ.*excipitur tamen primo*. Campanil. *in diuerſ. iuris Canon. lib.*9.*cap.*8. *n.*17. verſ.*ex cauſa*, Barboſa *allegat.*4. *de officio Epiſcopi*

2 *p.*2. *num.*57. † Aliud tamen eſt inquirere an domicilij Epiſcopus poſſit ſuum ſubditum ordinare, de quo affirmatiuè reſpondetur, vt de patrimonio dicitur ſufficienti: nam quemadmodum patrimonium, donario, cenſus, ſunt titulus ſufficiens ad ordines ſuſcipiendos; ſic & penſio, quæ ſatis ſit ad ſuſtétationem, & ſit perpetua, cum non ſit maior ratio de illis, quàm de hac, ſecundùm quæ latè dico infra *ſub toto verſ. ad ſecundam quæſtionis partem*, & docent Doctores, *ibi* allegati, nec obſtant dicta ſupra *quæſt.*5.*verſ.ad quartam, & verſ. & ſimili modo*, quæ potius confirmant hoc dictum.

3 Ad ſecundam de commenda, ſub diſtinctione reſpondent Doctores; nam ſi commendatum ſit beneficium tantum alicui, cum titulo careat beneficij, nequit ordinari ad titulum commendæ; ſecus tamen ſi ſit datum in commendam perpetuam: ſic Garcia *de benefic. part.*2. *cap.*4.*num.*10. Marchinus ſupra *num.*12. Diana *p.*8. *tract.* 2. *ſub reſol.*19. cum aliis Barboſa *dicta allegat.*4. *num.*50. expendens ſi commenda eſt ad vtilitatem ordinandi maximè perpetuam; quia iſta reputatur titulus Canonicus; ſeu quod habeat vim tituli, vt reſoluit cum Garcia *p.*4.*cap.*4. qui in terminis, *dict. p.*2. *cap.*4. *num.*12. ampliat principalem reſolutionem procedere, ſiue iſtud ſit beneficium, propter quod ordinem recepit, ſiue non. Aloyſius Riccius *in praxi aurea reſ.*49.*num.*2. Sanchez *in conſ.mor. lib.*7. *cap.*1. *dubio* 23. Marchinus *dict. p.*5. *de Sacram.Ordin.c.*8.*n.*16.

Ad tertium de præſtimonio reſpondent Doctores, quod cum præſtimonia ſoleant connumerari inter beneficia Eccleſiaſtica, vt notant Doctores per text. *ibi, in cap.fin. de conceſ.præb. lib.*6. & cum infinitis probet Garcia *de benef. p.*1. *cap.*2. *num.*17. ſequitur vt ad titulum præſtimonij, valeat quis ordinari; eo quòd qui poſſidet præſtimonium, dicatur ibi Domicilium habere; ac proinde ab Epiſcopo loci, vbi eſt ſitum præſtimonium, poſſit, vel ordines, vel dimiſſorias obtinere: ſic Henriquez *in ſumma lib.*10.*cap.*22.§. *in commento lit. H.* Camp. *in diuerſ.Iuris Rub.*9.*cap.*8.*num.*5. Riccius *in praxi fori Eccleſ. reſ.* 258. *in fine*, Barboſa *dict.allegat.*4. *num.*48.*&* 49. idem *ad cap.*2. *Trid. dict.ſeſſ.*21.*num.*13. vbi cum Salzedo, Vgolino, ſebaſtiano, Cæſar, & Marchino. 4

Vnde infero primò, vt poſſit quis ordinari ad titulum beneficij, quod in diſtributionibus quotidianis conſiſtit. Marchinus *de Sacram. Ordinis cap.*6.*tract.*2.*p.*6. *difficult.*5. *num.*19. Campanil. *in diuerſ.iuris canon. Rub.*8.*cap.*5. *num.*29. † Infero 5

6 ſecundò poſſe quem ordinari ad titulum beneficij, non obſtante quod non lucretur fructus illius, niſi poſt ſuſceptum Præsbyteratus ordinem, vt docent Nicolaus Garcià *p.*2. *de benef.cap.*5.*n.*110. Armendà. *in additio.ad recopil. leg. Nauarra lib.*2. *tit.*8. *lib.*1. *de patrim. Clericor.* Barboſa cum aliis *p.*2.*de officio Epiſcop.alleg.*9. *num.*29. idem *in dict. cap.*2.*Trid.ſeſſ.*21.*num.*10. Marcellus Vulpeius *in praxi iudic.fori Eccleſ.c.*8.*n.*11.

Ex quo infero tertiò, quòd ſi beneficium habeat certum ordinem annexum, vt puta Subdiaconatum, vel Diaconatum, poſſit quis ordinari ratione talis beneficij ab illo Epiſcopo, etiam in aliis ordinibus vt per Dominicum *num.*9. Franc. *num.*3.*in cap. cum nullus hoc tit. lib.*6. Riccius *in praxi aurea dicta reſ.*49.*num.*3. Marchinus *tract.*1. *p.*5.*de Sacram.Ordinis num.*6. à Cuña *in comment. ad Princip. diſt.*71. vbi tenet quod licèt beneficium non requirat, niſi primam Tonſuram, adhuc poſſit Epiſcopus beneficij conferre ordines omnes, tam maiores, quàm minores beneficiario. 7

Infero quartò poſſe quem ordinari ad titulum Vicariæ perpetuæ ad ſacros ordines, docent Mandoſius *ad regul.*8.*cancel.quæſt.*13.*num.*3. Salzedus quem refert Barboſa *in dicto cap.* 2. *ex Trid. ſeſſ.* 21.*num.*11. Valenzuela *lib.*1.*conſ.*54.*num.*29. Campanil. *dict. Rub.*8.*cap.*4.*num.*4. & alij, ſed non procedere, vbi Vicaria fuerit temporalis docent Doctores ad ſimilitudinem aliorum beneficiorum, ſeu Capellaniarum temporalium, & amouibilium, inter quos Aloyſius Riccius *in deciſ.curia Archiep. Neapol.*190.*p.*2. Campanil. *dict. Rub.*8.*cap.*4. *in fine* Barboſa *allegat.*19.*num.*23. cum aliis, & *in dict. Trid.num.*20. 8

Dubium tamen eſt, an ad titulum beneficij de futuro, ad quod eſt præſentatus, nominatus, ſeu poſtulatus, ſeu ad titulum coadiutoræ poſſit quis ordinari, in quo puncto dixerunt Maiolus *de irregularitate lib.*4.*cap.*15.*num.*3. Saytus *de cenſ.l.*4. *c.*14.*num.*19. Campanil *dict.cap.*4. *Rub.*8.*num.*10. poſſe quem ordinari, & promoueri, non ſolùm ad titulum iam quæſiti, ſed etiam quærendi, † 9

10 ſed verius eſt, vt non poſſit, ſicut docent Sanchez *in opuſculo mor.lib.*7.*c.*1.*dubio* 34.*num.*5. *& dubio* 35.*num.*2. à Cuña *in c. neminem num.*13. *diſt.* 70. Marchinus *de Sacr. Ordin. tr.*2.*p.*6.*c.*6.*difficult.*3. Barboſa cum multis *alleg.*19.*p.*2.*in paſtor.num.*28. & cum aliis Garcia *de benef.dict.p.*4.*c.*5.*num.*130.

& eſt ratio quia vt ſi quis ordinetur ad titulum
beneficij, debet, illud poſſidere pacificè, quid
mirum, vt nequeat ordinari ad titulum beneficij
11 de futuro. † Tamen ad titulum coadiutoriæ
perpetuæ cum futura ſucceſſione poſſe quem pro-
moueri, dummodo ratione illius habeat con-
gruam ſuſtentationem, tanquam ad titulum pen-
ſionis dixerunt Barboſa cum multis dict. alleg. 19.
num.23. idem in dict.c. p.2. Trid. n.16 Gonzalez
ad regul.8. Cancel.gloſſ.5.§ 9.n.6 Moneta de optio-
ne Canonica cap.4. quæſt.8.num.169. Nicolaus Gar-
cia dicto c.5.num.132. Vgolinus de officio Epiſcopi
cap.26.n.8. Sanchez dict.lib.7. opuſc.c.1. dubio 35.
num.4. & alij.
12 Iterum dubium eſt, nùm ad titulum Eccleſiæ
receptiuæ, ſeu Eccleſiæ, cui adſcribitur, vel Ca-
pellaniæ in Capella Papæ obtentæ, vel ſi coapta-
tus quis ſit in Collegium Seminarij, ſiue ad ti-
tulum litteraturæ, aut paupertatis, aut induſtriæ.
Quibus omnibus breuiter reſpondeo; & ad pri-
mum per textum in gloſſa, ibi: In dict. c. nemi-
nem 7.diſt. tenent Zerola in praxi Epiſcop.1. verſ.
dimiſſoria § 5.verſ.hic eſt. Campanil. dicta Rub.8.
c.4.num.12. poſſe quem ad ſacros ordines promo-
ueri, & ſequitur Barboſa in dict.c.2.ſeſſ.21.num.4.
cum Campanil. credens verum in ea Diœceſi,
quæ tenuitate beneficiorum grauata, miniſtris in-
digeret Eccleſiaſticis, vbi nec viri adſunt, con-
gruum, nedum patrimonium non habentes; at
13 illo omnino carentes.† Ad titulum verò Eccleſiæ
cui adſcribitur, exiſtimo poſſe ordinari, iuxta
Trid. in c.16. de reform. ſi concurrant ſequentia;
nempè vtilitas, & neceſſitas illius; & quod in-
terueniat conſenſus Rectoris Eccleſiæ eius; item
licentia Romani Pontificis; & hoc ad ſucceſſo-
rem, &c. Item vt ex ſeruitio Miſſarum, & Diui-
norum officiorum, & eleemoſynis à fidelibus
elargiendis, habeant vnde ſe ſuſtentent; & quod
ibi non amoueantur; de quo videbis Campanil.
dict. Rub.8.c.4.num.14. Vgolinum de poteſtate Epiſ-
copi c.26.§.8.num.6. Barboſa in dict.c.2. Trid.n.15.
ita explanantem Maiolam, & Flaminium, abſo-
14 lutè affirmatiuam docentes. † De obtinente Ca-
pellaniam in Capella Papæ, licèt ſit adnutum
amouibile ordinari poſſe, docent relati à Barboſa
in paſtorali dict. allegt.19. num.30. Riccius in praxi
aurea fori Eccleſ.reſ.134. in fine, Sayrus in floribus
deciſ.hoc tit.de tempor.ordin.deciſ.59. Nauarrus in
dicto tit.conſ.20.
15 Verùm ad titulum Collegij Seminarij non
poſſe quem ordinari, niſi ob cauſam beneficij ibi
inſeruiendi, forſam ſeminario iniuncto, cum aſſi-
gnatione certi annui redditus, de quo viuere queat
commodè, docent Garcia de benef. dict.p.2.cap.5.
num.104. vbi in additionibus refert declaraſſe Gre-
gor.XIII. Gallecius in Margarita caſuum conſ-
cientiæ, verb. Ordo pen. cum multis Barboſa in
dict.c.2.Trid.ſeſſ.21.num.18.& in dicta allegat.19.
num.31. dicentes dictam aſſignationem ceſſare,
16 poſtquam aliundè ille ſe æquè ſuſtentare poſſit. †
Ratione litteraturæ affirmatiuè reſpódent Gonza-
lez ad regul.8. Cancel.gloſſa 4. num. 36. Gratian.
diſcept. forenſ. cap.57. num. 30. Aula de cenſuris
part. 3. diſput. 5. dubio 6. ad finem, Henriquez
17 in ſumma lib.10. cap.27. §.4. in comment. lit. G. †
Sed Nicolaus Garcia dict.2.p.cap.5.de beneſ. Mar-
cus Anton. Genuenſ. in praxi Archiep. Neapol.
Narbona in l.35.gloſſa 1.num.73.tit.3.lib.1. recop.
& cum aliis Barboſa dict.alleg.19. à num.72. Mar-
chinus de Sacram. Ordinis p.6. cap.6. difficult.5. à
num 36. Campanil. dicta Rub.8. cap.4.num.6. &
alij magis probabiliter negant, † etſi re vera ad- 18
mitti poſſit vt vir inſignis litteraturæ, ac coopta-
tus in Collegiis illuſtribus, vt Valliſoleti, in Colle-
gio ſanctæ Crucis, ac in aliis Salmanticæ, & Com-
pluti, poſſit ordinari etiam ſi alio titulo careat. † 19
Ad titulum verò paupertatis nego vt quis ordinari
queat, cum titulo careat, poſſitquè litteris ca-
rere, ac difficulter talis inſignis ſit; ſed ob penu-
riam Sacerdotum, quandoque conceſſum eſſe
ordinari ſine beneficio, vel patrimonio; dum-
modo quis ſpondeat neceſſaria ſubminiſtrare or-
dinando, referunt deciſum Garcia de benef. dict.
cap.5.p.2. de benef. num.79. Barboſa dicta allegat.
19.num.73. Camp.dict. Rub.8.cap.4.num.6.& Ar-
mendar. quem refert idem Barboſa in dict. cap.2.
Trid.ſeſſ.21. num.51. † Ad titulum induſtriæ, vel 20
honeſti laboris, nempe ſi muſicus ſit, Magiſter
grammaticæ, Pictor, aut alterius licitæ profeſ-
ſionis, ex qua tantum quærit quod ſit ſufficiens ad
ſuſtentationem vitæ, vt nullus queat ordinari, do-
cent relati à Barboſa dicta allegatione 19. num.71.
à Cuña in comment.ad cap.1.diſt.70. num.13. Ni-
colaus Garcia dict. cap.5. num. 126. † & ita ſit vt 21
clauſula appoſita in conſtitutione Patrimonij,
quod ſolet aſſignari Clerico à conſanguineis, vi-
delicet donec fuerit de beneficio prouiſus, non
comprehendit officium Organiſtæ; & Magiſtri
Capellæ, tradit Aldana in compend. canon. reſol.
lib.1. tit.3. num. 5. teſtans ſic fuiſſe deciſum ſub
die 26. Iunij 1521. ſequitur Barboſa in dict.cap.21
Trid. num.52.
Notant verò Nicolaus Garcia dicta part. 2. de 22
benef.cap.5.num.126. Armend.addit. leg. Nauarra
l.1.de patrim.Clericor. num.16.& 17. Narbona in
dict.l.35.gloſſ.1 num.62. tit.3. lib.1. recopil. vt nul-
lus poſſit ordinari, ſi cum beneficio, aut patri-
monio inſufficienti iungantur pitantiæ, eleemo-
ſynæ, anniuerſaria, confraternitates, & alia emo-
lumenta, quæ ex celebratione Miſſarum, in exer-
citio Sacrorum ordinum percipere, & lucrari
poſſunt; quæ omnia ad victum ſufficiant, † pro- 23
vt nec etiam promoueri poſſit, ſi nihil prædicto-
rum, vel minus ſufficienter haberet ſi Epiſcopus
obliget ſe ſuppleturum alimenta, quibus ſe ſu-
ſtentare poſſit; & ratio eſt, quia hæc non ſunt
perpetua; imò fallibilia.
Ad ſecundam quæſtionis partem, an poſſit 24
quis ordinari ad titulum patrimonij; igitur dicen-
dum eſt, vt ad eius titulum quis ordinari nequeat,
niſi Epiſcopus id vtile, & neceſſarium iudi-
cauerit Eccleſiæ: Sic ex dict. cap.2. Trid. ſeſſ.21.
loquentis in hæc verba: Patrimonium verò, vel
penſionem obtinentes, poſt hac non poſſint, & ibi:
Niſi illis, quos Epiſcopus iudicauerit aſſumendos
pro neceſſitate, vel commoditate Eccleſiarum ſua-
rum; iure enim antiquo Clerici in minoribus or-
dinibus conſtituti habentes patrimonium, vnde
congruè poſſent ſuſtentari, valebant ad ordines
ſacros aſcendere, iuxta cap.4. ibi: Niſi talis ordi-
natus de ſua, vel paterna hæreditate, ſubſidium vi-
tæ poſſit habere, cap.tuis 23. de præbendis, & dignit.
quod immutatum videmus modo dicto per Trid.
in dict.cap.2. vt v.g. ſi adſit vtilitas, vel commodi-
tas Eccleſiæ, quæ maxima erit, ſi qui vellet ordi-
nari ſit probatæ vitæ, ſcientia, ac doctrina prædi-
tus, Flamin. de reſignat. beneficior. lib.2. quæſt.6.
num.8. Garcia de benef.1.tom.part.2.c.5.num.75.&
76. vbi ampliat num.77. quod ſufficiens habens
patrimonium, poſſit ad ordines promoueri, etſi
expreſsè

expreſsè ſibi patrimonium in titulum aſſignatum
non fuerit, nec explicitum, quod ad titulum
patrimonij ordinetur, ex gloſſa *in cap. ſi Epiſco-
pus* 37. verbo *titulum, de præbendis libro* 6. Ab-
bas *in dicto cap tuis, numero* 3. Gambara *de officio,
& poteſt. legum numero* 137. quod intelligit Nar-
bona ad textum *in l.* 35. *gloſſa* 1. *libro* 1. *titulo* 3.
recopil. accipi *ibi numero* 6. dummodo præuia
Epiſcopi indagatio præceſſerit, qui prius inue-
ſtigare debet, an verè illius ſit patrimonium,
qui ad ſacros ordines velit aſcendere, & ad vi-
tam ſine ordinis dedecore ſuſtentandam; etſi
ſatis ſit, vt manifeſtè oſtendit Trident. *in dicto
cap.* 2. ibi: *Eo quoque prius perſpecto patrimonium
illud, vel penſionem verè ab eis obtineri, taliaque
eſſe, quæ eis ad vitam ſuſtentandam ſatis ſint.*

25 Non enim ſemper debet elargiri talis pote-
ſtas ordinandi ad titulum patrimonij, ſed ex
cauſa iuxta dict. Trident. *in verſ. niſi*: quo fit, vt
ſi deſit vtilitas, aut commoditas Eccleſiæ, cen-
ſeatur ſublata Epiſcopis prædicta poteſtas per
regulam *cap. cum ceſſante de appellat.* vt firmat
Marcellus Vulpeius *in praxi iudiciali fori cap.* 8.
numero 10. Nauarrus *conſ.* 14. *numero* 2. *hoc titu-
lo in nouis*, vbi refert ſe Valliſoleti vidiſſe nega-
tam cuidam facultatem aſcendendi ad Subdia-
conatum ob defectum tituli beneficialis: tamet-
ſi habuiſſet facultatem trium millium ducato-
rum, ſcutorum; quæ reſolutio videtur colligi
ex *dict. cap.* 2. *Trid.* in verſ. *niſi illi, quos Epiſcopus
iudicauerit aſſumendos*; quæ verba cum deno-
tent boni viri arbitrium; hoc eſt voluntatem
rationi ſubmiſſam *l. fidei commiſſaria ff. de fidei-
commiſſis libert.* gloſſa verbo *viſum in cap.* 2. *de
corpore vitiatis*, Lapus *allegat.* 60. euenit vt ſi
Epiſcopus legitimè non interponat arbitrium,
Deum ſolummodo Iudicem habeat ex gloſſa
in verbo *relinquitur in cap. ſtatutum*, verbo
acceſſorem de reſcriptis libro 6. Calcan. *conſ.* 38.
numero 7. ac proinde non detur appellatio; quia
ſuperior non poteſt animum, & conſcientiam
inferioris immutare, Baldus *in l.* 2. *numero* 10.
verſ. *ſcias tamen, cod. de ſent. & breuil. recitandis*,
Couarruu. *variar. libro* 2. *cap.* 12. *numero* 3. verſ.
& ab eo.

26 Ex quibus procedit vt nullus poſſit contra
prohibitionem ſui Prælati ordinari, aut de illo
conquerere, ſeu ab eo appellare; eo quod il-
lum ordinare non reſoluit, vt docent Barboſa
in paſtor. 2. *p. allegat.* 19. *ſub numero* 53. *in fine.*
Riccius *in praxi rerum fori Eccleſ. deciſione* 393.
in prima editione, alias reſolutione 583. *in ſecun-
da editione*, & cenſuit Rota *in Elboren. ordi-
num* 24. *puncto* 1618. coram R.P.D. Remboldo,
& 18. *Februarij* 1619. coram R.D. Coccino De-
27 cano. † Et addit Narbona vbi ſupra *numero* 7.
quod ſi patrimonium prius diſcuſſum, & præ-
cognitum ab Epiſcopo non fuerit, ſed quiſ-
piam ab eo ſine vlla inquiſitione ſit ordinatus,
ſi patrimonium habeat, effugiat pœnas *cap. ne-
minem, & cap. Sanctorum dist.* 70. renouatas per
Trid. *in dict. cap.* 2. quo in ſenſu, ſit accipienda
extenſio Nicolai Garciæ *de benefic.* 2. *parte cap.* 5.
num. 77. relata.

28 Ex his iam incidimus in dubium, quale pa-
trimonium ſit neceſſarium, & reſpondeo iuris
eſſe; vt ſit taxanda ea patrimonij quantitas; quæ
ſufficiat ad victum; ita vt ſine ordinis dedecore
viuat, ac degat ordinandus, cum non deceat
eos, qui Diuino miniſterio addicuntur, cum
ordinis dedecore mendicare; *cap. Diaconi* 93. *di-
ſtinctione cap. ad ſupplicationem de renunciatione,*
Trid. *in dicto cap.* 2. *ſeſſione* 21. *de reformatione.* † 29
Nam etſi in Clero ſemper dilecta fuerit volun-
taria paupertas, & diuitiarum contemptus, vt
ex cap. certè ego ſum, cap. dilectiſſimis 12. *quæſt.* 1.
vt adducit Petrus Gregor. *ſyntagm. Iuris parte* 2.
libro 15. *cap.* 14. *numero* 27. *& parte* 3. *libro* 42.
c. 3. *num.* 3. † in eo tamen turpis ſemper neceſ- 30
ſaria mendicitas viſa eſt, nec vlla alia ratione
Romulus nullum in ſuarum Curiarum Sacer-
dotium eligi voluit, niſi ſufficientem cenſum
haberet, vt 2. *hiſt.* Alicarnaſſeus teſtatur, quod
ſumi poteſt ex illo Deuter. *cap.* 15. *omnino indi-
gens, & mendicus, non erit inter vos.*

Vnde cum quantitas à iure præſcripto non ſit, 31
proculdubio debet arbitrio Epiſcopi relinqui
quæ, & qualis debeat eſſe ſufficiens, qui eam
arbitrabitur habito reſpectu ad qualitatem per-
ſonarum, argumento textus *in l.* 1. *ff. de iure
deliberandi, cap. de cauſis* 4. *de officio delegati,*
tradunt Menoch. *de arbitr. caſu* 216. *numero* 12.
Salzedus ad Bernard. Diaz *in praxi crim. Cano-
nic. cap.* 18. *numero* 4. Hojeda *de incompatibili be-
nefic.* 1. *parte cap.* 19. *à num.* 33. Flaminius Pariſ. *de
reſignatione benefic. libro* 2. *quæſtione* 6. *numero* 14.
& libro 5. *quæſtione* 6. *à num.* 131. Zeuallos *in pra-
ctic. quæſtion* 561. *à numero* 25. Nicolaus Garcia
de benefic. tom. 1. *cap.* 5. *numero* 204. *&* 205. Vgo-
lin. *de officio & poteſtate cap.* 26. §. 8. *numero* 2.
Narbona *in dict. l.* 35. *gloſſa* 1. *numero* 35. qui om-
nes dicunt, vt Iudices ordinarij aſſueti ſint aſſig-
nare pro initiandis in ſacris ordinibus ſummam
quinquaginta ducatorum quotannis, & tradunt
in his Regnis communiter practicari, Zeuallos
numero 29. Garcia *dict. numero* 205. licèt ea quan-
titas partim in beneficiis percipiatur, partim ex
patrimonio ſuppleatur, Vgolinus *dict.* §. 8. *nu-
mero* 2. † Sed quod nec ſit opus attendere ad 32
qualitatem ordinandi, vt nobilitatem &c. pro-
babiliter docet Barboſa *dicta allegat.* 19. *nu-
mero* 8. & ſic Trid. *in dicto cap.* 2. loquitur de
beneficio ſufficienti ad victum, non autem ad
honeſtè viuendum, vt explicat Flaminius *de
reſignatione quæſt. fin. lib* 5. *numero* 156. quod
mihi arridet; etſi non minimum ſcrupulum
moueant illa Concilij verba *in dict. cap.* ibi:
Quod ſibi ad victum honeſtè ſufficiant, & alia
ſimilia relata *in cap.* 17. *ſeſſione* 24. *de reformat.*
ibi: *Quod quidem ſi ad vitam eius, cui confertur
honeſtè, ſuſtentandum non ſufficiat*; quia etſi
aduerbium *honeſtè* idem ſignificet, quod deco-
rè, & lautè, & ſynonyma videantur: *Viuere
decenter, commode, congruè, competenter*, vel
honeſtè, per doctrinam Decij *in cap.* 2. *de Mo-
nachis numero* 8. *de præbendis*; ita vt Tridentini
verba potius ad ſynonima applicari videantur;
verùm ego expendo vt non ad qualitatem per-
ſonarum illa aſſignatio patrimonij porrigenda
ſit, ſed competens vniuerſaliter reſpectu ordi-
nis Clericalis, ſecundùm Epiſcopi arbitrium,
vt multis comprobat ipſe Barboſa *dict. allega-
tione* 19. *à num.* 8.

Eſt enim praxis ordinaria Epiſcoporum Hiſ- 33
paniæ, vt hæc patrimonij aſſignatio ad ordines,
fiat ſecundùm diuerſitatem temporũ, prouincia-
rum, & conſuetudinem locorum, quæ vt iam dixi
in mea prouincia veteris Caſtellæ ſufficiẽs vſque

ad hæc tempora viſa ſit illa ducatorum quinquaginta,& retro actis temporibus minor, quare Iacobus de Graſſis *conſ.4.n.5.hoc tit.* refert ſe vidiſſe in aliquibus locis aſſignatū patrimonium ſcutorum 18. alibi 25. alibi 36. & Marcus Antonius Genuenſ. *in pract. Archiepiſc. Neap. cap.* 81. & Molfeſius *in ſumm. tractatu 2. cap.15.numero 6.* teſtantur in vrbe Neapol. nullum admitti ad ſacros ordines, niſi aſſignato prius patrimonio ſcutorum 36. & in Prouincia Mediol vt habetur in Concilio Prouinciali requiritur patrimonium ſcutorum 50. vt refert Marchin. *in tract.2.de Sacramento Ordinis parte 6. cap.7. difficultate 2.num.5.* vnde etſi gloſſa *in cap.Epiſcopus*, verb. *victu* 10. *quæſtione* 2. Caputaquen. *deciſione 6. numero 2. parte 5.* Rebuffus *in praxi benef. Rubric. de reſcriptis in forma paup. numero* 2. dicant etiam eſſe aſſignandum iuxta qualitatem cuiuſque ordinandi, & iuxta gradum, contra Flamin. *dict. lib.5. de reſignat. quæſt. fin. numero* 155. & quod non tantum ſibi; ſed etiam ſuis ſatis ſit, vt ſenſuerunt Hojeda *de incompatib.benef. parte prima, cap.19. a numero* 12. Menoch. *de arbitr. caſu* 216. *ſub numero* 13. poſt Sotum, Nauarrum, & alios, Azor. *inſtit. moral. parte 2. lib 6. cap.*10. *quæſtione* 8. vbi exprimit decentem beneficij valorem eam pertingere debere ſummam, quæ Clerico ſuſtentando, ſibi, & ſuis, quin & pauperibus, ac peregrinis, & aduenis hoſpitio ſuſcipiēdis & iuribus Epiſcopalibus perſoluendis ſufficiat, vt exclamat Barboſa pro ſua patria *dict. allegat.* 19. *ſub numero* 13. Et ſic ego optatem pro Clericis noſtris Hiſpanis in vniuerſum, vt honeſtius, decentiuſvè degerent in clericali habitu: tamen cum non ſit facile, & numerus pro ſeruitio Eccleſiæ Clericorum coanguſtaretur, iterum aſſirmo ſufficientem pro hoc tempore eſſe iam dictam quinquaginta ducatorum ſummam, cui ſolent accedere aliæ obuentiones, & pitantiæ, quas Clerici intereſſendo ſolent lucrari; quæ etſi ad componendam congruam in ſufficientem pro titulo ad ordines, non computentur incongruam, verum aſſignata illa, quæ ſufficiēns viſa fuerit Epiſcopo ſecundùm locorum conſuetudinem, reuera ordinatos coadiuuant ad onera ſupportanda ſua, & ſuorum, vt paſſim videmus, iuxta quæ cum aliis congerit Barboſa ſupra *numero* 14. & Narbona *in dicta l.35. tit ... lib.1. recopilat. gloſſa 1. numero* 36. dicit præ taxatam ducatorum 50. ſummam, iam paululum apud Toletanos creuiſſe, & non nimum eſſe agnoſco; eo quod ciuitas illa, & prouincia, ſit pro congrua ſuſtentatione, & alimentis pretio
34 cæteris æſtimabilior, & carior. † Et ſic video cum multis dicere Barboſam *in dict. cap.2. Trid. numero* 58. & quod beneficium, ſeu patrimonium dicatur ſufficiens benè docent ab eo relati ibi *numero* 64. inter quos Garcia ſupra *dict.cap.5. à numero* 112. Sed ſi Epiſcopus iudicaſſet requiri prò patrimonio octoginta ducatos, & promouendus aſſereret ſe illos habere, ſi vera deficeret ab hac quantitate, quia non haberet niſi 40. aut 50. tunc peccaret mortaliter, & incurreret ſuſpenſionem, vt tradit Trullench. *de Sacram. lib.6. quæſt.vnica, dub.12. ſub n.2.*

35 Pro complemento huius dubij notanda ſunt nonnulla, primum quod patrimonium debet conſtitui ſuper re immobili, vt reſoluunt à Cuña *in comment. ad cap.1. numero 11. diſt.70.* Riccius *in praxi aurea rerum fori Eccleſ. deciſione 315. in 1. editione, alias reſ. 273. in 2.edit.* Nauar. *conſ.34. hoc titulo*, Vgolin. *de offic. Epiſcopi cap.26. §.10. numero 1.* Barboſa *in paſtorali dicta 2. parte, allegat. 19. numero 55.* Garcia *de benef. 2.parte, dict.cap.5. num.105. & 111.* Graſſ. *conſ.4. hoc titulo*, Molfeſius *in ſumma theolog. moral. tractatu 2. cap.15. numero 4. & 15.* idem Barboſa *in cap.2.Trid.ſeſſione 21. numero 35.* qui *numero 36.* cum Nauarro *dicto conſ.34.* Sayro *in floribus deciſ.ſub hoc titulo, deciſ.31.* vbi ait quod etſi patrimonium, ad cuius titulum quis ordinatur, debeat eſſe in rebus immobilibus, & non
mobilibus. † Sed non ob id incurri pœnam, ſi 36
quis ordinetur ad patrimonium, mobilium, curare tamen debere ſic ordinatum, vt in immobilia ad mentem Concilij Trid. conuertantur.

Notabis ſecundo cum Garcia *de benef. dict.* 37
2.parte, cap.5. numero 96. vt cum patrimonium, ad cuius titulum quis ordinatur, debeat eſſe res certa; fructifera, de qua ipſe diſponere valeat; taliter vt nec ob penuriam Sacerdotum ad ſacròs ordines promouendi ſint, qui ſuper alienis bonis aſſecurationem habent victus, & aliarum rerum neceſſariarum cum cautione certa ſine alio titulo beneficij, vel patrimonij.

Sequitur vt ſi bona, ad cuius titulum quis 38
ordinari prætendit, ſint hypotecæ ſubiecta pro debito, poſito autem onere hypotecæ, vt quis tali titulo nequeat ordinari; eo quod ſi creditor velit ſibi ſolutionem fieri nequeat, ex illis bonis creditor ali; non enim Concilium *in dicto cap.2.* prohibens alienationem patrimonij, ad cuius titulum quis ordinatur, tollit obligationem antea contractam, aut iuri alteri quæſito, vt tradit Nauarr. *conſ.18. hoc titulo*, & cum eo Barboſa *dicto numero 55. ſub medio*, qui dicit *ibi in principio*, ad titulum rerum mobilium non eſſe quem ordinandum, cum iſtæ facilè, vel extinguantur, vel conſumantur, nec eis eſſe menti Concilij ſatisfactum: vide infra *quæſtione 8. à num.1.*

Notabis tertiò vt nequeat ordinari quiſpiam 39
ad titulum iuris, quod habet de futuro ad congruum patrimonium, vel beneficium, vt iam ſupra *de beneficio*, dixi *ſub quæſtione præcedenti*, etiam ſub ſpe certa, & indubitata, vtpotè ſi habeat quis ſpectatiuam ad primam vacaturam, aut Patroni præſentationem, nominationem, aliamvè poſtulationem, cum ſecundùm veritatis rationem, nullum titulum habeat tempore ordinationis, qui ab eo verè obtineatur, prout Concilium requirit *in dict.cap 2. ſeſſione* 21. ſicut docent Salzedus *in addition. ad Bernard. Diaz in praxi cap.18. numero 6.* Rodrig. *quæſt.regular. tom.2. cap.15. numero* 10. Petrus Ledeſma *de Sacramento Ordinis cap.7.* poſt octauam concluſionem, Vgolinus *de poteſt. Epiſcop. dict.cap.26. §. 8. numero 3. cum aliis*, Garcia *dict. cap. 5. numero* 130. Sic probans aduerſus Maiolum *de irregular. lib.4. cap. 15. numero 5.* ſequutum à Sayro *de cenſ. lib.4 cap.14 numero 19.* Narbona *in dicta l.35.lib.1.titulo 3. recopilat. gloſſa 1. numero 64.*

Vnde ad dubium, quod ſequitur, de filio, 40
qui ſpectat amplum patrimonium ex bonis paternis, maternisvè, dico ordinari non poſſe ex fundamento ſupra proximè poſito, dum pater, aut mater pro victu filio ſuo ordinādo, nihil congruum,

gruum, aſſigoent; eò quod Concil. *in dict. cap.* 2. vult patrimonium verè obtineri, & non fictè, ſic docent in terminis Flamin. *de reſignat. lib.* 2. *q.* 6. *num.* 28. Vgolin *dict. cap.* 26. §. 9. *num.* 3. Camp. *in diuerſ. iuris Canon. Rub.* 8. *cap.* 5. *num.* 3. Molfeſius *in ſumm. Theol. tract.* 2. *dict. cap.* 15. *num.* 5. Sanchez *de matrim. lib.* 8. *diſp.* 19. *num.* 21. cum aliis Barboſa *dict. allegat.* 19. *num.* 60. contra Suidum
41 *de alimentis tit.* 7. *quæſt.* 37. *num.* 2. † Etiam ſi filius viuente patre, quodammodo Dominus videatur, iuxta §. *ſui, inſtit. de hæred. qualit. & differen.* vbi gloſſa, & æſtimum patris, æſtimum filij videatur, & exiſtimatur per *l.* 2. *cod. qui ætate lib.* 10. Alex. *in l. in ſuis, ff. de liberis, & poſth.* vbi Alciatus *num.* 10. dicit, validum eſt argumentum; pater eſt diues, ergo & filius, de quo Flam. ſupra *à num.* 36. Molina *de iuſtitia, & iure tract.* 2. *diſput.* 146. verſ. *illud præterea*, à Cuña *in cap. neminem* 70. *diſt. numero* 10. quia hæc non adaptantur Tridentini menti; eo quod pater poſſit alienare bona illa in vita ſua, etiam inuito filio, aut ſubuertere fructus rei, quantumvis fructiferæ ad libitum; eo quod Dominus ſit in poſſeſſione, & filius tantum in ſpe; de quo puncto longè agens, & noſtram ſententiam ſequutus eſt, videndus Narbona cum multis ab eo relatis *in dict. l.* 35. *gloſſa* 1. *à n.* 41.

42 Ex his etiam infero quartò, vt non ſufficiat obligatio ab Epiſcopo, vel alio quolibet facta ordines ſacros ſuſcepturn miniſtrandi, & tribuendi ex propria ſubſtantia victum, veſtitum, aliaquè vitæ neceſſaria toto tempore vitæ ſuæ, ſi nulla ſpeciatim res conſtituatur, ex qua ipſe ſibi victum habere poſſit, cùm non ob id filius ad ſacros ordines admittatur, quod Pater ſibi victum porrigere debeat, niſi peculiare aliquid ſpeciatim, à patre aſſignetur, quod filio ad vitam ſuſtentandam ſatis ſit: ſic docent in terminis Azor. *inſtitut. moral. parte* 2. *lib.* 3. *cap.* 4. verſ. *quæritur* 6. Vgolinus *dict. cap.* 26. *num.* 3. quod indubitatius fieri ex declaratione S. Congreg. Concilij *in vna Saguntina*, cuius litteram refert citatus Narbona *in dict. l.* 35. *num.* 62. & ante eum Garcia *dict.* 2. *parte de benefic. cap.* 5. *num.* 225. *&* 226. & Armendar. *in addition. ad recopil. leg. Nauarræ libro* 2. *titul.* 18. *l.* 1. *de patrimon. Clericor. num.* 17. dicit pariter reſolutum promoueri minimè poſſe, etiam ſi Epiſcopus obliget ſe ſuppleturum, quod ad alimenta ſufficiat quovſque habeat vnde ſe ſuſten-
43 tare poſſit ordinandus. † Verùm addit ibi *n.* 30. vt cum adeſt Clericorum penuria, poſſit Epiſcopus ob neceſſitatem Eccleſiæ ordinare ad Subdiaconatum ſuos Clericos, cum aſſignatione perpetua fructuum ſufficientium ad ſuſtentationem, vt repetit Barboſa *dict.* 2. *parte, in paſtor. allegat.* 19 *ſub num.* 24. *in fine*, & vberius *num.* 73. intelligens etiam poſſe, dummodo adſit qui ei ſpondeat neceſſariò ſubminiſtraturum, referens à Sacra Congreg. deciſum cum Lotterio, & aliis, ſed fieri non poſſe, prædicta penuria ceſſante, & in caſu penuriæ admitto dictum Narbonæ ſuprà *dict. gloſſa* 1. *num.* 63. qui cum Vgolino *dict. cap.* 26. §. 14. *num.* 2. dixit, vt quis poſſit ad ordioes admitti, & ſiue nullus præſcribatur fundus, ex quo ſuſtentationem accipiat, dummodo Epiſcopus, aut quis alius promiſerit ſe Titio centum aureos ex fructibus bonorum ſuorum quotannis præſtaturum; nam vt dixi abſque fundo perpetuo, aut reditu ſecuro, ſemper nequit ordinari quis, non enim Epiſcopalis promiſſio eſt perpetua de ſe.

Sed ſi pater filio donauerit patrimonium tale, 44
vt vſum fructum habeat interim, dum beneficium aliquod, aut bona alia ad eius congruam ſuſtentationem acquirat, exiſtimo ſufficienter ad illius titulum poſſe ordinari, vt docent Sel. *in ſelectis Canon. cap.* 3 *num.* 2. vbi dixit ita fuiſſe reſolutum à Sacra Congreg. Epiſcoporum, & Regul. *in Eugubina* 21. *Maij* 1590. ſequitur Barboſa *in dict. cap.* 2. *Trid. ſeſſ.* 21. *num.* 41. † qui etiam 45
num. 45. cum Alex. reſoluit vt poſſit quis ordinari in ſacris cum patrimonio ſibi aſſignato à patre in bonis, quæ ſunt directi Dominij Eccleſiæ, & de quibus ſoluitur quædam rata fructuum in recognitionem, quatenus vtile Dominium bonorum per patrem aſſignandorum filio legitimè transferri valeat, & ad illius vitæ honeſtè ſuſtentandum, bona illa ſufficiant.

Et ob id infero vt quis ad titulum aditæ hære- 46
ditatis poſſit ordinari, iuxta textum *in cap. Epiſcopus de præbend.* vt docet Narbona *in dict. l.* 35. *Rubr. titul* 3. *lib.* 1. *recopil. num.* 8. id probans; quia tunc ea, iam eſt proprium patrimonium hæredis ex textu, *ſed ſi plures* 10. §. *filio impuberi, ff. de vulgari*, Iaſon. *in l.* 1. §. *veteres, num.* 19 *ff. de acquirenda poſſeſſ.* Bartol. *in Rubr. de acquir. hæred. n.* 1. Corraſius *in l. poſt aditam n.* 26. *cod. de impub. ſubſtitut.* Barboſa *in Rubr. ff. ſoluto matrimon.* 4. *p. n.* 19. & alij; ſed non inquam vt iam dixi ad titulum futuræ hæreditatis paternæ, vt poſt longam diſputationem reſoluit idem Narbona videndus *à num.* 37. *in dicta gloſſa* 1. † Et hic ad- 47
do poſſe filium cogere patrem, vt iuſtum ſibi patrimonium conſtituat pro ordinibus, & matrimonio ſpirituali; provt poteſt illum contingere ad dandam ſibi dotem pro matrimonio carnali, Campanil. *in diuerſor. iuris Canon. Rubr.* 8. *cap.* 5. *num.* 14. *&* *n.* 64. *& ſequentib.* cum Riccio *in praxi fori Eccleſiaſt. deciſione* 594. *in* 1. *editione, & reſolutione* 522. *in* 2. *editione* Trullench. *dicta quæſtione vnica dub.* 12. *ſub num* 4. cum aliis Barboſa *dicta* 2. *parte allegatione* 19. *num.* 63. Sanchez *de matrimonio libro* 4. *diſputatione* 26. *ſub numero* 7. & alij.

Sextò notabis, vt poſſit quis ordinari ad titu- 48
lum patrimonij, quod conſiſtat, tam in cenſu vitalitio, quàm perpetuo, & redimibili; eo quod eſt titulus per ſe frugifer certus, & firmus; ex quo quis acquirit ius habendi certam penſionem; ex qua congruè viuere poſſit: ſic docent Garcia *de benefic. dicta* 2. *parte cap.* 5. *num.* 45. Cencius *de cenſibus parte* 1. *cap.* 3. *quæſt.* 1. *art.* 2. *à numero* 4. *vſque ad* 36. & dicit Barboſa contra Vgolinum, & Bonacinam *dict. allegat.* 19. *num.* 55. in verſ. *ad titulum.* † Nam licèt cenſus perpetui 49
redimi, & extingui poſſint; poterit tamen ipſa tituli erectione hæc cautio adhiberi, vt in caſu ſcilicet redemptionis, & extinctioois, pecunia ex Epiſcopi decreto iterum quamprimum io beneficium euſdem promori implicetur, & reinveſtiatur, vt declarauit Sacra Congreg. Concil. *ſub die* 2. *Iunij* 1629. † Vide quæ nouiſſimè conge- 50
rit Diana *parte* 9. *tractatu* 8. *miſcel. reſ.* 25. cum Machado *de perfecto Confeſſore tom.* 2. *libro* 4. *parte* 1. *tractatu* 7. *document.* 7. *num.* 6. Marchino *de Sacram. Ordin. tract.* 3. *p.* 6. *cap.* 7. *diſ....* nam vt ait Molin. *de Hiſpan. primog. l.* 2. *c.* 10. *n.* 2. ille cenſus redimibilis, eſt etiam ſufficiens pro conſtitutione

vinculi, & maioratus perpetui, vbi etiam Diana tradit cautelam relatam ad conſeruationem pecuniæ redemptæ.

51 Ex quo infero, vt patrimonium pro Clericis, ad ſacros ordines, poſſit conſtitui ſuper annuis perpetuis cenſibus cum cautione; quod ſi cenſus redimerentur, vt dixi, & notat idem Barboſa *in dict.cap.2.Trid.num.*40.cum Aldano *in compendio.*
52 *Canonic.reſol.lib.1.tit.10.num.3.* † qui ait *num.46.* cum Garcia *dict.cap.5.num.79.*Armendar. *in dicta l.1. de patrimonio Cleric. num.5.* Campanil. *dict. Rubr. 8. cap.4. num.3.* & ipſe *in dict. allegat. 19. num.56.* vt poſſit quis ordinari ad titulum bonorum immobilium, & annuorum redditutum, ſibi donatorum, ſi Epiſcopus iudicauerit, eum aſſumendum pro neceſſitate ſuarum Eccleſiarum, donationeſque huiuſmodi bene, & abſque vllà fraude in forma, valida fierent, ac bona, & redditus donati promouendo, ſufficiant ad vitam ſuſtentandam, & nullomodo poſſint alienari abſque Epiſcopi licentia, donec ille ſufficiens adipiſcatur beneficium, vel aliunde habeat, vnde commodè viuere poſſit, vt referunt deciſum Garcia *dict.cap.5.p.2.num.79.*Armend.*in dicta l.1. de patrim. Cleric. num.5.* Campanil. *vbi ſupra*; etenim ſi donatio realiter vera eſt,& non ficta, & quæ deinceps iterum alienari non poſſit, dicunt relati, vt ſit titulus ſufficiens, & tenent Narbona *in dict.l.35.gloſſa 1. num.9.* & Vgolinus *dicto cap.26.§.9.num.4.*Moſcon.*de maieſt. Eccleſia Milit.lib.1.p.2.cap.1.pag.*380.Azor. *inſtit. moral.p.2. lib.3.cap.4.queſt.1.*

53 Notabis ſeptimò, quòd ſi donatione facta, & ſequuta traditione bonorum donatorum pro patrimonio ad ſuſcipiendos ordines Clericus donatarius moriatur, ante ſuſceptos ordines, non obſtate decretum *Trid. in dict.cap.*2. vt eo minus donans recuperet eadem bona, ſi attento iure communi reſtituenda forent, vt tenet Sel. *in ſelectis Canon.cap.3.num.3.* vbi ait ſic deciſum, & reſolutum *in Mutinen. 11. Iunij* 1631. ſequitur Barboſa *in dicto cap.2.num.43.*

54 Notabis octauò, quòd ſi quis careret ſufficienti titulo beneficiali, & haberet tantundem patrimonij, quod beneficio adiunctum ſufficientem conſtitueret titulum, permittatur ad ſacros ordines aſcendere, vt iam dixi, & docent relati à Barboſa, quos ipſe ſequitur *in dict.cap.2.Trid.num.48. & in dict.alleg.19.num.14.*

55 Ad tertiam quæſtionis partem de diſpenſatione in Interſtitiis, exiſtimo reſpondendum eſſe affirmatiuè, provt ſupra reſponſum præbui *in cap.* 2. cum aliis ibi explicatis; & ſic non repeto; quia eo quod ordinat ſufficienter Epiſcopus ad titulum patrimonij, ſeu penſionis, non eſt cur ne-
56 queat in Interſtitiis diſpenſare. † Ad quæſtionem, *An ad diſpenſandum in Interſtitiis à Diaconatu ad Præſbyteratum, ſit neceſſaria vtilitas, & neceſſitas Eccleſiæ copulatiuè*, & pro intellectu Trid. *seſſ.23. cap.11. 13. & 14.* affirmant Caſtrus Palaus *tom.4.tract.27.punct.13.num.7.*Marchin.*de Sacram.Ordin.tract.1.p.2.cap.3.num.2.* Auerſa *de Sacram.Ordin. queſt.3.sect 9.* quia ita copulatiuè exigit Tridentin. quos ſequitur Diana *p. 10. tractatu 11.reſ.10.* plura adducens, vbi quid de Religioſis.

57 Ad quartam quæſtionis partem, *Num poſſit dimiſſorias concedere*, & ſimili modo reſpondeo ex *ibi* dictis; & addo cum Garcia *de beneficiis p.2.cap.5.num.76.* & Barboſa *in cap.2.Trid. ſeſſione 21.num.44.*vbi Clericis abſentibus, qui Eccleſiis neceſſitatem habentibus ſubuenire, aut vtilitatem aliquam afferre non poſſunt, poſſit Epiſcopus concedere dimiſſorias, vt ad patrimonium, vel penſionis Eccleſiaſticæ titulum ordinentur.

Ad vltimam quæſtionis partem, an poſſit Clericus alienare patrimonium, ad cuius titulum fuit ordinatus abſque licentia Epiſcopi, ſi aliunde acquiſiuit beneficium, vel alia bona ſufficientia pro victu; & pro affirmatiua ſententia videntur verba Trid. *in dict.cap.2. ſeſſ.21.* in verſ, *donec beneficium Eccleſiaſticum*; ita vt ea alienatio valida ſit abſque conſenſu proprij Epiſcopi, eo quòd illud aduerbium *donec*, reſtringit omnia ante dicta, ſitque temporis limitatiuum, vt cum multis probat Barboſa *in tract. de dictionibus vſufreq. dict.q.3.num.3.*propterea que ſit ſenſus affirmatiuè conſtituendus, nempè quod ordinatus ad titulum patrimonij, vel beneficij, poſſit ſine licentia ordinarij vendere patrimonium, beneficiumque reſignare, ſi habeat vnde viuat. Et hanc partem tenent, & concludunt Flamin. *de reſignat. vbi ſupra queſt.6.num.16.*Zeuallos *in pract.queſt.527. num.8.& queſt.561.à num* 22.Nicolaus Garcia *de benefic. dict.2.part. cap.5. num.186.* & latè agens Narbona *in dict.l.35.gloſſa 1.tit.3.libro 1. recopil. num. 89.* Rodericus à Cuña *in comment. ad textum in cap.1.diſt.70. num.26.* Azor. quem refert Barboſa *in dicto cap.1.num.63.* Stephan.Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 159. numero 14.* Valenzuela *conſ.32.num. 21.& 22.tom.1.* Molfeſius *in ſumma tract. cap.18.* acerrimè defendit cum multis Narbona *in dict.l.35. à n.38.* 58

Prædicta opinio ſequi non incongruè poteſt, 59
ſed contraria validioribus nititur argumentis, quam ſequuntur Burſatus *conſ.178. num.5. lib.2.* Iulius Cæſar Madius *de ſacris ordinibus in quodam diſcurſu ſupra cap.5. eiuſdem libri ad finem operis, pagina 351.numero 2.* Marchinus *de Sacramento Ordinis tract.2. part. 6. cap. 7. difficult. 9.* Quintan. *Eccleſiaſt.lib.3.num.72.* Zened. *in pract. canon. queſt. lib.1. quæſt.11. num.9.* Vgolin. *dicto cap.26. §.13. num.4.* dicens patrimonium alienari non poſſe, nec valere alienationem ſine Epiſcopali licentia, etiam ſi tunc haberet vnde viuere poſſet, niſi notorium eſſet, quod eſſet ſufficiens licèt tutius ſit vt is, in quem alienatio fit, habeat id cum licentia Epiſcopi, quia ſi contingeret, vt poſtea acquiſitum profunderet, admitteretur Clericus ad patrimonium prius habitum, ſed indiſtinctè: Sequitur Campanil. *in diuerſ. Iuris Canon. Rub.8. cap.vltimo, num.9.*verſ. *& obuiam propè finem.*

Vbi pro declaratione Concilij *in dicto cap.2.* 60
dicit duo eſſe concurrenda in patrimonij alienatione, vnum quod alia res ſubrogatur pro decenti victu, alterum quod Epiſcopus cognoſcat, & comperto ita eſſe aſſentiat: & addit Campanil. illa verba Trid. *Atque deinceps ſine licentia Epiſcopi alienari*, ita ſumi, id eſt, *atque illa deinceps, etiam cum licentia Epiſcopi alienari, &c.* vel *non poſſint ſine licentia; donec*, & cum duæ negationes affirment voluiſſe Trident. vt poſſint cum licentia, quando beneficium Eccleſiaſticum. † Nam dictio illa *donec* re- 61
ſtringit, vſque ad illud tempus; ergo eo elapſo permittit, ex textu ſingulari *in l. generaliter ff. de*

decurio

decurionibus : & hanc proſequutus docet Barboſa *in paſtorali dict. c.19.p.2. n.90.* dicens verba Trid. ibi : *Sine licentia Epiſcopi*, fruſtratoriè addita, alias dici contra vulgare axioma, quod in legibus nullum verbum iudicatur ſuperfluum, eamque videtur tenere, etiam *in dict.cap.2.Trid.dicto n.63.* in verſ. *contrarium verò.*

62 Itaque generaliter receptum eſt, vt bona, ad quorum titulus quis ſit ordinatus, nequeant alienari ſine licentia Epiſcopi per verba *dict. cap.2. Trid.* in dicto verſ. *atque deinceps*, quæ inducunt actus nullitatem ipſo iure propter aduerbium illud *nullatenus*, quod tollit omnem alienandi potentiam ex gloſſa *in Clementina* 1. verb. *nullatenus de ſequeſtr. poſſeſſ. & fruct.* reſoluunt Gratianus *diſcept. forenſ. cap. 159. numero 18.* Zeuallos *in pract. quæſt.527. num.10. & q.900. num.5.* Gonzalez *ad regul.8.Cancel.gloſſa fin.n.65.* Sanchez *de matrim.lib.6.diſp.32.num.7.* Barboſa *dict.quæſt.236.num.4. in paſtor.dicta alleg.19.n.75.*

63 & in Trid. *num.59.* † Vbi idem dicit de venditione, aut extinctione penſionis, & in venditione patrimonij, etiam ſi aliqui ſint auſi contrarium aſſerere, quos ipſe refert *dicta alleg.19. ſub num 78.* item in promiſſione de vendendo; item in tranſactione, ſi patrimonium dimittat; ſic & in diuiſione ipſius patrimonij, & in permutatione, & in donatione in ſolutum, & in hypoteca, vt multis exornat idem Barboſa *dicta alleg.19.à num.79.qui num.87.* ait vt non tantum huiuſmodi patrimo-

64 nium alienari prohibeatur, † ſed nec præſcribi tempore ordinario, prout in Supremo Luſitaniæ Senatu iudicatum refert cum Melchiori Phebos eiuſdem Senatus *deciſ.1. tom.12.* alia dicit *in dict. Trid. cap.2.num.59. 60. 61. & 62.* bene diſputat Narbona *in dicta l.35.gloſſ.1.à num.85.* qui etſi referat plures ſentientes, non eſſe ipſo iure nullam talem alienationem, noſtram ſententiam, amplectitur addens *num. 86.* in verſ. *adeo*, vt adeo patrimonij alienatio viribus euacuetur, vt nec quidem ſuſtineatur; licet æs alienum contractum, cauſam alienationi præbuerit: Sic Garcia *dict.c.5. part.2.§.1.num.141.* Vgolin. *dict.cap.26.§.13.* Ioanne Gutierrez *de gabellis quæſt.22.num.7.* & alij re-

65 lati à Garcia. † Verùm Diana ad vtramque partem diſputans omnino videndus cum multis *dict. 9.p.tract.8.reſ.23.* videtur tenere, vt alienatio non ſit ipſo iure nulla, vbi bene defendit, & Ægidius Trullench. *de Sacram.lib.6. cap. vnico, dub.12. ſub num. 7.* per alienationem; quia nomen generale eſt, & intelligi venditionem, promiſſionem de vendendo, tranſactionem ipſius patrimonij, diuiſionem, permutationem, dationem in ſolutum, hypotecam, item & præſcriptionem, cum multis Barboſa *dict. allegat.19. à num.75. & num.87.* vt iam dixi, quibus etiam addo reſignationem, ſeu renunciationem, vt bene Barboſa *recopilat. ſub dict. cap. 2. Trid. ſeſſ.21. circa finem.*

QVÆSTIO VIII.

An contracto iam ære alieno, tempore, quo patrimonium in titulum alicui collatum eſt, nondum tamen ſuſceptis ordinibus, eius prætextu iuſtè ad ordines promoueatur, vel ob iſtam cauſam poſt factam ordinationem, patrimonium alienationem patiatur. Et an donatio patrimonij abſolutè, & illimitatè facta Clerico cauſa ſuſcipiendi ordines ſacros ad hæredes tranſmittatur, an verò mortuo donatario ad donantem reuertatur. Et an ſufficiat patrimonium ab alio donatum ſub conditione, vt ceſſet ſtatim, ac ordinando de ſuſtentatione prouiſum eſt. Et an patrimoniam Clerici illi à Patre donatum, vt poſſit ordinari, ſit ſupputandum inter bona legitima. Et num patrimonij bona gaudeant priuilegiis Eccleſiaſticorum: & de aliis?

SVMMARIVM.

1 *Patrimonium ære alieno grauatum, non eſt titulus ſufficiens ad ordines.*

2 *Patrimonium donatum, ſufficiens titulus non eſt, cum eius donatio ſit ſub pacto de non petendo.*

3 *Patrimonium donatum ad ordines poſt mortem ordinati, tranſit ad eius hæredes, nec reuertitur ad donatorem.*

4 *Patrimonium ad ordines à Patre donatum filio, in perpetuum acquiritur.*

5 *Patrimonium à tertio donatum, ea conditione, vt ceſſet ſtatim, quo ordinatus de ſufficienti ſuſtentatione prouiſus, eſt titulus ad ordines.*

6 *Beneficium impetratum, dum eius poſſeſſio prohibita eſt, non eſt titulus ad ordines.*

7 *Patrimonium à patre donatum pro filio ordinando ſupputatur in eius legitima*, num. ſequentibus, *contra* à num.13. *declaratur* num.17.

8 *Filius capit à patre donatum ratione militiæ titulo legitima; item Doctoratus gradu*, n.9. *contra* n.15. & 19.

10 *Donatio ad ordines, & cauſa militiæ, & Doctoratus, non eſt ſimplex, ſed cauſatiua.*

11 *Donatum à Patre filio cauſa matrimonij confertur in legitimam.*

12 *Dos filiæ ingredienti Monaſterium, à patre aſſignatur, etiam inuito.*

13 *Donata ob cauſam, fiunt caſtrenſe, vel quaſi caſtrenſe peculium.*

14 *Alimenta neceſſaria non computantur filio in legitimam.*

15 *Expenſa facta pro doctorando filium, non veniunt in legitimam.*

16 *Donatio ſimplex non imputatur in legitimam.*

17 *Donatum à patre pro ordinando filio, etſi computetur in legitimam, fiet intra meliorationes tertij, & quinti bonorum partis.*

18 *Donationes omnes à parentibus filiis factas, ſunt redigendæ ad tertium, & quintum.*

19 *Militia, ſeu eius æſtimatio à patre filio empta, computatur in legitimam.*

20 *Patrimonium donatum filio pro ordinibus, gaudet immunitate à collectis, interim, dum aliundè ordinatus, non adipiſcitur titulum perpetuum pro ſuſtentatione congrua, & hoc à die ordinationis, non donationis facta,* n. 21.

22 *Patrimonium vt admittatur in titulum ad ordines, debet prius ab Epiſcopo per edicta publica vocare omnes, qui ad illius bona Ius habeant, vt veniant intra certum tempus, quo elapſo, liberum erit patrimonium ab euictione,* n 23.

24 *Donatio facta patrimonij pro ordinando filio, non debet inſinuari, ſicut facta pro matrimonio,* n.26.

25 *Donator patrimonij ad ordines, non tenetur de euictione, alij contra,* n.26.

27 *Patrimonium deſideratum pro ordinandis intelligitur tantum de Clericis ſæcularibus.*

28 *Profeſſio eſt titulus ad ordines in Religioſis.*

29 *Ieſuita poſt tria vota de licentia ſui Generalis, & poſt biennium, poſſunt in ſacris ordinari abſque alio titulo.*

1 AD primam quæſtionis partem videtur reſpondendum, vt nequeat ordinari ex his, quæ dixi ſupra *ſub quæſt. præcedenti*, in verſ. *ad ſecundum*, ibi, ſub verbo *notabis ſecundò*, cum Garcia, & aliis, vbi de eo, qui vult ordinari ad titulum patrimonij obligati hypotecæ; & ad vtramque partem proſequitur Garcia *dicta* 5. *p. de beneſ.* §. 1. *à num.* 136. omnino videndus, vbi cum nonnullis diſtinctionibus ſoluit; imò & ſolui poteſt ex iam dictis *dicta quæſt. præcedenti.* Et ſic non immoror, quare videbis Vgolinum *de officio Epiſcopi cap.* 26.
2 §. 11. *num.* 3. Nauarr. *conſ.* 18. *hoc tit.* † Et idem Garcia agit latè de alia quæſtione ibi *à n.* 151. de eo qui ordinatur ad titulum patrimonij ſibi donati cum pacto de non petendo, ſeu de illo poſtea reddendo, qui inualidus eſt, cum ſit titulus fictus, ipſe latè agit, ſed comprobatur ex dictis *ſub dicta quæſt.* 7. verſ. *ad ſecundam.*

3 Ad ſecundam quæſtionis partem, vt bona ſic donata abſolutè, & illimitatè, tranſeant ad hæredes donatarij poſt eius mortem, & nullomodo ad donantem, docent Barboſa *in paſtor. p.* 2. *allegatione* 19. *ſub num.* 90. in verſ. *an donatio*, Cæſar Madius *de ſacris Ordinibus fol.* 145. Galetius *in Margarita caſuum conſcientiæ*, verb. *conditio*, verſ. *ſecundo*, qui etſi rationem non reddat, ea efficax eſt, nam ex tali donatione ſimplici, abſoluta, & illimitata acquiritur Ius perpetuum donatario, ratione ordinis ſuſcepti; ergo non eſt cur eo mortuo reuertatur ad donatorem; imò potius tranſire ad hæredes donatarij, & patet ex adductis ſupra *ſub dicta quæſt.* 7. in verſ. *ad ſecundam.*
4 † Quod etiam confirmatur, nam etſi donatio inter patrem, & filium ſit inualida, tamen facta cauſa patrimonij ad ordines ſuſcipiendos, eſt valida, & irreuocabilis, Campanil. *in diuerſ. Iuris Canon. Rub* 9. *cap.* 6. *num.* 10. cum aliis Barboſa *dicta allegat.* 19. *num.* 61. *&* 62. Ægidius Trullench. *de Sacrament. lib.* 4. *quæſt. vnica num.* 4. vide infra *ſub verſ. ad quartam.*

5 Ad tertiam quæſtionis partem an ſufficiat patrimonium ab alio datum, & videtur reſpondendum cum Tyberio *in inſtructione ordinum cap.* 9. *quæſt.* 72. Diana *parte* 9. *tractatu* 8. *miſcel. reſol.* 25. in verſic. *ſed hic* de rigore eſſe admittendum, vt ceſſet ſtatim, ac de ſuſtentatione ordinato fuerit prouiſum; quia patrimonium abſolutè datum, renunciari poteſt, etiam de Epiſcopi licentia, obtenta aliunde ſuſtentatione decenti, ſed Epiſcopus admittendo talem cautionem dat licentiam; ergo, dicentes etiam, vt in actu, quo renunciatur, debeat Epiſcopus interuenire: alia inquam congerit Diana *in verſ. notandum*, quæ iam ſupra
manent explicata de titulo de futuro, † vbi etiam 6
in verſ. hinc, addit contra Rodriguez *in ſumma parte* 2. *cap.* 15. quod impetrato beneficio, ſed prohibita poſſeſſione à Iudice ſæculari, non poſſit aliquos ſacros ordines ſumere; quia Concilium ante ordinationem præréquirit pacificam poſſeſſionem.

Ad quartam quæſtionis partem, an patrimo- 7
nium à patre donatum pro filio ordinando, ſit ſupputandum in eius legitimam. Et quia longè Doctores, quos referunt Narbona *in l.* 35. *gloſſa* 1. *tit.* 3. *lib.* 1. *recopil. à num.* 11. Barboſa *dicta allegatione* 19. *à num.* 64. nouiſſimè Diana *dicta parte* 9. *tractatu* 8. *miſcel. reſol* 24. infinitos referant, & ipſi ad vtramque partem tractent, mihi arridere non parum videtur ſententia eorum, qui dicunt illa bona ſic donata computanda eſſe in legitimam filij ordinati ex ratione adducta ſupra *ſub verſ. ad ſecundum*; quia talia bona, vt ibi dixi per ſe tranſmiſſibilia ſunt, & alienabilia de ſui natura, cum prohibitio perpetua non ſit pro omnibus futuris temporibus, ſed tantum pro vita ordinati, aut dum aliam congruam ſuſtentationem non adipiſcatur, iuxta quæ dicit Gutierrez *practic. libro* 2. *quæſtione* 65. Narbona vbi ſupra *numero* 19. *&* 89.

Et confirmatur primo ex ſententia vallata Iu- 8
ſtiniani reſcripto *in l. omnimoda* §. *imputari cod. de inofficioſo teſtament.* vbi filius quod occaſione militiæ à patre natus, capit portionis legitimæ titulo; igitur & id, quod occaſione ſacrorum ordinum lucretur, debet eodem iure cenſeri; deinde, quia rectum argumentum ſumitur de Sacerdote ad Doctorem *ex l.* 1. ibi: *Cuius merito quis nos Sacerdotes appellat, ff. de Iuſtitia, & iure*, Marcus Mantua *obſeruat. legal. lib* 2. *obſeruat.* 19. verſ. *ſet-*
tuageſimus. † Sed quæ in filij Doctoratus gradu 9
pater impendit imputatur in legitimam, vt docuit Parladorius *differ.* 150. §. 4. *num.* 3. & alij communiter; igitur, & datum pro aſſequendis ordini-
bus. † Et confirmatur tertio; quia prædicta do- 10
natio non eſt ſimplex, ſed ob cauſam, verum vt talis donatio computetur, ſufficit quod à Patre proficiſcatur, ex neceſſitate, etſi præciſa *ex dict. l. omnimodo* §. *imputari ff. de inofficioſa*, quam ſic Salzedus ad Bernard. Diaz *in praxi cap.* 18. *n.* 16. expendit, ſequitur, & explicat idem Narbona *ſupr. num* 20. *&* 21.

Vlterius confirmatur eo quòd valet argumen- 11
tum de matrimonio carnali ad ſpirituale, vt ſupra dixi *de translatione Epiſcopi in cap. inter corporalia, cap. tua de ſponſ. & ſub hoc tit.* ſed ſic eſt quod filius confert à patre datum, vt in matrimonium carnale eat, vt benè cum multis Pichard. *in* §. *quædam* 20. *inſtit. de actionib. à num.* 21. *ad* 47. ergo & ſimiliter donatum, ac datum à patre pro ordinando filio in ſacris, iuxta textum *in c. Epiſcopus* 4. *de præb. & in cap. cum non deceat* 2. *Trid. ſeſſ.* 21. quoniam negari non poteſt huiuſmodi negationem fieri ob neceſſariam cauſam, ad quam pater inuitus cogi poſſit, † quia quemadmodum

Digitized by Google

admodum, quando filia ingreditur Monaſterium, pater iudicis officio cogitur inuitus dotem ei aſſignare; argum. textus *in l. qui liberos 19. ff. de ritu nupt.* cum aliis, quæ debet in legitimam imputari, vt probat idem Pichard. *dict. num.* 47. legendus *num.* 29. Sequitur vt eodem modo imputetur filio in legitimam, quod ei ad ſuſcipiendos ordines à patre ſit datum, ad inſtar propter nuptias donationis: hanc ſententiam expreſsè defendunt Couarru. *in cap. Raynaldus, § 2. num 7. de teſt.* Didacus Perez *in l. 4. tit. 12. lib. 3. ordin. pag.* 1187. Auendañus *reſponſo* 17. Ioannes Gutierrez *dict. lib. 2. practicar. cap. 65.* Anton. Gomez *in l. 29. Tauri num. 21. verſ. ſubinfero.* Menchaca *de ſucceſ. creat. lib. 3. § 22. num. 44.* Ioſeph Gonzalez *variar. cap. 22. num. 25.* Garcia *de benef. 2. p. cap. 5. § 1. num. 159.* Vgolin. *de poteſtate Epiſcop. cap. 26. § 9. num. 4. verſ. atqui.* Moljna Theologus *de iuſtitia, & iure tom. 2. diſp. 238. num. 15. & diſp. 241. in fine*, Pichard. *dict. num. 47.* Bonacina *tom. 3. diſp. 1. quæſt. 19. punct. 3. § 1. num. 14.* Marchinus omnino videndus *de Sacram. Ordin. tract. 2. p. 6. cap. 7. difficult. 10.* Caſtrus Palaus *tom. 4. tract. 27. diſp. vnica, puncto 11. num. 6.* & alij viginti quinque Doctores, quos refert, & ſequitur Barboſa ſupra *à num. 64.*
13 † contra alios per eum adductos *num. 70.* contrariam ſequentes ſententiam; eo quod donata ob cauſam fiunt Caſtrenſe, vel quaſi Caſtrenſe filij peculium, quod non imputatur in legitimam; argum. textus *in l. eod. familia erciſcundæ l. 5. tit. 15. p. 6. l. 3. tit. 4. p. 5.* vt pluribus exemplis exornat Matienzus *in l. 3. tit. 8. lib. 5. recop. gloſſ. 2. à n. 3. & 11.* ſed bona collata ad Ordines, fiunt quaſi caſtrenſia; ſiquidem gaudent priuilegiis Eccleſiaſticorum, vt multis relatis tradit Azeuedus *in l. 10. tit. 6. lib. 5.*
14 *recopilat. num. 30.* ergo. † Deinde quia bona prædicta ſunt filio conceſſa pro alimentis neceſſariis; hæc enim non conferuntur, vt dicit Pichardus ſupra *art. 3. num. 56.* quia pater non ſolùm poſt mortem tenetur filiis legitimam relinquere, verum eis viuus alimenta præſtare, iuxta qualitatem perſo-
15 næ, vt paſſim Doctores obſeruant. † Deinde quia expenſæ factæ pro doctorando filium non veniunt in legitimam, vt docent Rebuffus *de priuileg. ſcholar. priuilegio 55. num. 3.* Valaſcus *de part. cap. 13. num. 175.* Perez *in l. 8. tit. 2. lib. 1. ordinam. & lib. 5. tit. 7. pag.* 208. nec venire quæ conceduntur pro ingredienda militia, reſoluunt idem Valaſcus *dict. cap. 13. num. 60. & 61.* & plures relati à Flores de Mena ad Gamam *deciſ.* 140. *in princ.* Gratianus *regula* 195. Stephanus Gratianus *diſcept. forenſ. 1. p. cap. 159. à num. 31. & cap. 297. à num. 8.* Riccius *in praxi Eccleſiaſt. deciſ. 86. num. 4. & deciſ. 594.* alij plures relati à Narbona ſupra *à*
16 *num.* 11. † Qui etiam probat, quia donatio ſimplex in legitimam non imputatur *ex l. ſi quando 35. §. fin.* ibi: *Vel inter viuos, donatio in quartam ei computatur*, iuncta gloſſa, verb. *comput. cod. de inofficioſo teſtam. l. illud 20. in fine*; & ibi etiam gloſſa *impoſuerit*, & *in auth. ex teſtamento*, verbo *datorum cod. de collation.* quia quod pater filio donat, cum vult præcipuum ſibi habere; quod ſi in legitimam imputaretur, donatio, deinde non eſſet, ſed donatio filio facta pro ordinibus ſimplex eſt; ita vt ob cauſam dici, cum ob neceſſitatem fiat; quia ea, quæ dicitur ob cauſam præ ſe fert cauſam neceſſariam, qualis non inuenitur in dato ad ordines à patre filio; ſed conuincitur Barboſa à ſe ipſo ex dictis infra *in verſ. notabis ſecundo.*

Ego autem pro prima ſententia ſum etſi fateat 17
probabilem eſſe hanc ſecundam: nam reuera nullus negare poteſt quod datum ad ordines filio, datur ob cauſam vtilem ipſi filio, quare mirum eſt, vt teneatur in legitimam conferre; tum quia etſi de illis bonis, dum viuit, nequeat diſponere vendendo, aut alienando proprietatem, vtitur tamen ſecurius de fructibus in perpetuum. Ad argumenta contrariæ ſententiæ reſpondeot Caſtrus Palaus, & Marchinus *ſupra* tenet etiam noſtram ſententiam vt probabiliorem Diana *dicta reſ.* 44. Et quia vtraque habet acerrimos authores, & pro negatiua proxima relata adſint Ioannes Faber, & ſequaces, & Angelus *de meliorat. lib. 9. gloſſa 4. num.* 16. quorum etiam fundamentis reſpondent Gutierrez *dicto cap.* 56. & Auendañus *dicto reſp.* 17. exiſtimo ſic cum Pichardo *dict. num. 47. in fine*, in amicitiam poſſe reduci, vt ſaltim quamvis donatio hæc in legitimam non imputetur, vt voluit etiam Garcia *in ſumma mor. tract. 1. diſ. 1. dubio 5.*
puncto 539. † computetur tamen in tertium, & 18
quintum, ad quæ omnes donationes à parentibus factæ, veniunt redigendæ *ex l. 26. Tauri, & l. 10. tit. 6. lib. 5. recop.* vt conciliat Velaſquez de Auendañ. *in dicta l. 29. Tauri gloſſa 3. num. 8.* † Et quod 19
militia, ſiue eius æſtimatio à patre filio empta in legitimam imputetur, probat Pichardus ex multis iuribus *dict. art. 3. à num. 48.* omnino videndus, vbi *à num. 49.* idem dicit *de officio Tabellionatus filio empto*: alia videbis tradita à Barboſa *de iure Eccleſ. p. 2. cap. 33. à num. 151.*

Ad quintam quæſtionis partem, nùm patrimo- 20
nium datum pro ordinando aliquem in ſacris, gaudeat priuilegio bonorum Eccleſiaſticorum; & quod illo priuilegio potiatur; ita vt non poſſit à Principe collectari, docent Menochius *de recup. rem. 15. num. 21.* Marc. Anton. *variar. reſolut. lib. 1. reſol. 88.* Stephan. Gratianus *diſcept. forenſ. cap. 159. num. 2.* Martha *de iuriſd. p. 4. caſu 11. num. 45.* Sanchez *in opuſculo mor. lib. 7. cap. 1. dub. 36. in princ.* Lotterius *de re beneficiar. lib. 1. quæſt. 2. num. 27. & 36.* ſaltim interim quo non extinguitur titulus per adeptionem beneficij Eccleſiaſtici, Spino *de teſtam. gloſſa 18. num. 72.* Azeuedus *in l. 1. num. 9. tit. 4. lib. 1. noua recopil.* Zeuallos *in practicis q. 527. n. 4.* quos refert, & ſequitur Zenedus *pract. q. 1. q. 11. num. 6.* Ciarlin. *controuerſ. forenſ. cap. 22. num. 48.* optimè Marcellus Vulpeius *in ſua praxi iudic. Eccleſ. cap. 17 num. 24.* Barboſa *in paſtor. p. 2. dict. c. 19.*
num. 91. † vbi addit vt Regia Camera ſummariæ 21
Neapol. obſeruet, quod de donatione facta clerico, vt poſſit aſcendere ad ordines ſacros, donatarius ſit immunis à gabella à die promotionis, & non à die factæ donationis: verum *num.* 92. addit quoad decimam Parochialem certum eſſe, vt ſoluat clericus de patrimonio ſic aſſignato ex gloſſa fin. verſ. *Credo quod propter clericatum, in dict. cap. tuis de præb.* vbi Abbas *num.* 6. Lotter. *de re benefic. lib. 1. quæſt. 2. num. 26.* Azor. *inſtit. moral. p. 2. lib. 3. cap. 4.* Riccius *in praxi fori Eccleſ. deciſ. 605. in 1. editione, alias reſ. 529. in 2. edit. nouiſſimè*, de vtroque caſu Ægidius Trullench. *de Sacram. lib. 6. quæſt. vnica dubio 12. num. 10.* quæ omnia confirmari poſſunt ex his, quæ latè adduxi *ſub cap. 5. de foro comp.* vbi leges applicando quæ etiam adduxi *in cap. 1. eodem*, videbis aliqua *ſupra in cap. 10. de conſtit. ſub q. 9.*

Pro complemento notabis primò quod Epiſ- 22
copi antequam prædictum patrimonium admittant in titulum pro ordinandis, debent propo-

nere publica edicta, vt qui ius aliquod in dicta bona habeat, intra certum tempus compareat, vt doceat de iure ſuo, quo tempore elapſo, omni iure in dicta bona ſe eſſe ſpoliatum nouerit, atque hac ratione Epiſcopi non modo ordinandis ſed ſibi ipſi conſulunt; quia ab onere alimentorum eximuntur, vt poſt alios, notat Quaranta *in ſumma Bullarij*, verb. *Ordo*, verſ. *quod intellige, in fine*, Barboſa *dicta allegat.* 19. *ſub num.* 87. verſ. *vnde.*

23 Qui docet cum Nauarro *conſ.14.& 46.hoc tit.* & Sanchez *de matrim. lib 6.diſp.32.num.7. & 8.* & Molfeſio *in ſumm.tract.2.cap 15.n.5.* poſt prædictam diligentiam, Creditores huiuſmodi patrimonium illud euincere non poſſe; ſic vt talis reuocatio irrita ſit, & Epiſcopi ad nihil teneantur.

24 Notabis ſecundò quod dotatio cauſa patrimonij facta pro Clerico in ſacris ordinando, non debeat inſinuari, ſicut nec donatio dotis cauſa
25 matrimonij carnalis. † Nec teneri donatorem de euictione, niſi ad eam ſe expreſsè obligauerit, vt docent Campanil. *in diuerſ. Iuris Canon. Rubr.* 8. *cap.4.num.4.*verſ. *verum.* Ægidius Trullench. *de Sacram.lib.6.dicta quæſt.vnica, dubio* 12. *num.*11. Barboſa cum multis *in paſtor. dict.2. p. alleg.* 20.
26 *num.*14. † qui *num.*17.addit bonam cauſam fouere qui diceret talem donatorem teneri de euictione, etiam ſi expreſsè ad eam non ſe obligauerit; quia talis dotatio non eſt ſimpliciter, & propriè donatio, ſed quædam ſpiritualis merces, & præmium pro ſeruitiis Eccleſiæ exhibendis, & conſequenter non purè, & liberaliter facta, ſed ob cauſam piam, & quaſi conditionaliter; ob idque non egere inſinuatione: videbis eundem Trullench. *in opere moral. lib.7. cap.17. dubio* 14. *num.*4.

27 Notabis tertiò dicta in hac quæſtione, & præcedenti, *de titulo neceſſario ad ordines*, iuxta Trid. *in dict. cap.2. ſeſſ.* 21. intelligi tantùm de Clericis
28 ſæcularibus ordinandis. † Non ſic de Religioſis profeſſis; quia in iſtis ſufficit pro titulo ipſa profeſſio, docent Henriquez *lib.*10.*ſum.cap.* 10. *n.*3. & Doctores communiter, vti praxis etiam comprobat, & vt colligitur *ex dicto cap.2. Trid.* dum agens de titulo; loquitur tantum in ſæcularibus Clericis, & Pius V. *in quadam conſtit. anni* 1568. *quæ in ordine eſt ſeptuageſima quinta.*

29 Et de Patribus Societatis Iesv eſt conſtitutio Gregor.XIII.quæ incipit *aſcendente Domino* anno 1588. vbi declarat poſſe de licentia ſui Generalis poſt tria vota facta poſt biennium Tyrocinij abſque alio titulo ordines recipere cum multis Barboſa videndus *dicta allegat.*19. *à num.*4. *ad* 7. Villalobos *in ſumma p.1.tract.*11. *dif.*15.*num.* 12. Henriquez *lib.* 10. *cap.* 17. *num.* 3. Suarez *tom.* 5. *diſp.*31.*ſect.*1.*num.*38.Ægidius Trullench. *dicta quæſt. vnica lib.* 6. *de Sacram. dub.*11.*n.*1.

***

Qvæstio IX.

An Epiſcopus in aliena Diœceſi poſſit ſine licentia conferre ſuis ſubditis primam Tonſuram. Et an Epiſcopus inuitatus ad ordinandum in aliena Diœceſi, poſſit ibi ordinare, non ſolum ſuos ſubditos, ſed etiam alienos, litteras dimiſſorias ſuorum Epiſcoporum reportantes. Et an dans primam Tonſuram ſine licentia proprij Epiſcopi peccet mortaliter. Et an ſit nulla collatio primæ Tonſuræ ab alieno Epiſcopo, ſine licentia proprij Epiſcopi, non ſubditos ordinante, hoc eſt ſine litteris dimiſſoriis, vulgò reuerendas.

Svmmarivm.

1 *Prima Tonſura nequit ab Epiſcopo proprio dari ſuis ſubditis ſine licentia Epiſcopi Diœceſis*, n.3.& 6.

2 *Prima Tonſura ſolet concedi ſine exercitio Pontificalium.*

3 *Prima Tonſura ordinatis, confertur Clericalis ordo; ſic vt eos percutiens ſit excommunicatus.*

4 *Tonſura generaliter venit ſub verbo* ordo, ordines, & ordinare.

5 *Laici ſunt beneficij incapaces, cum ordinem non habent, ſecus ſi tonſurati ſint.*

7 *Epiſcopus in aliena Diœceſi non exercet Pontificalia, abſque proprij Epiſcopi licentia.*

8 *Ordinare nequit Epiſcopus non ſibi ſubiectos in alterius Diœceſi ſine licentia proprij Epiſcopi: quid in praxi*, n.9. & 10.

10 *Ordinare quit Epiſcopus inuitatus in aliena Diœceſi ſubditos alienos, tam ſibi quam Epiſcopo, vbi ordines fiunt, ſolum cum dimiſſoriis proprij Epiſcopi ſubditorum.*

11 Cap.5. Trid. ſeſſ.6.

13 *Tonſura ab alieno Epiſcopo collata ſine proprij licentia, eſt nulla, quoad exercitium; difficulter tamen iterabitur, ſic ſemel data* n.14.

15 *Dimiſſoriarum, id eſt reuerendarum ad ordines, eſt vſus antiquiſſimus, de quarum formula antiqua refertur*, n.16. *& qualiter ſoleant concedi*, n. 22.

17 *Dimiſſorias concedit is, qui ordinare valet: quid de exemptis*, n.18. *ſed non Vicarius Epiſcopi*, n. 19. *Capitulum ſede vacante non niſi elapſo anno a morte Epiſcopi*, n.20. *fallit*, n. 21.

21 *Dimiſſoria, ſeu litteræ teſtimoniales Religioſis non concedantur.*

AD primam quæſtionis partem reſpondent 1
multi, vt poſſit primam Tonſuram Epiſcopus cõferre ſuis ſubditis in aliena Diœceſi ſine proprij Epiſcopi licentia; quia Concilium Trid. *cap. 5. ſeſſ. 6. de Epiſcopo conferente ordines*, non videtur prohibere; ſed prima Tonſura non eſt ordo, ſed initium ad ordines, vt ſub Rubrica pro opinione Theologorum adduxi; ergo ſic defendunt

ſendunt plures, quos citat Bonacina *de Sacram. diſp. 3. queſt vnica puncto 2. n. 13.* Azor. *inſtit. mor. p. 2. lib. 3. cap. 48. q. 5.* Fornar. *de Sacram. Ordin. c. 5. § 4. notab. 4.* Molfeſius *in ſumma tom. 1. tract. 2. c. 2.* Mauricius Alzedo *in praxi Epiſcop. part. 2. cap. 5.*
2 *num. 18.* † Etenim prima Tonſura ſolet concedi ſine exercitio Pontificalium, vt ſentiunt Barbatia *in cap. nonit. num. 18. de officio deleg.* Rebuffus *in tract. nominat. quæſt. 14. num. 29. & 65.* & *in praxi beneficiali, Rub. de Eccleſiaſticis*, & à quibus, & quomodo ordinetur, Toletus *in ſumma lib. 1. cap. 49. num. 4. alias 48. num. 6.* Diana *morali reſol. p. 4. tract. 4. miſcellan. reſ. 193.* Henriquez *in ſumma lib. 3. cap. 6. §. 6.* Villalobos *in ſumma tom. 1. tract. 8. diſ. 7. num. 172.* & ob hoc non eſſe ſuſpenſum Epiſcopum conferentem, reſoluunt prædicti, & alij Doctores.

3 Verùm quia iam ſupra dixi ſub Rubrica *cum ſchola Canoniſtarum*, quòd prima Tonſura eſt ordo diſtinctus à cæteris minoribus, vel vt ibi dixi, & probant Doctores per textum, ibi: *In cap. cum contingat de ætate, & qualitate ordinan.* dicens per primam Tonſuram, iuxta ordinem Eccleſiæ datum à talibus Clericalem ordinem conferre; deinde quia qui manus violentas iniicit in Clericum tonſuratum, incurrit ſimiliter ſententiam excommunicationis, ac percutiens cæteros Clericos, vt probat textus *in cap. non dubium de ſent. excommunic. cap. ſi quis ſuadente 27. quæſt. 4. gloſſa fin. in dict. cap. cum contingat.* Couarruu. Belluga, Gonzalez, & plures alij, quos ſequitur Torreblanca de Megia *lib. 4. cap. 6. de los clerigos de*
4 *corona, num. 50.* † Præterea quia *ſub verbo ordo*, generaliter ſeu *ordines*, & *ordinare*, venit Tonſura, tam in iure, quàm in Concilio Trid. vt *in cap. 1. ſeſſ. 21. de reformat. & cap. 37. & cap. 8. ſeſſ. 23.*
5 verſ. *vniſquiſque autem.* † Deinde quia laici ſunt beneficiorum incapaces, nec gaudent priuilegio fori Eccleſiaſtici, cum ordinem non habeant, *cap. ex litteris de tranſact. cap. 2. de inſtitut.* ſed ſic eſt quod Tonſurati prima Tonſura, poſſunt habere beneficia; Torreblanca *in cap. 6. numero 56.*

6 Ergo dici debet vt quemadmodum nequit Epiſcopus ſubditos ſuos in aliena Diœceſi in ſacris, aut aliis minoribus ordinare ſine licentia proprij Epiſcopi, ſic nec primam conferre Tonſuram per Doctrinam longè traditam à Barboſa *p. 2. in paſtorali allegat. 2. à num. 16.* etſi ex dictis ibi, *num. 18.* coincidendo in Theologorum ſententiam, contrarium dici poſſit, in terminis ipſe, ibi: *allegat. 6. num. 15.* Campan. *in diuerſ. Iuris canon. Rub. 6. cap. 1. num. 2.* Petrus Barboſa *in l. 1. art. 3. num. 218. ff. de iudic.* Narbona *in l. 20. gloſſa 2. n. 135. tit. 1. lib. 4. recopil.* Salzedo ad Bernard. Diaz. *in praxi cap. 26.* Nauar. *conſ. 29. num. 1. hoc tit.* Garcia *de benef. p. 1. cap. 5. num. 142.* A Cuña *in cap. illud num. 2. diſt. 71.* Sanchez *in opuſculo mor. tom. 2.*
7 *lib. 7. cap. 1. dubio 5. num. 1.* † Iulius Cæſar Madius *de ſacris ordinibus cap. 2. num. 4.* qui teſtatur de ſtylo, & conſuetudine, probantes etiam ex Trid *in dict. cap. 5. ſeſſ. 6.* quatenùs prohibet Epiſcopis in aliena Diœceſi Pontificalia exercere abſque proprij Epiſcopi licentia, & cum multis ad caſum noſtrum Barboſa *in dicto cap. 5. Trid. numero 9.*

8 Ad ſecundam quæſtionis partem video Barboſam negatiuam docere ſententiam *in dict. c. 5. Trid. ſeſſ. 5. num. 4.* quatenus dicit quod Epiſcopus in alterius Diœceſi de licentia Ordinarij loci, non poſſit ordinare perſonas, quæ non ſunt illi ſubiectæ Ordinario, niſi habeat dimiſſorias generales à ſuis Ordinariis, ſic referens deciſum cum Armendar. *in addit. ad leg. Regias Nauarræ lib. 1. tit. 18. l. 7. de Epiſcopis à n. 68.* iterú cum aliis docet Barboſa *dict. allegat. 4. num. 64.* ex Trid. *ſeſſ. 6. de reform. dict. cap. 5.* † Et ibi, *num. 6.* notat cum aliis; 9
quod Epiſcopus in alterius Diœceſi de licétia Ordinarij, poteſt tam ſubditos proprios, quàm Epiſcopi licentiam concedentis ordinare, & refert deciſum Aldan. *infra* citatus à ſancta Congreg. Epiſcopor. *ſub die 18. Aprilis 1599.*

Mihi tamen in praxi arridet opinio aliorum, vt 10
quando Epiſcopus eſt inuitatus ab alio Epiſcopo ad ordines celebrandos generales in ſua Diœceſi, poſſit tunc ordinare ibi clericos ſibi ſubditos, & etiam aliarum Diœceſum, ſi litteras dimiſſorias habeant; ita vt non prærequiratur alia licentia illius Epiſcopi, in cuius Diœceſi celebrat ordines, cum ſufficiat illa generalis, quam habet: ſic Venerus *in examin. Epiſcop. lib. 1. cap. 12. num. 52.* Nauarrus Toletus, Fornar. quos citat Mauritius
Alzed. *in praxi Epiſcop. p. 2. c. 5. num. 30.* † reſpon- 11
dens ad Tridentini locum, aſſerens, quod loquitur de Epiſcopo ordinante in aliena Diœceſi, ratione priuilegij ſibi dari à Papa ad conferendos ordines: nam tunc ſine licentia Ordinarij, & niſi Clericos illi ordinario ſubiectos ordinare non poſſit, ſecus in caſu noſtro refert Diana *dicta 4. p. tract. 4. miſcel. reſ. 144.* & Barboſa dicit *dicto c. 5. Trid. num. 7.* quod facultatem habens à Papa promouendi à quocumque, non poſſit promoueri ab Epiſcopo in aliena Diœceſi, ſine licentia Epiſcopi illius Diœceſis, per textum Trid. *in cap. 11. ſeſſ. 7.* ibi: *Vel ab eo, quod pro eo*: ſic cum Aldano *in compendio Canonic. reſol. libro 1. tit. 8. numero 5.*

Ad tertiam quæſtionis partem, an dans primam 12
Tonſuram ſine licentia proprij Epiſcopi, peccet mortaliter, dico *infra* cum ago de alia, *num ſit ſuſpenſus, ſub quæſt. 11.*

Ad quartam, an Tonſuræ collatio ſit nulla, 13
data ab alieno Epiſcopo ſine licentia proprij, & quod nulla ſit teſtantur deciſum Guido bonus *in deciſ. 99. in manuſcript.* Caputaq. *in deciſ. 126. p. 1.* ex eo quod ſic ordinatus, non recipit ordinis executionem, ſed eſt ſuſpenſus, ſaltem quoad ſe, donec Epiſcopus proprius ratificet, Sayrus *in deciſ. 12. hoc tit.* Rota *diuerſ. in deciſ. 731. p. 1.* & iterum tenuit Rota *in vna Neapolit. Canonic.* 20. *May* 1586. coram Seraphino, in qua fuit reſolutum non conſtare de Clericatu legitimo, quando collatum fuit à non ſuo Epiſcopo ſine licentia proprij Epiſcopi, de qua nulla ſit mentio in ſcriptura eius, & priuatim, non autem publicè in aliena Diœceſi, & talem promotum non ritè in ſui præiudicium eſſe clericum ſed ordinis carere executione: Caputaq. *in citat. deciſ. 126.* & quando conſtat de malo initio, nihilque referre, vt incedat in habitu clericali. Capel. Toloſana *in deciſ. 16.* & hodie ex ſacro Concilio Trid. eſt ſuſpenſus vera ſuſpenſione, vt patet *ſeſſ. 23. cap. 8.* etiam quoad
alios infra dico. † Sed etſi quoad prædictos ſit 14
nulla, tamen vt iterum detur prima Tonſura, aut repetatur, non videtur de facili aſſerendum.

Ad quintam quæſtionis partem, an poſſit non 15
ſubditos ordinare, videtur iam ex dictis in verſ. *ad primam quæſtionis partem*, & in verſ. *ad ſecundam* præbitum reſponſum, certum eſt non poſſe

ex

ex textu noſtro, niſi in caſibus infra relatis, *q.*10.
verſ. *ad quintam* ſub verſ. *relatam*. Vnde nunc lo-
cus iſte expoſcebat agi de litteris dimiſſoriis, vulgò
reuercada, quas concedunt Epiſcopi, vt ſubditi
ſui ab alieno Epiſcopo licitè queant ordinari, de
quibus agunt Doctores *in cap. Epiſcopum* 9. *q.*1.
*& cap.*1. iuncto *cap. cum nullus hoc tit. lib.*6. *in c.*10.
*Trid. ſeſſ.*23. *in cap.*7. *de reformat. ref.* 10. quorum
vſus antiquiſſimus eſt, cum tempore D. Auguſti-
ni extiterint & tempore Concilij Niceni *in cap.*2.
16 *diſt.*73. † De quarum formula antiqua dicitur,
tota diſt. 73. quam refert Barboſa *in paſtorali ſub
num.*3. *allegat.*7. *p.*2. eaſque concedere poſſunt
cuncti Epiſcopi, quos attenta iuriſdictione, pri-
uilegio, vel conſuetudine, ad ordines valent aſſu-
17 mere, ex gloſſa fin. *in dict. cap. cum nullus*, † nam is
dimiſſorias concedit, qui ordinare valet, *cap.* 1.
diſt. 62. niſi fuerit excommunicatus, vel ſuſpenſus
declaratus, inferiores verò Prælati eas non con-
cedunt, niſi à ſede Apoſtolica ſpecialiter eis fuiſ-
18 ſet conceſſum *dict. cap. cum nullus* §. *inferiores*. †
Et quamvis exēptis olim liceret eas dare *ex dicto
cap. hodie*, ex Trid. *dict. cap.* 10. *ſeſſ.*23. non licet
quod qualiter accipiatur, declarat *ibi* Barboſa &
19 *in dicta allegatione* 7. *à num.*7. † vbi *num.*9. ait
quod Vicarius Epiſcopi eas non concedit, niſi
Epiſcopi licentia ſpeciali, *dicto cap. cum nullus*
20 verſ. *officialis*. † Et licèt antiquitùs Capitulo ſede
vacante libera eſſet facultas, *dict. cap. cum nullus*
ex Trid. *dict. ſeſſ.*23. *cap.* 10. reſtricta eſt, vt non
21 niſi elapſo anno. † Niſi ratione beneficij coarcta-
ti, id eſt curati reſidentiam, præciſamve poſtu-
lantis, vel ſi ordinandus habet à Pontifice faculta-
tem, vt nondum elapſo anno eas ſibi concedat;
concedit verò abſolutè literas teſtimoniales, quæ
non ſunt *reuercade*; & regulares ſuperiores con-
22 cedunt ſubditis. † Solent concedi iam examinato,
quod melius eſt, vel ad examinandum, quæ va-
lent etiam, ſi eas dans moriatur, etiam datæ à
Capitulo; non enim expirant per ingreſſum Epiſ-
copi moderni, & Barboſa *à num.*34. reſpondet
concertationi ſibi factæ anno 1649. Romæ 9. Fe-
bruarij.

QVÆSTIO X.

An Laicus ordinatus ab alieno Epiſcopo, gaudeat fori priuilegio. Et an poßit in alia Diœceſi celebrare Pontificalia, vel confirmare aliquem afferentem litteras dimiſſorias ſui Epiſcopi, vt ordinetur. Et an quis valeat in locum exemptum, & perſonas exercere iuriſdictionem. Et an peccet Epiſcopus ſi confirmet in ſua Diœceſi ſubditos alterius Epiſcopi. Et an Prælatus alienus poßit abſoluere alterius ſubditum à caſibus reſeruatis?

SVMMARIVM.

1 *Laicus ordinatus ab alieno Epiſcopo, gaudet fori priuilegio, etiam ſi fiat ſine litteris proprijs, eo quod in ordinatione imprimitur character*, num. 2. *Expenditur*, à num. 3. *vbi de contraria ſententia.*

3 Cap. 10. *Trid.* ſeſſ. 7. *& num.*7.

4 *Epiſcopus alienus, qui ordinat ſine dimiſſoriis, eſt in culpa.*

5 Cap. 10. *Trid.* ſeſſ. 23. cap. eos, cap. nullus, de de tempor. ordin. lib. 6. *& num. ſeqq.*

8 *Pontificalia inſignia, & ornamenta Epiſcopi ſunt, Mitra, Baculum, Anullus, Sandalia, Tunicella, Dalmatica, Chiroteca, & Crux paſtoralis.*

9 *Pontificalia exercere quæ iuriſdictionis non ſunt, queit Epiſcopus in aliena Diœceſi ſine illius Epiſcopi licentia, veluti ſacrificare, ſed non ordinare, aut conſecrare*, num. 10. 11. & 12. *alij abſolutè negant* à n 12. n. 20.

10 *Trid.* cap. 5 ſeſſ. 6. de reform. *& à n.*12.

11 *Locus exemptus, & locus extra Diœceſim, indicatur à pari.*

12 *Pontificalia verè dicitur exercere, qui vtitur Baculo.*

13 *Baculus paſtoralis eſt non ſolum ornamentum, ſed etiam ſignum ſuperioritatis, & iuriſdictionis*, n. 18.

14 *Baculus curuatus in Epiſcopis ſignificat limitatam iuriſdictionem.*

15 *Baculo quare Pontifex non vtitur, & cui primo Baculum dedit, & ad quid.*

16 *Baculus miſſus fuit à Petro Euchario primo Trebanorum Epiſcopo, quem deſtinauit ad prædicandum cum Valerio, & Materno Genti Gentila, quo Baculo tantum vtitur Pontifex, ſi ibi intrat*, n. 17.

19 *Baculi ſui vſum non concedit Epiſcopo alienæ Diœceſis in propria.*

20 *Mitra Epiſcopus non vtitur in locis exemptis, niſi inuitatus.*

21 *Baculo vtitur Epiſcopus in loco exempto intra ſuam Diœceſim.*

22 *Pontificalia, in quo loco exempto exercere poſſit Epiſcopus.*

25 *Confirmationis Sacramentum, non miniſtrat Epiſcopus in aliena Diœceſi.*

26 *Confirmare queit Epiſcopus ſubditum alterius, qui affert dimiſſorias ad ordines.*

27 *Confirmans Epiſcopus ſubditum alienum in propria Diœceſi, non incurrit pœnam.*

28 *Epiſcopus etſi in Diœceſi aliena non exerceat iuriſdictionem, limitatur remiſſiuè in octo caſibus.*

29 *Confirmans Epiſcopum ſubditum alienum ſine dimiſſoriis, aut licentia proprij Epiſcopi peccat, & ſatisfit contraria opinioni*, n. 30. & 31.

33 *Confirmans Epiſcopus extra Eccleſiam non peccat.*

34 *Ordinare queit vicinior alienus Epiſcopus ſubditos alterius Epiſcopi ſuſpenſi.*

36 *Monachus ordinari poteſt ab Epiſcopo ipſius Diœceſi, etſi exemptus ſit.*

37 *Ordinari queit Clericus litteris dimiſſoriis Legati de Latere.*

AD primam quæſtionis partem, videtur ne- 1
gatiuè reſpondendum ex Tridentini verbis
*ſeſſ.*7. *c.*10. ibi, *Et ſic ordinati, ſi in minoribus ordi-
nibus conſtituti fuerint, nullo priuilegio clericali,
præſertim in criminalibus gaudeant.* Sed in caſu
propoſitæ difficultatis, vt Laicus ordinatus ab alie-
no Epiſcopo gaudeat priuilegio fori Eccleſiaſtici,
ex eo, † quia Clerico ordinato ob alieno Epiſco- 2
po, etiam abſque litteris dimiſſoriis imprimitur.
Character,

Character per textum in c.fin. vbi Archidiaconus, Geminian. & Præpoſit. 9. quæſt. 1. Guid. Pap: deciſ. 449. Gabriel conſ. 191. num. 4. volum. 2. contra Caſſaneum in conſuetudinib. Burgundiæ. Rub. 1. §. 5. in fine, Rebuf. in tract. nomin. in quæſt. 14. num. 42. Salzedum in additionib. ad Bernard. Diaz. cap. 26. & gloſſam in cap. in eos, verbo ordinare, hoc tit. l. 6. 9. tenent, ac docent Guid. Papæ, & Gabriel ſupra. Martha de iuriſd. 4. p. cent. 2. caſu 149. num. 8. & 9. Zeuallos in pract. p. 4. quæſt. 897. num. 1291. ergo.

3 Nec obſtat Trid. in dicto cap. 10. quia loquitur de ordinato ab Epiſcopo alieno cum litteris inferiorum Prælatorum, per quem eſt ſublata poteſtas Capituli, & Prælatorum inferiorum, etiam ſi prætenderent legitimam conſuetudinem, vt tradit Stephanus Aufredius in additionibus ad Capellam Toloſanam deciſ. 450. non enim militat eadem ratio in caſu, quo ſine litteris dimiſſoriis, ordines 4 collati fuerint. † Quia ſine his litteris ſolus Epiſcopus eſt in culpa, qui debet ſcrutari quem ordinat, vel elegit, iuxta textum in cap. qui Epiſcopus diſt. 23. cap. vnico de ſcrutinio in ordine faciendo; ſed quando ordinatur mediantibus litteris dimiſſoriis Capituli, vel Prælati inferioris Epiſcopo, tunc vterque eſt in culpa; quia etiam ordinatus præſumitur ſcire prohibitionem Concilij; ita vt non debeat ex ſua malitia commodum reportare, vt gaudeat fori priuilegio ex textu ibi: & hanc interpretationem docent Martha de iuriſdict. p. 4. cent. 2. caſu 149. num. 13. Mandoſ. in regula 24. 5 Cancel. quæſt. 14. num. 12. Gabriel ſupra. † Et facit textus Trid. in cap. 8. ſeſſ. 23. Eman. Rodriguez tom. 1. quæſt. regular. quæſt. 18. art. 4. Gutierrez Canonic. cap. 36. num. 24. & ſunt textus in cap. eos nullus hoc tit. lib. 6. quia illæ prohibitiones diriguntur ad Epiſcopũ ratione præiudicij alterius Epiſcopi, vt intelligit Gabriel dict. conſ. 281. num. 12. & aſſignat rationem diuerſitatis Guid. Pap. ſupra, verſ. & poteſt eſſe ratio diuerſitatis; putat ergo iura illa ideo procedere in clerico alterius Diœceſis propter præiudicium iuriſdictionis Epiſcopi proprij; quæ ratio non militat in laico, qui eſt de iuriſdictione temporali, & qui poteſt ſine dimiſſoriis recipere primam Tonſuram ab Epiſcopo non ſuo; ſed ego intelligo verum reſpectu ordinis ſuſcepti, & priuilegij fori Eccleſiaſtici, ſecus verò quoad ordinis executionem; quia collatio erit irrita, vt docet Caputaquen. deciſ. 106. lib. 1. Gabriel ſupra in 1. dubio, Martha dicto caſu 149. in fine, & Zeuallos ſupra num. 134. commendat menti tenendum; quia ſæpè de facto contingit.

6 Etenim Nauarrus conſ. 20. alias 28. in nouis hoc tit. Saytus in floribus deciſ. ſub eodem tit. deciſ. 22. in princ. Henriquez in ſumma lib. 13. cap. 38. §. 2. litt. C. Quaranta in ſumma Bullarij, verbo ordo, verſ. ſecundo limita, Tolet. in inſtruct. ſacerd. lib. 1. c. 49. verſ. ſecundo. Leſſius de iuſtitia lib. 2. cap. 74. ſub num 94. Thom. Valaſc. tom. 1. allegat. 45. num. 19. & 20. Franciſcus Leo p. 3. cap. 8. num. 47. Marchi-7 nus de Sacram. ordinis p. 6. cap. 3. num. 13. † Dum dicunt iuxta verba Trid. dict. cap. 10. ordinatos ad minores ordines de licentia Capituli, ſede vacãte, intra annum nullo priuilegio clericali, præſertim in criminalibus gaudere debere, debent intelligi ſub præfata diſtinctione; & Marchinus dict. n. 13. ſubdit hanc priuationem priuilegij, clericalis, hodie non incurri, niſi poſt iudicis declarationem, iuxta conſtitutionem Domini Vrbani VIII. Pont. Max. contra malè promotos; & videbis Camp. in diuerſ. iuris canon. Rub. 9. cap. 2. num. 9. Dianam p. 4. tract. 1. ſub reſol. 26. vbi agens de quæſtione, quam infra ſub c. 10. tracto, quæſt. 3 verſ. ad ſextam dicit hodie ex conſtit. Vrbani VIII. die 11. Decemb. 1624. ordinatos ab alieno Epiſcopo, non gaudere priuilegio fori, dicens, iam hodie affirmatiuam, quam tradit Barboſa dicta allegat. 8. num 18. non admitti.

Ad ſecundam quæſtionis partem, an poſſit 8 Epiſcopus in aliena Diœceſi celebrare Pontificalia, vt reſpondeam præmitto, Pontificalia inſignia, & ornamenta eſſe, Mitram, Baculum Paſtoralem, Annulum, Sandalia, Tunicellam, Dalmaticam, Chirothecas, & Crucem Paſtoralem, vt teſtantur Iſidorus Moſcoius tractatu de magnitudine milit. Eccleſ. p. 1. lib 1. cap. 8. quorum ſingulorum ſignificationes exponit Durandus in rationali Diuinorum officiorum lib. 3. cap. 3. & exponit gloſſa in extrauaganti ſuſcepti regiminis, de elect. Marcus Alterius de cenſur. diſp. 16. cap. 3. verſ. quæret aliquis. Barboſa de officio Epiſcopi p. 3. allegat. 111. num. 33. & Diana nouiſſime p. 12. tract. 1. per plures reſolutiones circa finem, vbi de aliis multis ornamentis Pontificalibus Epiſcopi. Item etiam præmitto aliud eſſe Pontificalia in aliena Diœceſi celebrare, ſeu celebrare in loco exempto.

Video ergo in propoſita difficultate duplicem 9 ſententiam affirmantem, vnam ex ea ratione; quia nullus eſt Canon prohibens Epiſcopis hoc facere: ſic docent Couarru lib. 3. variar. c. 20. num. 9. Henriquez lib. 3. c. 6. num. 6. Hoſtienſis penès Gloſſam in Clem. Archiepiſcopo de pœnis verbo etiam celebrare, Tabiena verb. Patriarcha num. 4. Syluester eodem verbo, §. tertium, & Barboſa quem referunt Diana p. 3. tract. 6. miſcel reſ. 36. in verſ. & ideo, Layman in theologia moral. lib. 1. tract. 4. c. 5. num. 5. † Nec obſtare Trid. in dict. c. 5. ſeſſ. 6 de re- 10 form. quatenus dicit vt nulli Epiſcopo liceat cuiuſlibet priuilegij prætextu, Pontificalia in alterius Diœceſi exercere, niſi de ordinarij loci expreſſa licentia, & in perſonas eidem ordinario tantum ſubiectas; ſi ſecus factum fuerit Epiſcopus ab exercitio Pontificalium; & ſic ordinati ab executione ordinum, ſint ipſo iure ſuſpenſi; quia loquitur de vſu Pontificalium cum aliquo exercitio, vt conſecrare, chriſmare, degradare, & ſimilia, vt intelligunt Tamburinus de iure Abbatum tom. 1. diſp. 15. quæſt. 15. num. 3. Campanil. de diuerſ. iuris canon. Rub. 9. c. 5. num. 1. & 3. Quaranta in ſumma Bullar. verb. Archiepiſcopi authoritate, ſub num. 23. Coninch. de Sacram. diſp. 26. dub. 5. n. 35. Villalobos in ſumm. tom. 1. tract. 18. difficult. 9. num. 5. nam verbum exercere Trid. in dicto cap. 5. non videtur complecti vſum tantum Pontificalium, ſed etiam exercitium ſuper alios, vt plus manifeſtant verba, & in perſonas eidem ordinario ſubiectas, & alia, & ſic ordinati. † Tum etiam quia, vt notant Chochier. 11 de iuriſdictione in exemptos, p. 2. quæſt. 1. n 6. Tamburin. dicta diſp. 15. quæſt. 14. num 2. & alij penès ipſum locus exemptus, & locus extra Diœceſim indicantur à pari; ex quo ſtatuit Tamburin. dict. quæſt. 15. num. 1. Quod Epiſcopi vigore Trid. Concilij dict. ſeſſ. 6. cap. 5. & ſeſſ. 14. cap. 2. non poſſunt exercere Pontificalia in Eccleſiis exemptis ſuarum Diœceſum: & tamen concedit, num. 3. Epiſcopos poſſe in dictis Eccleſiis exemptis vti Pontificalibus inſignibus, & ornamentis, & Diuina officia celebrare in Pontificalibus; quia ait Tamburinus ſuprà dicta facere ſine aliquo exercitio, non

non eſt officia Pontificalia exercere, quæ prohibentur in dictis locis Concilij.

12 Nihilominus pro contraria ſententia adduco ea omnia, quæ dixi de Archiepiſcopo volente vti Pallio vltra ſuam Prouinciam, iuxta quæ notanter adduxi ſuprà *de authoritate, & vſu Pallij*. Deinde quia verè dicitur Pontificalia exercere, qui vtitur Baculo, & aliis ornamentis Paſtoralibus extra ſuam Diœceſim: & ſic cum conſuetudine ſit Cōcilij mens declarata, nec videamus in tota noſtra Hiſpania, vt Epiſcopus vnius Diœceſis vtatur Mitra, Baculo, aut aliis inſigniis Pontificalibus in Diœceſi aliena ſine licentia proprij Epiſcopi; ſequitur dicendum non tantùm prohiberi, vt ordinet, alioſve actus faciat, ſed nec de facto ſic incedere, vt in terminis dicit Ioannes Marius Nouarius *in quæſtionibus forenſibus p.1.quæſt.85.num.11.* multis comprobans; ita vt nec valeat dicere, vt faciant hæc propter quandam reuerentiam, & decentiam debitam Epiſcopo Diœceſano; ob idque ab eo licentiam petere; quia reſpondetur quod ſi denegaretur, adhuc poſſent celebrare: tamen hoc exequi non audent; ergo; quia non poſſunt, nec enim qui ſacrum facit, dici debet, vt tantum ſacrificium faciat officium exercendo Pontificale; quia cum illud faciat ornamentis, reuera officium exercere dicendus eſt, vt patet ex ſequentibus.

13 Etenim in ſacro Pontificali, quod peragit, interueniunt ornamenta illa, & inſignia Pontificalia, Baculus ſcilicet, qui non ſolùm eſt ornamentum, ſed etiam ſignum ſuperioritatis, & officij, cum æquiparetur, vt notat Gratianus *diſcept. forenſ. tom.3.diſp.467. n.6.* de Vexillo Crucis, quo vtitur Archiepiſcopus docent apertè Tamburinus *de iure Abbat.tom.1.diſp.21.quæſt.3. n.8.* Venerus *de examine Epiſcopor.lib.4.cap.10.num.22.& 23.* & alij; quos ſequitur Diana *p.3.tract.6.miſcel ſub reſ.36.* adducens quoſdam verſus gloſſæ *in cap. vnico, §. fin.* verſ. *propter hiſtoriam de ſacra vnctione*, quibus ſatis apparet Baculum eſſe ſignum ſuperioritatis, & iuriſdictionis: deinde quia in cæremonia conſecrationis Epiſcopi, conſecrans tradendo Baculum conſecrando ſic ait: *Accipe Baculum Paſtoralis officij, vt ſis in corrigendis vitiis piè ſæuiens, in tranquilitate ſoueritatis, cenſuram non deſerens*, & in libello, qui ordo Romanus inſcribitur, ſic dicitur, *Accipe Baculum Paſtoralis officij, poteſtatem ligandi, atque ſoluendi, vt ſis corrigendis vitiis perſeuerans.*

14 Vnde quia Baculi curuatio in Epiſcopis limitatam, & coarctatam poteſtatem ſignificat; ideò illo non vti Pontif.Max, cum poteſtatem habeat vniuerſalem, notant, & docent Germonius *de ſacror.immunit.lib.4.cap.5. num.108. & 110.* & *de indultis Cardin. §. Epiſcopus à num.25.* Barboſa cum pluribus *in dict. cap. vnico de ſacra Vnctione §. vngitur num 15.* vbi *num.14.* tradit hiſtoriam ra-

15 tione, cuius † Pontifex Baculo non vtitur ex Cæſar Baronio, Durando, & aliis, quos ipſe refert, *de officio Epiſcopi p.1.tit.1.cap.3.num.14.* quæ fuit, vt ſequitur; quoniam Beatus Petrus Apoſtolus Martialem diſcipulum ſuum, quem Dominus inter diſcipulos conſtituit, cum dixit, *niſi efficiamini, ſicut paruulus, non intrabitis, &c.* miſit cum quibuſdam aliis ad prædicandum Germanis, quia in via ad viginti Diætas defuncto Fronto, collega eius rediit ad nunciandum hoc Petro, cui Petrus dixit: *Accipe hunc Baculum, & tangens illum dic, ſurge in nomine Domini, & prædica*; ille verò in quadrageſimo die à tempore mortis illius tetigit eum, & ſurrexit, & prædicauit; & ita Petrus Baculum à ſe remouit, & ſubditis rediit, nec recuperauit. † Et Innocentius Papa III. ſcripſit 16
in Eccleſiæ ſpeculo, quod Beatus Petrus miſit Baculum Euchario primo Trebanorum Epiſcopo, quem vna cum Valerio, & Materno ad prædicandum Euangelium genti Teutonicæ deſtinauit, cui ſucceſſit in Epiſcopatu Maternus, qui per Baculum Petri de morte fuerat ſuſcitatus, quem Baculum vſque hodie cum magna deuotione Eccleſia Trauat. ſeruat; † ob idque Papam in illa Ec- 17
cleſia Baculo vti, & non alibi: videbis Durandum *in rationali Diuinorum officiorum lib.3. cap.15.* fratrem Henriquez Monroy *in apologia contra Archiep.Toloſan.p.1.pag.34.* eundem Baron. *in additionibus ad Martyrologium Romanum die 30. Iunij.*

Ex quibus apparet Baculum non ſolùm eſſe 18
ornamentum ſed ſignum iuriſdictionis, & ſuperioritatis, vt etiam erat apud Prætores Romanorum, & apud iudices Germanorum, teſte Gratiano *in deciſ.29.num.7. Reg.Sicil.* Gregorio Toloſano *de Repub.lib.6.cap.20.num.21.* † Et quod Epiſcopus 19
vtitur Baculo in ſua tantum Diœceſi, vel ciuitate, videbis ceremoniale Epiſcoporum *lib.1. cap.17.* imò nonnulli, ita mordicùs teneot, vt aſſerant non poſſe Epiſcopum loci concedere vſum Baculi alteri Epiſcopo in ſua Diœceſi exiſtenti, niſi in his, in quibus verba dicti ceremonialis ex præſcripto ordine neceſſario requirant Baculum: videbis Campanil. *in diuerſ. Iuris Canon. Rub.9. capite 5. num.3.*

De Mitra Epiſcopus in locis exemptis vti non 20
poteſt, niſi inuitatus; docent Riccius *p.4.deciſ.27. num.7.* Barboſa *de poteſt. Epiſcop. p.3. allegat.80.* cum aliis Heraſmus Chochier. *de iuriſd.part.2.q.1. num.8.* qui facit mentionem de Concilio Trid. *in locis citatis*; & ſi inquiras rationem, quare Epiſcopus in aliena Diœceſi celebrare minimè poſſit cum Baculo, & Mitra; eſt, quia Baculus, & Mitra ſunt ſigna iuriſdictionis, vt in terminis docet Patianus *de probat.lib.2.cap.29. numero 56. & 64.* omnino videndus, & probatur ex adductis pro hac ſententia.

Nec obſtat iam dictum nempe, vt poſſit 21
Epiſcopus celebrare in locis exemptis pontificaliter; quia etſi verum reputetur, adhuc reſpondetur, quod eſt diſpar ratio inter locum exemptum intra propriam Diœceſim, & inter aliam Diœceſim; ibi enim poteſt Epiſcopus vti Baculo quod facere minimè poteſt in alienis, ex eo, quia in locis exemptis conceditur Epiſcopis, propter reliquiam præcedentis ſubiectionis, cum per exemptionem talia loca non deſinant eſſe in prouincia; ſic docet Gratianus *diſcept.forenſ.c.467. num.29.* Fuſchus *de viſitatione lib.2.cap.8. num.6.* Gonzalez *in regul.Cancel.gloſſa 43. num. 187.* & alij.

Notandum eſt autem, vt non poſſit Epiſcopus 22
Pontificalia exercere in loco exēpto, & iuriſdictionis, non Epiſcopi, ſed inferioris, vocatus tamen ab ipſo inferiore ſine licentia Epiſcopi, intra cuius Diœceſim eſſet; locus ille, etiam ſi ille inferior prætenderet ratione exemptionis vocare Epiſcopum, quem maluerit ad adminiſtrandum ſacramentum Confirmationis; dummodo locus ipſius exempti ſit infra fines Diœceſis alicuius; ita vt non ſit nullius; quia tunc poſſet: ſic docent Barboſa *in dict.c.5.Trid. ſeſſ.6. n.11.* Armendarius *in addit.*

ad

ad leg. Nauarræ lib. 1. tit. 18. l. 7. de Epiſcopis
23 *num.* 68. † Et addi. Barboſa *num.* 12. cum Aldan. *in compendio Canonic. reſolut. tit.* 8. *num.* 9. *lib.* 1. vt ſuffraganeus datus Epiſcopo cum facultate exercendi Pontificalia de eius licentia, non poſſit illo mortuo illa exercere, ſede vacante, Capitulo non contradicenti, vt deciſum referunt in ſuffraganeo Epiſcopi Vilnen. 21. Februa-
24 rij 1631. † Et docet idem Aldan *dict. tit.* 8. *n.* 10. quod Epiſcopus, qui nullum habet Epiſcopatum, non poteſt Pontificalia exercere in Eccleſia ſua Iuriſdictionali, veluti ſi eſſet præpoſitus, nec Chriſma conferre, niſi de expreſſa licentia Epiſcopi, in cuius Diœceſis fines præpoſiturà exiſtit: alia dicit Barboſa videnda.

25 Ad tertiam quæſtionis partem, an poſſit Epiſcopus confirmare aliquem afferentem litteras ſui Epiſcopi ad ordines ſuſcipiendos. Eſt enim regula quod nullus Epiſcopus poſſit conferre, & donare confirmationis Sacramentum in alterius Diœceſi ſuis ſubditis, ſine licentia Epiſcopi, in cuius Diœceſi reperitur, vt teſtantur Armend. *in dict. lib. 7. recop. leg. Nauar. num.* 68. quem refert, & ſequitur Barboſa *p. 2. alleg.* 30. *in paſtora-*
26 *li num.* 15. † Verùm in caſu noſtræ difficultatis exiſtimo, vt poſſit eum confirmare ex ea ratione; quia cum poſſit illum ordinare, eo quod affert litteras dimiſſoriales ſui Ordinarij, & confirmatio debeat præcedere; ſequitur, vt ſi ordinandus dicat non eſſe confirmatum, quod poſſit optimo iure confirmari ab Epiſcopo ordinatore, cuius non eſt ſubditus; quia qui concedit finem, concedit, neceſſaria ad talem finem: argum. textus *in l. 2. ff. de Iudic. cap. præterea, de officio deleg.* docet in terminis Zambranus *de caſibus occurrentibus in articulo mortis cap. 2. dubio 2. num.* 3. Henriquez *lib. 2. in ſumm. cap. 6. num.* 9. Layman *lib. 5. Theolog moral. tract. 3. cap. 6. num.* 2. Fagundez *in præcepta decalog. præcepto 5. lib. 3. cap.... num.* 5.
27 † Et addunt Genuenſis *in manuali Prælator. cap.* 54. *num.* 7. & alij, quos citat Barboſa *de officio Epiſcopi, dict. p. 2. alleg.* 30. *num.* 12. Epiſcopum confirmantem in ſua Diœceſi ſubditum alterius, non incurrere cenſuram, aut culpam, cum præſumendum ſit hoc fore gratum proprio Epiſcopo, & docet Diana *p. 3. tract. 4. reſ.* 24. contra Bartholum ab Angelis *in examine Confeſſor.* & contra alios, quos citat, & ſequitur Bonacina *de Sacram. diſp. 3. q. vnica puncto* 1. *num.* 11.

28 Ad quartam quæſtionis partem, an quis valeat in locum exemptum, & perſonas, exercere iuriſdictionem; quia de hac difficultate vt generaliter ad materiam iuriſdictionis ordinariorum in exemptos aptius agitur *ſub tit. de officio Ordinarij*; ideò recurres ad ibi dicta, & nonnulla dixi *ſub tit. de iudiciis, & foro compet.* agunt ex propoſito Doctores per textum *in cap. 2. de conſtit.* vbi etſi generaliter probetur, vt quis nunquam in locum exemptum, & in perſonas poſſit iuriſdictionem exercere, queat tamen in caſibus octo, quos congerit Riccius *collect.* 591. ad textum *in dict. cap. 2. de conſtit. lib.* 6. & quod Epiſcopus, & Vicarius extra territorium habeant facultatem faciendi actus voluntariæ iuriſdictionis, dixi latè alibi, & probat cum multis Barboſa *in dict. cap. 5. Trid. num.* 20.

29 Ad quintam quæſtionis partem, an peccet Epiſcopus ſi confirmet in ſua Diœceſi ſubditos alterius Epiſcopi, ſi eſſet cum dimiſſoriis proprij Epiſcopi, dixi quod non, *ſub verſ. ad tertiam*; ſed ſi fiat ſine licentia proprij Epiſcopi, exiſtimo peccare; eo quod vſurpat iuriſdictionem alienam, nec ex vlla parte poteſt conſtare de voluntate proprij Epiſcopi, ſicut in caſu, de quo *in dict. verſ. ad tertiam*: ita docent Petrus Ledeſma, Viualdus, & Bartholomeus ab Angelis, quos ſequitur Bonacina *de Sacram. diſp. 3. puncto 2. n.* 10.
† Nec obſtant Ochogauia *de Sacramentis tract.* 30
vnico de confirmat. quæſt. 111. *num.* 1. Caietanus, Paludanus, quos ipſe citat Tanner. *in 3 p. D. Thomæ diſp. 4. quæſt. 4. dub. 3. num.* 36. Præpoſit. *in 3. p. D. Thomæ quæſt. 72. art. 8. dubio 2. num.* 39. Sa. *verbo Confirmatio, num.* 2. Henriquez *lib. 3. cap. 6. num.* 6. Layman *in Theologia morali lib. 5. tract. 3. cap. 5. num.* 2. docentes non peccare, dum Epiſcopus ſuos confirmans ſubditos, poſſit confirmare ſubditos alienos ſibi concurrentes; quia præſumendum eſt id gratum futurum alieno Epiſcopo. Deinde quia cum actus confirmandi non petat ad valorem neceſſario iuriſdictiones facile eſt, vt præſumatur ratihabitio alieni Epiſcopi,
cum qua praxi, † etſi videam indeliberatè Epiſ- 31
copos multos tranſire, non interrogantes, cuias ſint confirmandi, verùm ſi aduertentes facerent ex tantum hac præſumptiua voluntate proprij Epiſcopi, exiſtimo ſcrupulo non carere, iuxta quæ dico ſub *quæſt. ſequenti*, dum ago ibi an effugiat ſuſpenſionem ordinans alienum ſubditum ſub ſpe ratihabitionis proprij Epiſcopi, *in verſ. ad tertiam*.

Notabis verò, cum eodem Bonacina *ſuprà*, 32
num. 14 vt non peccet mortaliter Epiſcopus, qui Sacramentum Confirmationis adminiſtrat extra Eccleſiam; quia conſuetudo confirmandi in Eccleſia, non eſt recepta cum tanto onere, vt reum mortalis culpæ conſtituat Epiſcopum alio in loco confirmantem, ſequuntur Præpoſitus *dicta q. 72. art. 12. num.* 44. ſic dicens, Sacramentum Confirmationis poteſt conferri poſt prandium; & quamuis conferri debeat in loco decenti, non tamen neceſſariò in Eccleſia: ſequitur Diana *p. 4. tract. 4. Miſcel. reſ.* 50. in verſ. *notandum*, contra Nunnum *in 3. p. tom. 1. dict. quæſt. 72. art.* 2.

Sed relatam ſententiam in fauorem Ochoga- 33
uiæ, & aliorum ego libenter limitarem in caſu, quando ſcilicet Epiſcopus non ſubditis poteſt conferre ordines abſque litteris dimiſſoriis, veluti quando proprius Epiſcopus eſſet tempore longo ſuſpenſus, ob eam ſcilicet cauſam, quod alienos
ordinauit: † nam tunc licèt ſubditis confugere 34
ad Epiſcopum viciniorem, quaſi ipſo iure ſit proprius, vt tradunt Maiolus *lib. 4. cap. 2. num. 6. & in cap. 5. ex num. 2. in fine*, optimè Henriquez *lib. 10. tit. de Sacram. Ordin. cap. 21. num.* 4. Rodriguez *in p. 2. ſumm. cap. 14. num.* 10. Salzed. & alij relati à Zenedo *in quæſt. pract. canon. quæſt. 38. num.* 32. Rebuffus *in praxi 1. p. tit. forma dimiſſorialium litter. num.* 19. dicens quod ipſi ordinati probare tenentur Epiſcopi ſuſpenſionem per declarationem Metropolitani, alioqui vt non
credatur ordinatis. † Nec prædictæ reſolutioni 35
obſtare ait Zerola *in praxi Epiſcop. p. 1. §. dimiſſoria ad ordines*, verſ. *ad decimum, in fine fol. 73. & in 2. p. §. dimiſſoria*, verſ. *tertium ſimiliter fol.* 26. Trident. Concil. *ſeſſ. 23. cap.* 3. vbi habetur vnumquemque à ſuo Epiſcopo ordinari debere; quia intelligi debet, habilibus ſtantibus terminis; ſecus verò quando eſt ſuſpenſus, vt infra *quæſt.*
11. *ſub num.* 1. † Item & in aliis duobus caſibus, 36
quos congerit idem Zenedo cum multis ſupra

num. 33. *&* 36. nempe, vt Monachus exemptus poſſit promoueri abſque Epiſcopo eiuſdem Diœceſis ad ordines maiores abſque litteris dimiſſoriis ſui ſuperioris. † Et quod Clericus promoueri
37 poſſit ad ordines cum litteris dimiſſoriis Legati de latere, qui pertinent ad quæſtionem ſequentem agit benè Suarez *de cenſ. diſp.* 31. *à n.* 15.

38 Ad vltimam quæſtionis partem, dico infra *in cap. omnis vtriuſque ſexus, de pœnit.* interim videbis cum pluribus Dianam *part.* 3. *tract.* 4. *reſ.* 183. vbi contra multos tenet affirmatiuam ſententiam.

QVÆSTIO XI.

Epiſcopus ordinans alienum ſubditum, item & ordinatus ſine licentia proprij Epiſcopi, an contrahant ſuſpenſionem, & quas alias pœnas. Et an ordinatores, & ordinati ad titulum falſi patrimonij, & tituli. Et an Epiſcopus qui ordinat ſubditum alienũ ex ratihabitione, incurrat ſuſpenſionem. Et an incurrat ſuſpenſionẽ conferens Tonſuram in Diœceſi aliena, Et an ordinatus ſine titulo cum ſola fideiuſſione alimentorum, ſit ſuſpenſus. Et remiſſiuè de aliis.

SVMMARIVM.

1 *Pœna ſunt contra Epiſcopum ordinantem alienum ſubditum ſine conſenſu expreſſo, aut litteris dimiſſoriis proprij Epiſcopi ſuſpenſionis, & vt ſubditus valeat ab alio ordinari prauio examino, & ſcrutinio*, num. 2. 4. & 5.

3 *Suſpenſio, qua Epiſcopus alienum ſubditum ordinans innodatur, debet eſſe manifeſta, ſi dubia incumbet ordinato eam probare.*

4 *Epiſcopus ordinans alienum ſubditum, etiam in propria Diœceſi ſua, incurrit ſuſpenſionem, etiam ſi faciat cum litteris dimiſſoriis; ſi tamen ordinandus careat teſtimonio, ſui Ordinarij morum, & vita.*

5 *Epiſcopus ordinans alienum ſubditum ſine dimiſſoriis, ſuſpenditur, nedum à collatione illius ordinis; imò & aliorum*, n. 6.

7 *Epiſcopus ordinans in aliena Diœceſi ſine licentia Ordinarij, aut cum ea, non ſubditos, ſuſpenditur à Pontificalibus.*

8 *Suſpenſus Epiſcopus à Pontificalibus, nequit ſacrum facere cum Mitra, & Baculo, nec benedicere Calices, & Corporalia*, n. 9.

10 *Irregularis num ſit Epiſcopus à Pontificalibus ſuſpenſus.*

11 *Titularis Epiſcopus ordinans prima Tonſura ſubditum alterius Prelati ſine illius conſenſu, etiam in loco exempto, ſuſpenditur per annum ab exercitio Pontificalium.*

12 *Epiſcopus, qui nullum habet Epiſcopatum, nequit in Eccleſia ſua iuriſdictionali conferre Chriſma, nec alia Pontificalia exercere.*

13 *Ordinati ab alieno Epiſcopo ſine proprij licentia, de iure veniebant ſuſpendendi: ex Tridentino ſunt ſuſpenſi*, n. 15. *&* 16.

14 Cap. 13. diſt. 71.

15 Cap. 8. ſeſſ. 23. Trid. *& num.* 17.

17 *Ordinati ab alieno ſine licentia proprij Epiſcopi, etſi de iure miniſtrando non ſit, an dicantur ſuſpenſi; vt miniſtrando fiant irregulares: aliud eſt ex Bulla Pij V. & Trid.* dict. c. 8. & n. 18. *Fallit ſi ordinati ſint ex ignorantia inculpabili*, n. 24.

19 *Ordinatus à non ſuo Epiſcopo ſine licentia proprij, etſi de iure gauderet nihilominus fori priuilegio, ſed ex conſtitutione Vrbani VIII. anno* 1624. *aliter*, num. 20.

21 *Ordinans, & ordinatus ignoranter, ſine licentia proprij Epiſcopi, non incurrunt ſuſpenſionem, etiam iuſta ignorantia facti*, n. 22. & 23.

23 *Ordinatus bona fide ab alieno Epiſcopo, non incurrit ſuſpenſionem, idem ſi ignorantia inculpabili.*

25 *Ordinatus temerariè ab alieno Epiſcopo, ſi purgato peccato, & bona fide poſtea exerceat ordines, non fit irregularis.*

26 *Regulares ſuſcipientes ordines abſque dimiſſoriis ſui ſuperioris regularis ſunt ſuſpenſi.*

27 *Regulares recipientes ordines à non ſuo, non comprehenduntur in decreto edito contra conferentes ordines Vltramontanis abſque Papa licentia.*

28 *Ordinans, ſiue Tonſurans Vltramontano abſque litteris dimiſſoriis approbatis à Nunciis per annum ſuſpenditur, & ordinatus in perpetuum.*

29 *Suſpenſus iuxta Bullam Pij II.* cum ex Sacrorum, *poteſt ab Epiſcopo diſpenſari.*

30 *Vltramontanus ordinatus abſque litteris dimiſſoriis ſui Ordinarij ab Epiſcopo Italia, non poteſt abſolui ab eodem Ordinario.*

32 *Ordinatus ſine licentia ſui Epiſcopi ab alieno Epiſcopo, eſt inhabilis ad beneficia obtinenda; ſed non ſpoliatur iam obtentis, niſi ex voluntate ſteterit per annum, vel miniſtret, durante ſuſpenſione per annum*, num. 32. *quid de ordinatis in minoribus*, numero 33.

34 *Atteſtationi ordinantis ſtatur, cum ordinans dicit ſe ordinaſſe Clericum alterius Diœceſis.*

35 *Ordinans aliquos ſine titulo, & Patrimonio, tenetur prouidere pro ſuſtentatione ex iure antiquo*, num. 38. *& iure nouo ſuſpenditur à collatione quorumcumque ordinum, & executione omnium munerum Pontificalium Conſtitutione Sixti V. quæ fuit emendata alia Clem. VIII. iuxta ius commune*, n. 36. & 37.

38 *Ordinans aliquem ſine titulo, & Patrimonio, tenetur ad ſuſtentationem ordinati, donec prouideatur de beneficio, vel patrimonio, ſi ſciens fecit*, n. 39.

40 *Ordinans aliquem ſine titulo, aut Patrimonio, num teneatur ad alendum ordinatum filium Patris diuitis, aut eius Pater*, numero 41.

42 L. Legatis, ff. de alimentis, & cibariis Legatis.

43 L. de bonis, §. non ſolùm, ff. de Carboniano edicto.

44 *Epiſcopus proprius, qui committit ſubditum ordinandum alieno Epiſcopo ſine titulo, tenetur miniſtrare alimenta, ſic ordinato,*

etiam

etiam ſi iam fuiſſet ordinatus in ſacris, numero 46.

45 *Epiſcopus tenetur ſupplere titulum ordinato, qui illum habet inſufficientem.*

47 *Epiſcopus tenetur alere ordinatum cum titulo, qui caſu periit ad inſtar patris dotantis filiam, vel dantis filio Patrimonium, qui illud conſumpſit*, n.48. *intellige vt*, n.49.

50 *Capitulum ſede vacante tenetur alere ordinatum, qui de eius mandato, & litteris fuit ordinatus ſine titulo; imò etſi proprio Epiſcopo non reſiſtat ordinanti ſine titulo ſubditum*, n.51. *fallit*, n.52.

51 *Succeſſor Epiſcopi ordinantis ſine titulo, tenetenetur alere ordinatum, non ſic ſi anteceſſor transferatur, aut renunciet*, n.52.

52 *Epiſcopus ordinans aliquem ſine titulo, tenetur illum alere, etiam ſi tranſlatus ſit ad alium Epiſcopatum, vel ei renunciet.*

53 *Epiſcopus ordinans cum titulo beneficij poſtea euicti, tenetur iterum de beneficio prouidere, vel alere interim.*

54 *Ordinatus filius donatione à parente, vel tertio facta, ea vitioſa, vel redhibita, iterum alendus eſt à donatore.*

55 *Ordinatus ſine titulo beneficij, aut Patrimonij, quibus pœnis antiquitus, & hodie punitur*, numeris ſequentibus.

56 Cap.2. *Trid.* ſeſſ.21. de reform.

59 *Ordinatus ſine titulo, eſt ſuſpenſus, & quare*, num.60. *aliter Diana videtur ſentire*, numero 61.

62 *Ordinatus ſine titulo ſuſpenditur ab ordine ſuſcepto, ordinator à collatione per trienniurn, ſi conueniant ſuper non petendis alimentis, vel rebus donatis pro titulo: & quid ſi paciſcantur cum præſentante ad Eccleſiam*, n.63.

63 Cap.pen. de ſimonia, cap. per tuas eodem.

64 *Ordinatus ſine titulo, ſiue à proprio Epiſcopo, ſiue alieno cum litteris dimiſſoriis, incurrit ſuſpenſionem, & irregularitatem ſi miniſtret*, num.65. *fallit*, num. 66.

66 *Ordinatus cum pacto, & conditione de reddendo ſibi Patrimonio donato, ſeu qui alienat, vel dat Patrimonium ſibi donatum, ſolùm peccat.*

67 *Religioſi profeſſi, aut Ieſuitæ ordinati ſine titulo, non incurrunt ſuſpenſionem, ſecus ſi ſint Nouitij*, n.68.

69 *Ordinatus cum vero Patrimonio Subdiaconatu ſi illud renunciet, & poſtea alios ordines ſuſcipiat non eſt ſuſpenſus.*

70 *Ordinatus cum titulo, patrimonio ſuſpenſus non eſt, ſi poſtea obligauit ſe daturum conferenti illud; ſecus ſi ordinetur ad titulum patrimonij mutuati, vel accommodati cum intentione illud reddendi*, n 71.

71 *Ordinandus aſſumptus ad ordines ementito patrimonio, data apocha, ſeu præſtita fide, iuramentouè reddendi patrimonium ſibi aſſignatum poſt ordinationem, ſeu fructus non petiturum, non tenetur ſtare promiſſis in foro externo: quid in foro conſcientia*, n.73.

74 *Suſpenſio ordinati ſine titulo, ſi ſit perpetua ab Epiſcopo non abſoluitur niſi ſi ſit occulta.*

75 *Epiſcopus ordinans non ſubditum exiſtimans ratum habendum eſſe à proprio Epiſcopo. eſt ſuſpenſus, & quare*, n.76. & 77. *& niſi ratihabitio ſit de præterito. aut præſenti*, n.79.

77 *Licentia præcedere debet ea, quæ in aliquo deſideratur actu.*

78 *Ordinatus ab alieno Epiſcopo ex ſola ratihabitione proprij Epiſcopi, incurrit ſuſpenſionem, & deponitur*, n.79.

79 Cap.fin.9.quæſt.2.

80 *Conferens Tonſuram in Diœceſi aliena, ſecundùm aliquos ſuſpenſionem incurrit, ſecundùm alios non item*, n. 82. *verior prima ſententia*, n.82. *quid ſi tonſuret non ſubditum ſiue dimiſſoriis*, n.84.

81 *Penſionis reſeruatio, & collatio facta beneficij conſurato ab Epiſcopo ordinanti in aliena Diœceſi eſt nulla.*

85 *Ordinatus ſine titulo cum ſola fideiuſſione alimentorum, non eſt ſuſpenſus*, n.88.

86 *Mens Legiſlatoris eſt attendenda.*

87 *Anima legis eſt ratio.*

IN his enim difficultatibus, de quibus Docto- 1
res communiter agunt *in cap.2. cap.4. cap. tuis,*
cap. cum ſecundùm de præbendis, & dignit. & in
cap. nemirem, cap. Sanctorum diſt. 70. in primis
contra Epiſcnpum nrdinatnrem ſunt impoſitæ
ſequentes pœnæ. Prima, vt ſit ſuſpenſus per annum à cnllatione ordinum, ſi alienum Clericum
ſine cnnſenſu expreſſn, ſeu litteris dimiſſorialibus
ſui proprij ſcienter, vel ignorantia affectata ordinare præſumpſerit: ſic Trid. Cnncil. *ſeſſ.23. cap.8.*
ibi: *Secus ſi ordinans à collatione ordinum per annum*, docent Alzedus *part. 2. cap.3. numer.* 17.
Saytus *de cenſ. lib. 4. cap.* 12. *num.* 13. Marius Alterius *in ſimili tract. tom.2. diſp.16. cap.1. col.3. dubio 2.* Mainl. *de irregul. lib.4. cap.2. num.6.* Bonacina
de cenſuris extra Bullam diſp.3. quæſt.1. puncto 11.
num. 6. Dnctnres per textum *in cap. eos qui 2. hoc*
tit. lib.6.

Ex quo textu colligitur, vt ſi Epiſcopi ſuſpen- 2
ſio manifeſta ſit, ipſn Iure concedatur ipſius ſubditis, vt ab alio ordines recipere valeant ſine licentia ſui Prælati, modò ſeruentur reliqua, id eſt
modo præcedant debitum examen, ſcrutinium,
& tempora debita, cum par ſit, vt puniatur in
eo, in quo deliquit, vt dicit glnſſa *ibi*, Syluester
verbo irregularitas, §. 9. Suarez *de cenſ. diſp.* 11.
ſect.1. num.15. Bnnacina *ſupra*, † vbi dicit npus eſ- 3
ſe vt ſuſpenſin ſit manifeſta, ſcilicet per euidentiam facti, vel Iudicis ſententiam, non verò dubia; ita vt ordinato incumbat onus probandi ſuſpenſionem Epiſcnpi per ſententiam Metropnlitani; quia præſumptio non eſt cnntra Epiſcopum:
ſic patet, vt prnbaui ſuprà *quæſt. præced.* ſub verſ.
ad quartam, in verb. *ſed relatam.* † Et Barboſa 4
cum multis ab eo relatis *ſub dict. cap. 8. Trident.*
num. 31. prædictam ſuſpenſionem ait incurrere
Epiſcnpum nrdinantem etiam in propria Diœceſi
non proprium ſubditum; licèt is accedat cum
litteris dimiſſoriis, vel prætextu alicuius Generalis
vel ſpecialis reſcripti, vel priuilegij, ſi careat teſtimnnio ſui Ordinarij; quo probitas, ac mores
commendentur; ſic prnbans cum Suarez *dict.*
diſp.31. ſect.5. Alterin, Saytn *ſuprà*, & cum Bonacina *de omnibus ſuſpenſionibus, in particul. diſp.*
3. quæſt.2. punct.7.

Et prædictam ſuſpenſienem incurrere Epiſco- 5
pum à cnllatione illius ordinis, quem ſine dimiſ-

ſoriis litteris, alieno Clerico contulit, ſenſerunt
Ioannes Monachus, Archidiacon. & Gemin. in
dict. cap. eos, Nauarr. conſ. 31. & 39. hoc tit.
Saytus in floribus deciſ. ſub eodem tit. deciſ. 23.
& 32. Molfeſius in ſumma tract. 2. cap. 2. num.
12. Marchin. in tract. de Sacram. Ordinis tract.
1. p. 5. cap. 10. num. 3. quia debuit tantum pu-
6 niri in quo deliquit. † ſed alij probabilius docent
etiam ſuſpendi debere à collatione ordinũ, quos
non contulit, vt docet gloſſa Verbo omnium, in
dict. cap. 2. Saytus dict. lib. 4. cap. 12. num. 30.
Campanil. in diuerſ. Iuris Canon. Rub. 9. cap. 1.
num. 16. Barboſa in Paſtorali p. 2. allegat. 8. num.
2. qui à n. 5. ponit pœnas, quas incurrit Epiſ-
copus Italus ordinans Clericum Vltramontanum,
non habentem licentiam à ſuo Ordinario, quæ
grauiores ſunt, quàm ſi Italo ordinem con-
ferret.

7 Item ſi Epiſcopus ordinauerit in aliena Diœ-
ceſi abſque licentia expreſſa Ordinarij loci, vel
cum ea perſonas non ſubditas; ſuſpenditur à Pon-
tificalibus, reſoluunt Henriquez in ſumma lib. 13.
cap. 38. §. 1. verſ. 1. Campanillus in diuerſ. Iuris
Canon. Rub. 6. cap. 1. num. 2. & Rub. 9 cap. 4.
Thomas Valaſcus allegat. Iuris tom. 1. allegat. 41.
num. 18. Bonacina de cenſuris diſp. 3. quæſt. 6.
puncto 5. num. 21. Barboſa in Paſtorali allegat. 6.
p. 2. num. 4. & in Trid. ſeſſ. 6. cap. 5. per textum
ibi num. 30. qui iterum dixit ex eodem cap. dicta
8 allegat. 8. ſub num. 1. † Et addit in dict. Trid. c.
5. num. 32. vt ſuſpenſus ab exercitio Pontifica-
lium, non poſſit ſacrificium cum Mitra, & Ba-
culo celebrare ſecundùm Riccium in praxi rerum
fori Eccleſiaſt. deciſ. 467. in 1. edit. aliàs reſol.
9 440. in 2. editione, † nec Calices, & Corporalia
etiam inaduertenter benedicere, vt per Zerolam
in praxi Epiſcop. p. 2. verbo Epiſcopi, verſ. ſe-
cundo, Franc. Leo in theſauro fori p. 3. cap. 8.
10 num. 5. † idem Barboſa allegat. 6. in paſtor. n.
8. vbi num. 19. reſoluit an ſuſpenſus à Pontifi-
calibus in illis celebrando, fiat irregularis, vbi
vtriuſque ſententiæ negantis, & affirmantis re-
fert; qui negant nituntur in eo fundamento, ſcili-
cet quod Pontificalia non ſunt de ſubſtantia or-
dinis, celebrationis, aut officij, cum ſine illis
quodlibet officium fieri poſſit: ſic ex gloſſa in
verb. Sacerdotale, verſ. ſecus, in cap. 2. de officio
deleg. lib. 6. Diana p. 5. tract. 10. reſ. 4. verſ. ſed
difficultas, affirmantium verò fundamentum eſſe;
quia cum Epiſcopatus ordo, ſit celebrare cum
apparatu per ſe Epiſcopali, ſeu Pontificali, & ſit
exercere actum proprium Epiſcopalis ordinis, à
quo Epiſcopus ſuſpenſus eſt, ſequitur vt ſit irre-
gularis exercendo ex regula textus in cap. 1. in fine
verſ. ſecuturus, de re iudic. lib. 6. & inter has opi-
niones optimè diſtinguunt Vgolinus de Cenſuris
tab. 1. cap. 14. §. 1. num. 2. & Melius Saytus
eodem tractatu lib. 4. cap. 16. à n. 17. vbi plenè
expendit quos ſequitur, & amplectitur Bar-
boſa.

11 Epiſcopus titularis, id eſt earum Eccleſiarum,
quæ in partibus Infidelium exiſtunt Clero carens,
& populo Chriſtiano, ſi ordinem, vel primam
Tonſuram ſubdito alterius Prælati ſine expreſſo
eius conſenſu, aut litteris dimiſſoriis, conferat;
etiam ſi in loco exempto, vel nullius Diœceſis,
vel in aliquo Monaſterio cuiuſcumque ordinis
reſideat, per annum, ab exercitio Pontificalium
ſuſpenſus eſt, vt habetur in Concilio Trid. ſeſſ.
14. cap. 2. vbi Barboſa, qui latè etiam agit in pa-
ſtorali dicta allegatione 6. à principio, & dicta
allegat. 8. num. 7. † Et probatur etiam, quia 12
Epiſcopus, qui nullum habet Epiſcopatum ne-
quit in Eccleſia ſua Iuriſdictionali, veluti ſi eſſet
præpoſitus Chriſma conferre, nec alia Pontificalia
exercere, niſi de expreſſa licentia Epiſcopi, intra
cuius Diœceſim exiſtit præpoſitura, vt iam dixi
ſub q. 10. proximè relata, cum Barboſa, & Alda-
no, & dico vberius infra de ordinatis ab Epiſco-
po, quæren. Epiſcop. q. 1. à n. 3.

Pœnæ illorum, qui ſic ordinati ſunt ab alieno 13
Epiſcopo abſque licentia proprij Epiſcopi hodie
per Trid. diſtinguntur ab his, quæ imponeban-
tur per ius, voluerunt ergo nonnulli per textum
in dict. cap. eos 2. hoc tit. lib. 6. ſic ordinatos ſuſ-
penſos eſſe; verùm, & declarat Suarez de cenſ.
diſp. 31. num. 13. ſect. 1. ibi non agitur de pœna
ordinati, ſed ordinantis, vt iam dixi † Et pro hac 14
ſententia afferuntur alij Canones, ſcilicet cap. 1.
& cap. 3. diſt. 71. & alij ex 9. q. 2. vbi ſic dicitur;
talis ordinatio rata non habebitur, ſcilicet quoad
executionem, verùm Suarez ait prædicta verba
eſſe indifferentia, vt de ſuſpenſione ipſo iure
lata, vel ferenda intelligantur; quia etſi in dicto
cap. 3. dicatur irrita ſit in Concilio ibi dicto Ni-
ceno, dicitur irrita erit; vel ſecundùm aliam
tranſlationem irrita habeatur, quod rectè ait in-
telligi per ſententiam; & ſic proponit Suarez
recurrendum eſſe ad textum noſtrum per verba
hic interdicenda eſt illis ordinis ſic ſuſcepti exe-
cutio, declarans illud verbum interdicenda, ſi-
gnificare hominis actum atque ideò pœnam fe-
rendam non latam † iuxta Trident. in dicto cap. 8. 15
ſeſſ. 23. certum eſt vt ſic ordinatus incurrat ſuſ-
penſionem ipſo iure, multis videtur probare Bar-
boſa in dict. cap. 8. num. 35. vbi cum Salzedo, Gu-
tierrez, Flamin. Zerola, Zenedo dicta quæſt. 38.
in canon. quæſt. num. 4. Ægidio Coninc. Valerio,
Reginaldo, Bonacina, & ipſe Barboſa allegat. 17.
p. 2. num. 9. quo loci tantum loquitur de pœnis
ordinati extra tempora, de quibus iam ſuprà
dixi ſub cap. 1. 2. & 3. † & idem Bonacina ex ge- 16
neralitate dicti cap. 8. Trid. ſeſſ. 23. in tract. de
cenſuris extra Bullam, diſp. 3. quæſt. 11 puncto 11.
num. 17. exiſtimat prædictam ſuſpenſionem in-
curri, etiam ab eo, qui minoribus ordinibus ini-
tiabitur ab alieno Epiſcopo, nulla habita ratione
conſtitutionis Sixti V. contra clericos malè pro-
motos; eo quod in hac parte redacta ſit ad ter-
minos decretorum ſacri Concilij Trid. & con-
ſtitutionis Pij II. & Clem. VIII. in ſua conſtit.
incipit Romanum decet Pontificem, pridie Kalendas
Martij anno incarn. Domini 1595.

Dubium tamen eſt quàlis ſit prædicta ſuſpen- 17
ſio; & cum gloſa in dicto cap. eos, qui, hoc tit.
lib. 6. dicat vt huiuſmodi Clericus non incurrat
ſuſpenſionem ipſo iure, quæ ſit propria cenſura;
ita vt miniſtrando in ordine fiat irregularis, ad-
dens tamen eſſe aliquomodo ſuſpenſum ipſo
iure; ob idque expendens Suarez dicta diſp. 3.
num. 14. dicat ex Hoſtienſe, & aliis, vt hæc di-
catur ſuſpenſio non cenſuræ ſed culpæ; quia ille
grauiter peccat miniſtrando in ordine ſic ſuſce-
pto, priuſquam Epiſcopus proprius talem or-
dinationem ratam habeat † Hoc enim ſic de 18
iure antiquo tranſit: tamen ex dicta Bulla Pij II.
in extrauag. quæ ex ſexta, incipit, cum ex ſacro-
rum, in Bullario ipſius, & ex dict. Trid. cap. 8. vera
ſuſpenſio

ſuſpenſio eſt, vt cenſura impoſita propter quam miniſtrantes in ordine irregulares fient, vt docet notanter idem Suarez adducentes aliquos negantes, referunt etiam Filliucius *tract.17.c.5.quæſt.3.* Vgolinus *de officio Epiſcopi*, §.23. verſ.*qui denique.* Quaranta *verb.quibus ſic ſpecialiter.* Bonacina *dicto puncto* 11.*num.*2.verſ. *ex quo ſequitur*, Belletus *diſquiſit clerical.p.*1.*tit. de diſciplina clericor.* §.5. *num.*62.Barboſa *dicta alleg.*8.*p.*2.*num.*12. vbi idem dicit de miniſtrante in minoribus atteota generalitate, *dicti c.*8.Trid.

19 Dubitabis autem nùm ſic ordinatus à non ſuo Epiſcopo ſine litteris dimiſſoriis proprij Epiſcopi, gaudeat fori priuilegio, & gaudere dicendum eſt cum re vera efficiatur Clericus, & ei Character. imprimatur, iuxta textum *in dicto cap.eos, de tempor.ordin.lib.6.hoc tit.*hoc inquam ſic de iure procedit,& comprobatur ex dictis *ſuprà quæſt.*8. verſ.
20 *ad quintam.* † verùm iam hodie hæc doctrina non procedit *ex conſtit.D.P.Vrb. VIII. de anno* 1624. *ſub die* 11. *Decemb.* ſecundùm quam ſic ordinati non gaudent priuilegio fori, quod antea tenuerunt, Maſcard.*de probat.concluſ.*1140.*num.*2.Flamin.*de reſignat.benef lib.*4 *quæſt.*2.*num.*85 Gabriel Pereira *de manu Regia p.*2.*cap.*26. *num.*18. Diana *reſol.moral p.*4.*tract.*1.*reſ.*16.

21 Sed hæc omnia tam in ordinante, quàm in ordinato limitantur in ordinatore: nam ſi Epiſcopus ex ignorantia probabili ſubditum alterius ſine proprij licentia ordinauerit, non incurret cenſuram ſuſpenſionis, vt reſoluunt Nauar.*conſ.*40. *in nouis hoc tit.*Saytus *ſub eodem tit. deciſ.*62.Vgolinus *de officio Epiſcopi cap.*26.§.22.*num.*2. Riccius *in praxi rerum fori Eccleſ.deciſ.*297.*in* 1. *editione, alias* 356.*num.*4. *in* 2. *edit.* Barboſa *in dict.cap.*8. *num.*32.& melius ipſe probat cum aliis *dicta allegatione* 8. *in paſtorali num* 3.ex verbis Bullæ Sixti V. incipit, *ſanctum, & ſalutare*, vbi ordinatus minoribus, vel maioribus ſcienter,aut ignoranter, niſi debita diligentia, iuſtus error, & probabilis facti ignorantia excuſet à collatione quorumcumque ordinum, atque adeo ipſius tonſuræ, & ab executione omnium munerum Pontificalium ipſo iure ſuſpenſus ſit, cuius Bullæ rigorem temperauit poſtea Clem. VIII. quam reuocans quoad hanc partem eam reduxit ad terminos iuris, vt obſeruat idem Barboſa *allegat.*20. *num.*1. docet Laurent de Franchis cum Barboſa *in controuerſ. inter Epiſcop.& regulares pag.*83.*in reſponſ. ad* 25. Vbi aduertit Epiſcopum hac ſuſpenſione duobus in caſibus non teneri, veluti ſi, ipſo probabiliter ignorante, alienus Clericus furtiuè, vel ex ſimplicitate ſe in multitudinem ordinandorum in-
22 greſſerit, † vel ſi Epiſcopus deceptus eſſet, iuxta ignorantiam facti, cum potuerit eſſe,vt ordinatus detuliſſet litteras furtim impetratas à Cancellario ſui Epiſcopi; videbis infra de ordinatis ab Epiſcopo, qui renunciauit Epiſcopatui *quæſt.*1. verſ. *ad quartam.*

23 De ordinato ſic etiã dicendum eſt,vt non incurrat ſuſpenſionem, quando bona fide ordines ſuſcipit ab alieno Epiſcopo neſciens eſſe prohibitum ordines ab alieno recipere abſque proprij licentia; aut ſi ignorantia inculpabili exiſtimet Epiſcopum habere debitam facultatem ordinandi ſeu tales litteras dimiſſorias eſſe ſufficientes; quia iſta ſuſpenſio lata eſt in dicta Bulla Pij II. & in dicto decreto Concilij *cap.*8.per modum cenſuræ,quæ non incurritur abſque culpa læthali: ita docent Nauarr.*in man.c.*27.*n.*155.*& in cap.accepta,de reſtit.*
*ſpoliator. propoſ.*8. *num.*32. Suarez *dicta diſp.*31. *n.*15.Auila *de cenſur.p.*7.*diſp.*9. *cap.*2. verſ. *aliqui cenſent.de cenſ.* Bonacina *dicto puncto* 11.*num.*15.
Filliucius *tract.*19. *num.* 175. † & addunt idem 24
Diana *in verſ.ex quo*, Quaranta *verbo ordo*, verſ. *quibus ſic ſpecialiter*, non incidere in iam præfatam irregularitatem eum, qui bona fide ordines ab alieno Epiſcopo ſine debita facultate ſuſceperit, ſi ſuſceptorum ordinum functiones exerceat; quia vt iam dictum eſt iſte non detinetur vinculo cenſuræ, eo quod illam non contraxerit cum bona fides eum excuſet à peccato; item à cenſura, &
per conſequens ab irregularitate. † Imò idem 25
Bonacina *ibi num.*16. Quaranta, & alij, quos ſequitur Barboſa *dict.c.*8.*de officio Epiſcopi num.*15. exiſtimant etiam procedere in eo, qui temerariè ordinatus; poſtea verò bona fide, & candida ſimplicitate per pœnitentiam, purgato peccato illius malæ ſuſceptionis ordinem exercuerit, exiſtimans id ſibi licitum eſſe,maximè, attentà conſtitutione Pij II. quæ vtitur verbo *præſumpſerit*, quod ſuſtineri poteſt, ſed cum aliqua difficultate.

Alia inquam multis Doctoribus comprobat 26
idem Barboſa videndus *in præfatis locis*,& *in dict. cap.*8. *de officio Epiſcopi à num.*16. vbi etiam dicit quod regulares ſuſcipientes ordines abſque dimiſſoriis ſui ſuperioris regularis, ſunt ſuſpenſi, amplians procedere in Religioſis, & Monachis exemptis adducens conſtit. Sixti V. ibi: *Cuiuſlibet ordinis, ſeu militiæ regularem*,& adducit reſpectu regularis non exempti aliam Conſtit. Clem. moderantem prædictam Sixti; & ob id Barboſa cum Syluestro, & Henriquez ait recurrendum eſſe ad deciſionem textus *in cap.fin.diſt.*58. vbi dicitur ne valeat perſeuerare in ordine, & Epiſcopo eius ordinatori, pœna imponitur, vt à reliquorum communione ſeiunctus ſuæ tantummodo plebis communione ſit contentus,ibi: *Vt priuatus ſit à communione cæterorum*, id eſt, *Epiſcoporum.*

Notat verò Barboſa cum Sel. teſtante defini- 27
tum eſſe à Sacra Congregatione *in Caietana* 2.*Ianuarij* 1618. regulares non comprehendi generali decreto Sanctiſſimi edito, quo olim præcipiebatur, vt vltramontanis abſque ſanctitatis ſuæ, vel Sanctæ Congregationis licentia ordines non conferantur; quia in ordinibus generalibus non comprehenduntur regulares, niſi ſpecialiter nominentur, ſic teſtante Sel.deciſum per Sacram Congregationem Epiſcop. & Regul. *in Neapolitana*
30. *Decembris* 1617. † Item dicunt Bonacina *de* 28
ſuſpenſionibus omnibus in particulari diſputatione 3. *quæſtione* 2. *puncto* 7. *in fine*, Barboſa *in dict. cap.*8. *Trident. ſeſſione* 23. *de reformat. numero* 33. vt conferens ordines, vel tonſuram, Vltramontano abſque litteris dimiſſoriis non approbatis à Nunciis, ſeu Collectoribus illarum partium, illiſque approbatis in vrbe à Vicario Papæ generaliter ſuſpendatur per annum à Pontificalibus; ipſi verò ordinati perpetuam ſuſpenſionem incurrant, vt ſtatuit Vrban. VIII. Pontif. Maximus *in conſtit. ſua*, incipit *ſecretis* ſub data 21.*Decemb.*1624.

Sed an ſuſpenſus iuxta Bullam Pij II. *cum ex* 29
ſacrorum, poſſit ab Epiſcopo diſpenſari, tractant videndi Riccius *in deciſ. Curiæ Archiep. Neapol. deciſ.*93.*parte* 4.vbi *deciſ.*90. quærit, & diſſerit an in pœnas dictæ Bullæ incidat qui ignoranter prohibita in illa egit, sed reſoluens ex iam dictis, & in dubio noſtro exiſtimo dicendum poſſe ab Epiſ-

copo diſpenſari; ex eo quia *in dicta Conſtitutione
Pij II.* Non reſeruatur abſolutio ſuſpenſionis;
imò nec diſpenſatio irregularitatis; tùm quia licèt
Sixtus V. abſolutionem ſibi reſeruaſſet, non eſt
attendendus, cùm ſit reuocata eius deciſio per
Clement. VIII. vt iam dixi; deinde quia prædicta
facultas datur Epiſcopo *in dicto cap. 8. Trident.
ſeſſione* 23. in illis verbis, *Quandiu proprio ordi-
nario, vel futuro ſucceſſori*, docet Marcel. Vulpeius
cum Barboſa *in praxi cap.8. num.*1. Ciaclin. *con-
trouerſ. forenſ. lib.*1. *cap.*46. *num.* 27. Suarez, *ibi
dict. diſp.*31. *ſect.*1. *numero.*20. & alij communiter
idem Barboſa *in paſtorali dict. cap.8. num. fin.* & *in*
30 *dicto cap.8. Trident. num. fin.* † Vbi addit cum Sel.
Clericum Vltramooianum abſque litteris dimiſ-
ſoriis ſui ordinarij ab Epiſcopo Italiæ ad ordines
promotum, non poſſe ab eodem Ordinario ab-
ſolui; & ſic fuiſſe deciſum *ſub die 9. Septembris*
1623.

31 Dubium verò eſt an ſic ordinatus ſine licentia
ſui Epiſcopi ab alieno Epiſcopo, ſit inhabilis ad
obtinẽda beneficia; & affirmatiuè reſpondetur ex
eo; quia omnis à iure ſuſpẽſus, tã ab officio, quàm
à beneficio nequit beneficia adipiſci, cum illorum
incapax ſit, & ſit nulla prouiſio ei facta; quæ in-
habilitas, nõ ſolum extenditur ad eum, qui abſque
licentia, ſeu litteris dimiſſorialibus proprij Epiſ-
copi ab alieno ordines ſacros acceperit, ſed etiam
ad illum, qui prima tonſura, ſeu minoribus or-
dinibus fuerit inſignitus; illi enim prouiſiones factę
non ſubſiſtunt: ita hanc determinationem docent
Vgolinus *de cenſuris tab.* 4. *de ſuſpenſione cap.* 6.
§.7. *num.*4. & *cap.*8. §.6. *num.*2. Flamin. *de reſigna-
tione lib.*4. *quæſt.*6. *num.*84. Azor. *inſtit. moral. p.*1.
*lib.*6. *cap.*7. *quæſt.*2. Leſſius *de iuſtitia, & iure lib.*2.
*cap.*34. *num.*116. Campanil. *in diuerſ. Iuris canon.
Rub.*9. *cap* 2. *num.*1. Petrus Gregor. *de re beneſ.
cap.*36. *num.* 12. cum aliis videndus Barboſa *dicta*
32 *alleg.*8. *à num.* 20. † qui cum Anania *num.* 23. li-
mitat quoad beneficia ante obtenta, quibus non
eſt ſpoliandus, niſi in voluotate ſteterit, ſaltim
per annum in ea ſuſpenſione: argumento eo-
rum, quæ dixi *in cap.*1. *de iudiciis*, *quæſt.* 29. &
aliis de excommunicato per annum, & quæ dixi
in cap. paſtoralis de appellat. §.1. *circa finem*: vi-
debis textum *in cap. cum bona, de ætate, & qua-
litate ordin.* quod ſi durante ſuſpenſione miniſtret;
quia tunc fit irregularis, eueniet, vt non expectato
anno, beneficiis priuetur, iuxta *dict. conſtit. Pij V.*
vt refert Barboſa.

33 Nonnulli enim dixerunt prædictam Bullam
Pij II. non comprehendere inſignitos minoribus
ordinibus; inter quos Henriquez *in ſumm. lib.*10.
*cap.*12. §.2. *& in commento lit. M.* Zerola *in praxi
Epiſcopor. part.*1. verb. *dimiſſoria*, Bonacina *de ſuſ-
penſionibus omnibus in particulari diſput.*3. *quæſt.*1.
puncto 11. *num.*17. Barboſa *in dicto cap.8. Trident.
ſeſſ.*23. *& de officio Epiſcopi dicta alleg.* 8. *num.* 11.
vbi comprehendit ordinatos in minoribus, ſed
exercentes in illis ordinibus, vt iam dixi *ſub hac
quæſtione.*

34 Notabis pro complemento quod quando Epiſ-
copus ordinans Clericum alienæ Diœceſis, ſi in
litteris Clericatus atteſtetur de licentia proprij
Epiſcopi ordinaſſe, ſtandum eſſe atteſtanti, vt re-
ſoluunt Menoch. *de arbitrar. lib.*1. *quæſt.*76. *n.*10.
Gutierrez *Canonicar. lib.*1. *cap.*13. *num.*30. cum
pluribus Carol. de Graſſis *de effectibus Clericat.
effectu* 1. *num.*63§. ad quod dictum adiunges quæ
latè infra *ſub cap.*7. *de probat. & in cap.*28. *de te-
ſtibus*, vbi in quibus credatur Epiſcopo atteſtanti
de aliquo.

Ad ſecundam quæſtionis partem de pœnis, 35
quas incurrunt, tam ordinantes, quàm ordinati
ſine patrimonio, aut cum falſo, vel ficto titulo.
De hoc dubio latè repetentes Salmantini pro aſ-
ſignatura Cathedræ veſpertinæ agunt *in dict. c.*2.
*c.*4. *c. cum ſecundum Apoſtolum, & in cap. tuis de
præbendis*, cumque ibi ſoleant agere de his, quæ
ſunt titulus ad ordines ſacros recipiendos; & nùm
etiam titulus deſiderаretur ad ordines alios mino-
res, & ego iam ſupra latè ſcripſerim ſub hoc no-
ſtro textu, reſtat verò nunc tantum agere de pœ-
nis, in quibus incurrunt tam ordinantes, quàm
ordinati, Et primò de ordinante videtur probari
iure antiquo, vt ſi Epiſcopus aliquem ordinaue-
rit ſine titulo, teneatur ipſe, vel eius ſucceſſor de
neceſſariis ordinato prouidere, donec beneficium
ſufficiens, vel titulum habeat; Sic ex dictis iuri-
bus, & *in cap. ſi Epiſcopus* 37. *hoc titulo*, *lib* 6. *cap.
accepimus* 13. *de ætate, & qualitate ordin. cap. per
tuas* 37. *cap. ſi quis* 45. *de ſimonia, cap. neminem* 1.
cap. Sanctorum fin. diſt. 70. *auth. vt determinatus
ſit numerus Clericor. in*, §. *illum*, *verſ. in aliis
collat.*1. & in iuribus aliis adductis *à gloſſa* 1. *&
fin. in dict. cap.*2. *de præb. gloſſa fin. in dict. cap. Epiſ-
copus*, gloſſa *verbo donec*. & *verbo ſucceſſores, in
dicto cap. cum ſecundum*, & *in gloſſa* 1. *& fin. in
dict. cap. tuis*, vbi abundè Doctores.

Verùm Sixtus V. in iam adducta ſua conſtit. 36
quæ incipit: *Sanctum, & ſalutare*, edita *anno*
1588. *nonis Ianuarij*, ordinatorem ſine patrimo-
nio à collatione ordinum quorumcumque ſuſ-
pendit, atque etiam ipſius tonſuræ, & ab execu-
tione omnium munerum Pontificalium ipſo iure,
& ab ingreſſu Eccleſiæ declarat interdictum. † 37
Cumque conſtitutio hæc nimis rigida fuerit viſa,
poſtea Clem. VIII. in ſua conſtit. quæ incipit:
Romanum Pontificem, de anno 1595. *pridiè Ka-
lendas Martij*, proprio motu, & ex certa ſcientia
reduxit eam ad terminos ſacrorum Canonum, &
conſtitutionem Pij II. quæ incipit, *cum ex ſacro-
rum*, cuius tenorem refert Barboſa *de officio Epiſ-
copi dicta* 2. *part. allegat.*17. *num.*10. & ad diſpo-
ſitionem decretorum Sacri Concil. Trident. re-
duxit, atque reſtrinxit, & cenſuras, & pœnas
ibi poſitas, præterquam contra ſimoniacè ordi-
nantes, & ordinatos, quas voluit in ſuo robore
permanere moderauit, & aboleuit Clem. VIII.
cuius conſtitutionis litteram refert Saytus *de cen-
ſuris lib.*4. *c.*17. *ad fin.* Sanch. *de matrim. lib.*7. *diſp.*
49. *n.*10. Gonzalez *in reg.*8. *Cancel. gloſſa* 15. *n.*118.
& poſt Suar. Garcia *de beneſic. p.*2. *c.*5. *n.*7. Riccius
*in deciſ. p.*1. *deciſ.* 9. cum aliis Barboſa *dict.*2. *p. de of-
ficio Epiſcopi alleg.*20. *n.*1. dicens hodie tam contra
ordinantes, quàm contra ordinatos ſine titulo vi-
gere pœnas à iure communi ſtatutas, & nouiſſimè
cum aliis docet Ægidius Trullench. *de Sacram.
lib.*6. *quæſt. vnic. dubio* 13. *num.*1.

Et quia longè ſolent Doctores de ſingulis age- 38
re, ego autem ſub compendio verborum, & vltra
diſputationem ſic conſtituo, ac declaro, nempè
vt Epiſcopus ordinans ſine beneficij, patrimo-
nijvè titulo, vel penſionis collatæ in titulum bene-
ficij, tenetur prouidere ordinato de ſufficienti
beneficio, & interim ſubminiſtrare vitæ neceſſa-
ria ſecundùm qualitatem perſonæ, loci conſue-
tudinem, Eccleſiæque redditum, vt habetur *in
dict. cap. cum ſecundum de præb.* gloſſa *verb. neceſſa-
ria in dict. cap. Epiſcopus de præb.* vbi Abbas *n.*1.

Menoch.

Digitized by Google

Menoch. de arbitr. caſu 169. num. 14. & caſu 120.
poſt num. 10. Vgolinus de poteſtate Epiſcopi c. 26.
§. 5. num. 1. latè Sanchez in opuſculo moral. lib. 7.
39 cap. 1. dubio 34. num. 6. † qui num. 7. intelligit hanc
obligationem alendi, locum habere, quando Epiſ-
copus ſciens, & debens ſcire non habere benefi-
cium, vel patrimonium, ordinauit eum; qui etiam
num. 9. intelligit eam obligationem habere locum
quando nullo præſentante ordinauit, per dict. cap.
cum ſecundum, & docent Bonacina de cenſuris
extra Bullam, diſp. 3. quæſt. 1. puncto 9. num. 25. Al-
zedus de præcellentia Epiſcopalis dignit. p. 2. cap. 5.
num 49. Marcellus Vulpeius in ſua praxi iudicio-
rum Eccleſ. cap. 8. à num. 7.

40 Quæ doctrina ampliatur primò etiam in eo ca-
ſu, quo ordinatus haberet patrem debilem, vt di-
cit Flaminius de reſignatione lib. 2. quæſt. 6. quod in
iure verius putat Barboſa omnino videndus dicta
allegat. 20. à num. 4. cum Concilij diſpoſitio in di-
cto cap. 2. ſeſſ. 21. de reformat. requirat vt patrimo-
nium ab ordinato, verè obtineatur, vt iam ſupra
41 latè egi ſub quæſt. 7. † Sed non improbabiliter
ſentiunt qui dicunt ab hac præſtatione Epiſcopum
excuſari; eo quod pater tenetur filium alere, poſ-
ſitque filius conſtringere patrem, non ſolùm ad
alimenta præſtanda, ſed etiam ad ſumptus, &
expēſas cauſa ſtudij, vſque ad gradus adeptionem,
etiam ſi filius ſit ſpurius, aut etiā ſi inuitis paren-
tibus filius litteris operam daret: ſic probantes
per textum in cap. Clericos 2. quæſt. 2. & in cap. fin.
in fine 16. q. 1. & in l. cum oportet §. cum autem cod.
de bonis quæ liberis, l. ſi quis à liberis ff. de liberis
agnoſcendis, l. de bonis §. non ſolum ff. de Carbonia-
no edicto ibi: Non ſolùm alimenta præſtari debent
pupillo; ſed in ſtudia, & cæteras neceſſarias impen-
ſas, debent impendi pro modo facultatum, & textus
in l. officio, vbi pupillus valeat educari.

42 Nec his obſtat textus in l. legatis ff. de alimen-
tis, & cibariis legatis, ibi: Legatis alimentis, ci-
baria, veſtitus, & habitatio debentur; quia ſine his
ali corpus non poteſt, cætera, quæ ad diſciplinam
pertinent legato non continentur; quia procedit in
alimentis debitis ex diſpoſitione hominis, veluti
ex legato, vel contractu; & tunc ſi nihil expreſſum
de ipſis expenſis cauſa ſtudij dictum ſit, minimè
ſub Legato alimentorum comprehendi reſpondet
43 Barboſa vbi ſupra, num. 9. † dicens quod diſpo-
ſitio dicta l. de bonis, cum ſimilibus procedat, vel
quando alimenta debentur iure naturæ, vel legis
diſpoſitione, vt in noſtro caſu, quo omnia com-
prehenduntur; & vt ſecurus Epiſcopus reddatur
à prædicta obligatione, conſilium præſtant Bar-
boſa, & Trullench. nempe vt curet ſumma dili-
gētia quod pater ordinati, filio patrimonium con-
ſtituat, ſeu ad alendum iuris remedio conſtringat,
aliàs inquam ſi taliter non adipiſcatur, non ſit cur
Epiſcopus ſit extra obligationem alendi ab eo
ordinatum, ei beneficium præſtando, aut alendum
in defectum non præſtiti beneficij.

44 Ampliatur ſecundo in caſu, quo alius Epiſco-
pus de mandato proprij Epiſcopi aliquem ordi-
nauerit ſine titulo, vel illo inſufficiente: nam etiam
in eo caſu tenetur proprius Epiſcopus eadem ali-
menta ordinato miniſtrare, vt expreſsè probat
textus in dict. cap. ſi Epiſcopus verſ. ſi verò, de præb.
lib. 6. vbi gloſſa verbo miniſtrare, quem ibi ſequun-
tur Doctores ex ea ratione; quia proprius Epiſ-
copus expreſsè committendo ordinandum alteri
Epiſcopo, non ipſe ſed Epiſcopus proprius ordi-
nare videatur, iuxta regulam textus in l. quod iuſſu,
141. ff. de reg. Iuris, iuncta gloſſa vnica, ibi, &
textus in c. qui facit per alium 72. eodem tit. in 6.
vbi gloſſa, in terminis Doctor. varios in lectura
manu ſcripta, ad textum in dict. c. 2. de præbendis
num. 16. omnino legendus à num. 1. in fin. quia
bene & ad propoſitum iuridicè ſcribit, cui addo
Vgolinum de poteſtate Epiſcopi cap. 62. §. 15. n. 1.
in verſ. verum. Marchinum de Sacram. Ordin. c. 7.
dif. 4. num. 7. verſ. 5. Barboſam cum Alzedo dicta
allegat. 20. ſub num. 21. eo quod in culpa fuit, non
inueſtigando, an haberet titulum.

Tertiò ampliatur, vt teneatur Epiſcopus ſup- 45
plere titulum ordinato habenti illum inſufficien-
tem, iuxta gloſſam finalem in dicto cap. tuis quæ-
ſtionibus de præbend. vbi Doctores, & Henriquez
in ſumma lib. 10. cap. 17. §. 3. littera Q, & R, San-
chez dict. lib. 7. in opuſc. dubio 34. num 10. docent
quod quamvis tenue beneficium, ſatis ſit ad ac-
quirendum Domicilium, non inquam ſit idoneum
pro titulo ad ordines, vt iam ſupra latè dixi in hoc
textu.

Et ex hoc dicto bene Fornarius de Sacramento 46
Ordin. cap. 8. num. 10. Bonacina de Sacram. diſp. 8.
quæſt. vnic. puncto 5. num. 30. poſt Henriquez Qua-
ranta verbo Ordo, verſ. an verò, in ſumma Bullarij,
& alij dicunt obligationem Epiſcopi ordinantis,
procedere etiam ſi conferat ordinem ei, qui iam
in ſacris conſtitutus erat; quia ſi fuit ſine vllo ti-
tulo promotus, non ſunt ei alij ordines ſacri con-
ferendi, quia iura ſimpliciter prohibent promotio-
nem ad ſacros ordines ſine vero titulo.

Quo fit etiam vt Epiſcopus ordinans teneatur 47
prouidere de beneficio illi, cuius titulus, ad quem
ordinatus fuit alluuione, ſeu alio caſu periit, vt fir-
mat gloſſa notabilis in dicto cap. tuis quæſtionibus,
verbo patrimonialibus, vbi Doctores intelligendo,
ex Sanchez de matrim. lib. 6. diſp. 32. num. 8. Vgoli-
no de off. Epiſcopi cap. 26. §. 15. verſ. ſeptimo excipi-
tur, Marchino de Sacram. Ordin. tract. 2. p. 6 cap. 7.
difficult. 4. num. 7. verſ. deducitur, † ad inſtar patris 48
qui patrimonium filio aſſignauit, & illud con-
ſumpſit, vel ad inſtar dotis filiæ conſtitutæ, quam
amiſit; quia teneretur pater dotem illi iterum
conſtituere, vt firmant Guillielmus Benedictus in
cap. Rainucius, in verbo dotem, quam ei dederat.
num. 19. Rebellus de Iuſt. & Iure p. 2. lib. 5. quæſt. 4.
num. 21. & 22. † Verùm hanc ampliationem in- 49
telligit Barboſa dicta allegat. 20. à num. 11. & 13.
quando pater ſoluendo non ſit; quia tunc Epiſco-
pus ſupplet; quod ſi Pater poſſit alere, tunc ſit
Præſul immunis ab onere iterum dandi benefi-
cium, aut alimenta ordinato; quia vt firmat Mar-
chinus dicta p. 6. c. 7. difficult. 4. num. 7. verſ. 4. Epiſ-
copus non tenetur alimenta Subdiaconis abſque
titulo ordinatis ſubminiſtrare, vbi partem debitam
habuerunt ſecundùm iam dicta, vel vt dicit Bona-
cina de cenſ. extra Bullam d. diſp. 3. puncto 9. n. 26.
ſi ordinatus bona habeat, quibus ſe valeat ſu-
ſtentare.

Præfata etiam doctrina ampliatur in Capitulo 50
ſede vacante, vel eius Vicario, vbi litteras dimiſſo-
rias dederunt ad ordinandum non habenti vnde
viueret, cum eadem ratio ſit in ordinante ſuum
ſubditum, ac in dante dimiſſorias, reſoluunt poſt
Præpoſitum de Auguſto in additionibus ad Qua-
rantam, Vgolinus de poteſtate Epiſcopi cap. 26.
§. 15. num. 1. Ægidius Trullench. dicto dubio 13. l. 6.
de Sacram. ſub num. 2.

Dubium tamen eſt an Capitulum, quod non 51
reſiſtit Epiſcopo ſine titulo ordinanti, teneatur

ordinato de beneficio prouidere, & interim alimenta præſtare: & quid de ſucceſſore Epiſcopo; in quo dubio Henriquez *in ſumm. dict. lib. 10. c. 17. §. 4. in comment. litt. F*, Bonacina *puncto 9. de Sacram. diſp. 8. quæſt. vnica, puncto 9. num. 29.* Campanil. *in diuerſ. Iuris Canonic. Rubr. 8. cap. 5. num. 21.* quos ſequitur Barboſa *dicta alleg. 20. num. 23.* & poſt omnes Trullench. *dicto dubio 13. ſub dicto num. 2. in fine*, docent non tantum Epiſcopum ordinantem, verùm ipſo mortuo, etiam eius ſucceſſorem teneri prouidere ſine titulo ordinato; imò, & Capitulum ſede vacante, ſi non reſtitit cum potuerit, vt docent etiam Sanchez *dict. dubio 34. num. 12.* Marchinus, & Alzedus, quos citat Barboſa.

52 Iterum dubium eſt an teneantur ſucceſſor, vel Capitulum, quando Epiſcopus, qui ordinauit aliquem ſine titulo, vel renunciauit Epiſcopatui, vel tranſlatus eſt ad alium Epiſcopatum; quo in dubio dicunt ad id teneri Epiſcopum ordinatorem, vt docent Inoocentius *in dict. cap. cum ſecundùm Apoſtolum num. 1. de præbend.* Ancharanus *in dicto c. ſi Epiſcopus num. 3.* verſ. *ſed nunquid, eodem tit. lib. 6.* Henriquez *in ſumm. dict. §. 4.* Vgolinus *de poteſt. Epiſcop. dict. cap. 26. §. 15.* verſ. *ſexto excipitur* Campanil. *dict. Rub. 8. c. 5. num. 21.* vbi dicit, quod ſi Epiſcopus loco renunciaſſet; quia tranſiturus eſt ad alterius Eccleſiæ regimen, vel ſi loco, & Dignitati ceſſit, non ad illa conſtringeretur, qui in ordinantis locum ſubſortitus eſt; ſed ipſemet ordinator quamvis, & tali egreſſus loco, & Eccleſia: quod itidem cenſeo in Capitulo vſque ad mortem illius tranſlati Epiſcopi.

53 Dubium eſt etiam non leue, an ſi Epiſcopus contuliſſet beneficium ſufficiens, ad cuius titulum aliquem ordinauit, & poſtea tale beneficium euincatur ab aliquo alio, teneatur iterum ordinatn de beneficio prouidere, vel ſubminiſtrare interim alimenta. In quo dubio dicunt teneri iterum ſubuenire, maximè ſi prima vice fraudulenter illud contuliſſet: ſic Nauarrus *conſ. 14. hoc tit.* Marc. Alterius *de cenſur. tom. 2. diſp. 10. cap. 3. dubio 4.* Bonacina *de cenſur. extra Bullam diſp. 32. dicto puncto 9. num 27.* & ſic ſentio, tum ex dictis ſuprà *de titulo conſumpto alluuione ſeu alio caſu*, vbi minor eſt ratio, quàm hîc.

54 Iterum dubium eſt an hoc procedat in donatione à parente, ſeu alio facta: in quo dubio pro negante ſeotentia eſt textus *in l. ad res donatas ff. de ædilitio edicto*, vbi in re donata licèt appareat vitioſa, non habet locum actio redhibitoria; quia vt textus inquit, *ne liberalitas donatoris ei ſit nocina*: & quia bene tractat, & diſpungit Barboſa cum ab eo relatis *dict. p. 2. allegat. 20.* videndus *à num. 15. ad 19.* ideò ad illum recurres, & interim ad ea, quæ ſupra dixi *ſub quæſt. 7. & 8.* nam ex *ibi* dictis *de donatione ſimplici, aut ſub conditione*, etiam reſpondebitis, vti pœna iuxta fundamenta, quæ ibi adduxi, loquitur idem citatus Barboſa, quæ non repeto; in patre verò donatore, cuius donatio redhibita fuit, exiſtimatem, vt teneretur vtique aliam donationem facere filio ordinato; quia hic militat ratio naturalis alendi filium, cum poteſt, vt iam dixi.

55 De pœnis verò ſtatutis contra ordinatum ſine titulo beneficij, aut patrimonij veri, cum tota, ac integra reſolutio conſiſtat in expendendis vltimis verbis, *cap. 2. Trid. dict. ſeſſ. 21. de reformatione*, ibi: *Antiquorum Canonum pœnas ſuper his innouando* &c. & differant pœnæ appoſitæ *in dict. c. neminem & c. Sanctorum diſt. 70.* à pœnis *c. cum ſecundùm Apoſtolum, aliorumque Iurium*; etenim temporibus antiquioribus iuxta præfata iura *in dict. cap. neminem, & dict. c. Sanctorum 70. diſt.* non erat pro ordinandis aſſignatum patrimonium, ſicut poſtea dictum fuit *in dict. cap. ſi Epiſcopus, & in cap. ſuis quæſtionibus de præb.* & benè expendeos proſequitur Barboſa *in dict. cap. 2 de præb. & à num 36.* videndus pro expeditione ſcholaſtica; ſed ad propoſitum, vt Concilij verba interpreterentur Doctores, triplicem opinionem aſſignant illi omnes, quos refert Barboſa *in dict. allegat. 20. p. 2. de officio Epiſcopi, à num. 24.* idem *in dicto cap. 2. Trid. à num. 65.* & poſt eos omnes cum aliis Ægidius Trullench. *in opere moral. dict. lib. 6. de Sacram. quæſt. vnica, dubio 13. à n. 3.* quibus præhabitis eas ego breuiter referens eligam aptiorem. & practicabiliorem.

Nonnulli ergo dixerunt Trid. *in dict. cap. 2.* renouare ſuſpenſionis pœnam, de qua *in dicto cap. neminem, dict. cap. Sanctorum*, & aliam, quam incurrit ordinator prouidendi de neceſſariis ordinato ab eo ſine titulo; donec Eccleſiaſticum beneficium conſequatur; donec prouideatur de beneficio, de quo *in dict. cap. cum ſecundùm*, ſi ordinator, & ordinatus in culpa fuerint. 56

† Alij 57 inquam exiſtiment Trident. innouare tantum pœnam ſuſpenſionis, de qua *in dict. cap. neminem, & dicto cap Sanctorum*, dicentes omnino eam innouari, vel quia ſublata non erat per textum *in dicto cap. cum ſecundùm, de præb.* cum ordinatus decepit Epiſcopum circa titulum ſuum; ſiue quia licèt ſublata ſit, renouata eſt, & vigori reſtituta per dictum decretum Trid. cum ſimpliciter innouet Canones antiquos, quorum vnus, & alter eſt *dict. cap. neminem, cap. ſanctorum.*

† Alij verò dixerunt prædictum Trident. *cap. 2.* innouare tantum pœnam *dicti cap. cum ſecundùm*, 38 quæ eſt aduerſus ordinantem; non verò ordinatum ſine titulo non eſſe ſuſpenſum, nec aliquam pœnam incurrere, ſed Epiſcopum cogendum eſſe illi prouidere, ſublata iam diſpoſitione conſtitutionis Sixti V. imponentis etiam pœnas aduerſus ordinatos ſuſpenſionis perpetuæ ab exercitio ordinum ſuſceptorum, & ab omni ſpe, & facultate aſcendendi ad alios ſuperiores, quã reſtrinxit Clem. VIII. *in alia iam præcitata conſtitutione.*

Probabiles ſunt omnes præhabitæ opiniones, 39 & approbans ſecundùm Bonacina *tom. 1. diſput. 1. quæſt. vnica, puncto 5. num. 24.* in verſ. *vtraque opinio*, veriorem in iure reputat primam; & ſic ſecundam; ſed Barboſa *in dicta alleg. 20. num. 27.* tertiam amplectitur cum infinitis, quos allegat: tamen idem Ægidius Trullench. aliter cum ſecũda ſentit *d. dub. 13. n. 7.* quia validioribus nititur fundamẽtis, & ſic dicit affici ſuſpẽſione eũ, qui ficto patrimonio ordinantur, etiam nullo intercedẽte pacto cum collatore, aut qui qualitercumque culpabiliter, tamen ſine patrimonio ordinatur, efficique irregularem, ſi poſt talem miniſtrat, vt cum Maiore, & Medina tenent Rodriguez *in ſumm. 2. p. cap. 11. num. 1.* Zerola *in praxi 2. p.* verbo *dimiſſoria*, Sanchez *lib. 6. de matrimonio diſp. 32. num. 8.* Bonacina *verſ. idem quia cap. Sanctorum, & cap. neminem*, quæ ſecundùm hanc ſententiam non ſunt abrogata abſolutè diſponuot ordinatum ſine titulo eſſe ſuſpenſum.

† Et ego ſic cenſeo, alias inquam 40 eueniret vt ordinatus, qui forte ſciens, & prudens Epiſcopum fraudans accederet ad ordines ſacros recipiendos, dolo ordinaretur, ſiue metu pœnæ, quam non ſic poſſet mereri Epiſcopus ordinans: & faciunt relata ſupra *quæſt. 7. & 8.* videbis vltra

alios

alios Suarez loquentem, qui *de cenſur. diſp.* 31.
*ſect.*1.& poſt *num.* 35.vbi primam videtur ample-
cti: & ſecundùm tertiam opinionem deciſum
fuiſſe in Sacra Congregatione teſtantur Piaſecius
*in praxi noua Epiſcop.p.*1.*num.*42.Flamin.*de reſign.*
*lib.*2. *quæſt.*6. *num.* 18. Additio.ad Nauarr. *conſ.*1.
quæſt. 16. *de conſt.* Armendar. *in addition. ad leg.*
*Nauarra recopil.lib.*2.*tit.*8.*l.*1.*de patrimonio Cleri-
cor.*Gonzalez *in regul.*8.*Cancel. gloſſa* 5.§.10.*n.*22.
Bonacina *dicto puncto* 5. *num.* 24 *verſ.*1. Nicolaus
Garcia *de beneſ. p.*2. *cap.*5. *num.*27. & alij relati à
61 Barboſa *dicta num.*27. † His omnibus adiunges
Dianam *p.*5.*tract.*10.*reſolut.*50.vbi contra multos
affirmantes, quod qui recipit ordines cum patri-
monio ficto incidit in ſuſpenſionem; ipſe verò
negat cum aliis; quia qui ſe ordinauit eum titu-
lo de Subdiaconatu, & titulum renunciauit, aſ-
cendendo poſtea ad ordines alios; etſi peccet,
non incurrit ſuſpenſionem ſecundùm Hurtadum
& alios exponentes quod Trid. *in dict. cap.*2. non
renouauit pœnas dictorum *cap. neminem*, & *cap.*
*Sanctorum diſt.*70.ſed *dict.cap cum ſecundùm*, *de
præb.*de quorum intellectu iam dixi.

62 Ex his breuiter infero, vt ordinatus ſuſpenſus
fiat ab ordine ſuſcepto, & ordinator à collatione
per triennium, ſi conueniant ſuper non petendis
poſtea alimentis, vel rebus donatis pro titulo ſuo-
rum ordinũ, iuxta textum *in cap.penult.de ſimonia*
63 vbi dico.† Idem ſi cum præſentante ad Eccleſiam
idem faceret pactum, ex textu *in cap. per tuas eo-
dem tit.*vbi dicò, & ſentit Barboſa *dicta alleg.*20.
*num.*28.*&* 29.prædicta iura tantum intelligi de pa-
ciſcente cum ordinatore, vel præſentante, non ſic
cum donatore contra Campanillum, qui ea iura
extendit ad paciſcentem eum donatoribus in
diuerſorio Iuris Canonici *Rub.*8.*cap.*3.*num.*32. ita
Garcia cũ aliis *dict.cap.*5.*n.*168.quare Barboſa im-
probat Suarez *de religione tract.*3.*lib.*4.*cap.*38.*n.*4.
& 5.dum dixit dicta iura procedere etiam quoties
aliquis ex ſuis bonis alteri titulum conſtituit ad
quem ordinatur ab eo recipiens promiſſionem,
quod nihil poſtulabit dicens tunc committi pecca-
tum indebitæ ordinationis, & ſimoniam, quem ſe-
quutus fuit Azor. *inſtitut.moral.p.*3.*lib.*12.*cap.*15.
*quæſt.*1.

64 Vnum tamen notat Bonacina *de cenſ. diſput.*3.
*quæſt.*6.*puncto* 5.*num.*4. verſ. *tertio*, prædictam ſuſ-
penſionem incurrere ordinatum, tam à proprio
Epiſcopo, quàm ab alieno, etiam cum litteris di-
65 miſſoriis proprij Epiſcopi. † Et *num* 6. ſubdit
illum in irregularitatem incidere, ſi functionem
ordinis ſuſcepti exerceat antequam abſoluatur;
quod probatur iuxta ſecundam opinionem ſequu-
tam pro dicto Trid.*in dict.cap.*2.*ſeſſ.*21.

Sed prædicta limitantur in ordinato cum pacto
66 & conditione de reddendo patrimonio ſibi dona-
to; item in eo, qui poſt ordinationem patrimo-
nium dat, vel alienat; nam etſi peccet, non tamen
incurrit ſuſpenſionem; etſi caſtigari poſſit ab
Epiſcopo; quia iſti verè cum titulo non ficto fue-
runt ordinati; deinde, † nec incurrunt prædictam
67 ſuſpenſionem Religioſi profeſſi, aut Ieſuitæ; quia
iſti per Bullam Gregor. X I I I. rectè ordinantur
in tempore ibi affixo; illi inquam; quia profeſſio
ſtat pro titulo, vt iam ſuprà benè expendi, † quod
68 ſecus erit in Nouitiis, ſeu aliis Religioſis, qui vſque
ad certum tempus profeſſionem emittunt: nam
in Nouitiis deficit omnino titulus, in profeſſis ad
tempus; deficit titulus perpetuus, qui neceſſarius
eſt, iuxta quæ dixi *ſub quæſt.* 7. *&* 8. benè de his
agit Barboſa cum multis ab eo relatis *dicta allega-
tione* 20. *à numero* 30. & Trullench. *dubio* 13. *nu-
mero* 13.

Item dico non affici prædicta ſuſpenſione ille, 69
qui poſtquam ordinatus eſt Subdiaconatu cum
vero patrimonio, illud reſignat propria authorita-
te in fauorem donatoris, aut alterius; & deinde
ſuſcipit alios ordines; quia talis renunciatio eſt
irrita, manetque antiquum patrimonium, cum
quo receperat iam alios ordines: ſic docent San-
chez *lib.*6.*de matrim.diſp.*32.*num.*8.Henriquez *in
ſumm.lib.*10.*cap.*8.Bonacina *tom.*1. *dicta diſp.*8.*q.
vnica p.*5.*num.*19.Ægidius Trullench.*dict.dub.*13.
num 8. qui dubitat ſi ſecundùm aliam opinionem
non eſſe irritam aſſerentem, illa renunciatio am-
plectatur.

Nec ſuſpenſus redditur ordinatus, qui poſtquam 70
accepit verum patrimonium, obligauit ſe daturum
conferenti, v.g. ſingulis annis decem ex fructibus
ipſius patrimonij; quia fuit ordinatus cum vero
titulo, & conſtitutio talis patrimonij eſt valida:
nec tenetur ad danda illa decem, vt reſoluit Trul-
lench. *ſupr. num.* 11. cum Ledeſma; quia tale pa-
ctum tanquam turpe, & contra ius, cenſetur turpe,
† ſed ait peccare mortaliter, & affici prædicta ſuſ- 71
penſione eum, qui accepit patrimonium mutua-
tum, ſeu accommodatum, ea tamen intentione vt
ordinetur obligatione illud reddendi, cum ordina-
tus fuerit; quia tunc idem eſt ac ſi ordinaretur
abſque titulo; eo quod fictum eſt patrimonium,
ex dictis *ſub dicta quæſt.* 7. *&* 8. ſed videtur con-
trarium *num. ſequenti.*

Sed an qui ementito patrimonio ad ſacros or- 72
dines aſſumitur data apocha (quæ vulgò dicitur
contra ſcriptura) aut data fide, vel iuramento ſe
poſt ordinationem patrimonium illi aſſignatum
redditurum, vel fructus nunquam petiturum te-
neatur ſtare promiſſis: & in hoc puncto nega-
tiuam ſententiam docet Diana *p.*3. *tr.* 4. *reſ.* 184.
cum Ledeſma *in ſumma tom.*1.*de Sacram. Ordin.
c.*7.*concluſ.*6.*diſ.*3. Villalobos *in ſum.tom.*1.*tr.* 11.
*diſ.*15.*num.* 10.dicit autem probabiliter contrariam
ſequi ſententiam, Auila *de cenſ.p.*2.*diſp.*5.*dubio* 5.
*concluſ.*3.Ioannes de la Cruz *in director.conſciẽtiæ
p.*2.*de Sacram.Ordin. dubio* 6.*concluſ.*2. cum Cor-
duba; & ratio Dianæ eſt; quia Patrimonium ſe-
mel donatum tranſit in Epiſcopum, fitque illi hy-
pothecatum; tum quia tale Patrimonium effugiẽs,
& illud ordinando ficta donatione donans pro
parte culpæ imputari debet, ſi tale Patrimonium
recuperare minimè poſſit.

Notat verò Auila, & cum eo Diana ſupra, vt 73
ſtando in ſecunda ſentẽtia, teneatur ſic ordinatus
in foro conſcientiæ reddere illud Patrimonium
conditionaliter donatum donatori; & in foro ex-
teriori poſſe reſcindi talem retrodonationem;
quia voluit decipere Eccleſiam, & Epiſcopum:
leges Gaſpar.Hurtad.*de ſuſpenſione difficultate* 13.
affirmantem ſic ordinatum eſſe ſuſpenſum.

Pro complemento notabis ſuſpenſionem ſu- 74
pradictam Pontifici reſeruatam eſſe, quando eſt
perpetua; & ob id non poſſe ab Epiſcopo abſolui
poſſe tamen ab Epiſcopo abſolui, ſi ſit occulta,
iuxta diſpoſitionem Trid.*ſeſſ.*24. *de reformat. c.*6.
tradunt Bonacina *dicto tom.*1.*diſp.*8.*de Sacramen-
tis*, *quæſt.vnica puncto* 5.*num.*23. Trullench. *dicto
dubio* 13.*num.*15. qui *num.*16. addit poſſe abſolui
à prædicta ſuſpenſione virtute Bullæ, vt ipſe di-
xit in expoſitione Bullæ Cruciatæ *libro* 1. §. 7.
*cap.*2.

Ad

75 Ad tertiam quæſtionis partem, an Epiſcopus,
qui ordinat ſubditum alienum ex ratihabitione,
incurrat ſuſpenſionem. Reſolutio huius quæſtio-
nis dependet ab illa, nempe an alienus Epiſcopus
rectè queat ordinare alienum ſubditum ex præ-
ſumpta ratihabitione proprij Epiſcopi, de qua iam
aliqua dixi; ſed nunc referam duas contrarias: af-
firmatiuam, quæ dicit non eſſe tunc neceſſarias
litteras dimiſſorias proprij Epiſcopi; ob idque
abſque pœnæ metu ordinationem procedere per
textum, & gloſſam *in verbo fructus, in cap. Lug-
dunenſis 9. quæſt.* 2. gloſſa magna *in fine, cap. nullus
alterius 9. quæſt.* 21. per quæ iura, & alias rationes
docent Maiol. *de irregular. lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 7. *&
in cap.* 20. *num.* 1. Rodriguez *in summ.* 2. *p. cap.* 14.
num. 10. verſ. *el ſegundo.* Ledeſma *in ſumma tit. de
Sacr. Ordin. cap.* 8. verſ. *el ſegundo.* Nauarr. *conſ.* 24.
num. 5. verſ. *tertio, hoc tit.*
76 Contrariam verò ſententiam innuit gloſſa *in
verbo figmento in cap. eos hoc tit. lib.* 6. Rebuffus 1.
p. tit. de formula litter. dimiſ. Salzedus *in addition.
ad Bernard. Diaz cap.* 26. *pag.* 95. verſ. *ſecundus,*
& fulcitur ex eo, quia proprius Epiſcopus eam
ordinationem ratam habere non poteſt, quæ ſuo
nomine celebrata non fuit, vt *in reg. ratum de reg.
Iuris*; & cum huiuſmodi ordinatio Sacris Cano-
nibus irrita ſit, minimè poſſit haberi rata. Et hanc
amplectitur aduerſus Nauarrum, & alios Zenedus
in quæſt. Canon. pract. 38. *ſub num.* 37. verſ. *mihi*; eo
quòd contraria ſententia præſtaret Epiſcopis an-
ſam, vt eo quæſito colore alienos ſubditos ad
ordines promouerent, indeque oriri damna innu-
merabilia; & quia hoc pacto tollitur diſcordia,
quæ oriretur inter Epiſcopos ex ordinatione alte-
rius ſubditi, tam circa ipſius ordinati alimoniam,
caſu quo ſine titulo ſufficienti eſſet promotus,
77 quàm in aliis caſibus. † Et pro hac ſententia ad-
ducit illum nempe; quia vbi in aliquo actu licen-
tia alicuius deſideratur, ea præcedere omnino de-
bet, *auth. licentia cod. de Epiſcopis, & Cleric. l. ſi quis
mihi bona,* vbi Doctores *ff. de acquirenda hæredit.*
nec ſufficere licentiam tacitam, & præſumptam,
ſed omnino expreſſam, vt tradunt Corſetus *ſingu-
lari* 159. Lapus *allegat.* 86. *num.* 3. Tyraquel. *in leg.
Connub. in gloſſa* 7. *num.* 8. Molina *de maiorat. lib.* 2.
cap. 7. *num.* 2. Didacus Perez *lib.* 1. *tit.* 1. *l.* 8. in gloſſa
ſin conſentimiento, & aliis probans ipſe Zenedus
num. 38.
78 Vnde ad dubium, de quo inquirimus, videtur
dicendum, vt ſic ordinatus incurrat ſuſpenſionem
Concilij Trid. *in dict. cap.* 2. *ſeſſ.* 21. *de reformatione,*
vt benè proſequutus, Turrianus defendit ſecluſa
ignorantia, Bonacina *tom.* 3. *diſp.* 1. *puncto* 11. *n.* 14.
Pariſius *volum.* 4. *conſ.* 136. Mandoſ. *in regula* 24.
Cancel. quæſt. 4. *num.* 10. Rebuffus *ſupra num.* 11.
& 29. & Hurtad. *difficultate* 12. *de ſuſpenſ.* abſo-
lutè, docet Sanchez *in opuſculo lib.* 7. *cap.* 2. *du-
bio* 20. *num.* 13. poſt Trid. vbi docet non poſſe
79 Epiſcopum talem ordinationem ratam habere, †
imò quod talis ordinatus deponi debeat probat
Zenedus *ſuprà* ex textu noſtro, & ex Concilio
Chalcedon. *cap.* 19. de quo *in cap. Clericos diſt.* 71.
Quæ ſententia verior eſt, etſi Nauarrus intendat
ſatisfacere contrariis fundamentis *in conſ.* 42. *hoc
tit.* nec debent audiri Suarez *dicta diſp.* 31. *ſect.* 1.
vbi *ſub n.* 15. adducẽs caſus, in quibus poteſt quis
ab alieno Epiſcopo ordinari abſque dimiſſoriis po-
nit caſum hunc *ex dicto cap. fin.* 9. *quæſt.* 2. vbi alle-
gatur factũ D. Epiphanij, qui iſto modo ordinauit
in Diœceſi D. Chryſoſtomi: ſequutus fuit etiam
Reginaldus *in praxi tomo* 2. *lib.* 32. *tract.* 2. *cap.* 24.
ſect. 3. *num.* 69. caſus ex Suarez referens, de quibus
iam dixi ſupra *ſub quæſt.* 10. Barboſa *ſeſſ.* 23. *cap* 8.
num. 16. in Trid. cum aliis per gloſſam *in dicto cap.
Lugdunenſis 9. quæſt.* 2. verſ. *quod Sanctus Thomas
in* 4. *diſp.* 25. *in expoſitione litteræ,* alij relati à Diana
p. 3. *tract.* 4. *reſ.* 191. vbi probabilem vocat, ſed pro-
babiliorem dicit noſtram *p.* 5. *tract.* 14. *de ſuſpenſ.
reſ.* 38. & Auila *de cenſuris p.* 3. *tract.* 5. *dubio* 7. §.
dico quinto, intelligit cõtrariorum ſententiam pro-
cedere in ratihabitione de præterito, vel de præſen-
ti, expreſſa ſigno aliquo exteriori, non tamen pu-
tat ſufficere ſpem ratihabitionis de futuro.
Ad quartam quæſtionis partem, an ſuſpenſio- 80
nem incurrat conferens Tonſuram in Diœceſi
aliena; & ſuppoſito nempe quod Laici poſſunt
ordines minores recipere ſine titulo, qui tantum
neceſſarius eſt ad Ordines Sacros, vt iam ſupra
expendi, nunc breuiter dico duas eſſe opiniones
contrarias, affirmatiuam vna, quam docent Cam-
panil. *in diuerſ. Iuris Canon. Rubr.* 6. *cap.* 1. *num.* 2.
Alterius *tom.* 2. *diſp.* 10. *col.* 2. verſ. *quod ſi,* Rebuffus
*in practica benef. tit. de Clericis ad Sacros Ordines
male promotis,* cum aliis Barboſa *in collect. ad Trid.
in dicto cap.* 5. *ſeſſ.* 6. *num.* 9. † Vbi docet Epiſco- 81
pum non poſſe in Diœceſi aliena conferre primam
Clericalem Tonſuram ſuis ſubditis abſque licen-
tia Ordinarij loci, atque ideò aliter facientes incur-
rere ſuſpenſionem latam *in dicto cap.* 5. *Trid.* qui-
bus accedit Riccius *collect.* 1678. *ad cap.* 1. *diſt.* 71.
vbi dicit, vt ſit ſuſpenſus vera ſuſpenſione, etiam
quoad alios, quæ irregularitatem inducit, ſic ton-
ſuratus, quandiu proprio Ordinario videatur expe-
dire, quidquid dicant Guido, & Sayrus; ſic etiam
vt reſeruatio penſionis tali facta ſit nulla; imò
& collationem beneficij non ſubſiſtere cum Graſ-
ſis dicens ita fuiſſe reſolutum *in vna Cæſaran-
guſt.* 9. *Martij* 1589. vbi quod Clericatus ſuſ-
ceptus cum dimiſſoriis non proprij Epiſcopi, non
ſuffragetur. † Sed Diana *p.* 5. *reſ.* 45. Toletus *lib.* 1. 82
ſum. c. 49. *n.* 4. Azor. *tom.* 2. *lib.* 3. *inſtit. moral. c.* 48.
q. 5. Fornarius *de Sacram. Ordin. c.* 5. §. 4. *not.* 4. Mol-
feſius *in ſumma tom.* 1. *tr.* 2. *cap.* 2. *n.* 15. Henriquez
lib. 3. *cap.* 6. *num.* 6. & alij exiſtimant etiam pro-
babiliter imo probabilius ipſos non incurrere;
quia Concilium loquitur de Epiſcopo conferente
ordines, at prima Tonſura non eſt ordo, ſed initia-
tus ad ordines, quæ ſolet concedi ſine exercitio
Pontificalium. † Ego autem libenter hanc ſeque- 83
rer ſi exiſtimarem Tonſuram ordinem non eſſe,
quod contrarium ſequutus fui ſupra *in Rub.* & dixi
aliquid ſupra *in hoc textu*, dum egi an confe-
rendo Tonſuram peccet.
Dubitabis autem an Epiſcopus conferens pri- 84
mam Tonſuram ſine proprij Epiſcopi licentia, in-
currat pœnam ſuſpenſionis latam *in dicto cap. eos
hoc tit. lib.* 6. negatiuam ſententiam docent ex Ge-
miniano Villabos *in ſum. p.* 1. *tr.* 18. *diſ.* 7. *num.* 17.
Riccius *in addit. ad inſtitut. Canonic.* Lancel. *l.* 1. *tit.*
25. §. *pars ratione,* cuius dictum refert Diana *p.* 3.
tract. 4. *reſ.* 194. cum Sayro *de cenſur. lib.* 4. *cap.* 12.
num. 13. Campanillo *in diuerſorio Iuris, Rub.* 9. *n.* 16.
Barboſa, Bonacina, & Filliucio, ex eo, quia ſtan-
te diſpoſitione Trid. *in dict. cap.* 8. *ſeſſ.* 23. *& ſeſſ.* 14.
cap. 2. videtur probari, & ex textu *in dicto cap. eos*;
quia Epiſcopus, qui affectata ignorantia, aut ſcien-
ter ordinare præſumpſerit alienum ſubditum ſine
proprij Epiſcopi licentia, ſuſpenſus eſt; etſi illum
textum exponat Riccius *ſuprà,* vt loquatur de or-
dinante iam tonſuratum, *ex c. nullius, illo tit.*

85 Ad vltimam quæſtionis partem, ſuppoſitis iam ſupra dictis *q. 7. & 8.* item ſupra *in verſ. ad ſecundam*, videtur quod ſit ſuſpenſus; debet enim habere vſum rei, ad cuius titulum ordinatur. Tamen in hoc puncto Gielenzon. *conſ.* 14. & Gaſpar. Hurtado *difficult. 13. num. 38. de Sacram. Ordinis.* Diana *p. 5. tract. 10. reſ.* 48. dicunt non incurrere, quia cauſa finalis Tridentini *in dicto c. 2. ſeſſ. 23. de reform.* ob quam cauet, ne dentur ordines ſacri, non habentibus beneficium, aut Patrimonium, fuit ea, ne Clerici mendicent.

86 Sed mens Legiſlatoris eſt attendenda, vt patet
in l. nominis tui ff. de verb. ſignif. & docet Pari. *vo-*
87 *lum. 8. conſ. 16. n. 20. 21. & 22.* † quia mens, & anima
ipſius legis eſt ratio, quæ vbicumque habet locum
vbi locum habet legis diſpoſitio, etiam quod eſ-
ſet contra ius commune, *l. a Titio ff. de verbor. ſig-*
88 *nificat.* † ergo quoties prouidetur, vt fit cum fi-
deiuſſione alimentorum mendicitati huiuſmodi ſa-
tisfactum eſt menti, & cauſæ finali legis, & con-
ſequenter diſpoſitioni; ob quod non ordinatus
incurret ſuſpenſionem; imò ait Hurtado ſuprà
procedere etiam, ſi fiat fideiuſſio: & credo ſic pro-
cedere, iuxta illa, quæ dixi *dicta quæſt. 7. & 8.* &
hic *tota quæſtione* 11. præcipuè *ſub verſic. ad ſecun-*
dam.

QVÆSTIO XII.

An ad fugiendam Iuriſdictionem Epiſcopi Domicilij, poſſit quis ordinari alibi titulo beneficij. An eiectus à Societate Ieſu, ſi ſint conſtituti in ſacris, debeatur aliquid pro Patrimonio. Et an poſſit Epiſcopus ordinare illum, qui in ſua Diæceſi nullum habet beneficium, & hac intentione ſola illi confert. Et an qui ficto titulo impetrat dimiſſorias, puniatur. Vbi de ordinato ficto titulo, nùm incurrat ſuſpenſionem?

SVMMARIVM.

1 *Beneficij ratione ſubditus eſt quis illius territorij, vbi eſt dum illud poſſidet.*

2 *Ordinari poteſt quis ad titulum beneficij obtenti ab ordinato in aliena Diæceſi; etſi animo fugiendi iuriſdictionem proprij Epiſcopi*, vt n. 3.

3 *Intentio mala interna operantis non vitiat actum externum, alias Iuridicum*, & numero 5.

4 *Iudices diuerſos poteſt quis habere.*

5 *Domicilium ad ordines, etiam per ſimplex beneficium acquiritur.*

6 *Ieſuitis ordinatis eiectis in Religione, de alimenta dari debent per Prælatos*, n. 7. *Quid in praxi*, n. 8.

9 *Ordinare poteſt Epiſcopus illum, cui ex propoſito, vt ordinet, præſtat ei beneficium, etiam ſi alias ſubditus eius non eſſet*, vt numero 9.

10 *Epiſcopus ratione beneficij queit diſpenſare in interſtitiis ſui ſubditi ex beneficio, etſi alias ratione Domicilij non ſit ſubditus, & diſpenſare in illegitimitate*, vt n. 11.

12 *Dimiſſorias ficto titulo impetrans non ſuſpenditur*, num. ſeqq. & n. 17.

13 *Ordinatus ficto titulo, verius eſt, vt nullam contrahat ſuſpenſionem*, n. 14. & 15.

15 Cap. neminem, cap. Sanctorum 70. diſtinctione.

AD primam quæſtionis partem, vt reſpon- 1
deam, præmitto quæ iam dixi *à quæſt. 6.* & dictum infra *in cap. non eſt compos, 16. ſub quæſtione 3. verſ. fin.* vbi de ſuſcipiente Tonſuram, & ordines minores cauſa euadendi iudicium ſæculare. Et ſuppoſito etiam iam dictum ſupra, vt Clericus dicatur habere Domicilium; imò & eſſe illius Diæceſis, in qua ſitum eſt eius beneficium illud poſſidēs ſex Bartoli doctrina *in l. hæres abſens, §. proinde n. 5. ff. de iudic. & in l. 1. n. 13. ff. ad municipal.* Thom. Valaſcus *allegat. 5. num. 29.* Cardoſus *in praxi Iudicum, & Aduocator.* verbo *Domicilium, num. 6.* Boërius *deciſ. 260. num. 20.* & alij, & hoc quamvis exiguum ſit beneficium, ex traditis per Barboſam *in paſtor. p. 3. alleg. 4. num. 45.* qui *in fine*, hoc non admittit ad ordines per Epiſcopum conferendos ratione beneficij tenuiſſimi ob præſumptam fraudem.

Quare dixerunt nonnulli ad propoſitum noſtræ 2
difficultatis, non poſſe quē ordinari alibi titulo beneficij ad fugiendam iuriſdictionem Epiſcopi Domicilij, ex ea ratione, quia dolus, & fraus nemini debent patrocinari, iuxta textum *in l. itaque fullo, ff. de furtis, cap. dictum 30. quæſtione 1. cap. intellecto de iudic. cap. tua 12. de Clericis non reſident. c. ſi des, cap. ex tenore, cap. ſuper litteris de reſcript. cap. 2. de dolo, cap. 2. de cognat. ſpirituali, cap. 2. de colluſ. detegenda, cap. tuus de vſuris*, vbi DD. exornant.

Verùm exiſtimo pro affirmatiua ſententia reſ- 3
pondendum, tum ex dictis in hac difficultate infra *in verſ. ad tertiam*, & ſuprà *in hoc textu ſub quæſtione 6.* ex eo quia iure ſuo, tam ordinandus, quàm ordinator vtuntur iure ſuo, cum bona, aut mala intentio nequit irritare actum externum, ſi alioqui ille actus ſuſtineatur in iure. Eſt enim intentio actus occultus, & internus; eſt qui quoties actus internus non eſt contra iuſtitiam, non improbat illum; quamvis operans malam habeat intentionem. Et ſic fieri, vt quando lex ſtatuit Canonica eſſe Epiſcopum, in cuius Diæceſi eſt tale beneficium in ordine ad hunc effectum promouendi legitimum, & proprium; ſequitur vt ex praua intentione ordinandi, ſeu fundantis, aut conferentis beneficium, auferatur iuriſdictio ad ordines ſuſcipiendos per ſubditum ratione talis beneficij, quantumvis adeſſet intentio fugiendi iuriſdictionem Epiſcopi Domicilij.

Et confirmatur ex doctrina textus *in cap. 3.* 4
cap. 14. cap. 17. cap. fin. de foro compet. vbi latiſſimè
ſcripſi poſſe quem diuerſos Iudices habere, iuxta
iuris regulas, vel ratione rei ſitæ, Domicilij, origi-
nis, incolatus contractus delicti & etiam ratione
beneficij, & ex textu *in cap. nullus, de temporib.*
ordin. lib. 6. † Vbi Doctores abſolutè docent, 5
etiam ſimplici beneficio Domicilium ad ordines
acquiri, ergo videtur abſolutè reſpondendum
pro affirmatiua ſententia, quam tuentur Diana
part. 11. tract. 4. miſcel. reſol. 1. & tenet etiam Pater
Bardi *in ſelectis lib. 3. quæſtione 3. numero 7.* vbi
etſi ſuſpenderet ſuum iudicium eo quod nullum
authorem diſputantem inuenerit: ſic demonſtrat
tenendum ponens quæſtionem: *Núm poſſit*
quis

Digitized by Google

quis ordinari titulo beneficij exiſtentis in aliena Diœceſi, ſi id fiat in fraudem, ad fugiendam Iuriſdictionem Epiſcopi Domicilij: quod tunc euenire, ait, quando quis fundaret beneficium hac intentione, vt poſſet ab alio Epiſcopo promoueri, vel præſumptiuè ita exiſtimaretur, v.g. ſi de proximo tempore ante ordinationem fundaret beneficium, & maximè tenuiſſimum; vt duorum, aut trium aureorum in aliena Diœceſi, vel id ex aliis coniecturis colligeretur. Vbi ex adductis demonſtrat ſic tenendum; quod ſine ſcrupulo ſemper in praxi vidi, in tantum, vt nullus Epiſcopus Domicilij reclamet ad inualidandum actum propter malam intentionem ſui ſubditi fugientis ad alium Prælatum.

6 Ad ſecundam quæſtionis partem, an eiectis à Societate IESV, ſi ſint conſtituti in ſacris, debeatur aliquid pro patrimonio? Et pro affirmatiua ſententia communis doctrina omnium aſſerentium eſt Epiſcopum ordinantem aliquem ſine titulo, teneri illum alere; donec beneficium ſufficiens conſequatur: & ſic videtur confirmari ex doctrina Boſſij *in moralibus tom.2. tit.3. §.9.n.24.* Leandri *de Sacram. tom.2. tract.6. diſput.9. quæſt.2.* Martini de S. Ioſeph. *in man. Confeſſor. tom.1. lib.1. tract.8. de ordine num.3.* Marchini *de Sacram. Ordin. tract.2. p.6. c.5. n.5.* aſſerentium Religioſos Societatis IESV poſt vota ſimplicia ab eis emiſſa poſſe ordinari in ſacris ante profeſſionem ſolemnem, iuxta conceſſionem Gegor. XIII. qui etiam addunt quòd ſi ſic ordinati expellantur à Religione, nec habent beneficium, aut patrimonium, debeant Prælati Societatis IESV, eis ſic eiectis præbere honeſtam ſuſtentationem.

7 Et hanc doctrinam conformem iuri, vt omnes agnoſcunt per textum *in cap.2. de præb.* cum vulgatis, in terminis confirmauit Sacra Congregatio Concilij *ſeſſ.21. c.2. de reform.* per verba ſequentia: *Quoad Ieſuitas, cum poſt Sacerdotium exire non poſſint, niſi à ſuperioribus deiiciantur, prouideatur illis de redditu quadraginta aureorum ex bonis religionis quoad alios, qui arbitrio ſuo exire, quando volunt, poſſunt, ne detur illis occaſio exeundi, vt fruantur illo redditu, vocentur prius, & intelligant qua alia via veſci poſſint; deinde maturè deliberandum*, per quem præter relatos, ſic declaraſſe Sixtum V. Pontificem Summum refert, ac tenet Barboſa *in paſtorali dict.2. p. alleg.19. num.7. & in dict. cap.2. Tri. num.6.* cum eodem Marchino, & aliis; eo quod per vota tria ſimplicia idicti Patres ſint iam veri Religioſi conſeruandi in Religione.

8 In praxi ſemper audiuimus nunquam Prælatos illius religionis eiicientes, propter demerita, & vt indignos tantæ, ac grauiſſimæ Societatis eiectis ſubuenire, nec parum honeſtiſſimis alimentis; præſertim iam effectis Sacerdotibus; quia inueterata conſuetudo omnium Religionum ſit huiuſmodi, expulſis nihil alimenti dare, cùm alimenta hæc viam munirent ad defectionem; & quia inde multi anſam arriperent ad religionem deſerendam, ſi eis huiuſmodi alimenta forent ſuppeditanda; imò & contingeret, vt omnes redditus religionum inſumerentur, cum huiuſmodi dimiſſis contra expreſſam, vel tacitam voluntatem eorum, qui religiones, ac Monaſteria dotarunt; quare cùm non ſoleant Iudices eos, quos puniunt, alere, ſequitur, vt Prælati Societatis non teneantur alere ſic eiectos matura, & conſiderata prudentia: ſic tenet legendus Pater Stephanus Fagundez *in præcepta Decalog. tom.2. l.7. c.6. num.5.* addens ita iudicatum fuiſſe in Parlamento Tholoſano in cauſa, qua quidam Ioannes Gentilitius à Societate fuit dimiſſus, qui poſtea petens alimenta coram Iudice, excluſus fuit Iudicis ſententia ab iniqua poſtulatione, vt refertur in decretis Societatis ſeptimæ Cōgregationis generalis *c.1. §. extat, n.7.* refert Diana *p.10. tr.11. miſcel. reſ.68.* adducens verba Patris Daniel Bartoli in vita S. Ignatij *lib.3. num.20.* quibus abundè ex mente tanti, ac Sancti fundatoris confirmatur prædicta praxis, quam ego ſanè admitterem, ſi ex nimis iuſtificata cauſa, Prælati eiicerent ita ordinatos ſocios, alias inquam pro prima ſententia crederem reſpondendum in vtroque foro, & hoc optimo iure per dicta à Doctoribus *in dict. cap.2. de præb.*

Ad tertiam quæſtionis partem, an poſſit Epiſcopus ordinare illum, qui in ſua Diœceſi nullum habet beneficium; & hac intentione ſola illi confert. Et præmiſſo quod dixi ſuprà *ſub quæſtione 6.* dum egi de quæſtione illa, *An Epiſcopus poſſit ordinare illum, cui paulo ante beneficium contulit?* Pro negatiua ſententia reſpondent Quaranta *verb. Ordo*, Riccius *reſolut.262.* Barboſa *de officio Epiſcopi alleg.4. part.2. num.47.* Machadus *tom.2. lib.4. part.1. tract.3. docum.4. num.4.* Francus *in dict. cap. cum nullus de temporib. ordin.* & alij per gloſſam *in cap. eos qui, de temporib. ordin.* verb. *figmentum*; eo quod hæc beneficij collatio eſſet in fraudem legis, nempè ad eximendum ordinandum à iuriſdictione ſui Epiſcopi ex iam ponderatis *in verſ. ad primam.* 9

Nihilominus per ibi dicta exiſtimo pro affirmatiua ſententia reſpondendum fore; ſiquidem hic non adeſt fraus cum ratione beneficij in Epiſcopatu illius, habeat beneficium, ratione cuius ſit ſubditus ex doctrina textus *in cap. poſtulaſti 14.* vbi aliqua adduxi *quæſt.1. de foro comp.* nec aliud exigat Ius Canonicum, & Trid. in quo non diſtinguitur quo ſine, aut ratione quis illud obtineat: ita benè tenent, ac docent Vgolinus *de officio Epiſcopi c.26. §.3.* Leander *de Sacram. tom.2. tract.6. diſp.8. q.19.* Martinus de S. Ioſeph. *in monit. confeſſor. tom.1. l.1. tract.4. de Ordine num.10.* ex eo etiam, quia verba generaliter prolata referuntur ad omnia per *l. quidam ff. de vino, triticoque, leg. gloſſa fin. cod. de hæred. delat.* non inquam fraudem legis facit, qui iure ſuo innititur, vt ſequutus hanc ſententiam reſpondet Diana *dict. p.11. tract.4. miſcel. col.1.* à verſ. *ſed in fauorem.* 10

Quo ſuppoſito dubium poteſt eſſe, nùm talis Epiſcopus queat illi ſic ordinando diſpenſare in interſtitiis? Et lectis quæ adduxi ſuprà *in textu hoc ſub quæſt.7.* etſi Marius Antonius *variar. reſolut.112. caſu 18.* neget; eo quod non poſſit iudicare de neceſſitate, vel vtilitate Eccleſiæ non ſuæ, verius eſt, vt poſſit diſpenſare, vt docent Bardi *in ſelectis lib.3. quæſt.3.* Leander *de Sacram. tom.2. dict. tract.6. diſp.8. quæſt.19.* Martinus de S. Ioſeph. *dict. tom.1. lib.1. tract.4. num.7.* Garcia, & Barboſa relati à Diana, *dict. reſ.1.* verſ. *ſed ſi aliquis*; eo quod iam ſic beneficium obtinens eſt ſubditus illius Epiſcopi, à quo legitimè valet ordinari; vt dictum eſt. Et ſic non mirum, vt cum illo diſpenſet Epiſcopus in interſtitiis cum eadem cauſa, qua poſſet Epiſcopus Domicilij, & facit argumentum, lex *ſi vt certo §. ſi duobus*, & ibi gloſſa *verb. Dominum ff. commodati.* 11

Et addit Diana *in fine*, poſſe etiam diſpenſare in illegitimitate ad minores ordines, ſicut poteſt 12

Epiſcopus

Epiſcopus Domicilij ; nec implicat dicere examen de neceſſitate, aut vtilitate alterius Eccleſiæ non poſſe fieri per Epiſcopum talis beneficij ; quia adhuc poterit iudicium legitimum proferre, cum cauſæ cognitione, habita diſtinctione publicæ, aut iuridicæ ſcientiæ, & ignorantiæ priuatæ, ratione cuius iam tunc non poſſet; non inquam ex defectu poteſtatis, ſed ex defectu cauſæ ignoratæ ſufficientis ad diſpenſandum.

13 Ad quartam quæſtionis partem, an qui ficto titulo impetrat dimiſſorias, puniatur? Et videtur reſpondendum ex alia quæſtione: *An qui recipit ordines cum Patrimonio ficto, incidat in ſuſpenſionem* ? in qua affirmant Nauarrus *in ſumm. cap.* 27. Maiolus *de irregularit. lib.* 14. *cap.* 25. Moſcoſus *in ſum. tract.*8. *cap.* 2. ex eo, quia Concilium Tridentinum *in dict. cap.* 2. *ſeſſione* 21. *de reformat.* aſſerit, vt videatur, ſi Patrimonium ordinandorum ſit verum, ſubiungens ſtatim, *Antiquorum Canonum pœnas ſuper his innouando* : quibus verbis videtur innouare pœnas Canonum, *cap. neminem, & cap. Sanctorum diſtinct.*70. in quibus diffinitur eſſe ſuſpenſos eos, qui ordinantur ſine beneficio, aut Patrimonio.

14 Et deinde ad caſum dubij noſtri ; quia cum relatis Doctoribus, & Medina *in ſumma lib.* 1. *cap.* 11. §. 8. Bonacina *tom.* 3. *diſput.* 3. *queſtione* 1. *puncto* 8. *num.* 3. vt refert etiam Diana *part.* 5. *tractat.* 10. *reſ.* 50. dicit, vt ſi Epiſcopus hoc ſciret, dimiſſorias eis non concederet, ac præberet ; & ſic incurrere ſuſpenſionem latam à Pio II. contra ordinatos ſine litteris dimiſſoriis.

15 Verùm ſicut in caſu recipientis ordinem cum ficto patrimonio, aſſerunt alij Doctores, vt non incurrat ſic ordinatus ſuſpenſionis pœnam, ſed quod tantum peccat mortaliter, cum de ſuſpenſione, nullo caueatur iure : docent Coninch. *de Sacramentis diſputatione* 15. *dubio* 5. *numero* 38. Turrianus *de cenſ. libro* 5. *diſputatione* 46. *diſtinctione* 1. Auila *de cenſuris parte* 3. *diſputatione* 3. *dubio* 5. *concluſ.* 1. Villalobos *in ſumma tom.* 1. *tract.* 18. *difficultate* 10. *numero* 3. multis exemplis comprobans Hurtadus *tractat. de ſuſpenſione, difficult.* 13. *numero* 38. aſſerens, vt qui titulo ficto, vt ficto patrimonio, aut ficto beneficio, aut ficta penſione ordinatur, grauiter peccat, ſed non incurrit ſuſpenſionem. Henriquez *libro* 13. *cap.* 37. *numero* 2. Fornarius *cap.* 8. *numero* 8. & alij apud Garciam *de beneficiis tom.* 1. *parte* 2. *cap.* 5. *à numero* 24. Diana *dict.* 5. *part. reſol.* 50. vbi dicit ſe rectè reſpondiſſe, ſcilicet non incurriſſe ſuſpenſionem quendam Clericum, qui impetrauit à conſanguineo Patrimonium, ad cuius titulum ordinatus fuit, & promittens cum Iuramento, quod ante donationem retrodonauit.

16 Nec tunc obſtant iura *in dict. cap. neminem, & dict. cap. Sanctorum, diſtinctione* 70. quia reuocata ſunt *per cap. cum ſecundùm, de prabend.* ſic idem Diana, & relati, de quibus vberius ego alibi, nec Trident. requirens titulum remittens ſe ad Canones antiquos, non ſe remittit ad prædictos canones *neminem*, & *Sanctorum*, vtpotè reuocatos per aliud ius ante Tridentinum, ſed alios Canones, de ſimonia, & ad illos, vbi puniuntur ordinationes factæ abſque titulo, præſuppoſitis ſimoniacis pactis, aut eis æquiualentibus.

Etſi adhuc verum puncto dubij noſtri, vi- 17
detur, vt ſuſpenſionem incurrat ficto titulo impetrans dimiſſorias; ſiquidem qui illas obtinet ex cauſa falſa, eſt idem, quod non obtinuiſſe illas, reſpondetur ; quia præter quam, quod eſt caſus diſſimilis in caſu noſtro, & iam adductæ quæſtiunculæ adiectæ per verba *dicti cap.* 2. *Trident.* ibi : *Eo quoque prius perſpecto patrimonium illud verè ab eis obtineri* ; colligunt Diana *dicta reſ.* 50. & Doctor Spino *in ſpeculo teſtament. gloſſa* 18. *numero* 78. ipſi Epiſcopo incumbere ſufficientem facere informationem, quod Patrimonium eſt verum. Item quia ſi fictio Patrimonij ſufficeret ad incurrendam illam ſuſpenſionem ; item etiam ſufficeret falſitas in probatione morum, &
generis. † Quare nec in caſu noſtro incurri 18
ſuſpenſionem ab impetrante dimiſſorias cum titulo ficto, cum ſit Epiſcopi examen talis tituli, ratione cuius, vt de ordinato cum tali titulo, debet dici non incurrere ſuſpenſionem dimiſſorias ſic impetrantem, ſed tantùm peccare. Applicabis hic dicta *quæſtione præcedenti, de ordinatis ad titulum falſi Patrimonij.*

Ad Text. in Cap. Cum in diſtribuendis XII. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Ordinatus à Papa à nullo alio poteſt promoueri ſine eius licentia, indicari bene poteſt*, n. 3.

2 *Auocatio cauſarum à Papa remiſſiuè.*

4 *Auocatio à Papa facta non extenditur vltra caſus, in quibus fit.*

5 *Ordinandus, qui à Papa obtinuit priuilegium, vt à quolibet poſſet ordinari, non indiget nouis dimiſſoriis ; indiget verò litteris teſtimonialibus proprij Ordinarij de vita, & moribus, alias ſi ordinetur manebit ſuſpenſus ab executione per annum* n. 6. & 8.

7 *Ordinans eum, qui eſt priuilegiatus à Papa ſine litteris teſtimonialibus proprij Epiſcopi, remanet ſuſpenſus per annum.*

9 *Imperiti, & infames, ac alij non valentes ordinari à proprio Epiſcopo, ſolent peragrari, vt ab exteris ordinentur.*

10 *Breue ad Ordines in Curia obtentum, ſolet dari cum Clauſula* abſque litteris dimiſſorialibus, *& eſt examinandus in cauſis.*

11 *Cauſa omnis in gratiis, & priuilegiis, præſumitur impulſiua.*

12 *Facultas à Papa conceſſa alicui ex cauſa, vt à quocumque Antiſtite ordinetur, non ceſſat, ceſſante cauſa.*

1 TExtus iſte etiam exornari poteſt ex latè dictis iam ſuprà *in dict. cap.* 11. quod autem
hic decidimr eſt, vt ordinatus à Papa, à nullo
alio poſſit ad ordines promoueri ſine illius licentia, cum multis hic Barboſa *numero* 1. & 2.
& ipſe *de officio Epiſcopi parte* 3. *allegat.* 50. *numero* 15. quorum omnium ea poteſt eſſe ratio;
quia ex quo Papa aliquem ordinat auocat ad
2 ſe ordinatum illum faciendo ſubditum, † quo
fit vt hic poſſis applicare quæ longè tractaui
in cap. vt noſtrum 56. *de appellat.* vbi de auocatione cauſarum à Papa facta, ratione cuius
nullus iudex alius ordinarius poteſt ſe immiſcere, etiamſi alias eſſet iudex proprius, & competens, nonnulla adduxi *ſub cap.* 1. *de foro competent.*

3 Notat verò Barboſa hîc per hunc textum dubitari ab aliquibus, an Epiſcopus, qui ordinatum à Papa ſine eius licentia promouere non poteſt ad ordines ſuperiores, valeat illum iudicare; quia qui non poteſt ordinare, nec iudicare, ex textu *in cap. nullus primas 6. quæſt.* 1. in quo dubio Chochier *de Iuriſdictione Ordinarij in exemptos part.* 1. *quæſtione* 21. huiuſmodi exemptum non eſſe, ſed Iuriſdictioni Ordinarij ſubiici.

4 Et poteſt eſſe ratio, nam auocatio à Papa facta, non extenditur vltra caſus, in quibus auocat, vt dixi *in dicto cap. vt noſtrum*, & addit Barboſa *allegatione* 112. *part.* 3. *numero* 12. per gloſſam, & Doctores *in cap. filium* 1. *quæſtione* 1. vt talis non poſſit ab Epiſcopo deponi: nam tunc iam iret Epiſcopus aduerſus ordinem à Papa collatum.

5 Vnde infero quod ſi aliquis à Sede Apoſtolica obtinuit priuilegium ad ſuſcipiendos ordines à quolibet Epiſcopo non indigeat nouis
litteris dimiſſoriis, indigere autem litteris teſtimonialibus proprij Ordinarij de vita, & moribus, Bonacina *de Sacram. diſputatione* 8. *quæſtione vnica, puncto* 4. *numero* 27. Ciarlin. *con-*
6 *trou. foren. lib.* 1. *cap.* 46. *numero* 23. † Aliter
enim ſi ad ordines ſine litteris teſtimonialibus
proprij Ordinarij promoueatur, remanebit ſuſpenſus ab executione ordinum per annum, iuxta diſpoſitionem Trident. *ſeſſione* 23. *de refor-*
7 *matione cap.*8. † & ordinans incurret ſuſpenſionem à collatione ordinum per annum, vt
patet *ibi*; ad quod comprobandum adiunges
quæ de prædicta ſuſpenſionis pœna dixi *in cap. præced.* 11. *quæſtione* 11. *per totam*, tenent in terminis Henriquez *lib.*13. *ſumm. cap.*28. *numero* 2. Toletus *lib.*1. *cap.*49. *numero* 4. Fornarius *de ordine cap.*4. *numero* 3. Quaranta *verb. Ordo*, verſic. *ſuſpenſionis pœna*, Barboſa *in pa-*
8 *ſtorali parte* 2. *allegat.* 7. *numero* 15. † vbi ad-
dit quod agunt rectiſſimè Supremi Pontifices,
cum in breuibus appellatis *extra tempora*, aliiſquè *in temporibus* nominatis mandant clauſulam apponi, *& de licentia ſui Ordinarij*, quæ multos retinet à ſuſceptione ordinum, auſertque abuſus complures.

9 Patet enim quod imperiti, infames, & alij non valentes à propriis locorum ordinariis ordines ſuſcipere; quia alia ex cauſa inhabiles ſunt petunt externas regiones, ordineſque fraudulenter extorquent ab alienis Epiſcopis neſcientibus quanta ſit in hominibus peruerſitas.

Illi autem, qui facultatem obtinent in Cu- 10
ria recipiendi ordines à quocumque antiſtite
per breue, addita clauſula *abſque litteris dimiſſorialibus ſui Ordinarij*, attentè videbunt
quibus ex cauſis in ſuis ſupplicationibus relatis, prædictam licentiam impetrant, † quia 11
in gratiis, & priuilegiis omnis cauſa præſumitur impulſiua, vt tenent Franchis *in cap. decet, numero* 3. *de regul. iuris lib.*6. Tyraquel. *in tract. ceſſante cauſa, limitatione* 1. *numero* 31. quos refert Campanillus *in diuerſ. Iuris Canonici, Rubric.* 9. *cap.* 7. *numero* 6. † vbi *nu-* 12
mero 5. reſoluit quod ſi poſtea ceſſet cauſa,
qua adductus Papa licentiam elargitus eſt, ſuſcipiendi ordines à quocumque ſine dimiſſoriis proprij Epiſcopi, non propterea, cenſeatur reuocata prædicta facultas, vt nequeat amplius eam impetrans illa vti, ſequè promoueri facere à quo maluerit; regula enim eſt quod gratia non expirat, mortuo concedente; & ſic nec cauſa ceſſante: & pro ampliatione ceſſantis cauſæ requiſita, videbis latè quæ dixi *in cap. cum ceſſante* 62. *de appellat.*

Ad aliam bonam quæſtionem videbis infra 13
*in cap.*16. *verſ. ad ſecundam.*

Ad Text. in Cap. Litteras XIII. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

DE materia huius textus, & eius intellectus videbis quæ dixi ſupra *in cap.* 1. 2. & 3. *hoc tit.* vbi hunc expendi.

Ad Text. in Cap. Non eſt compos XIV. hoc tit.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Ordinans puerum* 13. *annorum Diaconum ſuſpenditur à collatione ordinum, & ordinatus ſuſpenditur ab executione vſque ad ætatem legitimam.*

2 *Tonſuram Clericalem conferens infanti, nequit per annum alios tonſurare, & de ratione differentiæ in vtroque caſu*, numero 3.

3 *Conferens Diaconatum minori* 13. *annorum, magis delinquit, quàm tonſurans infantem.*

TExtus iſte ampliſſimè poteſt diſceptari 1
ex infra dictis *in Rubric. & titulo de ætate, & qualitate ordinandorum*, cum deciſio Honorij III. hic ea nempè ſit, ordinans puerum 13. annorum in Diaconum, ſuſpendatur à collatione omnium ordinum & ordinatus ſuſpendatur ab executione ordinis vſque ad ætatem legitimam poſſet

ſet hic agi quæ ætas ad quoſlibet ordines ſuſcipiendos, tam ſacros, quàm minores prærequiratur, de quibus *in dict. Rub. de ætate, & qualit. ordinand.*
2 † in conferente verò infanti Clericalem Tonſuram, Bonifacius VIII. *in cap. fin. hoc titulo libro 6.* ſanciuit, ne per annum Tonſuram alteri dare poſſit: tradit cum multis Barboſa *hic numero 3.* vbi refert Campanillum *in diuerſor. Iuris Canonici Rubric. 7. cap. 4. numero 2.* latè diſputantem,
3 † & rationem inueſtigantem quare conferens infanti Diaconatus ordinem, non tantum à collatione illius, ſed etiam cæterorum ſuſpenſione dignus ſit, & in conferente eidem Clericalem Tonſuram ab illius collatione tantum ſuſpendatur. Et ea reuera poteſt eſſe quia in collatione Diaconatus minori 13. annorum magis delinquit, quàm ille, qui infanti confert Tonſuram propter magnam diuerſitatem maturitatis, quæ requiritur magis in vno ordine, quàm in alio, de qua præſto infra *in dicta Rubric. de ætate, & qualitate Ordin.* hanc eandem difficultatem tetigit iterum Barboſa *in paſtorali allegatione 16. numero 7. in fine,* & alibi, alia hic refert Barboſa, quæ infra per quæſtiones ſatis elucidantur, quem videbis cum multis ab eo relatis *in cap. nullus 12. Trident. ſeſſione 23. de reformat. à num. 5.*

QVÆSTIO I.

An ſuſpenſio huius capitis, & aliorum de ordinato ante legitimam ætatem ſit impoſita ipſo iure, aut veniat imponenda. Et quid ex conſtitutione Pij II. Et an ſi quis recipiat ordines minores extra tempora ante legitimam ætatem, incidat in Bullam Pij II. latam anno 1401. & quid ſi ſuſcipiat ordines ſacros: quid autem ſi ordinatur cum ignorantia craſſa vincibili, aut inuincibili. Et an ordinatus ordinibus ſacris ante pubertatem, teneatur continere?

SVMMARIVM.

1 *Ordinatus ante legitimam ætatem de iure non manet ſuſpenſus, ſed eſt ſuſpendendus: & an miniſtrans ſit irregularis*, numero 2. 3. & 4.

2 *Irregularis non eſt qui miniſtrat in ordinibus ſuſceptis ante legitimam ætatem à quo ſuſpenſus erat, & quare*, numero 3. & 4.

4 *Textus noſter intelligitur.*

5 *Ordinatus ante legitimam ætatem ex conſtitutione Pij II. manet ipſo iure ſuſpenſus: qui ſi miniſtrare præſumpſerit, eſt irregularis, ſi miniſtret in ordine ſic ſuſcepto, non in alio cum ipſa ætate*, numero 6. & 7.

8 *Ordinatus ante legitimam ætatem ignorans num eam haberet, non incurrit cenſuram ipſo iure*, numero 9. *explicatur*, à numero 10.

10 *Ordinatus Epiſcopus ante legitimam ætatem num ſit ſuſpenſus remiſſiuè.*

11 *Ordinati bona fide ſuorum parentum ante legitimam ætatem, non incurrunt ſuſpenſionem, nec irregularitatem miniſtrantes.*

12 *Ordinatus ante legitimam ætatem rectè abſque ſuſpenſione miniſtrabit, interueniente legitima ætate.*

13 *Ordinatus prima tonſura, aut in minoribus ante legitimam ætatem, non incurrit ſuſpenſionem Bullæ Pij II. nec irregularitatem, ſi miniſtret*, num. 14. *non ſic de ſacris*, num. 15.

19 *Ordinatus ignorantia inuincibili ante legitimam ætatem, qualiter excuſetur à ſuſpenſione, ſi ea ignorantia ſit facti, aut iuris*, n. 17. 18. 19. & 20.

18 *Ignorare non decet quod communiter omnes ſui ordinis ſciunt.*

21 *Ordinatus ſciens diſpoſitionem iuris antiqui, ſed ignorans ſuſpenſionem Bullæ Pij II. contra ordinatos ante legitimam ætatem, aut extra tempora, non excuſetur, ſeu incurrat ſuſpenſionem*, numero 23. 24. & 25.

24 *Ignorantia quæ non excuſat à culpa in ordinante ante legitimam ætatem, videtur vt excuſet ab irregularitate, ſi miniſtret.*

25 *Ordinatus cum dolo ante legitimam ætatem, etſi ſit ſuſpenſus, non ſit irregularis, ſi miniſtret poſt peractam pœnitentiam.*

26 *Ordinatus ante legitimam ætatem in ſacris debet continere, etſi ſecundùm alios non item*, n. 27. & 28.

AD primam quæſtionis partem videtur reſpondendum de iure, vt ordinatus ante legitimam ætatem, non ſuſpendatur de iure ipſo facto, ſed quod veniat ſuſpendendus iuxta gloſſam, & Doctores hic *in clementina generalem de ætate, & qualitate ordin.* Anton. *tertia parte titulo 14. cap. 16. §. 15.* Maior. *in 4. diſtinctione 14. quæſtione 1. in fine*, etſi non ſatis clarè, & alij, quos refert, & ſequitur Couarru. *in clem. ſi furioſus part. 1. §. 1. num. 4.* Bernard. Diaz *in pract. crimin. cap. 16.* Tabiena *verbo Ordo 3.* & cum aliis hic Barboſa *ſub num. 2.* loquens de ordinante. 1

Vbi addit vt non incurreret irregularitatem, ſi in ordinibus, à quorum collatione erat ſuſpenſus miniſtraret, Rebuffus *de Clericis malè promot.* in praxi gloſſa 2. *numero 7.* Quaranta *verb. Ordo in princ. verſ. an*, hanc ſequitur ſententiam Suarez *de cenſur. diſputatione 31. ſectione 1. à num. 23.* vbi vt explicet aduertit duobus modis poſſe intelligi ordinatum ante legitimam ætatem manere ſuſpenſum. 2

Primo modo ex vſu illius prohibitionis generalis, qua tenetur non ſuſcipere talem ordinem vſque ad talem ætatem, vt per ſe notum eſt, hancquè prohibitionem non tolli, propterea quod aliquis ante legitimam ætatem illicitè, & ſine diſpenſatione ordinatus ſit, cum non debeat commodum ex ſua malitia reportare, vel ex actu illicito; & quoad hoc omnes fateri, etiam ex vi antiqui iuris, manere ſuſpenſum huiuſmodi ordinatum, vel prohibitum potius ipſo iure, ne in ſuſcepto 3

ordine miniſtret, vſque ad ætatem legitimam,
quæ prohibitio non eſt propriè ſuſpenſio, vt di-
cit cenſura, ſeu pœna Eccleſiaſtica; quia præcep-
tum illud, quo omnes prohibentur, ne ante illam
ætatem ordioes ſuſcipiant, non eſt ſuſpenſio, ſed
irregularitas, à qua dictum impedimentum proue-
nit: vnde infert quod etſi quis ante legitimam
ætatem miniſtret in ordine ſuſcepto, etſi grauiter
peccet contra dictam prohibitionem, non tamen
ſit irregularis ex vi illius, ſi non ſit aliter ſuſpen-
ſus; quia non aget contra cenſuram ſpecia-
lem.

4 Alio inquam modo ait Suarez ſupra *numero*
24. intelligi poſſe ſic ordinatum manere ſuſ-
penſum propria ſuſpenſionis cenſura, quæ
optimè explicatur ex illo effectu, vt ſi poſt illam
contractam miniſtret ex officio, fiat irregularis:
& ſic dicit probabilius, vt ex vi antiqui iuris ita
ordinatus, non contrahat ipſo iure ſuſpenſionem
probans; quia nullo iure antiquo colligitur hæc
ſuſpenſio, niſi ex hoc noſtro textu, vbi Ponti-
fex non dicit *declaramus ſuſpenſionem*, ſed *ſuſpen-
dimus iniuriam ordinantis*, propria ſcilicet ſuſpen-
ſione, quam Pontifex addit vltra aliam prohibi-
tionem iam proximè declaratam, aliàs nihil de
nouo faceret, nec rectè diceret *ſuſpendimus*, cùm
iam ille per ſe ſuſpenſus eſſet illo modo, nec re-
ctè diceret *iniuriam ordinantis*; quia illud genus
prohibitionis naſcitur ex alio principio, vt vidi-
mus, cum loquatur de propria ſuſpenſione, quam
de nouo efficit, inferens quod antea talis ſuſpen-
ſio non incurrebatur ipſo facto, nec poſtea ex vi
textus noſtri incurratur; quia hic Pontifex non
eſt loquutus, vt Legiſlator, ſed vt Iudex in illa
cauſa; ergo licèt in illum talem ſententiam tuliſ-
ſet, non propterea voluerit ſimilem ſententiam
latam contra ordinatum omnem ante legitimam
ætatem; quia inde ſolum colligitur Pontificem
ſuo facto conſtituiſſe, veluti exemplar quoddam,
quod alij Iudices poſſint, aut debeant imitari, vel
certè Pontificem tuliſſe ſententiã ſecundùm ordi-
narium ius antiquum, quod alij à fortiori ſeruare
tenentur, vt colligitur *ex cap. Subdiaconus diſt.77.*
ibi: *Si quis in aliquo Sacerdotali, præter conſtituta
tempora ordinatus fuerit, deponatur.* Qui textus
apertè loquitur de temporibus quo ad ætatem le-
gitimam, cum immediatè præmiſerit, vt nullus
ante vigeſimum annum ordinetur Subdiaconus,
comprehendens depoſitionis nomine ſuſpenſio-
nem, vt vſitatum eſt in iure: ita Suarez; & quod
prædicta ſuſpenſio textus noſtri non ſit iure ipſo;
ſed ferenda, probant Nauarrus *conſ. 23. num. 5.
hoc tit. in edit. antiqua*, Marchin. *de Sacram. Or-
din. tract. 1. p. 5. cap. 3. num. 1. & 3.* Auila *de cenſ. p. 3.
diſp. 5. dub. 7. verſ. de ſecunda.* à Cuña *in dicto cap.
Subdiaconus, num. 4.* Barboſa *in paſtorali dict. alle-
gat. 16. p. 2. num. 10.*

5 Ad ſecundam quæſtionis partem quid ex con-
ſtitutione Pij II. quæ incipit, *cum ex ſacrorum*,
cuius litteram refert idem Barboſa *allegat.* 17. *à
num.* 10. quæ lata fuit *anno* 1401. & reſpondetur
ex illa ſic ordinatum ante legitimam ætatem eſſe
ipſo iure ſuſpenſum, quam Pius V. & Sixtus V.
auxerunt, & Clem. VIII. confirmauit, vt refert
Suarez *ſuprà num. 25.* etenim ſuſpenſus erit, do-
nec abſolutionis beneficium impetretur, vt tra-
dunt Couar. *in dicta clem. ſi furioſus p. 1. §. 1. n. 4.*
Rebuffus *in praxi benef. part. 2. titul. de Clericis
ad Sacros Ordines promotis, gloſſa 4. num. 3.* Mar-
cellus Vulpeius *in praxi Iudic. cap. 8. part. 2. & 3.*
Lezana *in ſumm. quæſt. regular. cap. 14 num. 2.* Bo-
nacina *de Sacrament. diſp. 8. quæſt. vnica, puncto 5.
num. 13.* benè Rota apud Farinac. *à num. 1613. de-
ciſ. 481. num. 5. part. 2. recent.* cum multis aliis Bar-
boſa *de officio Epiſcopi cap. 16. à num. 10.* idem *hic
à n. 4.* vbi dum dicit quod ſic ordinatus ſuſpenſus
eſt, donec legitima acceſſerit ætas, cum multis pro-
bans, addit cum aliis multis *n. 5. & 6.* ex prædicta
conſtitut. Pij II. perpetuò ſuſpendi ſic ordinatum
donec abſolutionis beneficium conſequatur, &
in Trid. *cap. vltim. 12. ſeſſ. 23. num. 5.* probat cum in-
finitis ordinibus ſacris ordinatos ante legitimam
ætatem ſuſpenſos eſſe à ſuorum ordinum execu-
tione, † ſic vt ſi huiuſmodi ſuſpenſione durante 6
in eiſdem ordinibus miniſtrare præſumpſerint, eo
ipſo irregularitatem incurrere, iuxta dict. conſtit.
Pij II. & Hieronymus Rodriguez *in compendio
quæſt. regul. reſ. 106. num. 12.* ait in hoc caſu contra-
hi irregularitatem, cum Sacerdos celebrat, Dia-
conus cantat Euangelium, & Subdiaconus Epi-
ſtolam ſolemniter. † Vnde dicunt Nauarrus 7
conſ. 9. de Clerico excom. miniſt. in antiquis, alias
conſ. 7. de ætate, & qualitate, in nouis Belletus
*diſquiſit. Cleric. part. 1. tit. de diſciplina Clericali §. 5.
numer. 58.* Riccius *in deciſion. Curiæ Archiep. Nea-
polit. deciſion. 130. numer. 2. part. 4.* & alij ad incur-
rendam prædictam irregularitatem, non ſufficere
Sacerdotali ordine ante legitimam ætatem initia-
tum actus illi ordini conuenientes, & deputatos
exercere, ſi non celebret: & videbis etiam eun-
dem Barboſam alia dicentem *dicta allegat. 16. à
num. 11.*

Circa prædictam conſtitutionem Pij II. & alias 8
duo occurrunt dubia reſoluenda. Primum an
qui bona fide ordinatur ante legitimam ætatem
inculpabiliter exiſtimans ſe illam attigiſſe, maneat
ſuſpenſus; ita vt abſolutione indigeat, ſi poſtea
intelligat ſe ante tempus fuiſſe ordinatum. Et ra-
tio dubitandi eſt; quia ex vi prædictæ conſtitu-
tionis incurritur ſuſpenſio ipſo iure in eo caſu,
quo ſecundùm ius antiquum aliquis eſſet ſuſpen-
ſus ab ordine, ſed ſecundùm ius antiquum ſuſ-
pendendus eſſet ſic ordinatus, etiam ſi non pec-
caſſet in ſua ordinatione; ergo nunc etiam eſt
ſuſpenſus ipſo iure.

Contraria verò ſententia receptior eſt in pun- 9
cto, de quo loquimur, nempe vt tantum ordi-
natus ante legitimam ætatem prædictam, incur-
rat ſuſpenſionem, ſi id fecerit cum culpa lethali
credendumque eſſe, vt habeat legitimam ætatem
ſi ignoranter ante illam ordines ſuſceperit; & ſic
nec incidere in irregularitatem ſi miniſtraret in or-
dine ſic ſuſcepto, vt docent Nauarrus *in manua-
li cap. 27. numer. 156.* & *in cap. accepta oppoſit. 8.
numer. 34. de reſtitut. ſpoliat.* Bonacina *de Sacram.
diſputatione 8. dict. quæſt. vnica, puncto 1. numero 3.*
Hurtado *in tract. de ſuſpenſ. difficult. 13. numero 36.*
Præpoſit. *in tertia parte, quæſt. vnica de Sacra-
mento Ordinis, dubio 17. numero 167.* Diana *reſolut.
moral. parte 5. tract. 10. reſ. 32.* de quo infra latè
dico *in verſ. ad vltimam quæſtionis partem*, cum
multis Barboſa hic *numero fin. in dicto cap. 12. Tri-
dent. numero 8. in dicta allegatione 16. à numero 17.*
cum infinitis.

Dubium aliud eſt an prædicta pœna ſuſpen- 10
ſionis locum habeat in eo, qui ante legitimam
ætatem Epiſcopus ordinatus eſt, quam idem Sua-
rez ſuprà *de cenſuris dicta diſputatione 31. ſect. 1.*

numero

numero 29. reſoluit, de qua dico infra *ſub verſ. ad tertiam.*

11 Vnde infertur, vt illi, qui bona fide ſuorum parentum ante legitimam ætatem ordines ſacros ſuſceperint, non afficiantur prædicta ſuſpenſionis pœna; quia inculpabiliter id fecerunt nec irregularitatem incurrant, ſi in ordinibus ſic ſuſceptis miniſtrent ex fundamento relato ſupra *in verſ. circa*, docent in terminis Quaranta *verbo ordo*, verſ. *quibus ſic ſpecialiter*, Bonacina *ſupra puncto* 5. *num.* 13. verſ. *verum*, Vgolinus *de off. Epiſcopi cap.* 26. §. 6. *num.* 5. verſ. *excipitur tamen primo* Belletius *de diſciplina Clericali ſupra* §. 5. *num.* 60. Filliucius *tom.* 1. *tr.* 17. *cap.* 5. *num.* 84. Barboſa *dict. allegat.* 16. *num.* 20. cum multis, *& in dict. Trid. cap.* 12. *num.* 9. Couar. *in clem. ſi furioſus p.* 1. §. 2. *n.* 4. & alij communiter, Barboſa hic *num. fin.* & ibi, *in verſ. vnde.* † Sed iuſta interueniente ætate, rectè
12 poterit ordinatus ante legitimam ætatem ordines exequi ſine aliqua abſolutione, aut diſpenſatione, non obſtantibus dictis conſtit. tenent Couar. *ſup.* cum aliis multis Barboſa *dict. alleg.* 16. *n.* 13. Diana *p.* 3. *tr.* 4. *reſ.* 192.

13 Ad tertiam quæſtionis partem, an ſi quis recipiat Ordines minores, incurrat prædictam irregularitatem, & videtur quod ſic ex adductis ſupra *in cap.* 11. *quæſt. fin. de ordinatis ab alieno Epiſcopo à num.* 1. tum etiam; quia per Trid. *dict. ſeſſ.* 23. *c.* 8. vbi ſic ordinati ſuſpenduntur ab executione ordinum, fierique irregulares, ſi miniſtrent, antequam obtineant licentiam à ſuo proprio Epiſcopo. Deinde quia non eſt maior ratio quare per prædictam conſtitutionem Pij II. ſuſpendantur recipientes ordines ſacros ante legitimam ætatem, quam debet etiam militare in recipientibus tantum minores ordines, aut Tonſuram, cum tam ſic iſti peccent præſumptiuè recipiendo ordines minores quàm peccant recipiendo ordines ſacros maiores.

14 Contraria autem ſententia eſt tenenda; nempe vt prædicta Bulla Pij II. ſolùm loquatur de recipientibus ordines ſacros extra tempora, vel ante legitimam ætatem, aut ſine litteris dimiſſoriis, vel falſis, quod eſt idem, cumque non loquatur de prima Tonſura, vel de aliis ordinibus minoribus: quo in caſu, etiam ſtando in diſpoſitione iuris communis non incurrebatur, ſequitur vt nec hodie ex prædicta Bulla Pij II. vt latè probat Nauarrus *in manuali cap.* 25. *num.* 70. & *cap.* 27. *num.* 242. vbi etiam aſſerit ſolummodo Pium II. ſuſpendiſſe ordinatos ordinibus ſacris in dictis caſibus, & declaraſſe ſuſpenſos ipſo facto, atque irregulares ſi celebrent, nec ibi mentionem feciſſe de prima Tonſura, aut de minoribus ordinibus, tenent etiam Miranda *in manuali Prælat. tom.* 1. *quæſt.* 39. *art.* 7. *concluſ.* 1. Henriquez *lib.* 10. *cap.* 12. *num.* 2. in gloſſa *littera M*, Zerola *in praxi Epiſcop. p.* 1. verbo *dimiſſoria*. Toletus *lib.* 1. *cap.* 49. *num.* 5. Campanil. *in diuerſ. Iuris Canon. Rub.* 10. *cap. vnic. num.* 6. quibus addo Sayrum *de cenſuris lib.* 6. *cap.* 12. *num.* 9. Suarez *ſupra diſputatione* 31. *num.* 23. Bonacina *de cenſuris diſputatione* 3. *quæſt.* 6. *puncto* 5. *num.* 5. verſ. *quinto*, & cum Salzedo, Marchino, Belletio, Riccio, atque Diana, & Barboſa, *dicta allegat.* 16. *n.* 14.

15 Ad quartam quæſtionis partem, quid ſi ante legitimam ætatem quis ſuſcipiat ordines ſacros & ad hoc dubium reſpondebis ex dictis ſupra *in verſ. ad primam.* vbi quid de iure, & *in verſ. ad ſecundam*: vbi quid per prædictam Bullam Pij II.

Ad quintam quæſtionis partem de ordinato 16
cum ignorantia inuincibili, ſeu affectata, aut inculpabiliter, reſolues ex dictis *ſub verſ. ad ſecundam*, verbo *circa*; ſed vt nunc reſoluam aduerto quod hic poſſumus diſtinguere inter ignorantiam iuris, vel facti, ſecundùm quæ latè dixi *ſub cap.* 1. *de except.* etenim Suarez benè loquens *de cenſ. dict. diſp.* 31. *ſect.* 1. *ſub num.* 26. ait, quod ſi loquamur de ignorantia facti, ſcilicet ipſius ætatis, non ſit ſuſpenſus; quia ex verbis conſtit. Pij V. relatæ conſtat Pontificis intentionem fuiſſe *exceſſus* punire, dum loquitur ibi: *Qui in hac parte fiunt, & ſcandala, quæ inde generantur*: vnde ſic ait, *nos eorundem temeritatem tali caſtigatione reprimentes, &c.* quæ omnia ceſſant interueniente prædicta ignorantia.

Verùm ſi loquamur ex ignorantia iuris, dicit 17
primo moraliter non poſſe admitti quòd aliquis ordinetur ante legitimam ætatem ex ignorantia inculpabili; exiſtimat nullum eſſe ius, quod talem ætatem requirat, vel putet v. g. nunc ſufficere vigeſimum ætatis ad Subdiaconatum; quia qui ad ſuſcipiendos ordines accedit, tenetur hoc ius ſcire, cum hoc difficulter vnquam ab ordinandis ignoretur, de quo etiam facilè interrogantes à peritis, & notitioſis informantur. † Et videtur docere 18
Fuſcus *de viſitatione lib.* 2. *c.* 28. *num* 37. quia non decet ignorare quod communiter omnes ſui ordinis ſciunt; ob idque Riccius exiſtimat tutiùs diſpenſationem eſſe obtinendam, & Bonacina *de cenſuris* abſolutè docet *diſp.* 3. *puncto* 5. §. 1. *num.* 2. quod ſi aliquis ex ignorantia moraliter vincibili ordinetur, ante legitimam ætatem incurrat ſuſpenſionem; imò Hurtadus *de ſuſpenſ. diſ.* 13. *num.* 36. vt ordinatus ſcienter, aut ex ignorantia affectata ante legitimam ætatem, aut extra tempora, aut abſque dimiſſoriis maneat ſuſpenſus ab ordine ſic ſuſcepto per dict. extrauag. Pij II. confirmatam à Pio V. cuius mentionem facit Auila 3. *p. diſp.* 5. *dubio* 7.

Tamen alij exiſtimant, vt ſic ordinati, non ſo- 19
lùm cum ignorantia invincibili, ſed etiam moraliter vincibili, & craſſa nullam incurrat ſuſpenſionem, nec celebrando irregularitatem: ſic Portel. *in* 3. *p. tr.* 4. *reſ.* 192. Præpoſitus *in* 3. *p. quæſt. vnic. de Sacr. Ordinis dubio* 17. *num.* 167. vbi de præſumente ordinem ante legitimam ætatem, fatetur ſuſpenſionem incurrere, notans bonam fidem, vel etiam ignorantiam craſſam excuſare à cenſura, inferens, quod ille qui bona fide, vel ignorantia craſſa eſt ordinatus ante ætatem, quamvis nequeat vti ordine, antequam ad illam peruenerit, vbi tamen peruenerit ad legitimam ætatem, poſſit eo vti abſque peccato, & violatione cenſuræ, quod dicit notandum pro variis, qui minus prudenter ſuſcipiunt ſacros ordines ante legitimam ætatem, qui non ſunt ſtatim cenſendi hanc cenſuram incurrere, & non poſſe vti ordine ſine diſpenſatione, cum ad legitimam ætatem peruenerint; ſequuntur Hurtadus *ſuprà*, qui videtur contrarius, Villalobos *in ſum. tom.* 1. *tractatu* 11. *difficult.* 11. *num.* 6. Conioc. *de Sacrament, diſputat.* 16. *dub.* 5. *num.* 36. Diana *part.* 6. *tractatu* 10. *diſp.* 31. vbi loquutus eſt cum Hurtado de ignorantia affectata, quæ reuera culpabilis eſt, & *in reſol.* 32. vbi cum eodem Hurtado loquitur de ignorantia inuincibili, aut craſſa tantùm.

20 Quare Suarez etſi teneat oen dari in caſu, de quo loquitur ignorantiam, quæ excuſet à culpa; ait tamen quod ſi fingeremus caſum, in quo ea inueniretur, excuſaret à culpa, & conſequenter à pœna; imò Nauarrus ab eo relatus *in manuali dict. cap. 27. num. 55.* ſentit ſufficere quod interueniat ignorantia, excuſans à præſumptione, & temeritate, etiam ſi non omnino excuſet à culpa; quia *in prædicta Extrauag.* ponitur verbum *præſumpſerit*, quod ſibi probabile dicit Suarez, & ego ſentio ex dictis *num. præcedenti.*

21 Altius verò proſequendo dubitatur quod ſi quis ignotet iuris ſuſpenſionem, non ioquam prohibitionem, iuxta diſpoſitionem textus noſtri, & dictæ conſtit. Pij II. in qua ſpecialiter poſita eſt ſuſpenſio contra ſic ordinatos in ſacris, quæ quia ſpecialis eſt diſpoſitio extra corpus iuris, potuit de facili ab ordinando ignorari; etſi non ignoraret ſecundùm ius commune requiſitam ætatem ad ſuſcipiendum Subdiaconatum: & in hoc puncto dicunt incurrere prædictam ſuſpenſionem Couarru. *in clementina ſi furioſus p. 1. §. 1. num. 4. in fin.* Nauar. *in dict. cap. accepta de reſtitut. ſpoliat. proposit. 8. à num. 32.* Suarez *dict. diſp. 31. de cenſ. ſect. 1. à num. 27.* Et ratio eſt; quia ignorantia ſolius pœnæ non excuſat, quominus incurratur ipſa pœna, maximè in hac pœna, quæ non pro contumacia, ſed pro delicto fertur, quod ſemper includit aliquam inobedientiam contra præceptum Eccleſiæ; ergo quamvis non ſciantur omnia præcepta, quæ circa hoc lata ſunt, & ſpecialiter ignoretur illud, per quod talis pœna impoſita ſit; nihilominus ratione delicti talem ſuſpenſionem incurri dicunt.

22 Videtur ergo dicendum quod vbi nulla eſſet culpa ex parte ordinantis, nullo modo contrahi prædictam ſuſpenſionem, vt ſi ignorans prohibitionem feciſſet, quod verum credo reſpectu prædictæ conſtitut. Pij II. ſed reſpectu textus noſtri aliud credo deciſum, qui cum loquatur de minori tredecim annorum ordinato in Subdiaconum, de facili percipitur, vt talis ordinatus ignoraret prohibitionem iuris, & nihilominus plectitur, ac punitur, vt hic, quorum deciſionum difficultas iſta ponderata, non videtur in ſolutione, facilis tamen ea, quæ ſeſe affert eſt, vt Pius II. ſimpliciter, & ſine vllâ temporis præfinitione, dicat ſuſpenſum in perpetuum, ita ordinatum, donec abſoluatur, à Pontifice, quæ perpetuitas non reperitur in tali ordinato de iure antiquo, iuxta deciſionem textus noſtri, cum tantum duraret ſuſpenſio, vel prohibitio ordinati, vſque ad legitimam ætatem: in quo textus deciſione nullum nouum onus imponebatur, ſed illud ipſum, quod ex ipſo defectu ætatis ſequebatur, iuxta ſacros Canones maiori quadam obligatione, & fortaſſe etiam ſub noua pœna irregularitatis imponenda, ſi eo tempore miniſtraret.

23 Vnde infero mirum non eſſe, quod tunc illa ſuſpenſio imponi poſſet, etiam illi qui ſine culpa ſua ſic eſſet ordinatus; præſertim quia, vt dicit textus noſter imponebatur etiam in iniuriam ordinantis, ibi: *Vſque ad ætatem legitimam in iniuriam ordinantis ſuſpendimus*, ſed in ſuſpenſione, quæ nunc imponitur per Pium II. proceditur iure ipſo, & fertur peculiariter ob delictum ipſius ordinati: ſic Suarez ſupra *ſub num.* 28. vbi dicit mirandum non eſſe, vt hic ſuſpenſio ab homine poſſet imponi ſine culpa ordinati; quia non priuat illum vſu, quem iam haberet; pro illa inquam ætate non habebat vſum ordinum, vt dicit Suarez addens id ad maiorem ſecuritatem, & ad aliquam pœnam ordinantis.

Notabis inquam quòd ignorantia prædicta, quæ 24 non excuſat iuxta textum noſtrum, excuſet verò ab irregularitate ſi quis in ordine ſic ſuſcepto miniſtret: nam licèt ipſe re ipſa ſuſpenſus maneat, verum ignoret ſe eſſe ſuſpenſum ipſo facto invincibiliter, vt ait Suarez, aut moraliter, vt ſupra retuli & ſic miniſtrando non peccet, ſequitur vt non incurrat irregularitatem; eo quod non imponitur niſi in pœnâ delicti, vt ſatis indicat verbum *præſumpſerit*, iam adductum ex dicta conſt. Pij II. & ex aliis, 25 quare notant Auila *de cenſuris p. 3. diſp. 5. dub. 7.* §. 5. & Nauarr. *in dicto cap. accepta, de reſtit. ſpoliat.* quod licèt aliquis incurrat ſuſpenſionẽ hanc; quia ordinatus eſt cum dolo: tamen ſi poſtea facta pœnitentia celebret, credens id ſibi licere, nõ incurrat irregularitatem: nam etiam ad hoc requiritur dolus imò addit Diana *dict. p. 5. tract. 10. reſ. 32. in fine*, longè certius eſſe de irregularitate, quàm de ſuſpenſione, cum verbum *præſumpſerit* abſque vllâ dubitatione cadat ſuper irregularitate: videbis quæ bene cum multis addit Barboſa *dicta allegat. 16. p. 1. à num. 17.*

Ad vltimam quæſtionis partem ordinatus in 26 ſacris ante pubertatem, an teneatur continere, & negatiuam ſententiam tuetur Sanchez *de matrimonio*, cum aliis ab eo adductis *lib. 7. diſp. 30. n. 8.* niſi adeptus pubertatẽ, votum ratificet; ex eo quia votum ſolemne expreſſum in Religione approbata, ante pubertatem emiſſum, non obligat, niſi poſt pubertatem ratificetur *ex cap. 1. cap. illud 20. q. 1. cap. ad noſtram, de regularibus*; ergo fortius in voto implicito ſolemni ordines recipientis ſacros: argumento Trid. *ſeſſ. 25. de reg. cap. 15.* vbi cauetur votum expreſſum profeſſionis non valere, vſque ad decimum ſextum annum expletum. † Contra- 27 riam affirmatiuam tenent Baſilius Pontius *de matrim. lib. 7. cap. 29 num. 15.* Martinon. *de Sacrament. tom. 5. diſp. 75 ſect. 2. num. 23.* quia cum omne votum emiſſum ab habente vſum rationis obliget, niſi ab Eccleſia ſit prohibitum, ſequitur valere, vt ordinatus contineat, cum tale votum non ſit prohibitum. † Diana verò *p. 10. tract. 16. reſ. 84.* vtramque 28 admittit ſententiam, vbi inquirit de duobus aliis dubiis, adducens Doctores pugnãtes; nempè an ſit validum votum, & inualidum matrimoniũ contractum ab eo, qui ordinem ſacrum ſuſcepit, ignorans annexum eſſe votum caſtitatis, & dicit validum eſſe votum. Et quid dicendum de ſuſcipiente ſacros ordines cum intentione non vouendi caſtitatem, & refert Doctores oppugnatores.

QVÆSTIO

Qvæstio II.

An irregularitatem contrahat, qui non expleto 24. anno, ſuſcepit ordinem Præsbyterij, aut in tempore interdicti, vel ſine titulo, vel ſine dimiſſoriis ab alieno Epiſcopo, aut extra tempus ſtatutum. Et an ſuſpenſus ex ordinatione ante legitimam ætatem, ſi canat Euangelium, Epiſtolamque in eadem miſſa, incurrat irregularitatem. Et an ſuſpenſus ex ordinatione ante legitimam ætatem, poſſet celebrare, illa completa, ſine alia diſpenſatione. Vel an ſufficiat diſpenſatio, deſumpta ex tolerantia Epiſcopi?

Svmmarivm.

1 *Ordinatus Præſbyterio ante legitimam ætatem concelebrans cum Epiſcopo, verius eſt vt irregularis non fiat*, n. 3. *vbi de ratione, etſi hic contra*, & ſub n. 4. & 5.

2 *Ordinandis Præſbyterio concelebrantibus in ipſo ordinum actu cum Epiſcopo, pertinet applicatio Sacrificij.*

3 *Ordinatus ante legitimam ætatem, ſi non concelebrat, non fit irregularis.*

4 *Ordinati ante ætatem Diaconatu, & Subdiaconatu, ſi celebrantes cum Epiſcopo ordinante, canant Euangelium, & epiſtolam, non fiunt irregulares; etſi ſint ſuſpenſi*, n. 5. & 6.

7 *Suſpenſus ex ordinatione ante legitimam ætatem, ea impleta, qua diligentia præhabita poterit miniſtrare*, n. 8. & 9. *vbi num debeat prius abſolui à ſuſpenſione*, & n. 10.

11 *Ordinatus ante legitimam ætatem incurrit duas ſuſpenſiones, vnam ob delictum, alteram ob defectum ætatis.*

12 *Diſpenſatio ex tolerantia Epiſcopi, num ſufficiat, vt ordinati ante legitimam ætatem poſſint celebrare.*

1 AD primam quæſtionis partem affirmatiuam ſententiam, & opinionem, vt veriorem tenent Couar. *in cap. Alma Mater p. 2. § 3. num. 5. verſ. 9.* Salzedus ad Bernard. Diaz *cap. 26. verſ. 5.* qui ibi atteſtatur ſe alios, & prudentiſſimos viros maximè è Societate Iesv ſe alloquutum eſſe de hac re, & iſtam omnino firmaſſe reſolutionem quam tenuerunt etiam Nauarrus *conſ. 4. in antiquis*, alias *conſ. 8. de Clerico excommunicato miniſtrante*, Booacina *de Sacram. diſp. 8. quæſt. vnica puncto 5. num. 13.* tum quia huiuſmodi Sacerdos concelebrat hoc caſu Epiſcopo ordinanti ex reſolutis per D. Thom. *in 3. p. quæſt. 82. art. 2.* & *in 4. ſent. diſt. 13. quæſt. 1. art. 2.* vbi Palud. *quæſt. 4. art. 2.* atque ideò ſimul cum Antiſtite eandem Hoſtiam conſecrat, vt explicat Caietanus ſuper *dicto articulo 2. quæſtione 82.*

2 Vnde docent Ludouicus Mæratius *in D. Thom. tom. 3. tract. de Sacram. Euchariſt. diſput. 38. ſect. 8. § 4.* quem ſequitur Diana eius verba referens *p. 5. tract. 14. reſ. 112.* quod dum plures Sacerdotes ſimul conſecrant, & conſecrando ſimul vnum, idemque miſſæ Sacrificium offerunt ad eorum quemlibet perinde pertinere illius applicationem, ac ſi ſolus offerret; quia quilibet eſt illius totius vera cauſa per ſe independenter ab alio, & poſſit independenter ab alterius voluntate illud integrè cui voluerit applicare, quod proinde ſic à ſingulis applicatum diuerſis perſonis, proderit omnibus, quibus applicabitur; quia prodeſſe debet alicui, cum nulla ratio ſit, cur vni poſſit, quàm alteri: ita illi, quos ad litteram ſequitur Barboſa *in paſtorali allegat. 16. p. 2. num. 16.* reprobans aliam negatiuam à multis Doctoribus amplexam: vide alios, quos refert *in cap. 12. Trid. ſeſſ. 23. de reform. num. 7.* verſ. *contra.*

3 Verùm cum ipſe Barboſa *in dict. cap. 12. Trid.* dicat, vt iam *quæſt. præcedenti* adduxi, vt ad incurrendam irregularitatem, celebrando poſt ſuſpenſionem Conſt. Pij II. de qua dixi *ibi*, non ſufficiat Sacerdotali ordini ante legitimam ætatem initiatum actus illi ordini conuenientes, & deputatos exercere, ſi non celebret, cum Nauarro, Riccio, Belletio, & Fr. Eman. ſupra relatis, dicens *ibi num. 7.* hinc prouenire, vt irregularitatem non contrahat, qui non expleto 24. anno Præsbyterij ordinem ſuſcipit ex illa ratione; quia Eccleſia non reputat eam miſſam, quam tunc vnà cum Epiſcopo ordinante celebrarunt, vt docent Medina *in ſum. lib. 1. cap. 11. § 3.* Quaranta *in ſumma Bullarij* verb. *Ordo* verſ. *ampliatio illa*, Henriquez *lib. 14. cap. 3. § 6. in fine*, Suarez *de cenſ. diſput. 31. ſect. 1. num. 71.* Saytus *eodem tract. lib. 4. cap. 16. n. 23. & lib. 6. cap. 12. num. 11.* Auila *in ſimili tract. p. 3. diſp. 5. dubio 7.* verſ. *dico ſecundo*, Vgolinus, Naldus, Portel. Marc. Alter. Bellet. Marchinus, Marcel. Vulpeius, Laurent. de Franch. quos refert *ibi* Barboſa; imò videtur ſequi; & ſic in paſtorali eoſdem referens ſupra, eos impugnat acerrimè: & fundantur in ea, nempe ratione relata, cum illa actio ordinationis, videatur vnici tantum actus concurſus; & veram reſolutionem apprehendes ex adductis in verſ. *ad ſecundam* ſtatim ſequenti.

4 Ad ſecundam quæſtionis partem quæ ſimilis eſt ad reſolutionem, ac præcedens; licèt videam quod Hurtad. *in tract. de ſuſpenſ. difficult. 13. n. 36.* & Auila *de cenſ. p. 3. diſp. 5. dubio 7. dict. § dico ſecundo*, exiſtimantes ordinati cõſecrantes ſimul cum Epiſcopo incurrere irregularitatem; quia actiones canendi Euangelium, & Epiſtolam, fiunt poſt perfectam ordinationem Diaconi, & Subdiaconi. † 5 Sed Mercerus *de Sacram. in 3. p. quæſt. 24. dubio 7.* ex Conſtit. Pij V. dicens ferri tertiam ſuſpenſionem contra illos, qui ante legitimam ætatem, aut extra tempora collationi ordinum decreta ſcienter accipiunt, ordines ſacros ſuſpendique ab ordinibus ſic ſuſceptis, addit notabiliter quod Sacerdos in ordinatione ſua incurrens, hanc ſuſpenſionem, non ſit irregularis conſecrando ſimul cum ordinante, nec Diaconus tunc canens Euangelium; quia actus hi non fiunt moraliter loquendo poſt ordinationem, quæ, durante officio, durare cenſetur, & docet Coninch. *de Sacr. diſp. 16. dub. 15. num. 36.* notans Sacerdotem ſua ordinatione incurrentem hanc ſuſpenſionem, non fieri irregularem conſecrando ſimul cum ordinante; quia tũc nondum eius ordinatio perfecta eſt, & conſequenter, nec ſuſpenſio perfectè incurſa, ſecùs eſſe ſecundùm aliquos de Diacono canente Euangelium in

eodem ſacro; quia hæc actio ordinis ſequitur poſt
6 perfectam ordinationem. † Sed Suarez probabilius *de cenſuris diſp.31.ſect.1. num.17.* etiam tenet de hoc actu canendi Euangelium; quia hi actus moraliter loquendo non fiunt poſt ordinationem quæ cenſetur durare, quandiu durat officium, ob idque ſicut Diana reprehendit Hurtadum falſam vocans eius ſententiam relatam *dict. p.5. tract.10. reſ.37.* & meritò etiam debuit non ſequi contrariam ſuprà relatam *à num.1.* cum Mærario *in dict.reſ.112.* & eodem modo debuit ſe non corrigi, Barboſa ſuprà relato *in paſtorali ſub dict. allegat* 16. ſequutus Dianam *in dict. reſ.112.* cum ipſe in Trid. *dict.cap.12.ſeſſ.23.num.7* cum eodem Diana *dict.reſ.17.* videatur ſequi proximam relatam ſententiam, quam & ego ſequor.

7 Ad tertiam quæſtionis partem, an ſuſpenſus ex ordinatione ante legitimam ætatem, poſſit celebrare, illa completa, abſque diſpenſatione. Et affirmatiuam ſententiam docet Cordub. *caſu* 144. & Sotus *in 4.ſentent.diſt.25. quæſt.1. art.2. in fine*, cum Medina *in inſtruct.caſ.conſ.lib.1. cap.11. §.6.* verùm Hieronymus Rodriguez *in comp.quæſt.regul.reſ.106.num.14.* Henriquez *lib.13.cap.38. n.1. in gloſſa litt. F.* Bonacina *de cenſ.diſp.3.quæſt.1.puncto* 1. & alij negatiuam tenent ſententiam, quos ſequitur Cornejus *in 3.p.tract.5.de ſuſpenſ.diſp.4. caſu* 1. vbi dicit quod durat hæc ſuſpenſio, etiam poſt completam ætatem, donec per Papam relaxetur, aut ſi ſit occulta per Epiſcopum, aut etiam in foro conſcientiæ per Bullam: & notat, vt quamvis iſte ante complementum ætatis abſoluatur ab hac ſuſpenſione, adhuc non poſſit in ordine miniſtrare.

8 Vnde Barboſa *in paſtorali dict. allegat.16. p.2. num.15.* ait quod ordinatus ante legitimam ætatem, ſi temerè ordines recipit, ſit neceſſarium ei, vt prius, quam ordinem exerceat, à ſuſpenſione abſoluatur; nec ante etiam ſi attingat ætatem per ſacros Canones, & S. Trid. Concilij requiſitam, abſque abſolutione prædicta, poſſit alium ordinem ſuſcipere, aut in ſuſcepto miniſtrare: ita cum Miranda, & cum Lezana *in ſumm.quæſt.regul.cap.14. num. 2. in fine*, vbi ait vt non ſufficiat diſpenſatio deſumpta ex tolerantia Epiſcopi per longum tempus; quia cum non probetur illius ſcientia de huiuſmodi malâ promotione, nõ operatur tolerantia; ſed idem Barboſa ibi cum multis, *& alleg.39. poſt num.49.verſ.*10 dicit vt poſſit per Epiſcopum diſpenſari, ſi huiuſmodi delictum promotionis, ſit occultum, licèt celebratio ſit publica.

9 Alij inquam diſtinguunt dicendo quod ſi quis inculpabiliter ante legitimam ætatem ſuſcipit ordinem, etiamſi in ætate legitima, poſſit abſque incurſu irregularitatis exercere actum ſui ordinis; quia Pontificis intentio fuit, vt reprimeret tali caſtigatione temeritatem, ſic delinquentium. Verùm ſi ſuſcepit culpabiliter, vt ſi ſciebat vetitum; licèt neſciret impoſitam cenſuram, ait vt indigeret ſuſpenſionis relaxatione; licèt iam peruenerit ad legitimam ætatem, iuxta conſtitutionem præfatam Pij II. ſic Toletus *lib.1.cap.49. num. 4.* Suarez *de cenſ.diſp.31.ſect.1.num.25.* Auila *p.3.dub.7.not.8.&*
10 *9.* Nauarrus *cap.27. num.155.* & alij, † imò idem Suarez, & Nauarr. ſentiunt, vt poſſit ſic ſuſpenſus excuſari ab irregularitate, ſi temerariè quidam ſuſcepit ordinem, ſi facta pœnitentia illius malæ ſuſceptionis bonafide credens iam ob legitimam ætatem ſibi licitum eſſe ordinis exercitium, actum exerceret; eo quod carentia præſumptionis, poſſit excuſare ab irregularitate; etſi à ſuſpenſione non excuſet, vt iam dixi, ſicut ſæpè bonafides excuſat ab irregularitate, quæ non excuſat ab excommunicatione, iuxta gloſſam *in cap.ſolet de ſent. excommunic. lib.6.*

Notant verò idem Suarez *dicta diſp.31. ſect.3.* 11
num.4. Portel. *verbo ordines ſacri num.12.* Hieronymus Rodriguez, *ſuprà*, Diana *dict.p.5. tract.10. reſ.34.in fine*, quod iſte talis ordinatus ante legitimam ætatem, incurrit duas ſuſpenſiones, vnam ob defectum, alteram verò ob defectum ætatis, ac proinde abſolutus à prima, non cenſeatur abſolutus ab alia, nec poſſit miniſtrare, donec attingat legitimam ætatem. Iterum notabis vt non fiat irregularis ante legitimam ætatem ad Sacerdotium promotus, ſi exerceat actus ſolum in Sacerdotio conſtitutis conuenientes, & Sacerdotali ordini deputatos, modo non celebret, vt iam dixi ſupra: ſequitur Barboſa *dict.allegat.16.ſub num.15. in fine*, & probat cum Nauarr. *conſ. 9. de Clerico excommunic.in antiquis, aliàs de ætat., & qualit. in nouis.* Fr.Eman. *in ſumm.p.1. cap.106. concluſ.1. & quæſt.regul.tom.1.quæſt.23.art.12.* Bellet. *diſquiſit. Cleric. p. 1. tit. de diſciplina Cleric. §.5. num.58.* Marchin. *de Sacrament.tractatu 1.part.5.cap.3.numero* 14.

Ad quartam quæſtionis partem an ſufficiat diſ- 12
penſatio deſumpta ex tolerantia Epiſcopi; reſpondeo ex dictis ſupra *ſub verſ. ad tertiam in fine illius numeri.*

Qvæstio III.

An ſuſpenſus propter ordines ſuſceptos ante legitimam ætatem, poſſit exercere ordines alios iam ritè ſuſceptos. An pœna ſuſpenſionis locum habeat in eo, qui ante legitimam ætatem Epiſcopus eſt ordinatus. An regulares ipſo iure ſuſpenſi ſint, ſicut & Clerici, qui ante legitimam ætatem ſacros ſuſceperunt ordines. Et an Prælatus regularis poſſit eis impertiri diſpenſationem, vt miniſtrent. Et an ſuſpenſus ab aliquo ordine, ſi aſcendit ad ſuperiores abſque eo, quod illos exerceat, efficiatur irregularis. An gaudeat priuilegio fori, qui ordinatus eſt ante legitimam ætatem. An ſuſcipientes primam Tonſuram, & ordines minores cauſa euadendi iudicium ſæculare, peccent mortaliter?

Svmmarivm.

1 *Ordinati ante legitimam ætatem, etſi ſuſpendantur, non tamen prohibentur miniſtrare in ordinibus ritè ante ſuſceptis*, n.2.

3 *Epiſcopus ordinatus ante legitimam ætatem, non incurrit ſuſpenſionem Bulla Pij II.* n. 4. & n.5.

5 *Suſpenſio generaliter lata, non comprehendit Epiſcopos, niſi eorum fiat mentio ſpecialis.*

6 *Regulares ordinati ante legitimam ætatem, verius*

rius eſt vt incurrant ſuſpenſionem, ſicut alij Clerici, n.8.

7 *Conſtitutio, quæ loquitur de Regularibus ſolum, non comprehendit Clericos ſæculares : intellige*, vt n.8.

9 *Regulares virtute ſuorum priuilegiorum, nequeunt ordinari ante legitimam ætatem.*

10 *Diſpenſare num poſſit Prælatus regularis, aut Epiſcopus cum ſubdito ordinato ante legitimam ætatem*, n.11. & 12.

12 *Abſolutus per Epiſcopum à ſuſpenſione contracta ob ſuſceptionem ordinum, non poteſt ante illam in ſuſceptis miniſtrare ob irregularitatem ex defectu ætatis, in qua Epiſcopus non diſpenſat.*

13 *Suſpenſus ab aliquo ordine ſi aſcendat ad Superiores abſque eo, quod eos exerceat, verius eſt, vt non fiat irregularis*, n.14.

15 *Ordinatus ante legitimam ætatem, non ideò amittit fori priuilegium*, n.16.

17 *Ordinati prima Tonſura eo fine, vt fugiant ſæculare Iudicium, peccant.*

1 AD primam quæſtionis partem videtur reſ-
poudendum ex iam adductis ſupra ; nunc
verò inuenio quod Nauarrus, & Frater Emanuel
Rodriguez, quos ſequitur Villalobos *in ſumm.
tom.1.tr.18.difficult.11.num.2.* dicunt manere ſuſ-
penſos poſt Extrauag. Sixti V. ab omnibus ordini-
bus iam ſuſceptis ; quia ait : *Eoſdem Clericos poſt-
hac male promotos ab executione, miniſterio, &
exercitio ordinum ſuſceptorum, & ab omni ſpe, &
facultate aſcendendi ad alios ſuperiores, perpetuò ſuſ-
2 penſos declaramus.* † Sed Scortia *in Conſtit. Pon-
tif. epit. 39. Theorema* 109. quem ſequitur Diana
p.5.tr.10.reſ.35. cum Henriquez, & Auila tenent
huiuſmodi ſuſpenſionem impedire ſolum vſum
ordinis malè ſuſcepti, & in quo delinquit, & con-
ſequenter etiam ne vlterius aſcendat, non autem
vt vtatur ordine inferiori, ſi legitimè illum ſuſce-
pit, vt indicant verba Bullæ ibi : *ſi ſuſpenſione du-
rante, in eiſdem ordinibus miniſtrare præſumpſerint;
eo ipſo irregularitatem incurrant* ; in eiſdem ſcili-
cet malè ſuſceptis, quibus ſuſpenſi ſunt, & non in
quovis ordine, vt etiam iure antiquo ſuſpendeban-
tur ab executione ordinis malè ſuſcepti, vt dicit
gloſſa *in cap. conſultationi hoc tit.* & Trid. *ſeſſ.14. de
reform. cap.2.*

3 Ad ſecundam quæſtionis partem an ſuſpenſio-
nis pœna, de qua hic, & in conſtitutione Pij II.
iam relata in præcedentibus quæſtionibus, incur-
ratur ab ordinato in Epiſcopum ante legitimam
ætatem, ſicut ab ordinato in ſacris ; & licèt ætas
pro Epiſcopis creandis ſit annorum 30. vt dico
infra *ſub Rub. de ætate ordinand.* & Epiſcoporum
ordo ſecundùm Canoniſtas, vt adduxi *in Rubric.
huius tituli*, ſit diſtinctus ab ordinibus Præsbyte-
ratus Diaconatus, & aliis. Et ob id dicendum eſ-
ſe, vt incurretur creatus Epiſcopus in pœnam
ſuſpenſionis, ſi ante illam ætatem ordinaretur. Sed
adhuc exiſtimo pœnam Pij II. & conſtitutionem
textus noſtri, non extendi ad Epiſcopos.

Primò quia talis conſtitutio non loquitur de
4 Epiſcopo, nec textus noſter ; deinde quia, etſi ſit
ordo Epiſcopatus ; tamen eius collatio propter
5 excellentiam dicitur conſecratio potius. † Deinde
quia illæ particulæ *litteræ dimiſſoriæ extra tempora*
& ſimiles non accommodentur Epiſcopatui, vt
colligitur ex adductis *ſub cap.1.2.& 3.& ſub c.11.*
tum etiam quia illa ſuſpenſio generaliter lata non
comprehendit Epiſcopos, niſi eorum fiat ſpecialis
mentio, iuxta doctrinam textus *in cap. quia periculoſum de ſent. excomm. lib.6.* & aliis in caſibus.
Et hanc ſequor cum Suarez *de cenſ. diſp.31. ſect.1.
n.29.* non enim de iure conſtitutio Pij II. debet
extendi vltra expreſſa, cum ſit pœnalis.

Ad tertiã quæſtionis partem an Regulares ſuſ- 6
penſi, ſi ſint ordinati ante legitimam ætatem, ſicut
Clerici, & videtur negatiuè reſpondendum, cum
iſtis titulus ad ordines ſacros recipiendos, non ſit
neceſſarius ſicut prærequiritur in Clericis ſæcula-
ribus aſſumendis ad ordines ſacros, ſecundùm ea,
quæ adduxi *in dict. cap.11. hoc tit. quæſt. fin.* Dein-
de, & in terminis, quia hæc pœna ſolùm in Bul-
la Pij II. reperitur in dicta contra Clericos, vt pa-
tet ibi, *nonnulli Clerici*, ſed Monachi, & Clerici
ſunt diuerſa, vt patet *ex Rub. & tit. ne Clerici, vel
Monachi.* † Ergo ſicut conſtitutio, quæ loquitur de 7
Regularibus ſolùm, non comprehendit Clericos
ſæculares, vt dicit expreſsè *Clem.1.* iuncta gloſſa
verbo *Religioſi, de rebus Eccleſ. alien. vel non*, Bel-
letus *diſquiſit. Clerical. p.1. tit. de diſciplina Cleri-
cali* §.2. *num.5.* ita etiam Religioſi in conſtitutione
agente de Clericis, non veniunt, præcipuè in ma-
teria non fauorabili, Bellet. *dict.* §.2. *num.2.* Abbas
*in cap.2. num.7. ne Clerici, vel Monachi, & in c.1.
num.9. de iuram. calum.*

Sed dicendum eſt prædictam ſuſpenſionem 8
incurrere etiam ordinatos regulares in ſacris ante
legitimam ætatem ; quia etſi quantum ad alia
quàm maxima ſit differentia inter Clericos, &
Monachos, ſiue regulares, maximè quando agitur
de materia, quæ, vel tantùm concernit Clericos,
vel tantùm Monachos : tamen quando materia
eſt quæ æqualiter recipit vnum, & alterum, qua-
lis eſt ordinum materia, vt ſcilicet non recipian-
tur extra tempora ante legitimam ætatem, vel ſine
litteris dimiſſoriis, nulla prorſus, nec debet eſſe
inter ipſos differentia ; quia prohibitionis ratio
omnes æquè cõprehendit, nec impedit, vt Pius II.
vſus tantum fuerit nomine *Clerici* ; quia ex quo
expreſsè Monachos non excluſit, ſeu eos, ac regu-
lares nominauit, fuit ex eo quia *Clerici* nomen in
hoc ſenſu vniuocum eſt, & nomine, & definitio-
ne conuenit, ac comprehendit Clericos, tam ſæ-
culares, quàm regulares. Sic docuerunt hanc ſen-
tentiam Fr. Eman. Rodriguez *in ſumma p.1. c.156.
& in quæſt. regul. tom 3. quæſt.24. art.2.* Portel. *in du-
biis regul.* verbo *ordines ſacri, num.13.* Riccius *in
Curia Epiſcop. Neapol. decis.130. p.4.* Barboſa *in
paſtorali p.2. alleg.16. num.26.* cum Lezana, & Mi-
randa, & idem *in Trid. ſeſſ.23. cap.8. de reformat.
num.11.* Sayrus *de cenſ. lib.6. cap 12. num.14. & 15.
de off. Epiſcop. c.20.* §.1. *n.1.* Hurtad. *de Sacr. tom.1.
tract. de ordine difficult.21.* verſ. *& id voluit*, Mar-
chinus *de Sacr. ordin. tr.1. p.5. c.3. num.6.* Tambur.
de Iure Abbatum tom.3. diſp.5. quæſt.11. num.73. † 9
Miranda *in manuali Prælatorum tom. 1. quæſt.39.
art. 1.* vbi dicit ſe neſcire de aliqua conceſſione,
quæ id concedat regularibus poſt Trid. Concil.
Vide eundem Barboſam *dict. alleg.16.* vbi ait cum
multis *num. 1.* verſ. *regulares*, non poſſe virtute
ſuorum priuilegiorum ordinari ante legitimam
ætatem multis probans.

Ad quartam quæſtionis partem an Prælatus re- 10
gularis poſſit diſpenſare cum ſuo ſubdito ante le-
gitimam ætatem ordinato : & Caputius *ad com-
pendium* verbo *ordines ſacri folio* 187. tenet huiuſ-

modi

modi Prælatum non poſſe diſpenſare, vel abſoluere ordinatos ante legitimam ætatem; imò nec id poſſe Epiſcopos, citans ad hoc gloſſam *in clem. fin. de ætate, & qualitate ordin.* Syluester, & Nauar. & ſequitur Saytus *de cenſur. lib. 6. cap. 12. num. 13. & 14.* ſubdens priuilegia conceſſa Prælatis, vt diſpenſent cum ſubditis eſſe derogata per Concil. Trid. *dict. ſeſſ. 23. cap. 12.* pariter reſoluens ſolum Papam, non verò Epiſcopum poſſe in hoc diſpenſare, quod verum credo, iuxta quæ dixi ſupra *ſub quæſt. 12.* verſ. *ad tertiam*, niſi in caſu, de quo ibi, in quo diſpenſat Epiſcopus, Barboſa docet etiam contra Portel. ſupra *dicta allegatione 16. numero fin.*

11 Verùm prædictus Portel. *in dub. regular.* verb. *ordinis ſacri ſuſpenſio, num. 14.* & Hieronymus Rodriguez *in compend. quæſt. regul. reſ. 106. n. 26.* quos ſequitur Diana *p. 5. tr. 10. reſ. 31. in fine*, poſſe dicunt Superiores regulares abſoluere ſuos ſubditos ſic ſuſpenſos: idemque dicendum de irregularitate ſic contracta, de quo Henriquez *lib. 14. cap. 20. n. 3.* & Becan. *p. 4. conſ. 37. in reſponſ. caſuum conſcient.* verſ. *aduertendum*. Barboſa in Trid. qui videtur ſibi contrarius *dict. cap. 12. ſub n. 12.* vbi etiam dixit huiuſmodi ſuſpenſionem poſſe tolli ab Epiſcopo poſt ſufficientem emendationem, & punitionem; quia in prædicta Bulla Pij II. non reperitur reſeruata, vt tradunt Suarez *de cenſ. dict. diſput. 31. ſect. 1 n. 32.* Bonacina *de Sacr. diſp. 8. quæſt. vnica puncto 1. n. 11.*

12 Vnum tamen notat Bonacina *dict. punct. 1. n. 13.* verſ. *ſecundo*, Garcia *de benef. part. 2. cap. 5. numero 51.* vt qui abſolutus fuit per Epiſcopum à ſuſpenſione contracta ob ſuſceptionem ordinum, non poſſit ante illam in præfatis ordinibus miniſtrare, non defectu ſuſpenſionis, quæ ſupponitur ablata, ſed ob irregularitatem ex defectu ætatis, in qua Epiſcopus non diſpenſat. Videbis quæ dicit Ægidius Trullench. *de Sacram. quæſt. vnica lib. 6. dubio 10. à num. 5.* vbi de ſuſpenſione contracta ab ordinato ante *legitimam ætatem*, & *num. 9.* vbi de diſpenſante, & *in num. fin.* vbi de diſpenſatione reſpectu Regularium.

13 Ad quintam quæſtionis partem an ſuſpenſus ab aliquo ordine, ſi aſcendat ad ſuperiores abſque eo, quod illos exerceat, efficiatur irregularis: in quo dubio, quia ſatis *ex quæſt. 1. & 2.* aſſumitur ſolutio; hic tantum referam Doctores pugnantes, & quod fiat irregularis, docent Maiol. *de irregularit. lib. 4. cap. 34. num. 1. & 2.* Couarruu. *in cap. Alma*
14 *Mater p. 2. §. 3. verſ. 7.* † Sed contrariam ſequuntur opinionem Barboſa *in paſtorali p. 2. allegat. 16. num. 15. in fine*, cum Vulpeio *in praxi iudiciali fori Eccleſiaſt. cap. 8. num. 32.* Saytus *de cenſ. lib. 4. cap. 16. num. 22.* quorum ſententia videtur practicabilior.

15 Ad ſextam quæſtionis partem videtur reſpondendum ex dictis ſupra *in cap. 11. ſub quæſt. 10.* vbi an ordinatus ſine titulo beneficij, aut Patrimonij; eo quod ſuſpenſus ſit, non gaudeat fori priuilegio in quo puncto tenent ſententiam negatiuam Bernardus Diaz, Rolandus, & Caſſaneus, quos citat Pereira *de manu Regia p. 1, c. 26. num. 18.* Vaſquez
16 *allegat. 45. num. 20.* † Tamen verior eſt de iure ſententia contraria; quia talis, eſt verè ordinatus, cui verè fuit impreſſus character: ſequitur Diana *p. 4. tr. 1. reſ. 26.* vbi notat etiam Clericum ordinatum per ſimoniam, vel ab Epiſcopo, qui erat impeditus ordines conferre aliquo iuris impedimento, nempe excommunicationis, ſuſpenſionis, interdicti &c. gaudere fori priuilegio.

Ad ſeptimam quæſtionis partem abſolutè affirmat peccare ordinatos prima Tõſura, aut minoribus, vt fugiant ſæculare iudicium, Magiſter Gethius *in ſuo theſauro animæ tom. 1.* verbo *Clericus, quæſt. 10.* colligens *ex cap. 4. Trid. ſeſſione 23.* ſed Diana cum infinitis *part. 10. tract. 16. reſ. 61.* contrariam negatiuam tenet carpens Gethium; eo quod Dianam ipſe improbauerat aliter in loco diſputantem, & affirmantem. Dicit enim Diana quod etſi affirmatiua Gethij ſit probabilior ſententia, ſit etiam probabilis negatiua, quam docent cum infinitis Naldus *in ſumma*, verbo *Ordo num. 15.* Bonacina *de hoc Sacram. diſput. 8. quæſt. vnica, puncto vltimo*, Eſcobar *in Theologia Morali tract. 7. exam. 8. cap. 4. num. 77.* & alij relati à Diana, vide *cap. 6. de ætate, & qualit. in quæſtione 1.* 17

QVÆSTIO IV.

An Epiſcopi ordinantes aliquos ante legitimam ætatem, incurrant ſuſpenſionem noſtri textus, aut Bulla Pij II. latam, etiam aduerſus ſic ordinatos in ſacris. Et quare conferens infanti Tonſuram ab illius collatione, tantum ſuſpendatur, & conferens eidem Subdiaconatûs ordinem, non tantum à collatione illius, ſed etiam à cæterorum ſuſpenſione dignus ſit. Et à quo talis auferatur ſuſpenſio?

SVMMARIVM.

1 *Ordinans Infantem in Diaconum dignus eſt ſuſpenſione, ſed non prohibetur miniſtrare in ordinibus, quos contulit; ſic vt fiat irregularis,* numero 2. *expende vt* numero 4. & 5.

3 *Ordinans Infantem in ſacris ante ætatem, qui poſtea durante ſuſpenſione auderet ordinare alium, fiet irregularis.*

6 *Ordinans Infantem tonſurâ ante legitimam ætatem, mitius punitur, quàm ordinans Diaconum.*

7 *Suſpenſio ordinati ante legitimam ætatem; à quo auferatur, remiſſive.*

AD primam quæſtionis partem iam aliquid dixi *in principio primæ quæſtionis*, & nonnulla tradit Barboſa hîc *numero 2. & 3.* nunc breuiter iuxta textum noſtrum dico quod ordinans Infantem in Diaconum, dignus eſt ſuſpenſione à collatione cæterorum ordinum; ſed hæc ſuſpenſio, vt de ordinato iam ſupra dixi *q. 1. 2. & 3.* non incurritur ipſo iure, ſtando in diſpoſitione textus noſtri, & aliorum iuris antiqui, vt docent Maiol. *de irregularit. lib. 1. cap. 30. numero 9.* Tabiena *verbo Ordo 3.* Barboſa *hîc*, & *in paſtorali p. 2. c. 16. n. 7. & 8.* 1

Vnde dici debet vt non incurreret irregularitatem, ſi in ordinibus, à quorum collatione erat ſuſpenſus, miniſtraret; ex Rebuffo *in praxi benef.* 2

benef.tit.de Clericis malè promotis, remiſſiuè. Quaranta *in ſumma Bullarij* verb. *Ordo*, *in princ.* verſ.
3 *An*, † quod ſi prædicta ſuſpenſione durante auderet alium ordinibus initiare, fieret quidem irregularis; quia ſuſpenſus à collatione ordinum illos conferendo, irregularitatem contrahit, ex Sylueſtro *verb. Suſpenſio num.* 5. verſ. *ſi verò ab ordine.*

4 Verùm cum Trid. Concil. *ſeſſ.* 23. *cap.* 12. nullam in hoc caſu apponat pœnam, nec conſtitutio Pij II. & cum altera Sixti V. quæ in illo loquebatur, redacta ſit ad terminos iuris communis, per Clement. VIII. *in ſua conſtitut.* incipit *Romanum Pontificem*, pridie Kalend. Martij 1595. vt refertur *in floribus deciſionum ſub hoc tit. deciſion.* 27. ſequitur vt etiam hodie vigeat reſpectu ordinantis Epiſcopi ſuſpẽſio decreta per textum noſtrum,
5 vt ſentit Barboſa *dict. allegat.* 16. *num.* 9. † & idem *dicto num.* 7. ait, vt per Bonifacium VIII. *in cap. fin. hoc tit. lib.* 6. ſit decretum, quod conferens Tonſuram Infanti, nequeat per annum alteri Tonſuram conferre, tenent Henriquez *lib.* 3. *cap.* 38. §. 1. *lit.* O, Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 32. *tract.* 2. *num.* 61. Bonacina *de cenſ. diſp.* 3. *quæſt.* 6. *puncto* 5. *num.* 25. *in fine*, Marc. Alterius *eodem tr. tomo* 2. *diſp.* 16. *de ſuſpenſ. cap. in princ.* idem Barboſa *p.* 3. *allegat.* 111. *num.* 4.

6 Ad ſecundam quæſtionis partem quare pœna conferentis Infanti primam Tonſuram ſit mitior, quàm Diaconatum bene diſputat Campanillus omnino videndus *in diuerſorio Iuris Canon. Rub.* 7. *cap.* 4. *num.* 2. vbi multis nititur rationem reddere; & videtur eſſe efficacior; quia qui Infanti audet conferre Diaconatûs ordinem grauius multò peccat, quàm conferens eidem primam Tonſuram, vt colligitur à differentia gradus ordinum, ac præcellentiæ eorum, iuxta diſtinctionem, quam facio infra *in Rub. de ætate, & qualit. ordin.* vt iam etiam *ſupra* dixi.

7 Ad tertiam quæſtionis partem à quo talis auferatur ſuſpenſio, reſpondebis ex adductis ſupra *quæſt. præced.* verſ. *ad quartam, & q.* 2. verſ. *ad tertiam*, applicando quæ ſupra adduxi *in cap.* 11. *quæſt.* 11. verſ. *ad ſecundam, & à num.* 1. & Barboſa *in cap. ſequenti ſub num.* 2. multis probat, vt Epiſcopo denegetur diſpenſandi facultas, niſi quando tacitè, vel expreſsè ei conceditur, de quo alibi: & leges bene declarantem eundem *de officio Epiſcopi allegat.* 33. *p.* 2. *à num.* 19.

Ad Text. in Cap. Dilectus XV. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus plures ordines conferens eodem die, etiam de mandato Metropolitani, ſuſpenditur.*

2 *Superiori obtemperandum non eſt quando imperat apertè iniuſtum.*

3 *Teſti vario non adhibetur fides.*

4 *Interſtitiorum quæſtiones, & de diſpenſatione eorum hic remiſſiuè, & n.* 5.

5 *Periurus eſt propria voluntate contrauenienns iuramento.*

6 *Pontifex ordinans Infantem ante vſum rationis, num queat eum reddere habilem ad matrimonium.*

DEcernit Pontifex hîc quòd Epiſcopus eodem die plures ordines conferens ſacros, 1
etiam de mandato Metropolitani ſuſpenditur. Occaſione huius deciſionis poſſemus longè agere de materia interſtitiorum ad ordines, hoc eſt de tempore, quod debet interponi de receptione v.g. Subdiaconatus ad Diaconatum, & de iſto ad Præsbyteratum. Tamen quia de hoc puncto iam egi ſupra *in cap. quidam* 8. *hoc tit.* ideò ad ibi dicta recurres.

Et in verſ. *ipſi obtemperare non debuit* ex hoc 2
notat Barboſa *hic n.* 3. ſuperiori obtemperandum non eſſe, quando imperat aliquid apertè, & manifeſtè iniuſtum, aut quando conſtat eſſe tale quod ſuæ poteſtatis limites excedat: ſic ex Gregorio de Valentia *tom.* 3. *diſp.* 5. *quæſt* 3. *p.* 2. Aldrete *de religioſa diſciplina tuenda, lib.* 2. *cap.* 4. Vnde occaſione huius dicti adiunges plura, quæ dico infra *ſub tit. de maioritate, & obedientia*: & poteris applicare alia pleraque, quæ latè ſcripſi *ſub cap. nouit de iudic.*

Et *in verſ.* ibi *ſæpius variauit* ex hoc notat Bar- 3
boſa *num.* 4. teſti vario, & ſibi ipſi contrario non eſſe fidem adhibendam, ſic cum Claro, Farinacio, Cardoſo, Menochio, & Riccio. Sed quia ego ad ſaturitatem ſcripſi *in cap. per tuas* 10. *de probat. à quæſt.* 3. & *in cap. litteras* 13. *de præſumpt.* ideò ad ibi dicta recurres.

Ad quæſtiones de obſeruatione interſtitiorum 4
Suarez *de cenſ. diſp.* 31. *ſect.* 1. *à num.* 22. an fiat irregularis miniſtrans in ordine ſuſcepto, dixi *in c.* 14. quæ cauſa ſufficiat vt Epiſcopus diſpenſet in interſtitiis ad Miſſam, Diana *p* 4. *tract.* 4. *reſol.* 209. an diſpenſatio interſtitiorum pertineat ad Epiſcopum quoad regulares, Diana *p.* 3. *tract.* 2. *reſ.* 32. ad aliam *reſ.* 112. ad alias *p.* 9. *tract.* 8. *reſ.* 28. *& reſol.* 58. ad alias *p.* 6. *tract.* 8. *reſ.* 23. qualis poteſtas ſit ad diſpenſandum in criminibus Clericorum, Balboa *in cap.* 4. *de iudiciis à num.* 75. vbi ego dixi circa finem, † quod qui propria authoritate con- 5
trauenit iuramento, periurus ſit per hunc textum, Gratian. *regula* 269. de quo dixi latè *in c. breui* 17. *de iureiurando*: ad textum noſtrum Riccius *collect.* 576. expendens Trid. *in c.* 11. *ſeſſ.* 23. *de reform.* circa ordines minores conferendos, etiam habito interſtitiorum tempore, de quo iam dixi *in c.* 8. an Epiſcopus beneficij poſſit diſpenſare in interſtitiis, Diana *p.* 8. *tract.* 8. *reſ.* 25. & an id poſſit cum ſuo familiari triennali, ibi. *reſ.* 35. vide ſupra *ſub cap.* 3. 5. & 11.

Pro complemento poteris materiæ textus no- 6
ſtri quæſtionem ſequentem applicare, *An Pontifex poſſit Infantem ante vſum rationis ordinibus initiatum, reddere habilem ad matrimonium*, de qua dico infra *in cap.* 1. *qui Clerici, vel vouentes*, interim videbis Sanchez *de matrim. lib.* 7. *diſp.* 30. *num.* 3. Suarez *de religione tom.* 3. *lib.* 9. *cap.* 17. *dubio* 2. *num.* 19. Vaſquez Coninc. & alios relatos à Diana *p.* 5. *tract.* 1. *reſ.* 43.

Ad

Ad Text. in Cap. Conſultationi XVI. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Iuriſlator reſpondens conſultationi, non introducit ius nouum, ſed commune oſtendit,* & n.2.

3 *Intellectus deducentes iura contra ſuam naturam, ſunt fugiendi.*

1 DE materia huius textus dixi ſupra *in cap.* 1. 2.*&* 3.*hoc tit* aliquid *in cap.litteras* 13. Et quatenus *in verſ. Characterem* Barboſa *num.* 3. ait vt recipiens ordioes extra tempora conſtituta ad ſacros ordines, recipiat Characterem, dixi iam in dictis iuribus, & *in dict. cap.* 8. item & *in cap. non eſt compos*, vbi idem dixi de ordinato ante le-
2 gitimam ætatem. † Et *in gloſſa* verſ.*poteris*, notat quod quando Iuriſlator reſpondet conſultationi, non introducit ius nouum, ſed ius commone oſtendit, vbi ſcilicet reſpondens conſultationi; determinat illam per ius commune; ob id appli-
3 cabis *quæſt.1.cap.1.de iudiciis*, † & cum Nauarro hic idem Barboſa notat fugiendos eſſe intellectus deducentes iura contram ſuam oaturam: & videbis aliqua *ſub cap.*5.

QVÆSTIO I.

An ordines Regularium habentes priuilegium, vt poſſint ordinari Regulares extra tempora, poſſent eo vti, vbi Concilium Trid. receptum eſt. An ſuperior Regularis differens ex induſtria mittere ſubditum ad Epiſcopum Diœceſanum ordinantem, vt poſtea illum mittat ad alium Epiſcopum, peccet mortaliter, & incurrat pœnas ſtante decreto Clem. VIII. 1596. ſub die 15. Martij. An pro Epiſcopis in diſpenſatione interſtitiorum, cum Regularibus ſufficiat ſola atteſtatio ſuperiorum. Et an Prælati poſſint quoad interſtitia diſpenſare cum ſuis ſubditis, vt ordinentur extra tempora?

SVMMARIVM.

1 *Ordines Regularium, vt poſſint ordinari Regulares extra tempora, vtuntur priuilegiis conceſſis, vt* n.2.& 3.

3 *Priuilegium Clericorum Regularium vt poſſint ordinari extra tẽpora ad Subditos refertur.*

4 *Prælatus Regularis deferens licentiare ſuum ſubditum, aut illico mutans, vt ab alio ordinetur Epiſcopo, quando peccet, ſiue non;* num. 5. 6. & 7. *vbi* num.8. *excuſatur, ſi habeat Epiſcopus examinatores valdè rigidos.*

6 *Argumentum de pœnis ad peccata non valet.*

8 *Prælatus queit ſuos ſubditos regulares, locales, conſtituere in Diœceſi Epiſcopi, qui non habet tam rigidos examinatores ad ordines.*

9 *Prælatus mittens ſubditos ſuos ordinandos alibi, num incurrat pœnas decreti Clementis VIII.* n.10.

11 *Pœnas poſitas in decreto Clem. VIII. contra Prælatos Regulares differentes, aut mutantes ſubditos, vt ab aliquo Epiſcopo ordinentur, non incurrunt ipſo facto, & quid in conſcientia,* n. 12.

13 *Ieſuitæ habent priuilegium aſcendendi ad ordines ſuperiores, etiam ſi nondum miniſtrauerint in ſuſceptis, quo fruuntur aliæ religiones,* n.14.*vbi quid de diſpenſando in interſtitiis, &* n.15. *&* n.19.

16 *Prælati regulares in interſtitiis, qualiter diſpenſent cum ſuis ſubditis ad ordines. Et num hæc facultas ſit ablata ab eis* n.17. & 18.

19 *Motus proprius Sixti V. contra malè promotos.*

20 *Greg. XIII. priuilegium, vt Religioſi ordinentur extra tempora.*

21 *Religioſi quando queunt ordinari ex priuilegio in tribus diebus feſtiuis, de quibus feſtis intelligatur.*

AD primam quæſtionis partem, negatiuè reſpondet per diſpoſitionem Trid. *in dict. c.*8. *ſeſſ.*23.*de reformat.*& per conſtitutiones Pij II.& Sixti V. Lezana *in ſumma quæſt.regul.cap.*14.*n.*19. eo quod ipſum Concilium *ſeſſ.*25.*cap.*22. præcipit omnia, & ſingula in ſuis decretis contenta obſeruari à Regularibus, noo obſtantibus quibuſcumque priuilegiis. † Tamen Ioannes Præpoſit. *in* 3.*p.de Sacram.Ordinis dubio* 15.*num.*156. Diana *p.*5.*tract.*13.*reſol.*57. idem *p.*3.*tract.*2.*reſol.*31. Cæleſtinus *in compendio Theologiæ moralis tract.*8. *cap.*4. affirmatiuam docent contra Lezanam diceotes vt poſſint Prælati Regulares vti ſuis priuilegiis; & quod generalis illa derogatio ſit applicanda locis Concilij, in quibus derogatur priuilegiis Religioſorum; non verò, vt ſe extendat ad omnia decreta, quæ etiam ſioe derogatione priuilegiorum edita ſint: & hoc ſenſu dicunt velle Sanctam Synodum omnia prædicta decreta ſeruari, etiam cum derogatione priuilegiorum, quando ea in aliquo decreto poſita ſont ad maiorem inculcationem particularium, non inquam vt reſpiciat ea decreta, in quibus non fuit derogatum priuilegiis. 1 2

Imò & in compendio Clericorum Regularium ſic habetur cum licentia, & diſpenſatione admodum P.R. Generalis poſſe ſuos Religioſos ſuſcipere ordines etiam ſacros, & etiam Præsbyteratus extra tempora à iure ſtatuta, tribus tamen diebus Dominicis, vel aliis feſtiuis etiam continuis à quocumque Antiſtite, non obſtante Trid. Concilio; idemque per Gregor. XIII. conceſſum fuit Patribus Ieſuitis, quæ incipit *pium, & vtile* ſub die 22. Septemb. 1582. Pontif. ſui ann. 11.& aliis inquam Patribus ſic communicatum multis affirmat idem Diana videndus *dict.p.*3.*tract.*2. *reſolutione* 31. de quo dixi ſupra, *ſub cap.* 5. *& ſub cap.*11. 3

Ad ſecundam quæſtionis partem, etſi negatiuè reſpondeat Bordonus *in conſ. regular. tom.* 2. *reſ.*67.*num.*39. eo quod in decreto Clem. VIII. 4

poſſunt

poſſunt ſpectari duæ tranſgreſſiones. Prima quan-
do Prælatus regularis licentiaret ſuum ſubditum
ad extraneum, dum Diœceſanus eo tempore or-
dinationem haberet, tunc dicit ordinationem eſſe
graue peccatum, cum ſit præiudicialis iuribus Epiſ-
5 copi, cum ei de facto auferat ſubditum. † Secunda,
quam Prælatus differt, aut remouet ſubditum in
ordine ad ordinationem, & facit, vt ſuus ſubditus
ab alio ordinetur Epiſcopo. Et in hoc caſu negat
adeſſe peccatum læthale, cum non ſit grauis vio-
latio decreti; eo quod non continet verba præ-
ceptiua, nec materiam principalem, ſeu principale
diſpoſitum, quod eſt vt quilibet Religioſus reci-
piat ab eo Epiſcopo, in cujus Diœceſi moratur;
non enim io his caſibus graue inferri præiudicium
dicit; quia Epiſcopi parum curant ordinationem
huius, vel illius Religioſi hic, & ounc: nam ius,
quod habent ſuper Religioſos eſt variabile quoad
ordinationem, cum ipſi de facili mutentur de vna
Diœceſi ad aliam, nullamque habeant permanen-
6 tem manſionem. † Et hanc partem defendendo
ait non obſtare argumentum, quod à pœnis infer-
tur graue peccatum; quia reſpondet non valere à
grauioribus pœnis ad grauiora peccata ex gloſſa
in cap. admonere 33. quæſt. 2. verſ. *exiſtimes*, quia
vt docet Nauar. *in manuali cap.* 23. *n.* 53. pœna ex-
communicationis grauiſſima eſt, & tamen quan-
doque tráſgreſſio alicuius rei prohibitæ ſub pœna
excommunicationis non eſt peccatum mortale.

7 His inquam non obſtantibus affirmatiuam ſen-
tentiam docent Peirinus *de Prælato quæſt.* 3. *c.* 7.
num 4. Tamburinus *de iure Abbat. tom.* 2. *quæſt.* 18.
num 6. Diana *p.* 9. *tract.* 8. *reſ.* 58. nempè vt peccent
Prælati regulares ſic differendo ſuos ſubditos mit-
tere, & lethaliter; quia faciunt contra Papæ de-
cretum in materia graui; tùm quia præiudicant
Epiſcopo Diœceſano, ſed dicunt excuſari poſſe
à mortali, ſi id bona fide faciant credentes, vel
8 ſibi licere, vel non eſſe peccatum. † Deinde poſſe
excuſari ſi Epiſcopus Diœceſanus habeat exami-
natores valdè rigidos, ſeu etiam malignos erga
regulares in genere, vel in ſpecie, & aliqui ſubdi-
torum ſint aliquando debiles, de quibus illis cer-
to conſtet, quod non approbabuntur; quia tunc
dicit Peirinus, vt Prælatus Religioſus poſſit eos
conſtituere locales in alio Cõuentu alterius Diœ-
ceſis, in qua non tantum rigoroſã cum Religioſis
agatur, vt patet; quia poteſt religioſus, qui ſo-
lum ſcit legere, & ſcribere, abſque grammatica
ad quemcunque ordinem promoueri (quod an
ſit vtique verum dixi *ſub dict. cap.* 5.) ſed hic ſi in
aliquo Epiſcopatu permaneat, nunquam ordina-
bitur; quia non ordinantur, niſi qui bene callent
linguam latinam; ergo (infert Peirinus) poterit
talis ſubditus mitti in alium Epiſcopatum, in quo
non tam rigidè cum eo agatur.

Dubium verò eſt an Prælatus mittens ſuos ſub-
9 ditos ordinandos modo præfato ſi contingat, vt
non ordinentur, incurrat nihilominus pœnas præ-
fati decreti Clem. VIII. & oon incurrere vide-
tur tenendum. Primò quia verba ſunt intelligenda
cum effectu per textum, *in l.* 1. *§. hac verba ff. quod
quiſque iuris, cap. relatum de Clericis non reſident.
cap. qualiter*, vbi gloſſa vlt. *de pactis, cap. ſi à iu-
dice de appellat. lib.* 6. Deinde quia prædictum
Clem. ſtatutum, eſt odioſum, & contra antiquiſ-
ſima Regularium priuilegia, vt conſtat ex Caſa-
rab. *in compendio priuileg. mendic.* verb. *ordines ſa-
cri, num.* 1. 3. 9. 11. *& ex tom.* 2. *in conſt.* 7. *Pij V.* §. 9.
ita docent Peirinus & Tambur. *in locis iam ſupra
relatis.* † Tamen Riccius *p.* 4. *deciſ.* 118. *num.* 18. 10
Pater Bordonius *dict. reſ.* 67. *num.* 66. Garcias *in ad-
dition. p.* 5. *cap.* 7. *n.* 92. dicunt incurrere; quia bene
licentia obtinuit ex parte concedentis; licet ſub-
ditus non fuerit ordinatus, cum effectus ordina-
tionis ſupponat licentiam, quæ ab ea non pendet
in ſua cauſa, ſed ab ordinatore; habuit enim li-
centia ſuum effectum ſufficienter, quando obtenta
fuit à petente: ex his, & aliis rationibus Diana,
dict. reſ. 58. *in fine*, hanc vt probabiliorem ample-
ctitur, quæ videtur confirmari ex his, quæ latè ad-
duxi, *de conatu, & affectu in cap.* 1. *de præſumpt.*
Mihi verò videtur nimis tuta prima ſententia, quia
ea pœna ab effectu aggrauatur, ſeu infligitur.

Notabis quod pœnæ poſitæ in dicto decreto 11
Clem. VIII. noo incurruntur ipſo facto per
verba Pontificis ibi: *qui non fecerint &c. pœnas in-
current*, qui modus loquendi inſinuat pœnam eſſe
ſolum comminatoriam, & infligendam, non ipſo
facto inflictam, iuxta ea, quæ cum multis tradit
Sayrus, *de cenſ. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 12. *&* 13. & quæ
ego bene expendi ex Suarez *de cenſ. diſp.* 31. *sect.* 1.
à num 15. cum declaraui mentem, & intellectum
textus *in cap. non eſt compos,* 14. *hoc tit.* † Imò ad- 12
dunt Peirinus, Tamburin. & Diana *vbi ſuprà*, quod
etiam ſi dicta pœna priuationis eſſet ipſo facto;
non tamen incurreretur in conſcientia, ſemperque
requiri iudicis ſententiam declaratoriam facti; quia
nemo tenetur tam rigoroſam pœnam in ſe exequi.

Ad tertiam quæſtionis partem Villalob. *in ſum.* 13
p. 1. *tract.* 11. *difficult.* 12. *n.* 8. refert quoddam priui-
legium conceſſum Soc. Ieſu, cuius etiam meminit
Manuel Rodrig. *in q. reg. tom.* 2. *q.* 13. *art.* 5. vt poſ-
ſint Religioſi promoueri ad ordines ſacros Præſ-
byteratus abſque vlla functione in ipſis ordinibus
aut obſeruatione interſtitiorum, † & prædicto pri- 14
uilegio frui poſſe alias Religiones communicãtes,
non obſtante prohibitione communicationis huius
gratiæ expreſsè facta à Greg. XIII. *in iam relata
conſtit.* probat Emanuel *ſupra art.* 6. *circa finem in
compend. q. reg. reſol.* 106. *n.* 20. vbi dicit tutum eſſe
vti prædicto priuilegio. † Verum Diana tenet af- 15
firmatiuam ſententiam, *part.* 3. *tr.* 2. *reſ.* 112. & ait
quod ſacra Congregatio Cardinalium declarauit
non poſſe diſpẽſare Prælatũ ſuper interſtitiis Re-
gularium ordinandorum: eo quod id pertineat ad
Epiſcopum ordinantem; qui tamen quoad cauſam
diſpenſationis iudicium ſuum formare debet ex
atteſtatione ſuperiorum regularium ſic tradit præ-
dictam declarationem Peirinus *in priuileg. Mu. im.
tom.* 1. *conſtit.* 2. *Sixti IV.* §. 11. *n.* 35. & Villalobos
ſuprà, etſi contrariam teneat ſententiam dicit de-
bere in hoc ſe conformare Religioſos conſuetudi-
ni propter conſtitutiones pontificum contra malè
promotos: & ſic tutius, & conſultius videri.

Ad vltimam quæſtionis partem an regulares 16
poſſint diſpenſare cum ſuis ſubditis quoad inter-
ſtitia, vt ordinentur extra tempora; quia longè
agit de hoc dubio Diana *p.* 9. *tr.* 8. *reſ.* 28. cum Ca-
ſtro Palao eius verba referens *tom.* 4. *tract.* 27. *diſp.
vnica punct.* 13. *n.* 13. cum Rodrig. *in q. regul. tom.* 3.
q. 23. *art.* 5. Villalob. *tr.* 11. *de ordin. difficul.* 12. *in fin.
& diſ.* 13. *n.* 6. referentes plures cõceſſiones Pontifi-
cum, veluti Alex. VI. Eugen. IV. & aliorũ reſpon-
dentes per clauſulam illam generalem derogato-
riam oppoſitã *in d. c.* 22. *Trid. ſeſſ.* 25. derogata eſſe
omnia priuilegia conceſſa Religioſis, & aduerſa
ſtatutis Tridentini; quia ſi Tridentinum vellet
omnia priuilegia Religioſis conceſſa derogare, ex-
preſsè ea derogaret in Trid. *dicta ſeſſ.* 25. *de refor-*

mat. prædictam derogationem conſtitueret quam
non præſtitit; & tenent etiam hanc partem Pater
Leander à Murcia *in Regulam ſancti Franciſci*
cap.6.q.19.n.1. Rodriguez *tom.1.q.8.art.6.*Portel.
*in dub.regul.*verbo *priuilegij ceſſatio per non vſum,*
num.64.

17 Obſtabis dicendo vt eo quod Gregor. XIII.
& Sixtus V. confirmauerint priuilegia Religio-
num, quæ Tridentino aduerſa non erant, infer-
tur derogaſſe aduerſa; imò Peirinus *de Prælato*
*q.3.c.7.num.11.*docet dictum priuilegium Grego-
rij XIII. conceſſum Societati Ieſu derogatum
18 fuiſſe à Sixto V. Vnde hodie nec Patres Ieſu poſſe
vti illo priuilegio;† Tamen relati ſuſtinendo ſuam
ſententiam dicunt ſolum prædicta obiectione in-
ferri noluiſſe ea confirmare, & locum opinioni-
bus relinquere, an eſſent reuocata.

19 Et minus obſtare dicunt motum proprium
Sixti V. qui fertur contra male promotos; quia
tales non debent cenſeri promoti ex ſedis Apoſto-
licæ priuilegiis; deinde quia talis motus reuoca-
tus eſt, & redactus ad terminos iuris communis.
Nec reuocatum eſt dictum priuilegium Gre-
gor. XIII. conceſſum Patribus Ieſuitis; quia,
& de ipſis, & de omnibus aliis regularibus con-
trarium dicit Gauantus *in addit. Man. Epiſcop.*
verb. *Ordo in genere,num.8* & affirmat Diana *dict.*
*reſ.28.in fine,*ſe ſcite in Societate Ieſu dictum pri-
uilegium hodie extare in viridi obſeruantia, quo
vti poſſe ait alios regulares.

20 Nec etiam obſtat prohibitio facta in dicto pri-
uileg. Greg. XIII. nec alij Religioſi aliorum
ordinum communicationem in dicto priuilegio
ſuſcipiendi ordines extra tempora, & non ſeruatis
interſtitiis communicarent; quia dicunt hanc
prohibitionem ſolum inferre, non poſſe vti pri-
uilegio Religioſos aliorum ordinum via commu-
nicationis, ſed non impedire, quin eo vti poſſint,
ſi aliunde eſt illis conceſſum, vti conceſſum eſt ab
Alex.VI.& Eugenio IV.non enim prædicta Gre-
gor. XIII. prohibitio tollit, quin alij Pontifices
ſucceſſores eam communicationem facere poſ-
ſint, vt fecit Gregor. XIV. vt probat Rodri-
guez *tom.1.quæſt.regul.q.55.art.17.*qui etiam addit
tom.3.q.25.art.5. in fine, vt eſto per Tridentinum
reuocata eſſent priuilegia Alex.VI.& Eug.IV. eſſe
tamen reuocata ſpeciali conceſſione Clem. VIII.
approbant Villalobos *in ſumma dict. tract.11. de*
ordin.difficult.12.in fine, & dif.13.num.6. Barboſa
21 *in remiſ. Concilij ſeſſ.23.c.8.* † Et hæc congerit, &
alia Diana *dict. reſ.28.* ſub verſ. *nec verum*, vbi
etſi referat ex Rodriguez, & Villalobos poſſe ex
conceſſione Alex.VI. & Clem. VIII. in tribus
Dominicis, vel tribus feſtis duplicibus, aut ſemi-
duplicibus Religioſum promoueri ad ſacros ordi-
nes ceſſet probabilius,vt quoties alicui conceditur
extra tempora,vt in tribus Dominicis, ſeu diebus
feſtis ordinaretur, quin additum fuerit *duplicibus,*
vel *ſemiduplicibus*, intelligatur de feſtis diebus,
qui à Clero; & Populo ſub obligatione præcepti
celebrantur; quia dies hi ex communi acceptione
Populi, dies feſti, nuncupantur, & non alij,quos
Clerus officio duplici, aut ſemiduplici celebrat:
de hoc dixi ſupra.

Ad Text. in Cap. XVII. fin. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Criminoſi occulti, vt periuri teſtes,falſi, & alij, ſi homicidæ non ſunt, queunt in ordinibus miniſtrare: & quare homicida excipitur,* num.2.

2 *Homicidium inter horribiliora crimina computatur, quod eſt maius malum fornicatione, & grauius periurio*, n.3.

4 *Homicida, periurius & falſarius, num poſſint beneficia obtinere remiſſiuè*, numero 5.

6 *Homicida proditorius, quam pœnam incurrat remiſſiuè.*

7 *Infamia diuiſio remiſſiuè.*

PRobat textus iſte quod criminoſi occulti, vt 1
adulteri, periurij, teſtes falſi, & alij, ſi ho-
micidæ non ſint poſt pœnitentiam in ſuſceptis or-
dinibus,queant miniſtrare; & quod ante pœniten-
tiam moneantur, vt non miniſtrent in ſuſceptis or-
dinibus,comprobat multis Barboſa *hic*,† vbi *n.4.* 2
reddit diſcriminis rationem; quia homicidium in-
ter grauiora, & horribiliora crimina computatur,
& quia affert nocumentum immediatè perſonale,
& irreparabile, cum ſit maius malum fornicatio-
ne,& grauius peccatum periurio,hæc omnia mul-
tis Doctoribus comprobans.

Vnde applicabis quæ latè dixi *in cap.4. de indi-* 3
ciis ſub §.de adulteriis, d.quæſt.18. & ibi: *à q.24.*
vbi egi de quæſtione illa, an Epiſcopus poſſit diſ-
penſare in criminibus adulterio maioribus, & quæ
ſint crimina maiora, vel minora, vbi de homici-
dio, adulterio, fornicatione,& aliis criminibus;&
ibi *quæſt.25.* an poſſit hodie Epiſcopus ex Trid.
diſpenſare in omnibus irregularitatibus occultis:
item, & ad intellectum, quem de hoc textu ad-
duxi *in cap.cum non ab homine 10.de iudiciis q.21.*
*n.11.*verſ.*nec obſtat.*

Plures inquam quæſtiones per litteram textus 4
huius Doctores mouere ſolent: nam ſi homicida
non poteſt ad ordines promoueri, nùm poſſit be-
neficium non obtinere; adeo vt propter irregula-
ritatem nulla ſit collatio; Garcia *de benef. part.7.*
*cap.11.*præcipuè *à num.6.*bene diſſoluit, & diſpu-
tat: Tu tamen applicabis quæ longè dixi *in c.10.*
de iudiciis, vbi *quæſt.29.*egi de quæſtione, *An cle-*
ricus homicida abſque ſententia condemnatoria,pri-
uetur ipſo iure à beneficio: & de pœna homicidij
Clericorum egit Gutierrez *lib. 2. pract. cap.5.* &
Zeual.*in pract.quæſt.569.* egit de eadem quæſtio-
ne, an Clericus homicida priuetur beneficio ipſo
iure,per textum hunc.† Ad aliam per textum no- 5
ſtrum, *An collatio beneficij facta periuro, ſit nulla,*
egit Balboa *in dict.cap.10.de iud.c.à num.11.& 12.*
& ſic applicabis illam, quam ego latè tractaui,
An clericus periurus eo quod talis ſit, amittat be-
neficium, ſeu requiratur ſententia: & quæſt.30.
quid de falſificante litteras Apoſtolicas: de cri-
mine adulterij ad inhabilitatem egit Balboa *in*
d.c.4.de iudiciis à n.44.& ego ibi lariſſimè *à q.18.*†
De homicida proditorio, qui alium inſidioſè occi-
dit,nùm degradatur,vt curiæ ſæculari tradatur,dixi
in

in dict. cap 10. *de Iudiciis quæſt.* 23. Ad aliam bonam ibi *quæſt.*27.

7 Et quia Suarez *de cenſuris diſp.*48.*ſect.*1. *& à num.*6. expendit textum noſtrum quoad diuiſionem infamiæ Legalis, Canonicæ, aut Ciuilis; ideò leges quæ de infamia iuris, & facti latè adduco *in cap.*1. *de exceptionibus*, & *in cap. teſtimonium de teſtibus*, latiſſimè.

QVÆSTIO I.

An Epiſcopus in aliquo caſu poſſit diſpenſare cum homicida voluntario ad ordines ſuſcipiendos. Et an poſſit diſpenſare cum irregulari ex homicidio occulto, vt miniſtret in ordinibus ſuſceptis. Et an poſſit diſpenſare in irregularitate, ſi delictum fuit deductum ad forum contentioſum, & punitum. An irregularitas orta ex homicidio iuſto, ſit per Epiſcopum diſpenſabilis: Et quid de Prælatis regularium. An crimen inducens irregularitatem ſi ſit occultum, dummodo ſit externum, inducat irregularitatem?

SVMMARIVM.

1 *Infamandi perſonas duplex modus; vnus per iudiciarium ordinem, qui dicitur iuris infamia, ſi per viam accuſationis procedatur, niſi per inquiſitionem,* n.2. *alius per factum remiſſiuè.*

3 *Homicida irregularis eſt, nec ad ordines queit promoueri, nec in ſuſceptis miniſtrare; nec beneficiari*, n.4.

5 *Epiſcopus ob euitandum ſcandalum ſecundum communem, poteſt diſpenſare cum homicida voluntario occulto ad ordines, & quod in ſuſceptis miniſtret*, n.6.& 11.*verius è contra*, n.9.& 12.

7 *Homicidæ voluntario occulto non conferuntur beneficia.*

8 Cap.7.*Trid.* ſeſſ.14.de reformat.

10 *Homicida occultus ex iure poſitiuo impeditur ordines ſuſcipere.*

13 *Epiſcopus nequit diſpenſare etiam ex neceſſitate cum irregulari ex homicidio occulto vt miniſtret in ſuſceptis ordinibus, etiam minoribus nec vt obtineat beneficium*, numero 14.

15 *Epiſcopus verius eſt vt nequeat diſpenſare irregularitatem incurſam ex bello, niſi homicidium reduceretur ad non abſolutè voluntarium.*

16 *Epiſcopus, ſi delictum fuerit in iudicium, nequit diſpenſare in irregularitate ex delicto occulto proueniente: fallit ſi in iudicio non probetur*,n.17.& 18. *etiam mediis deprauatis*, n.19.

20 *Delictum occultum tunc verè dicitur ad iudicium contentioſum perueniſſe cum in tali iudicio lis fuiſſet conteſtata, ſecus ſi tantum citatio interueniſſet*, n.21.22.& 23.

22 *Forus contentioſus verè dici nequit, niſi per partes in iudicio contendatur.*

23 *Lis propriè dicitur mota, poſtquam eſt facta litis conteſtatio.*

24 *Epiſcopus diſpenſat in irregularitate prouenienti ex homicidio neceſſario*, n.25.& 26.

26 *Homicida irregularis ſi excedit modum in ſe defendendo, eſt diſpenſabilis ab Epiſcopo: vide* n.27.& 28.

29 *Diſpenſant Prælati regulares in irregularitate prouenieute ex bello, & ex miniſtro Iuſtitiæ.*

30 *Crimen occultum irregularitatem inducens ex homicidio, non diſpenſatur ab Epiſcopo,* num.31.

PRæmitto ergo dicendum ad verba textus 1
noſtri ibi, *Si propoſita crimina ordine iudiciario comprobata, vel alias notoria non fuerint, non debent, &c.* vt inferant ergo Doctores duos eſſe modos infamandi perſonam, vnum per iudiciarium ordinem, alium per facti euidentiam: ex priori modo dicunt reſultare iuris infamiam, ad quam certum eſſe docent, vt ſufficiat ſententia diffinitiua iudicis, per quam aliquis damnatus eſt, vel declaratus, vt conuictus de crimine *ex l. verbum, cod. ex quibus cauſis*, vbi dicitur interloquutoriam non ſufficere, ſed eſſe neceſſariam diffinitiuam ſententiam cauſa cognita: & ita in ſpecie explicat prædicta verba Suarez *de cenſ. diſputatione* 48. *ſect.*1. *ſub num.* 6. credens ita eſſe intelligenda prædicta noſtri textus verba, ſic probans ex gloſſa hic, *& in cap. veſtra, & in cap. fin. de cohabit. clericor. & mulierum*, & *in dict. cap.*1. *de except.* Sylueſter *verbo infamia*, Nauar. *c.*25. *in manuali num.* 73. Caſtro *lib.* 2. *de Iuſta hæreticorum punitione cap.* 9. † Imò addit Suarez cum 2
Abbate *in cap. inquiſitionis de accuſat. numero* 2. Iure canonico neceſſarium eſſe, vt per accuſationem proceſſum fuerit: nam ſi per viam inquiſitionis procedatur, etiam ſi ſententia ſequatur, infamiam non ſequi: expendit etiam qualiter infamia facti probetur; ſed de his Satius *in dicto cap.*1. *de except.* nonnulla *in cap. teſtimonium.* 55. *de teſtibus*; quando autem dicantur crimina publica, ſeu notoria, dico latè *in dict. cap. veſtra*, & dixi nonnulla alibi, vt *in cap.* 4. *de Iudic.*

Præmitto etiam dicendum ex textu noſtro, vt 3
homicida, qui eſt irregularis, nec ad ordines queat promoueri ex textu noſtro, *cap. de cætero, de homicidio*, Trident. *ſeſſione* 14. *de reformat. cap.* 7. nec in ſuſceptis miniſtrare, *cap. ſuſcipimus de homicid. cap.* 2. *de cleric. pugn. in bello*,
† qui nec beneficium obtinere poteſt, *dict. cap.*2. 4
in fine, & dict. Trident. *cap.* 7. collatioque illi facta, ſit ipſo iure nulla, Felinus *in cap.*2. *de reſcript. numero* 3. *& in dict. cap. inquiſitionis numero* 7. Ioannes Gutierrez plures referens *canon. quæſt. cap.*5. *numero* 92. Farinac. 4. *part. quæſt.* 199. *numero* 58. cum multis aliis Garcia *de benefic. part.*7 *cap.*11. *a numero* 6. Barbóſa *in dict. cap.*7. *Trident.* ille pluribus comprobans deciſionibus, vbi *à numero* 9. agit quis poſſit cum homicida diſpenſare, vbi latè expendit *à numero* 12. Trid. *in cap.*6. *ſeſſione* 24. & *in dict. cap.*7. *ſeſſione* 14. vnde iam pergo ad exponendas quæſtiones propoſitas.

Ad primam quæſtionis partem an Epiſcopus 5
poſſit cum homicida voluntario diſpenſare ad ordines ſacros ſuſcipiendos, eſt caſus curioſus, & à paucis tractatus; igitur Fragoſus *in regimine de*

Republica Chriſtiana tom. 1.*p.*2. *lib.*8. *diſp.*18. §.9. *num.* 20. qui auſus eſt dicere ex doctrina Sanch. *lib.*2.*de matrim. diſp.*40. *num.*7. poſſe Epiſcopum diſpenſare cum homicida occulto, ſi vrgentiſſimæ neceſſitati ſuſcipiendi ordines ſacros, non poſſit alio modo obuiari abſque eo, quod ſacris initietur. Et ponit exemplum in viro graui, qui ratione Canoniæ erat paratus iam quoad omnia ad ſuſcipiendum ordinem ſacrum pridie illius, quo ordines conferebantur, de induſtria patrauit homicidium occultum: quo in caſu ait nullum eſſe fortius remedium, vt euadat infamiam, niſi ad ordinem ſacrum promoueri; quod ſi non promoueatur, reputabitur apud omnes author illius homicidij, & itidem ſubibit apertiſſimè illius homi-
6 cidij, & vitæ diſcrimen. † Nam ſi Epiſcopus vrgente neceſſitate, aut ſcandalo, aut infamia poteſt, cum difficilis eſt aditus ad Papam, diſpenſare cum ſacerdote occulto homicida, vt miniſtret in ſacris iam ſuſceptis ex ſententia Sanchez *dict. diſp.*40.*num.*7. ergo ſequitur Diana *part.*9.*tract.*8. *reſ.*52 vbi ex aliis probat, & ego in comprobationem adiungo quæ dixi *in dict. cap.*4. *de iudic. ſub* §.*de adulteriis a quæſt.*18. & ibi: *quæſt.*29. vbi egi de ea, an in caſu magnæ neceſſitatis diſpenſet Epiſcopus in impedimentis matrimonij.

7 Sed videntur obſtare verba Trid. *in dict. cap.*7. vbi loquens de perpetrante ex ſua voluntate homicidium *in* 1.*p.* etiam ſi crimen id nec ordine iudiciario probatum, nec alia ratione publicum, ſed occultum fuerit nullo tempore, ait vt homicida ad ſacros ordines promoueri poſſit, nec illi aliqua beneficia Eccleſiaſtica, etiam ſi curam ani-
8 marum, non habeant, conferri liceat. † Imò addit Tridentinum in ſequentibus verbis, *vt omni ordine, ac beneficio; & officio Eccleſiaſtico perpetuò careat*: & ſic docent Nauar. *in manuali cap.*27. *num.*194.verſ.*ſeptimo*; & *num.*240.verſ. *quarto* & *conſ.*17. *in antiquis, alias* 13. *in nouis de homicid.* Barboſa cum multis *de officio Epiſcopi allegat.*39. *num.*59. Henriquez licèt dubius *in ſumma lib.*14. *cap.*17.§.1.*lit. D.* & *lib.*13.*cap.*57. §.1. Farinac. *in praxi crim.p.*5.*quæſt.*119.*tit.*14. *num.*62. & alij relati à Barboſa *in dict. cap.*7. *Trid. ſeſſ.*14. *num.*8. Epiſcopum diſpenſare non poſſe in irregularitatibus ex homicidio voluntario, occulto, aut manifeſto, nec ad ordines minores, nec etiam ad beneficium ſimplex obtinendum.

9 Imò quod nequeat Epiſcopus diſpenſare cum tali homicida voluntario etiam occulto, vt in ordinibus ſuſceptis miniſtret, docent Nauar. *de homicidio conſ.*45.*in* 2.*editione per dict. cap.*2.*de cleric.pugn.in duello*, Fr. Emanuel Rodrig.*tom.*1. *in ſumma cap.*179. *notab.*5. Ludouicus Lopez *inſtruct.p.*2. *cap.*93. probantes ex dict. Trid. *cap.*7. ibi: *omni ordine careat*, hoc eſt vſu ſuſceptorum; quibus verbis ait Auila *p.*7.*diſp.*6. *dub.*3. tolli poteſtatem Epiſcopis diſpenſandi quoad vſum ordinum.

10 Tamen reſpondent Doctores quod cum prædictum impedimentum non ſuſcipiendi ordines ab homicida occulto, ſit iuris poſitiui à Concilio ſtatutum: in quo iure magna, & vrgente neceſſitate occurrente, poſſit Epiſcopus diſpenſare, vt bene notant Roman. *ſingulari* 486. Felinus *in cap.*1.*fallentia* 7.*de conſtit.* Gutierrez *canon. quæſt. cap.*23. *num.*18. in prædictoque caſu, de quo loquimur ſi talis homicida non promoueatur, vrgeat ſcandalum, & periculum vitæ, & vehemens ſuſpicio, quod fuerit auctor patrati homicidij, ſi velit abſtinere ab ordinibus ſuſcipiendis, ſequitur vt prædictis omnibus concurrentibus cum Pontifex ſummus adiri non poſſit, videatur vt poſſit Epiſcopus cum illo diſpenſare ad ordines ſuſcipiendos miniſtrandos, vt Fulgoſius defendit.

Imò & in ſecundo caſu miniſtrandi in ſuſceptis 11
ordinibus concurrentibus vrgente neceſſitate, infamia, aut ſcandalo, & difficili ad Papam recurſu, vt poſſit ordinatus homicida voluntarius miniſtrare, ſi delictum eſt occultum, credit Auila ſupra *concluſ.*1. cenſet Henriquez *de irregularit. cap* 19. *num.*1.& 2. iuncta gloſſa *lit.V.* quia id poterat de iure antiquo; ergo etiam modo, non obſtantibus verbis Trid. *in dict. cap.*7. ibi: *ab altaris anilli debeat, &c.* alia tradit Fragoſus ſupra quæ tanquam probabilia non reſpuit, Leſſius *in* 3.*p. D. Thomæ cap.*1.*de irregularit.dub.*2.*num.*35. in quibus omni-
bus relinquit Diana cogitandum, † & ego, etſi 12
reſpectu diſpenſandi in impedimentis occultis ad matrimonium, fatear vera, quæ dixi *in dict.cap.*4. *de iudiciis quæſt.*29. Tamen in prædictis caſibus, de quibus nunc loquor, non ſic abſolutè cenſeo propter tam expreſſa relata verba Concilij, imò & propter deciſionem textus noſtri, vbi decreuit Pontifex, vt adulter, periurus, & falſus teſtis occulti, queant in ſuſceptis miniſtrare poſt pœnitentiam peractam, & in ſuſcipiendis ordinibus miniſtrare propter reos homicidij; ergo, ex quo loquitur de adulterio, periuro, falſario occultis, quibus non impedit vt ordinentur, aut miniſtrent in ſuſceptis ordinibus poſt pœnitentiam, & eodem dubio excipiat homicidam, ſequitur vt quantumvis ille occultus ſit, nequeat ab Epiſcopo permitti, vel diſpenſari, vt in ſuſceptis ordinibus miniſtret, & multò minus, vt ad alios ordines promoueatur.

Ad ſecundam quæſtionis partem, an poſſit diſ- 13
penſare cum irregulari ex homicidio occulto, vt miniſtret in ſuſceptis ordinibus, etſi iam ſit datum reſponſum, video Dianam *p.*4.*tract.*2. *reſ.*100. affirmatiuam ſententiam ſequi vrgente magna ſcandali neceſſitate, vel alia, & difficili exiſtente recurſu ad Papam, vel propter inopiam, vel magnam diſtantiam, & hoc ſiue ex eius ordinaria poteſtate, ſiue ex tacita Pontificis commiſſione, cum credendum non ſit velle Papam in tali caſu ſibi reſeruare diſpenſationem cum tanto animarum periculo, ſic probans ex doctrina Sanchez *dict. lib.*2.*de matrim.diſp.*40.*num.*7. Henriquez, & Syl. neſtr. & Auila vbi ſupra, & ex Patre Cornejo *in* 3.*p. Diui Thom.tract.*5.*de irregul.diſp.*1.*dubio* 4. *quæſt.*4. qui etſi Henriquez *lib.*14. *ſumm. cap.*14. *num.*1. exiſtimet poſſe Epiſcopum, etiam poſt Concil. *dict.ſeſſ.*14.*cap.*7. diſpenſare cum homicida occulto voluntario ad vſum, ſaltim, minorum ordinum, & *lib.*13.*cap.*57. *num.*1. etiam diſpenſare cum eo ad beneficium ſimplex; eo quod Tridentinum non abſtulerit id, quod alias erat eis conceſſum de iure communi, iuxta *cap.*2.*de cleric. pugn. in duello*, vbi vtrumque videtur Epiſcopo conceſ-
ſum. † Tamen eum improbat per verba *dict. c.*7. 14
Trid. iam relata, vbi clarè loquitur de beneficio ſimplici, & de vſu minorum ordinum, cum talis vſus officium ſit Eccleſiaſticum.

Notauit autem Macerus *de Sacram. in* 3.*p. D.* 15
*Thom.q.*24.*dubio* 9.*n.*1. vt poſſit Epiſcopus in irregularitatem incurſam ex bello diſpenſare cũ clericis conſtitutis in ſacris ordinibus, ne mendicare cogantur & ad beneficium obtinendum, quod dicit Diana videri contra mentem Concilij *in d. c.*7. &

ego

ego ſic credo, niſi fortè tale homicidium reduceretur ad non abſolutè voluntarium.

16 Ad tertiam quæſtionis partem, an poſſit diſpenſare in irregularitate, ſi delictum deductum fuit ad iudicium contentioſum, etiam finito iudicio punitum. In qua difficultate videtur, vt non poſſit diſpenſare, cum non poſſit negari, quod delictum non fuerit deductum ad forum contentioſum, nec deinde occultum; imò publicum: nam quæ probantur in iudicio, appellantur publica, ſed Trid. Concil. *in dict. cap. 6. ſeſſ. 24. de reform.* concedit Epiſcopis facultatem diſpenſandi ſuper irregularitate in caſibus occultis, & non deductis ad forum contentioſum abſque vlla diſtinctione; ergo: ita docent Barboſa *in paſtorali p. 2. allegat. 39. num. 35.* cum Suarez, Bonacina, Gutierrez, Rodriguez, & aliis; item & tenent Garcia *de benef. dict. p. 7. cap. 11. num. 50.* cum aliis Bartholomeus de Bechis *in praxi nouitiorum diſp. 9. dub. 56. in fine.* Et pro hac adducit Barboſa ex Stephano Daluino *de poteſtate Epiſcopi*, declarationem ſacræ Congregationis dicentis ſufficere ſolam deductionem, quidquid inde ſequatur.

17 Verùm alij contrariam docent ſententiam ex eo; quia in dicta diſpenſatione ſuper irregularitate, de qua loquimur, non turbatur Tribunal iudicis, quod vitare intendit dictum Trid. Concilium dicta exceptione; eo quod intentum Concilij fuit conſeruare authoritatē Iudicibus; ſed in noſtro caſu nihil authoritati detrahitur Iudicis; quia iam functus eſt iudicio ſuo; ergo. Deinde quia ideo Concilium requirit delictum eſſe occultum, vt vitetur ſcandalum publicum, ſed hoc ceſſat per punitionem factam per Iudicem, & humiliter toleratam à delinquente; ergo. Et ſic ita docent Sebaſtianus à Bononia *in tract. de elect. p. 2. cap. 4. dub. 71. num. 13.* Auila *de cenſ. p. 7. diſp. 10. dubio 7.* Henriquez *lib. 14. cap. 7. num. 5.* Reginaldus *tomo 2. lib. 30. tract. 2 num. 29. verſ. 6.* Diana *part. 4. tract. 2. reſ. 97.* Sanchez *in ſumma tom. 1. lib. 2. cap. 11. num. 25.* Gaſpar. Hurtado *de irregularit. diſp. 2. difficult. 20. num. 68.* quod æquum mihi videtur, etſi fatear fortiter verba textus noſtri obſtare pro contraria ſententia; cui ſi hanc ſequaris, facilè reſpondebis ex fundamentis huius vltimæ ſententiæ.

18 Video tamen eundem Barboſam ſuprà *num. 32.* cum Campanillo *in diuerſ. iuris Canonici lib. 11. cap. 23. num. 144.* Marc. Anton. Genuenſ. *variar. reſolut. lib. 3. reſ. 16. ſub num. 21.* verſ. *nec obſtat.* Henriquez, Auila, Sayrô, Marco Alterio, Feliciano de Vega *in dict. cap. 4. de iudic. §. de adulteriis, n. 175.* Trullench. Bechis, Graſſis, Bonacina, Molina *de iuſt.* & cum Sanchez *de matrim. lib. 2. diſput. 37. n. 12. & lib. 8. diſp. 34. num. 57.* & in præcepta Decalogi *lib. 2. cap. 11. num. 21.* qui alios refert dicentes Epiſcopum non poſſe diſpenſare in irregularitate, deducto delicto ad forum contentioſum, dum durat iudicium: nam eo finito & habita ſententia abſolutoria, licere Epiſcopo dicunt; quia adhuc manet occultum, cum nequeat dici deductum cum effectu, ex quo probatum non fuerit: & iſte
19 caſus differt à caſu noſtri dubij. † Imò addunt prædicti Doctores, & alij, quos refert Barboſa *dict. alleg. 39. num. 33. & 34.* hanc doctrinam procedere, etiamſi mediis deprauatis, delinquens abſolutionem à delicto in iudicium deducto obtinuiſſet, & Campanil. ſupra *in Rub. 11. cap. 23. num. 144.* tenet quod ſi iudicium non fuerit ſententia finitum eo quod accuſatus per annum tacuerit, poſſit nihilominus in irregularitate, vel ſuſpenſione diſpenſare, cum gloſſa verbo *obrepſit in cap. tantis 81. diſt. & cap. Omnipotens de accuſat.* & aliis, quos ſequitur idem Barboſa.

Dubium verò eſt non leue, quando dicatur 20
delictum occultum deductum ad forum exterius; & vt reſpondeas latè poſſes hic adiungere quæ adduxi *ſub cap. pen. de foro comp. à quaeſt. 1.* vbi egi quando dicatur iudicium incipere, num à citatione, an verò à litis conteſtatione, vbi expendi iura *in cap. gratum, cap. relatum, & cap. licet de officio deleg.* & alia Iuris ciuilis. Nunc autē in propoſito, de quo loquimur, etſi Riccius *in praxi fori Eccleſiaſt. deciſ. 522. in 1. edit. & deciſ. 449. in 2. edit.* Floram *de caſibus reſeruatis, cap. 4. §. 21. num. 2.* Marcellus Vulpeius, & Alterius, qui pluribus fundamentis nititur, probare, cenſeri deductum à citatione, vbi primum ea facta eſt; quia regulariter iudiciū incipit à citatione, de quo infinita dixi
in d. cap. pen. † Tamē in puncto, de quo loquimur 21
verius eſt vt deſideretur conteſtatio litis, de cuius natura dixi ibi, & *ſub Rub. de litis conteſt.* latiſſimè.
† Eo quod forus contentioſus verè dici nequeat, 22
niſi per partes in iudicio contendatur negando, vel confitendo delictum: quo actu litis conteſtatio etiam in criminalibus inducitur; deinde, quia propriè iudicium non dicitur, niſi habita inter partes litis conteſtatione. † Et quia lis mota, tum pro- 23
priè dicitur poſtquam eſt facta litis conteſtatio, vt probat textus *in cap. ex parte 30. de verb. ſignif.* ergo in caſu noſtro ſic dicendum videtur, in quo, de tanto præiudicio agitur: ſic docent Diana *dict. p. 4. tract. 2. reſ. 97. in fine*, cui addo Barboſam *dict. allegat. 39. p. 2. à num. 29.* videndus *num. 28.* cum Fr. Sigiſm. à Bonon. *de elect. dub. 71. num. 10. à principio.* Gauanto *in man. Prælatorum*, verb. *Abſolutio. num. 13.* Caſtro Palao *de legibus tract. 3. diſp. 6. puncto 15. §. 1. n. 1.* & de pœnis hæret. *tract. 4. diſp. 4. num. 14.* Trulleuch. *in opere morali lib. 1. c. 3. dub. 4. num. 9.*

Ad quartam quæſtionis partem an irregulari- 24
tas orta ex homicidio iuſto, ſit per Epiſcopum diſpenſabilis. Et in hoc dubio videtur etiam dicendum, vt nequeat Epiſcopus diſpenſare, tam propter deciſionem textus noſtri, quàm *dict. c. 7.* Trid. *ſeſſ. 14. de reformat. & dict. cap. 6. ſeſſ. 24.* cum *in dict. cap. 7.* & ſic Maiolus *de irregularit. lib. 1. cap. 2 num. 10 verſ. 20.* & *lib. 5. cap. 48. n. 10. & 11.* dixit diſpoſitionem Trid. *in dict. cap. 7.* procedere in quocumque homicidio etiam vim vi repellendo commiſſum. † Sed tu breuiter reſpondebis di- 25
cendo irregularitatem contractam ex homicidio neceſſario eſſe diſpenſabilem per Epiſcopum; quia etſi iſte occidendo ob ineuitabilem neceſſitatem, non fiat irregularis, iuxta *Clement. ſi furioſus, de homicidio*: tamen ob neceſſitatem aliquo modo euitabilem fiet ſed non ita indiſpenſabilis, quod nequeat cum ipſo Epiſcopus diſpenſare. † Ete- 26
nim Graſſis *in aureis deciſ. p. 1. lib. 2. cap. 65. n. 13.* reſoluit quod excedens modum in ſe defendendo, fit irregularis ea irregularitate, quæ poteſt ab Epiſcopo cauſa cognita diſpenſari: plura cum pluribus congeſſit idem Barboſa *in dict. cap. 7. Trid. & in dicta allegat. 39.* videndus *à num. 53.* quæ ego ſatis expendo *ſub tit. & Rub de homicidio*, & ibi *in cap. 2. & in cap. ſignificaſti*, vbi quando dicatur commiſſum cum moderamine inculpatæ tutelæ: videbis Zenedum *in pract. canon. quaeſt. lib. 1. c. 24. à num. 13.* Beller. *diſquiſit. cleric. part. 1. tit. de diſciplina clericali §. 5. à num. 109.* Valer. Reginald.

in praxi fori pœnit. lib.30. tract.2. n.112. Ægidius Coninck. *de Sacram. & conſ. tom.*1. *diſp.*18. *à n.*73.

27 Diana inquam *part.4. tract.2. reſ.70.* refert Gauantum, Alzedum, Gutierrez, Molinam, & Filliucium, negatiuam tenentes ſententiam in caſu noſtro; ex eo, quia Tridentinum *in dicto cap.6. ſeſſ.*24. tantum concedit Epiſcopis facultatem diſ-
28 penſandi in irregularitate ex delicto. † Sed ipſe cum Nouario Barboſa *ſupra num.* 49. Bañez, Medina, Campanillo, & aliis, dicit vt diſpenſare queat in irregularitate iuſtæ occiſionis; quia conceditur Epiſcopis in dicto loco Trid. dum excipitur homicidium voluntarium; quia ibi ſub nomine homicidij voluntarij, excipitur tantum hominis occiſio iniuſta probibita in quinto Decalogi præcepto.

29 Circa Prælatos Regulares putant Filliucius *tom.*1. *tract.*19. *cap.*10. *num.*281. Hieronym. Rodriguez *in compendio quæſt. regular. reſ.*52. *n.*23. Vega *en el eſpejo de curas, tom.*2. *c.*12. §.32. *n.*325. Diana *part.*4. *tract.*2. *reſol.*70. *in fine*, Petrus Corneius *in* 3. *part. Diui Thomæ tract.*5. *de irregular. diſp.*13. *dub.*3. *quæſt.*2. poſſe diſpenſare abſolutè cum ſuis ſubditis ſuper irregularitate proueniente ex bello iuſto; quia ſub nomine homicidij voluntarij, non includitur hoc homicidium, veluti ait Vega factum per milites in bello, & factum per Iuſtitiæ Miniſtros.

30 Ad vltimam quæſtionis partem reſpondet negatiuè Baunius *in Theologia Morali, p.*1. *tract.*... *quæſt.*3. *aſſert.*4. vbi dicit, vt ſit probabile actum vitioſùm, ob quem incurritur irregularitas etiam occultum; ſi tamen ſit externum, & naturâ ſua talis, vt videri poſſit ad eam inuehendam ſufficere; contrarium tamen probabilitate non vacare, dicens hoc probari, tam ex textu noſtro, quàm *cap. ex tenore* 4. *hoc tit.* quatenus ibi dicitur quod criminoſus occultus moneri poſſit, ne promoueatur ad ordines; prohiberi tamen non poſſit. Etenim interrogatus Pontifex Greg. IX. hic in textu noſtro, an adulteri, ſimileſque viri ab vſu ſuorum ordinum cohibendi eſſent; reſponſum præbuit in verba iam in principio relata, in verſic. *ſi propoſita crimina*, & addit idem Baunius, vt à natura abhorreat ſeipſum iudici puniendum dedere, ſuique deditioni infamiam, tam ſuo nomini; quàm alieno facere, præſtareque vtrumque, qui vitio occulto laborans eius, aut impedimenti, cuius eſt cauſa, veniam ſibi à ſuperiore dari poſtulat; ita ille.

31 Sed Præpoſitus *in* 3. *part. quæſt. de irregular. dub.*2. *num.*5. Diana *part.*7. *tract.*11. *reſ fin.* exiſtimant improbabilem eſſe relatam ſententiam Baunij ſic abſolutè prolatam; quia etſi peccatum occultum lege Canonum communiter non pariat irregularitatem, tamen ab ea excipi homicidium, vt conſtat ex textu noſtro propter ſceleris enormitatem, & lenitatis defectum: & idem Diana excipit etiam peccata, quibus cenſura eſt annexa, nam ſi in ea celebratur, incurritur irregularitas; etſi hæc celebratio occultè fiat à ſuſpenſo, vel excommunicato: & ita ſentio propter exceptionem textus noſtri.

QVÆSTIO II.

An pro homicidio voluntario, qualificato, Clericus deponi debeat, vel Curia ſæculari ſit tradendus. An irregularitas ex infamia iuris contrahatur, ſi crimen ſit occultum. Et an qui facit opus cui imponitur inhabilitas, incurrat ipſo facto irregularitatem abſque ſententia. An in dubio ſi peccator ſit publicus, detur ei Euchariſtia. Et an liceat miniſtrare peccatori ſcienti, & petenti ſibi dari Euchariſtiam non conſecratam ad ſacrilegium ipſius, & graue damnum vitandum?

SVMMARIVM.

1 *Homicida Clericus proditorius, num degradetur, & Curiæ ſæculari tradatur; remiſſiuè.*

2 *Irregularitas ex infamia iuris non contrahitur, ſi crimen ſit occultum.*

3 *Simonia in ordine ſi occulta ſit non inducit irregularitatem.*

4 Cap. inquiſitionis, de accuſationibus.

5 *Pœna inhabilitatis verius eſt, vt non incurratur ipſo iure ante ſententiam*, n.6.

6 *Inhabilis quis ob crimen ante ſententiam reputatur ad officia, & beneficia, etſi contra*, num. præced.

7 *Scholaſtici matriculati violantes præceptum, quo inhabiles fiunt ad ſuffragium præſtandum in Cathedris, ſi delictum eſt occultum poſſunt adhuc ante ſententiam ſuffragium præſtare.*

8 *Euchariſtia datur quando adeſt dubium ſi peccator eſt publicus, vel quando dubitatur ſi factum, quod publicum eſt, ſit peccaminoſum.*

9 *Sacerdos publicus Concubinarius, vel adulter poſt peractam pœnitentiam, poterit celebrare ſine diſpenſatione, & quare*, numero 10.

10 *Irregularitas ſimpliciter dicta non oritur ex infamia facti.*

11 *Suſpenſio poſita in iure contra concubinarios notorios, conſuetudine ſublata eſt.*

12 *Hoſtia non conſecrata ſecundùm aliquos poteſt dari peccatori ad communicandum, vt euitet infamiam, quæ oritur, ſi ab aliis viſus ſit non communicare: verius*, numero 14.

13 *Confeſſarius num queat fingere, quòd abſoluit peccatorem ad vitandum eius infamiam apud alios.*

14 *Simulatio in Sacramentis eſt pernitioſa, & execrabilis, & miniſtrans quantum ex ſe eſt, inducit adorantes hoſtiam ad idolatriam.*

15 *Sacerdos queit porrigere hoſtiam conſecratam peccatori communicaturo cum aliis fingens eam introducere in os, vt eius infamiam euitet.*

26 *Degradatus nùm queat conferre Euchariſtiam remiſſiuè.*

1 AD primam quæſtionis partem per textum noſtrum, & *cap. cum non ab homine* 10. *de iudiciis*, videbis agentem Zeuallos ad vtramque partem diſputantem *pract. quæſt.* 564. Sed quia de ea iam dixi *in dict. cap. cum non ab homine q.* 28. dum egi de ea quæſtione, *An homicida, proditorius quique alium inſidioſè occidit, degradandus ſit, vt Curiæ ſæculari tradatur*; ideò ibi dicta iterum hîc repetes.

2 Ad ſecundam quæſtionis partem exiſtimò probabilius, vt irregularitas ex infamia iuris non contrahatur, ſi crimen ſit occultum; quia vt multi Doctores probant nullum crimen, quantumvis enorme inducit hanc irregularitatem, ſi non ſit notorium præter homicidium, iuxta textum noſtrum, & *cap. ex tenore* 4. *hoc tit.* ſic docent Couarruu. *lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 2. Coninch. *de cenſuris disputat.* 18. *dub.* 11. *num.* 227. Henriquez *in ſum. lib.* 14. *cap.* 5. *num.* 2. Auila *de cenſuris p.* 7. *diſp.* 4. *dubio* 7. *concluſ.* 1. quæ ſententia tenenda eſt, etſi Suarez *de cenſuris diſp.* 48. *ſeſſ.* 1. *num.* 17. dicat quod talis, qui occultè commiſit crimen, cui infamia ipſo iure annexa eſt, tenetur abſtinere ab ordinibus, tanquam irregularis, ſi ceſſet periculum ſe infor mandi, quod idem tenuerunt D. Antoninus *p.* 3. *tit.* 28. *cap.* 6. §. 7. Sylueſter *verbo irregularitas q.* 14. & primam ſententiam probabiliorem in iure tenent etiam Diana *p.* 4. *tract.* 2. *reſ.* 93. Tannerus *tomo* 4. *diſputatione* 6. *quæſt.* 50. *dubio* 11. *numero* 227.

3 Vnde infero contra Couar. *in clem. ſi furioſus p.* 2. §. 3. *num.* 4. verbo *hoc ipſum*, quod ſimonia in ordine, ſi occulta ſit non inducat irregularitatem, eo quod non ſit aliquis textus, qui eam inducat,
4 & probatur ex generalitate textus noſtri, † & licèt videatur hoc dicere textus *in cap. inquiſitionis de accuſat.* verùm textus ille non inducit irregularitatem, ſed ſuſpenſionem: ſic dicit Diana *dict. reſ.* 93. *in verſ. hinc*, vbi docet cum Auila *ſupra*, & Henriquez *lib.* 13. *cap.* 37. *num.* 5. ſimoniam in beneficio non inducere irregularitatem, etiam ſi publica ſit.

5 Ad tertiam quæſtionis partem an qui facit opus cui imponitur pœna inhabilitatis, ſtatim ipſam incurrat ante Iudicis ſententiam. Vt hanc quæſtionem perdoctè tractes adiunges hic, quæ tractaui in *dicto cap. cum non ab homine de iudiciis quæſt.* 28. 29. & 30 vbi latiſſimè tractaui; *An Clericus periurus, homicida, ſeu falſificans litteras Apoſtolicas, ſit ipſo iure priuatus, vel poſt ſententiam Iudicis*: quare nunc tantùm referam duas contrarias opiniones, & nimis probabiles. Differt tamen hæc quæſtio ab illis, quod in illis agitur de priuando iure, aut beneficio iam quæſito, quod difficilius eſt, ac ſi agatur de iure acquirendo: quare Corduba, Medina, Aragon. Solonius, & Rodriguez, quos citat Sanchez *in ſumma tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 39. *num.* 31. docent ipſo iure abſque alia Iudicis ſententia incurri talem pœnam inhabilitatis ad officia, & Dignitates, præſertim contrà Religioſos, quæ ſolet ſæpius imponi in Bullis Pontificiis. Et hanc probabiliorem, & ſequendam ſententiam dicit Diana *p.* 4. *tract.* 4. *reſ.* 26. & facit pro hac ſententia Balboa *in c.* 2. *de præſcript.* dum dicit *ſub num.* 33. quod poteſt Prælatus Eccleſiæ ſuæ præiudicare in quærendis, non verò in quæſitis.

Nihilominus in hoc puncto Sanchez *vbi ſupra* 6
cum Nauarro, Molina Theologo, & Ledeſma non incurrere docent; quia non omnes ſententiæ priuatiuæ nullam Iudicis executionem petentes, incurruntur abſque vlla ſententia, quod peculiare eſt in excommunicatione, ſuſpenſione, & interdicto, de quibus latè dixi *in cap. paſtoralis §. verum de appellationibus*, vbi dixi de ratione, quare cenſuræ Eccleſiaſticæ ipſo iure incurrantur; & non ſic aliæ ſententiæ Iudicum: alias rationes tradit videndas Sanchez *de matrim. lib.* 9. *diſp.* 30. *num.* 2. inferunt ergo Doctores huius ſententiæ quod ſi quis faciat actum cui impoſita eſt pœna inhabilitatis, ad officia, & beneficia, non teneatur ante Iudicis ſententiam ſubire dictam pœnam; ita vt poſſit officium, vel beneficium acceptare
vel iam obtentum non relinquere. † Et ſic acce- 7
dendo ad textum noſtrum dixit Sotus *de Iuſtitia, lib.* 4. *quæſt.* 6. *art.* 34. ſcholaſticos in Academiis, qui violantes præceptum, vel ſtatutum illarum, incurrunt inhabilitatem poſſe dari ſuffragium in electione ad cathedram, ſi delictum fuit occultum, quia indictam inhabilitatem non incurrunt, niſi poſt Iudicis ſententiam. Hæc ſententia, quæ bonos habet authores, quibus etiam accedunt Villalobos *in ſumma tom.* 2. *tract.* 2. *difficult.* 25. *num.* 3. Portel. *in dubiis regularibus*, verb. *inhabilitas n.* 3. corroboratur ex his, quæ dixi *ſub tit. de appellat.* dum egi de eo puncto quod appellans à ſententia, qua priuatur ab officio, exercere poteſt in illo.

Ad quartam quæſtionis partem an in dubio, ſi 8
peccator ſit publicus, detur ei Euchariſtia. Et in hoc caſu reſpondeo affirmatiuè: nam quoties dubitatur, an peccatum ſit publicum, vel non, vel an factum, quod publicum eſt, ſit peccaminoſum, vel non, eſt conferendum Sacramentum Euchariſtiæ; quia in ſpari caſu, & delicto melior eſt conditio poſſidentis ſuam libertatem, ſed iſte homo in eo caſu eam poſſidet, vt queat accedere ad hoc Sacramentum; ergo non eſt ei denegandum: ſic docent Petrus de Ochogauia *de Sacrament. tract.* 2. *de Euchariſtiæ effect. quæſt.* 10. *num.* 4. cum Ledeſma, & Diana *p.* 4. *tract.* 3. *reſ.* 54.

Vnde infero etiam dicendum Sacerdotem pu- 9
blicum Concubinarium, vel adulterum poſt peractam pœnitentiam, & vitæ emendationem publicam, interpoſito ſaltim aliquo temporis ſpatio
poſſe celebrare ſine diſpenſatione, † quia ex infa- 10
mia facti nón oritur irregularitas ſimpliciter dicta, & indelebilis, donec per diſpenſationem tollatur: ſic docet Diana *p.* 4. *tract.* 2. *reſ.* 93. *in fine*, contra
Nauarrum *in manuali cap.* 25. *num.* 73. & 77. † 11
Nec obſtant Couarruu. *in dicta clem. ſi furioſus p.* 1. §. 1. *num.* 5. D. Antoninus *p.* 3. *tit.* 27. *cap.* 3. Sylueſter *verbo Concubinarius* 5. dicentes Concubinarios Clericos Notorios ſuſpenſionem ab officio contrahere *ex c. præter diſt.* 32. *cap. ſi qui ſunt diſt.* 81. *cap. fin. de cohabit. Clericor. & mul.* nam reſpondent Sotus *in* 4. *diſt.* 1. *quæſt.* 5. *art.* 6. *circa ſex argum.* Layman. *in Theologia morali lib.* 1. *tract.* 5. *p.* 1. *c.* 4. *num.* 11. ſuſpenſionem illam conſuetudine ſublatam eſſe.

Ad vltimam quæſtionis partem, quam alibi 12
commodius poſſem tractare, etſi Altiſiodorenſis *in ſumma lib.* 4. *tract.* 5. *cap.* 5. Albertus Magnus *in* 4. *diſt.* 13. *art.* 20. quem refert Suarez *in* 3. *p. diſp.* 67. *ſect.* 4. §. *circa tertiam*, Bonauentura *in* 4. *diſt.* 9. *art.* 2. *quæſt. vltima in fine*, Villalobos *in ſumma tom.* 1. *tract.* 7. *difficult.* 38. Ludouicus de San Ioan

in ſum. tom. 1. quæſt. 7. de Euchariſtia difficult. 3. multis rationibus conentur defendere licitum eſſe peccatori ſcienti, & petenti ſibi dari hoſtiam non conſecratam, miniſtrare ad ſacrilegium ipſius, & graue damnum vitandum, vt non infametur à quolibet alio vidente eum non communicare,
13 cum hic adſit iuſta cauſa ponendi fictionem. † Tamen negatiuam ſententiam docent D. Thom. *in 3. parte, quæſt. 80. art. 6. ad 2.* Caietanus, Ricardus, Paludan. Gabriel Maior, & Sotus, quos citat, & ſequitur Gabriel Vaſquez *in 3. p. tom. 3. diſp. 209. cap. 4. num.* 40. Suarez ſupra, Valentia *tom. 4. diſp. 8. quæſt. 8. puncto 4. §. denique hic notetur*, Reginald. *tom. 2. lib. 29. cap. 4. num. 49.* Henriquez *lib. 6. cap. 22. num. 4.* Ledeſma *in ſumma tom. 1. de Sacram. Euchariſtiæ cap. 12. dub. 7. §. tota via.* Nugnus *in 3. part. tom. 1. quæſt. 80. art. 6. difficult. 2. in fine*, ex eo, quia pernitioſa, & execrabilis eſt ſimulatio in Sacramentis: & in tali caſu miniſtrans quantum eſt ex ſe alios ad idolatriam inducit, cum exponat ad adorandam hoſtiam non conſecratam pro conſecrata: ita etiam ſequitur reſpondens fundamentis contrariis Ioannes Sanctius *in ſelectis diſp. 35. per totam.* Videndus *ibi*:
14 † Henriquez autem *lib. 6. ſummæ cap. 22. num. 4.* notat quod etſi non liceat ſacerdoti porrigere hoſtiam non conſecratam loco conſecratæ; poſſit tamen ſaltim ſimulare ſe Euchariſtiam in os eius immittere; licèt ad hoc facere non teneatur.

15 Hic adiunges aliam quæſtionem, *An ſolemniter degradatus poſſit conficere Euchariſtiæ Sacramentum*, de qua dixi *in dict. cap. 10. de iudic. quæſt. 13.*

QVÆSTIO III.

An Epiſcopus conferendo ordines minores in peccato, vel conſecrando Chriſma, peccet. An peccator publicus celebrando, fiat irregularis, vel an ſodomita, vbi etiam ad quæſtionem de ſubintroductis mulieribus, ac de aliis, quæ poſſunt hic tractari. Et quando delictum dicatur occultum ad effectum, vt queat Epiſcopus diſpenſare. An Prælati Regulares poßint diſpenſare in irregularitate occulta contracta ex homicidio voluntario?

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus conferendo in peccato mortali Tonſuram, & minores ordines, peccat, ſed non mortaliter, verius eſt*, num. ſeq.

3 *Epiſcopus conſecrans Chriſma in peccato mortali peccat tantùm venialiter, ſi ſcandalum non ſubſit*, n. 4.

5 *Epiſcopus conſecrans Eccleſiam in peccato mortali, peccat tantùm venialiter.*

6 *Peccator publicus, vt Concubinarius celebrando non fit irregularis; quia eſt tantum ſuſpenſus quoad ſe, & non quoad alios.*

7 *Suſpenſus ab homine, vel à iure in pœnam directam, & propriam, etiam ad tempus irregularis fit, ſi tunc temporis Diuinis operam dederit.*

8 *Crimina aliquot, vt homicidium, etiam occulta, ſuſpendunt ab executione officij.*

9 *Sodomita Clericus celebrando, nùm fiat irregularis: vbi quid de hæretico, & aliis criminibus remiſſiuè, & pro negatiua*, numero 10.

10 *Irregularitas ex nullo crimine quantumuis graui commiſſum à celebrante, præter homicidium.*

11 *Mulieres ſubintroductæ quæ dicantur remiſſiuè.*

12 *Conſpirator Schiſmaticus, & alij, nùm celebrando fiant irregulares remiſſiuè.*

13 *Delictum occultum ad effectum, vt queat Epiſcopus diſpenſare, quando ſic dicatur, v.* ſequent. *&* n. 18.

14 *Occultum eſt quod non eſt publicum, etiamſi ab aliquibus ſciatur: expenditur hic, &* n. 17. *vbi quod tripliciter aliquid occultum dicitur.*

15 *Notorium eſt plena rei notitia inducens indubitatam, & finitam probationem, diſcuſſionem agentem.*

16 *Delictum commiſſum, vel confeſſum in iudicio, notorium eſt, & omne illud, quod ex actis iudicij conſtat.*

17 *Caſus occulti reſeruati Sedi Apoſtolicæ qui?*

18 *Epiſcopus diſpenſare queit quando delictum non eſt notorium, ſeu publicum, etſi notum ſit tribus, vel quatuor, ſi de illo non ſit fama in maiori parte viciniæ, vel Collegij.*

19 *Notorium non dicitur quod ſcitur in magna ciuitate à tribus, vel quatuor teſtibus.*

20 *Diſpenſat Epiſcopus cum homicida omnino occulto ſecundùm aliquos: verius è contra.*

21 *Diſpenſare poteſt Epiſcopus in irregularitate proueniente ab excommunicato occulto publicè celebrante.*

22 *Delictum per accidens in vna ciuitate occultum quando in alia fuit in iudicio deductum, aut publicum, non diſpenſatur ab Epiſcopo in eius irregularitate, contra aliquos hic, vt* n. 23.

24 *Homicida occultus nùm ſit irregularis.*

AD primam quæſtionis partem etſi dicant 1
peccare mortaliter Epiſcopum ordines conferendo minores in peccato mortali; eo quod Epiſcopus conſecratus eſt ſpeciali conſecratione ad illud miniſterium; & quia ordines minores ſunt Sacramentum, Villalobos *in ſumma p. 1. de Sacram. in genere tr. 21. difficult. 3. num. 2.* Layman. *in Theologia morali lib. 5. tr. 9. c. 4. num. 4.* Filliucius *tom. 1. c. 1. num. 82.* Coninch. *de Sacr. diſp. 11. dub. 6. num. 47.* Valentia *tom. 4. diſp. 9. quæſt. 1. puncto 4.* & alij penès ipſos. † Tamen Nughus, Suarez, & 2
Vaſquez *in 3. part. diſp. 237. cap. 2.* ſentire videntur non peccare mortaliter; quia exercentes functiones Minorum ordinum exiſtentes in peccato mortali, non mortale committunt; quia non ita propinqui ſunt Sacramento altaris, ſic vt eorum officia ſint imperfecta in genere Sacri miniſterij; & quia prima Tonſura, & quatuor ordines Minores non ſunt Sacramentum, quod vltimum non eſt ſecurum, vt primum, ex Canoniſtarum ſententia, quæ docet primam Tonſuram eſſe etiam ordinem, & cæteros ordines minores eſſe Sacramentum, vt dixi *ſupra ſub Rub.* & alibi.

Vnde

3 Vnde etſi idem dici debeat in Epiſcopo conſecrante Chriſma in peccato mortali, vt docent Nugnus *in 3.part.tom.1.quaſt.64.art.6.dif.2. concluſ.3.* Ledeſma *in ſumma tom.1. cap.6. de Sacram. in genere dubio* 10. Cabrera *de Sacram.q.64. diſp.1. §.7. num.60.* Siluius *in 3.p.quaſt.64. art.6. queritur 1. concluſ.5.* & alij, quia conſecrationes iſtæ per ſe pertinent ad poteſtatem ordinis Epiſcopalis, celebranturque in Eccleſia cum magna
4 reuerentia. † Tamen Suarez *in 3. part. tom.3. diſp. 16. ſect. 3.* Fernandez de Heredia *diſp. de Sacram.in genere quaſt 4.dub.3. num.4.* Coninch. *de Sacram. quaſt.64. art.6. dub.1. num. 39.* Villalobos *in ſumma tom.1. tract.4. difficult.14.num.6.* Diana *part.3.tract.6. reſ.67.* vt probabiliorem in hoc puncto tenent ſententiam negatiuam, quoties ſcandalum non aderit, aut vilipendium, tantumque peccare venialiter; quia in prædicta conſecratione non habet ſe, vt Dei Miniſter ad animas ſanctificandas: & ſic cauſam non eſſe ita grauem.

5 Quare infero à fortiori Epiſcopum conſecrantem Eccleſiam in peccato mortali, non peccare mortaliter, vt docent Siluius, *vbi ſupra, in 3. p. queſt.64.art.6.queritur 1. concluſione 6.* Filliucius *tom.1. tract.1. cap.6. num.87.* Coninch. *de Sacram.* & alij, quos ſequitur Diana contra Cordubam *de pœnit. tract 1. quaſt.6.* vbi idem dicit de Epiſcopo miniſtrante in peccato mortali Sacramentalia, vt Tonſurare, Iuriſdictionem fori exterioris exercere, Virgines, Veſtes, & Calices conſecrare, & ſimilia: quæ omnia ad textum noſtrum applicantur in peccatore occulto.

6 Ad ſecundam quæſtionis partem ân peccator publicus celebrando fiat irregularis: de hac quæſtione adducens textum noſtrum cum aliis, benè agit Couarruu. *in clem. ſi furioſus p.1.§.1. num.5.* vbi etiam loquitur de publico Concubinario; & videtur cum multis ſentire, vt non ſit irregularis publicus, ac manifeſtus peccator, etiam ſi ante pœnitentiam publicè in ſacris ordinibus miniſtrauerit; quia is eſt ſuſpenſus quoad ſe, & non quoad alios; & addit quod etſi aliquos recenſentes diſcedant ab hac doctrina in publico Concubinario pluribus authoritatibus comprobantes: tamen ipſe ibi in verſ. *adhuc cenſeo*, dicit nimis duram eſſe illorum aſſertionem; ſic vt non auderet quemquam ſecundùm eam iudicare irregularem eſſe; conſiderat verò, vt abſolutio, & diſ-
7 penſatio ſit à Pontifice impetranda. † Vnum tamen ibi fatetur ab homine, vel à iure in pœnam directam, & propriam etiam ad tempus, certum, vel dônec pœniteat irregularem eſſe, ſi tempore ſuſpenſionis Diuinis rebus operam dederit. Sic ex multis hanc ſequitur opinionem, vt communiorem, etſi ſciat vt aliis conentur probari con-
8 trariam ſententiam. † Et addit ibi ex textu noſtro, & *ex cap.1.de re iudicata, cap.1. de ſententia excommunicationis, lib.6.* & *ex cap. niſi cum pridem de renunciatione*, eſſe aliquot crimina, quorum authores Iure Pontificio, perfecta etiam pœnitentia, & etiam occulti ſuſpenſi ſint ab executione officij, vt de homicida patet ex textu noſtro ſecundùm dicta ſuprà *q.1.*

9 Ad tertiam quæſtionis partem; quia de immanitate Sodomitarum latiſſimè dico infra *in cap. Clerici de exceſſibus Prælatorum*, & nonnulli relati à Couarruu. ſuprà *num.6.in dicta clem.ſi furioſus*, ex doctrina textus noſtri, & textus *in cap.cum non ab homine 10.de iudiciis*; controuertunt circa irregularitatem, quam Clericus Sodomita incurrit in ordinibus miniſtrando, & affirmantes probando ex grauitate, quam maximè huius criminis, vt dico *in dicto cap.Clerici*; etſi Aterinus cum aliis *in dicto cap.cum non ab homine*, contraſentiat; ideò pro veritate huius dubij ne longè agam, leges quæ adduxi *in dicto cap.cum non ab homine q. 21.* vbi egi de degradatione Clerici Sodomitæ *q. 20.* de ea, quæ fit de committente crimen læſæ Maieſtatis, & in aliis quæſtionibus ſequentibus de Aſſaſſino hæretico, ac de aliis criminoſis, quas proportionabiliter applicabis ad materiam textus no-
ſtri, quem expendi *dict. quaſt.21. num. 11.* † Et 10
licèt pro ſententia Couarruuiæ plures Doctores, alios præter ab ipſo citatos referat Diana *p.2.tractatu 17. miſcel. reſ. 69.* ipſe tamen per textum *in cap.ex tenore 4. hoc tit.* & ex noſtro textu contrariam docet ſententiam; quia nullum crimen, etſi enormiſſimum inducit irregularitatem, ſi non ſit notorium, præter homicidium, quod eam inducit etiam occultiſſimum, quam etiam tenent Gaſpar. Hurtado *de ſuſpenſ.dif.13.* Auila *de cenſ.p.7.diſputat.4.dubio 7.concl.7.* Sayrus *de cenſ.lib.1. cap.12. num.22.* Barboſa, & Garcia, & alij citati à Diana, vbi, vt reſpondeat ſententiæ affirmatiuæ, dicit nullam eſſe irregularitatem, niſi expreſſam in iure, iuxta textum *in cap.ſi, qui, de ſent. excommunic. lib.6.* & expendi *in dict.cap.10.de iudic.dict.q.21. à num.10.*

Ad quartam quæſtionis partem de ſubintro- 11
ductis mulieribus, quæ nec concubinæ; imò nec conuerſæ dicuntur, tracto infra *in cap.fin. de cohabit. clericor. & mulier.* vbi quale delictum ad propoſitum textus noſtri, interim perdoctè, & ex bonis litteris agit videndus Couarruu. *in 4.p.2.*
cap.8.§.4. num.5. verſ. *obiter tamen*, † & de aliis 12
delictis, quæ poſſunt hic tractari, vt de conſpiratore, ſortilego, ſchiſmatico, & aliis, videbis *in dict. cap. 10. de iudiciis quaſt.19.20.21.22.23.24. 25.26. & in aliis.*

Ad quintam quæſtionis partem, quando de- 13
lictum dicatur occultum ad effectum, vt poſſit in eo Epiſcopus diſpenſare: & licèt nonnulli exiſtiment occultum eſſe ſecundùm terminos iuris, quod non poteſt probari, vt tradunt Garcia *de benefic. part.7.cap.11.num.46.* Armendar *in addition. ad recopil.leg. Nauarra lib.1.tit.18.lib.7. de irregularit.in declarat.num.25.* Graſſis *tom.2. conſ.*
ſub tit. de homicidio conſ.20. † Tamen verius eſt 14
in præſenti, vt occultum ſit quod, non eſt publicũ, etiam ſi ab aliquibus ſciatur ſi poteſt tergiuerſatione celari; quia Concil. Trid. *ſeſſ.24.de reformat. cap. 6.* excipit à regula diſpenſandi deducta ad forum contentioſum; ergo non excipit occulta, quæ probari poſſunt; ſi tamen ad forum contentioſum deducta non ſint; tum quia occultum plerumque accipitur non prout eſt improbabile; prout contra diſtinguitur à notorio publico, vel ſaltem famoſo ſecundùm Panormit. in textu noſtro, vbi occultum crimen ad hoc, vt quis poſſit promoueri, appellat illud, quod opponitur Noto-
rio, licèt probari poſſit, † & idem *in cap.quaſitum* 15
de pœnit. ait, Notorium *Eſt plena rei notitia inducens indubitatam, & finitam probationem diſcuſſione non egentem*, vt latè dico *in cap. veſtra de cohabit.Clericor.* per textum *ibi*, & probat textus *in c. cura de verb. ſignif.* † Sicque Notorium erit delictum commiſſum, vel confeſſum in iudicio, & omne illud, quod ex actis iudicij conſtat, & Barboſa cum infinitis *in paſtor.p.2.alleg.39.à num.20.*

*& 24. in fine, & num.*25. dicens aliquid occultum dici tripliciter. Primò illud, quod non eſt ſua natura probabile; quia vt tale non cadit ſub cogitatione hominum. Secundò id, quod ſua natura eſt probabile; probari tamen non poteſt; quia nemo illius notitiam habeat, vtpote coram nemine factum. Tertiò quod probari quidem poteſt; quia notum, ſed tam paucis, quod nec eſt vulgare, nec in iudicio deductum: ſic hos caſus recolligit ex Stephano Daluino *de poteſt. Epiſcopi cap.*26. *à n.*3.

17 † imò Felicianus de Vega Archiepiſcop. Megicanus *in cap. etſi Clerici* §. *de adulteriis de iudiciis à num.*152. dixit caſus occultos Sedi Apoſtolicæ reſeruatos vigore Concilij Epiſcoporum iuriſdictioni conceſſos, non intelligi eos, qui primo modo dicuntur occulti, ſed tantum eos, qui ſecundo, & tertio modo.

18 Vnde ad difficultatem reſpondeo poſſe Epiſcopum diſpenſare virtute *dict. cap* 6. *Trid. ſeſſ.* 24. quando delictum non eſt publicum, vel Notorium; quamvis ſit notum tribus, vel quatuor, nec de illo ſit fama in maiori parte viciniæ, vel collegij: ob idque nonnulli Doctores exigunt, vt delictum non ſit occultum, ſed publicum, quod non tantum actus, qui eſt delictum, ſit publicus, ſed etiam vt ſit publicum eum feciſſe delictum, reſoluentes poſſe Epiſcopum diſpenſare, etiam ſi actus ſit materialiter publicus, non verò formaliter in quantum delictum adhuc occultum, dicitur delictum, Sa, *verbo Epiſcopus num.* 35. Riccius *in praxi fori Eccleſ. reſ.* 450. *num.* 5. *in* 2. *editione*, Vgolin. *de cenſuris tab.* 1. *cap.* 13. §. 7. *ſub num.* 4. Galetius *in Margarita caſuum conſcientiæ* verbo *delictum vltim.* Campanil. *in diuerſ. Iuris Canon. Rub.* 7. *c.* 5. *num.* 3. Sayrus *de cenſ. lib.* 7. *cap.* 3. *num.* 13. Bonacina *in eodem tractatu diſp.* 7. *quæſt.* 5. *puncto* 1. *num.* 4. verſ. *dixi in prouenientibus*, Sanchez *lib.* 8. *de matrim. diſp.* 34. *num* 56. Trullench. *in opere morali libro* 1. *cap.* 2. *dubio* 4. *num.* 4. & alij relati à Barboſa *dict. num.* 25. *&* 26.

19 Qui cum Henriquez *lib.* 13. *ſumma cap.* 5. §. 2. Sayrus *de cenſ. lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 19. Sanchez *in ſumma lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 19 & Trullench. *dict. c.* 2. *dub.* 6. *num.* 1. reſoluit in magna ciuitate quatuor, quinque, aut ſex vidiſſe teſtes, non ſatis videri ad notorium.

20 Hinc dubitabis, *Num Epiſcopus poſſit diſpenſare in irregularitate proueniente ex homicidio voluntario occulto; dummodo ita ſit occultum, vt nullus alius ſciat id delictum fuiſſe à tali perſona patratum niſi ſolus ipſe homicida*, & Teieda quem refert Barboſa *tom.* 2. *lib.* 3. *tract.* 3. *num.* 138. exiſtimauit poſſe Epiſcopum diſpenſate in tali irregularitate; dum tamen ſit occultum, vt nullus alius ſciat quaſi Concilium non alloquatur de homicidio omnino occulto, ſed aliquomodo ſcilicet de illo, quod in iudicio probari non poſſit: ſed cum ipſe Barboſa *dict. num.* 26. *in fine*, reprehendat hoc dictum ex doctrina Dianæ *p.* 6. *tr.* 6. *miſcel. reſ.* 58. in medio, quem legi, & ibi non video; ideò exiſtimo recurrendum ad intellectum textus noſtri, & *dict. cap.* 4. *hoc tit.* vbi excipitur homicidium, ſupra *ſub quæſt.* 1. expendi & in aliis.

21 Colligunt tamen Fr. Ludouicus Miranda *in manuali Prælator: tom.* 2. *quæſt.* 8. *art.* 14. *concluſ.* 2. Piaſec. *in praxi noua Epiſcop. p.* 1. *cap.* 1. *num.* 56. *pag.* 62. Nauarr. *conſ.* 2. *ſub tit. de Clerico non ordinato miniſt. in vtraque edit.* Homobonus *de examine Eccleſiaſt. tract.* 12. *cap.* 3. *quæſt.* 3. *reſ.* 3. *in fine*, & alij quidquid dubitet addit ad Nauarr. poſſe Epiſcopum diſpenſate in irregularitate proueniente ab excommunicato celebrante, quando excommunicatio eſt occulta, licèt celebratio ſit manifeſta: nam ad hunc effectum cenſura dicitur occulta, quæ incurritur coram multis ignorantibus illam eo caſu incurri.

Hinc contra Suarez *de pœnit. diſp.* 30. *ſect.* 2. *n.* 2. 22
Sanctarel. *de hæreſi cap.* 5. *dub.* 6. *num.* 26. reſoluunt Auila *de cenſur. p.* 2. *cap.* 7. *diſp.* 1. *dub.* 11. *concluſ.* 3. Sanchez *in præcepta Decalogi lib.* 2. *cap.* 11. *n.* 20. Duard. *in Bulla Cœnæ Domini lib.* 3. §. 2. *quæſt.* 11. *num.* 10 Fagundez *in quinque Eccleſ. præcepta p.* 2. *lib.* 8. *cap.* 8. *num.* 28. Trullench. *dict. dubio* 6. *n.* 2. & alij, vt ſi contingat delictum in vna ciuitate eſſe publicum, vel per facti notitiam; vel quia per Iudicis ſententiam probatum, vel in iudicio confeſſum, in alia inquam ciuitate, in qua petitur abſolutio, vel diſpenſatio in irregularitate eſſet occultum, tunc liceat Epiſcopo abſoluere, vel diſpenſare, modò notitia talis delicti non ſit illuc facillimè peruentura; quia in tali loco delictum dicitur occultum, nec ſemper adeſſe diffamationis periculum propter diſtantiam locorum. † 23
Verùm ſi attendas ad doctrinam textus noſtri videbis multum pugnare pro ſententia Suarez; quia ex quo ſemel Notorium fuit delictum, aut publicum modo dicto, illa occultatio alterius loci eſt de ſe accidentalis, quæ ſi ſufficeret de facili, poſſet in quolibet delicto intrare Epiſcopum diſpenſando: & hæc ſufficiant pro doctrina huius capitis.

Poſſes etiam ad vberiorem explanationem 24
adiungere quæ dicit Caſtro *de lege pœnali lib.* 2. *cap. fin.* quatenus per hunc, & textum *in dict. c.* 2. *hoc tit.* putat occultum homicidam non eſſe irregularem, nec diſpenſatione indigere: vide quæ tradit Barboſa impugnans ad Trid. *dict. cap.* 6. *dicta ſeſſ.* 24. videbis Molinam *de Iuſtitia, & Iure tom.* 4. *tract.* 3. *diſp.* 76. & quæ latiſſimè tradit Gutierrez *de prædicta quæſtione lib.* 1. *pract. cap.* 13. *per totum*, & alias inquam quæſtiones circa irregularitatem contractam ex homicidio, dico *ſub tit. de homicidio:*

Ad vltimam quæſtionis partem; quia ex mul- 25
tis reſoluit Diana longè *p.* 10. *tract.* 13. *reſ.* 38. ideò ipſum ibi leges.

AD TITVLVM DE SCRVTINIO in Ordine faciendo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Interrogatus de ordinando an dignus ſit; poteſt reſpondere dignum eſſe, ſi non nouit illum indignum*, n. 3.

2 *Bonus quilibet præſumitur in dubio, & idoneus, tam ad ordines, quàm ad beneficia, honores, & officia*, n. 4. *Et quibus probetur teſtibus*, n. 5.

3 *Interrogatus qualiter veritatem dicere tenetur ſuper interrogatis, remiſſiuè.*

5 *Bonus nemo præſumitur quando agitur de ſalute animæ, & quare*, n. 6.

7 *Sententiá*

7 *Sententia lata in cauſa matrimoniali, nunquam tranſit in rem indicatam.*

8 *Teſtis de credulitate poteſt deponere in rebus, quæ ſenſu aliquo corporeo percipiuntur ſine ratione, vel cauſa concludenti. Et de materia,* ſub n.9.& 10. *remiſſiuè.*

9 *Textus noſter intelligitur*, & n.10.

11 *Teſtis de credulitate contra producentem, quando facit, ſi deponat ſine cauſa.*

1 RVBRICA huius tituli refunditur cum eius integra; & ſic licèt multi quos refert Barbota ſcripſerint ſuper ea, tam antiqui quàm moderni, inter quos Anaſtaſ. Germonius, Bartholom. Cartagena, & Ioannes Honorius Benagel, quibus addo Andream Valenſem; ideò nunc pro illa, pro titulo item, & pro intellectu *cap. vnici huius tituli*, ſic expendo. Probat inquam Innocentius III. hic, vt ſi interrogatus in ſcrutinio Epiſcopi, an ordinandus ſit dignus, poteſt reſpondere illum, dignum, ſi non nouit illum indignum.

2 Quia vt præſtat Pontifex ex verſ. *dignum debeat æſtimare*, debemus dignum præſumere, quem neſcimus indignum, cum in dubio quilibet bonus præſumatur: pluribus Doctoribus hanc reſolutionem comprobat Barboſa *hic*, vbi adducit latè agentem pro materia textus noſtri, Campanillum *in diuerſorio Iuris Canonici Rubr.3. de ſcrutinio ordinandorum à n.14.*

3 Verùm vt tu latè tractes leges quæ ex propoſito infra dixi *de confeſſis, cap.1. à quæſt.4. 5. & 6.* vbi qualiter iuridice interrogatus à iudicè, ſeu ſuperiore tenetur dicere veritatem ſuper interroga-
4 tis. † Et de ſecunda parte vt quilibet bonus, & idoneus præſumatur, dum non conſtat de eius idoneitate, tam ad ordines, quàm ad beneficia, honores, & officia, leges quæ abundè dixi *in cap.*
5 *fin.de præſumpt.quæſt.1.& 2.*† vbi etiam an teſtes, quibus quis idoneus probatur, debeant eſſe omni exceptione maiores, vnum tamen Barboſa excipit hic *num.*4. nempe vt quando agitur de ſalute animæ, nemo præſumatur bonus, cum in dubiis ſit tutior pars eligenda, ſic cum gloſſa *verb. æſtimare*, in verſ. *vt ibi periculum animæ vertatur*; quod qualiter continget expendi *in dict. cap. fin.*
6 † Sed de ratione, quare vbi periculum animæ vertitur, ſecurius debeat ſequi, adiunges plura, quæ dixi *ſub.cap.litteras de reſt.ſpol.*

7 Et quæ adduxi *in cap. cum conſanguinei 11. de re iudicata*, vbi nunquam ſententia lata in cauſa matrimoniali tranſit in rem iudicatam, ſecundùm diſtinctiones ibi allatas; quæ omnia, & alia poteris hic applicare.

8 Video etiam Barboſam *ſub num.2.* in verſ. *poſtulat Sancta Mater Eccleſia*, quod in illis rebus, quæ oculis intueri non poſſunt, nec aliquo ſenſu corporeo percipiuntur, poſſit teſtis deponere de credulitate ſine cauſa, vel ratione concludenti, & illius teſtimonium ſit admittendum, ſic probans cum multis, & ex gloſſa *verb. Etſi*, quod eſt intelligendum; præcedente ratione concludente.

9 Sic in vno ſenſu intelligens textum noſtrum, dicens hic præceſſiſſe electionem factam de Ordinario ab examinatoribus, ad quam ſe retuliſſe teſtis videtur, colligens ex mente gloſſæ *verb. Etſi*, cum Innocentio hic: quare pro vbertate adiunges quæ latè adduxi de teſtibus deponentibus de credulitate, & de eorum fide *in cap. cum cauſam 37. ſub quæſt.1. & à num.10. & 22. de teſtibus*, & ex eadem ratione, adiunges quæ latè dixi de teſtibus de auditu *ſub cap. licet ex quadam 47. eodem titulo.*

Et aliter textum noſtrum *in verſ. & rurſus*, 10
Barboſa interpretatur, dicens non agere de teſte abſolutè, & voluntariè teſtificante, ſed de miniſtro, qui ex obligatione officij ſui, tempore conſecrationis, non ſimpliciter depoſuit ſecundùm ſuam credulitatem, ſed ſecundùm quid; hoc eſt quantum humana fragilitas noſſe ſinit; & ſic illud teſtimonium cenſeri reſolutum quoad effectum, de quo agitur in ſcientiam probatam, ex qua idoneitatis ſententia proferri potuit, & poteſt, quæ interpretatio mihi vera videtur.

Sed notabis vt quando teſtis contra producen- 11
tem de credulitate deponit, tunc licèt cauſam, vel rationem, non adhibeat, faciat contra illum aliquam fidem: ſic Felinus *in cap. quoties 5. de teſt. numero 12.* ſi quidem talis teſtis non ſolùm quoad perſonam, verùm etiam quoad illius dictum, videtur à producente approbatus: Sic Pariſ. *conſ.50.num.60.volum.1.* Iaſon. *in Rubrica ff.de iureiur. num.9.* Maranta *de ordine iudicior.p.6. de teſtium repulſis num.16.* His ergo præmiſſis videbis per quæſtiones ſequentes quæ ſpectent ad ſcrutinium faciendum per Epiſcopos, cum aliquem ſunt ordinaturi. Et de qualitatibus ordin. dico infra *ſub titulo de ætate, & qualitate ordin.* Et ad textum applicabis quæ docent Gratianus *regula* 373. Couarruu. *in cap. de teſtam. à num.61.* ſed ipſi intelliguntur ex his, quæ dixi *ſub dicto cap. fin. de præſumpt.*

QVÆSTIO I.

An Epiſcopi, ſeu Prælati recepturi ſubditos ad ordines, debeant prius informationem recipere, de eorum ſcientia, moribus, & genere. Et qui teſtes ſufficiant ad probandam ordinandi idoneitatem?

SVMMARIVM.

1 *Ordinaturus Epiſcopus, quæ debeat præ oculis habere ex D. Paulo.*

2 *Sacerdotes paucos in Domini ſacerdotio melius habere dignos, quàm plures inutiles.*

3 *Rarum dicitur id, quod eſt magnum.*

4 *Scrutari in ordinationibus qualiter debeant Epiſcopi, vel ab ipſis deputati.*

5 *Epiſcopus debet de ordinandi idoneitate adhibere diligentiam, & examen, quando eſt ei ignotus de vita, ſcientia, & moribus, genere, & natalitiis,* n.8.

6 *Ordinans ſciemer indignos, peccat non habentes ſufficientiam ſcientiæ & bonitatis.*

7 *Epiſcopus ordinans indignos, tenetur etiam ex culpa examinatorum.*

8 *Ordinandi non ſunt hæretici, Sarraceni, ſerui, corpore vitiati, &c.*

9 *Ordinandi requiſita, de quibus conſtare debeat, ſunt vita, mores, doctrina fides, prudentia, & quod ſit ornatus virtutibus, &c. Hoſpitalis non ebrioſus, non cupidus, nec nimium ſimplex.*

10 Vitia,

10 *Vitia, quibus quis ab ordine recipiendo amouetur, ſunt homicidia, infidelitas, excommunicatio, infamia, vſura, ſimonia.*

11 *Ordinari non debent publici Concubinarij, vel fornicarij, Periurij, falſarij litterarum Apoſtolicarum.*

12 *Examen, quod præcedere debet in tonſurando, & in quatuor minoribus ordinibus, & in ſacris.*

13 *Sciens nemo præſumitur, niſi probetur.*

14 *Accidentale quidquid adeſſe non præſumitur, niſi probetur.*

15 *Doctrina nemini ineſſe creditur, niſi labore quæratur.*

16 *Intentio in ordinando ab ordinante debet examinari.*

17 *Ordinatus primâ Tonſurâ, vt fruatur fori priuilegio, & Clericali, peccat. Et quid ſi abſque voluntate aſcendendi ad alios ordines,* n.18.

18 *Retroceſſio à Clericatu, non eſt culpa lata lis.*

19 *Doctrina, habilitas, & ſcientia in ordinando non per teſtes, ſed per examen probanda ſunt.*

20 *Ordinandi ſunt examinandi de ſingulis requiſitis in quolibet ordine*, & n.21.

21 *Nomina ordinandorum ſunt diuulgata in Eccleſia, vt à fide dignis, de eorum natalibus, origine, ætate, moribus, & vita diligenter inquiratur, quod fallit in regularibus ordinandis,* n.22.

22 *Regulares ordinandi ſatis eſt, vt habeant teſtimonium à ſuperioribus affirmantibus prædictos nullo indigere requiſitorum.*

23 *Examen circa mores Clerici ſæcularis ordinandi, quo in ordine fiat?* numer. ſequentibus.

25 *Denunciationes pro ordinandis, debent fieri in ſingulis ordinibus maioribus, niſi ordinandus notus eſſet Epiſcopo.*

26 *Formula euulgandi nomina ordinandorum; remiſſiuè.*

28 *Diaconus maior, ſeu prior Diaconorum in ipſa die ordinationis, repræſentat ordinandos Epiſcopo, vel Archidiaconus denuncians populo, num ſciat aliquod impedimentum, ne denunciatus ordinetur in ſacris. Et de praxi,* n.29.

29 *Epiſcopo interroganti, num ordinandi ſint idonei, ſi reſpondeat prior, Diaconus, vel Archidiaconus bene, licet ipſe non examinauerit. Sed alius non peccat, ſciens tamen aliquod impedimentum, tenetur illud Epiſcopo nunciare ſecreto,* n.30.

31 *Ordinatus idoneus abſque examine de vita, & moribus ſi cognitus eſt, non peccat.*

32 *Ordinatus contra Epiſcopum, mandantem, ne quis abſque examine ordinetur, contrahit ſuſpenſionem à Papa tantum diſpenſandam.*

33 *Epiſcopus ſi tempore, quo ordines confert, dicat,* non intendimus ordinare non examinatos, *vel* excommunicatos, *quid tali mandato operetur? &* n.34. *Et quod comprehendat extraneos,* n.35.

36 *Negatiua qualitatis naturalis, vel accidentalis à quo debeat probari?*

37 *Ordinationi ſe ſubmittens pro alio, qua puniatur pœna? remiſſiuè.*

AD primam quæſtionis partem reſpondeo 1
doctrinaliter debere Epiſcopum ordinantem habere præ oculis, Pauli doctrinam ad Thimot. 5. ibi: *Nemini cito manum impoſueris*, vt refertur *in cap. quid eſt 73.* & animaduertere quod præcipiebat Sanctus Pontifex Clemens relatus *in cap. tales 23. diſt.* in illis verbis: *Tales ad miniſterium eligantur Clerici, qui dignè poſſint Dominica*
Sacramenta tractare. † Etenim melius eſt in Do- 2
mini Sacerdotio paucos habere miniſtros, qui poſſint dignè exercere opus Dei, quàm multos inutiles, qui onus graue adducant ordinatori, de qua doctrina multa præclara teſtimonia leges *in cap. ſi officio 59. diſt.* & *in cap. hi quoſcumque 1. quæſt. 1.* & *ex cap. quibuſdam in fine*, & *ex cap. ex multis* verſ. *nec eligatur dict. q. 1.*

Et ſic Hiſpal. Concil. *cap. 2.* dixit rarum eſſe id, 3
quod eſt magnum, *cap. cum ſit, de ætate, & qual. ordin.*

Igitur Epiſcopi, aut ab ipſis deputati viri pru- 4
dentes debent ſcrutari iuxta terminos Concilij Trid. *ſeſſ. 23. de reform. cap. 5. & 7. Ordinandi genus, natalia, perſonam, inſtitutionem, Patriam, vitam, mores, doctrinam, & fidem*, iuxta regulam textus *in cap. cum in cunctis de elect. & in cap. 29. de Præbend. & Dignit. & in cap. inſtitutus de purg. Canon.* de quibus ante Trident. cautum fuit, *in cap.* 5
quando 24. diſt. † Non enim ſatis eſt, vt Epiſcopus neſciat ordinandum eſſe malum, quin potius teneatur quando ordinandus eſt ignotus adhibere diligentiam, & examen, vt habeatur certitudo moralis de ſufficientia, vita, ac moribus ordinandi, docet cum multis Sanchez *in opuſculo morali lib. 7. cap. 1. dubio 46. num. 3.*

Qui etiam ait *num. 2.* vt peccet mortaliter ordi- 6
nans ſcienter indignos; id eſt non habentes ſufficientiam ſcientiæ, & bonitatis; quia infideliter in re grauiſſima agit officium diſpenſatoris, vt docuit D. Thomas *in 4. diſt. 24. quæſt. 1. art. 3. quæſtiunc. 4.* & Barboſa cum aliis *in paſtorali p. 2. alleg. 10. ſub num. 3.* videndus in præcitatis locis Trid. cum infinitis, ait quod intereſt Epiſcopi, nè indigni ordi-
nentur, † imò & quod tenetur ex culpa examina- 7
torum iuxta textum cum gloſſa verb. *examinentur in cap. ad hæc de officio Archidiac.* Docet nouiſſimè Ægidius Trullench. *de Sacramentis lib. 6. q. vnic. ſub dub. 14.* † Vbi agit de quibus debeat Epiſ- 8
copus examinare ordinandum; qui omnes plures alios referunt ſigillatim explanãtes relata requiſita de genere, natalitiis, & de aliis quæ ſub nonnullis titulis Decretalium expenduntur: nam vt non ordinentur hæretici, ſatis *ſub tit. de hæret.* dixi, ac percipitur ex nonnullis, quæ adduxi *ſub cap. cum non ab homine, de iudiciis.* De Sarracenis, & de Iudæis, ſeu originem ab eis trahentibus, aut de Neophitis, latè in ſuis titulis. De natalitiis, num ſint liberi, aut ſerui, legitimi, naturales, ſeu Spurij ordinandi infra *in titulis de filiis Preſbyt. De ſeruis non ordinan. & qui filij ſint legitimi*, ac alibi. De aliis, nempe *perſonam*, ſcilicet ne ſint corpore vitiati, dico infra *in tit. de corpore vitiatis ordin. vel non. Inſtitutionem* nempe ad quem titulum ſint promouendi, de quo latiſſimè dixi *ſub cap. 11. de temporibus ordin. Patriam*, etiam ibi expendi, dum dixi ordinari poſſe ratione originis, aut Domicilij illius Epiſcopi, in cuius ſunt territorio, vel hoc aſſumendo, à deciſione textus *in cap. ad decorem de inſtitutionibus*, & ex aliis iuribus iuxta nonnulla, quæ dixi *ſub cap. 16. de iudic.* nempe vt exteri alienigenæ non beneficientur. Videbis Barboſ. *de*

Iure

Iure Eccleſiaſt. cap.33. à numero 162. vbi qui ad ordines non aſcendant & de ſcrutinio, *à numero 167.*

9 Quæ autem potius ad propoſitum tituli noſtri ſpectant, ſunt vita, mores, doctrina, & fides ordinandi, de quibus debent Epiſcopi multum ſcrutari. Vita inquam, & mores ſumuntur hic pro actu viuendi, ordinandi, qui in eo deſideratur irreprehenſibilis, iuſtus, & rectus, hoc eſt vt ſit ſobrius, caſtus, iuxta ea, quæ dico infra, *de vita, & honeſt. Clericor.* & ſic benefaciant Epiſcopi inquirendo, nùm ordinandus ſit caſtus, iuxta quæ leguntur, *à diſt. 32. ad 35. per totum*; nùm ſit prudens iuxta notata; *in diſt. 36. vſque ad 40.* Quod ſit ordinatus virtutibus, iuxta *totam diſt. 40. ad 42.* vt ſit Hoſpitalis, *dict. diſt. 42. & 86. per totam.* Quod ſit domui ſuæ bene præpoſitus, iuxta latè notata, *tota diſt. 66. 81. 8*[illegible]*. & 91. per tot.* Et quod non ſit ebrioſus iuxta notata, *in cap à crapula de vita, & honeſtate Clericor.* Non litigioſus, aut maledictus, vel calumniator, nec adulator, proditor. ſcurrilis, aut ioculator, nec inuidens, fratrum profectibus, aut iniuriarum ſuarum vltor, vt colliges, *ex titul. de vita, & honeſt. clericorum, de calumniat. de iniuriis ac de aliis.* Et quod non ſit cupidus, aut iniuriarum exactor, iuxta, *cap. prouenit 86. diſt. cap. ſeditionarios cum ſequent. 46. diſt.* Item quod nec ſit nimium ſimplex, *cap. Epiſcoporum*, vbi gloſſa, & Doctores, & *cap. Petrus 74. diſt.* ſunt etiam aliæ qualitates prærequiſitæ quoad vitam, & mores, quas pro arbitrio poterunt Epiſcopi in ordinandis perquirere; nempe, vt ſint pudici, modeſti, hoſpitales, miſericordes, liberales, pacifici; quæ omnia includuntur in iam dictis.

10 Sunt è contra plurima vitia, quorum cauſa debent ab ordinibus remoueri qui deſiderant ordinari. Inter quæ computantur homicidia ſecundùm quæ dixi latè ſupra *ub cap. fin. de temporib. ordin.* Item infideles, & hæretici remouentur ab ordinibus *ex cap. arrianos 1. quæſt. 1.* Item hæreticorum fautores credentes, & defenſores Clericatu habentur indigni, iuxta textum *in cap. 2. de hæret. lib. 6.* & qualiter contingat in eorum filiis, & Neophitis, dico *ſub eodem tit. de hæret.* & ibi, *in dict. cap. 2.* vbi gloſſa verbo *inane*, & *in cap. quicumque §. hæretici eodem.* Item excommunicati, ſuſpenſi, vel interdicti ab ordinibus ſunt repellendi *tota diſt. 81.* Quartò infames infamia iuris, quorum ſtatus ſcilicet vita, & moribus eſt reprobatus, aut qui de crimine fuerint accuſati, iuxta Doctorum placitum *in cap. Deus omnipotens de accuſat. cap. fin. de teſtibus*, vbi dixi, *cap. tantis.* Daniel 81. *diſt.* Idemque dici de infamia facti, qualis expenditur, *in cap. maritum 33. diſtinctione*, & argum. eorum, quæ dixi, *ſub cap. 1. de exceptionib. & in cap. teſtimonium de teſtibus.* Item repellitur quilibet criminoſus, & qui notoriè permanet in peccato publico, *ex cap. ex tuarum, cap. ad aures, cap fin. de temporib. ordin.* vbi dixi, & ibi quid ſi peccatum ſit occultum, & ſic vſurarij, ſimoniaci, *cap. ſancitum 7. quæſt. 1. & dict. cap. maritum.*

11 Publici Concubinarij, vel fornicarij, *cap. præter hoc diſt. 32. cap. fin. de cohab. clericorum*, vbi dico Trid. *ſeſſ. 25. cap. 14* Item coinquinati obſceniſſimo crimine Sodomiæ, de quo plura tradit Barboſa *p. 2. in paſtorali allega. 44.* & de hoc ac de aliis, veluti de periuriis, & falſificantibus litteras Apoſtolicas, dixi *ſub dicto c. fin. de temporib. ordin.* ad quæ omnia applicabis quamplures, quæſtiones, de quibus *ſub cap. 10. de iudiciis, & ibi a quæſtione 17.* Non ordinantur Bigami, & Peregrini, nec curiales, ſiue obligati ad rationes reddendas, vt dico infra *ſub tit. de Bigamis, de Clericis, Peregrinis, de obligatis ad ratiocinia, &c.*

Vltimum requiſitum eſt, quod præcedat examen de doctrina ordinandi; igitur vt ordinetur 12 tonſurandus iuxta textum *in cap. 4. Trid. ſeſſ. 23. de reform.* debet eſſe edoctus in fidei rudimentis, & niſi ſciat legere, & ſcribere in lingua ſaltim vulgari, ſiue materna. Azor. *inſtit. mor. p. 2. lib. 6. q. 2.* Campanillus *in Iuris Canon. Rub. 5. cap. 2. num. 2.* Diana *p. 5. tr. 14. reſ. 27.* Item ad quatuor minores ordines promouendus debet ſaltem linguam latinam intelligere iuxta textum *in cap. 11. Trid. dicta ſeſſ. 23.* & Menochius *de arbitr. caſu 425. numero 58.* ait vt Epiſcopus queat arbitrari magis expedire Eccleſiæ, ſi ordines conferat ei, qui etſi adhuc latinam linguam non intelligat, eſt tamen bonæ indolis, & pro ætate docilis: nam illiteratus puer dici non poteſt, nec debet qui pro ætate didicit quique oſtendit proficere ſe poſſe. Et quæ ſcientia requiratur in promouendis ad ſacros ordines, tradunt Doctores *in Rub. de qualitate, & ætate ordinandorum.*

Vnde fit vt cum non præſumatur quis ſciens, 13 niſi probetur, *cap. ſi forte*, iuncta gloſſa, verb. *ſcientia de elect. lib. 6.* Gonzalez *ad regul. 8. Cancel. gloſſa 4. num. 105.* & cum multis Barboſa *p. 2. in paſtor. alleg. 11. ſub num. 4.* & *ſub alleg. 14.* † eo 14 quod quidquid eſt accidentale non præſumatur adeſſe, ſeu ineſſe, niſi probetur, vt docent communiter D.D. *in cap fin. de præſumpt.* † Cum ne- 15 mini doctrina ineſſe credatur, niſi labore quæratur; ideo venit probanda, ab Epiſcopo, ſeu ab ipſis deputati debent inquirere de iam dictis. † 16 Item intentionem ordinandi, hoc eſt an illi adſit, vel deſit intentio aſcendendi ad ordines altiores, cum aptus fuerit; non enim ordinandi ſunt qui tali intentione carent, dicit Barboſa *dict. alleg. 10. num. 19.* † Quo fit vt ſi quis ordinetur 17 prima tantum Tonſura, eo tantum animo, vt fruatur fori priuilegio, & priuilegio Clericali, tutius eſt, vt peccet mortaliter *ex cap. 4. Trid. ſeſſione 23.* in illis verbis: *De quibus probabilis coniectura non ſit, eos, non ſecularis iudicij fugiendi fraude, ſed vt de eo fidelem cultum præſtiterit hoc vitæ genus elegiſſe*: ſic Bañez 2.3. *quæſt. 12. art. 1. concluſ. vltim.* Victoria, Ledeſma, Fr. Emanuel Rodrig. Molfeſius, & alij, quos ſequitur Barboſa, *dicta allegatione 11. ſub numero 6. part. 2.* Marchinus *de Sacramento Ordinis tractat. 1. part. 8. cap. 1 à num. 2.*

Vbi *à numero 9.* diſputat an ſecluſo con- 18 temptu, & alia probata intentione læthalis ſit Tonſuræ, & minorum ordinum receptio abſque voluntate aſcendendi ad Sacros ordines. Et *à numero 22.* an retroceſſio à clericatu ſit læthalis, vel venialis? Verùm Sanchez *de matrim. libro 7. diſput. 31. numerò 16. & 17.* Bonacina *de Sacram. diſp. 8. quæſt. vnica, puncto vltimo in fine.* Villalobos, *in ſumma parte 1, tract. 11. difficult. 14. n. 2.* Diana *part. 1. tractat. 16. reſol. 10.* & alij penès eos, reſoluunt non peccare mortaliter per verba Trid. *ſupra*, quòd abſolutè ſumptum poteſt non amplecti, niſi, quando ordinandus contrariam de-

liberationem non proponeret de non aſcendendo ad alios ordines; & iterum Barboſa *in dict. cap.4. Trid.* amplectitur noſtram ſententiam cum multis, *num.6.* vbi *num.fin.* ait quod clerici primæ Tonſuræ, vel minorum ordinum, qui ſine iuſta cauſa excedunt ab ordine, non peccent læthaliter, etiam ſi incapaces ſe reddant ad ducendum v.g. viduam vxorem, vt reſoluunt Toletus *inſtruct. Sacerd. lib.4. cap.18. num.4.* Azor. *inſt. moral. p.1. lib.13. cap.14. queſt.14.* Laymau. *in Theolog. morali lib.5. tract.9. cap.7. num.2.* vbi poſt Sanchez ſupra *numero* 11. & Valentiam, *tom.3. diſput.1. queſtione 12. puncto* 1. ſubdit videri eſſe culpam venialem inconſtantiæ ſi ſine cauſa ab ſtatu clericali recedant, ſicuti ſi nouitius ſine cauſa ab ordine abeat.

19 Ad ſecundam quæſtionis partem infero dicendum non per teſtes, & famam probandam eſſe doctrinam, habilitatem, & ſcientiam ordinandi, ſed per examen actuale; ita quod nec regulares excuſentur; quominus de doctrina poſſint examinari, vt habetur in Trident. Concil. *dict. ſeſſione 23. de reformat. cap.12.* per verba, ibi: *Regulares quoque, nec in minori ætate, nec ſine diligenti Epiſcopi examine ordinentur priuilegiis quibuſcumque, quoad hoc penitus excluſis.*

20 Sunt ergo ſinguli examinandi de qualitatibus, & requiſitis ordinum ſingulorum, & de cuiuſque ordinis officio, quem ſunt ſuſcepturi, probat cum multis Barboſa, ex dicta *allegat.10. nu-*
21 *mero* 18. cum aliis ſequentibus allegationibus. † Vnum tamen excipies reſpectu Regularium, ſcilicet, vt licèt per Trid. *ſeſſ.23. cap.5.* diſponatur, vt ſint evulganda nomina in Eccleſia eorum, qui ordinandi ſunt, vt à fide dignis de eorum natalibus origine, ætate, moribus, &
22 vita diligenter inquiratur, vt ibi dicitur. † Tamen illius *cap.* diſpoſitio non extenditur ad regulares in quibus ſatis eſt Epiſcopo habere teſtimonium ab ordinandorum ſuperioribus regularibus affirmantibus, & atteſtantibus prædictos nullo requiſitorum indigere, eiuſque fidei ſtandum eſſe; prætèrquam circa doctrinam pro qua ſubiiciuntur Epiſcoporum examini, ſicut referunt deciſum Campanil. *in diuerſ. iuris canon. Rub.* 2. *cap.13. numero* 35. Henriquez *in ſumma libro* 10. *cap.23. §.4. in gloſſa littera L.* Fr. Emanuel Rodrig. *queſtion. regular. queſt.24. part.3. articulo* 1. Vgolinus *de poteſt. Epiſcopi cap.26. §.18. num.2. verſ. tertio excipiuntur regulares.* Barboſa *dict. allegat.10.n.22.*

23 Verùm examen circa mores clerici ſæcularis volentis ad ordines promoueri, debet fieri ſequenti modo, iuxta Trid. *in dict. cap.5.* ſi ad ordines minores nempe vt à Parocho, & Magiſtro ſcholæ, in qua educatur, teſtimonium habeat de bono, quod ſi ad ſacros ordines expoſcat promoueri; tunc iuxta prædictam diſpoſitionem Trident. per menſem ante ordinationem Epiſcopum adeat qui Parocho, vel alteri, cui magis expedire videatur committat, vt nomen, & deſiderium promouendi in Eccleſia proponat, & de illius natalibus, ætate, moribus, & vita à fide dignis teſtibus diligenter inquirat, & teſtimoniales litteras de inquiſitione facta ad Epiſcopum mittat; ſic docent Sanchez, *in opuſculo moral. lib.7. cap.1. dub. 46. num.7.* Vgolinus *dict. cap.26. §.18. à num.1.* Marchinus *de Sacram. Ordin. tract.2. part.6. cap.15.* Homobonus *de bonis de examine Eccleſ. tract.2. cap.3. queſt.26.* Salzedus ad Bernard. Diaz *in pract. cap.25. littera A,* verſ. *hoc autem,* Barboſa *dicta part.2. in paſtorali allegat.10. ſub num.2* † vbi addit hanc diſpoſitionem 24
ad vnguem obſeruari in Bracharenſi prouincia, vt conſtat *ex eius Concil. prouinc. vlt. actione* 4. iterum ipſe *num.20.* † qui *in dicto cap.5. Trid.* cum aliis 25
multis dixit ex Vgolino ſuprà *num.2.* denunciationes huiuſmodi fieri debere in ſingulis maioribus ordinibus, niſi ordinandus notus eſſet Epiſcopo: ſic etiam docent Bonacina *de Sacram. dict. diſp.8. queſtione vnica, puncto 5. num.17.* Bellet. *diſquiſit. clerical. part.1. tit. de diſciplina clericali §.4.n.21.* verſ. *ad minores,* latè Marchin. *de Sacram. Ordin. tract.2.p.6.cap.11. per totum,* Honor. *ad Decret. in hoc tit. num.2.* Barboſa *de Iure Eccleſiaſt. 1. p.c.33. num.* 168. † Qui etiam *de officio Epiſcopi dict. p.2.* 26
alleg.10. & alibi, & etiam *in dict. c.5. Trid. ſub n.1.* dicit *ex formulario Epiſcop. forma* 2.3. & 4. & 8. ibi haberi formulam facultatis euulgandi nomina eorum, qui ordinis Sacramento ordinandi ſunt, & formulam denunciandi in Eccleſia illum, qui ad ordines eſt promouendus, & exprimit formulam litterarum teſtimonialium Parochi emanantium vigore facultatis euulgandi nomina ordinandi, & quomodo ſit dandum teſtimonium Magiſtri ſcholæ pro his, qui ad minores ordines promoueri volunt, & Ortiz de Salzedo *in ſua praxi Eccleſiaſt.* ponit *à fol.147.B,* formularium vulgari ſermone ad diligentias præmittendas pro ordinandis, vbi *folio* 148. *B,* ponit interrogatorium, quo teſtes ſunt examinandi, & de quibus requiſitis interrogentur: vbi videbis pro praxi notoriorum. † Et ſic fit ſcruti- 27
nium illud, nempe vt ante ipſam ordinationem, vel quando Epiſcopo videbitur, vocatis peritis, & probis, ac in Eccleſiaſticis ſanctionibus exercitatis fiat ab illis diligens inueſtigatio, & examinatio de genere, perſona, ætate, moribus, & fide ordinandorum, iuxta diſpoſitionem Trid. *c.7. dict. ſeſſ.* 23. videbis textum *in c. ſi quis de 24. diſt.* repetit Barboſa *dict. alleg.10.* vbi tradit *ex c. inſtit. de purg. Canon.* vt debeat rigorosè inſtitui illud examen, & iuxta textum *in c. cum in cunct. de elect.* & dicit *ſub n.20. in fine.*

In ipſo autem die ordinationis, eſt aliud examē 28
videlicet quod prior Diaconorum, ſeu maior Diaconus repræſentat ordinandos Epiſcopo, vel Archidiaconus, & examinat iuxta textum *in cap. noſtrum de offic. Archidiacon*; quod tunc ſanè euenit, cum prædictus clara, & intelligibili voce monet aſtantem populum, vt ſi quis contra ordinandorum aliquem ſciens impedimentum, quod illum ab ordinibus impediret proponat; & tunc Epiſcopus interrogat Archidiaconum, nùm ſciat ordinandos eſſe idoneos, & dignos, & ipſe reſpondet, *& ſcio, & teſtificor quantum humana fragilitas noſſe ſinit ipſos eſſe dignos;* quod dicit Barboſa *dict. alleg* 10. *num.21.* eſſe iuxta praxim textus noſtri, † addens quod Ar- 29
chidiaconus, ſeu Prior maior in hac reſponſione non peccat, licèt ipſe non examinauerit; dummodo ab aliis examinatoribus deputatis ſciat fuiſſe approbatos, & dummodo contra conſcientiam non loquatur. † Quod ſi ſciret aliquod impedimen- 30
tum, teneretur illud manifeſtare, & nunciare Epiſcopo ſecretò, dum nihil faciat malitiosè ex Hoſtienſi *in ſumma huius tit.* & conqueritur de Epiſcopis hoc conſeruantibus; quæ praxis

procedit

procedit in Clericis ſæcularibus; non ſic in irregularibus, vt adduxi.

31 Et à *num.22.& 23.* ex verſ. *peracto*, ponit pœnas ordinandorum, non præhabito prædicto examine, & poſt eum, & alios, quos ipſe refert, ponit pœnas & praxim, Ægidius Trullench. *de Sacram.lib.6.quæſt.vnica, dub.14. ſub n.12.* & ambo dicunt quod ſi ordinatus fuiſſet cognitus, & dignus, non peccaret, nec deponeretur, ſi abſque præcedenti dicto examine, & ſcrutinio, fuerit ordinatus, vt probat textus iuxta gloſſam *in cap. nullus diſt.24.*

32 Quod ſi Epiſcopus, vt ſolet, ante ordinationem prohiberet, ne quis non examinatus accedat ad ordinationem, nec approbatus ſub excommunicationis pœna: tunc ordinatus contra huiuſmodi prohibitionem, contraheret ſuſpenſionem, non niſi à Papa diſpenſandam; iuxta textum *in cap.1. & 3. de eo, qui furtiuè ordines ſuſcepit*, vt latè ibi dico, & monet Hoſtienſis hic *in fine*, vt Epiſcopi ab huiuſmodi excommunicationibus abſtineant, ne laqueos parent, ſed alias pœnas poſſint inhibendo comminari, de quo videbis Filliuc. *tom.1. tract.9. cap.5. quæſt.5.* tradit Barboſa idem, *dicto num.32.*
33 † vbi quid ſi poſtea Epiſcopus malè ordinatum abſoluat, & diſpenſet? & remittit reſolutionem ad Laurentium de Franch. *in controuerſ. inter Epiſcop. & regular.pag.84. in reſp.ad 29.* qui *in reſponſ. ad 28.* ait quod ſi Epiſcopus eo tempore, quo ordines confert his verbis vtatur: *Non intendimus ordinare non examinatos, & approbatos*: tunc qui ſe ingeſſit non ſit ordinatus, oporteatquè vt denuo ordinetur, dum prius illi ſit infuncta pœna; eo quod ſe ſic ingerendo ordinum ſuſceptioni ante approbationem deliquit valdè.
34 † Quod ſi Epiſcopus dicat, *Non intendo, vel nolo ordinare excommunicatos irregulares*, dicunt Card. Lugo *de Sacram.diſp.8.ſect.7.num.*119. Diana *p.5. tract.13. reſ.66.* id verum eſſe ſi aliquem talem eſſe intelligat, & cognoſcat; non verò ſi ignotus, vel occultus ſit, & ego ſic teneo: argumento textus *in cap. fin. de temporibus ordinan.* cum ibi iam
35 dictis. † Vnum tamen aduertit Præpoſitus, quod prædicta excommunicatio, qua ſolent Epiſcopi vti, comprehendit etiam extraneos, alias Epiſcopo non ſubiectos: ſic *in 3.p.D.Thoma quæſt.vnica de Sacram.Ordin.dub.17.n.171.* & pro hoc titulo, & textu hæc ſufficiant.

36 Et pro ampliatione aduertes quod ſolent DD. diſputare per textum noſtrum, cui incumbat onus probandi negatiuæ qualitatis naturalis, vel accidentalis, de quo Patianus *de probat. p.1. c.53. & 54.* Et applicabis quæ dixi *in c.11. & 12.* latiſſimè
37 *de probationibus, vbi de negat. prob.* † De pœna ſubmittentium ſe examini pro alio, dico infra, *ſub titulo de eo, qui ordines ſuſcipit furtiuè*, interim *in conſtit. Pontif. epitom.25.* & ex Paulo IV. *epitom.69.*

* * *

AD TITVLVM

DE ORDINATIS AB EPISCOPO, qui renunciauit Epiſcopatui.

NONNVLLA dixi de facultate Epiſcopi titularis tantum ſupra *ſub cap.11. de temporibus ordinationum*; nunc verò *ſub hoc titulo*, agitur, nùm Epiſcopus, qui renunciauit Epiſcopatui, vel loco tantùm, aut etiam Dignitati, poſſit alios ordinare; cumque hæc propoſitio apertè dignoſcatur *ex c.1. & 2.* ideo ibi dicta deſeruient pro Rubrica, & pro titulo. De effectibus renunciationis priuilegij, dixi latè *ſub cap.ſi diligenti, de foro comp.* & *in cap. antepenult. eodem.* Et de renunciatione Epiſcopatus ſupra *c.9. & 10. de renunciatione, &c.*

Ad Textum in Cap. I. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus, qui tantum loco renunciauit, poteſt rogatus ab alio ordinario ordines conferre:* & n.2.& 6.

2 *Epiſcopus renuncians adminiſtrationi, poteſt alienum ſubditum cum licentia proprij Epiſcopi ordinare.*

3 *Renunciatio Epiſcopatus in quo conſiſtat?*

4 *Renuncians Epiſcopatus, qualiter appelletur Epiſcopus.*

5 *Renuncians Epiſcopatui, poteſt authoritate Papæ redire ad eandem, vel aliam Eccleſiam per electionem, poſtulationem, aut collationem.*

7 *Renuncians Epiſcopus loco remanet ad inſtar Comitum, qui prouinciam adminiſtrarunt.*

8 *Epiſcopus renuncians loco, & Dignitati, nequit ordines conferre, etiam de licentia Epiſcopi proprij, nec ad eandem Eccleſiam redire, vel aliam habere,* n 9.

10 *Ordines recipiens ſcienter ab eo, qui renunciauit loco, & Dignitati, non habet executionem officij; & quis diſpenſet,* n.11. & 12.

13 *Subdiaconatus ordo, ſacer eſt.*

14 *Epiſcopus, qui renuncians loco, & Dignitati, nec ordines minores poteſt conferre, etſi aliquando, vt Abbas eos conferat. Quid in praxi,* n.15.& 16.

LIttera huius textus claudit, ac diſtinguit ſufficienter, quando poſſit Epiſcopus, qui renunciauit Epiſcopatui, ordines conferre; quando verò non, rationem dans. Igitur Doctores ex ea deducunt, quod ſi Epiſcopus loco renun- 1

ciauit, tantum poteſt rogatus ab alio ordinario
ordines conferre; quia; adhuc fungitur Dignitate
Epiſcopali.

2 Quare Abbas *in cap. ad ſupplicationem nu-
mero* 10. *ſupra de renunciat.* Flamin. *de reſignat.
lib.*1. *quaſt.*17. *numero* 15. Fuſcus *de viſitat.lib.*2.
*cap.*28. *num.*10. Barboſa *hic num.* 3. *&* 4. dicunt
quod Epiſcopus renuncians loco, id eſt admini-
ſtrationi poteſt alienum ſubditum cum licentia
proprij Epiſcopi ordinare; quia retinet Dignita-
3 tem, & ea, quæ ſunt ordinis Epiſcopalis. † Et
hæc renunciatio dicitur quoties renunciatur, cura
& adminiſtratio illius Eccleſiæ iuxta textum *in
dict.cap. ad ſupplicationem*, cum renuncians v.g.
ſolitariè vult viuere ſine magnis Epiſcopatus cu-
ris, vel ob ægritudines; vel quia vocatur ad præ-
ſidentiam, Alzedus *de præcellent.Epiſcopal. Dignit.
4 part.*2. *cap.*5. *num.*13. † Et ſic Barboſa *in paſto-
rali allegat.*113. *num.*1. ex textu noſtro, vbi om-
nes, ait, vt ſic Epiſcopatui renuncians poſſit
5 Epiſcopus appellari; quia retinet Dignitatem, †
imò addit quod authoritate Sedis Apoſtolicæ,
poſſit redire ad eandem Eccleſiam, vel aliam, ſiue
per viam electionis, ſiue poſtulationis, ſiue per
viam collationis, vt ait Flaminius *dicta quaſt.* 17.
num. 13.

6 Ob idque poſſit; ſicut antea, ordines mi-
nores, & maiores conferre ex noſtro textu,
rogatus tamen ab alio Epiſcopo, vt tenent Lan-
cellotus *in templo omn. Iudicum lib.*2.*cap.*5. *tit. de
potentia Epiſcopi in ſpiritual.num.*22. Alzed. ſupra
*dict.cap.*5.*num.*11.*&* 12. Venero *de examine Epiſ-
cop.lib.*1. *cap.*12.*num.*14. Raguc. *in lucerna Parochi
tit.de Sacram.Ordinis quaſt.*18. Videbis Dianam
7 *part.*5.*tract.*2. *reſ.* 2. † Vbi dicit ſic loco renun-
ciantem eſſe ad inſtar Comitū, qui ſemel prouin-
ciam adminiſtrarunt, qui tales manent, etiam ad-
miniſtratione ceſſante, *ex l. vnica* vbi Bart. *cod. de
Comitibus*, qui prouinciam regunt *lib.* 12. cum
qua concordat textus *in l. fin. cod. de decurion. l.
vnius §. ſeruus ff. de quaſtion. l. ſeruos §. non ſolùm
cod.eodem.*

8 Deducunt Doctores aliam concluſionem ex
verbis ibi, *In ſecundo verò caſu*, quod Epiſcopus
renuncians loco, & Dignitati non poteſt ordines
conferre, etiam ex licentia alicuius Epiſcopi. Sin
autem aliquem ordinet, dicit vt ſic ordinatus re-
cipiat characterem, ſed non habere executionem
ſacri ordinis ſic ſuſcepti: ita Fuſcus ſupra *dict.
cap.*27.*num.*10. Maiol. *de irregul. lib.*3. *cap.*6 *n.*8.
Flamin. *de reſignat.dict.quaſt.*17.*à num.* 19. Barbo-
9 ſa *hic num.*5. † Et addit idem *in paſtor. dicta alle-
gat.*113. *ſub num.* 1. quod nec poſſit ordines con-
ferre, etiam de licentia alicuius Epiſcopi, nec ad
eandem Eccleſiam redire, vel aliam habere: ita
cum prædictis probans, loci, & dignitatis renun-
ciationem fieri, quoties renuncians ex ipſa renun-
ciatione amittit Dignitatem, & denominationem
illius Dignitatis, eamque regulariter fieri ob cri-
men, vt probant Abbas *hic num.*8. Maiol. *dict. li-
bro* 3. *cap.*6. *num.*6. Alzedus *dict. cap.*5. *num.* 13.
Diana *p.*5.*tr.*2.*reſ.*7.

10 Et in verſ. *ſanè*, Pontifex in textu noſtro, qui vt
hic *n.*2. probat Barboſa, Franciſc. Piſa *en la deſ-
cripcion de la imperial ciudad de Toledo l.* 5. *c.*5.
in fine, fuit decretalis epiſtola ſcripta circa annos
1150. ab Alex. III. Ioanni Archiepiſcopo Toleta-
no, notat ergo quod ſuſcipiens ſcienter ſacros or-
dines ab eo, qui loco ſimul, & Dignitati renun-
ciauit, non habet executionem officij, & tunc à ſo-
lo Pontifice diſpenſatur. † Sed ſi non ſcienter id 11
fecerit diſcretum Pontificem diſpenſare, niſi craſ-
ſa, & ſupina fuerit ignorantia, docent Franciſcus
Leo *in theſauro fori Eccleſiaſt.p.*3.*c.*8.*n* 397. Mar-
cus Alter. *de cenſur.tom.*2.*diſp.*9.*c.*1.verſ. *dubitari*,
cum multis Barboſa *hic n. fin.* & *in paſtorali p.* 2.
alleg. 48. *num.* 1. Et hoc dictum ex verbis textus
noſtri vt diſcretus Pontifex diſpenſare queat cum
ordinario probabiliter ignorante ab Epiſcopo, qui
renunciauit loco, & Dignitati intelligi; id eſt Epiſ-
copus, vt probat idem Barboſa *dicta alleg.* 40. *n.*1.
latè agit Bonacina *de cenſuris extra Bul.diſp.*3. *q.*1.
*punct.*10. Filliocius *in q.mor.tr.*19.*n.*76. Mar. Alter.
*dicto c.*1. verſ. *ſecundo dubitari.* † Vbi aſſerit hunc 12
probabiliter ignorantem abdicationem abſque
culpa, contrahere ſuſpenſionem ab Epiſcopo diſ-
penſandam; quia non eſt priuatio vſus iam aliquã-
do habiti, ſed impedimentum, ne recipiatur, addens
etiam ideo neceſſariam fuiſſe diſpenſationem, quia
ordinator cum haberet executionem ſui officij
eam non poterat alteri conferre.

Vnde circa litteram huius textus, eſt aduerten- 13
dum in eo fieri mentionem minorum ordinum ſub
hac voce *vſque ad Subdiaconatum*; ideoque videri
ex vi illius dubium relinqui, an ſub hoc membro
Subdiaconus comprehendatur; ſed gloſſa, Panor-
mit. & alij, hic dicunt prædictam particulam *vſque*,
excluſiuè ſumendam eſſe; quia Subdiaconatus, vt
iam ſupra dixi *ſub Rub.& tit.de temporib.ordin.* eſt
ordo ſacer: verùm Suarez *de cenſ. diſp.*31. *ſect.*1.
bene ſcribens, videtur prædictam impugnare ra-
tionē *ſub n.*4. verſ. *ſed ratio.* † Nã licèt Epiſcopus, 14
vt Abbas poſſit interdum conferre hos ordines ex
priuilegio ſpeciali, & conceſſione Summi Pontifi-
cis; tamen ille, qui ſolam habet Dignitatem Epiſ-
copalem ex illius tantùm nomine, & titulo, poſſit
huiuſmodi ordines conferre; & ideò non poſſit
qui renunciauit Dignitati Epiſcopali ordines mi-
nores conferre; quia Dignitas Epiſcopalis vnica
eſt, & indiuiſibilis, & renunciatio, quæ de illa fit,
abſoluta eſt, & totalis. Ergo ex vi illius infert iam
non poſſe Epiſcopum operari; quia remoto
hoc titulo in eo non manet alius, vt poſſit tan-
quam non Epiſcopus ordines minores conferre.
Ergo.

Sed adhuc reſpondeo ſuſtineri diſpoſitionem 15
textus noſtri relinquendo Epiſcopo renuncianti, vt
poſſit minores ordines conferre; non verò maio-
res; quia Pontifex hic declarat, quomodo huiuſ-
modi renunciationem acceptet, & intelligat, di-
cens ſolum fieri, & acceptari, quoad illos actus
ita proprios Dignitatis Epiſcopalis vt per ſimpli-
cem Sacerdotem nullomodo exercere poſſit,
& videri Pontificem voluiſſe hic ſtatuere, vt Epiſ-
copi nunquam ita renuncient Epiſcopatui, quin
eis non liceant ea, quæ per inferiores Dignita-
tes, Abbates, vel ſimiles exerceri poſſint; quia
hoc videtur ſpectare ad decentiam ordinis Epiſ-
copalis, qui ſemper ineſt perſonæ, quantumvis
ipſa Dignitati renunciet: ſic idem Suarez expen-
dit, vbi ſupra exiſtimans tunc hoc ita verum eſ-
ſe ſtando in iure communi; & quia hæc pendent
à iure poſitiuo, qui ſubeſt Papæ. † Tamen ſi ex- 16
preſsè Epiſcopus renunciaret Dignitati, etiam
quoad actum conferendi minores ordines, &
Summus Pontifex concederet facultatem ad re-
nunciationem ita faciendam & eodem modo
illam acceptet: tunc reſoluit Suarez non licere
Epiſcopo

Epiſcopo illos ordines conferre; quia tunc ex ſpeciali modo, & conceſſione Pontificis non minus renunciatur Dignitas Epiſcopalis, quoad minores ordines: explicat textum noſtrum Felicianus de Vega *in cap.4. §.ſi vero,de iudiciis à n.33. & ante.*

QVÆSTIO I.

An Epiſcopus titularis poßit licitè ordines conferre? Et an quemadmodum ex textu noſtro requiritur, vt rogatus ſit Epiſcopus, qui renunciauit loco tantum ad hoc, vt poßit ordines conferre minores, & maiores; ſic etiam quando renunciauit Dignitati Epiſcopali, debeat eſſe rogatus, vt queat minores ordines conferre. Et an pæna textus noſtri ſit ſuſpenſionis cenſura, vel irregularitas. Et an dum excuſat ordinatum, ex ignorantia, ſit intelligendum de vincibili, aut inuincibili? Et an cum renunciat Epiſcopus, intelligatur in dubio renunciaſſe loco tantum, vel loco, & Dignitati ſimul?

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopi titulares ſunt qui ſolum habent Eccleſiarum titulum, & carent populo, & facultatibus. Et qui ſint,*n.2. *ſolentquè pro infirmis, & impeditis creari,* n.5.

3 *Papa poteſt conſtituere Epiſcopatus in prouinciis Infidelium.*

4 *Epiſcopi titulares taliter veri dicuntur, vt debeant ab omnibus Catholicis honorari; ſic vt contrarium aſſerere ſit hæreticum. Etſi vocentur portatiles, amobiles, commendatitij,* & n.6.

7 *Epiſcopi expulſi à ſedibus Epiſcopalibus retinent iuriſdictionem, poterunt ſubditos in aliena Diœceſi ordinare, licentia petita, etſi non obtenta; vocandique ſunt ad Concilium,* n.8.

9 *Epiſcopi titulares non poſſunt alios, ſine licentia proprij Epiſcopi ordinare,* & n.11. *Nec in loco nullius Diœceſis,*n.13.

10 *Epiſcopum non faciunt potentia diuitiarum, aut humilitas paupertatis.*

13 *Ordines conferendi facultas intelligitur in illis Epiſcopis, qui habent Diœceſim.*

14 *Epiſcopi, qui Diœceſim non habent, nequeunt conferre ordines, etiam prætextu familiaritatis, aut continua commenſalitatis.*

15 *Ordo ſuſceptus ab Epiſcopo, qui non habet Diœceſim, tenet; cum hoc pendeat à charactere.*

16 *Epiſcopus titularis ordinans ſine licentia proprij Epiſcopi, ſuſpenditur, & ordinatus punitur.*

17 *Titularis Epiſcopus quare minores ordines non præſtet, ſicut qui renunciauit Epiſcopatui confert, cum vterque æquiparetur; eo quod nullus queit promouere ſine expreſſa proprij Epiſcopi licentia.*

18 *Titulares Epiſcopi, ſicut ab infidelibus expulſi, quando queant proprios ordinare ſubditos,* & n.21.

19 *Titulares Epiſcopos creat Pontifex ad conuerſionem hæreticorum, & infidelium, & ad fidem Catholicam eis annunciandam, & ad alios effectus,* n.20.

22 *Titulares Epiſcopi non ſunt creandi, nec dandi ſuffraganei, niſi Eccleſiis Cardinalium, & illis, qui eos ſolent habere, & ad minus cum ſtipendio centum aureorum de Camera ſuper fructibus illius Eccleſiæ.*

23 *Titulares Epiſcopi quæ Pontificalia queant exercere.*

24 *Titularis Epiſcopus debet habere expenſas pro ordinandis alienis ſubditis, ſicut alius Epiſcopus, qui inuitatus accedit.*

25 *Epiſcopus renuncians Epiſcopatui, & rogatus ab alio, vt ordines conferat licentia fiet proprij Epiſcopi, etiam in ordinibus minoribus.*

26 *Epiſcopus renuncians Epiſcopatui quoad Dignitatem, cenſetur etiam quoad locum renunciaſſe.*

27 *Epiſcopus, qui renunciauit loco rogatus ab alio Epiſcopo, poteſt ordines conferre, ſicut ante.*

28 *Epiſcopus, qui renunciauit loco, & Dignitati, ſi ordinat, efficitur ſuſpenſus, non irregularis. Et quare,* n.31. *Et de vtriuſque differentia,* n.32.& 33.

29 *Suſpenſus pro eo tempore, quo ſuſpenſus eſt, officij executionem non habet.*

30 *Ordinatus ab Epiſcopo, qui renunciauit loco, & Dignitati, non eſt impeditus ab executione ordinum, quos habet, ſed tantum ab illo, vel illis, quos ſuſcepit.*

32 *Verba* executionem officij, *intelliguntur reſpectiua, ſeu iuxta ſubiectam materiam.*

33 *Irregularitas priuat executiones omnium ordinum ſimpliciter.*

34 *Suſpenſio, quæ eſt cenſura, tollitur abſolutione, ſed quæ eſt pœna, diſpenſatione, ſicut irregularitas.*

35 *Ignorantia probabilis excuſat à culpa in ſuſceptione ordinum, non craſſa,* & num. 36. *Et qualiter intelligatur,* num. 37. *Et de qua pœna textus noſter loquatur,* numero 45.

36 *Ignorantia omnis culpabilis, comprehenditur ſub ignorantia craſſa, & ſupina.*

38 *Suſpenſio quando propria, vel non dicatur, ex datione, vel ſuſpenſione ordinum,* numero 39.

40 *Epiſcopus ſicut eget charactere, vt imprimat characterem, ſic etiam debet illum habere habilem, vt imprimat characterem alteri. Et qualiter* n.42. & 43.

41 *Epiſcopus exiſtimatus talis, ſi reuera characterem non habet, nec illum alteri imprimet.*

44 *Diſpenſatio cum ordinato ignoranter, qua de cauſa fiat?*

46 Cap. penultimo, de clerico excommunic. miniſt.

47 *Exercitium Officij Eccleſiaſtici ſine culpa queit impediri.*

48 *Epiſcopus renuncians Epiſcopatui , in dubio tantum cenſetur , vt renunciet loco , non Dignitati : quare,n.49.*

50 *Epiſcopus , qui ob ignorantiam renunciauit loco , & Dignitati , ſi poſtea litteris dedit operam , poterit iterum eligi , & poſtulari.*

1 AD primam difficultatis partem, vt reſpon-
deam , præmitto dicendum quod titulares
Epiſcopi dicuntur qui ſolum titulum Eccleſiarum
habent , populo tamen carent , & populo Chri-
ſtiano, atque etiam facultatibus,qui nulla tenentes
dicuntur ſecundùm Iacobat. *de Concil. lib.1. pag.*
70.& 84. Mandoſios *11.regula 26. Cancellariæ de*
beneficiis vacantibus per promotionem quæſt.4.n.5.
2 † quales ſunt illi , qui aſſumuntur ad titulum Ec-
cleſiarum, & Prouinciarum , quæ à Sarracenis,vel
aliis infidelibus occupantur , de quibus agit tex-
tus , & ibi Doctores *in Clementina plerìſque , de*
elect. commemorans incommoda , quæ proue-
3 niunt ex prouiſionibus iſtorum. † Et quod Papa
poſſit conſtituere Epiſcopatus in prouinciis , &
terris infidelium per doctrinam Angeli *in l. id*
*quod ff.de leg.1.*latè reſoluunt Alphonſus Aluarez
Guerrero *in ſpeculo Iuris Pontificij cap.31. a pa-*
gina 77. Valenzuela *conſ.26. num.32. tom.1.* cum
multis Barboſa *p.1.tit.3.cap.2. num.47.* idem *dict.*
4 *p.tit.1. cap.6. à num.15.* † vbi ex pluribus probat
hos propriè dici Epiſcopos ; ſic vt tales debeant
ab omnibus Catholicis honorari , in tantum , vt
contrarium cum pertinacia aſſerere , ſit hæreti-
cum , vt aduertit Paulus Griſaldus *in deciſion.fidei*
Catholicæ, verb. *Epiſcopus, num.10.* & melius eo-
rum neceſſitatem contra noſtræ tempeſtatis hære-
ticos : explicat Petrus Bollus *in œconomia Cano-*
5 *nica,claſſe 3. cap.2.§.4.* † qui frequentius dantur à
Romano Pontifice , velut Coadiutores Epiſcopis
infirmis, ſenibus, aut alia ſimili ratione impeditis,
vt deducitur ex textu *in cap. paſtoralis,cap.petiſti,*
cap.non autem 7.quæſt.1.& cap.ex parte de Clerico
ægrotante , & de fine inſtituendi Epiſcopos hos in
Eccleſia , ſcripſit Barboſa *ſub num. 16.* ſupra,
quem omnino leges *in dict. p.1. paſtor. tit.3. c.2.*
6 *num. 47.* † Quare etſi hos Epiſcopos ſine cauſa
liberè eſſe in Eccleſia , dixerit Cano. *de locis*
Theologicis lib.5.cap.2.pag.293. illoſque aliquibus
minus honorificis nominibus ſoleant alij afficere,
tum aliquando dicantur portatiles , ſeu com-
mendatitij , vt refert Quintanadueñas *in cap. de*
*multa de præb.num.50.*nonnunquam etiam appel-
lentur ambulatorij , portatiui , & mobiles , vt re-
fert Petrus Gregor.*Syntagm.Iuris lib.15.cap.12. de*
Epiſcopis num. 44. nec defuerint qui aſſererent il-
los propriè non eſſe Epiſcopos , ſed abuſiuè , vt
conſtat ex adductis à Mandoſio *ſupra* , Gomez
in regula de annali poſſeſſore quæſt.47. tamen vt ait
idem Quintanadueñas , verè Epiſcopi ſunt , &
vt tales ſunt honorandi ab omnibus Catholicis.
Aliquid dico *ſub q.11. dict. c.11.de temporib.ordin.*
verſ. *Epiſcopus titularis.*

7 Deinde aduerto eſſe nonnullam differentiam
inter iſtos titulares, ſeu renunciantes Epiſcopatui,
& inter iſtos , qui vi , aut metu infidelium ſunt
expulſi à propriis Sedibus Epiſcopalibus , quia
iſti iuriſdictionem retinent, cum ſubditos adhuc
habeant,iuxta *clem.1. de foro comp.* in quos etiam
extra propriam Diœceſim poſſunt iuriſdictionem
exercere , petita à proprio Ordinario licentia, etſi
non obtenta , vt notant Iacobat. *de concil. lib.1.*
p.70. † vbi reſoluit quæſtionem contra *can.ſupra,* 8
Bañez *2.2.quæſt.1.art.10.not.2.* & alios vocandos
eſſe ad concilium , cum iſti adhuc retineant ordi-
nem , & iuriſdictionem. De quo Barboſa *dict.*
part.1.tit.1. cap.6. ſub num.20. & *in allegatione 93.*
num.1. cæteros autem titulares differre , ac renun-
ciantes, docet idem Barboſa *dicta part.1.ſub n. 18.*
vbi eos aſſimilat iuxta dictum ſupra de renun-
ciante Epiſcopo,Dignitati, & loco.

Ad primam difficultatis partem iam reſpondeo 9
dicendum iſtos Epiſcopos titulares , non poſſe
alios ſine licentia proprij Epiſcopi ordinare;quia,
etſi vt probat Barboſa *dict.part.1. cap.6. tit.1. ſub*
num.18. non debeant prædicti Epiſcopi titulares
fraudari , debito Epiſcopali ; cum ſit indignum
quod accidens pecuniæ , magis , quàm ſubſtantia
ordinis Epiſcopalis habeatur : argum. *cap. acceſſo-*
rium de reg. iuris , ſiquidem , † vt ait D. Hieron. 10
relatus *in cap. legimus in Iſaia* ; verſ. *vbicumque,*
ſcribens ad Euagrium Epiſcopum , potentiam di-
uitiarum , aut paupertatis humilitatem , non fa-
cere Epiſcopum ſublimiorem, vel inferiorem ; &
ita ſentit gloſſa ibi , in verbo *eiuſdem meriti* , te-
nere, & ſentire viros ſapientes , peritos , ac diſcre-
tos ; etſi Idiotæ homines , ac vulgares ſoleant
contemnere Epiſcopos abſque magnis redditi-
bus.

Verùm quia iſti propriam ſedem non habeant, 11
non poterunt ordines conferre abſque licentia ſui
proprij Epiſcopi. † Nec in loco nullius Diœce- 12
ſis , vt de Epiſcopis Epiſcopatui renunciantibus,
iam ſupra dictum eſt ; & tradit ex Trid. *ſeſſ.14.de*
*reform.*Barboſa *ibi cap.2.* idem *dicta part.1. tit.1.*
cap.6.num.18.in fine, & alleg.6.part.2. vide ſupra
cap.11. de temp. ordin. quæſt. 5. verſ. *ad ſextam.* † 13
Diana *p.5. tract.2. reſ.5.* vbi *ex dicto cap.2. Trid.*
dicit facultatem conferendi tonſuram , vel alios
ordines datam Epiſcopis , procedere in illis Epiſ-
copis , qui habent Diœceſim , † non in aliis eam 14
non habentibus; quia iſti ordines miniſtrare ne-
queunt , nec prætextu familiaritatis , aut conti-
nuæ commenſalitatis ſuæ, abſque proprij Epiſ-
copi licentia expreſſa,aut litteris dimiſſoriis ad ali-
quos Sacros ordines, aut minores , vel ad primam
Tonſuram : idem probat Trid. *ſeſſ.6. cap.5.* Gu-
tierrez *can. lib.1. cap.26.* Flamin. *de reſignat. lib.1.*
quæſt.17.num.17. Vgolin.*de poteſt. Epiſcopi cap 4.*
§.14.† Tamen ſi ordinent , ordo tenet , cum pen- 15
deat à charactere, quem habet titularis , ſicut alius
quilibet Epiſcopus. † Tamen arbitrio proprij 16
Epiſcopi , ſic ordinatus punitur , & Epiſcopus ti-
tularis , qui cum ordinauit ſine commendatitiis
ſui proprij Epiſcopi , ſuſpenditur per annum , vt
docent Azor.*part.2.lib.3.cap.48.quæſt.9.mor.* Vaſ-
quez *in 3.p.tom 3. diſp.242. ex num.5.* Diana *dicto*
reſ.5. in fine, & omnes per Trid.*dict. cap. 2. ſeſſio-*
ne 14.

Poſſes nunc dubitare quare titularis Epiſco- 17
pus primam Tonſuram , & minores ordines non
præſtet , quemadmodum videmus poſſe conferre
ex noſtro textu Epiſcopum,qui renunciauit Epiſ-
copatui,iuxta caſus ſuos,& relatos ſupra *in princ.*
cum Barboſa *in dict.p 1.tit.1.cap.6.ſub num.18. in*
fine , eos æquiparet duos dicit titulares , & re-
nunciantes conuenire ; quia nullus poteſt alienos
ſubditos ſine expreſſa proprij Epiſcopi licen-
tia promouere , etiam ſi in loco nullius Diœ-
ceſis locum ſibi eligant , vt obuietur fraudibus,
præcipuè

præcipuè ſi conſideres Abbates, vt infra dico eos
minores ordines poſſe conferre. Tamen tu reſol-
ues dando rationem differentiæ propter expreſſam
deciſionem Pontificis in textu noſtro: de eius ra-
tione iam *ſub principio* adduxi.

18 Deinde poſſes ſecundò dubitare quare ſic ab-
ſolutè negetur Epiſcopis titularibus ordines con-
ferre; cum id permittatur, vt iam dixi *in verſ. dein-
de aduerto*, Epiſcopis ab Infidelibus expulſis circa
ſuos ſubditos in Diœceſi aliena, petita licentia,
etſi non obtenta. Verùm ego idem reſpondeo di-
cendum in titularibus; ſi fortè ad ſe venirent or-
dinandi aliqui ſui ſubditi; quia reuera iſti crean-
tur Epiſcopi ſub aliquo titulo Epiſcopatus exi-
19 ſtentis apud Infideles, † quia cum eos creet Pon-
tifex ad finem ſupernaturalem aſſequendum, ad
conuerſionem ſcilicet hæreticorum, & Infidelium,
& ad fidẽ Catholicam eis annunciandam, vt rectè
conſiderat Barboſa *dict.p.1.tit.3. cap.2. à num.47.*
legendus ex loco D.Marci 16.ibi, *Euntes in mun-
dum vniuerſum prædicate Euangelium omni crea-
turæ; qui crediderit, & baptiZatus fuerit ſaluus
erit, qui verò non crediderit condemnabitur.* Et
ex illo Math. vltimo, ibi: *Docete omnes gentes ba-
ptiZantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus
Sancti, docentes eos ſeruare omnia, quæcumque man-
daui vobis*, adiiciens illa verba; *Ecce ego vobiſcum
ſum vſque ad conſummationem ſæculi*, & adducit
Barboſa bene loquentem, Gerſon *de poteſtate Præ-
lati, conſid.8.* in illis verbis: *Status Epiſcopalis;
licèt poſſit in aliquo eſſe ſine plebe, & ſine vſu, vel
exercitio; hoc tamen fieri non conuenit; quia ina-
ne, & monſtruoſum hoc in Eccleſia videretur.* † Ob
20 idque ait idem Barboſa non eſſe hos Epiſcopatus
impartiendos omnibus citra delectum; quia etſi
nihil Chriſtiano ſit optabilius, & pulchrius Pa-
ſtori, quàm pro grege ſibi credito mortem appe-
tere: tamen ſunt multi, qui hoc verbum capere
non poſſunt: & ſic bene dicit Petrus Gregor. *Syn-
tagm.iuris lib.15.cap.12.de Epiſcopis num.45.* quod
finis principalis, quo huiuſmodi titulares Epiſ-
copatus conferri, & acceptari debent, oportet vt
ſit ille, nempe quod cum proficiſcantur prouiſi,
& experiantur ſe ex grege Dominico oues aliquas,
vel vnam priſtinæ ſaluti reſtituant exemplo boni
Paſtoris, vel qui ibi ſunt fideles in fide ſolicitè
conſeruent, aut nutriant: ſic Barboſa vbi ſupra
21 *dict.p.1.tit.1.c.6.ſub num.16.* † ſequitur ergo quod
etſi tales Epiſcopi non vadant ad illas terras Infi-
delium: tamen aliqui eorum ſubditi Chriſtiani ve-
niant, vt poſſint extra Diœceſim illos ordinare, pe-
tita licentia; etſi non obtenta, quemadmodum di-
ctum eſt de Epiſcopis expulſis à ſuis Epiſcopati-
bus; quod autem iam eſt dictum de titularibus, &
renunciantibus procedit, quando volunt ſubditos
alienos ordinare.

22 Pius verò V. quem refert Barboſa *dicta p.2.
alleg.6.num.2.* ſanciuit decreto ſuo conſiſtoriali hu-
iuſmodi Epiſcopos titulares non eſſe creandos, nec
ſuffraganeos dandos, niſi Eccleſiis Cardinalium,
& illis, quæ eos ſolent habere, & cum certo ſtipen-
dio perpetuo, ad minus ducentorum aureorum de
Camera ſuper fructibus illius Eccleſiæ, qui pro-
23 pria authoritate ab ipſo percipi poſſint: & idem
Barboſa ibi: *à num.3.* tradit quæ Pontificalia poſ-
ſint illi Epiſcopi exercere, vel non; vbi videbis, &
applicabis quæ dixi ſupra *de authoritate, & vſu
Pallij, & in dicto cap.11.de temporib. ordin. q.10.*
verſ. *ad ſecundam*, vbi plura de Pontificalibus, &
ſub q.11. in verſ. *item ſi Epiſcopus.*

Et ſic notandum eſt, vt quemadmodum Epiſ- 24
copus, qui inuitatus accedit pro ordinandis Cleri-
cis ad aliam Diœceſim, debet habere expenſas, vt
docent Archidiaconus *num.2.* Turrecrem. *num.fin.*
& Bellamera. *in cap.nullus primas 9.q.2.* Iacobus
de Graff. *in aureis deciſ.p.2.lib.1. cap.10. num.3.*
Thom. Valaſc. *tom.1.alleg.5.n.55.* ſic etiã Epiſco-
pus titularis miniſtrans ordines in aliena Diœceſi
de conſenſu proprij Epiſcopi, & eius ſubditis, de-
beat obtinere expenſas, vt eodem Valaſco *n. 56.*
ſequitur Barboſa *dict.alleg.6.num.20.*

Ad ſecundam quæſtionis partem videtur du- 25
bium oriri; eo quod Pontifex in prima textus no-
ſtri parte loquens de Epiſcopo, qui tantum re-
nunciauit loco, vt rogatus ab alio ordines mino-
res conferat; & nihil in ſecunda parte de tali ro-
gato Epiſcopo addidit: & difficultatem adducens
Suarez *de cenſur.diſp.31.ſect.1.num.5.* explicat di-
cendo æquè neceſſarium etiam fuiſſe in ſecundo
caſu, ſicut in primo membro, vt talis ordinatio
licitè fiat, quandoquidem licentia proprij Epiſco-
pi neceſſaria eſt ad quoſlibet ordines minores,
etiam conferendos, vel recipiendos.

Cum conſtet renunciantem Epiſcopatum 26
quoad Dignitatem, à fortiori renunciaſſe quoad
locum; & ſic iuriſdictionem non retinere, & ob
id indigere facultate proprij Epiſcopi, vt ordina-
tio licitè fiat; ſed ait Suarez Pontificem omiſiſſe
illam declarationem, quia ad noſtrum titulum non
ſpectabat; quia ſi ex vllo alio capite ordinario pec-
caminosè fiat, & inde contrahatur aliqua cenſura
illam non prouenire ex eo quod ordinans renun-
ciauerat Epiſcopatui, etiam quoad Dignitatem,
de qua te agebatur hic; ſed quia ſine debita ſo-
lemnitate, & iuriſdictione actum Pontificalem
exercuit. Ita ille. † Et exiſtimo in hunc ſanè mo- 27
dum expendenda ſupra *in princ.* adducta, quibus
addo quæ tradit Diana *dict.p.5.tr.2 reſ.6.& 7.* vbi
ex noſtro textu cum Butrio, & Abbate, & cum
Magiſtro Candido *tom.4. diſquiſit.4.art.3.dub. 5.*
dicit quod Epiſcopus, qui renunciauit loco roga-
tus ab aliquo Epiſcopo, poſſit omnes ordines con-
ferre, ſicut ante, cum propriè maneat Epiſcopus:
& tu inquam dictum Suarez explanabis in ſecun-
do membro, reſpectu ordinum minorum, iuxta
dicta ſupra *in princ.* in verſ. *deducunt.*

Ad tertiam quæſtionis partem præmittes dicen- 28
dum ex textu noſtro renunciantem Epiſcopum
loco, & Dignitati, non habere executionem ſui
officij, vt dixi *in princ.* & in verſ. *ſanè*. Dubitant
verò Doctores, an illa ſit ſuſpenſio, an verò irre-
gularitas? ſed quia vberius expones ex modo, quo
declaraui has pœnas ſupra *in cap.11. de temporib.
ordin. quæſt.11.* ideò breuiter reſpondebis textus
noſtri pœnam, potius eſſe ſuſpenſionem, quam
irregularitatem, vt ſuadetur ex verbis textus noſtri
ibi: *Executionem officij non habebit*: quæ propriiſ-
ſimè conueniunt ſuſpenſioni. † Cum reuera ſuſ- 29
penſus pro eo tempore, quo ſuſpenſus eſt, non
habeat officij executionem, quod nihil aliud eſt,
quàm eſſe prohibitum ſe impeditum à tali execu-
tione: bene, & optimè probat Suarez, videndus
ſupra *de cenſur.diſp.31.ſect.1.num.7.* applicans de-
ciſionem textus *in cap. inquiſitionis de accuſa-
tion.*

Et quia ſic ordinatus non manet impeditus ab 30
executione omnium ordinum quos habet, vel ab
illo, vel illis quos à tali Epiſcopo ſuſcepit, deinde
probat, † quia etſi ſub eadem voce includatur ir- 31
regularitas, cùm tamen ſuſpenſio ſit pœna mitior

Digitized by Google

tanquam lex pœnalis textus noſter ſit mitiori mo-
do interpretandus ; eo quod aliud hic non cogit,
maximè quia irregularitas videtur eſſe pœna im-
proportionata valde propter factum, quod non
31 videtur eſſe adeo graue. † Deinde quia verba illa
executionē officij, omnes intelligunt reſpectiuè, ſeu
iuxta ſubiectam materiam, ſcilicet ab officio ſuſ-
cepto per ordinationem à tali Epiſcopo ; quia in
eo punitur, in quo deliquit, & ſolum cenſetur eam
executionem non habere, quam alius dare non po-
33 tuit, † & irregularitas priuet executione omnium
ordinum ſimpliciter.

34 Nec obſtat dicere textum vti diſpenſationis
verbo, quæ propriè cadit in irregularitatem ; non
ſic in ſuſpenſionem : verùm ipſe Suarez ex Trid.
cap. 6. ſeſſ. 24. de reform. & cap. 2. hoc tit. probat vi-
dendus *num. 8. & num. 6.* quod licèt cenſura, quæ
eſt ſuſpenſio, quæ eſt pœna, vt in textu noſtro
tollitur per diſpenſationem, & in hoc habere
communionem cum irregularitate : latè & bene
expendit diſtinguendo ipſe Suarez *dicto num. 8. in
fine.*

35 Ad quartam quæſtionis partem, vt reſpondeam,
præmitto quæ adduxi etiam *ſub dicto cap. 11. de
temporib. ordin. queſt.* 11. à *verſ. ſed hæc omnia*, vbi
de excuſatis à pœna ſuſpenſionis ex bona fide,
aut propter ignorantiam: quare cum textus noſter
hic in finalibus verbis non ſuſpendat ab executio-
ne ſcientem, *niſi quando adſit craſſa, & ſupina
ignorantia*; & licèt quidam dixerint intelligendum
eſſe de ignorantia culpabili, vt docet hic Innocen-
tius, & addit Suarez, *dicta diſp. 31. ſect. 1. ſub n.* 10.
vt poſſet explicari iuxta ſenſum eorum, qui dicunt
dari ignorantiam culpabilem ſufficientem ad pec-
catum mortale, quæ minor eſt, quàm craſſa, &
de tali ibi eſſe ſermonem, vel de ignorantia ve-
nialiter tantum culpabili, ſecundùm opinionem
Caietani aſſerentis ad ſuſpenſionem ſufficere pec-
catum veniale.

36 Et quia iuxta vſum Pontificij iuris conſtat ſub
ignorantia craſſa, & ſupina omnem ignorantiam
ſimpliciter culpabilem comprehendi, & ignoran-
tiā, quæ ab his diſtinguitur eſſe inculpabilem, iux-
ta textum *in cap. vt animarum de conſtit. lib. 6. &
ex cap. penult. de Clerico excommunic.* & aliis ; ideo
communis interpretatio gloſſæ, Abbatis, & alio-
rum, eſt, textum noſtrum intelligendum eſſe de
37 ignorantia probabili. † Et ſic Suarez *num.* 12. ſu-
pra cum eadem gloſſa, ait loqui de ignorantia in-
culpabili, & propria diſpenſatione ; quia illa ſuſ-
penſio ſine culpa contrahitur ; quia non eſt priua-
tio vſus iam aliquando habiti, ſed impedimentum
38 ne recipiatur, † addens quod priori modo nemo
ſuſpenditur propriè, niſi ob culpam propriam, ſi
ſuſpenſio habet rationem pœnæ, vel ob cauſam
etiam propriam, & in ipſomet inuentam, ſi ſuſ-
penſio ſolum ſit per modum cuiuſdam inhabili-
tatis, ſeu irregularitatis ob aliquem defectum. †
39 Poſteriori autem modo dici poſſe quem manere
ſuſpenſum, ſolum propter defectum dantis ; quia
ſcilicet non habuit poteſtatem dandi talem vſum,
ſeu executionem ordinis : nam tunc illa ſuſpenſio
non eſt pœna, nec priuatio ſuperueniens, ſed quaſi
defectus quidam ipſi generationi coniunctus, qui
ſæpè prouenit ex ſolo defectu virtutis in cauſa
efficienti.

40 Vnde exiſtimat ita eſſe iuſta prædictum poſte-
riorem modum in caſu textus noſtri ; quia Epiſ-
copus ſicut indiget charactere, vt characterem
imprimat, ita requirit : quod habeat illum chara-
cterem habilem (vt ſic dicat) ad operandum, vt
conferat alteri characterem ſimiliter habilem, &
expeditum ad ſuam operationem. † Cum ſicut 41
exiſtimatus Epiſcopus ſi re ipſa non haberet cha-
racterem Epiſcopalem, non cōferret ordinato cha-
racterem ex Diuina inſtitutione, vt ſupra dixi *de
temporibus ordin.* † ita ex Eccleſiaſtica inſtitutione 42
ſi Epiſcopus habeat characterem abſque habitu,
ſeu habilitate ad ſuum miniſterium conferat qui-
dem characterem ; quia Eccleſia hanc impreſſio-
nem impedire nequit, vt iam dixi *ſub hoc textu*,
& patet ex adductis *ſub dicto tit. de temporibus or-
din.* præcipuè *ſub dicto cap.* 11. ſed non conferet
characterem habitualem ad operandum.

Ideoque ait eum, qui illum recipit manere ſuſ- 43
penſum ab executione etiamſi culpa caruerit, ad-
dens hanc ſuſpenſionem eſſe ſimillimam irregu-
laritate ; ob id mirum non eſſe, ſi interdum con-
trahatur abſque culpa.

Prædicta interpretatio mihi non parum arridet; 44
etſi aliqui etiam dixerint ex gloſſæ prima reſpon-
ſione, hic excuſationem ignorantiæ non admitti
ad impediendam ſuſpenſionem ; quia ſupponitur
alia culpa recipiendi ordines ab Epiſcopo non ſuo:
nam cum textus noſter indiſtinctè loquatur de
eo, qui bona fide à tali Epiſcopo ordinem ſacrum
ſuſcipit, ſiue alias peccet, ſiue non; hoc modo, &
alio improbans idem Suarez; ideo præfatam ſuam
ſententiam, tanquam communiorem, ſecurio-
rem, & magis conſentaneam proprietati verborum
huius textus amplectitur, cum fatendum ſit ſic or-
dinatum non poſſe exercere ordines ſine Epiſcopi
diſpenſatione qualiſcumque illa ſit, & Epiſcopum
teneri ad diſpenſandum, ſi ſatis ei de ignorantia
conſtet, vt probari videtur, *ex verſ. ſanè*, textus
noſtri vſque ad finem.

Et licèt poſſet dubitari de qua ignorantia, an 45
vincibili, vel inuincibili, culpabili, vel inculpabili,
& de inuincibili alij ſenſerint, quod vt non im-
probabile benè tradit expendens omnino idem
Suarez *dict. diſp. 31. ſect. 1. ſub num.* 11. cuius modus
dicendi in ſubſtantia procedit, ſicut ipſe reſoluit
ſuam ſententiam explanando ; item ſi de vincibili
intelligatur textus noſter, tunc obſtent verba hic:
niſi craſſa, & ſupina fuerit ignorantia. Sin autem de
inuincibili, & inculpabili, tunc obſtent iura in *dict.
cap. penult. de cleric. excomm. miniſt.* à paritate ra-
tionis, & textus *in dict. cap. vt animarum*, vbi di-
citur ignorantes non ligari, niſi eorum ignorantia
craſſa fuerit, vel ſupina. Tamen tu expendes mo-
do iam dicto, cum verba textus noſtri ſint plenè
intellecta, † & textus *in dict. cap. penult.* loquatur 46
de irregularitate ſolum ob culpam impoſita &
textum *in d. cap. vt animarum*, de vinculo, quoad
pœnam præter quam quod ibi, non de Pontificiis
legibus, ſed de ſtatutis ordinariorum ſermo ſit. † 47
Nec obſtabis dicendo ſuſpenſionem non incurri,
niſi propter culpam, ſed ignorantia inuincibilis
excuſat à culpa ; ergo. Quia reſpondetur ex fun-
damento relatæ ſententiæ, cum iam ibi dixerimus
ſine culpa impediri exercitium officij : & ſupra *à
num.* 36.

Ad quintam quæſtionis partem, an cum renun- 48
ciauit Epiſcopus, intelligatur in dubio renunciaſſe
loco tantùm, vel loco, & Dignitati ſimul ? Et in
hoc dubio breuiter dico tenendum eſſe, vt renun-
ciauerit loco tantùm, non Dignitati ; quia qui re-
nunciauit, loco, & dignitati ideò renunciat, † 49
quia aut criminoſus, aut inſufficiens totaliter eſt,
ſed inſufficiens, & criminoſus nemo præſumitur,
niſi

niſi probetur *ex cap. cum in iuuentute, cap. dudum
fin.* vbi latè dixi *de præſumpt.* & ex adductis *ſupr.
in cap. vnico de ſcrut. in ordine faciendo.* Ergo non
eſt dicendum, vt qui renunciauit, Epiſcopus in-
telligatur renunciaſſe etiam Dignitati, ſed tan-
tùm loco: ſic tenent Gratian. *diſcept. forenſ.
cap. 191. num. 51.* Barboſa *in paſtorali allegat. 93.
num. 1. verſ. & quando,* Alzedus *de præcellent. Epiſ-*
50 *copal. dignit. p. 2. cap. 5. numero 14.* vbi etiam cum
Vincent. de Anna *conſ. ſeu alleg. 13;. num. 1.* tenet
Epiſcopum, qui ob ignorantiam renunciauit lo-
co, & Dignitati, & poſtea operam litteris dedit;
poſſe iterum eligi, & poſtulari, nec ideo repelli;
quia fuit inſufficiens, cum ſtudio, & diligentia;
illud amouit impedimentum.

Ad Textum in Cap. II. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus poteſt diſpenſare cum ſuis clericis, qui ignoranter ordines receperunt ab Epiſcopo excommunicato.*

2 *Ordines recipiens ignorans probabiliter Epiſcopum eſſe excommunicatum, aut ſuſpenſum, non eſt reus culpæ, nec incurrit irregularitatem; debet tamen poſt notitiam abſtinere ab vſu ordinum, vſque diſpenſationem obtineat,* n. 3.

4 *Ordinatus cum ignorantia craſſa ab Epiſcopo excommunicato, non miniſtrabit ſine Papa diſpenſatione, & punitur vt ipſe ordinans,* num. 6.

5 *Sciens, & ſcire debens æquiparantur.*

7 *Ordinatus ſcienter, aut ignorantia probabili ab Epiſcopo excommunicato ſuſpenſo, vel interdicto, aut alia cenſura innodato, non recipit ordinis executionem, & eget diſpenſatione.*

8 *Suſpenſus, vel excommunicatus, non habet ordinum vſum; & ſic nequit alteri eos conferre.*

9 *Excommunicatus nequit alios excommunicare; ſed ſi ſit minori excommunicatione, poterit alios abſoluere,* n. 10.

1 TExtus iſte quoad diſpenſationem Epiſcopi
propter ignorantiam terminatur ex dictis ſu-
pra *in cap. 1. verſ. ad quartam quæſt. 1.* Eſt enim
eius deciſio, vt Epiſcopus poſſit diſpenſare cum
ſuis clericis, qui igooranter ordines receperunt
2 ab Epiſcopo excommunicato, † quia vt probat
abundè Barboſa hic *num. 1. & 2.* cum multis ab eo
relatis qui ſic recipiens probabiliter ignorauit
Epiſcopum eſſe excommunicatum, aut ſuſpen-
ſum, & ordines recipiat, illos exequendo, non
ſit reus alicuius culpæ, ſuppoſita hac probabili
ignorantia, nec incurrere ait adminiſtrando, irre-
gularitatem.

3 Sed poſtquam ſufficientem habuerit notitiam,
quod Epiſcopus, à quo fuit ordioatus, erat
excommunicatus, aut ſuſpenſus, abſtinere de-
beat ab vſu ordinum, quovſquè diſpenſationem
obtineat, quam poſt dignam pœnitentiam ab
Epiſcopo præuia cauſæ cognitione impetrare po-
terit: & probat idem Barboſa *de officio Epiſcopi
p. 2. allegat. 48. n. 10. prope finem.*

Verùm ſi ordinetur ſcienter, ſiue ex ignoran- 4
tia craſſa, vel probabili ab Epiſcopo excommuni-
cato, ſolus Pontifex diſpenſabit, vt in ſimili
patet ex textu, *in dicto cap. 1. hoc tit.* ſicut &
ipſe excommunicatus miniſtrans, eſt à ſolo Papa
diſpenſandus ex gloſſa, *verb. Per ès ipſos in cap.
Præsbyteros 50. diſtinctione,* † ita qui ſciens, vel 5
ſcire debens (quod par eſt *l. quod te in fine,* vbi
gloſſa *ff. ſi certum petatur, l. qui fundum §. ſeruus
ij. pro emptore,* cum citatis à Stephano Gratiano
diſcept. forenſ. cap. 194. numero 1. & *in libello de
principiis vtriuſque iuris littera ſ. numer....* † ab 6
eo ordinatur, fit particeps eiuſdem delicti, &
conſequenter eiuſdem ſuſpenſionis, vel irregula-
ritatis, provt notatur, *in cap. vltim. de apoſt.* do-
cent Couarruu. *in cap. Alma mater, part. 1. §. 6.
numero 6.* Suarez *de cenſ. diſputatione 31. ſectio 1.
numero 61.* Bernard. Diaz *in praxi cap 28. nume-
ro 1.* Syluester *verbo irregularitas §. 9. verſ. ſepti-
mo quæritur* Maiol. *de irregul. c. 25. n. 1.*

Ex his fit iuxta textum noſtrum, quod ordi- 7
natus, ſiue ſcienter, ſiue ignorantia probabili
ab Epiſcopo excommunicato, ſuſpenſo, interdi-
cto, aut quauis alia cenſura innodato, non re-
cipiat ordinis executionem, ſed indigeat diſpen-
ſatione, † ea ratione; quia cum ſuſpenſus, vel 8
excommunicatus non habeat vſum ordinum;
ideo illum alteri conferre non poſſit: argum. tex-
tus, *in cap. Daibertus 1. quæſtione 7.* & *in cap. qui
perfectionem 1. quæſtione 1.* & argum. eorum, quæ
dixi ſupra *cap. 1. quæſtione 1.* ſub verſ. *ad quar-
tam.* Secundo quia cum hæc ſuſpenſio, non ſit
pœna, vt ibi dixi, ad eam incurrendam, non re-
quiritur culpa: & ita hanc ſententiam contra Tur-
rianum, *de cenſuris lib 5. diſp. 46. dubio 2.* & Dia-
nam, *part. 5. tract. 10. reſolut. 39.* tenent Suarez;
de cenſ. dict. diſp. 31 ſect. 2. num. 62. & ibi: *num. 61.
ſect. 1.* Filluclus *tract 17. num. 80. & tract. 20. cap. 7.
quæſt. 6. num. 199* Bonacina *de cenſ. extra Bullam
diſp. 3. quæſt. 1. puncto 10. num. 1.* Couarruu. *in dicto
cap. Alma dict. §. 6. num. 6. verſ. nihilominus,* cum
aliis multis Barboſa *dict. allegat. 48. num. 9.* & pro-
bant gloſſæ *in cap. ab excommunicato 9. quæſt. 1.*
verbo *quondam,* & *in cap. ſi qui à ſimoniacis 1. q. 1.*
gloſſa *verbo ignorantia, in dict. cap. 1. hoc tit.* & *in
cap. cum illarum,* verbo *diſpenſare de ſent. excomm.*
Barboſa hic *num. 2.* ex gloſſa verſ. *excommunicato,* 9
ibi: *ſed nunquid poſſit alios excommunicare,* docet
quod excommunicatus non poteſt excommunica-
re; quia ſententia excommunicationis ſi feratur à
iudice excommunicato, nullius eſt momenti, ex
c. audiuimus 24. q. 1. † Sed obſtrictum minori ex- 10
communicatione, poſſit alios abſoluere à cenſuris,
& à peccatis, & actus iuriſdictionis exercere. Et
ad plenam tractatiooem adiunges quæ latè dixi *in
c. ad probandum de ſent. excomm.* & applicabis no-
tata dicta *in cap. ab excommunicato de reſcriptis,* &
in c. paſtoralis §. verum de appell.

QVÆSTIO

QVÆSTIO I.

An Epiſcopus excommunicatus degradatus, valdè conferat ordines? Et an Epiſcopus ſuſpenſus à collatione ordinum minorum, poſſit conferre ordines maiores? Et an ordinatus incurrat ſuſpenſionem, qui recepit ordines ab Epiſcopo excommunicato vitando. Et quid ab Epiſcopo excommunicato, vel ſuſpenſo per vim, aut metum cadentem in virum conſtantem? Et an Epiſcopus conſecrationem recipiens ab Epiſcopo excommunicato, vel ſuſpenſo, afficiatur cenſura aliqua.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus excommunicatus, degradatus, ſuſpenſus, interdictus, hæreticus, præciſus, aut priuatus Epiſcopatu validè ordinat. Et de ratione reſpectu hæretici*, numero 9. & ante.

2 *Eccleſia non curat iterate ordinare ordinatos ab hæreticis contra Cyprianum, & Epiſcopos Africæ, credentes baptizatos ab hæreticis, iterum baptizandos.*

3 Cap. in Eccleſia 1. q. 1.

4 Cap. nos conſecrationem 9. q. 1.

5 *Concilij Nicen.* can. 17. & 19.

6 *Gloſſa* in cap. nos conſecrationem §. ſed excommunicati 9. q. 1.

7 Cap ordinationes 9. q. 1.

8 Cap. Daibertum 1. q. 7. Cap. accidens diſt. 50. Cap. degradatio de pœnit. diſt. 6.

10 *Degradatus validè ordinat.*

11 *Excommunicatus, qui durante excommunicatione ordinat, num irregularis fiat?*

12 *Epiſcopus à collatione ordinum minorum, quando poſſit ordines maiores conferre?* numero 11.

14 *Suſpenſus ab audiendis confeſſionibus, poteſt celebrare.*

15 *Epiſcopus ſuſpenſus ab officio conferendi; non ideo ſuſpenſus cenſetur ab officio conſecrandi & ordinandi.*

16 *Suſpenſus ab adminiſtratione Sacramentorum, non ob id dicitur ſuſpenſus à celebratione Miſſæ.*

17 *Ordines recipiens ab Epiſcopo excommunicato vitando, remiſſiuè.*

18 *Ordinatus ab Epiſcopo excommunicato hæretico, vel ſuſpenſo, incurrit ſuſpenſionem, etiam ſi metu ordinetur.*

19 *Lex ob nullum metum, eſt violanda.*

20 *Religioſus ordinatus ab Epiſcopo excommunicato, vel hæretico, à quo diſpenſetur.*

21 *Epiſcopus conſecrationem recipiens ab Epiſcopo excommunicato, vel hæretico, ſuſpenſo, aut degradato, à quo diſpenſetur* numero 22. & 23.

22 *Epiſcopus queit abſoluere ab excommunicatione iuris, non reſeruata.*

23 *Sacerdos abſoluit ab homicidio, ſed in irregularitate contracta, ſolus Papa diſpenſat. Non enim valet argumentum ab abſolutione ad diſpenſationem.*

AD primam quæſtionis partem, reſpondeo quod Epiſcopus excommunicatus, degradatus; imò ſuſpenſus, interdictus, hæreticus, ſimoniacus, præciſus, aut priuatus Epiſcopatu, validè ordinat; quia hæc non tollunt characterem Epiſcopalem, ratione cuius poteſt validè ordines conferre: ſic docent Sotus *in 4. diſt. 25. quæſt. 1.* Henriquez *lib. 20. c. 21.* Filliuc. *tom. 1. tract. 9. c. 5. num. 92.* cum aliis Bonacina *tom. 1. diſp. 8. puncto 4. num. 2.* & communiter cum Villalobos, & Doctoribus ſequitur Ægidius Trullench. *de Sacram. lib. 4. cap vnico, dub. 6. ſub num. 1.* modo tamen ſint verè Epiſcopi ritè electi, ac conſecrati, habeantque veram materiam, & formam, cæteraque adſint, & tenent ex ea ratione, quia character Sacerdotalis Epiſcopi extenditur ad hanc poteſtatem; at character eſt indelebilis, & conſequenter remanet in prædictis. Ergo validè poterit ordines conferre: dicunt tamen peccare Epiſcopum; & tunc etiam ordinatur, qui præter peccatum incurrit ſuſpenſionem. 1

Et de hæretico, de quo maius dubium eſſe poſſet, patet ex praxi Eccleſiæ, quæ non curat iterato ordinare ordinatos ab hæreticis, contra id, quod ſenſêre olim Cyprianus, & Epiſcopi Africæ cum eſſent in ea opinione, vt crederent baptizatos ab hæreticis, iterum baptizandos eſſe, iudicandumque, ita ſimiliter de ordinatis ab hæreticis eos ſimiliter ordinandos eſſe. † Et ſic Diana *p. 8. tract. 2. reſ. 2. in fine*, ait, vt quod Gratianus dixit *1. quæſt. 1. c. ap. in Eccleſia*; aſſerendo ordinatos ab Epiſcopo hæretico, verè ordinatos non eſſe, habere ſenſum illum, nempe quod ordinatio non ſit rata, ſed quod ordinis recepti executio ſit ſuſpenſa, nec redigenda ad actum. 2 3

Vnde infertur quod ſic ordinati, ſint ſuſpenſi ab executione ſuorum ordinum per dicta *in c. 1. hoc tit.* quo in ſenſu venit intelligendus Gregorius Magn. *lib. 3. epiſtola* 1. relatus *in cap. nos conſecrationem 9. quæſt.* 1. quatenus dicit ordinationem celebratam ab excommunicato, nullam eſſe, debeat recipi declaratione ſequenti, ſcilicet nempe, vt quod ad actum exercitum reduci non poteſt, idem ſit quoad rem, ac ſi non eſſet; & ſic ait Diana meritò dici non conſecratos, qui per hæreticos ſunt initiati, cum nullum ſuorum ordinum vſum habeant, ſaltem licitum, ſed negari non poſſe, quin ordinati ab hæreticis characterem, & ſacramentum recipiant. 4

Nec obſtat Concil. Nicen. *can. 17. & 19.* vbi habetur talem ordinationem eſſe irritam; quia vt reſpondet ſupra Trullench. *dict. num. 1. in fine*, dicitur irrita, non quoad ſubſtantiam, ſed quoad vſum, & exercitium, hoc eſt, vt non poſſit licitè exerceri, & vti, vel dici poſſit per exagerationem ad terrorem; vel tertio quia illi Epiſcopi non erant verè Epiſcopi; ſic cum Villalobos, & Bart. Ledeſma. 5

Quo pacto lucem accipiunt gloſſa *in cap. nos conſecrationem §. ſed excommunicati 9. q. 1.* quatenus refert Ruffinum, & Fauentinum tenentes negatiuam ſententiam eo fundamento; quia ſic negaſſe videntur Innocent. I. *epiſt. 18. Leo I. epiſt. 48.* vt refertur *in cap. in Eccleſia 1. quæſt. 1.* Gregor. *ſupra & lib. 8. epiſt 65.* vt refertur *in c. nos in hominem 9. quæſt. 1*, & Damaſus Papa *epiſt. 4. ſen 5.* vt refertur *in c. per illicitam ibidem*, expreſsè dicens 6

talem

talem ordinationem debere reiterari, vt etiam di-
7 citur *in præcedenti cap. excommunicari*. † Et ſimi-
liter Vrban. II. *in Synodo Placentina*, vt refertur *in*
cap. ordinationes dict. cauſa 9. quæſt. 1. itaque Bau-
nius *in Theolog. mor. tract. 6. quæſt. 9. aſſert. 2.* Hurtad.
de Sacram. ordinis difficult. 17. iudicant reſponden-
do ad prædictas authoritates, ordinationes factas
à prædictis Epiſcopis, eſſe irritas quoad ordinum
8 exercitium, non quoad validitatem. † Et bene
occaſione alterius quæſtionis expendit textum *in*
dict. cap. Daibertum 1. quæſt. 7. & alia iura, ſcilicet
cap. accedens diſt. 50. cum gloſſa *ibi*, & *in cap. de*
gradatio de pœnis lib. 6. Diana *p. 8. tract. 2. reſ. 48. in*
princ.

9 Vnde dicit Præpoſitus *in 3. p. quæſt. vnica de*
Sacram. Ordin. dub. 12. num. 17. quod ſi in ſacris
Canonibus ex Sanctis Patribus ordinationes factæ
ab hæreticis interdum decernantur irritæ, non eo
ſenſu dici irritas quod ſint inualidæ, ſed quod
per eas non accipiatur ordinis executio: ſequitur
Diana *dict. reſ. 2.* verſ. *ad authoritates*, addens vt
quia hæretici ſunt excommunicati, & non poſſunt
exercere functiones ordinis; idcirco ordinatos ab
illis, non recipere executionem ordinis ex dictis,
ſed recipere ordines, cum talis poteſtas conſiſtat
in charactere modo iam dicto, iuxta diſpenſatio-
nem textus *in cap. cum quidam diſt. 21. cap. ſicut ſe-*
mel diſt. 63.

10 Idem inquam iudicium eſt dicendum de degra-
dato, in quo character Epiſcopalis remanet, vt
dicit idem Diana *ſub verſ. his in fine dict. reſ. 2. p. 8.*
tract. 2. & latè poteſt comprobari ex adductis per
me longè infra *ſub cap. cum non ab homine de iudi-*
ciis, vbi de degradatis, & traditis brachio ſæcula-
ri: & ſic eſt tenendum etiam, ſi aliqui, vt refert
Ricard. *diſt. 25. art. 1. quæſt. 3.* exiſtimarint Epiſco-
pum degradatum non poſſe ordines validè con-
11 ferre. † Sed an Epiſcopus excommunicatus du-
rante excommunicatione, ſacros ordines conferens
irregularis fiat? Decidit Rota apud Farin. *p. 1. in*
recent. deciſ. 602.

12 Ad ſecundam partem quæſtionis, an Epiſco-
pus ſuſpenſus à collatione ordinum minorum,
poſſit maiores conferre? Et negatiuam ſenten-
tiam ſequuntur Henriquez *lib. 13. cap. 32. num. 2.*
Sayrus *lib. 4. cap. 4. num. 19.* Hugolinus *tabul. 4. c. 6.*
§. 6. num. 3. Auila *p. 3. diſp. 2. dub. 2. concluſ. 11.* Tole-
tus *lib. 2. cap. 34. num. 5.* quia qui non poteſt mino-
res conferre, nec maiores ex regula iuris: tamen
alij ſic diſtingunt, ſi Epiſcopus ſuſpenſus ſit à
collatione ordinum, nequit etiam minores con-
ferre; etſi poſſit Tonſuram conferre; quia non
eſt ordo; quod verum erit, ſi in hoc ſequaris Theo-
logorum ſententiam, de qua dixi *ſub Rub. de tem-*
13 *poribus ordin.* † Verùm ſi Epiſcopus ſuſpenda-
tur à collatione certi ordinis, poſſit alios ordines
conferre; quamvis digniores; quia collatio ordi-
num eſt functio eiuſdem poteſtatis; non verò
vſus poteſtatis ſublimioris; & proinde confe-
rendo maiorem ordinem, à quo non eſt ſuſpenſus,
non cenſeatur vti ordine ſublimiori, ſed ſolum
exercere functionem ſui ordinis, quæ illi non eſt
interdicta: ſic probant in terminis Coninch. *de*
14 *Sacrament. diſp. 15. dub. 2. num. 10.* † adducens ſi-
militudinem de eo, qui ſuſpenſus ab audiendis
confeſſionibus, qui communi iudicio poteſt cele-
brare; cum tamen adſit maius munus: hanc par-
tem ſequuntur Suarez *diſp. 26. de cenſ. ſect. 4. n. 11.*
& *14.* Ioannes Præpoſitus *in 3. p. quæſt. 3. de ſuſpenſ.*
dub. 1. num. 12.

Et confirmatur ex eo quia Epiſcopus ſuſpenſus 15
ab officio confirmandi, non ideo ſuſpenſus cen-
ſetur ab officio conſecrandi, & ordinandi; quamvis
hæc maiora ſint, ſed non connexa: ita docet Lay-
man. *in ſumm. lib. 1. tract. 5. cap. 1. p. 3. num. 6.* ſequi-
tur Diana *p. 5. tract. 10. reſ. 6.* † Vbi etiam *in fi-* 16
ne, notat cum Præpoſito, quod quando quis ſuſ-
penditur ab adminiſtratione Sacramentorum, non
ſuſpenditur à celebratione Miſſæ; quia celebratio
Miſſæ non ſolet comprehendi ſub adminiſtratio-
ne Sacramentorum.

Ad tertiam quæſtionis partem, reſpondebis ex 17
adductis ſupr. *in princ. huius textus verſ. ex his fit*,
vt probatur *ex cap. ſi quis 1. quæſt. 1.* & *cap. ab ex-*
communicatis 9. quæſt. 1. qui etiam videntur loqui
in caſu ignorantiæ; quod verum eſt, vt ibi dixi
contra Dianam, & Turrianum; & iterum affirmo
contra Hurtadum *de cenſuris diffic. 13.*

Ad quartam quæſtionis partem, an idem pro- 18
cedat in ordinato ab Epiſcopo per vim, & me-
tum? Et in hoc puncto exiſtimant Diana *p. 5. tra-*
ctatu 10. reſ. 39. in fine, Turrian. *de cenſuris lib. 5.*
diſp. 46. vt ordinatus ab Epiſcopo per metum ca-
dentem in conſtantem virum, non maneat ſuſpen-
ſus; quod idem tenent Sylueſter *in ſumma* verb.
irregularitas §. 9. verſ. 2 Nauarr. *in manuali cap. 27.*
num. 244. verſ. 4. Alter. & Auila. Tamen tu verius
dices ſic ordinatos ab Epiſcopo excommunicato
hæretico, vel ſuſpenſo, incurrere ſuſpenſionem,
etiam ſi per talem metum, vt docet Maiol. *de irre-*
gularit. lib. 4. cap. 25. num. 2. Suarez *de cenſ. diſp. 31.*
ſect. 1. num. 62. Bonacina *diſp. 3. quæſt. 1. punct. 1. n. 5.*
Barboſa *alleg. 48. num. 11.* per textum *in cap. conſtat*
multos 1. quæſt. 1. vbi agitur de ordinatis ab hæreti-
cis per vim, qui in ordinantium odium ſuſpen-
duntur. † Lex enim ob nullum metum eſt vio- 19
landa, *cap. ſacris de his, quæ vi*, & debet taliter
ordinatus omnia aduerſa potius ferre, quam Epiſ-
copo excommunicato communicare in ordinibus
ſuſcipiendis per textum *in cap. inquiſitionis de ſent.*
excommunic.

Notabis verò quod Religioſus, qui ante, vel 20
poſt religionis ingreſſum ordines ab huiuſmodi
Epiſcopo ſuſcepit, poſſit à proprio Prælato diſpē-
ſari, vt tenent Bernard. *in pract. cap. 8. litt. C*, *in fi-*
ne, Marius Alter. *de cenſ. tom. 2. diſp. 9. cap. 2. ad fi-*
nem, Barboſa *dicta alleg. 48. num. 14.* ſed Bonacina
dict. p. 10. exiſtimat hunc deberi diſpenſari à Papa,
quod fortè erit accipiendum, iuxta notata ſupra
ſub cap. 1. quæſt. 2. quando ſcienter ab excommuni-
cato ordines recepit, vt ibi dixi, & hic tradit Bar-
boſa *ſub num. 2. in fine.*

Ad quintam quæſtionis partem, an Epiſcopus 21
conſecrationem recipiens ab excommunicato, hæ-
retico, ſuſpenſo, aut degradato, afficiatur cenſu-
ra? Et affirmatiuam ſententiam docet Bonacina
dict. punct. 10. num. 6. etiam ſi neſciuerit conſecra-
tum excommunicatum eſſe; qui ait poſt Marium
Alterium *num. 8.* Epiſcopum, qui conſecrationem
ab Epiſcopo excommunicato, vel ſuſpenſo obti-
nuit, diſpenſandum eſſe à Summo Pontifice; eò
quod Epiſcopus ſemper indiget Papæ diſpenſa-
tione; quia immediatè ſubiicitur Papæ, non Pa-
triarchæ, aut Archiepiſcopo ſequitur Barboſa *dict.*
alleg. 48. num. fin. cum Merolo, Suarez, & Alterio
ſupra. † Et addit non referre quod poſſit Epiſ- 22
copus abſoluere ab excommunicatione iuris non
reſeruata; quia reſpondetur cum Couarruu. *in c.*
Alma Mater p. 1. §. 6. num. 6. verſ. *nec quidquam*
in contrarium, † non valere argumentum ab abſo- 23
lutione

lutione ad diſpenſationem; etenim Sacerdos abſoluit ab homicidio, *cap. Deus qui de pœnit.* ſed irregularitatem ex homicidio contractam ſolus Papa tollit, iuxta textum *in cap. 1. de ſent. excommunic. lib. 6.*

QVÆSTIO II.

An ordinatus ab Epiſcopo hæretico, vel ſchiſmatico, incurrat ſuſpenſionem, de qua hic, etiam ſi fiat per metum. Vbi de alijs remiſſiuè. Et an Pontifex poßit habere inualidas ordinationes minorum factas ab Epiſcopis excommunicatis, vel ſuſpenſis?

SVMMARIVM.

1 *Ordinatus ab hæretico, vel ſchiſmatico, verum ſuſcipit Sacramentum, ſi fiat ordinatio in forma Eccleſiæ, non recipit vſum ordinis, niſi diſpenſet Epiſcopus, vt* n. 3. & 6.

2 Cap. 1. de ſchiſmaticis.

4 *Ignorantiam allegans debet eam probare, quod fieri poteſt per iuramentum ſignis, & coniecturis.*

5 *Ordinatus ab hæretico, vel ſchiſmatico ſcienter non miniſtrabit, niſi diſpenſatione Papæ.*

6 *Ordinatus ab Epiſcopo hæretico ignoranter, debet cum primum ſciuerit ſe ab vſu ordinum abſtinere.*

7 *Ordinatus ab hæretico ſcienter, nec beneficium obtinere poteſt.*

8 *Ordinatus ab Epiſcopo publicè habito pro excommunicato, incurrit ſuſpenſionem, etiam ſi dicat ſe ignoraſſe.*

9 *Ordinatus ab hæretico, aut ſchiſmatico, non ſeruata forma Eccleſiæ, non recipit characterem.*

10 *Ordinatus ab hæretico, vel ſchiſmatico per metum iuſtum, num incurrat ſuſpenſionem,* n. 11.

12 *Ordinatus ab Epiſcopo hæretico, vt incurrat ſuſpenſionem, vel irregularitatem procedet ſi talis Epiſcopus ſit denunciatus per ſententiam,* n. 13.

13 *Fideles non tenentur vitare hæreticos, & ſchiſmaticos notorios.*

14 *Iudex excommunicatus toleratus poteſt exercere iuriſdictionis actus; donec ſit denunciatus, aut publicus Clerici percuſſor.*

15 *Ordo collatus ab occulto excommunicato valet & ipſi ordinato confertur ordinis executio.*

16 *Pontifex num poſſit habere inualidas ordinationes factas minorum ordinum ab Epiſcopis ſuſpenſis, excommunicatis, hæreticis, & Schiſmaticis ſub diſtinctione, reſpondetur,* num. ſequentibus.

17 *Ordines minores ſecundùm aliquos non ſunt Sacramenta, ſecundùm alios ſunt Sacramenta,* n. 21.

18 *Acolitatus ordinis non fit mentio in primitiua Eccleſia, ſed 250. annis poſtea.*

19 *Exorciſtatus ordo antiquitùs non fiebat ordinatione, & ab Epiſcopo.*

20 *Ordinationes, quæ non ſunt Sacramenta à Deo inſtituta, ſed ab Eccleſia, queunt ab ea irritari.*

22 *Ordo Subdiaconatus in primitiua Eccleſia non fuit reputatus ſacer.*

23 *Miniſter hæreticus, ſchiſmaticus, vel excommunicatus, aut alias in peccato conficit Sacramenta,* n. 24. & 25.

24 *Sacramentum non polluitur per Miniſtri probitatem, hæreſim, excommunicationem, vel degradationem.*

25 *Epiſcopus qualitercumque excommunicatus occultus validè confert ordines, & dat eorum executionem, & largitur gratiam Sacramenti,* n. 26.

27 *Ordinatus ignoranter ab Epiſcopo hæretico indiget diſpenſatione in iniuriam ordinantis, non ſui.*

28 *Pontifex num queat declarare non ordinatum prima Tonſura ab Epiſcopo hæretico, ſeu excommunicato ſub diſtinctione, vt ſupra à* n. 16.

AD primam quæſtionis partem ſatis reſpondetur ſupra *quæſt. 1.* ſub verſ. *ad primam*, vbi etiam dixi de ordinato ab Epiſcopo hæretico: etenim vt ibi dixi promotus ad ordines ab Epiſcopo hæretico, vel ſchiſmatico, verum ſuſcipit Sacramentum; dum tamen huiuſmodi Epiſcopus gerat in forma Eccleſiæ quod agit, ſed non recipit vſum, & executionem ordinis, vt dixit textus *in cap. ordinationes 9. quæſt. 1.* † & expreſsè textus *in cap. 1. de Schiſmat.* ibi, *Ordinationes ab Octauiano, & Guidone hæreſiarchis factas, & ordinatis ab eis irritas cenſemus*, id eſt quantum ad vſum, & executionem ordinis, ex textu *in cap. fraternitatis eodem, ex cap. Daibertum, & in cap. conuenientibus in fine*, verſ. *Conſtantinus Epiſcopus 1. quæſt. 7. & ex dictis dict. quæſt. 1.* 1 2

Sed dubium eſt quis poſſit diſpenſare cum illo? & hoc dubium reſolues ex adductis ſupra *in cap. 1. hoc tit. ſub quæſt. 1.* & in terminis noſtri dubij dicendum eſt, vt ibi, quod cum ſic ordinatis poteſt diſpenſare quoad executionem ordinum, cum non indigeat alia ordinatione Epiſcopus, ſi ex ignorantia probabili ordinati receperunt ordines ab eo; quæ quidem obtinebitur poſt dignam pœnitentiam, ſed debebit probare ignorantiam ille qui eam opponit *ex dicto cap. ordinationes* ibi: *Niſi probare voluerint ſe cum ordinarētur eos neſciſſe damnatos*, ſcilicet Epiſcopos, † vbi gloſſa verbo *niſi probare*, notat inde ſumi argumentum pertinere ad eum, qui allegat ignorantiam illam probare. Menochius *de præſumpt. lib. 23. quæſt. 3. n. 10.* Farinac. *in praxi crimin. p. 3. quæſt. 90. num. 105.* vbi *à num.* 106. reſoluit probari per iuramentum, & ſignis ac coniecturis. † Quod ſi ſcienter ordinati, ordines à tali Epiſcopo receperunt: tunc à ſolo Pontifice talis diſpenſatio impetrabitur, vt docet Barboſa *in paſtor. p. 2 alleg. 48. num. 5. 6. & 7.* & tradunt relati ſupra *in dicto cap. 1. ſub dicta q. 1.* iuxta deciſionem illius textus. 3 4 5

Notandum verò eſt quod ordinatus ab Epiſcopo hæretico ignoranter, debet cum primum ſciuerit ſe ab vſu ordinum abſtinere ſed poteſt per Epiſcopum à tali ſuſpenſione ſolui, vt docent Henriquez *in ſum. lib. 14. cap. 6. §. 6.* Valerius Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib. 30. num. 190.* verſ. *quarta.* Maſcardus *de probat. concl. 684 num. 46.* Azor. *inſtit. moral. p. 1. lib. 3. cap. 28. quæſt. 10.* Paul. Comitol. *reſponſ. moral. lib. 6. quæſt. 58. num. 11.* † 6 7

Secus

Secus autem ſi hoc ſciebat ordinatus; quia tunc
nec beneficium obtinere poterit,vt docent Maiol.
*de irregularit.lib.*4.*c.*22. Flamin.*de reſignat. lib....*
*quæſt.*2.*num.*96. Catol. de Graff. *de effect. Cleric.*
effectu 15. *num.*29. vbi *num.* 30. idem reſoluit de
Clerico ordinato ab Epiſcopo ſchiſmatico. †
8 Et addit Barboſa *in paſtor.p.*2. *alleg.* 3. *num.* 19.
quod licèt Epiſcopus ignoretur ab ordinato ex-
communicatus,ſi publicè pro tali habebatur,non
liberet ſuſcipientem à ſuſpenſione ordinis ſuſce-
pti: ſic multis comprobans ex gloſſa *hic* verbo
ignoranter, gloſſa, *in cap. ſi qui a ſimoniacis* 1.*q.*1.
& *in cap.ab excommunicato* 9. *quæſtione* 1. Co-
uarruu. *in cap. Alma mater* 1.*part.* §.6. *num.* 6.
Suarez *de cenſur.diſp.*31.*ſub numero* 61.contra Pa-
normit. Felinum, & Innocent. quos etiam refert
Barboſa.

9 Notandum eſt etiam ſecundo, quod ſi ordi-
natio fieret ab hæretico, vel ſchiſmatico, non
ſeruata forma Eccleſiæ tunc ordinatus, nedum
executionem ordinis minimè recipiat, verùm nec
ipſum characterem, vt colliges ex adductis *ſub*
*dict.quæſt.*1.*à num.*1.tenent Bernard. Diaz *in pra-*
*xi cap.*29.*in fine, in nouis edition.*Sotus *in* 4.*diſtin-*
ctione 25.*quæſt.*1. *art.* 1. Mayul. *de irregularit. li-*
bro 4.*cap.*22.Bonacina *de conſ.extra Bullam diſpu-*
*tat.*3.*quæſt.*1. *puncto* 10. *num.*7. Barboſa *dict. al-*
*leg.*48. *ſub num.* 7. & probant Doctores per tex-
tum *ibi in cap. qui perfectionem*, iuncta gloſſa *ibi*
verb. *plenitudinem* 1. *q.*1.

10 Quod ſi dubites an ordinatus ab hæretico, vel
ſchiſmatico per metum cadentem in conſtantem
virum excuſetur à prædicta ſuſpenſione; ita vt
diſpenſatione non egeat. Et licet Nauarr. *in man.*
*cap.*27.*num.*242.verſ.*quarto*, videatur tenere, vt
talem ſuſpenſionem non incurrat. Verùm ipſe
legendus *num.*35.*verſ.nota* 2.*& conſ.*10.*num.*2.*de*
11 *hæret.* diſtinguit. † Et ſic Barboſa illum expen-
dendo, tenet contrariam ſententiam,*dict. alleg.*48.
*num.*8.ex ea ratione, quia ſuſpenſionis pœna non
eſt impoſita in odium ordinati,ſed ordinantis,cum
etiam ordinatus illam incurrat ignorans,& abſque
culpa; vide dicta ſupra *q.*1.*num.*18.

12 Iterum dubitabis, an quæ dicimus procedant
in ordinato à quolibet Epiſcopo hæretico, vel
ſchiſmatico, vel neceſſum ſit, vt ſit denunciatus
Iuxta Extrauag. Martini V. *ad euitanda*, de qua
plene dixi, *ſub cap ad probandum* 24. *de ſent. &*
re ind.& idem Nauarr. *dict. cap.*27. verſ. *quarto,*
*num.*241.quem ſequitur Barboſa *ſub dicto num.*8.
tenet huiuſmodi ſuſpenſionem incurri ordinatum
ab Epiſcopo hæretico,vel ſchiſmatico denunciato,
quia ſuſpenſio hæc, & irregularitas non incurri-
tur, ſi ordo recipiatur ab hæretico, ſeu ſchiſma-
tico, etiam notoriè, & manifeſtè, niſi per ſen-
tentiam, nominatim ſit denunciatus,vt probatur,
in dict. cap. ordinationes, ibi: *Ordinationes, quæ*
ab hæreſiarchis nominatim excommunicatis, factæ
13 *ſunt*, † quòd vt verum ſequor, quia fideles non
tenentur vitare hæreticos, & ſchiſmaticos noto-
rios, vt dicunt idem Nauarrus, *dicto conſ.*10.*n.*2.
& *dict.cap.*27.*num.*35. verſ. *nota tertio*, Barboſa,
*dicto num.*8.*in fine*, illos ſcilicet, qui per conſe-
quentiam notorij iuris intelliguntur excommuni-
cati, vt colliges ex his, quæ dixi *ſub dicto cap.*24.
de re ind.

Vnum notabiliter aduertes cum Barboſa hic
14 *ſub num.*3.*in fine*,quod hodie cum iura permittant
iudici tolerato exercere actus iuriſdictionis, niſi
Iuxta Concil. Conſtantienſe, ſit denunciatus per
dictam Extrauag. *ad euitanda*, aut notorius cleri-
cus percuſſor, poſſit adhuc excommunicatus in
fauorem litigantis, aut alterius petentis aduerſa-
rium excommunicare, ſed poſſe per exceptionem
apponi iudici, quod ſit publicus excõmunicatus;
& quod deiectus deiicere alios, & excõmunicare
non debet; quod dictum etiam eſt verum; etſi
Barboſa non fundat;verum ego probo ex his,quæ
longiſſimè dixi, *in dicto cap. ad probandum* 24.
de ſent.& re ind. & ante ſub textu *in cap. intelle-*
ximus de iudic. & alibi.

Itaque idem Barboſa, *num.*4. ex gloſſa, *quod* 15
excommunicatus confert ordinem, aduertit cum
Sanchez *de matrim. lib.*3. *diſp.*22. *num.*35. quod
non ſolum valet ordo collatus ab occulto excom-
municato, ſed quod etiam ordinato conferatur
ordinis executio; quia vt ait Rota, *deciſ.*534. *à*
*num.*3.apud Farinac. *p.*1. *recent.* excommunicatio
Epiſcopi non priuat ab exercitio ordinis, vel offi-
cij, donec fuerit declaratus.

Ad ſecundam quæſtionis partem an Pontifex 16
poſſit habere validas ordinationes minorum ordi-
num factas ab Epiſcopis excommunicatis, ſuſpen-
ſis, hæreticis, ſchiſmaticis, ſimoniacis, aut aliis
delictis, & criminibus irretitis.In quo dubio iuxta
Doctorum diuerſas opiniones ego reſolutiuè di-
ſtinguo; quod ſi teneas ordines minores, non eſſe
Sacramentum Ordinis à Chriſto inſtitutum, ſed
ab Eccleſia,poſſit Pontifex eas irritare ordinatio-
nes, & habere inualidas,factas quidẽ ab hæretico,
excommunicato, &c.quemadmodum poſſet cen-
ſere validas factas à ſimplici Sacerdote. † Et cum 17
negent prædictas ordinationes eſſe Sacramentum,
Magiſter *in* 4.*diſt.*24.Sotus *q.*1.*art.*4. Gratianus,
*in decreto diſt.*21.Vaſquez *diſp.*237.*cap.*2. Medina
*lib.*1. *de continentia c.*46.& plures alij ſic ſentien-
tes; quia non fuerunt à Chriſto inſtitutæ, cum in
primitiua Eccleſia non fuerint omnes quatuor mi-
nores ordines, † quia Acolytatus nulla fit men- 18
tio, vſque ad Cyprianum, & cornelium, qui du-
centis, & quinquaginta annis poſt Chriſtum vixe-
runt.† Et quamuis Exorciſtatus fuerit in primitiua 19
Eccleſia,cuius mentionẽ faciunt Clemens,& Igna-
tius;tunc tamẽ non fuit ordo;quia vt affirmat Cle-
mens,*lib.*8.*inſtit.c.*26.alias *c.*22.non fiebat ordina-
tione,& ab Epiſcopo,& illum reducit ad gratiã ſa-
nitatum; ergo. Sed etſi ita teneas, certum tamen
eſt Eccleſiam non irritaſſe de facto vnquam tales
ordinationes minores collatas ab Epiſcopis excõ-
municatis,ſuſpenſis &c. vt fatentur Vaſquez *ſup.*
Auerſa *de ord.Sacr.q.*3 *ſect.*2. Diana *p.*8.*tr.*141. † 20
Et ſic dicunt Præpoſitus *in* 3 *p.de Sacr.Ordinis q.*
*vnic.dub.*12.*n.*114.Vaſquez *diſp.*243. *c.*1. *&* 2. &
alij,quod ordines, qui non ſunt Sacramenta, nec
ſunt à Deo inſtituta,ſed ab Eccleſia,poſſint ab ea
irritari, & haberi inualidam eorum collationem
factam ab hæretico,& excommunicato.

Quod ordines minores ſint Sacramenta affir- 21
mant D.Thom.*in* 4 *diſt.*2.*q.*2.*art.*1.*q.*3.Bonauen-
tura *art.*1.*q.*1. Richard.*art.*3. *q.*3. Valentia *diſp.*9.
*q.*3.*p.*4.Couar.*variar.reſ.lib.*1.*c.*10. Ægidius *diſ-*
*put.*20.*n.*47.Adamus *diſp.*7.*q.*2.*dub.*2.Sebaſtianus
Cæſar *quæſt.*4. §.1. & alij, de quo dixi *ſub Rub.*
& titul. de temp. ord. & inſinuat Eugenius IV.
in ſuo decreto dum poſtquam diffinimit ordinem
eſſe Sacramentum, & materiam illius, eſſe illud
per cuius traditionem confertur ordo & aſſi-
gnauit materiam Præsbyteratus, Diaconatus,

& Subdiaconatus, & addit ſimiliter de aliis per rerum ad ſua miniſteria pertinentium aſſignationem: & ſic abſque dubio videtur ſupponere etiam minores ordinationes eſſe Sacramentum, & indicat id etiam Trid. *ſeſſ.23.c.2. & 3. & can.3.* quia poſtquam *c.2.* enumerat dictos ſeptem ordines maiores, & minores, poſtea *c.3. & canon. 3.* abſolutè, & abſque vlla limitatione appellat ſacram, & definit eſſe Sacramentum; ac propterea appellat ſacram, non in eo caſu, in quo ordines maiores dicuntur ſacri; ſed quia eſt Sacramentum; & licèt plures relati à Barboſa *in dicto c.3. Trid. num.fin.* in verſ. *contra*, plures alios referat aſſerentes ordines minores non eſſe Sacramentum: tamen ipſe ex aliis doctiſſimis, & *ex dicto cap.3.* reſoluit, & colligit eſſe Sacramentum, & idem affirmat *in paſtor.p.2.alleg.2. num.21.* cum Bellarmino, Reginaldo, Becchio, Petro Soto, Henriquez, Coninch. Homobon. Campanillo, Bonacina, Torreblanca, Sanchez, Hurtado, & aliis.
22 † Etſi dicat *in dicto cap.2.Trid. num.5.* cum Vaſquez, & aliis, Subdiaconatum in primitiua Eccleſia, non fuiſſe reputatum ordinem Sacrum: idem *dicta p.2. de officio Epiſcop. alleg.* 14. *num.*1. quià hoc non ampliat.

23 Nec obſtabis ſi dicas Miniſtrum hæreticum, ſchiſmaticum, excommunicatum, aut alias in peccato exiſtentem, non conficere Sacramenta; quia reſpondetur ea conficere, vt probatur ex Concilio Conſtant.*ſeſſ.8.& 15.*ex Concilio Arelatenſe *cap.*12. ex Africano *cap.* 15. ex Trid. *ſeſſ.7. can.*12. per verba ibi: *Si quis dixeris miniſtrum in peccato exiſtentem mortali, modo omnia eſſentialia, quæ ad Sacramentum conficiendum, aut conferendum pertinent, ſeruauerit non conficere, aut conferre Sacramentum, anathema ſit.* Et ſic contra ſentientes damnat Conſtantienſ. Concil. *dict. ſeſſ.8.in cap.multa, cap. remiſſionem; cap. Chriſtus, cum pluribus ſequent.1.quæſt.1.cap.fin.15. quæſt.vlt.* contra Vuiclef. Et hanc doctrinam communiter Doctores extendunt ſine controuerſia ad hæreticos excommunicatos, & alios facientes, quod facit Eccleſia, cum non ſit maior ratio, cur non ita ſit, tradit expendens idem Diana *dicta p.8. reſ.*41. *num.*1. circa finem, dicens quod etſi Concilium loquatur ſolum de Miniſtro exiſtente in mortali: tamen militante eadem ratione extendi ad Miniſtrum hæreticum, excommunicatum, & degrada-
24 tum. † Nam ſicut non polluitur Sacramentum per Miniſtri probitatem, ſic nec inualidari per quamcumque eius hæreſim; excommunicationem, vel degradationem; præſertim cum omnis hæreticus, & ab Eccleſia præciſus in mortali maneat. At ſic eſt quod quicumque Miniſter manens in mortali, poteſt ex Concilio Sacramenta validè conficere; ergo etiam Epiſcopus quocumque modo ſit ab Eccleſia præciſus, validè poterit ordines conferre: ita ille, qui etſi in confirmationem nihil aliud tradat reſpectu Sacramenti Ordinis: probatur ex textu noſtro, & *cap. ſecundum diſt.*19. *& cap. Dominus.§.memento* 1.*quæſt.*1. *cap. quomodo,de conſecrat.diſt.*4. Soto *in* 4. *diſt.*25.*q.*1. *art.*1. Henriquez *lib.*10.*c.*21.Vaſquez *dicto tom.*3. *diſp.* 243. *c.*1. *&* 2. Bonacina, Venero, Filliucius, Ægidius, Coninck, Alzedo, Marchinus, & alij, quos refert & ſequitur Barboſa *in paſtor.part.*2.
25 *alleg.*3 *.num.*3. † qui *à num.* 17. etiam cum multis expendendo *num.* 18. textum noſtrum, ait quod Epiſcopus qualitercumque excommunicatus occultus validè ordines confert, veramque dat eo-
rum executionem. † vbi *num.*20. ait quod Epiſ- 26
copus Sacramentum conferens; licèt iniquus ſit, tamen gratiam, qua caret largitur, quem ibi iterum leges ad dicta pro ordinatis ignoranter iuxta
textum *in dicto cap.*1. *hoc tit.* † qui expendens 27
*num.*18. vt dictum eſt, textum noſtrum, reddit rationem, quare ordinatus ignoranter à tali Epiſcopo, egeat diſpenſatione? Et dicit *dict. num.*20. non fieri ob culpam ordinati, ſed in iniuriam ordinantis, vt iam alibi expendi *in cap. fin. de temp. ordin.*

In puncto etiam noſtri dubij, eſt aliud, non 28
leue, an Pontifex poſſit declarare non ordinatum eum, qui primâ tantum Tonſurâ inſignitus fuit ab Epiſcopo hæretico, ſeu excommunicato, &c. longè poſſem hic ſcribere; ſed cum dubium hoc pendeat ab illo, de quo dixi ſupra *ſub Rub. & tit. de temporib. ordin.* ſi ſequaris ſententiam Canoniſtarum dicentium ordinem eſſe: idem dices, ac dictum eſt de ordinibus minoribus. Si verò cum Theologis dicas primam Tonſuram non eſſe ordinem, ſed tantùm præuiam diſpoſitionem ad ordines. Et conſequenter dices poſſe Pontificem declarare ſic ordinatum non ordinatum. Et in terminis alia congerens tradit, & ſequitur Diana *dict.reſ.*4. *p.*8. *tract. ex Concilio Carthag.*4.vbi præſcribens ritus ſingulorum ordinum, non præſcribit inter eos primam Tonſuram, nec recenſet: ſic etiam ex Trid. *ſeſſ.*23. *c.*2. & ex Cathecismo, qui primam Tonſuram vocat præparationem ad ordines.

AD TITVLVM
DE
ÆTATE, ET QVALITATE Ordinandorum.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium Eccleſiaſticum à nullo poteſt obtineri ante annum* 14.

2 *Capellaniæ, quæ fundantur abſque Epiſcopi authoritate, non requirunt annum* 14. *in obtinente.*

3 *Ætas ad obtinendos canonicatus in Eccleſia collegiata, & dimidiam rationem, eſt annorum* 14. *niſi habeant annexum ordinem Sacrum.*

4 *Penſio obtineri queis ab habente annos ſeptem.*

5 *Annus inceptus ſufficit pro qualibet ætate requiſita ad ordines.*

6 *Ætas in Subdiaconatu, eſt ante annos* 22. *in Diaconatu ante* 23. *in Preſbyteratu ante* 25.

7 *Dies biſſexti in legitima ætate, non eſt computandus.*

8 *Dies, aut vna hora deficiens in ætate ad ordines, vitiat factum, aliter,* n.9.

9 *Ætas non à die conceptionis, ſed natiuitatis computatur, nec ea incipit à die baptiſmi,* num.10.

11 *Ætas*

11 *Ætas nulla determinata eſt de Iure Diuino ad Sacramentum Ordinis recipiendum.*
12 *Ordinatio infantis, & amentis valida eſt.*
13 *Ætas de iure antiquo pro ſingulis ordinibus, quæ fuerit deſignata*, num. ſeqq.
14 *Primam Tonſuram recipiens ante ſeptennium, non peccat, ſi vſum rationis non habeat; illam tamen conferens ſic.*
15 *Ætas pro tribus ordinibus minoribus, num ſufficeret ſeptennij, vel requiratur anni 12.* num.16.
17 *Ætas ex Tridentino, & in praxi pro ordinibus recipiendis, quæ requiratur?*
18 *Epiſcopi debent curare, vt ordinandi habeant ætatem competentem.*
19 *Ætas ad ſuſcipiendos Sacros ordines de iure antiquo recipit mutationes. Et quæ illa fuerit in Subdiaconatu, & Preſbyteratu*, n.20. & 21. *quæ hodie ex Trid.* n.22.
23 *Ætas ad ordines in regularibus eadem requiritur, ac in non regularibus.*
24 *Ætas ad ordinandum Epiſcopum requiritur annorum 30. expletorum.*
25 *Annus expletus ad ſingulos ordines per vnum medium diem vltimi intelligitur, niſi pro forma in aliquo actu requiratur omnino impletus*, n.26.27.& 28.
27 *Ætas anni ſufficit attićta ad ſingulos ordines.*
29 *Ordinandorum qualitates requiſitæ, quæ debent eſſe, nempè vt non ſint criminoſi, & habeant ſufficientem ſcientiam*, n.30.
30 *Scientia in ordinandis quæ requiratur?*
31 *Sexus virilis eſt qualitas præciſè neceſſaria in ordinandis; quia fœmineus impedit Characteris impreſſionem*, n.32.
33 Cap. in noua de pœnitentiis, cap. dilecta de maiorit. & obed. cap. Præsbyterorum 23. diſt. cap. Diaconiſſam 27. quæſt.1. cap. Sacratas 23. diſt.
34 *Harmaphroditus, quis dicatur, & quando ordinari queat, vel non?*
35 *Harmaphroditus ſi conſecratus Epiſcopus, poſtea appareat, vt præualeat in ſexu fœmineo, num amittat exercitium?*
36 *Harmaphroditus iudicatus præualens in ſexu fœmineo, ſi erumpat, poſtea in virilem nequit ordinari ob vitandum ſcandalum.*
37 *Fœmina ordinata, non eo quod miniſtret in ordinibus incurret irregularitatem.*
38 *Irregularitas nihil aliud eſt, quàm impedimentum quoddam canonicum.*
39 *Irregulares dicuntur qui excipiuntur à regula, ſecundùm eos qui capaces erant, attenta lege Diuina poterant promoueri.*
41 *Fœmina propter officium legendi, &c. dicebantur antiquitus Diaconiſſa, ſeu Preſbytera, id eſt quia ſeniores, & aliis præfecta.*
42 *Fœmina num queat Epiſcopus conſecrari remiſſiuè.*
43 *Viri ad ordines ſunt capaces; ſed non omnes, vt qui ſunt criminoſi, Bigami, corpore vitiati, ſerui, illegitimi, & alij.*
44 *Ordines ſuſcepturus debet eſſe verè baptizatus.*
45 *Character ordinis ſupponit Baptiſmi Characterem.*
46 *Ordinatio illius, qui ſe credit, baptizatum, eſt nulla*, num. 49. *aliter ſenſerunt alij*, num.48.
47 *Error communis non ſupplet quæ ſunt iuris naturalis, & Diuini.*
49 *Gloſſa* in cap. dudum 54. de elect. *verb. deceptæ.*
50 *Abſolutio Sacramentalis non valet lata ab eo, qui cum Sacerdos verè non ſit, adhuc talis exiſtimetur.*
51 *Ordinandus debet ante recepiſſe Sacramentum Confirmationis, de neceſſitate præcepti, non Sacramenti; & ſic ordo collatus non confirmato, validus erit*, n.52.
53 *Ordinatus citra contemptum, & ex negligentia, prætermiſſa confirmatione, non peccat, nec incurrit irregularitatem; ſed quod peccet*, n.54.& 56.
55 Cap.4. Concilij Trid. ſeſſ.23.
57 *Epiſcopus ordinans non confirmatum, non peccat, etiam ſciens, niſi tantum venialiter, nec incurrit irregularitatem.*
58 *Ordinatus ante annos diſcretionis, queit ad ſuperiores ordines aſcendere ſine repetitione. Quid ex præcepto Eccleſiæ*, num.61. & 62.
59 *Rationis vſus ſolum eſt neceſſarius in ſuſcipientibus Sacramenta, quæ conſiſtunt in aliquo actu ipſius ſuſcipientis, vt matrimonium, pœnitentia, non in Sacramentis, quibus datur poteſtas, & imprimitur Character*, numero 60.
61 *Ordinandus ex præcepto Eccleſiæ, debet habere rationis vſum.*
62 *Amentes; & infantes, etſi validè ordinentur, non tamen licitè, fallit* num.63. *in amente. Et de infante conſecrato Epiſcopo*, numero 64.
63 *Ordinatus in amentia qualiter intelligatur non ordinatus?*
65 *Epiſcopus ordinans infantem, grauiter peccat.*
66 *Puer ordinatus non tenetur voto Caſtitatis, nec præcepto recitandi.*
67 *Ordinis Sacramentum, & Epiſcopatus, validè inſano confertur.*
68 *Infans eſt capax Epiſcopatus; quia etſi incapax iuriſdictionis, eſt Characteris capax.*
69 *Ordinandi debent eſſe initiati prima Tonſura; ſed ſi ante eam fiat ordinatio erit valida.*
70 *Ordinatus ſine Tonſura, peccat, quia agit contra vſum Eccleſiæ, & in re graui.*
71 *Tonſura eſt præparatio ad ordines.*

NONNVLLA ad hanc Rubricam con- 1
ducibilia dixi ſupra *ſub tit. de temporibus ordin. & ſub tit. de ſcrutinio in ordine faciendo*, de ætate
nempè ad ordines quoſlibet recipiendos, dixi
iam *ſub dicto tit. de tempor.* & de maioribus ordinibus deciditur hodie per Trid. *ſeſſ.23. cap. nullus*
12. vbi etiam dicitur de pœnis ordinatorum, &
ordinantium ante ætatem, de quo iam dixi etiam
in dicto tit. & Barboſa *in cap. nullus 6. dicta ſeſſ.23.*
ponens, vt nullus ante 14. annum poſſit beneficium Eccleſiaſticum obtinere, † & *num.3.* in qui- 2
bus Capellaniis non requiratur, nempè in his,
quæ fundantur abſque Epiſcopi authoritate, quæ
dantur à Patronis Laicis per eorum tantum nominationẽ, † & *n.4. & 5.* quod eadem ætas 14. an- 4
norum ſufficiat ad obtinendum Canonicatum in
Eccleſia Collegiata, & dimidiam portionem in
Cathedrali, cum dimidiæ portiones non habeant
annexum ordinem Sacrũ, vt ipſe refert *de Canonic.*
c.13. num.17. Gonzalez *in regul.8. cancel. gloſſa 5.*
num.91. & 93. † Sed idem Barboſa *ibi n.9.* Gon- 5

zalez relatus §.5. *num.*26. Stephanus Gratianus, *diſcept.forenſ.tom.*3.*cap.*397. Riccius,& Nouarius relatis à Barboſa, dicunt ad penſionem ſufficere ætatem annorum ſeptem; ſic vt in ea non intelligatur diſpoſitio Trid. *in dicto cap.*6. ita tenentes contra Campanillum, *in diuerſ. iuris canonici Rub.*7.*cap.*6.*num.*15.& *Rub.*11.*cap.*14.*num.*16.& Sa *in aphoriſm.*verb *beneficium num.*30. Garciam, *de beneficiis p.*1.*cap.*5.*num.*119. *in fine*,vt deciſum refert Stephanus Vueyms *ad conſtit.*24. ex antiquo iure deſumptas, & per Trid. innouatas, *conſt.*9.*a pag.*77.*n.*2.

5 Vnum verò eſt notandum pro qualibet ætate requiſita ad ordines, & ad beneficia obtinenda, nempe vt ſufficiat annus inceptus, nec deſideretur completus, vt de ætate prædicta 14.anni,referunt deciſum Henriquez,*in ſum.lib.*10.*cap.*19.§.2.Galetius *in Margarita caſuum conſcientia*, verb. *beneficium*, *num.*4 Zeuallos *in pract.queſt.*523. *n.*4. & 593.*num.*18.Aloyſius Riccius,*collect.*860.verſ. *limita ſecunde.* Gonzalez *ad regul.*8. *cancel. dicta gloſſa* 5.*in princ. num.*90. Garcia *de beneficiis p.*7. *cap.*4.*num.*11. Campan.*dict.cap.*6. *num.*2.*in fine*, Sel *in ſelectis canon. cap.*25. *num.*3. atteſtans ſic fuiſſe deciſum *in Camplen.* 11. *May* 1630. cum pluribus Barboſa ſuprà, *in dict.cap.*6.*num.*2.& *in*
6 *paſtor.alleg.*60. *n.*73. † De Subdiaconatu,vt ante 22.completum, Diaconatu ante 23.de Præsbyteratu ante 25. completum;ſic vt ſufficiat inceptum videtur probari *ex dicto c.*12. *Trid. dict.ſeſſ.*23.& in terminis de Subdiaconatu docent Henriquez *dicto lib.*19. *cap.*29.§.2.& *lib.*13. *cap.*38. §.2.Gutierrez *canonic lib.*1.*cap.*26.*num.*8.Franciſcus Leo *in theſauro fori Eccleſiaſt.p.*2.*cap.*4.*num.*31. Valerius Reginaldus *in praxi fori pænit.lib.*30.*tract.*3. *num.*166.Ludouicus Miranda, *in manuali Prælator.tom.*1.*queſt.*39.*art.*2. Villalobos *in ſumma p.*1. *tract.*11.*difficult.*11.*num.*12. Hieronym. Rodrig. *in compendio queſtion.regularium reſol.*106. *à n.*9.
7 † Barboſa, ibi, *n.*2. qui *num* 3. & 4. cum multis probat diem Biſſeſti in legitima ætate non eſſe
8 computandum;reſoluens, † vt ſi in ætate ad ordines vnus dies, aut vna hora deſideretur, vitietur factum, quia hic non habet regula illa locum, nempe parum pro nihilo reputatur; & quod parum diſtat nihil diſtare videtur, ſicut in aliis, in quibus ius tempus præfinitum exigit, Diana, *p.*5.
9 *tract.*5.*reſ.*17.*cum multis*, † ſed Trullench.ſupra *dubio* 10.cum Bonacina *ſub num.*4.reputat contrarium probabilius, quia annus computandus, & ſumendus eſt iuxta ritum, & vſum Eccleſiæ,reddens rationem, & dicens hanc ſententiam practicari Mediolani: videbis infra, *queſt.*3.verſ.*ad ſecundam.*

10 Item quod ætas non à die conceptionis, ſed à die natiuitatis ſit computanda,Couarruu.*de ſponſ. p.*2.*cap.*8.§.2. *num.*3. Mandoſius *de minori ætate c.*1.*num.*25. Sanchez *in præcepta Decalogi tom.*1. *lib.*4. *cap.*35. *num.*4. Bonacina *de Sacram.diſp.*8. *queſt.vnica puncto* 1.*num.*6.Sel *in ſelectis canonicis*
11 *cap.*14.*num.*8. † vbi refert fuiſſe deciſum *ſub die* 4. *Decemb.*1617.ætatem incipere à die natiuitatis,non à die Baptiſmi.

12 Dices, etſi in Trid.cautum hodie in qua ætate debeant conferri ordines maiores tamen de prima Tonſura, *in dict.cap.*6.id non cauetur,niſi quantum ad beneficia obtinenda. Quo fit vt reperam Eccleſiæ vſum antiquum ante Tridentinum quoad minores, & maiores conferendos; igitur de iure Diuino nulla ætas determinata eſt ad neceſſitatem Sacramenti ordinis, Sotus *in* 4.*diſt.*25.*q.*2. *art.*2. & communiter Doctores apud Bonac.*tom.*2. *diſp.* 8.*q.vnica,puncto* 5.*n.*2.Coninc.*de Sacram.diſp* 20. *dubio* 10. *num.* 94. & 95. Et ſic confert Ægidius Trullench. *de Sacram. lib.*6.*cap. vnico dubio* 20. *n.*1.validam eſſe ordinationem infantis, & amantis, ſic probans, *ex cap.vnico de cleric. per ſaltum prom.*nam ſicut in baptiſmo non requiritur rationis vſus, in quo ſufficit intentio ex parte Eccleſiæ, ita & in hoc Ordinis Sacramento ad differentiam cæterorum Sacramentorum, in quibus non imprimitur Character; quia in illis actus ſuſcipientis requiruntur: ita Bonacina ſupra *n.*3. Coninch. *num.*100.

De iure autem Eccleſiaſtico antiquo fuit deſi- 13
gnata certa ætas pro ſingulis ordinibus ſuſcipiendis, pro prima Tonſura, ſeptennium completum, *cap.de his* 28.*cap.in ſingulis diſt.*77. ex quibus patet,vt poſſet quiſque nomen Eccleſiaſticis miniſteriis dare; hoc eſt primam Tonſuram accipere, vt obſeruant Ioannes Gutierrez, *lib.*1.*canon.q.*26. *ſub n.*1. Ægidius Trullench. ſupra *num.*3. † vbi 14
addit vt eum recipiens ante ſeptennium non peccet mortaliter, cum videatur facere contra prohibitionem Eccleſiæ in re graui, Bonacina, *de cenſuris diſp.*3.*q.*6.*p.*5.*num.*6. verſ.*neque*, & Barboſa cum multis, *de officio Epiſcopi p.*2. *alleg.*11.*n.*3.

Pro aliis tribus minoribus ordinibus dicit Trul- 15
lench.vbi ſupra *ſub d.n.*3.eandem ætatem ſeptennij ſufficere, ſatiſque eſſe,& vt conferens ante huiuſmodi ætatem, ſit ſuſpenſus à collatione Tonſuræ, *ex cap.nullus de temporib.ordin.lib.*6.de quo *in cap.non eſt compos de temporib.ordinat.* Acolyto ait requiri duodecim annos completos *ex dict. cap. in ſingulis.* † Sed citatus Gutierrez *dicto n.*1. 16
aſſignat pro dictis tribus minoribus annum duodecimum, & pro Acolytatu quatuordecim; qui etiam *num.*2. ait iure nouiori non modo primam Tonſuram, verùm, & omnes minores ordines à ſeptennio ſtatim ſuſcipi poſſe, iuxta gloſſam fin. *in clem.fin.hoc tit.* per iura,quæ ibi allegat *ex dicto cap. de his* 28. *diſt. c.*2.*diſt.*72.*dicto cap. nullus*, & notat gloſſa *in cap.ſuper inordinata de præb.*quam probauit ſupra Sotus, Albertus, Trocius, *de vero, & perfecto clerico c.*17.*n.*1. *vol.*2.*tract.diuerſ. Doctor.fol.*243. in antiquis, Rebuffus *in praxi beneficiali in tit. de Clericis ad Sacros ordines malè prom. gloſſ.*2. *n.*1. *pag.*436.

Cumque hodie ex Trid.Concilio non ſit ætas 17
deſtinata pro minoribus ordinibus;& ob id videatur non recedendum à iuris communis iam relati diſpoſitione, nihilominus in praxi credo aliquam mutationem congruam interuenire; cum ſic reſpectu ordinum maiorum, *in dicto cap.*12. *Trid. dict. ſeſſ.*23. fuerit ſtabilita alia ætas maior illo capitulo,quàm antea practicaretur, vt ſtatim refero, *n.ſequenti*;itaque reſpectu ordinum minorum vltra primam Tonſuram, quam credo poſſe conferri poſt ſeptennium completum, vt ſæpius vidi practicari, exiſtimo à Tridentino relictum eſſe arbitrio,& prudentiæ Epiſcoporũ,† qui vt bene do- 18
cent Ledeſma, *in ſumma c.*8. *de ordine concluſ.*1. verſ.*lo ſegundo.* Trullench.*dicto dubio* 10.*ſub n.*3. debent curare quod ordinandi habeant ætatem competentem, vt poſſint decenter munus horum ordinum exercere: & ſic communiter practicari, & ſemper vidi apud Epiſcopos Hiſpanos, vt quatuor ordines minores citra primam Tonſuram non conferantur ante decimum quartum annum. Sed an prima Tonſura, & tres

primi

primi ordines minores poſſint recipi ante ſepten-
nium, diſputat Narbona in annalibus anno 7. q. 9.
Et de Acolitatu anno 12. q. 1. vbi longius videbis, de
quo dico infra q. 1. à n. 1.

19 De iure verò antiquo reperio fuiſſe, etiam
diuerſa tempora conſtituta ad ſuſceptionem ſa-
crorum ordinum; quia Subdiaconus nemo pote-
rat fieri, niſi qui erat viginti annis completis, vt
patet in ſexta Synodo, cap. Subdiaconus 77. diſt.
& ibi gloſſa, Diaconus ante vigeſimum quintum
annum, vt in decreto Carthaginenſis Concilij;
20 relato in cap. placuit. † Præsbyteratus verò non
concedebatur minori annorum triginta, vt decer-
nitur tota diſt. 78. vbi Doctores congeſti à Barbo-
ſa, & in terminis Gutierrez dicto c. 26. canon. ſub
21 num. 1. cum Soto, & aliis. † Deinde poſt, alia con-
ſtitutione Clem. V. relata in dicta clementina fin.
hoc tit. vbi cum pluribus Barboſa num. 1. & 2. de-
cretum eſt, vt alio non obſtante impedimento ca-
nonico, poſſet quis liberè in decimo octauo anno
ad Subdiaconatum promoueri, & in vigeſimo ad
Diaconatum, & in vigeſimo quinto ad Præsbyte-
22 ratum. † Sed iam hodie tempore nouiſſimo Tri-
dentini dict. ſeſſ. 23. dicto cap. 12. præcipitur, vt
nullus ad Subdiaconatus ordinem ante 22. annum,
ad Diaconatus ante 23. & ad Præsbyteratum ante
25. ætatis ſuæ annum promoueatur, de quo ſcri-
bunt plures, quos citat idem Barboſa in dicta cle-
mentina fin. num. 3. & in paſtorali, cum infinitis
23 idem probat p. 2. alleg. 16. num. 1. † Vbi addit ex
Trident. in dicto cap. 12. eadem in ſingulis ordini-
bus tempora, in regularibus quoque perſonis eſſe
attendenda, priuilegiis quoad hoc pœnitus ex-
cluſis, cum olim meritis exigentibus; poſſint in
minori ætate promoueri, iuxta textum in cap.
Monachus diſt. 71. & omnibus, quos refert Barbo-
ſa in citatis locis, addo citatum Ægidium Trul-
24 lench. ſupra de Sacram. dicto dubio 10. † vbi dicit
num. 4. in fine, ad Epiſcopum requiri 30. annos
completos, vt in cap. cum in cunctis de electione,
notaui dicens circa hoc iure nouo nihil eſſe im-
mutatum; ita cum Bonacina dicto tom. 1. diſp. 8.
queſt. vnica, puncto 5. num. 12. bene Iulius Lauor.
variar. lucub. 1. p. cap. 6. num. 14. Et de annorum
ætate ad maiores ordines ex propoſito Narbona
in annalibus, de Subdiaconatu anno 22. queſt. 1. ad
Diaconatum anno 23. queſt. 1. ad Præsbyteratum
anno 25. queſt. 45. Et de ætate ad ſingulos ordi-
nes, & ad noſtrum titulum Azot. lib. 6. moral.
tom. 2. cap. 5. & 8. per totum, Chuchus lib. 4. inſtit.
moral. cap. 12. Vaſquez de Sacram. Ordinis diſpu-
tat. 164. per totam, Villalobos in ſumm. tract. 11.
p. 1. dif. 11. cum infinitis Barboſa dicta alleg. 16. &
ante alleg. 11. p. 2.

25 Vnum tamen aduertendum eſt quod ſufficit
ad ſingulos ordines, per vnum medium diem an-
num neceſſarium à Concilio Trident. inchoatum
fuiſſe, Coninch. de Sacram. diſp. 20 dub. 10. n. 102.
Bonacina de Sacram. dict. queſt 1. vnica diſput. 8.
puncto 5. num. 12. Petrus Ledeſma in ſumm. tom. 1.
de Sacram. vbi de ordine cap. 7. Diana p. 2. tract. 2.
miſcel. reſ. 29. quia regula eſt in iure noſtro, quod
ſiue agatur in materia fauorabili, ſiue de materia
odioſa, vel pœnali, vbi cum quo requiritur ætas
ad aliquem actum, vel exercitium, ſufficiat atti-
giſſe primum diem vltimi anni; quia annus in-
ceptus, vt iam ſupra in princip. dixi, habetur pro
completo, vt bene expendit gloſſa, verb. decimum
octauum annum, in dicta clem. fin. de ætate ordinand.
gloſſa in clem. ad noſtram, de regularibus, Gutierrez
dicto cap. 26. can. num. 13. Zeuallos in pract. q. 523.
post num. 4. † Gironda in tract. de priuilegiis, & 26
exemp. num. 1142. vbi num. ſequenti, explicat limi-
tari, quando pro eſſentiali forma, requiritur annus
impletus. † Et ſic ex Trid. in dict. cap. 12. ſeſſ. 23. 27
clarè ſcriptum eſt, vt in ſingulis Sacris ordinibus
ſufficiat attigiſſe, ſicut clarè demonſtrat dictio illa
Ante, cuius natura eſt excludere illud, cui præ-
ponitur, vt in terminis dixit Barboſa de dictionibus
vſufreq. dict. 33. num. 5. † quia quando perfectum, 28
& conſummatum annum requirit Trid. Concil.
idipſum exprimit addendo particulam expletum,
prout fecit ſeſſ. 25. de regular. cap. 15. ibi, Ante de-
cimum ſextum annum expletum: & ſic etiam
cauebatur de iure communi in cap. 1. diſt. 78. & in
dicto cap. cum in cunctis de electione, exprimitur:
Vbi de ætate Epiſcopi, & in ætate Acolytatus in
dicto cap. in ſingulis, videtur intelligendum, vbi
gloſſa, & Barboſa dict. alleg. 16. ſub n. 1. in princ.
& Iulius Lauorius ſupra dicto c. 6. num. 14. ait vt
quando dicitur in Bullis de 25. anno agente, ſuf-
ficiat attigiſſe, & in anno 25. conſtituto ſufficiat,
ſex menſes tranſactos.

Ad ſecundam Rubricæ partem de qualitate or- 29
dinandorum, ſatis, & abundè dixi ſub tit. de tem-
porib. ordin. & ibi ſub cap. 5. & fin. vbi quod non
ſint homicidæ, periuri, & adulteri, &c. & ſub
cap. vnico, & tit. de ſcrutinio in ordine faciendo;
vbi quod non ſint hæretici, ſerui, Bigami, corpore
vitiati, & alij huiuſmodi, vt in aliis ſequentibus
titulis, dico latè, & breuiter iudico, iuxta inſcri-
ptionem noſtri tituli, & Rubricæ, non ſolùm
ſufficere ætatem in his, qui ſunt ordinandi, niſi
aliæ adſint qualitates, vt in cap. quicumque, ibi:
ſi tamen per hæc tempora 77. diſt. dicto c. 12. ſeſſ. 23.
† quarum præcipua eſt, quod exigitur litteratum 30
ſcientia, cum illiterati prohibeantur ad ordines
promoueri, prout bene tradit, & explicat cum
infinitis Barboſa, in paſtorali alleg. 46. a num. 5. &
alleg. 10. num. 30. vbi per gloſſam, & textum in
cap. fin. de temporib. ordinat. lib. 6. dicit vt requira-
tur in ſexu virili ætas, & item litteratum ſcientia,
vt in cap. litteratos diſt. 36.

Eſt enim omnium præcipua qualitas in ordinan- 31
dis neceſſaria, vt ad eſſentiam Sacramenti Ordi-
nis, requiratur ſexus virilis; ita vt mares tantum
ſint promouendi, non fœminæ, taliter vt ſi de
facto fœminæ alicui ordo conferatur, non impri-
matur character, † quia ſexus fœmineus impedit 32
eam impreſſionem, iuxta textum, in cap. 1. circa
princ. 15. q. 3. cap. vxoratus in fine de conuerſ. con-
iugat. gloſſa fin. in cap. Diaconiſſam 27. queſt. 1. ex
eo quia ſuſceptio ordinum tacitè cōiungit Cleri-
cum Eccleſiæ, tanquam ſponſæ, c. feriatum in fine,
ibi: Vt fiat de carnali 32. diſt. cap. 2. iniuncta gloſſa
fin. de pœnit. DD. inter corporalia de tranſlatione
Epiſcopi, vbi Abbas, quod myſterium non cadit
in fœmina, quia Clerici nemini debent ſubiici, c. 1.
diſt. 54. & mulieres ſunt ſubditæ viris, Geneſis 3.
D. Paul. ad Thimot. 2. cap. manifeſtum, cap. eſt ordo,
cap. hæc imago, & ibi Archid. cum aliis 33. q. 5.
ita docent D. Thom. in 4. diſt. 25. q. 2. art. 1. & 2.
Suarez de cenſuris dict. 51. ſect. 2. in princ. Bellerius
diſquiſit. clerical. p. 1. tit. de diſciplina clericali § 8.
num. 5. Sanchez in opuſculo moral. lib. 7. cap. 1. du-
bio 30. cum Marchino, & aliis, Barboſa dicta al-
leg 10. à num. 24. vbi vſque ad num. 28. † expen- 33
dit iura, in cap. in noua de pœnit. cap. dilecta de
maiorit. & obed. cap. Præſbyterorum 23. diſtinctione,
cap. Diaconiſſam 27. queſt. 1. & c. ſacratas 23. diſt.

quia etſi per illa iura videatur fœminis etiam commiſſa poteſtas ordinis, & clauium; veniunt tamen intelligenda reſpectu officij; quod exercere ſolent Abbatiſſæ, non inquam ordinis, & characteris, cuius ſunt incapaces; imò, vt aiunt Doctores, etſi Beata Virgo Maria fuerit Apoſtolis dignior; non tamen illi, ſed iſtis Dominus claues Regni cælorum commiſſit, vt docent D.Thomas *in addition.ad 3.p.quæſt.39.art.1.* Victor.*relect.2. de poteſt.Eccleſiæ quæſt.2.num.3.* Sotus *diſt.25.q.1. art.2. concluſ.1.* & alij, quos refert Henriquez, *lib.1.cap.21. §.2. littera N. & lib. 6. cap 2. §.3. & lib.10.cap.16.§.1.lit.A.*Suarez *tom.5. diſp.2.ſect.3. num.5.* & rationem incapacitatis mulierum ego tradidi, & expendi, *in cap.nouit.de iudiciis quæſt.9. à num.26.* vbi videbis: nam cum poſſet dubium oriri, an Abbatiſſæ haberent poteſtatem ferendi cenſuras, quod minus eſt, quàm ordinare, & ibi dictum ſit, quod non, ſequitur fortius dicendum mulieres, quantumvis in dignitate conſtitutas, non poſſe ordines conferre; quia per ius diuinum ſunt talis collationis incapaces: ſed nùm fœmina ex diſpenſatione Pontificia poſſit Tonſuram, aut minores ordines recipere, dico infra, *in cap. contingit hoc tit. ſub quæſt.4.* interim videbis Dianam agentem de noſtro dubio, *p.8.tract.10.reſ.39.* vbi fundat vtrumque.

34 Hærmaphroditus, id eſt qui habet vtrumque ſexum, ordinari nequaquam poteſt, niſi in eo præualeat ſexus virilis, non autem ſi fœmineus præualeat, aut eſſet parilitas, gloſſa, *verbo teſtimonium, in cap. teſtis §. Harmaphroditus*, vbi Ciarlin. Præpoſ. & Turrecrem.*4. quæſt.3.* Bellet *dicto tit.de diſciplina §.8.à princip.* Sanchez *lib.7. opuſcul.cap.1.dubio 31.*Sotus *dict.diſt.25.quæſt.1.art.3. cum aliis.*Barboſa *dicta p.2.alleg.10.num.28.*& de Eunuchis, ſeu Spadonibus, vel Caſtratis, dico, infra *in tit. de corpore vitiatis*: Videbis quæ de Hærmaphroditis, & mulieribus, poſt omnes dicit Ægid.Trullench.*de Sacram. lib.6. c.vnico ſub dubio 11.à num.3.*cum multis aliis Barboſa, *in paſtorali p.2.alleg.2.ſub num.15.*verſ.*de Harmaphrodito.* Sed addes quod etſi præualeat in ſexu virili, validè; non verò licitè poſſit ordinari, quia vt dicit Suarez, & Nauarr. quos citat Trullench.talis eſt irregularis, & eſt monſtruum, contra Toletum, *lib.1. cap.63. à num.6.*exiſtimantem non eſſe irregularem & adiunges Dianam cum aliis, *p.10. tractat.13.concluſ.3.reſ.36.v. ſed his.*

35 Si non eſt notorium dubitabis, nùm ſi Harmaphroditus conſecratus Epiſcopus, poſtea in eo præualeret ſexus fœmineus, valida eſſet conſecratio Epiſcopi, quam ipſe faceret: etenim affirmant Dicaſtillus *de Sacram.tom.1. tract.6. diſp.1. dub.20.num.295.* Fr. Leander *eodem tract.tom.2. tract.6. diſp.6.q.7.* loquentes de ſacerdote conſecrante, dicentes validè conſecrare, quia character Sacramentalis ſemel animæ impreſſus, nunquam deletur, etiam poſt mortem; & ſic quantumvis ſexus mutetur in fœmineum, cum ordinatio illa haberet principium validum iuxta iuris regulas; ſed Cardinalis Lugo, *in reſponſ.lib.1. dub.51. num.4.* & cum eo Diana nouiſſimè, acerrimè defendunt negatiuam pluribus fundamentis, quorum præcipuum eſt; quia etſi anima Hærmaphroditi retineret Characterem ſacerdotalem, non inquam poſſet pro eo ſtatu validè ſacerdotij actus exercere propter impedimentum prouenieus ex fœmineo ſexu, præualente iam in illo, compoſito facto propter fœmineum ſexum incapaci conſecrandi, vt proximè dictum eſt, *in verſ. eſt enim*, & dico, *in verſ.vnum verò*, ſtatim ſequenti.

E contra verò ſi fœmina erumperet in virum; 36
reſpondeo quod etſi non liceret, vt conſecretur Epiſcopus, ſeu fiat ſacerdos ob admirationem, & ſcandalum, quod homines conciperent, vt quem fœminam agnouiſſent, nunc ad altare miniſtrantem viderent; ſic vt hæc deformitas gignat Canonicum impedimentum, *c.2.de clerico ægrotante*, verùm iam cognito ſexu virilitatis, ordinatio erit valida, cum iam iſte verè ſit vir. Marchin. *de Sacram. Ordin. tract.1.p.4.cap.2. num.18.* Diana cum aliis ſupra quibus addo Suarez. *de cenſ. diſp.5. ſect.2. num.2.* vbi explicat ac refert Burgoſium & Socinum & de hoc videbis vberius infra. *in cap.3.4. & 5.de corpore vitiatis, quæſt.33.* verſ. *ad ſecundam*, vbi exempla ponuntur.

Vnum verò notabis, quod ſi de facto mulieri 37
ordo conferatur, vel ea recipiat ordines ſacros ex
propoſito, & cum intentione, non ex eo euenire,
etiamſi illis miniſtraret, vt incurreret irregularita-
tem. Et eſt ratio quia cum hæc incurratur à viris
malè ordines ſuſcipientibus, in illiſque miniſtran-
tibus contra regulas iuris Canonici, † & irregula- 38
ritas nihil aliud ſit, quàm impedimentum quod-
dam canonicum; id eſt legis canonicæ. † Dican- 39
turque irregulares illi, qui excipiuntur à regula, ſe-
cundùm quam omnes, qui capaces erant, attenta
lege Diuina poterant promoueri, ſequitur dicen- 40
dum, vt cum ſexus fœmineus, vt iam dixi, ipſa
lege Diuina ſit impeditus, & incapax ſuſcipiendi
ordines, vt nec per conſequẽs in mulierem ordines
ſuſcipientes, cadat irregularitas, quæ nunquam per-
tinuit, aut pertinere potuit ad regulam ordinando-
rum: multiplici ratione comprobat Viuald. *in can-
delabro aureo p.3.c.3.à princ.*Suarez *de cenſ.tom.5.
diſp.40.ſect.7.* Henriquez *lib.4.ſum.*multis addu-
ctis, *cap.2.*Sotus *in 4.dict.diſt.25. quæſt.1.art.2. in
princ.*† Itaque quod nonnulli poterant dicere, *ex* 41
*dicto cap.Præſbyterorum, cap.Diaconiſſam, cap.Sa-
cratas.* mulieres ad ordines pertinere, intelligi non
ad characterem Sacramentalem, ſed propter offi-
cium quod gerebant legendi, v.g. homilias, vel
Euangelia in choro, ad quod deſtinabantur certis
quibuſdam benedictionibus; non autem quod
fuerint ſpeciali ritu conſecratæ; quemadmodum
in Præsbyteris, & Diaconis obſeruatur: nam pro-
pter officium, Præsbiteræ dicebantur, quia ſenio-
res, & aliis perfectiores, vt notant ex D.Thom.*in
addit.ad 3.part.dict.quæſt.39.art.1.* Caſt. & plures
alij quos refert Henriquez, *dicto §.2.litt. P, & ſe-
quent.*Barboſa tamen *dicta alleg.10.num.27. in fin.*
cum Vualdenſe *de Sacram.tit.7.c.58.num.7.* dicit
non ineleganter intelligi, vt Diaconiſſæ, *in dicto
cap. Diaconiſſam*, dicantur vxores viduæ Diacono-
rum; quemadmodum apertè probat textus *in
vltim.diſt.32.*Præsbyteras dici vxores Præsbytero-
rum. † Et nùm fœmina queat Epiſcopus conſe- 42
crari videbis breuiter dicta ſupra, *in cap.6.de tem-
por.ordin.quæſt.2.*verſ.*ad ſecundam*, in verbo, *de fæ-
mina.*

Dictum ergo eſt ſolos viros pertinere ad ordinis Sacramentum, ſed non omnes: nam criminoſi, Bigami, corpore vitiati, ſerui, illegitimi, & alij non pertinent eo quod Iure Pontificio ſunt prohibiti, vt dico ſuis locis, & notaui, *in cap.vnico de ſcrutinio in ordine faciendo, & in cap.fin. de temporib. ordin.* de quibus fit mentio reſumptiuè *in cap. maritum 33. diſt. cap. præcipimus 34. diſt. cap. non confidat diſt.50.* & per totum noſtrum titulum. 43

Sed

44 Sed de ſubſtantia Sacramenti ordinis primò eſt
vt illud ſuſcipiens ſit verè baptizatus, vt notant
communiter Doctores in tit. de Clerico non bapti-
45 zato miniſtr. & ibi in cap. veniens. † Ex quo con-
ſtat quod ordinis character, ſupponit characterem
baptiſmalem, cum Baptiſmus ſit, & dicatur alio-
rum Sacramentorum ianua, vt dico infra de Bap-
46 tiſmo & aliquid infra de Sacram. non iterandis. †
Et ſic notant Doctores eſſe inualidam ordinatio-
nem eius, qui ſe credit baptizatum, ſi reuera non
eſt baptizatus: nam de Iure Diuino requiritur
Baptiſmi character, cuius effectus non poteſt ab
47 Eccleſia ſuppleri, † quia quæ ſunt iuris naturalis,
aut Diuini non ſupplentur, etiam interueniente
communi errore, ex regula textus in cap. cum infe-
rior, de maiorit. & obed. & ex cap. ſunt quidam 25.
quæſt. 1. Abbas in cap. 2. in fine de preſbyt. non bapti-
zato, & alij quos refert: ſequuntur Maſcard. de
prob concl. 649. num. 98. & 99. Sanchez de matrim.
lib. 3. diſp. 22. ſub num. 27. bene, & optimè expen-
dit Barboſa videndus de poteſt. Epiſcopi p. 2. alle-
gat. 2. ſub num. 10. 11. 12. & 13. videndus à n. 8.
48 Marchinus de Sacram. ordinis tract. 1. p. 4. cap 3. †
Et licèt Angelus verb. Baptiſmus 7. num. 10. putet,
vt non baptizatus, qui ſe baptizatum credit Sacer-
dotio inſignitus conficiat Sacramentum, non in
virtute ſua, ſed Eccleſiæ; & item gloſſa fin. in c.
Apoſtol. de preſbytero non baptizato, arbitretur
iſtum non eſſe Sacerdotem, nec conficere, ſed be-
ne quoad ſe, qui credebat conficere, & quoad
alios idem credentes, tanquam verum Sacramen-
tum conficere, ibique, & ſuſcipientibus prodeſſe.
49 † Tamen D. Thom. in 4. ſentent. affirmat diſt. 24.
ordinem non conficere, nec recipere, nec etiam
abſoluere; pie inquam credendum docet Sum-
mum Sacerdotem quoad effectus Sacramento-
rum ſupplere nec fore permiſſurum hoc ita latere,
cum inde maximum Eccleſiæ poſſet imminere
periculum. Et Barboſa dicta alleg. 2. num. 10. ait
ſalua ſemper Eccleſiæ Romanæ correctione iſtum
de facto non recepiſſe, quamvis communi errore
haberetur baptizatus: ſic tenens, vt nihil in con-
trarium moueat, gloſſa in cap. dudum § 4. de elect.
verb. decepta, quia illa loquitur in Baptiſmo recep-
to martyrio, aut flamine, quo conſequuntur effe-
ctus Baptiſmi aquæ; ne inquam animæ pœniten-
tium in cognitione veræ fidei Chriſti pereclitaren-
tur; non verò id oriri ex alio capite erroris com-
munis, qui non admittitur ibi, nec in caſu noſtro.
Videbis Suarez tom. 3. de ſacram. quæſt. 66. diſp. 22.
ſect. 1. ante finem.

50 Et ex eadem ratione dicendum, vt quamvis ali-
quis communiter exiſtimetur Sacerdos, ſi reuera
Sacerdos non ſit, nullomodo valeat abſolutio ſa-
cramentalis ab eo impartita; quia deficit ei pote-
ſtas annexa abſoluendi ratione ordinis; & ſic pro-
cedere etiam in mortis articulo, vt dico infra de
pœnit. Barboſa ſupra num. 13. Ægidius Trullench.
dicta quæſt. vnica lib. 6. de Sacram. dubio 11. ſub n. 2.
in fine.

51 Item requiritur quod ordinandus antea ſit con-
firmatus: nam in Trident. Concilio ſeſſ. 23. de re-
form. cap 4. Prima Tonſura non initientur qui con-
firmationem non ſuſceperint, ſic præcipitur: tamen
aduertes hoc tantum eſſe de neceſſitate præcepti;
52 non autem de neceſſitate Sacramenti, † ac prop-
terea validè; etſi non licitè conferri ordinem poſſe
non confirmato: docent Sotus in 4. diſt. 22. q. 2.
art. 4. propè finem. Henriquez in ſum. lib. 10 cap. 14.
§. 1. in comment. lit. P, Valer. Reginal. lib. 28. n. 24.
Bonacina de Sacram. diſp. 8. quæſt. vnica puncto 5.
num. 9. in princ. Laurent. de Franch. in controuerſ.
inter Epiſcop. & regular. pag. 78. in reſponſ. ad 15.
Barboſa cum multis aliis dict. alleg. 2. num. 14. † 53
Vbi num. 15. cum aliis infinitis ait, quod ſi ex negli-
gentia, & citra contemptum prætermitteret quis
confirmationem recipere ante ordines non pecca-
ret, nec aliquam incurreret irregularitatem. † Et 54
nouiſſimè hæc etiam dicens Ægidius Trullench.
dict. quæſt. vnica lib. 6. dub. 11. ſub num. 8. ait eſſe
valdè probabile, ſolum peccare venialiter eum,
qui ordinatur, non ſuſcepto Sacramento Confir-
mationis, quia in iure nullum eſt præceptum, id
conuincens. † Nec verba Trid. ſupra dict. cap. 4. 55
tantæ eſſe virtutis, quæ conuincant eſſe mortale; &
nec dari ait diſpendia maxima inter Confirmatio-
nem, & Ordinem, ſed ait eſſe graue veniale; &
ob id teneri Epiſcopum adhibere diligentiam ad
videndum, an hic ſit confirmatus. † Sed Bonaci- 56
na de Sacram. diſp. 8. quæſt. vnica puncto 5. num. 10.
credit ſic ordinatum peccare mortaliter; eo quod
exiſtimet in re graui facere contra Trident. & con-
ſuetudinem Eccleſiæ, Nugnus in 3. p. tom. 1. q. 72.
art. 8. concl. 7. vbi ait grauiſſimum peccatum ve-
niale, & fortè mortale eſſe, Ordines ſuſcipere mi-
nores ante Confirmationem.

Quod ſi Epiſcopus ordinaret non confirmatum 57
credo, vt etiam ſciens, & aduertens non peccet,
niſi tantùm venialiter, propter eandem rationem
illictam de ordinato non confirmato: ſic docet
Diana p. 3. tr. 4. reſ. 24. videndus cum Molfeſio, &
aliis: vbi contra Nugnum dicit ita tenendum in
ordinante, & ordinato: ſequitur Ægidius ſupra,
vbi addit cum Ledeſma in ſumma cap. 6. de ordine
concl. 9. in fine, vt tam ordinatus, quàm ordinans,
non incurrant irregularitatem: & idem Ledeſma
concl. 3. Soto in 4. diſt. 7. art. 6. & 8. & diſt. 24. art. 4.
dicunt poſſe Epiſcopum credere aliquando ordi-
nando iuranti ſe eſſe iam confirmatum.

Deinde dico quod licèt infanti poſſit; imò & 58
character imprimatur, ſi ordinetur ab Epiſcopo,
taliter vt ſi perueniat ad annos diſcretionis, vel
poſtquam amens ad mentem veniret, non ſit re-
petenda ordinatio, iuxta intellectum textus in cap.
vnico de Clerico per ſaltum promoto, vt ordinatus
ante annos diſcretionis permittitur ad Diaconatum
eleuari abſque inferiorum ordinum repetitione, vt
tradunt Sanctus Thom. in 4. diſt. 25. quæſt. 2. art. 1.
& 3. Valent. tom. 4. diſp. 9. quæſt. 4. punct. 1. Valer.
Regin. in praxi fori pœnit. tr. 30. Vaſquez tom. 3. in
p. 3. diſp. 246. Molfeſius in ſumm. Theolog. mor. tr. 2.
cap. 12. num. 1. Marchin. de Sacram. ordin. tr. 1. p. 4.
cap. 4 Barboſa dict. alleg. 2. ſub num. 15. verſ. an puer
& ratio eſt vt iam dixi ſupra cum Ægidio Trul-
lench. dict. lib. 6. cap vnic. dubio 10. ſub num. 1. & 2.
Coninch. de Sacramentis, diſp. 20. dub. 10. n. 94. &
97. Bonacina tom. 1. dict. diſp. 8. q. vnic. punct. 5. n. 3.
& alij, † quia rationis vſus ſolum eſt neceſſarius 59
in ſuſcipientibus ſacramenta, quæ conſiſtunt in ali-
quo actu ipſius ſuſcipiẽtis. ſicut eſt matrimoniũ,
quod conſiſtit in mutuo contrahentium conſenſu
& pœnitentia, ad quam neceſſarius eſt dolor, qui
ſunt actus pœnitentis, † non verò in ſacramentis, 60
quibus datur poteſtas, & imprimitur character, vt
in Ordine, Confirmatione, & Baptiſmo, in quibus
ſufficit intentio Eccleſiæ pro ſuſcipiente. Et cui-
dam obiectioni reſpondetur infra qu. 1. verſ. ad
tertiam.

Tamen; etſi hoc ita ſit debet ordinandus ha- 61
bere ex præcepto Eccleſiæ rationis vſum ad ordi-

nes ſuſcipiendos; quia vt ſupra *in princ.* adduxi, eſt ad quoſlibet ordines ætas certa, & maior ſeptennio, quo rationis vſus communiter aduenit, vt
62 dico infra *de ſponſ. impuber.* † Quare, etſi ordinari poſſint infantes, vt dixi, item, & amentes, & hoc validè, ſed non licitè, & ſine peccato; quia tam ipſi ordinati, quàm ordinantes irent contra præceptum Eccleſiæ conſtituentis cuilibet ordini certam ætatem: ſic tenent communis Doctorum ſenſus, vt dicit Ægid. Trullench. *dict. lib. 6. de Sacram. cap. vnic. dubio* 10. *num.* 6. qui *dubio* 10. *ſub*
63 *num.* 2. † Vbi dixit quod ſi ordinatur amens, qui habuit antea rationis vſum, non ſit ordinatus, quia cenſetur nolle habitualiter ordinari; non ſic de eo, qui ſemper amens fuit, quia in eo militat eadem ratio, ac in infante, vt ſentire videtur Valentia *tom 4. diſp. 9. queſt. 4 p.* 1. Reginald. *lib. 3. num.* 3. Modò tamen non conſtet poſitiuè ipſum antenoluiſſe ordinari; nam tunc cenſetur manere virtua-
64 liter talis intentio. † Et vt hoc dubium amplius peragas leges quæ nouiſſimè congerit Diana cum infinitis latè loquens *n. p.* 12. *reſ.* 48. dum agit ad vtramque partem de quæſtione, an ſi infans conſecretur in Epiſcopum, valida ſit eius conſecratio, de qua dico inf. a *q.* 1. verſ. *ad tertiam.*

65 Notandum eſt inquam peccare grauiter Epiſcopum, qui ordinat infantem; eo quod indecentia hæc eſt grauis, cum ſic ordinatus nequeat in tali ætate miniſterium ſuum exercere, docet Ægidius
66 *ſupra*, qui *dubio* 5. *num.* 9. *dict. lib.* 6. † Dixit, vt puer ſic ordinatus, non teneatur voto caſtitatis. Et eſt ratio quia hoc eſt præceptum Eccleſiæ, quod adhuc infantem non obligat, nec præcepto recitandi horas Canonicas ex eadem ratione, vt dicit Henriquez *lib.* 11. *de matrim. cap.* 9. *num.* 1.
67 † Notant vt Sacramentum Ordinis, & Epiſcopatu validè inſano conferatur; Gerunda in ſpecie *de Epiſcopatu tom.* 1. *lib.* 2. *diſp.* 7. *cap.* 2. *num.* 9. Valentia *tom.* 4. *diſp.* 9. *quaſt.* 4. *punct.* 1. Reginal. *tom.* 1. *lib.* 3. *num.* 3. Diana *p.* 12. *r.* 48. verſ. *ex his*, vbi ex aliis ab eo adductis ſic probat dicens diuerſum eſſe hoc à dicto Coninch. *de Sacram. Ordin. diſp.* 10. *num.* 100. *in fine*, Bonacinæ *de Sacram. diſp.* 8. *q. vnica puncto* 5. *num.* 3. & aliorum hoc dubium reſoluens per dicta infra *in cap. penultimo, quaſtione fin.* & ſupra *de temporib. ordin. in cap. non eſt compos.*

68 Sed an infans ſit capax Epiſcopatus, poteſt hic dubitari, cùm vt iam ſupra dixi *in Rub. & tit. de temporib. ordinat.* vt Epiſcopatus ſit ordo, vel ordinis extenſio, & D. Thomas negat *quaſt.* 39. *ad dict.* 2. alij, vt Bonacina, D. Thom. 1. *diſp.* 8. *quaſt. vnica, puncto* 5. *num.* 4. Fillucius *tom.* 1. *tract.* 9. *cap.* 4. *num.* 76. affirmant, quia etſi incapax ſit iuriſdictionis, & curæ animarum; non tamen characteris Epiſcopalis. De quo dubio dico infra *q.* 1. verſ. *ad tertiam.*

69 Item dicendum eſt, vt ordinandi debeant eſſe initiati prima Tonſura, vt patet ex communi vſu Eccleſiæ, & praxi quotidiana Epiſcoporum. Verùm etſi fortè aliquis ordinetur in aliis ordinibus ante primam Tonſuram, erit valida ordinatio; quia nullo iure reperitur neceſſaria prima Tonſura ad validitatem ordinis, Toletus *lib.* 1. *cap.* 71. Bonacina *tom.* 1. *dicta diſp.* 8. *queſtione vnica puncto* 5. *num.* 11. D. Thom. *dicta quaſt.* 38. *addit. art.* 5. & exiſtimant Toler. *ſupra n.* 6. & Bonacina, & cum eis Ægidius Trullench. *dict. c. vnic. dub.* 11. *num.* 9.
70 † peccabit mortaliter ſuſcipiens ordinem ſine Tonſura; quia agit contra vſum Eccleſiæ in re
grauì. † Cum Tonſura ſit præparatio ad ordines, 71
& perinde Epiſcopum peccare mortaliter talem ordinando; ob idque teneri ſub mortali præmittere diligentias, vt conſtat de prima Tonſura. Verùm quia iam de hoc puncto egi, poteris dicere cum Nauarro *cap.* 22. *num.* 9. Suarez *tom.* 3. *de Sacram. diſp.* 38. *ſect.* 1. & cum Diana, & aliis ab eo relatis *p.* 2. *reſ.* 4. *tract.* 16. nec ſic ordinatum, nec ordinatorem mortaliter peccare; quia aiunt in Trident. *ſub dicto cap.* 4. *relato*, & 23. nullum eſſe verbum id ſtrictè præcipiens initiandis, ſed tantum præſcribi quid facere debeant Epiſcopi. Nunc verò iam pergo ad alias quæſtiones, pro Rubrica, tam de ætate, quàm de qualitate.

QVÆSTIO I.

An ante ſeptennium, prima Tonſura, ſeu tres primi ordines minores poſſint conferri? An detur paruitas materiæ in ætate ad ordines? An Epiſcopus in Epiſcopum ordinans infantem ante rationis vſum, validè illum ordinet? Et an poſſit Pontifex ſolo verbo Sacerdotes creare? An qui veſpere ingreditur, annum aſſignatum pro aliquo ordine ſuſcipiendo, poſſit mane præcedenti illum ſumere? Et per quas demonſtrationes exiſtimetur annus completus, ſeu attictus tantum?

SVMMARIVM.

1 *Completus annus requiritur, vt prima Tonſura, & tres primi ordines queant conferri,* & n. 5. & 6.

2 Cap. de his *verbo* lectorum, diſt. 28. cap. in ſingulis diſt. 28.

3 *Infantiæ primæ anni computantur à ſeptennio perfecto.*

4 *Infantes, ſi neceſſitas exigeret ante ſeptennium, tonſurari poſſunt, vt intrent in Religionem.*

5 *Neceſſitas facit vt diſcedatur aliquando à regulis iuris.*

7 *Tridentinum nihil immutauit circa ætatem ad primam Tonſuram, & alios minores ordines.*

8 *Ætatis paruitas materia, num ſit in conſideratione, remiſſiuè.*

9 Cap. vnico de Clerico per ſaltum promoto.

10 *Epiſcopus validè ordinat in Epiſcopum infantem ante rationis vſum; non autem ad exercitium obligabit, ſine ordinati conſenſu,* & n. 13. & 14. *contra D. Thomam.*

11 *Quinquennis nondum, filius Hemberti electus fuit Archiepiſcopus Rhemenſis, confirmatus à Ioanne X. alius nobilis fuit electus anno* 18.

12 *Ferdinandus filius Philip. III. Hiſpan. electus fuit Archiepiſcopus Toletanus anno* 11. *ſuæ ætatis, & Cardinali Carrapha eadem Eccleſia data fuit anno* 19.

14 *Character imprimitur infanti ordinato Epiſcopo; etſi ei non concedatur iuriſdictio. quam exercere*

exercere poſtea poterit, ſi maior factus conſentiat in poteſtate ſibi charactere tradita.

15 *Pontifex ſolo verbo*, vt eſto Sacerdos, *nequit facere Sacerdotes, & Epiſcopum*, numero 18. *etſi alij contra.*

16 *Pontifex ſolo verbo vt ſi dicat* eſto baptizatus, *non facit aliquem Chriſtianum, nec ei verum impertitur Baptiſmum.*

17 *Pontifex non habet poteſtatem immutandi ius Diuinum, nec alterandi formas Sacramentorum.*

19 *Forma ordinandi Sacerdotes, & Epiſcopos, eſt ſaltim implicitè in Euangelio.*

20 *Ordinatus, ſiue in minoribus, ſiue in maioribus ordinibus duobus, v.g. diebus ante impletam ætatem, verius eſt vt peccet; ſed ſi iam in vltimo die anni, explendendi Doctores admittunt*, n. 21. & 23.

21 *Parum pro nihilo reputari, etiam in materia ordinum videtur admitti.*

22 *Veſpera die trahitur ad mane in ordinibus conferendis.*

23 *Anni perfecti, & expleti requiruntur, ſi diſpoſitio legalis ita cauet in aliquibus caſibus; ſin autem ſufficit annus inceptus. Et quibus Iuris verbis hoc caueatur*, num. 26. & 27. *Quid ſi dubium ſit in verbis iuris*, n. 27. & 28.

26 *Verbum* cum peruenerit v. g. ad annum 25. *nimum exigat annum completum, vel inceptum*, & n. 29.

27 L. qui filium, §. 1. ff. ad Trebel.

1 AD primam quæſtionis partem dixi ſupra *ſub Rubr.* requiri de iure annum completum *ex cap. nullus de temporib. ordin. lib. 6. l. 27. titul. 6. p. 1.* ita docent Garcia *de beneficiis p. 7. cap. 4. num. 6.* Sanchez *in conſ. mor. lib. 7. cap. 1. dub. 33. num. 15.* Menoch. *de arbitr. lib. 2. cap. 427. num. 9.* Campanil. *in diuerſ. iuris Canon. Rub. 7. cap. 1.* Moneta *de diſtribut. 2. p. quæſt. 19. num. 11.* Anaſtaſ. Germon. *de indultis Cardinal. §. quibuſvis num. 3.* gloſſa *in clem. fin. hoc tit.* & *in cap. de his, verbo lectorum diſt. 28.*

2 Nec obſtant huic reſolutioni textus *in dicto c. de his, & in cap. in ſingulis 28. diſt.* quibus videtur fas eſſe paruulos à primæ infantiæ annis Clericatus officio mancipare; † quia verba ibi: *à primis in-*
3 *fantia annis*, & *ab infantia* eum ſenſum habent, vt poſt primos infantiæ annos, atque ita ſeptimo anno perfecto ſignificent: nam præpoſitio illa *A*, idem ſignificat, vt multis comprobat Tyraquellus *in l. ſi vnquam* verb. *& poſtea, num. 21. cod. de reuoc. donation.* Menochius *lib. 2. de arbitr. caſu 57. n. 11.* Acuña *in dicto cap. de his num. 3.* & *in dicto cap. in ſingulis num. 1.*

4 Nec etiam obſtat Diuus Thomas, dum dixit *in addit. ad 3. p. quæſt. 39. art. 2.* tonſurari poſſe infantem, ſiue qui ſeptimum annum non expleuit ante vſum rationis; quia Sanctus non abſolutè docuit infantes tonſurari poſſe, ſed ita demùm, ſi neceſſitas exigeret, & ſpes profectus, vt puta ſi intrent in religionem *ex cap. fin. de temporib. ordin.*
5 *lib. 6.* † quia neceſſitatis tanta vis eſt, vt cogat aliquando à iuris diſpoſitione recedere: argument. textus *in cap. 2. de obſeruat. ieiun. & in cap. 2. de conſuet. cap. qui propter neceſſitatem de furtis*, & aliorum, quæ tradit Brunorus à Sole *in compendio vtriuſque iuris*, verb. *neceſſitas*: ita expendit Narbona *in annal. anno 7. quæſt. 9. num. 6. & 7.* Verùm Henriquez *lib. 10. de ordine cap. 19. num. 1.* Tabiena *in ſumm.* verb. *ordo* 4. Maiolus *de irregularit. lib. 1. cap. 30. num. 5. & 8.* Auguſtinus Barboſa *de iure Eccleſ. lib. 1. cap. 38. num. 43.* dicunt tempore Angelici Doctoris dari pueris ante diſcretionis annos primam Tonſuram.

De tempore inquam ad tres minores ordines, 6
iam ſupra dixi *in Rubrica*; & licet dicant gloſſa *in dict. cap. de his*, verb. *Lectorem*, & *in clementina generalis*, verb. *promoueri hoc titulo*, Sotus *in 4. diſt. 25. quæſt. 2. art. 2. §. quamvis iure*, verſ. *& omnes minores ordines à ſeptennio*, Burgo *de irregularit. part. 6. titulo de tempor. ordin. num. 6. & 26.* Vgolinus *de irregularit. cap. 45. num. 2.* Azorius *in ſumm. inſtit. moral. part. 2. lib. 6. cap. 5. quæſt. 8. & 9.* Sayrus *de cenſ. diſp. 31. ſeſſ. 1. num. 22.* Moneta *de diſtrib. ſupra num. 11.* & alij, quos ſequitur Narbona *ſupr. num. 3.* excepto Acolytatu, qui ſeptennium completum excedit, vt colligitur ex textu *in cap. quicunque in princ. 77. diſtinctione*, vbi poſt infantiam, & ante pubertatem lectorem creari debere præcipitur, eandem requiri ætatem, ac ad primam Tonſuram; idemque procedere, vbi Sacri Trident. viget obſeruantia. † Quia 7
Trident. nihil circa ætatem requiſitam ad primam Tonſuram, & primos ordines immutauit; ſicque ait Piaſecius *in praxi Epiſcopali p. 1. cap. 1. num. 22.* Congregationem Concilij reſpondiſſe, nempe nullam eſſe à Tridentino præſtitam ætatem Tonſuræ, & quatuor minoribus ordinibus, ſed eam attendendam, quæ in Sacris Canonibus præſcribitur. Tamen tu reſolues in praxi, iuxta id, quod adduxi *in princ. ſupra*; etſi Narbona, cum Sayro, Suarez, Acuña, & aliis *ſupra num. 4. & 5.* curet expendere Trident. *ſeſſ. 24. cap. 5.* quatenus iuſſit inquiri de ætate promouendorum, ad minores ſolum intelligi, nempe an promouendi Tonſura, & tribus primis ordinibus minoribus, poſſint initiari, illudque à Concilio ſic præcipi, vt de ea ætate Epiſcopi arbitrentur, vbi ſcilicet, apertis documentis conſtare non poſſit de ætate certa ordinandorum; quod etſi de iure poſſit amplecti in praxi autem non videtur vſitatum, vt *in princ. ſupra* adduxi à verſ. *de iure autem Eccleſiaſt.*

Ad ſecundam quæſtionis partem, an detur 8
paruitas materiæ in ætate ad ordines? videtur reſpondendum ex dictis *dubio præcedenti*; ſed tu dices, & reſolues, vt dico infra *in verſ. ad quintam.*

Ad tertiam quæſtionis partem, an Epiſcopus 9
ordinans infantem in Epiſcopum ante rationis vſum, ordinet validè illum? Et pro reſolutione adiunges dicta *ſub Rub.* in verſ. *deinde dico*; & ſuppoſitis ibi adductis, & quæ ponderat Diana *p. 8. tract. 1. reſ. 32. in princ.* per textum *in cap. vnico de Clerico per ſaltum promoto*, rationem adducens ex D. Thoma, & reſpondens obiectioni illi, quæ deſumitur ex verbo *ab Epiſcopo* prolato, dum dicit *accipe*, quod videtur ordinandi acceptationem includere, dicens verbum illud non denotare acceptionem recipientis, ſed veram traditionem ex vi poteſtatis conferentis; adeoque potius imperium, & poteſtatem dantis, quam executionem accipientis, ſicut etiam in Baptiſmo ad infantem dicitur *Epheta aperire*, item *accipe Sal ſapientia, &c.*

Vnde iam ad punctum difficultatis pro affir- 10
matiua ſententia ſunt Doctores citati ſupra *in Rubr.* in verſ. *notandum*, quibus accedunt Turria-

nus

nus *in ſumm.p.2.cap.80.dubio 1.num.2.* Præpoſitus
in 3.p.de Sacram.Ordinis q. vnica dubio 16. n.163.
Ochogauia *de Sacram.Ordin.tract. vnico q.9. n.3.*
Auerſa *de Sacram. Ordinis q.3. ſect.5.* Tannerus
*tom.4.diſp.7.quæſt.3.dub.1.num.*10.Diana *dict.p.8.*
tract.1.reſ.32.in fine,dum loquitur cum diſtinctio-
ne illa, in Epiſcopo ſcilicet ſatis diſtingui Cha-
racterem ordinis,& poteſtatem Eccleſiam guber-
nandi, priuſquè poſſe infanti conferri; licèt po-
ſterius quod requirit liberum conſenſum recipien-
tis non poſſit ei imponi; & ſic fieri quod cum or-
dinatio Epiſcopalis tendat ad prius; non autem
neceſſariò, & eſſentialiter ad poſterius, nihil ob-
ſtare, quominus infanti conferri poſſit;itavt infans
per illam ordinationem conſtituatur in eo gradu,
per quem poſſit ei committi Eccleſiæ gubernatio,
& conſtitui ſponſus alicuius Eccleſiæ; non tamen
re ipſa ita comitari,vt ſine vlteriori conſenſu præ-
ſtando, quando perueniret ad vſum rationis,obli-
11 getur Eccleſiæ curam ſuſcipere. † Etenim etſi
monſtrum videretur in Eccleſia Dei, non reticeo
ex Baronio *anno Domini* 915.Hugonem, nempe
filium Humberti Comitis Aquitaniæ,qui nondum
quinquennis penè infans Rhemenſis electus fuit
Archiepiſcopus, & à Ioanne X. confirmatus; qui
vt refert Baron. malis fuit exemplis inductus; &
Panormit. *in cap. cum in cunctis, notabili 4. in fine,*
num.2. refert ex Ioanne Andrea quendam virum
nobilem fuiſſe promotum in Epiſcopum anno ſuæ
12 ætatis 18. † Nec eſſe ab hoc abſimile quod refert
Mandoſius, *in tract.ſignatur.grat.Rub.de diſpenſ.*
*ſuper retent.*nempe vt Alphonſo Cardinali Carra-
pha 19. ann.agenti, ſit data Eccleſia Toletana
Archiepiſcop. in adminiſtrationem; & his noſtris
temporibus vidimus à Paulo V. Pontif.Max.Fer-
dinandum Cardin. Hiſpaniar. infantem adhuc ex
Ephebis non excedentem ann.11.agentem promo-
tum in Archiepiſcopum Toletanum.

13 Prædictæ inquam ſententiæ impugnat D.Tho-
mas rationibus multis, *in 3.part.q.39.art.2.* Gra-
nadus *in 3.p.controuerſ.9.tract.3.diſp.1.num.7.* qui
licèt non potuiſſet negare prædictam ſententiam
affirmatiuam, ſequutus eſt D. Thomam, negati-
uam tenentem; primò quia Epiſcopatus ſecum
trahit iuriſdictionem erga corpus myſticum Ec-
cleſiæ; puer autem ſaltem ante annos diſcretionis
non eſt capax iuriſdictionis. Secundò quia Epiſ-
copus eſt ſponſus Eccleſiæ, cuius Paſtor conſti-
tuitur; deſponſatio autem petit rationis vſum. †
14 ſed reuera iſtæ rationes non videntur concludere,
cum iam diximus aliud eſſe quod ſpectat ad or-
dinē,aliud quod ad iuriſdictionem.In primo enim
ſolum contenditur poſſe imprimi characterem in-
fanti, vt poſtea poſſit ei deſignari Eccleſia, cui
ſibi voluerit deſponſabitur, & quoad hoc non
maiorem ætatem requirit Epiſcopatus, quàm
Præsbyteratus,ad quem etiam pertinet habere po-
teſtatem, erga corpus myſticum Eccleſiæ abſol-
uendo fideles à peccatis; ergo ſi poteſtas Ordinis
ſacerdotalis conferri poteſt infanti, licèt tunc non
conferatur iuriſdictio, ſic etiam poſſit Epiſcopalis
conferri;& potius cum poteſtas Ordinis ſacerdo-
talis, quo conceditur illa conſecrandi corpus, &
ſanguinem Chriſti Domini præſtantior ſit in ratio-
ne ordinis, quàm quod illi ſuperaddit Epiſcopa-
tus,præcipuè ſi conſideres Theologos dicere Epiſ-
copatum non eſſe ordinem per ſe diſtinctum à
Præsbyteratu, ſed tantum extenſionem, vt di-
ctum eſt ſupra *ſub Rub.de temporib.ordin.*& *in tit.*
ibi: ergo ſi puero imprimi poteſt character ſacer-
dotalis,etiam poterit Epiſcopalis,& ego ſic tenen-
do contra Durandum negatiuam multis rationi-
bus ſuadentem, *in 4.diſt.25.quæſt.2.num.8.* Petr.
Sotum *de inſtit.ſacerdot.lect.5.de Sacram.ordin.§.*
ſecundo etiam, & eundem Granad.*in 3.p. tract.3.*
*de hoc Sacram.diſp.1.num.6.& 7.*Marchin.*tract 4.*
*cap.4.num.4.*addo noſtram affirmatiuam tenentes,
Bonacinam, *de Sacram.diſp.8.quæſt.vnica p 5.n.5.*
Valent.*quæſt.4.de Ordine p.1.* Campanil.*in diuerſ.*
iuris canon.Rub.4.c.4.num.17. Vaſquez *diſp.246.*
Meratum *de ordine diſp.9. ſect.1.* & cum aliis no-
uiſſimè Dianam *p.12. tract.1. reſ 47.* vbi latè reſ-
pondet fundamentis Durandi, & aliorum.

Ad quartam quæſtionis partem, an poſſit Pon- 15
tifex ſolo verbo creare ſacerdotes, veluti ſi dice-
ret, *eſto ſacerdos*; vtique negatiuè reſpondendum
eſt, tum ex notatis ſupra, *in Rub.& tit. de tempo-*
rib. ordin. vbi dixi à Chriſto Domino inſtitutam
eſſe formam, & materiam Sacramēti Ordinis mo-
do ibi dicto; deinde quia vnaquæque forma Sa-
cramenti debet ſignificare expreſsè quem realiter
efficit; ſed per dicta verba *eſto Sacerdos* non ex-
preſsè ſignificatur poteſtas conficiendi Corpus
Chriſti, & remittendi peccata:ergo. † Tertiò quia 16
ſicut ſi Pontifex diceret alicui non Baptizato *eſto*
Chriſtianus, per iſta verba non tolleret peccatum
Originale, nec illi verum Baptiſmum impertiret;
ita ſimiliter per illa verba, *eſto Sacerdos*, Pon-
tifex ſacerdotem non ordinaret, nec poteſtatem
conficiendi corpus Chriſti, & remittendi peccata,
illi tribueret. † Quartò quia Summus Pontifex
non habet poteſtatem immutandi ius Diuinum, 17
nec alterandi materias, aut formas Sacramento-
rum nobis à Chriſto determinatè relictas, quia
inferior non habet poteſtatem abrogandi legem
ſuperioris, iuxta quæ latè dixi *in c.12. de iudiciis*,
ſed Chriſtus nobis reliquit formam illam: *Acci-*
pite Spiritum Sanctum,quorum remiſeritis peccata
&c. ſic docent multi Doctores, præcipuè Theo-
logi, & Philiarcus *de officio Sacerdotis p.2. lib. 1.*
cap.14.per totum, Diana *dict.p.8.tr.1.reſ. 28.* &
ita tenendum.

Nec obſtant Angelus, quem refert,& ſequitur 18
Felinus *in cap. 1. de conſt. num.23.* Decius ibidem
lect.1.num 50. Rebuffus *in praxi beneficior. tit. de*
Cleric.à quibus,& quomodo creeatur num.9.& 10.
Hieronymus Gigas *de penſionib. quæſt.8.* Franciſ-
cus Victoria *de ſacr. Ordin. quæſt.5.* dicentes ſolo
prædicto verbo *eſto ſacerdos* poſſe Pontificem ſa-
cerdotem creare;itemque poſſe dicendo *eſto Epiſ-*
copus, Epiſcopum creare; licèt non ſoleat, vt di-
cit Angelus relatus ab eodem Rebuffo *ſuprà, n.11.*
ex ea ratione; quia Pontifex ſummus introduxit
formā huius ordinis Sacerdotalis, & Epiſcopalis,
cuius tenor non extat in Euangelio, poſſitque il-
lam abrogare, locoque illius, aliam formam ad
beneplacitum ſuum conſtituere. † Tamen ho- 19
rum omnium fundamentum videtur futile,& ina-
ne;quia vtraque forma, ſaltem implicitè in Euan-
gelio continetur offerendi ſcilicet Miſſæ ſacrifi-
cium, & remittendi peccata, vt apparet de priori
in illis verbis: *Hoc facite in meam commemoratio-*
nem, quibus Chriſtus Apoſtolos conſtituit ſacer-
dotes, & dedit illis poteſtatem offerendi Miſſæ
ſacrificium pro viuis,& defunctis; & ſecunda eſt
expreſſa in Euangelio Ioannis X.ibi: *Quorum re-*
miſeritis peccata, vt iam dixi *ſub dicto tit.de tem-*
porib. ordin. De hac quæſtione per gloſſam *in*
*c.1.§ vna de ſumma Trinit.*agit cum multis Barbo-
ſa *num.21.* videndus *ibi.*

20 Ad quintam quæſtionis partem, an qui veſpepere ingreditur annum aſſignatum, poſſit ante mane ordinari; & ſecundùm dictum ſupra *in princ. huius quæſtionis*; vbi quod ſeptennium pro Tonſura, & aliis tribus minoribus ordinibus, debeat eſſe completum; & ſic Baſilius *de matrim. lib.7.c.65.num* 1. dixit vt in ætate requiſita ad ordines ſuſcipiendos, non detur paruitas materiæ; eo quod hic non habeat locum regula illa, quod parum diſtat, nihil diſtare videtur, ſicut nec in aliis, in quibus ius tempus præfinitum exigit, vt in ætate ad ordines; ſi enim dies vnus, aut hora deſideretur, vitiat factum, & Henriquez *lib. 7. c. 20. num. 2. in gloſſa litt. O*, dicit non debere deeſſe diem: & ſic Villalobos *in ſumm. p.1. ſub tr.11.* ex doctrina Nauarri *de temporib. ord. conſ.*9. non admitti, ait, etiam ſi tantum deſit dimidium diei temporis deſignati ante ordinis ſuſceptionem, v.g. ſi deſit Subdiacono dimidia dies ad incipiendum vigeſimum ſecundum annum, refert Diana *p. 5. tr.5. reſ.*17. Paſqualigus *in quæſt. can. cent. 2. q.122. num.5.*

21 Non deſunt autem qui dicant præfatam regulam parum pro nihilo reputari; & ſic ſi modicum deficiat tempus, ordines queant conferri licitè, & ſine peccato: nam Pater Ledeſma, quem refert Ægidius Trullench. *de ſacr. c. vnico lib. 6. dub.* 10. *ſub num.*4. in verſ. *maior*, etiam tacito nomine refert aliquos affirmare non peccare ordinatum, ſi tantum ad ætatem completam deficiant ſeptem, aut octo dies; ipſe autem non admiſit, quia hæc temporis deſignatio eſt grauis res; admittit autem Ledeſma Dominicanus, non peccare illum, ſi eo die, mane, aut veſpere, quo ordinatur, attingit tempus deſignatum; ſic etiam admittit, vt probabilem Diana *part.2. tract.16. reſol.29. dicta part.5. tract. 5. reſol. 17.* in verſ. *nota*, vbi dicit, quod ſi deſit in principio ſequentis diei, v.g. hodie impletur ætas 24. annorum poſt dimidiam noctem, poteſt ordinari ſacerdos, ex eo quia, vt docet Nauarrus *ſupra conſ.6.* in fauorabilibus dies cœptus habetur pro completo, *l. qua ætate ff. de teſt.* & confirmant ex eo, nùm licèt requiratur ſeptennium completum ad ſponſalia; ſi tamen ſunt in vltima die ſeptennij, ſat eſt, ſi ille ſit inceptus, Mandoſius *de ætate minoris cap.14. numero* 11. Panormit. *in cap. atteſtationes de deſponſ. impub.* & ſic dicit Diana in caſu noſtro patere; quia reuera ille iam dicitur attigiſſe 25. annum, & docent Sanchez *in opuſculo tom.2. lib.7. cap.1. dubio* 33. videndus Naldus *in ſumma* verb. *ætas, numero* 3. & docent Marchinus *de Sacram. Ordi. tractatu* 1. *p.5. cap.2. num.7.* Et idem Trullench. *ſupra ſub dicto numero 4. in fine*, putat poſt factum abſque ſcrupulo poſſe ſuſtineri opinionem Ledeſmæ, quam dicit vt probabilem abſolutè admitti à Diana *dict. part.2. reſol.29. tr.2.* quia tantillum temporis in moralibus poterit pro nihilo reputari, & amplius dixit Zaynardus Dominicanus *in direct. Theol. p.1. de Sacr. matrimonij c* 40 §.14. Epiſcopos poſſe diſpenſare, ſi deficiant ordinando duo vel tres dies ad ætatem debitam, quia moraliter parua diſtantia, pro non diſtantia habetur, cuius dictum cogitandum relinquit Diana, *dicta*
22 *part.9. reſ.50. in fine*, † imò Leander *de Sacram.* quem videtur ſequi Diana *part. 9. tract. 9. reſol.*50. dicit *tom.2. tract.6. diſputatione 6. quæſt.*8. quod in caſu, de quo loquimur veſpera diei, trahitur ad mane, cum ex vtroque vna dies fiat; indeque fieri morali continuatione, vt qui ibi ordinatur, dicatur ordinari in anno 22. tertio, aut quinto conſtitutus; & idem Leander *quæſt.7.* obiter dicit ad recipiendum v.g. Subdiaconatum, ſufficere viginti duos annos inchoatos, non per vnum integrum diem, vt volunt Coninch. & alij relati ſupra *in princ. Rubrica*, nec per vnam horam, vt voluit Diana, ſed ſufficere incohatos per vnum, vel dimidium quadrantem horæ; quia qui per dimidium quadrantem horæ viginti duo, tres, aut quinque annos attigit, verè conſtitutus ſit in anno 22. 23. & 25. à Tridentino præſcripto.

Ad vltimam quæſtionis partem, de qua iam 23
ſupra *ſub Rub.* aliquid dixi ex Tridentini verbis, *ſeſſ.23. cap.12. de reform.* reſpondeo controuerſum eſſe in iure, an, quando annus cœptus ſufficiat, & habeatur pro completo, de quo agunt gloſſa, & Doctores per textum, *ibi, in l. ad Rempublicam ff. de muneribus, & honor. & in l.3.§. minore ff. de minoribus, & in l. ſi cui fin. ff. de leg.*1. gloſſa *in cap. ſubdiaconus 77. diſt. gloſſa 2. in cap. ad noſtram de regul.* Felinus *numero 7. in cap. cum vigeſimum de officio deleg.* Couarruuias *lib.3. comment. cap.12. numero 7.* Nauar. *in man. cap.25. numero 117. verſ. ad 9.* & communiter diſtingui ſolet inter diſpoſitionem fauorabilem & odioſam; ſed verius eſt vt ſit attendenda legis, & Canonis diſpoſitio, quia ſi expreſsè ad annos perfectos, & conſummatos, vel ſimpliciter ad tot annos referatur, tunc fieri, vt non ſufficiat annum inchoari; ſi verò ad ſolam exiſtentiam in tali anno, referatur tunc ſufficiat inchoaſſe, vt ſic ſi aliud ex mente diſponentis non intelligatur, verborum proprietas ſit attendenda, tam in materia fauorabili, quàm in odioſa, iuxta textum *in l. non aliter 67. ff. de leg.3. l. cum lege 24. ff. de teſtam.* & in hunc ſane modum exiſtimo interpretandam eſſe legem *in l. anniculus* 134. cum ſumatur anni impletio ex proprietate ſermonis, vel iuris fictione.

Vnde iam libuit aduertere quibus verbis ſo- 24
leant iura loqui, quibus aut deſideretur annus completus, aut ſufficiat inceptus; & quatenus ad primum ſcies ſignificari per verba ſequentia legis, aut Canonis, vt ſi v. g. loquatur ſequenti modo *poſt viginti annos, poſt vigeſimum eum expleuerit*, & ſimilia: nam procul dubio talia verba deſiderant annum completum, *ex l. ſi ita* 41. verſ. *& inter ff. de manumiſ. teſtam. l.2. in princ. ff. de excuſat. tutor, cap. cum in cunctis in princ. de elect.* & ſimili modo illa diſpoſitio, *cum quis fuerit viginti annorum, vel habuerit viginti annos* exigit annos completos; quia antequam compleantur, verum eſt quem non eſſe viginti annorum, vel illos habere: argument. textus *in dict. l. anniculus*; & ita procedit *lex ſi cui ff. de leg.*1. vbi gloſſa, & Doctores.

Per contrarium autem ad annum inceptum, 25
dici debet, vt referantur ſequentia verba: *cum fuerit in vigeſimo anno, cum attigerit*, vel quæ prohibent, *ne quis ante vigeſimum annum faciat*: nam propriè loquendo qui iam incepit attingit, & qui iam eſt in vigeſimo, ante illum non facit, ſed potius in illo, vt *in dict. cap. cum in cunctis de elect. §. inferiora*, textus & gloſſa *in clem. fin. hoc tit. dicta l. ſi ita in princ. 41. ff. de manumiſ. teſtam.* Trid. *dict. ſeſſ.23. cap.12.* gloſſa *in dict. l. ſi cui*, vbi communis.

Sed dubium eſt quid quando diſpoſitio loqui- 26

tur

tur per verba illa: *cum peruenerit*, v. g. *ad* 25. *annum*; & videtur dicendum ſufficere annum inceptum, per textũ *in l. qui filium* 73. §. 1. *ff. ad Trebellian.* ibi: *cum ad annum vigeſimum perueniſſet*, per quem Conanus *dict. lib.* 3. *comm. cap.* 12. *n.* 7. ſic tenet, & amplius ex eo colligitur; quia Imperator ibi motus fuit verbis teſtamenti. Verùm communis Doctorum ſententia eſt, vt verba illa intelligantur de anoo vigeſimo completo, vt de materia illius dictionis probant per textum, *in l. vrbana* 198. *ff. de verb. ſignif.* verb. *pernoctauit*, & *in cap. ſi conſtiterit de accuſat.* Tyraquel. *in l. ſi vnquam*, verb. *reuertatur*, *à num.* 194. *cod. de reuocand. donat.* & ex textu ſic probante in ſpecie *l. non putabam* 47. *ff. de cond. & demonſtrat.*

27 Et ſi retineas hanc ſententiam contra Conanum, tunc reſpondebis ad textum *in dict. l. qui filium*, §. 1. *ff. ad Trebell.* vel quod verba eius relata ſuppleantur, per alia verba ſequentia, nempe *quod ſi ante vigeſimum deceſſerit*, quibus videtur Imperatorem non accepiſſe dicta verba prima, ibi: *Cum ad annum vigeſimum perueniſſet*, in proprio ſignificatu; imò ſenſiſſe de anno incœpto, & inchoato, vel quod ſaltem res erat dubia; ita vt in hoc dubio Imperator motus verbis quæ ad vtrumque ſenſum referri poterant ex æquitate in fauorem filij pronunciauerit: ſequitur Barboſa *in dict. clem. fin. hoc tit. num.* 9. &

28 gloſſa *in dict. l. qui filium.* † Vbi D.D. exiſtimarunt textum illum procedere fauore filij ſimpliciter; ſed huic intellectui repugnat idem textus, dum probat Imperatorem motum fuiſſe verbis teſtamenti; & ita etiam colligitur ex verbis iactis ſub verſ. *per contrarium*, ſupra, quibus probatur quando diſpoſitio intelligatur tantum de anno incæpto. Et *in verſ. antecedenti*, quibus probatur quando intelligatur de anno completo. Hactenus de ætate ad ordines, de ætate ad officia, & *in cap.* 1. de ætate ad beneficia; infra etiam *in cap.* 3. 4. & 5.

QVÆSTIO II.

An ante ſeptennium poßint conferri, & in qua ætate Acolytatus, ſiue Sacri ordines, Subdiaconatus, Diaconatus, & Præsbyteratus? Et an vt quis ordinetur Epiſcopus, requiràtur præcisè ætas annorum triginta. Et quid de ſuis Coadiutoribus, vel de Pontifice, aut Cardinali?

SVMMARIVM.

1 *Omnium ordinum ætas requiſita remiſſiuè.*

2 *Ad Epiſcopum ætas requiritur vt ſit annorum* 30. *etſi in Gallia ſufficiant anni* 27.

3 Cap. quorundam 1. diſt. 34. n. 4.

4 *Iuuenis reputatur qui eſt in annis* 30. *& plus*; & n. 12.

5 *Iuuentus incipit ab annis* 25. *& durat vſque ad annos* 45.

6 *Archiepiſcopo puero electo Rhemenſi, datus fuit coadiutor.*

7 *Epiſcopalis ætas debet eſſe annorum* 30. *expletorum, contra dictum infra* o. 11.

8 Auth. de Sanctiſſimis Epiſcopis p. 1. collat. 9. *exegit in Epiſcopis annum* 35. *expletum*, n. 10.

9 *Numa Pompilij filius apud Sabinos in ætate quadragenaria electus fuit*; & n. 11.

11 *Ætas quadragenaria appellatur prudentiſſima, & trigenaria prudens.*

12 *Ætas primo per acerua trigenaria matureſcit.*

13 *Ætas annorum quinquaginta, fuit antiquitùs aſſignata pro Epiſcopis eligendis. Quæ hodie in Hiſpania videtur in vſu, cum ſæpè numero, & maiores illa, eliguntur Epiſcopi*, vt n. 16.

14 *Quinquagenarij nihil à ſenectute diſtant.*

15 *Senectus reddit homines inhabiles ad Epiſcopatum.*

16 *Senectutis initium verius eſt computetur ab annis* 50. *etſi alij ab anno* 45. *alij à* 55. *completo, alij à* 60. *alij à* 70. *alij ab arbitrio pendere*, n. 17. 18. 19. 20. 21 & 22.

20 *Ætas ſeptuagenaria excuſat a tutelis, & muneribus perſonalibus.*

22 *Senectus nihil aliud eſt, quàm ætas decreſcendi, quæ contingit ab anno* 50.

23 *Quinquagenarij in Camera reputantur pro ſenibus.*

24 *Hominum minor pars, peruenit ad annos* 50.

25 *Annus* 49. *Climatericus eſt minor.*

26 *Eligi in Epiſcopos poſſunt etiam maiores annorum* 50. *qui repelli nequeunt ob ſenectutem, & rectè ab annis* 60. n. 28.

25 *Senium ætas tripartita eſt, in primam, mediam, & vltimam ſenectutis. Prima durat ab anno* 50. *ad* 60. *Secunda à* 60. *ad* 70. *Tertia à* 70. *in annos ſequentes, quæ reputatur debilis, imbecillis, & non apta ad gubernandum, muneraque obeunda.*

28 *Homines litterati, & induſtrij ab annis* 60. *nimis prudentes reputantur; etſi non laborioſi.*

29 *Quinquagenarij robuſti reputentur ad gubernandum, & adhuc iuuenes.*

30 *Iuuenes haberi poſſunt qui nondum inter ſeniores connumerantur.*

31 *Septuagenarij, & amplius à Regibus noſtris Hiſpaniæ ſolent Epiſcopi nominari; quia, etſi non ſic laborioſi, prudentiores tamen exiſtimantur.*

32 *Senior quo quiſque eo præſumitur prudentior, niſi in decrepito*, n. 34.

33 *Prudentia maior præſumitur in ſenibus; ſic vt contrarium non probetur, niſi per teſtes*, n. 34.

35 *Epiſcopus coadiutor alterius Epiſcopi, non eligitur, niſi ab annis* 30. *& deinceps.*

36 *Pontifex eligi poteſt ad vniuerſam Eccleſiam, qui eſt in annis* 30. *expletis, ſed ſi adſit alius habilis ætate maior, ille debebit eligi*, n. 38. & 41.

37 *Papa dicitur Epiſcopus omnium Eccleſiarum, qui ſecundum aliquos, poteſt rectè eligi ab ætate decennij, aut* 14. *annorum*, numero 40.

39 *D. Petrus fuit Pontifex electus; quia maior annis, quàm dilectus Ioannes.*

41 *Electio Pontificis facta de illo, qui nondum*

eſt

eſt ætate 30. valet, niſi fieret ante ſeptennium, n.42.

33 *Cardinales, Diaconi, & Subdiaconi creari poſſunt in ætate 22. & 23. annorum, Præſbyterales, non niſi in ætate 30. annorum*, numero 45.

44 *Cardinalatus Dignitas poſt Pontificiam, eſt maior cæteris in Eccleſia.*

46 *Cardinalium ætas de iure ordinario eſt iam aſſignata*, n.43. & 45. *ſed Papa queit etiam minores annis 30. creare Cardinales quod fit potius diſpenſatione, non conſuetudine*, num.49.

47 *Gregorius XI. fuit Cardinalis electus minor annis 11.*

48 *Papa nouiter electus, ſolet ſuum Cardinalatum aſſignare alicui cognato, quamuis adoleſcenti.*

50 *Papa queit aliquem Epiſcopum creare ante rationis vſum, & multò magis Cardinalem; etſi non licitè*, n.52.

51 *Cardinalatus non eſt ordo, nec Sacramentum.*

52 *Papa ad Cardinalatum tenetur eligere digniores in conſcientia.*

1 AD primam, & ſecundam difficultatem ſatis reſponſum præbui, *ſub Rub. huius tituli* à verſ. *dices*, vbi ſigillatim tracto de ætate requiſita olim, & hodie poſt Tridentinum ad ordines minores, etiam cum prima Tonſura ac ad ordines maiores Subdiaconatus, Diaconatus, & Præsbyteratus: & DD. *ibi*, adducti longè agentes referunt alios ex propoſito ſcribentes, vt videbis nouiſſimè apud D. Didacum de Narbona *in ſuo annali in locis, ibi aſſignatis*, quare amplius non inſiſto cum ex iam ibi dictis, ſatis, ſuperquè intelligatur, & ex dictis ſupra *q.1. à n.1.*

2 Ad tertiam de ætate requiſita pro ordinando aliquem in Epiſcopum, ex propoſito agit Iulius Lauor. *lucubrat. variar. p.1. cap.6. num.14.* cumque iam aliqua de ætate ad eligẽdum Epiſcopos dixerim *ſub tit. de elect.* & conſtat, vt iam ſcripſi *ſub Rubrica de temporib. ordin.* Epiſcopatum eſſe vnum ex ordinibus ſacris, diſtinctum à Præsbyteratu, Diaconatu, aut Subdiaconatu, modo ibi dicto, euenit vt congrue hic de ætate ad Epiſcopum ordinandum agamus, & licet Petrus Gregor. *ſuper decret. dicto tit. de elect. cap.11. num.3.* dicat in Gallia ſufficere ſi nominatus Epiſcopus à Rege, ſit annorum 27. Tamen de iure verius eſt vt deſiderentur anni triginta; eo quod Tridentinum, *ſeſſ.7 de reform. cap.1.* appellet maturam talem ætatem. Pro ornatu videbis quæ dixi ſupra *in cap. ſi Archiepiſcopus 7. hoc tit. q.2.* verſ. *de ordinato Epiſcopo.*

3 Nec huic reſolutioni obſtat textus, *in cap. quorundam 1. diſt.34.* quatenus videtur colligi ex eo reſcripto Nicol. Papæ iuuenem poſſe fungi munere Epiſcopali cum de Lamfredo Epiſcopo ibi legatur iuuenem fuiſſe; & ſic fuiſſe electum, ac nominatum ante trigeſimum annum. Nec alia exempla, quæ retulit Baronius ſtatim citandus de quodam puero, nondum quinquennis Archiepiſcopo Rhemenſi creato. † Quia ad textum Nico-
4 lai Papæ reſpondetur non inferri ex eius littera Epiſcopum, de quo ibi non fuiſſe maiorem anno trigeſimo: nam etſi iuuenis appelletur, potuit inquam eſſe iam in annis triginta conſtitutus; eo quod, vt plures agnoſcunt † iuuentus, quæ reuera 5
ab annis viginti quinque incipit, perduretque, vſque ad annos quadraginta quinque, vt ait Simon Scard. *in lexicon.* verb. *iuuenes*, Narbona *anno 25. quæſtione 1. numero fin.* ſequitur, vt talis Epiſcopus nominatus iuuenis, dici poſſet, etiam poſt annos triginta; etenim Cuiacius *in l. non aliter 69. §.1. ff. de leg.3.* dixit vſque ad illud tempus ætatem iuuenilem reputari etſi Narbona *anno 30. ſub numero 12.* comprobans iuuentutem, & adoleſcentiam non differri, legendus cum multis ab eo relatis, *numero 53.* durareque vſque ad annos quinquaginta. † Et de facto pueri electi Archie- 6
piſcopi Rhemen. ſi ſatis Baronius lamentatus eſt *tom.10. annal. anno Christi 925. numero 8.* vbi adducit Æduardum, *libro 1. cap.19.* & poſt eos Henricus Spadanus, *in eiuſdem Baronij epitome ad annum Chriſti 1033. num...* ſubdens illi fuiſſe ad functiones Epiſcopales obeundas coadiutorem Epiſcopum datum, à quibus Narbona, *dicto anno 30. ſub numero 6.* refert verba, tam de facto Archiepiſcopi Rhemenſi, quam de coadiutore illi dato, videbis quæ dixi, *quæſt.1. ſub numero 11. & 12.*

Dubium poteſt eſſe, an requiſita ætas pro 7
Epiſcopo eligendo, debeat eſſe anni trigeſimi expleti, aut ſufficiat incæpti. Et quod ſufficiat incæpti, probatur ex adductis ſupra *in Rub.* vbi dixi annos requiſitos ætatis pro ordinandis in minoribus, & in ſacris ſufficere atrictos, nec prærequiri completos, ſed dicendum eſt decretam eſſe in iure pro ordinandis Epiſcopis ætatem trigeſimi anni expleti ex textu *in cap. qui in aliquo 51. diſtinctione cap. Epiſcopus diſt.77. cap. cum in cunctis 7. de elect.* vbi dixi, aliqua Concilium Lateranenſe ſub Leone X. *ſeſſ.9. de reform. Trid.* ſupra *dict. ſeſſione 7. cap.1.* & maximè hodie ex Bulla Gregorij XIV. publicara, *die 15. Maij* 1591. de quo alios referens Diana *part.5. tractatu 2. reſol.19.* Barboſa *in dicto Trid. cap.7. & de iure Eccleſiaſt. lib.1. cap.1. numero 83.* Narbona *dicto anno 30. numero 1. & 2.* Rodericus à Cunha *in dicto cap. Epiſcopus num.17. & in cap. nullus Epiſcopus 1. numero 6. dict.60.* Filliucius de ſtatu Clericor. *tract.41. cap.5. num.32.* Moneta *de conſeruator. cap.5. num.155. & de commun. vltimarum volunt. cap.10. num.113.* Nicolaus Garcia *de benefic. part.7. c.4. num.76.* Vigellius *in methodo iuris Pontificij lib.3. cap.10. Reg.18.* Piaſecius *in praxi Epiſcopali 1. part. cap.1. num.23. ad finem, & cap.9. & 11.* Alzedus *de præcellentia Epiſcopi p.1. cap.3. n.22.*

Nec implicat huic reſolutioni textus, *in auth.* 8
de ſanctiſſimis Epiſcopis part.1. collect.9. quæ Epiſcopis initiandis annum trigeſimum quintum, & quidem expletum præfixit; quia etſi poſſet eius deciſio adſtrui; eo quod oporteat ordinandum in Epiſcopum eſſe prudentem aliter quem ad Epiſcopatum inhabilem reputari, vt notat idem Rodericus à Cunha *in principio diſtinctione 36.* † imò & ex Dionyſio Alitamaſſeo, *lib.2.* 9
antiquitatum Roman. & ex Iacobo Menochio *libro 2. de arbitrariis centuria 6. numero 13.* dicatur de Numa Pompilio, Pomponij filio apud ſabinos illuſtris filio ferme quadragenario, quæ ætas eſt prudentiſſima. † Tamen reſpondetur ad 10
authoritatem *dicta auth.* non habuiſſe authoritatem diſponendi ſuper rebus Eccleſiæ ex his, quæ ſcripſi, *ſupra in cap. Eccleſia ſancta Maria, cap. quæ in Eccleſiarum de conſtitut. cap.2.*

cap.2. & toto tit. de iudiciis , & foro comp.
& in propoſito expreſsè reſoluunt Azorius, &
Vincentius Turturetus , quos ſequitur Narbona
11 *dicto anno 30.quaſt.5.num.5.* † Nec dictum Dio-
nyſij loquentis de electione Numæ Pompilij, quia
illa quadragenaria appellatur , ibi prudentiſſima,
nec repellit trigenariam , quæ teuera prudens ætas
reputatur , cum in ea poſſit Epiſcopus aliquis or-
dinari , *ex dicto cap. cum in cunctis , de elect. cap.*
Epiſcopus 77. diſt. Videndus Simancas *de Repu-*
*blica lib.6.c.9. num.795.*ex aliis comprobat idem
Narbona *dicto anno 30.ſub q.2.à n.3.*

12 Et licèt Antonius Chuchus *inſtit. moral. lib 4.*
tit.1. de elect. num. 138. & expreſſius , *ibi: tit.2.*
num.11. dixerit triginta annis minores ad Epiſco-
patum poſtulari poſſe , & alij ſic exiſtimauerint;
verius eſt vt nonniſi poſt annum trigeſimum ex-
pletum , quia hæc matura ætas hominis eſt , ante
cuius implementum ob iuuenilis intemperantiæ
exuberantiam , nemo commodè ad Eccleſiarum
regimen aſſumi poterit , quia ex mente Trid. *in*
dicto cap.1.ſeſſ.7. Colligunt Doctores , & Turtu-
retus , *in Parallelis ethicis , & iuridicis diſſer-*
tat.15.paulò poſt principium, eam ætatem maturam
appellari, & quod ætas primo per aceruа trigena-
ria matureſcat.

13 His omnibus videtur contrarius Clemens Ro-
manus *lib.2. Apoſtolicar.conſt.cap.1.* vbi ait illis ca-
ueri non minorem natu quinquaginta annorum
oportere eum eſſe , qui paſtor , & Epiſcopus con-
ſtituendus erat ; verum etſi illa determinatio, tunc
temporis ſic procederet : tamen Patres Agathenſis
Concilij , & mox Lateranenſis immutarunt , †
14 quia quinquagenarij nihil à ſenectute diſtant,
qua nemo ad Epiſcopatum congruit , vt promo-
ueatur ſicut ſentit Narbona , *dict. anno 30. cap.5.*
ſub numero 3. inferens *ex cap. Archidiaconum,*
15 Florentinum , iuncta gloſſa , *ibi 85. diſt.*† Sene-
ctutem homines reddere inhabiles ad Epiſcopa-
tum, tradens ſic ex Franciſco Viuio, *lib.2. deciſio-*
num deciſ.243.n.21:

16 Hoc dictum non parum repugnat vſui anti-
quo , & ſtylo noſtri temporis , cum frequentia
nominatio ad Epiſcopatus , ſit perſonarum pro-
uectarum , & ſæpè numero excedentium ætatem
quinquaginta annorum , cur ergo vt inhabiles
17 tanquam ſenes congruat , eas non eligi. † Itaque,
etſi variè ſenſiſſent authores alij dicendo ſenectu-
tem incipere à quadrageſimo quinto anno , vt re-
fert Caluinus , *in lexicon. Iuris* verb. *atas cap.28.*
18 ex Cicerone in Catone , † alij inquam à quinqua-
ginta quinque annis iam expletis , colligentes ex
textu *in l.fin.cod. qui atate , vel profeſſ. ſe excuſant*
lib.10.& ex l.2. cod. de his , qui non impl. ſtipen-
19 *dia eodem lib.* & ex aliis , † alij verò reponentes
perfectum ſenectutis initium in ſexageſimo anno
completo ex Caſſaneo, *in Cathalogo gloria mundi,*
p.11. conſiderat.17. in fine , Iacobo Cujacio *lib.*
reſponſ. Marcel.*in dicta l.non aliter ff.de leg.3.* per
textum *in l. pater familias 15.§. in adrogationibus*
ff. de adoptionibus , Cuius authoritate multi etiam
20 tenent , † alij enim ſenectutis initium conſtitue-
runt in ſeptuageſimo anno , Accurſium ſectan-
tes *in l.initio* , verb. *ſenes ff. de teſtibus* , & ex Ab-
bate , *in cap. quoniam frequenter num.18.* verſ.*ego*
puto , vt lite non conteſtata ; quia hac ætate ma-
iores ſenectutis cauſa à tutelis , & muneribus per-
ſonalibus vacationem merentur , per textum *in l.*
maiores 3.ff. de iure immunitatis , §. item maior in-
ſtit.de excuſat.tutorum, † & alij propter varietatem 21
opinandi exiſtimarunt nullum à iure ſenectutis
eſſe præſcriptum initium & ſic omnino pendere
à iudicis arbitrio , qua ætate quis ſenex haberi de-
beat , inter quos cum multis Menochius , *de ar-*
*bitr.caſu 59.*Ioannes Garcia *de nobilitate, gloſſa 48.*
§.1. num.6. Hieronymus Gonzalez *in reg.8. can-*
cell. gloſſa 5. §.9. num.27. Stephanus Gracianus
diſcept.forenſ. tom.2. cap.328. num.1. & multi ſic
probari putantes , *ex l.2.§.quem ita,ff. de excuſa-*
tion. muner. l. Prator.13. ff.eodem. † Nihilominus 22
exiſtimo initium veræ ſenectutis reputari juridicè
à quinquageſimo anno completo ; quia ſenectus
nihil aliud eſt quàm ætas decreſcendi, decretioque
in homine contingat à tali anno , vt ex Galleno
tradit Petrus Garcia , & cum eis Narbona anno
quinquageſimo *quaſt.2.num.9.* & Doctores colli-
gunt ex gloſſa *in proœmio decretalium lib.6.* ſene-
ctutis principium eſſe annos quinquaginta ibi
verbo , *perfectius* , & gloſſa *in cap.1. de celebrat.*
*miſſar.& in dicta l.non aliter §.fin.ff.de leg.3.*Iaco-
bus Cuiacius *in l.2.ff. de excuſat. muner.* Andreas
Gailius *lib.5. obſeruat.92. numero 7.* † qui in Ca- 23
mera quinquagenarios pro ſenibus reputari ſcri-
bit , † imò Cardinalis Tuſchus , *practicar. con-* 24
cluſ. iuris littera 1. concluſ.103. numero 6. ea ra-
tione inquit minorem partem hominum perue-
nire ad annum quinquageſimum , † vel forte ea 25
de cauſa , quia , vt ſcribit Ioan. Garcia *de no-*
bilit. dicta gloſſa 48. numero 3. annus quadrage-
ſimus nonus climatericus , eſt minor ; ideoque fa-
talis.

His ſic ſuppoſitis, etſi ætas ad eligendos Epiſ- 26
copos debeat eſſe ſaltem annorum triginta exple-
torum tamen ab ea in annos ſequentes poſſunt
equidem maiores natu annorum quinquaginta ;
etſi ſenes exiſtimentur eligi, nec ob ſenectutem,
vt inhabiles repelli. † Quia ſenium tripartitum 27
eſt dicterium, nempe in primam mediam, & vlti-
mam ætatem ſenectutis. Prima qui eorum adhuc
validi , & robuſti ciuilia negotia poſſunt obire,
quæ durat ab anno quinquageſimo , ad ſexage-
ſimum. Secunda à ſexageſimo anno ad ſeptua-
geſimum quo tempore , non ſic æquè obire mu-
nera poſſunt. Tertia , quæ connumeratur ab
anno ſeptuageſimo, & deinceps in annos ſequen-
tes reputatur debilis , imbecillis , ac non apta ad
gubernandum muneraque obeunda , † ob idque 28
optimè vſque ad annos ſexaginta ; imo & plus
rectè viri induſtrij , & litterari poſſunt eligi , &
nominari ad Epiſcopatus ; quia tunc nimis pru-
dentiores exiſtunt ; etſi non ſic laborioſi.

Etenim Petrus Garcia *in Avicen. fect.1. lib. 1.* 29
*doctrina 3.cap.3.diſp.16.*ex Galleno *lib.5.ſanitatis*
tuenda cap.vltimo , docet primam ſenectutis par-
tem , quaſi robuſtam , ciuilibus negociis conue-
nientiſſimam , quia etſi à quinquageſimo anno
delabantur vires corporis ; ſed non ſic defici vt
inhabiles citius homines reddantur quin potius ad
gubernandum adhuc iuuenes reputentur, & Nar-
bona *dicta quaſt.2.ſub num.12.in fine* , ſic colligit
ex textu *in dicta l.non aliter 69.ff.de leg.3.* † Cum 30
Marcellus ibi definiat iuuenes eos haberi poſſe,
qui nondum inter ſeniores connumerantur , ſiue
inter eos, qui ad mediam ſenectutis partem, quæ
à ſexageſimo anno initium ſumit iam peruene-
runt.

Nec exiſtimes à ſexageſimo anno expleto, non 31
eſſe nominandos aliquos in Epiſcopos , cum ſæ-
pè

pè videamus plures ea ætate maiores; imo & vt ſeptuagenarij, & amplius à Regibus noſtris Hiſpanis nominentur; quia etſi reuera non ſic laborioſi prædicti videantur; ſunt tamen prudentiores, cum de iure ſenes non ſolùm prudentes ſed
32 etiam in dubio prudentiores cenſeantur. † Nam quo quiſque ſenior eſt, eo præſumitur prudentior, vt docet Baldus *in cap.1. in princip. de renunciat.* & probant verba Hieronymi ſcribentis ad Nepotianum relata, *in cap. porrò 6. diſtinctione* 84. ibi: *ſenectus ætate fit doctior, vſu prudentior, proceſſu temporis ſapientior.* † Et ſic Tyraquel-
33 lus *in præfatione de iure primogeniorum num.*98. fatetur maiorem prudentiam præſumi in ſenibus, cui aſſentitur Matienzus *in dialogo relator. cap.*19. aſſerens adeo ſenes prudentia & ſapientia prædictos præſumi, vt niſi per quindecim teſtes contrarium probari minimè valeat: argum. ſingularis textus, *in l. vnicuique 7. in princip. cod. de proxim. ſacror. ſcriniorum lib.*12. Turturetus, *in parallelis ethicis, & iuridicis, diſſertione* 15. Rodericus à
34 Cunha *in dicto cap. porro* 84. *diſt. num.* 4. & 5. † Niſi vt dicit Narbona *anno* 30. *q.*2. *n.*8. adeo ſint ſenes, & decrepiti, vt omni ſenſu, & ratione deſtituti delirare videantur, alia adducens, & *n.*10.

35 Ad ætatem requiſitam in coadiutore dato Epiſcopo breuiter dicendum eſt, vt cum debeat etiam prudentia vigere, vt eius coadiutus, quod eadem ætas annorum 30. ſaltim requiratur, ac eadem idoneitas, quæ in titulari poſtulatur tempore electionis, vt exiſtimat Narbona, *dicto anno* 30. *q.*5. *n.*10. cum Hieronymo Gonzalez *in reg.*8. *cancel. gloſſa* 5. §.9. *n.*6. Selua *de benef.*2. *p. q.*4. *num.*9. Caputaq. *deciſ.*127. *p.*1. & Rot. *deciſ.*347. *num.*3. *per totam p.*3. *diuerſorum*, & alij.

36 Ab quartam de ætate ad ſummum Pontificatum obeundum, videbatur dicendum maiorem poſtulari, ac in Epiſcopis eligendis, quanto paſtoris ſupremi Dignitas præcellentior extat; & ſic experti videmus à principio naſcentis Eccleſiæ non tantum ſenes, & quinquagenario maiores, verùm & ſeniores Pontifices pro tempore, vt in plurimum fuiſſe electos. Sed dicendum eſt ſufficere, vt ſit in eadem ætate annorum triginta, qui euehitur ad Pontificatus Dignitatem ſupremam eo quod ſit, & dicatur Epiſcopus Romanus, vt apparet ex textu *in cap. Oſius* 7. 6. *q.*4. *c. licet* 6. *de electione*,
37 *in cap. ſi quis Epiſcopus* 36. 2. *q.*6. † Dicitur inquam Papa Epiſcopus vniuerſalis omnium Eccleſiarum, vt docent Perez de Lara, *in compendio vitæ homin. cap.*29. *num.*22. Rodericus à Cunha *in dicto cap. Epiſcopus num.*17. *diſt.*77. dicens eſſe concluſionem, vt nullus minor annis 30. eligatur in ſummum ſacerdotem, quod ſaltim de congruentia admittendum tenet Barboſa *de iure Eccleſiaſt. lib.*1. *cap.*1. *n.*83.

38 Cum aliis Narbona longè agens anno 30. *à n.*5. vbi *num.*8. dicit hoc eſſe intelligendum, dummodò alius ætate prouectior non exiſtat, qui ad tantum munus æquè dignè conſcendere valeat;
39 quia ſi ſenior adſit, is potius eligi debet, † exemplo Petri, qui hac ratione fuit delecto Ioanni Prælatus, vt D. Hieronymus contra Iouinianum profert his verbis: *Quæritur cur non Ioannes electus eſt Virgo ſcilicet, vt eſſet caput Eccleſiæ? reſpondetur ætati delatum eſt, quia Petrus ſenior erat, ne adhuc adoleſcens, & puer progreſſæ ætatis hominibus præferretur*: Videbis Seluam, *de benefic.*3. *p. q.*5. *n.*14. *in fine*, Oiedam, *de incompatibilit. benefic.*1. *p. c.*24. *n.*24. Moneta *de commut. vltimarum volunt. c.*10.

*num.*111. qui probabilem dicit, quod videtur practicari in Collegio Cardinal, quoties ſeſe offert electio Paſtoris ſupremi.

Nec obſtat dicere de iure non eſſe determina- 40
tum tempus annorum pro Papa eligendo, vt voluerunt Azorius *inſtit. mor. tom.*2. *lib.*6. *cap.*5. *verſ. decimo quinto quæritur*, Maiolus *de irregularitate lib.*1. *cap.*30. *num.*13. *verſ. Pontificatui*, & alij dicentes ſeptennio quem poſſe eligi in Pontificem; ſicque Spondanus *in epitom. annalium Barony* anno Chriſti 1033. *n.*2. refert accidiſſe in electione cuiuſdam Benedicti; qui nondum decennis fuit in Pontificem aſſumptus, ſed ſeptennalem refellens Maiolus, *dicto num.*111. admittit eam ætatem qua quis poſſit vſum rationis habere; id eſt vt ſit 14. annorum, cum huiuſmodi ætas omnibus ſufficiat beneficiis, iuxta Trident. *ſeſſ.*23. *c.*6. *de reform.* quod non eſt admittendum, cum tantum loquatur Trid. de beneficiis ſimplicibus, non de curatis, aut aliis Dignitatibus, vt infra videbitur, quia vt ex Iacobatio, *de Concil. lib.*3. 1. verſ. *& idem de infante*, tradunt Ojeda, Perez de Lara, Narbona, & alij credendum non eſt Vicarium Chriſti caput totius corporis Eccleſiæ, Paſtorem ouilis Domini, Præſulem Apoſtolicæ Sedis; & tandem veriorem Pontificem fore minoris ætatis, ac cæteri Epiſcopi, præcipuè cum valeat argumentum ab inferioribus Cathedris ad Romanam Cathedram. † Verùm 41
ſi ante huiuſmodi 30. annorum ætatem, eligatur aliquis, eius electio ſuſtinebitur; eo quod nulla exceptio obiici poteſt ad primam ſedem, ſi à duabus partibus eligentium fuerit legitimè facta, iuxta diſpoſitionem textus *in dict. cap. licèt de elect.* vt tradit Barboſa *ſup. num.*83. Ojeda *ſupr. num.*25.
† niſi ante ſeptennium fieret; eo quod nullius 42
ordinis infans capax exiſtit; & ſic multominus conſecrationis Pontificiæ; dummodo à Spiritu Sancto non ſit peracta: ſic Ojeda *ſupr. num.* 26. Narbona *num.* 9. cum Speculatore *in cap. vbi de elect. lib.*6. *in* 7. *ſpeciali*, cum Maiolo *dict. lib.*2. *c.*4. *num* 4. Syluestro *in verbo. excommunicatio* 9. *q.*2. *verſ.*7.

Ad quintam de ætate inquam ad Cardinalem 43
S.R.E. eligendum olim nulla fuit ætas determinata in iure, niſi ea quæ erat neceſſaria ad Subdiaconatum, Diaconatum, & Præsbyteratum; & ſic videmus, vt ſoleant dici Præbyteri Cardinales, aut Diaconi Cardinales; ob id Barboſa, *de iure Eccleſiaſt. c.*3. *n.*33. Perez de Lara *in compendio vitæ hominis c.*29. *n.*18. Diana *p.*5. *tract.*2. *reſ.*19. Squillante *de priuileg. Clerical. cap.*14. *numer.*77. Campanillus *in Rubric.*7. *cap.*6. *numer.*47 & alij communiter dicunt Cardinalem Diaconum eſſe poſſe qui in vigeſimo ſecundo ſuæ ætatis anno fuerit conſtitutus, & Garcia *de beneficiis part.* 7. *cap.* 4. *numer.* 79. ſubiungit hodie *ex conſtitut. Sixti V*, quæ incipit *poſtquam verus*, ſic obſeruari.

Et licèt Baſilienſe Concilium exiſtimaret, vt 44
indecens ſit minorem ætatem requiri in Cardinalibus, quàm in Epiſcopis creandis, cum poſt Pontificiam, nulla ſit dignitas in Eccleſia, quæ Cardinalatu maior ſit, vel ipſi æqualis, vt ab omnibus tradit Anaſtaſius Germon. *in tract. de indultis Cardinal.* verb. *Epiſcopus n.*7. Diana *ſuprà* contra Alzedum *ex ſeſſ.*23. eiuſdē Concilij decernentis ad Cardinalatum ætatem annorum triginta completorum, etiam ſi Subdiaconalis eligeretur; & ſic poſtea decretum fuerit Trid. *ſeſſ.*24. *de reform. c.*1. verſ. *ea verò omnia*, & teneant Azorius 2. *tom. lib.*6. *mor. q.*3. verſ. 14. *quæritur*, Maiolus *de irregularit.*

lib.1.cap.30.num.13. verſ. *ad Cardinalem*, Ojeda
de incompatibilit. beneficiorum 1.p cap.24.num.27.
45 Garcia *ſupr. dict.cap.4.num.78.* † Tamen tu dices
ex dict.conſtit. Sixti V. procedere ſaltim in creandis Diaconis Cardinalibus; etſi in creandis Præsbyteris Cardinalibus, deſideretur ætas annorum triginta, vt in Epiſcopis.

46 Quæ dicta ſunt de ætate eligendi aliquem in Cardinalem procedunt de iure ordinario; quia poteſt Summus Pontifex ætate minores creare Cardinales, vt ſæpè contingit, & latè probat Paleot. *de ſacro Conſiſtorio p.3.quæſt.4.* & obſeruat Moſconius *de Maieſtat.milit.Eccleſ.lib.1.p.1.c.6.*
47 ex Platina dicens. † Gregorium X I. minorem annis decem, fuiſſe ad Cardinalatum aſſumptum,
48 † & Henriquez *lib.10.c.27.num.4.* obſeruat quod ſolet Papa nouiter electus ſuum Cardinalatum conferre cognato, quamvis adoleſcenti; & quibus ob inſignam nobilitatem, & indolem, de quibus ſpes eſt, quod multum ſua authoritate proficiant Eccleſiæ; & licèt Rodericus à Cuña *in dicto c. Epiſcopus 6.num.17.diſt.77.* exiſtimet noſtris temporibus ex receptiſſima conſuetudine quacumque
49 minori ætate creari. † Reſpondetur id non tam conſuetudine, quàm Pontificis diſpenſatione fieri: qua interueniente, quacumque ætate pollentes dummodo ratione expertes creari poſſe, docet poſt Barboſam, Dianam, & Moſconium te-
50 latos à Narbona, *anno 30.num.4.* † imò nouiſſimè Diana *p.12.tr.1.reſ.48.* in verſ. *& hac*, ait ne dum poſſe Pontificem creare Epiſcopum infantem, ante rationis vſum; imò magis Cardinalem.
51 † Cum Cardinalatus non ſit ordo, nec Sacramen-
52 tum, † fatetur tamen non hoc licitè fieri à Papa; tum propter ſcandalum; tum quia Pontifex in conſcientia tenetur eligere ad Cardinalatum digniores, vt ex ſacro Trid. Concilio probat Eminentiſſ. Cardinalis Lugo ab eo relatus, cum implicet poſſe ferri hoc iudicium de puero.

QVÆSTIO III.

An Epiſcopus poßit ordinare, aut dimiſſorias concedere filio alicuius Satellitis, aut meretricis, aut aliis? An dies Biſſextilis, ſupputetur in ætate ordinandi; aut profitendi?

SVMMARIVM.

1 *Satellites ſunt ratione officij irregulares ad ordines.*

2 *Filij ſatellitum non ſunt irregulares ad ordines & dignitates; ſi laudabiliter viuant*, & n.7.

3 *Infamia iuris non incurritur niſi ſit expreſſa in iure.*

4 *Filij, & nepotes eorum, qui violentas manus iniecerunt in Cardinales ſunt infames de iure. Item & filij proditorum committentium crimen læſa Maieſtatis, & filij hereticorum*, n.5.& 6.

7 *Officium nullum, quamuis vile, & abiectum, inducit irregularitatem, niſi aliquo iure conſtet inducere infamem, vel ſi ſine peccato mortali exerceri nequeat*, & n.8.

8 *Irregularitas vilium perſonarum, non tranſit in filios.*

9 *Meretricis filius queit ordinari*, vt n.10.

11 *Carnificis filius vulgo* del Berdugo, *non eſt irregularis.*

12 *Carnifex villiſſima perſona reputatur, etſi ſemel tantum, & vi exercuerit tale officium*, n.13.

14 *Flagellis publicè cæſi, ſunt infames ſed eorum filij poterunt ordinari.*

15 *Filij damnatorum ad triremes poſſunt ordinari; etſi parentes exiſtant infames ex cauſa famoſa.*

16 *Filij Hiſtrionum, Scenicorum, Macellariorum, Lictorum, & aliorum, non ſunt ordinari prohibiti. Et idem de parentibus exiſtimant alij*, vt à n.19.& 20.

17 *Hiſtriones ob turpes, & indignas repræſentationes infamia nota afficiuntur.*

18 *Macellarij, Scenici, Lictores, & alij infamia nota afficiuntur.*

21 *Biſſextilis dies verius eſt, vt computetur ad ordines*, n.22.23.& 24.

22 *Anni vnius biſſextilis, eadem eſt ratio, ac de cæteris.*

23 *Dies vtraque biſſextilis in iure habetur pro vna* & numero 26. *etſi contra*, numero 27. & 28.

24 *Annus probationis in religione completur, quando dies biſſextilis, & non ante.*

25 *Annus à iure computatur per dies 365. niſi cum additur in quarto anno dies biſſextilis, ad complendum Circulum perfectum ſolis per Zodiacum.*

29 *Annus compleri dicitur diebus 365. quando non eſt biſſextilis; alias requirerentur in 1. ſex horæ plus, & in ſecundo anno, 12. & in tertio anno 18. horæ.*

AD primam quæſtionis partem, etſi de ea 1
poſſemus agere *ſub tit. de filiis Presbyterorum, & ſupr. ſub cap.fin.de temporib.ordin.* tamen hic diſputare non eſt extra propoſitum, cum titulus noſter agat etiam de qualitate ordinandorum, occaſione cuius plures caſus poſſent hic adiungi, præter dictos infra ſub Rubro. † Quo ſuppoſito 2
ad primum difficultatis punctũ reſpondetur; quia etſi ſatellites ſint irregulares ex infamia officij, ſed non ob id eorum filios tales reputari quoad ordines, cum ignobilitas, & vilitas parentum non noceat filiis, quin ad ordines, & quaſcumque dignitates Eccleſiaſticas poſſint promoueri, ſi ipſi laudabiliter viuant, vt notat gloſſa *in cap.quoniam*
vetuſto 24. quæſt. 1. verbo *inuidia.* † Vnde cum 3
infamia iuris non incurratur, niſi ſit in iure expreſſa, iuxta ea, quæ notaui, & ſcripſi *in cap. teſtimonium 54.de teſtibus, cap.1.de exception.*& filij ſatellitum nulla infamia iuris inueniantur in iu-
re notati. † Vt habetur contra filium, & nepo- 4
tes parentum violentas manus in Cardinales eii-
cientium *ex cap.felicis de pœnis lib.6.* † & contra 5
filios proditorum crimen læſæ Maieſtatis commit-
tentium *ex l. quiſquis §.filij cod.ad leg.Iuliam*, † 6
Item & hæreticorum filij, & nepotes, vt *in cap. ſtatutum 15.de hæret.lib.6.*& in aliis caſibus in iure expreſſis.

Sequitur vt tales filij ſatellitum non ſint infa- 7
mes, aut inhabiles, quominus queant ordines recipere, quia, vt docet Cornejo *in 3.p. D Thom. tract.5.de irregul.cap.8.dubio vnico quæſt.3.* nullum officium

officium quamvis vile, & abiectum inducit irre-
gularitatem, niſi vel aliquo iure Canonico, vel
8 ciuili conſter inducere infamiam. † Vel tale ſit
vt ſine peccato mortali exerceri nequeat; imò nec
harum vilium perſonarum irregularitatem ratione
officij tranſire in filios. Quare hanc ſententiam
docent Marchin. *de Sacram. Ordinis p.10. tract. 1. cap.4. num.4.* Suarez *de cenſ. diſp.48. ſect.3. num.3.*
Caſtrus Palaus *tom.6. diſp.6. puncto* 20. *num.* 11.
Reginaldus *tom.2. lib.30. tract.2. cap.15. num.*198.
Filliucius *tom.1. tract.19. cap.8. num.*230. cum aliis
Diana *p.10. tract.11. reſ.26. in principio.*

9 De filio autem meretricis poſſet eſſe dubium
cum Sayrus *de cenſuris lib.7. cap.11. num.*8. dicat
eſſe irregularem, nec poſſe ad ordines promoue-
ri, & Cornejo ſupra *dict. cap.8. quæſt.2. de irregul.*
10 affirmet taliter procedere, etiam ſi meretrix pu-
blica, fuiſſet coniugata. † Tamen cum nullo iure
videtur prohibitum, dicendum eſt poſſe ordinari
abſque vitio infamiæ incutientis irregularitatem:
docent in terminis Megala *in 3.p. lib.7. cap.1. q.*8.
*num.*156. Diana *dict. p.10. tr.11. dict. reſol.26. verſ. ſed quid.*

11 Hinc infero primò quod filius Carnificis vulgò
del Berdugo ex infamia Patris, non eſt irregularis
ſic vt ordines accipere nequeat, quia reſpectu
12 filij non eſt de iure prohibitum. † Nam etſi ſui
Patris officium admodum viliſſimum ſit, ipſeque
non ſolum, quia vindictam ſanguinis exercet, ſed
& quia infamis contrahat irregularitatem, vt per
textum, gloſſam, & Doctores *in clem.*1. dixit Maio-
13 lus *de irregul. lib.1. cap.1. num.5.* verſ. *inter hos*, †
addens procedere etiam in eo, qui ſemel tantum
illud exercuit officium, etiam ſi coactè hoc fecerit
ſed non ob id eius filium contrahere hanc infa-
miam, & irregularitatem quoad ordines: ſequitur
Megala vbi ſupra, Caſtrus Palaus *tom.6. diſp.* 3.
puncto 20. *num.*5.

14 Secundò infero idem dicendum de filiis, quo-
rum parentes fuerunt publicè flagellis cæſi: nam
licèt iſti ſint infames, vt docent Marchin. *de Sacr. Ordin. dict. cap.4. num.*4. Cornejo *dict. dubio vnico quæſt.3. tract.5.* & alij: tamen ex eiſdem rationibus
parentum infamiam, non transferri in filios, quo-
minus aſcendere queant ad ordines tenendum
eſt.

15 Tertiò infertur idem dicendum de filiis damna-
torum ad triremes; quia etſi iſti damnati, ſecun-
dùm aliquos exiſtant irregulares quoad ordines;
quod verum credo, ſi tantum eſſent damnati ex
cauſa famoſa, vt docent Theſaurus *in praxi p.* 1.
cap. 33. tamen vtcumque eorum filij non impe-
dientur ordinati.

16 Quartò infertur filios Hiſtrionum conducen-
tium ſe publicè precio ad ſpectaculum ſui corpo-
ris exhibendum, repreſentatiumve publicè obſce-
na, de quibus D. Auguſtinus *lib.* 2. *de ciuit. Dei cap.*11. *&* 13. ſeu Scenicorum, Macellariorum,
Lictorum, & ſimilium, non eſſe prohibitos ad ſa-
cros ordines, & minores aſcendere ex dictis ratio-
17 nibus, † imò idem poteſt tentari de ſuis parenti-
bus illa officia exercentibus; quia etſi Hiſtriones
ob turpes, & indignas repreſentationes, infamiæ
nota afficiantur, iuxta textum *in l.* 1. *&* 2. §. *ait Prætor*, iunctis duabus ſequentibus *ff. de his, qui notantur infamia cap. de finibus* 4. *quæſt.*1. *cap. ali-*
18 *quantos diſt.*51. † quod idem de Macellariis, Sce-
nicis, Lictoribus, & aliis, vulgò ſit exiſtimatum;
tum; quia etſi reuera prædicta officia ſint apud
19 omnes ferè conditionis infamis, & notæ. † Sed
quia nullo iure ſcripto cauetur infames eſſe ea
exercentes; ideo poſſe ordinari dici poteſt vt fa-
teri videtur Caſtrus Palaus *ſupr. puncto* 20. *num.*6.
& confirmatur ex dicto Cornejo *ſupr. quæſt.*2. aſſe-
rentis nullum officium vile, & abiectum inducere
irregularitatem, niſi conſtet in iure inducere infa-
miam. † Verùm Diana aſſerens *dict. reſ.*16. verſ. 20
& tandem, in fine, quod ſi Palai ſententia ſcrupu-
loſi multi ſedarentur, multique eſſent immunes ab
irregularitate, & à petitione diſpenſationis. Sed
quia communiter contrarium Doctores ſentiunt
aſſerentes ſupra dictos, tanquam infames arceri,
& eſſe irregulares; ideò relinquit viris doctis co-
gitandum; & licèt pro ſententia hac poſſis indu-
cere textum *in c.1. de vita, & honeſtate Clericor. lib.6. & in clem.1. eodem*, de Clerico exercente ia-
culatoriam artem, vel Carnificis officium: tamen
non adaptatur completè ad Laicos ea, & alia offi-
cia vilia exercentes.

Ad ſecundam quæſtionis partem, an dies anni 21
biſſextilis, ſupputetur in ætate ordinandorum, vel
omittatur, vt cõgruè reſpondeas leges ea, quæ dixi
ſupra *in Rub.* ſub verſ. *vnũ. in fine*: vbi etſi pro vtra-
que ſententia Doctores adduxerim, & ſit vt aque
probabilis; eo quod habet plures vnaquæque pro ſe
Doctores, & fundamenta, cum negatiua fundetur;
eo quod in ordinationibus accipiendus ſit annus
Eccleſiaſticus ſecundùm variationem temporum;
ſed ritu Eccleſiaſtico dies biſſextilis computatur:
ergo

Deinde quia idem eſt ratio de nouo anno biſ- 22
ſextili, ac de cæteris; ſed tot anni biſſextiles iã præ-
teriti, connumerandi ſunt, alias parerent varieta-
tem, non modicam; ergo non eſt cur excludatur
dies præſens biſſextilis. † Tertiò quia cum ex tex- 23
tu *in l. cum biſſextum ff. de verb. ſignif. & c. quæſiui, eodem tit.* habeatur vtraque dies biſſextilis pro vni-
ca, ſequitur vt ſit computãda, vt neceſſaria ad per-
fectam ætatem, dies deſideretur. Vltimo, nam, in 24
complendo anno probationis; dies biſſextilis, eſt
neceſſariò includendus, ſecus profeſſionem eſſe
nullam ob non ſeruatam Trid. formam *ſeſſ.* 25.
*c.*15. *de regularib.* de quo plura dico infra *in c. ad Apoſtolicam* 16. *de regular.* vt loquitur Sanchez
lib.2. de matrim. diſp.24. n.22. de profeſſione, idem-
que eſſe de ætate ad ordines, vt ſequitur Barboſa
*de poteſt. Epiſcop. p.2. alleg.*101. *n.*13. cum multis. † 25
Et confirmatur; quia etſi annus à iure computetur
per 365. dies, ſed cum dies biſſextilis de quarto an-
no ſuperaddatur, vt adimpleatur defectus inſpe-
ctus ad complendum circulum perfectum ſolis
per Zodiacum; † Sequitur vt illa dies ſuperaddi- 26
tus dicat ordinem ad vnam diem tantum; & ſic
dies 29. Februarij quæ hoc in anno, quando hæc
ſcribo contingit, reducatur ad dies 28. quibus ordi-
tiè ille menſis completur, iuxta *l.* 3. §. *minorem ff. de minorib.* & aliis. Quæ ſententia mihi probabi-
lior ſtat, quam nouiſſimè comprobat Diana cum
multis de profeſſione loquentibus *p.* 20. *tract.*11.
reſ. 67.

Doctores inquam aſſerentes in anno biſſextili 27
poſſe quem ordinari, nondum tranſacto, die 29.
Februarij ſuperaddita, ſunt Martinus de San. Io-
ſeph. *in monitu confeſ. tom* 1. *lib.1. tract.* 6. *de ordine num.* 22. Syluester *verbo ætas numero* 5. &
alij relati ſupra *in Rubr.* eo quod in rebus odioſis
non computetur dies biſſextilis, ſed tantum nu-
merari annum dierum 365. adſit annus biſſextus,
aut non, vt determinari videtur *ex l. cum hæres*,
§. *Stichus*, *ff. de ſtatu liber.* & ex doctrina Abba-

tis, Panormit. *in cap. quærenti de officiis deleg.* D. Didacus de Narbona *in annal. anno* 25. *q.*55. *num.*6. qui citat pro ſe Henriquez, Riccium, &
28 Acunham.† Et pro comprobatione poteris aggregate dictum *ſupra quæſt.*1.verſ.*ad quintam*, verb. *non deſunt*; ſed tu tene, vt ſupra etiam per dicta
29 *in dicto verſ. ad quintam dicta quæſt.*1. † Quia ſecurius eſt, etſi non improbem contrariam ſententiam, alias inquam poſſet etiam dici, vt in anno non biſſextili, debeat non tantum compleri annus per dictos 365. dies; imo & amplius per alias ſex horas, quæ deſunt ad integrandum primum annum; vel per duodecim horas, ad integrandum ſecundum annum, vel per decem, & octo horas ad complendum tertium annum, ſicut quartus annus biſſextilis non completur, niſi adiuncto die ſuperaddito aliis 365.diebus illius anni; niſi malis dicere illas horas non imputari pro annis illis tribus antecedentibus ad biſſextum, quouſque addatur integra biſſexti anni dies.

Ad Text. in Cap. I. De Ætate & qualit. ordinand.

PRÆMISSVM

SVMMARIVM.

1 *Ætas, quæ requiratur ad aliquas Eccleſiæ Dignitates, & officia, remiſſiuè.*
2 *Præpoſiti ſunt aliorum Præfecti, & qui aliis præſunt*, & q.1.à n.70.& 85.
3 *Præfecti Caſtrorum dicebantur, qui Præfecti erant militibus præſidij cauſa degentibus in prouinciis*, & ſub n.85.q.1.

1 Occaſione huius textus Doctores agunt de Decanis, Abbatibus, Præpoſitis, Archipræsbyteris, & Præsbyteris; & cum Præpoſitus ſit ſub Rubro textus noſtri collectus ex Concilio Pictauienſi, oportunè debemus inquirere de ætate prærequiſita ad has, & alias Dignitates, & officia Eccleſiaſtica, & conſequenter ad alia officia ſæcu-
2 laria. † Nam ex verbo Præpoſiti, de quo hic, cuius nominis proprietas eſt, vt præpoſiti ſint aliorum Præfecti, & qui aliis præſunt, vt probat tex-
3 tus, *in c.quamuis 9.in princ.de verb.ſignif.*† ſicque Præpoſiti Caſtrorum dicebantur qui præfecti erant militibus præſidij cauſa degentibus in prouinciis, de quibus *in l.viros cod. de diuerſis officiis* De Archipræsbyteris, item Præsbyteris, & Archidiaconis, & officio primicerij, dico infra *in ſuis tit.* vbi de eorum ætate. Quare nunc agam de ætate Decanorum, Abbatum, Præpoſitorum, & aliorum officia Eccleſiaſtica, vel ſæcularia tenentium, &c.

⁂

QVÆSTIO I.

Decanatus an ſit Dignitas in Eccleſia? & quæ ætas requiratur ad eam? Et quid de Præpoſitis. Abbates qui propriè dicantur in Eccleſia? quæ eorum Dignitas? & quam ætatem deſiderent? Et quid de Guardianis, & Prioribus Eccleſiarum Cathedralium, aut Religionum? & quid de Prouincialibus Generalibus.

SVMMARIVM.

1 *Decani officium quale.*
2 *Decanus propriè dicitur ille, qui decem viris præeſt, qui & dicitur præcipuus alicuius ordinis, & ſtatus.*
3 *Decanus in Eccleſiis, ſolet appellari qui inter Canonicos primas, & principatum tenet.*
4 *Decanus in Eccleſiis Hiſpaniæ, Galliæ, Luſitaniæ &c. ſubrogatur in locum Archidiaconi, qui de iure primus erat in Cathedralibus & à* n.10.
5 *Diaconus dicitur maior Dignitas poſt Pontificalem, id eſt poſt Epiſcopum.*
6 *Decanus obtinet in Eccleſia locum Archipræſbyteri &* ſub n.18.
7 *Decanus reſpectu Capituli, non regulatur perſona priuata, ſed habet prælaturam in Capitulo, cui præeſt.*
8 *Decano prout eſt prima Dignitas poſt Pontificalem, pertinent in Choro, & non Cantori aliqua præeminentia, vt mandare incipi officia, dare ictum in ſignum, incipiendi lectiones, & facere ſignum exeundi de choro.*
9 *Dignitati maiori competit manutentio ex præeminentia*, & n.46.
10 *Decanus iure attento, nullam habet Dignitatem, & iuriſdictionem, cum careat iure Prælaturæ*, n.12.
11 *Decanatum acceptum pro ſimplici beneficio, non eſt nomen Dignitatis.*
13 *Decanus hodie conſuetudine præſcripta præfertur tam in Capitulo, quàm in Choro Archidiacono; &* n.20.
14 *Archidiaconus primum locum de iure obtinebat poſt Epiſcopum; &* n.18.
15 *Decanus habet in Capitulo primum ſedere, proponere, & illico dare vocem ſuam, deinde ſequentibus in dignitate, & antiquitate.*
16 *Decanus poſt omnium ſuffragia; habet declarare, quod reſolutum fuerit à maiori parte votantium, vocem dare ſi eſt in ſacris.*
17 Cap.ad aures de reſcriptis.
18 *Archipræſbyteri dignitas, quæ à pluribus nuncupatur Decanus minor eſt Archidiacono.*
19 *Decani rurales inſtituuntur ad mandatum Epiſcopi, vel Archidiaconi.*
21 Cap.cum in cunctis §.inferiora de elect. & n. *26.29. & à n.* 31.

22 *Decani*

22 *Decanus non requirit gradum Doctoratus, & licentia alicuius Vniuerſitatis.*

23 *Decanus debet eſſe non minor annorum 21.*

24 *Dignitates in Cathedralibus Epiſcopatu inferiores, quibus nulla eſt animarum cura, debent eſſe annorum 22. &* à n.29. *Etſi de iure minor ſufficeret ætas, vt* num.26. 27. & n.28.

27 Cap. præterea de ætate ordinandor. hoc titulo.

28 Cap. indecorum de ætate ordinandor. hoc tit. *& n.* 38.

29 *Dignitates in Cathedralibus habentes curam animarum, principaliter requirunt 25. annum; non ſi acceſſoriè;* numero 30. & numero 42.

31 Cap. 12. Trid. ſeſſ. 24. de reformat.

32 *Ætas generaliter ad dignitates, & beneficia Eccleſiaſtica, erat annorum 25. de iure, ſicut & ad ſaeculares dignitates, & honores de iure,* n.33.

34 *Decani, & Præpoſiti ætas, quibus incumbit animarum cura, debet eſſe annorum 25.*

37 *Perſonatus, & beneficia habentia animarum curam, pari caſu ambulant.*

38 *Ætas 22. annorum, quæ ad dignitates requiritur per Trid. in Cathedralibus debet eſſe completa, nec ſufficit inchoata. Et quid in perſonatibus, & dignitatibus Eccleſiæ Collegiatæ,* n.39. & 40. *vbi quod idem ſit.*

41 *Collegiatæ Eccleſiæ dignitates, ſi animarum curam habeant, requirunt annos 25.*

42 *Dignitas principalis in Eccleſia Collegiata requirit annos 25. inceptos ſi curam habeat principaliter, non ſi Parochialis vnita ſit dignitati.*

43 *Decanus, dignitates, & Canonici tenentur aſſiſtere Epiſcopo celebranti, fallit in Decano Valliſoletano,* n.44.

44 *Canonici debent aſſociare Epiſcopum, cum intrat, & exit ab Eccleſia cum Papa, & hoc ex debito,* n.47.

45 *Canonici exire volentes de choro, debent petere veniam à Decano, antequam à cantore. Et quid de praxi,* n.46.

48 *Decano celebranti in diebus ſolemnibus, debent duo Canonici aſſiſtere, & miniſtrare, ſi manſionarij ſint occupati pro cura.*

49 *Prima dignitas in Cathedralibus, & collegiatis nequit eſſe Iudex delegatus, ſeu ordinarius in prouincia Toletana, & in aliis Cathedralibus Caſtellæ, & Legion.* n.50.

50 *Prima dignitas ſemper vocatur talis, etſi Vicarius generalis ſedeat in ſuo loco.*

51 *Proceſſiones ordinare potius incumbit Vicario Epiſcopi, quàm Decano, ſi Epiſcopus abſit. Aliter digniori de Capitulo incumbit, non Hebdomadario,* n.52.

53 *Decanus cedit primum locum Canonico, ſiue alteri Præsbytero parato officium facienti.*

54 *Decanus, & cæteri antiquiores, & digniores præcedunt in ſede vacante cæteris electis gubernatoribus.*

55 *Decano Zomerenſ. Eccleſiæ conceditur vſus Rocheti, & facultas benedicendi paramenta idem de Decano Carnotenſ.* n.56.

57 *Decanus Eccleſiæ Puteolanæ declaratur prima Dignitas, cui competit præeminentia, & cui debentur functiones Epiſcopales, abſente Epiſcopo.*

58 *Decanus Sanctæ Agathæ manutenetur in poſſeſſione exercendi actus Præsbyterales contra Archidiaconum.*

59 *Decanus collegiatæ in Auſtria, poteſt vocari Præpoſitus.*

60 *Decanus nequit extra locum capitularem cum aliquibus tantum Canonicis, cæteris inſciis, & non legitimè vocatis quidquam decernere, contra praxim Eccleſiæ Valliſoletanæ & Auſturicenſ.* n.61.

62 *Decanatus auditorum Rotæ, ad quem ſpectet tempore vacationis.*

63 *Decanatus Cardinalium ſi vacet, pertinet antiquiori Epiſcopo Cardinali præſenti in Curia, aut ex cauſa publica abſenti.*

64 *Decumani appellabantur Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ Canonici, tanquam digniores.*

65 *Primas ſolet inter Canonicos vocari, qui principatum tenet alicuius Eccleſiæ.*

66 *Decani, & Capituli, cur aliquando fiat mentio in iure?*

67 *Decanus ſimul Canonicus, qui vna Hebdomada ſeruit, vt talis, video in praxi, vt non ſedeat in loco Canonici; etſi aliter ſit declaratum.*

68 *Decanus, qui & ſimul eſt Canonicus recipit diſtributiones duplices, & tot amittit, ſi non reſidet.*

69 *Clauſula ſolita poni Decano, ſimul, & Canonico,* dummodo Eccleſia in Diuinis non patiatur detrimentum, *quid ſibi velit?*

70 *Præpoſita per ſe ſingulare nomen beneficij Eccleſiaſtici facit, quod reſidentiam, ſiue aſſiduitatem, exigit ætatem, & ſcientiam legitimam ad ordines,* n.71. *Et quando dignitas præſumatur,* n.77. *Et quid de iure,* n.80. 85. & 88.

72 *Præpoſiti officij, etſi non ſit titulus Canonicus, non raro fit mentio in reſponſis Pontificum.*

73 *Præpoſiti dicuntur, qui in multis Germaniæ, Poloniæ, Angliæ, Flandriæ, Eccleſiis cathedralibus, ſeu collegiatis, præcipuam gerunt dignitatem cum animarum cura, & iuriſdictione.*

74 *Præpoſiti creditur ſucceſſores Archidiaconorum in partibus, vbi vſitantur.*

75 *Præpoſitus debet obtinere locum honorarium in choro, & cum celebrantur officia Diuina.*

76 *Præpoſitorum dignitas videtur æquiualere dignitati Decanorum, etiam in ætate requiſita.*

77 *Præpoſitus quando eſt prima dignitas in cathedrali, ſeu collegiata, vel conuentuali Eccleſia, habet ſub ſe Clerum, & capellas, & eſt dignitas,* n.79.

78 *Præpoſituræ non ſunt dignitates, quando nullum officium gerunt Præpoſiti in Eccleſiis.*

81 *Præpoſitus prima dignitas, ad quem ſpectat miſſam, ſeu officia celebrare, impeditus, aut nolens, nequit alij ſuo arbitrio commendare, cum ſuccedat dignitas proximior.*

82 *Præpoſitus, qui habet vſum mitræ, & ob hoc queat populo ſolemnem benedictionem dare inter miſſarum ſolemnia; ſed non poterit concedere, & publicare indulgentias.*

83 *Præpoſiti in Germania, & in aliquibus Eccleſiis, Italia, & Francia, habent vſum Mi-*

era, & Baiuli.

84 *Præpoſitus, qui habet curam iuriſdictionalem, eſt qui comprehenditur in Bulla Pij V. de reſidentia.*

85 *Præpoſiti ſecundùm nominis proprietatem dicuntur omnes aliorum Præfecti, & qui aliis præſunt.*

86 *Præpoſiti Labarorum qui?*

87 *Laborarum ſignum erat nobile, quod ante Imperatores ferebatur à tempore Conſtantini ex auro, & lapidibus pretioſis Crucis ſigno inſignitum.*

88 *Præpoſiti nomen inter laicos bene adaptatur ad Præpoſitum Eccleſiæ, & quare*, numero 87 90.

89 *Præpoſiti varij vtebantur in Republica Romana. Et qui in iure*, n.91.

91 *Præpoſiti regulares, ſunt, veluti, Abbates, Priores, Magiſtri, Generales, ſiue Rectores quorum officium eſt, vt præcipuè faciant obſeruari à ſubditis quæ Canones mandant*, num.92.

93 *Præpoſiti Religiorum debent capitula generalia de trienno in triennium conuocare, vt diſciplina regularis ſeruetur expendendo ibi vulgari ſermone regulam*, n.94.

94 *Præfectus dicitur qui eſt primus inter Clericos regulares, & inter Ieſuitas in domibus profeſſorum.*

95 *Præpoſitura de ſe non eſt dignitas, quia non habet nomen in dignitatem à iure; & ſic appellatur officium.*

96 *Præpoſitus; etſi in choro ante alios ſedeat, non ob hoc eſt dignitas de iure, niſi ex conſtitutione Eccleſiæ, vel conſuetudine, vel vt*, n. 98.

97 *Sedendi præeminentia eſt ſignum perſonatus, non dignitatis.*

99 *Abbates eligendi debent de iure habere ætatem annorum 25. ſicut Præpoſiti, & Decani & aliæ dignitates*, n.100.& 101. *ita contra nullos*, n. 105. *& hoc ſiue ſæculares, ſiue regulares ſint*, n. 106.

101 *Abbatia eſt dignitas inferior Epiſcopali.*

102 Cap. indemnitatibus 43. de electione lib. 6. *n.* 103.

103 *Abbatiſſarum ætas alia, quam Abbatum.*

104 *Maſculos comprehendi ſub fœmineo vocabulo turpe eſt.*

107 *Abbas, etſi Generalis ſit non expoſcit maiorem ætatem, quàm alij.*

108 *Prælati, qui eliguntur Præſides Cœnobiorum, ſolent appellari, Priores, Abbates, Guardiani, Miniſtri, Præpoſiti, correctores, aut commendatores, &c.*

109 *Abbates, Guardiani, Priores, & alij ſuperiores religionum, debent, cum creantur habere ætatem annorum 25. quia tales æquiparantur Curatis Parochialium*, n. 110. *fallit*, n. 113.

111 *Ætas in Prælatis regularibus requiſita ſufficit annorum 25. inceptorum.*

112 Clem. I. §. cæterùm de ſtatu Monachorum.

113 *Priores ſimplices, id eſt rurales poterant iure antiquo conſtitui poſt 14. annum, vt* numero 114.

114 *Profeſſio regularis olim fiebat à 14. anno, & hodie ex Tridentino à 16.*

115 *Priores ſunt vel ſæculares, vel regulares &* num.116.

116 *Priores ſæculares ſunt qui reperiuntur in ſæcularibus Eccleſiis, quorum aliqui collegiales dicuntur, quidam rurales ſine cura.*

117 *Priores collegiales ſunt qui in collegiatis Eccleſiis toti præſunt Collegio, &* n.118.

118 *Priores Collegiales tunc demum ſunt in Dignitate, ſi ſunt collegiati, & habent præeminentiam, vel iuriſdictionem in Eccleſia.*

119 *Priores Cathedralium, qui olim in eis habebant ſedem primam, qualiter hodie habeantur.*

120 *Prior, quæ perſona principalis eſt in Collegiata habens regulariter curam, debet habere ætatem annorum 25. inceptorum.*

121 *Prior Eccleſiæ non debet eſſe conſtitutus in gradu Doctoratus, vel licentiæ, Theologiæ, aut Iuris Canonici.*

122 *Tridentinum Concilium tantum hortatur, vt dignitates Eccleſiarum conferantur Doctoribus, ſed non præcipie.*

123 *Prior collegiatæ, ſi accedit ad Cathedralem, habet ſedere inter dignitates, & Canonicos imò præcedit Canonicos, vt* n 124.

124 *Prior, ſeu Præſbyter, vt dignior, & ratione ſtolæ præcedit aliis beneficiatis, licèt antiquioribus.*

125 *Priorum collegiatarum ſine cura, & Cathedralium ætas quæ* n.126.

127 *Prouinciales, & Miniſtri Generales Religionum, debent ſaltim eſſe ætatis annorum 30. etſi conuenientiſſima ſit quinquagenaria, vt* num.128.

AD primam difficultatis partem, ſuppoſitis 1
quæ ſcribunt de Decanis, ac de eorum munere, & officio Petrus Creſpat, *in ſumma Cathol. fidei, verbo Decanus*, Tuſchus *in pract. quæſt.2. tom.2. littera D, concluſione* 60. Azorius *inſtit. parte 2. lib.3. cap.17.* Vincent. Fillucius *in quæſt. mor. tom.3. tract.41. cap.1. num.29.* Machado *in ſumma perfect. confeſ. tom.2 lib. 4. cap.4. tractatu 7. docum. 6.* Fr. Hieronymus Roman. *de Republica Chriſt. lib.3. cap. 10. in prin.* Iſidorus Moſcon *de Maieſt. milit. Eccleſiæ libro 1. parte 1. cap. 13. paulò poſt principium*, Flamin. Pariſius *de reſignat. benefic. lib.1. quæſt.1. num. 86.* Caſſaneus *in catalogo gloriæ mundi parte 4. conſideratione 37.* Boërius *de authoritate magni conſilij à num.31.* Anton. Fabricius *in praxi beneficiali titulo de beneficiis cum dignitate, perſonatu, vel officio à numero 41.* Michaël Ferrer. *in tractatu de præcedent. Eccleſiaſt. quæſtione 21.* Valerius Reginaldus *in praxi fori pœnitent. libro 3. tractatu 1. numero 48.* Barboſa, qui ſe tranſcribit *de iure Eccleſiaſt. parte 1. cap 26. & de Canonicis, & dignitatibus cap. 7. & alibi ipſe ſæpè.*

Dico vt Decanus ille propriè dicatur, qui de- 2
cem præeſt viris, iuxta gloſſam *in Rub. de Decanis lib.12.* Briſon. *verb. Decanus*, Petrus Gregor. *ſyntagm. iuris p.2. lib.15. cap.21. numero 13* Anguianus *de legibus lib.2. controuerſ 4. num.9.* & tranſlatione facta à perfectione, & præſtantia denarij, numeri, Decanus dicatur præcipuus inter aliquos eiuſdem ordinis, vel ſtatus. † Ideò is, qui inter Canonicos 3
alicuius Eccleſiæ primas, & principatum tenet, eique præficitur, ſolet Decanus appellari iuxta gloſſam verb. *ad Decanum*, textus *in cap. cum inter de electione*; eo quod in Capitulo honorabilior videtur pars Capituli, *ex cap. cum inter vniuerſos*

vniuerſos de electione, *& cap. poſt electionem de*
4 *conceſſione præb.* † Itaque in aliquibus partibus
provt hic in Hiſpania, Luſitania, & Gallia locum
Archidiaconi, qui de iure primus erat in Cathe-
5 dralibus obtinet, † & tunc dicitur maior Digni-
tas poſt Pontificalem, hoc eſt ei, poſt Epiſcopum,
maior, & principalior Cura, & Collegij admi-
niſtratio debetur, vt ſupra Valerius Regin. *c.3.*
Rodericus Zamoten. *in ſuo ſpeculo humanæ vitæ*
lib.2.c.13.

6 Quare dixerunt Rota *deciſ. 17. ſub num.1.* verſ.
ſed caue, *de conceſſione præbend.* Petrus Gregor.
ſyntagm. iuris lib.15.cap.20.num.12. & de benefi-
ciis c.10 num.24. & in parte Iuris Canonici *lib.2.*
tit.9.c.5. num.4. quod dum Decanus locum Ar-
chipræsbyteri in Eccleſia obtinet, tanquam ſubro-
7 gatus, poteſt eadem, quæ Archipræsbyter, † &
ex ea ratione eſſe Dignitatem iuxta Puteí *deciſio-*
nem 209.lib.3. num.2. dicentis Decanum reſpectu
Capituli non regulari perſonam priuatam, ſed
habere Prælaturam cum Iuriſdictione in Capitu-
lo, cui præeſt, & ſic habere Dignitatem, vt voluit
Rota *in deciſ.533. n.4. p.2. recent.* Barboſa *de ca-*
nonic.c.4.n.32.

8 Et quatenus Decanus habet primam Dignita-
tem in Eccleſia poſt Pontificalem, pertinent ei,
& non Cantori præeminentiæ aliquæ in Choro,
& præſertim mandare incipi officia, dare ictum
in ſignum incipiendi lectiones, & facere ſignum
exeundi de Choro, iuxta determinationem Sacræ
Congregat. Rot. *in Vlixbonen.2.Septembr.1597.* de
qua Barboſa *Apoſtolicar. deciſ. collect.241. num.4.*
idem de Canonic. *num.8.* vbi addit ex Poſtio *de*
9 *manut.* † quod maiori Dignitati competit manu-
tentio ex præeminentia, & repetit *de iure Eccleſ.*
dict.c.26. num.8. idem *in Bullario* verbo *Decanus*
10 *& Decanatus.* † Vbi allegans congregat. Rituum
Vlixbonen. dicit eſſe 1600. de quo etiam infra verſ.
item quod Decano, *in fine.*

Et licèt iure communi attento, Decanus nul-
lam habeat iuriſdictionem, ac proinde non Digni-
11 tatem, niſi pro tali habeatur, † imò Decanatum
acceptum pro ſimplici beneficio, non ſit nomen
Dignitatis, niſi pro Dignitate habeatur, aut habeat
iuriſdictionem, vt docent Cardinalis Tuſchus,
dict.tom.2.litt.D, concluſ.41. num.22. Patianus, *de*
probat.lib.2.c.17.num.78. Moneta *de conſeruat.c.5.*
num.92.

12 Et ſic Abbas *in dicto cap. poſt electionem circa*
finem, verſ. *item puto de conceſ. Præb. ſub num 9.*
circa finem, dicit de iure nullam habere Iuriſdi-
ctionem, cum careat iure prælaturæ in Capitulo,
13 Barboſa *de canon. dicto cap.3. num.31.* † Tamen
hodie conſuetudine legitimè introducta præfer-
14 tur, tam in Capitulo, quàm in choro † Archi-
diacono, qui alias de iure primum locum poſt
Epiſcopum obtinebat, iuxta quæ dico infra, *de offi-*
cio. Archid. & ſic in Choro habet præeminentias
15 iam poſitas, † ita & in Capitulo congregato in
loco, vbi de maiori eſt, habet primum ſedere;
item quæ tractanda ſunt proponere adſtantibus
Capitularibus, illico dare vocem ſuam deinde ſe-
16 quentibus in Dignitate, ſeu antiquitate. † Et poſt
omnium ſuffragia habet declarare quod reſolu-
tum fuerit à maiori parte votantium, vt à ſecre-
tario Capituli ſcribatur, & authorizetur in libro ad
id pro tempore deſtinato, quod in praxi ſeruatur,
ſi Decanus ſit in ſacris conſtitutus, alias inquam
ei non licebit dare vocem in Capitulo, ſed tantum
proponere, ſtante diſpoſitione. Trid. *ſeſſ.22. de re-*
format. cap.4. vbi Barboſa *num.10.* Garcia *de bene-*
ficiis 3.p.cap 1.ſub num.26. idem Barboſa *de Cano-*
nic. cap.37 num.12. Stephanus Gratian. *tom.4.*
cap.482. n.26. adducentes deciſum ex ſacra Con-
gregatione.

Nec obſtabis dicendo ex textu *in cap. ad aures* 17
§.1. de reſcript. vbi videtur Decanus de iure præ-
ferri Archidiacono, cum mihi ex ordine litteræ, *in*
princ. ſic pareat, ibi: *Ad aures noſtras peruenit, quod*
plerumque Decani, Archidiaconi, Præcentores &c.
quibus videtur in præſentia Archidiaconi fuiſſe
primo factam mentionem Decani, & poſt reli-
quas perſonas de Capitulo ſub inuolucro verbo-
rum fuiſſe comprehenſas, ibi: *vel alij Eccleſiaſti-*
cis præditi Dignitatibus.

Verùm vt poſtea dico, *in cap. ad hæc de officio* 18
Archid. nunquam de iure Decanus præceſſit in
Dignitate Archidiacono, quia vt ibi patet, *in verſ.*
Archipræſbyteri, Decani à pluribus nuncu-
pantur Archipræsbyteri quorum Dignitas minor
eſt Archidiacono, vt infra dico, *de officio Ar-*
chipræſbyteri, & expreſsè, *ibi*: *In dicto cap. verſ.*
ſubſequenter patet, † quod Decani rurales inſti- 19
tuuntur ad mandatum Epiſcopi, vel Archidia-
coni, † & ſic reſoluendum eſt, vt ſupra, *de con-* 20
ſuetudine, & non de iure Dignitatem Decani ori-
ginem traxiſſe, vt præferretur Archidiaconali, vt
docent Coſmas *in pragmat. ſanct. tone*, *tit. quomodo*
Diuinum officium §. ſuper his, verb. *Decanus.* An-
guian. *de legib. d. controuerſia 4.n.9.* † & ex eadem 21
ratione non obſtat textus, *in cap. cum in cunctis 7.*
de elect. §. inferiora, vbi primò ponitur Decanus
Archidiacono.

Quare dici debet, vt etſi nullo Tridentini de- 22
creto ſtatutum ſit, vt qui Decanatum conſequi
velit, debeat neceſſariò eſſe in gradu Magiſtri,
vel Doctoris per aliquem ex vniuerſitatibus ap-
probatis, ſiue in gradu licentiati Sacræ Theolo-
giæ, aut ſacrorum Canonum, ex Riccio *deciſ 248.*
p.4. num.5. Zerola *in praxi Epiſcopali p.1.* verbo
Canonica. §.2. in fine. Nicolaus Garcia *de benefi-*
ciis p.7.c 7.num.43. Barboſa *de Canonicis dict.c.7.*
num.9. & *de iure Eccleſiaſt ſupr. eodem num.9.* &
in Trid. *ſeſſ.24.c.12.num.8. & in paſtorali alleg.60.*
num.61. vbi addit in hoc loco conſuetudinem at-
tendendam eſſe: ſic ex Caſtro Palao. † Tamen 23
iuxta titulum noſtrum requiri vt ſit conſtitutus
in ætate legitima, quæ iuxta Trid. decretum *dict.*
c.12. de reform. vbi Barboſa cum multis, *num. 10.*
debet eſſe non minor, quàm annorum vigeſimi
ſecundi. † Vbi generaliter ſtatuitur ad Dignitates 24
in Cathedralibus Epiſcopatu inferiores, quibus
nulla ineſt animarum cura ex conſuetudine, ſta-
tuto, vel priuilegio adſciſci poſſe minores viginti
quinque annis, dummodo non minores viginti
duobus, iuxta ipſum Tridentinum ibi, *& viginti*
duobus annis, *non minores adciſcantur*, Nouarius
in ſingular. Canon. concluſ.15. Squillante *de priui-*
legiis Clericorum cap.4. n.74. Barboſa *in paſtorali*
dicta alleg.60. num.65. † Vbi ait quod in eis ne- 25
queat diſpenſare Epiſcopus; vt ante illos annos
adciſcatur, & promoueatur ex Sacra Congreg.
Concilij *ſub die 20.Septembr.1631. & de Canonicis*
c.13. num.22. vbi addit Maſſobrium, & ego addo
Narbonam *in annal.22. quæſt.3.* probantem cum
multis *num.82.*

Huic tamen reſolutioni videtur obſtare ſe- 26
quens conſideratio ex textu *in cap. cum in cunctis*,
§. inferiora de electione, vbi diſtinctiſſimè Alex. III.
in reſponſo deducto in Concilio Lateranenſi, ſtrictiſ-
ſimè

ſimè prohibet, vt nemo antequam vigeſimum
quintum annum attingat ad Dignitates, vt puta
27 Decanatus, & Archidiaconatus admittatur, † quod
difficilius redditur ex Innocentij ſententia, teſte
Abbate, *in c. preterea hoc tit.* cuius meminit Azor.
lib. 3. mor. p. 2. lib. 6. cap. 5. verſ. *tertio quaritur*, dum
dixit ad Dignitates, & perſonatus, nullam eſſe
certam ætatem iure communi decretam; ob idque
ſufficere decimum quartum annum inceptum, †
28 imò textus *in cap. indecorum 3. hoc tit.* non repug-
nat; quia etſi ibi dicat Alex. II. vt nemo infra de-
cimum quartum annum conſtitutus aſcendat ad
collationem cuiuſlibet perſonatus in Eccleſia: ta-
men permittere videtur quod poſt decimum
quartum annum poſſit concedi, ex regula *qualis
diſt. 25.* dictante quod de vno prohibetur, de alio
conceditur, ex qua ſic docent Zerola *in praxi
verb. Canonia*, verſ. *ad ſextum*, & verſ. *ad nonum*,
Moneta *de diſtribut. 2. p. quaſt. 19. num. 16. & de
commut. vltimar. volunt. cap. 10. num. 115.*

29 Vtcumque tamen de iure antiquo intelligere-
tur iam hodie per Tridentinum *dict. c. 12.* immu-
tatum eſt, iuxta dicta *ſub verſ. quare*, & præter
relatos tenent Garcia *de benef. p. 7. cap. 4. num. 56.*
pluribus adductis, quod probare videntur Azo-
rius *inſtit. dicto lib. 6. cap. 5. quaſt. 3. verſ. caterum*,
Leſſius *de Iuſtitia lib. 2. cap. 34. dub. 20. num. 108.*
Marcilla *de declarat. Concilij num. 2. tit. 8. cap. 11.*
verſ. *Archidiaconi*, Moneta *de commut. vltim. vo-
luntatum cap. 10. num. 115.* Vaſquez *tract. de bene-
ficiis cap. 3. §. 2. num. 15.* Et ſtando de iure antiquo
in deciſione dicti c. cum in cunctis §. inferiora, ſta-
tuente ad dignitates deſiderari decimum quintum
annum attictum; ita vt non ſit admittenda inter-
pretatio aſſerentium quod vt non repugnet cum
Trid. *in dicto cap. 12.* debeat textus ille intelligi vt
loquatur tantum de dignitatibus curam anima-
rum habentibus; in quo caſu Tridentinum etiam
in dicto cap. 12. expoſcit eandem ætatem, vt patet
ex verbis ibi: *Nemo igitur deinceps ad Dignitates
quaſcumque, quibus animarum cura ſubeſt
promoueatur, niſi qui ſaltim vigeſimum quintum
ſua atatis annum attigerit*; Campanilus *in diuerſ.
Iuris Canon. Rub. 7. cap. 6. num. 22.* Maſſobrius *in
praxi habendi concurſum reg. 10. dub. 11. num. 24.
ſecundum Romanam impreſſionem*, Squillante *de
priuilegiis Clericorum cap. 4. num. 72.* Nouarius *in
ſingulari Iuris Canon. concluſ. 14.* Barboſa *in dict.
cap. 10. num. 1. & in paſtorali dict. alleg. 60. ſub n. 65.*
Lotterius *de re benef. lib. 2. quaſt. 49. num. 23. & 24.*
Sacra Congregatio Concilij *ſub die 4. Decembr.
anno 1627.* nouè, Caſtrus Palaus *in opere morali
tom. 2. tr. 13. diſp. 4. punct. 3. num. 4.* vbi intelligit
non ſolùm in dignitatibus ſæcularibus, ſed etiam
regularibus: tamen Galetius *in Margarita caſuum
conſcientia*, verbo *Parochus* 6. Campanil. *ſupra di-
cto cap. 6. num. 22.* Homobonus *de bonis, de huma-
na vita ſtatibus p. 1. cap. 9.* verſ. *ſecunda*, & Maſſo-
brius *dub. 11. num. 24.* id intelligunt ſi principali-
30 ter cura ſubeſt. † Sin autem acceſſoriè vnita ſit
dignitati eam obtinens, non habeat neceſſe attigiſ-
ſe 25. annum, quibus addo Narbonam *dict. qu. 3.
ſub num. 8.* Filliucium, & alios quos ipſe refert, &
ſequitur dicentes præfatam ætatem annorum 22.
& non plus deſiderari ad dignitates regulares, qui-
bus nulla animarum cura ſubeſt.

31 Et licèt iterum inſurgas ex dict. Trid. *cap. 12.*
quatenus illico poſt relata verba *dicti verſ. nemo*
exigit ad dignitates curam animarum habentes 25.
annum iuxta prædictam conſtitutionem Alex. III.
in Concilio Lateran. promulgatam, quæ incipit
cum in cunctis, quaſi Tridentinum ſequens illam
determinationem, videatur declarare, & ſequi
ipſum ius antiquum, & quod illa decretalis tan-
tùm ſit alloquuta de Dignitatibus curam anima-
rum habentibus; non ſic de aliis extra curam in
quibus de iure ſtandum eſſe determinationi
Alex. II. relatæ ſupra *ex dict. cap. 3. hoc tit.* quam
immutaſſe videatur Tridentinum exigens ſupra
decimum quartum annum ad Dignitates obtinen-
das ſine cura, non minus, quam 22. † Tamen 32
non eſt recedendum à communi Doctorum expo-
ſitione dicentium Tridentinum mutaſſe in hoc
ius antiquum, cum reuera Alex. III. *in dicto §. in-
feriora*, non tantùm loqueretur de dignitatibus,
quibus cura animarum ſubeſt, verùm generaliter
de dignitatibus, & ſimul de quibuſcumque bene-
ficiis curatis; ex eo quia, vt iudicant Interpretes
ex regula textus *in cap. dudum 54. de elect. propè
finem* in verſ. *ſuperſit*, & in verſ. *cum intentionis*,
vna, & eadem ætas eſſe debet, tam ad beneficia,
quàm ad dignitates. † Nam vt optimè expendit 33
Panormit. *in dicto cap. praterea hoc tit.* quem ſequi-
tur Narbona *dict. quaſt. 3. num. 4.* ſi ad Reipublicæ
ſæculares honores, & dignitates quinti, & viceſimi
anni præſcribitur ætas, *l. ad Rempubl. 8. ff. de mune-
rib. & honor. cum ſimilibus*; quid ni fortius in Ec-
cleſiaſticis dignitatibus, quæ & honores iuſtiori ra-
tione cognominantur ex textu *in cap. innouamus
3. diſt. 60.* ipſe annorum numerus de iure require-
retur indiſcriminatim.

Quod ſi Decano, aut Præpoſito, quod idem 34
eſſe ex Azorio, refert Filliucius *de ſtatu Cleric.
tr. 41. cap. 1. num. 20.* incumbat animarum cura, tunc
dici debet, tam de iure *in dict. cap. cum in cun-
ctis §. inferiora*, quàm per Tridentinum *dict. c. 12.
ſeſſ. 24. de reform. in principio*, requiri ætatem an-
norum viginti quinque; non quia debeat eſſe in
ætate præsbyterali, vt voluerunt Garcia *de benef.
p. 7. dict. cap. 4. §. 4.* Filliucius *ſupr. cap. 5. num. 31.* ve-
luti hic in textu noſtro, & *in dicto cap. innouamus
3. diſt. 60.* † ex quibus colligitur, cum ſat eſſet ex 35
hoc fundamento, ſi eſſet in ea ætate, in qua intra
annum poſſet ſuſcipere Præsbyteratus ordinem
ex cap. preterea, iuncta gloſſa *hoc tit. cap licèt de
elect. lib. 6. & in dict. cap. 12. Trid.* vbi expreſſius
cauetur; ſed ex eo videlicet quod ſit iniuncta De-
canatus, aut præpoſituræ dignitati animarũ cura;
quo in caſu præcisè requiritur annorum 25. ætas,
ſaltim inceptorum vt docēt Doctores *in d. §. infe-
riora* & hic in textu noſtro, quibus ſubſcripſerunt
Quintanadueñas *Eccleſiaſticon. lib. 1. n. 11.* Azor.
inſtit. moral. 2. p. lib. 6. cap. 5. verſ. *ſecundo quaritur*,
Moneta *de comm. vltimar. volunt. cap. 10. num. 114.*
cum aliis Narbona *anno 25. q. 58.*

Nec obſtat adductum *ſupra* ſub verſ. *& licèt* 36
iure de textu *in cap. indecorum 3. hoc tit.* quia reſ-
pondetur cum gloſſa *ibi* verbo *intra decimum
quartum*, cui poſt modum acceſſerunt Rimin. al.
iunior *in l. 1. num. 187. ff. de officio eius*, Andreas
Faquineus *controuerſ. lib. 13. c. 3.* verſ. *quartum mo-
net Decius*, Narbona *anno 22. dict. q. 3. ſub num 6.
& 7.* non poſſe illud inferri à contrario ſenſu in
prædicta ſpecie, ſiquidem ibi ſequeretur correctio
iuris communis quoad perſonatus, & dignitates
cuiuſcumque Eccleſiæ, in quibus requiritur de iu-
re ætas annorum 25. vt dictum eſt *ex text. in d. ll.
cap. cum in cunct. §. inferiora*, & concludit Maiolus
de irregularit. lib. 1. cap. 30. num. 11. † quia per- 37
ſonatus, & beneficia habentia animarum curam

pari

pari paſſu ambulaor *ex dict. cap. dudum* 54. *de elect.*
quæ non niſi habentibus annos 25. attictos dătur,
vt profert Hoſtienſis *in ſumma tit. de ætate ordin.*
§. *ætas num.* 1. *in princ.* dicens quod ætas requiſita
ad dignitates infetiores reſpectu Epiſcopi, ſufficit
quod attingatur.

38 Vnde dubium eſt, an pro dignitaribus Eccle-
ſiarum Cathedralium, in quibus iuxta iam dictam
nouam Tridenoni diſpoſitionem *in dicto cap.* 12.
ſeſſ. 24. exigitur ætas annorum 22. ſufficiat vt ſint
atticti, vt ad ordinem Diaconatus, ſufficit, vt dixi
ſupra *in Rub.* vel requirantur expleti: & licèt Azor.
dicto lib. 6. *cap.* 5. *q.* 3. verſ. *cæterùm*, Henriquez
lib. 14. *cap.* 8. §. 16. *in fine*, Emanuel. Sa verbo *bene-
ficium, num.* 31. Zerola *in praxi p.* 1. verbo *beneficia*
§. 1. verſ. *ad dignitates* exiſtiment ſufficere atrictos:
tamen ex verbis dicti Tridentini *cap.* 12. ibi: *vi-
ginti duobus annis non minores* expleros eſſe debere
exiſtimant Maſſobrius *in ſua praxi habendi con-
curſum, requiſitio* 10. *dubit.* 11. *num.* 24. Filliucius
dict. cap. 5. *num.* 30. Nouarius *in ſingulari Canon.
concluſione* 15. Squillanre *de priuilegiis Clericor.
cap.* 4. *num.* 72. Barboſa *in paſtoral. dict. allega.* 60.
num 65. *&* *lib.* 1. *Iuris Eccleſiaſt. cap.* 21. *num.* 50.
& *in tr. de Canon. cap.* 13. *num.* 22. & *in dict. cap.* 12.
Trid. num. 22. Garcia *dict. cap.* 4. *de benef. p.* 7. *n.* 72.
Leſſius *de Iuſtitia lib.* 2. *cap.* 34. *dubit.* 20. *num.* 108.
Quintilianus Mandoſius *de ætate minor cap.* 5.
num. 10. Molina *de Iuſtitia lib.* 2. *diſp.* 573. cum aliis
Narbona *dict. q.* 5. *ſub num.* 9. vbi *num.* 10. ex Leſſio
Garcia *num.* 57. Vaſquez *de beneficiis cap.* 3.
num. 18. dicit Epiſcopum non poſſe in hoe diſ-
penſare in ea ætate, de quo latè Filliucius *dict.
c.* 5. *n.* 30.

39 Iterum dubitatur an Tridentini decretum *in
dict. cap.* 12. *ſeſſ.* 24. ſic *num. præcedenti* explicatum
habeat locum etiam in dignitatibus, & perſonati-
bus Eccleſiæ collegiatæ, & licèt Gonzalez *ad
regul.* 8. *Cancel. gloſſa* 9. *num.* 92. Piaſeeius *in praxi
Epiſcop. p.* 2. *cap.* 5. *num.* 21. *pagina* 330. Riccius *in
praxi rerum fori Eccleſiaſt. deciſ.* 735. *in* 1. *editione*
alias *reſolut.* 512. *num.* 2. *in fine in* 1. *editione*, & *in
praxi aurea reſolut.* 239. *num.* 2. Nouarius, & Squil-
lante relati à Barboſa *de Canon. cap.* 13. *num.* 23.
dicant requiri ætatem iuris antiqui, ſicque referat
deciſum Fr. Emaouel Rodriguez *q. regul. tom.* 1.
q. 11. *art.* 2. declatatumque dicar Chriſtophorum
Bellam. Archiepiſcopum Burgenſ. contuliſſe dig-
nita em ſcholaſtriæ collegiatæ Eccleſiæ de Agui-
la:. de Campoo cuidam ſcholari qui non habebat
maiorem ætatem 17. annorum. Et cum litigare-
rur ſuper hoc fuiſſe iudicatum collarionem fuiſſe
canonicam, & iutidicam: hoc idem refert Barboſa
de iure Eccleſiaſt. cap. 21. *num.* 51. idem *in paſtorali
alleg.* 60. *num.* 67. Narbona *anno* 25. *dict. q.* 3. *num.*
40 11. † Tamen verius dicunt alij Trident. diſpo-
ſitionem intelligi etiam procedere in prædictis
dignitaribus Eccleſiæ collegiatæ, ſicut procedit in
cathedrali Eccleſia, vt tenet Garcia *de benef. dict.
p.* 7. *cap.* 4. *num.* 59. *à num.* 62. Armeodar. *&* *ad leg.* 7.
recopil. de Epiſcop. in addit. leg. Nauar. lib. 1. *tit.* 18.
num. 2. Narbona *ſuprà*, & alij exiſtimantes requiri
ætatem annorum 22.

Verùm hoc procedir ſi animatum curam non
41 habuerint tales dignitates, alias inquam ſicut in
Decanatu, & Archidiacooatu, & aliis dignitatibus
curam animaum habeotibus, nullus ſit promouen-
dus, qui ſaltim 25. ſuæ ætatis annum non attige-
rit, & in Clericali ordine verſatus, doctrina ad
ſuum munus exequendum neceſſaria, ac morum
integritate commendetur, vt colligitur *dict. cap.
cum in cunctis de elect. cap. licèt Canon. eodem tit.
lib.* 6. ex dict. Trid. vbi Doctores, & Barboſa cum
multis *de Canon. dict. cap.* 13. *num.* 18. *&* 19. † ita 42
ſimiliter ad dignitatem principalem in collegiata
requiri ætatem 25. annorum incæptorum, cum re-
gulariter habet curam animatum in foro interiori
vel exteriori: quod eſt intelligendum, ſi princi-
paliter cura ſubſit; oon verò ſi acceſſoriè Paro-
chialis vnita ſit dignitati; quia tunc non ætas ad
curatum requiſita, ſed quæ ad dignitatem, idonea
erit quoque in prædictis, & aliis dignitatibus, Gar-
cia *dict. cap.* 4. *p.* 7. *num.* 65. Galetius *in Margarita
caſuum conſcientia* verb. *Parochus* §. 6. Campanil.
in diuerſ. Iuris Canon. Rub. 7. *cap.* 6. *num.* 22. verſ. *ad
tamen*. Barboſa *dict. cap.* 13. *num.* 21. Filliucius *de
ſtatu Clericorum tr.* 41. *cap.* 5. *num.* 30. *&* 31. Nar-
bona *dict. q.* 23. *num.* 12. iterum Barboſa *dict. c.* 12.
Trid. num. 13. & *in paſtor. num.* 67. & aliis videri in-
fra *ſub q.* 3.

Itaque redeundo ad præeminentias Decanatus, 43
inſimulque ad obligationes eius dignitatis, dico
primò quod Decanus, dignitates, & Canonici te-
nentur aſſiſtere Epiſcopo celebranti iuxta formam
libri cæremonialis, ad quod ſub cenſuris poſſunt
compelli, vt tradit Barboſa *in Bullario*, verb. *De-
canatus*, vbi dicit ſic ex Sacra Congreg. Concil.
fuiſſe decretum *in Calagurit.* 22. *Decembris* 1620.
† quod in Valliſoletana Eccleſia non ſit reſpectu 44
Decani, vt ſæpius vidi per 15. annos dum ſui Ca-
nonicus Pœnitétiarius patronus fiſci, ac inquiſitor
illius inquiſitionis qui ſolus remanet in choro, &
nunquam aſſociat cum aliis Epiſcopo pergenti de
choro ad Altare, vel exeuoti, aut intranti in Ec-
cleſiam; etſi cæteri ſoleant illum aſſociare. Et
de prædicto caſu idem Barboſa *collect. deciſ.* 241.
num. 7. refert Sellius *in ſelectis Canon. cap.* 31. *n.* 71.
& plura de obligatione, quam Canooici habent
aſſociandi Epiſcopum, dum venit ad Eccleſiam
cum Papa, ſeu exiit à quo loco, & ad quem, con-
gerit ipſe Barboſa *collect. deciſ.* 99. verb. *Canonici
aſſociantes Epiſcopum*, & *in Bullario ſub eodem
verbo*.

Item quod Decano digniori de Capitulo in 45
choro exiſtenti, & non Cantori, debeaot petere
veniam Canonici de choro exire volentes, ne pun-
ctentur, Sacra Coogreg. Rit. *in Caſſanen.* 5. *Mar-
tij* 1633. de qua Barboſa *in collect. deciſ. verb. De-
car.* 241. *num.* 5. & *de Canon. cap.* 6. *num.* 8. *in fine*,
† idem ibi vbi cum Poſthio *de manus. obſeruat.* 45. 46
num. 12. ait quod maiori dignitari competit manu-
tentio in pæeminentia, ipſum videbis *cap.* 9. *n.* 12.
vbi de munere Cantoris, ſed video in praxi, quod
exeuntibus de choro, venia præſtetur à Cantore,
abſente Decano, vel alio præeminentiore.

Sed quod Decanus, dignitates, & Canonici 47
teneantur, non ex vrbanitate, ſed ex debiro aſſo-
ciare Epiſcopum, dum venit ab Eccleſiam cum
Papa, vt celebret, Diuinis aſſiſtat, & dum ab Ec-
cleſia ad domum redit, refert Sellius *dict. cap.* 33.
num. 70. & cum eo Barboſa *dicta deciſ.* 241. *n.* 6.
ſic decretum ex Sacra Congregatione Rituum 10.
Ianuarij 1609. quod reſpectu Decani non video
communiter in praxi receptum, idem Barboſa *in
Bullario* verbo *Decanus*.

Et quod Decano Miſſam celebranti in diebus 48
ſolemoibus, debeat duo Canooici aſſiſtere, & mi-
niſtrare pro Diacono, & Subdiacono, ſi manſio-
narij, quibus animarum cura incumbit in ipſius
exercitio, eo tempore ſint occupati, tradit Barboſa

ſupra

*ſupra num.*8.cum eodem Sellio *dict. cap.*33.*n.*73.
referente ita declaratum à Sacra Congreg. rit. *in Caneten.Opitegij* 14. *Februarij* 1615. repetit idem
Barboſa *in Bullario* verb. *Decanus*, verſ. *Decano miſſam*, ſed Valliſoleti hæc obligatio incumbit
in certis ſolemniis, duobus Canonicis antiquioribus, qui non ſunt in obligatione accipiendi cappas
Hebdomadarias in choro, ſicut cæteri moderniores.

49 Prima dignitas poſt Pontificalem, quæ de conſuetudine in tota fere Hiſpania, eſt Diaconatus,
exceptis Eccleſiis Pampinol. Valent. Oxomen. &c.
& maior Collegiata non poteſt eſſe Iudex ordinarius, ſeu delegatus appellationum in tota prouincia Toletana, vt ſtatuit Paulus V. *in ſua conſtit.*
incip. *Eccleſia vniuerſæ*, *ſub die* 17. *Auguſti* 1615.
50 † quam Gregor. XV. ſua conſtitutione incipit
alias à felicis, *ſub die* 9. *Maij* 1622. extendit ad
Eccleſias omnes Metropolitanas Cathedrales, &
Collegiatas totius Regni Caſtellæ, & Legion.
Barboſa *de Canon. dict. cap.* 7. *num.* 10. qui *num.* 6.
dicit quod dignitas prima ſemper eſt, & vocatur
dignitas prima; licèt Vicarius Generalis ſedeat
in ſuo loco, vt declarauit Sacra Congreg. *in Placentina* 19. *Maij* 1607. *in* 4. *dubio.*

51 Et licèt ex Sacra Congregatione in Tarentina
10. *Ianuarij* 1597. habeat munus ordinandi proceſſiones intra, & extra ciuitatem, abſente Epiſcopo:
tamen Vicario Epiſcopi præſente, ſpectat ad eundem ex Sacra Congreg. *in Vigilen.* 28. *Septembris* 1630. & *in Biſuntina* 3. *Aprilis* 1631. & antea
in vna Tarentin. 10. *Ianuarij* 1597. refert Barboſa
de Canon. dict. cap. 7. *num.* 7. vbi ait iam nouiſſimè
ex Sacra rit. Congreg. *in Caſſanen.* 5. *Martij* 1633.
fuiſſe decretum munus ducendi, dirigendique
proceſſiones, abſente Epiſcopo, eſſe Vicarij Generalis functiones ſolemnes quas ſi Epiſcopus
52 præſens eſſet obiret; † Epiſcopo autem abſente,
vel impedito, ſpectare ad digniorem de Capitulo,
non autem Hebdomadarium ex eadem Sacra
Congreg. rit. *in Pennen.* 15. *Februarij* 1633.

53 Item etiam Decanus debet cedere primum locum Canonico, ſeu alteri Præsbytero parato, officium facienti: ſic ex Sacra Congreg. Rituum *in
Antuerpien.* 24. *Octobris* 1609. adducit Sellius *in
ſelectis Canon. dict. cap.* 33. *num.* 75. Barboſa *dict.
collect. deciſ.* 241. *num.* 10. idem *in Bullar. dict. verb.*
54 *Decanatus*, verſ. *Decanus debet.* † Verùm Decanus, & cæteri antiquiores, & digniores Capitulares debent præcedere Gubernatoribus, id eſt
Vicariis Generalibus electis, ſede vacante ex ſuo
corpore, & Capitulo: ſic Sellius *dict. cap.* 33 *n.* 74.
refert declaratum ex Sacra Rituum Congregatione *in Elboren.* 25. *Ianuarij*, & 5. *Iulij* 1603. tradit
Barboſa *dict. deciſ.* 241. *num.* 9. & *in Bullario* dict.
verb. *Decanatus*, verſ. *Decanus.*

55 Notandum verò eſt pro complemento, Decano Zamorenſis Eccleſiæ concedi vſum Rocheti,
& facultatem benedicendi Paramenta, vbi non
adhibetur Sacra Vnctio: ſic refert Sellius *dicto
cap.* 33. *num.* 77. ex Sacra Congreg. Rituum *in*
56 *Zamor.* & *Bolonia* 15. *Nouembr.* 1603. † qui *n.* 78.
refert ex alia Rit. Congregatione *in Carnoten.* 3.
Aprilis 1610. poſſe Decano Eccleſiæ Carnotenſ.
concedi licentiam benedicendi Paramenta Eccleſiæ, &c. in quibus non adhibetur *Vnctio Sacra* per
totam Diœceſim de licentia, & conſenſu Epiſcopi. Et idem Sellius *dict. cap.* 33. *num.* 79. refert declaratum ab eadem Sacra Congreg. Rituum *Pu-*
57 *teolana* 10. *Decembr.* 1617. † quod Decanus Eccleſiæ Puteolanæ declaratur prima dignitas, eidemque deberi omnimodam præeminentiam, ac
propterea ad ipſum ſpectare omnes functiones
Epiſcopales, abſente, vel impedito Epiſcopo, † 58
& idem Sellius *dicto cap.* 33. *num.* 80. refert declaratum ex Sacra Congreg. Rituum *in Sancta Agatha Gothorum* 8. *Iulij* 1602. Decanum Sanctæ Agathæ manutenendum eſſe in poſſeſſione exercendi
actus Præsbyterales contra Archidiaconum, † 59
& *dict. cap.* 33. *num.* 81. refert declaratum à Sacra
Rit. Congreg. *in Pollenien. ſeu Bamberg.* 11. *Decembris* 1604. Decanum collegiatæ Eccleſiæ in Auſtria
poſſe in poſterum vocari Præpoſitum, vt conceditur attenta ſupplicatione Epiſcopi, & meritis
Oratoriis; quæ omnia tradit etiam Barboſa *dict.
deciſ.* 241. *à num.* 12. & *in Bullario*, *dict. verb. Decanatus* à verſ. *Decano Eccleſia Zamor.*

Notandum eſt ſecundò, vt nequeat Decanus 60
cum aliquibus tantum Canonicis; cæteris verò
de Capitulo inſciis, & non legitimè vocatis quidquam ſtatuere extra locum capitularem, ſeu determinare quod Eccleſiæ commodum, vel incommodũ, pertineat, ſic ex Sacra Rit. Congreg. quam
citat Sellius *dict. c.* 33. *num.* 76. *in Lamacen.* 7. *Octobris* 1606. ſequitur Barboſa *dict. deciſ.* 241. *num.* 11.
& in Bullario *ſupr.* verſ. *Decanus etiam*, † quod 61
verum eſt, etſi in praxi Valliſoleti, viderimque
in Auſturicen. Eccleſia, in quibus fui Canonicus
ſæpius minori numero, vtpote cum tertia, vel
quarta parte votantium expediri nonnulla extra
locum Capituli non ſedendo, ſed ſtando, & ſine
ſcriptis in rebus parui momenti.

Notandum eſt tertiò, quod Decanatus Audi- 62
torum Rotæ cum omnimoda præcedentia ſpectat
ad Auditorem in vrbe tempore vacationis præſentem, aut ex cauſa publica abſentem ex Pij IV.
conſtit. 61. incipit *dudum*, 6. *Kalend. Auguſti* 1562.
apud Laërt. Cherub. *in Bullario tom.* 2. *pag.* 89. *alias*
67. in nouiſſima impreſſione, † qui etiam *in Bull.* 63
tom. 1. *pag.* 777. *alias* 590 ex Paulo IV. *conſtit.* 5.
incipit *cum venerabiles* 11. *Kalend. Septemb.* 1555.
dicit Decanatum Cardinalium, ſi vacet, deferri
antiquiori Epiſcopo Cardinali præſenti in curia,
aut ex cauſa publica abſenti, tradit Barboſa *dict.
deciſ.* 241. *num.* 2. & 3. & *in Bullario dict. verſ. Decanatus, in princ.*

Vltimò notatur quod quemadmodum Eccle- 64
ſiæ Conſtantinopolitanæ Canonici, tanquam digniores, Decumani appellabantur, vt *in l. non plures cod. de ſacroſ. Eccleſ* † ita, & eis, qui inter 65
Canonicos alicuius Eccleſiæ primas, & principatum tenet, eique præficitur, ſolet vocari Decanus,
iuxta gloſſam *c. cum inter*, verb. *ad Decanum*, *de
elect.* Barboſa *de Canon. dicto c.* 7. *ſub num.* 1. † 66
qui *num.* 11. remittit *ad c.* 42. *poſt num.* 23. verſ.
hinc etiam, reſolutionem dubij, cur aliquando fit
mentio in iure, & in reſcriptis Apoſtolicis de Decano, & Capitulo ſimul, quaſi Decanus ſicut
cæteræ dignitates; non ſit de Capitulo; quod
tu requires ab vſu communi ſcribendi epiſtolas.

Dubium verò eſt, nunquid Decanus, qui ſimul 67
eſt Canonicus, ſi vna Hebdomada ſeruiat, vt Canonicus, alia vt Decanus, percipiat portiones pro
Decano, & pro Canonico? Et nunquid in hebdomada, qua ſeruit, vt Canonicus debeat ſedere
in loco Canonici, non autem Decani, non obſtante conſuetudine in contrarium, & ſacra Congreg.
26. *Nouemb.* 1616. dicit circumſcripta conſuetudine, debere ſedere in loco Canonicali quod non

video

video practicari; etſi Vallisoleti Decanus perci-
piat in omnibus duplicem portionem, veluti ſi
68 haberet duos viuos Canonicatus. † Quæ etiam
Sacra Congregatio ad alium ſecundum dubium
ſibi propoſitum, reſpondit, vt debeat gaudere
duplicibus diſtributionibus, ſicut etiam aominet
duplices, ſi non inſeruiret, quando inſeruire de-
69 bet pro vtroque, † quæ etiam declarauit, vt ſi in
litteris diſpenſationis ſuper retentione dignitatis,
& Canonicatus ſimul adſit clauſula, *Dummodo
Eccleſia in Diuinis non patiatur detrimentum*, iſtam
clauſulam intrare in erectione; quæ cum habue-
rit effectum, apparet iuſtificata, quod Eccleſia
non fraudetur obſequiis, alias deberet tolli ipſa
dignitas expedita tradit Barboſa *de Canon. cap. 18.
num. 21. & 22.* de Decano fulginanten. iuxta Six-
tum IV. erecto.

70 Ad ſecundam quæſtionis partem dico quod
Præpoſitus regulariter dicitur qui præfectus aliqui-
bus eſt, & vſu talis, qui primam habet inter aliquos
dignitatem, quare Præpoſitura per ſe ſingulare
nomen beneficij Eccleſiaſtici facit quod aſſiduna-
tem, ſeu vt iura loquuntur, reſidentiam exigit,
iuxta textum *in c. ex parte el 2. de Cler. non reſiden-
71 tibus*, † & ætatem, & ſcientiam legitimam, & or-
72 dines, iuxta textum *in c. dudum el 2. de elect.* † Et
licèt in iure Canonico nullus reperiatur ſpecialis
titulus de officio Præpoſiti, eius tamen non rarò
fit mentio in reſponſis Romanorum Pontificum
vt in c. Saluator 1. q. 3. & *in cap. cum inter 25.* & *in
73 c. dudum 22. de elect.* † Et propriè dicuntur, qui in
multis Germaniæ, Poloniæ, Flandriæ, & Angliæ
Eccleſiis Cathedralibus, ſiue Collegiatis præcipuã
gerunt Dignitatem cum animarũ cura, & iuriſdi-
ctione; eo quod toti collegio Canonicorũ præſunt.

74 Et ſic in Archidiaconorum locum in illis parti-
bus creditur ſucceſſiſſe, vt tradunt Petrus Gregor.
ſyntagm. iuris lib. 11. c. 18. à n. 6. Lælius Zechius *de
Republica Eccleſi iſt. tit. 24. n. 15. & tit. 26. à princ.*
Azor. *inſtit. mor. p. 2. lib. 3. c. 18. q. 1.* Antonius Fabr.
in praxi, & theorica benefic. cum Dignitate à n. 38.
Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 30 tract. 3.
n. 48.* Redoanus *in tract. de ſimonia mem. p. 1. c. 19.
n. 7.* Moneta *de conſeruator c. 5. n. 91.* Tamburin. *de
iure Abbatum tom. 1. diſp. 25 q. 4 n. 5.* Michael. Fer-
rus *de precedent. Eccleſiaſt. q. 41. à n. 1.* Patianus *de
probat. lib. 2. c. 27. à n. 39 & n. 4*. Sebaſtianus Cæ-
ſar. *de Eccleſiaſt. hierarchia p. 3. diſp. 12 §. 5.* Caſtal-
75 dus *in praxi caremon. lib 1. ſect. 8. c. 7. n 6.* † vbi ad-
dit quod in illis partibus, in quibus talis reperitur
Dignitas iuxta locorum conſuetudinem, Præpoſi-
tus debet obtinere locum honorarium in choro, &
præcipuè cum Diuina celebrãtur officia, Rota *de-
ciſ. 865. n. 8. & deciſ. 866. n. 1.* apud Farinac. *in col-
lect. nouiſſ. alias p. 4. diuerſ.* vbi ait quod ſedes Præ-
poſiti in illis partibus pòſt Pòtificalem, ſit dignior.

76 Itaque bene quæ dicta ſunt de Decanis poſſunt
applicari Præpoſitis Eccleſiarum, cum iam ſupra
dixerim Decanatum, & Præpoſituram eſſe eandem
dignitatem; ob idque eadẽ ætatem, vt iam dixi cũ
Narbona, & aliis ab eo relatis *anno 25. q. 58. à n. 1.*

77 Hoc aduertendum eſt, quod quando Præpoſi-
tus fuerit prima dignitas in Cathedrali, ſeu Col-
legiata, vel Conuentuali Eccleſia, habueritque
ſub ſe Clerum, & Capellas, præſumatur de iure
dignitas, Præpoſitura, alias ſecus, vt pluries fuiſſe
reſolutum refert Maſſobrius *in praxi habendi con-
curſum, præludio 5. dub. 1.* ſecundùm Romanam
impreſ. quas reſolutiones refert ex eo Barboſa
cap 9. de Dignit. & Can. num. 20. videndus *à n. 14.*
& de iure Eccleſiaſt. cap. 28. p. 1. num. fin. & *à n. 14.*
† Vbi *ſub num. 18.* vtrobique dicit in aliquibus Ec- 78
cleſiis ex eadem conſuetudine, vbi officium nul-
lum gerunt Præpoſiti, Præpoſituras non eſſe digni-
tates, vt notant Aloyſius Riccius *in praxi rerum
fori Eccleſ. reſ. 559. n. 3. in 2. edit.* † Vbi ſecus eſſe 79
dicit, ſi toti Canonicorum collegio præficiantur.
Ioannes Andreas *in c. 1. n. 3. de conſuet. lib. 6.* Petrus
Gregor. *in Syntagm. p. 2. lib. 15. c. 19. n. 7.* † Sed quid 80
de iure ſit dignitas, tenet Rota *deciſ. 483. p. 1. n. 7.*
recentiſſimè, & Antonius Fabricius *in praxi bene-
ficiali tit. de benef. cum Dignit. à n. 49.* per gloſſam,
in c. quamuis 9 de verb. ſignif.

Aduerto ſecundò, quod Præpoſitus prima Dig 81
nitas, ad quem ſpectat Miſſas ſolemnes, & Diuina
officia celebrare, ſi noluerit, vel fuerit impeditus,
non poſſit, hoc alij ſuo arbitrio commendare, aut
delegare, quia ſuccedit proximior dignitas, & alij
ſucceſſiuè, vt dicit declaratum à Sacra Congreg.
Rit. 1618. *Ianuarij* 22. Barboſa *Apoſtol. deciſ. 594.
n. 3. & in Bullar.* verb. *Præpoſitus prima dignitas.* † 82
qui etiam vtrobique *in principio* dicit, quod Præ-
poſitus habens vſum Mitræ ex priuilegio; licèt
poſſit ſolemnem benedictionem populo dare inter
Miſſarum ſolemnia; non poſſit tamen indulgentias
concedere, & publicare: ſic ex Sacra Congreg. Rit.
in Praten. 4. Martij 1606. ab Aldano relatis *in
comp. Canon. reſ. lib. 1. tit. 20. num. 16. & 17.* vbi *in prin-
cip. dict. deciſ. 594.* & *in dict. Bull.* ex eodem Aldan.
num 15. † Dicit vt Præpoſiti Eccleſiarum Cathe- 83
dralium in Germania ſoleant habere vſum Mitræ,
& Baculi; & ſic declaratum à ſacra Congreg. Ri-
tuum *in l. Lubianen. 24. Aprilis 1610. & à n. 4.* vtro-
bique refert ſimilia priuilegia aliquarum Eccleſia-
rum Italiæ, & Franciæ, vbi videbis de Præpoſito
Praten. oppidi Mirãdulę, & Eccleſię Colleg. oppidi
Vareſij Mediolanẽ Diœceſ. Eccleſiæ Otcetinæ, &
Parochialis ſanct. Thomæ Cortaldi Florent. Diœ-
ceſ. item de Præpoſito Collegiatæ ſancti Antonini
ciuitatis Placentiæ, & Eccleſiæ Aueniohen. de
quibus declarationibus Sellius, *in ſelectis cap. 30. à
n. 12.* Aldanus *dict. c. 20. n. 22. & 23.*

Aduerto tertiò, quod præpoſitus iuriſdictiona- 84
lem tantum curam hãbens, comprehenditur in
Bulla Pij V. *de reſidentia Parochor.* quæ incipit, *cu-
pientes*; & ſic vt teneatur reſidere, iuxta quæ do-
cent deciſum Garcia *de beneficiis p. 3. c. 2. n. 175. in
10.* declarat Armendarius *in addition. leg. Nauarra
lib. 2. tit. 23. §. 2. ſub tit. ſed an Parochi debeant reſi-
dere in ſuis curatis n. 140.* Barboſa *ſeſſ 23. Trid. c. 1.
de reform. n. 37.*

Ex his iam vides quod Præpoſiti ſecundùm 85
nominis proprietatem dicuntur omnes aliorum
præfecti, & qui aliis præſunt, iuxta textum *in dict.
c. quãuis 9. in princ. de verb. ſignif.* Indeque præfe-
ctos Caſtrorũ dictos fuiſſe qui præerant militibus
præſidij cauſa degentibus in prouinciis, de quibus
in l. viros cod. de diuerſis officiis lib. 12. † & Præ- 86
poſiti Labarorum, vt *in tit. cod. de Præpoſit. Labar.
eodem lib.* † erat enim Labarorũ ſignum illud no- 87
bile, quod ante Imperatores ferebatur à tempore
Conſtantini Imperatoris ex auro, & lapidibus pre-
tioſis Crucis ſigno inſignitum: ita Vaſquez *in 3. p.
D. Thom. q. 111. art. 4.* Oroſco *in ſuis emblemis mor.
lib. 1. c. 9. folio 44. verſ.* Tyraquel. ad Alex. *lib. 4. die-
rum genialium c. 2. pag. 37* Cardinal. Baron. *tom. 3.
annal. Eccleſ. anno Chriſti 314. pag. 68.* Barboſa *de
dign. d. c. 9. n. 17.* & *de iure Eccleſ. c. 28. eodem n. 17.*
quidquid legat Geratch. *in Anchora tit. verbo Præ-
poſitus Labarorum.*

cap.2. & toto tit. de iudiciis , & fere comp.
& in propoſito expreſsè reſoluunt Azotius, &
Vincentius Turturetus, quos ſequitur Narbona
11 *dicto anno 30.quæſt.5.num.5.* † Nec dictum Dio-
nyſij loquentis de electione Numæ Pompilij,quia
illa quadragenaria appellatur, ibi prudentiſſima,
nec repellit trigenariam, quæ reuera prudens ætas
reputatur, cum in ea poſſit Epiſcopus aliquis or-
dinari, *ex dicto cap. cum in cunctis, de elect. cap.
Epiſcopus 77. diſt.* Videndus Simancas *de Repu-
blica lib.6.c.9. num.795.* ex aliis comprobat idem
Narbona *dicto anno 30.ſub q.2.à n.3.*

12 Et licèt Antonius Chuchus *inſtit. moral. lib 4.
tit.1. de elect. num.* 138. & expreſſius, *ibi: tit.2.
num.*11. dixerit triginta annis minores ad Epiſco-
patum poſtulari poſſe, & alij ſic exiſtimauerint;
verius eſt vt nonniſi poſt annum trigeſimum ex-
pletum, quia hæc matura ætas hominis eſt, ante
cuius implementum ob iuuenilis intemperantiæ
exuberantiam, nemo commodè ad Eccleſiarum
regimen aſſumi poterit, quia ex mente Trid. *in
dicto cap.1.ſeſſ.7.* Colligunt Doctores, & Turtu-
retus, *in Parallelis ethicis, & iuridicis diſſer-
tat.15.paulò poſt principium*, eam ætatem maturam
appellari, & quod ætas primo per acerua trigena-
ria matureſcat.

13 His omnibus videtur contrarius Clemens Ro-
manus *lib.2. Apoſtolicar.conſt.cap.1.* vbi ait illis ca-
ueri non minorem natu quinquaginta annorum
oportere eum eſſe, qui paſtor, & Epiſcopus con-
ſtituendus erat; verum etſi illa determinatio, tunc
temporis ſic procederet: tamen Patres Agathenſis
Concilij, & mox Lateranenſis immutarunt, †
14 quia quinquagenarij nihil à ſenectute diſtant,
qua nemo ad Epiſcopatum congruit, vt promo-
ueatur ſicut ſentit Narbona, *dict. anno 30. cap.5.
ſub numero 3.* inferens *ex cap. Archidiaconum,*
15 Florentinum, iuncta gloſſa, *ibi 85. diſt.* † Sene-
ctutem homines reddere inhabiles ad Epiſcopa-
tum, tradens ſic ex Franciſco Viuio, *lib.2. deciſio-
num deciſ.243.n.21.*

16 Hoc dictum non parum repugnat vſui anti-
quo, & ſtylo noſtri temporis, cum frequentia
nominatio ad Epiſcopatus, ſit perſonarum pro-
uectarum, & ſæpè numero excedentium ætatem
quinquaginta annorum, cur ergo vt inhabiles
17 tanquam ſenes congruat, eas non eligi. † Itaque,
etſi variè ſenſiſſent authores alij dicendo ſenectu-
tem incipere à quadrageſimo quinto anno, vt re-
fert Caluinus, *in lexicon. Iuris* verb. *ætas cap.28:*
18 ex Cicerone in Catone, † alij inquam à quinqua-
ginta quinque annis iam expletis, colligentes ex
textu *in l.fin.cod. qui ætate, vel profeſſ. ſe excuſant
lib.10. & ex l.2. cod. de his, quiņon impl. ſtipen-
19 dia eodem lib.* & ex aliis, † alij verò reponentes
perfectum ſenectutis initium in ſexageſimo anno
completo ex Caſſaneo, *in Cathalogo gloriæ mundi,
p.11. conſiderat.17. in fine*, Iacobo Cujacio *lib.
reſponſ.* Marcel. *in dicta l.non aliter ff.de leg.3.* per
textum *in l. pater familias 15.§. in adrogationibus
ff. de adoptionibus*, Cuius authoritate multi etiam
20 tenent, † alij enim ſenectutis initium conſtitue-
runt in ſeptuageſimo anno, Accurſium ſectan-
tes *in l.inuiti*, verb. *ſenes ff. de teſtibus*, & ex Ab-
bate, *in cap. quoniam frequenter num.18. verſ.ego
puto, vt lite non conteſtata*; quia hac ætate ma-
iores ſenectutis cauſa à tutelis, & muneribus per-
ſonalibus vacationem merentur, per textum *in l.
maiores 3.ff. de iure immunitatis, §. item maior in-
ſtit.de excuſat.tutorum*, † & alij propter varietatem 21
opinandi exiſtimarunt nullum à iure ſenectutis
eſſe præſcriptum initium & ſic omnino pendere
à iudicis arbitrio, qua ætate quis ſenex haberi de-
beat, inter quos cum multis Menochius, *de ar-
bitr.caſu 59.* Ioannes Garcia *de nobilitate, gloſſa 48.
§.1. num.6.* Hieronymus Gonzalez *in reg.8. can-
cell. gloſſa 5. §.9. num.27.* Stephanus Gracianus
diſcept.forenſ. tom.2. cap.328. num.2. & multi ſic
probari putantes, *ex l.2.§.quem ita,ff. de excuſa-
tion. muner. l. Prætor.13. ff.eodem.* † Nihilominus 22
exiſtimo initium veræ ſenectutis reputari iuridicè
à quinquageſimo anno completo; quia ſenectus
nihil aliud eſt quàm ætas decreſcendi, decretioque
in homine contingat à tali anno, vt ex Galleno
tradit Petrus Garcia, & cum eis Narbona anno
quinquageſimo *quæſt.2.num.9.* & Doctores colli-
gunt ex gloſſa *in proœmio decretalium lib.6.* ſene-
ctutis principium eſſe annos quinquaginta ibi
verbo, *perfectius*, & gloſſa *in cap.1. de celebrat.
miſſar. & in dicta l.non aliter §.fin.ff.de leg.3.* Iaco-
bus Cuiacius *in l.2.ff. de excuſat. muner.* Andreas
Gailius *lib.5. obſeruat.92. numero 7.* † qui in Ca- 23
mera quinquagenarios pro ſenibus reputari ſcri-
bit, † imò Cardinalis Tuſchus, *practic.ar. con- 24
cluſ. iuris littera 1. concluſ.103. numero 6.* ea ra-
tione inquit minorem partem hominum perue-
nire ad annum quinquageſimum, † vel forte ea 25
de cauſa, quia, vt ſcribit Ioan. Garcia *de no-
bilit. dicta gloſſa 48. numero 3.* annus quadrage-
ſimus nonus climatericus, eſt minor; ideoque fa-
talis.

His ſic ſuppoſitis, etſi ætas ad eligendos Epiſ- 26
copos debeat eſſe ſaltem annorum triginta exple-
torum tamen ab ea in annos ſequentes poſſunt
equidem maiores natu annorum quinquaginta;
etſi ſenes exiſtimentur eligi, nec ob ſenectutem,
vt inhabiles repelli. † Quia ſenium tripartitum 27
eſt dicterium, nempe in primam mediam, & vlti-
mam ætatem ſenectutis. Prima qui eorum adhuc
validi, & robuſti ciuilia negotia poſſunt obire,
quæ durat ab anno quinquageſimo, ad ſexage-
ſimum. Secunda à ſexageſimo anno ad ſeptua-
geſimum quo tempore, non ſic æquè obire mu-
nera poſſunt. Tertia, quæ connumeratur ab
anno ſeptuageſimo, & deinceps in annos ſequen-
tes reputatur debilis, imbecillis, ac non apta ad
gubernandum muneraque obeunda, † ob idque 28
optimè vſque ad annos ſexaginta; imo & plus
rectè viri induſtrij, & litterati poſſunt eligi, &
nominari ad Epiſcopatus; quia tunc nimis pru-
dentiores exiſtunt; etſi non ſic laborioſi.

Etenim Petrus Garcia *in Auicen. fect.1. lib.1.* 29
doctrina 3.cap.3.diſp.16. ex Galleno *lib.5.ſanitatis
tuenda cap.vltimo*, docet primam ſenectutis par-
tem, quaſi robuſtam, ciuilibus negociis conue-
nientiſſimam, quia etſi à quinquageſimo anno
delabantur vires corporis; ſed non ſic defici vt
inhabiles citiùs homines reddantur quin potius ad
gubernandum adhuc iuuenes reputentur, & Nar-
bona *dicta quæſt.2.ſub num.12.in fine*, ſic colligit
ex textu *in dicta l.non aliter 69.ff.de leg.3.* † Cum 30
Marcellus ibi definiat iuuenes eos haberi poſſe,
qui nondum inter ſeniores connumerantur, ſiue
inter eos, qui ad mediam ſenectutis partem, quæ
à ſexageſimo anno initium ſumit iam peruene-
runt.

Nec exiſtimes à ſexageſimo anno expleto, non 31
eſſe nominandos aliquos in Epiſcopos, cum ſæ-
pè

Digitized by Google

pè videamus plures ea ætate maiores; imo & vt
ſeptuagenarij, & amplius à Regibus noſtris Hiſ-
panis nominentur; quia etſi reuera non ſic labo-
rioſi prædicti videantur; ſunt tamen prudentio-
res, cum de iure ſenes non ſolùm prudentes ſed
32 etiam in dubio prudentiores cenſeantur. † Nam
quo quiſque ſenior eſt, eo præſumitur pru-
dentior, vt docet Baldus *in cap.1. in princip. de
renunciat.* & probant verba Hieronymi ſcriben-
tis ad Nepotianum relata, *in cap. porrò 6. diſtin-
ctione* 84. ibi: *ſenectus ætate fit doctior, vſu pruden-
33 tior, proceſſu temporis ſapientior.* † Et ſic Tyraquel-
lus *in præfatione de iure primogeniorum num.*98.
fatetur maiorem prudentiam præſumi in ſenibus,
cui aſſentitur Matienzus *in dialogo relator.cap.19.*
aſſerens adeo ſenes prudentia & ſapientia prædi-
ctos præſumi, vt niſi per quindecim teſtes contra-
rium probari minimè valeat: argum. ſingularis
textus, *in l.vnicuique 7.in princip.cod. de proxim.
ſacror. ſcriniorum lib.*12. Turturetus, *in parallelis
athicis, & iuridicis, diſſertione* 15. Rodericus à
34 Cunha *in dicto cap.porro* 84.*diſt.num.4.& 5.* † Niſi
vt dicit Narbona *anno* 30.*q.*2.*n.*8. adeo ſint ſenes,
& decrepiti, vt omni ſenſu, & ratione deſtituti
delirare videantur, alia adducens, *& n.*10.

35 Ad ætatem requiſitam in coadiutore dato Epiſ-
copo breuiter dicendum eſt, vt cum debeat etiam
prudentia vigere, vt eius coadiutus, quod eadem
ætas annorum 30. ſaltim requiratur, ac eadem ido-
neitas, quæ in titulari poſtulatur tempore electio-
nis, vt exiſtimat Narbona, *dicto anno* 30.*q.*5.*n.*10.
cum Hieronymo Gonzalez *in reg.8.cancel.gloſſa* 5.
§.9.*n.*6. Selua *de beneſ.*2.*p.q.*4.*num.*9. Caputaq. *de-
ciſ.*127.*p.*1. & Rot. *deciſ.* 347.*num.*3.*per totam p.*3.
diuerſorum, & alij.

36 Ab quartam de ætate ad ſummum Pontifica-
tum obeundum, videbatur dicendum maiorem
poſtulari, ac in Epiſcopis eligendis, quanto pa-
ſtoris ſupremi Dignitas præcellentior extat; & ſic
experti videmus à principio naſcentis Eccleſiæ non
tantum ſenes, & quinquagenario maiores, verùm
& ſeniores Pontifices pro tempore, vt in pluri-
mum fuiſſe electos. Sed dicendum eſt ſufficere, vt
ſit in eadem ætate annorum triginta, qui euehitur
ad Pontificatus Dignitatem ſupremam eo quod
ſit, & dicatur Epiſcopus Romanus, vt apparet
ex textu *in cap.Oſius 7.6.q.4.c.licet 6. de electione,*
37 *in cap.ſi quis Epiſcopus* 36.2.*q.*6. † Dicitur inquam
Papa Epiſcopus vniuerſalis omnium Eccleſiarum,
vt docent Perez de Lara, *in compendio vita homin.
cap.*29.*num.*22. Rodericus à Cunha *in dicto cap.
Epiſcopus num.*17. *diſt.*77. dicens eſſe concluſio-
nem, vt nullus minor annis 30. eligatur in ſum-
mum ſacerdotem, quod ſaltim de congruentia
admittendum tenet Barboſa *de iure Eccleſiaſt.
lib.*1.*cap.*1.*n.*83.

38 Cum aliis Narbona longè agens anno 30. *à
n.*5. vbi *num.*8. dicit hoc eſſe intelligendum, dum-
modò alius ætate prouectior non exiſtat, qui ad
tantum munus æquè dignè conſcendere valeat;
39 quia ſi ſenior adſit, is potius eligi debet, † exem-
plo Petri, qui hac ratione fuit dilecto Ioanni Præ-
latus, vt D. Hieronymus contra Iouinianum pro-
fert his verbis: *Quæritur cur non Ioannes electus eſt
Virgo ſcilicet, vt eſſet caput Eccleſia? reſpondetur
ætati delatum eſt, quia Petrus ſenior erat, ne adhuc
adoleſcens, & puer progreſſa ætatis hominibus præ-
ferretur:* Videbis Seluam, *de beneſic.*3.*p.q.*5.*n.*14.
in fine, Oiedam, *de incompatibilit.beneſic.*1.*p.c.*24.
*n.*24. Moneta *de commut.vltimarum volunt. c.*10.
*num.*111. qui probabilem dicit, quod videtur pra-
cticari in Collegio Cardinal, quoties ſeſe offert
electio Paſtoris ſupremi.

Nec obſtat dicere de iure non eſſe determina- 40
tum tempus annorum pro Papa eligendo, vt vo-
luerunt Azorius *inſtit.mor.tom.*2.*lib.*6.*cap.*5. *verſ.
decimo quinto quæritur*, Maiolus *de irregularitate
lib.*1.*cap.*30. *num.*13.*verſ. Pontificatui*, & alij di-
centes ſeptennio quem poſſe eligi in Pontificem;
ſicque Spondanus *in epitom. annalium Baronij*
anno Chriſti 1033.*n.*2. refert accidiſſe in electione
cuiuſdam Benedicti; qui nondum decennis fuit in
Pontificem aſſumptus, ſed ſeptennalem refellens
Maiolus, *dicto num.*111. admittit eam ætatem qua
quis poſſit vſum rationis habere; id eſt vt ſit 14.
annorum, cum huiuſmodi ætas omnibus ſufficiat
beneficiis, iuxta Trident. *ſeſſ.*23.*c.*6.*de reform.* quod
non eſt admittendum, cum tantum loquatur Trid.
de beneficiis ſimplicibus, non de curatis, aut aliis
Dignitatibus, vt infra videbitur, quia vt ex Iaco-
batio, *de Concil.lib.*3.1. verſ. *& idem de infante,*
tradunt Ojeda, Perez de Lara, Narbona, & alij
credendum non eſt Vicarium Chriſti caput totius
corporis Eccleſiæ, Paſtorem ouilis Domini, Præ-
ſulem Apoſtolicæ Sedis; & tandem veriorem Pon-
tificem fore minoris ætatis, ac cæteri Epiſcopi,
præcipuè cum valeat argumentum ab inferioribus
Cathedris ad Romanam Cathedram. † Verùm 41
ſi ante huiuſmodi 30. annorum ætatem, eligatur
aliquis, eius electio ſuſtinebitur; eo quod nulla
exceptio obiici poteſt ad primam ſedem, ſi à dua-
bus partibus eligentium fuerit legitimè facta, iux-
ta diſpoſitionem textus *in dict. cap. licèt de elect.*
vt tradit Barboſa *ſup.num.*83. Ojeda *ſupr. num.*25.
† niſi ante ſeptennium fieret; eo quod nullius 42
ordinis infans capax exiſtit; & ſic multominus
conſecrationis Pontificiæ; dummodo à Spiritu
Sancto non ſit peracta: ſic Ojeda *ſupr. num.* 26.
Narbona *num.* 9. cum Speculatore *in cap. vbi de
elect.lib.6.in 7.ſpeciali*, cum Maiolo *dict.lib.*2.*c.*4.
num 4. Sylueſtro *in verbo. excommunicatio* 9. *q.*2.
*verſ.*7.

Ad quintam de ætatè inquam ad Cardinalem 43
S.R.E. eligendum olim nulla fuit ætas determina-
ta in iure, niſi eà quæ erat neceſſaria ad Subdia-
conatum, Diaconatum, & Præsbyteratum; &
ſic videmus, vt ſoleant dici Præbyteri Cardina-
les, aut Diaconi Cardinales; ob id Barboſa, *de iure
Eccleſiaſt.c.*3.*n.*33. Perez de Lara *in compendio vita
hominis c.*29.*n.*18. Diana *p.*5.*tract.*2.*reſ.*19. Squil-
lante *de priuileg.Clerical.cap.*14.*numer.*77. Cam-
panillus *in Rubric.*7.*cap.*6.*numer.*47 & alij com-
muniter dicunt Cardinalem Diaconum eſſe poſſe
qui in vigeſimo ſecundo ſuæ ætatis anno fuerit
conſtitutus, & Garcia *de beneficiis part.* 7. *cap.* 4.
numer. 79. ſubiungit hodie *ex conſtitut. Sixti V*,
quæ incipit *poſtquam verus*, ſic obſeruari.

Et licèt Baſilienſe Concilium exiſtimaret, vt 44
indecens ſit minorem ætatem requiri in Cardina-
libus, quàm in Epiſcopis creandis, cum poſt Pon-
tificiam, nulla ſit dignitas in Eccleſia, quæ Car-
dinalatu maior ſit, vel ipſi æqualis, vt ab omni-
bus tradit Anaſtaſius Germon. *in tract. de indultis
Cardinal.* verb. *Epiſcopus n.*7. Diana *ſuprà* contra
Alzedum *ex ſeſſ.*23. eiuſdē Concilij decernentis ad
Cardinalatum ætatem annorum triginta comple-
torum, etiam ſi Subdiaconalis eligerètur; & ſic
poſtea decretum fuerit Trid. *ſeſſ.*24.*de reform. c.*1.
verſ. *ea verò omnia*, & teneant Azorius 2.*tom.lib.*6.
*mor.q.*3.verſ.14.*quæritur*, Maiolus *de irregularit.*

lib.1.cap.30.num.13. verſ. *ad Cardinalem*, Ojeda
de incompatibilit. beneficiorum t.p cap.24.num.17.
45 Garcia *ſupr. dict.cap.4.num.*78. † Tamen tu dices
ex dict.conſtit. Sixti V. procedere ſaltim in creandis Diaconis Cardinalibus; etſi in creandis Præsbyteris Cardinalibus, deſideretur ætas annorum triginta, vt in Epiſcopis.

46 Quæ dicta ſunt de ætate eligendi aliquem in Cardinalem procedunt de iure ordinario; quia poteſt Summus Pontifex ætate minores creare Cardinales, vt ſæpè contingit, & latè probat Paleot. *de ſacro Conſiſtorio p.3.quaſt.4.* & obſeruat Moſconius *de Maieſtat.milit.Eccleſ.lib.1.p.1.c.6.*
47 ex Platina dicens. † Gregorium XI. minorem annis decem, fuiſſe ad Cardinalatum aſſumptum,
48 † & Henriquez *lib.10.c.27.num.4.* obſeruat quod ſolet Papa nouiter electus ſuum Cardinalatum conferre cognato, quamvis adoleſcenti; & quibus ob inſignam nobilitatem, & indolem, de quibus ſpes eſt, quod multum ſua authoritate proficiant Eccleſiæ; & licèt Rodericus à Cuña *in dicto c. Epiſcopus 6.num.17.diſt.77.* exiſtimet noſtris temporibus ex receptiſſima conſuetudine quacumque
49 minori ætate creari. † Reſpondetur id non tam conſuetudine, quàm Pontificis diſpenſatione fieri: qua interueniente, quacumque ætate pollentes dummodo ratione expertes creari poſſe, docet poſt Barboſam, Dianam, & Moſconium re-
50 latos à Narbona, *anno* 30.*num.*4. † imò nouiſſimè Diana *p.12.tr.1.reſ.*48. in verſ. *& hac*, ait ne dum poſſe Pontificem creare Epiſcopum infantem, ante rationis vſum; imò magis Cardinalem.
51 † Cum Cardinalatus non ſit ordo, nec Sacramen-
52 tum, † fatetur tamen non hoc licitè fieri à Papa, tum propter ſcandalum; tum quia Pontifex in conſcientia tenetur eligere ad Cardinalatum digniores, vt ex ſacro Trid. Concilio probat Eminentiſſ. Cardinalis Lugo ab eo relatus, cum implicet poſſe ferri hoc iudicium de puero.

QVÆSTIO III.

An Epiſcopus poßit ordinare, aut dimiſſorias concedere filio alicuius Satellitis, aut meretricis, aut aliis? An dies Biſſextilis, ſupputetur in ætate ordinandi; aut profitendi?

SVMMARIVM.

1 *Satellites ſunt ratione officij irregulares ad ordines.*

2 *Filij ſatellitum non ſunt irregulares ad ordines & dignitates; ſi laudabiliter viuant*, & n.7.

3 *Infamia iuris non incurritur niſi ſit expreſſa in iure.*

4 *Filij, & nepotes eorum, qui violentas manus iniecerunt in Cardinales ſunt infames de iure. Item & filij proditorum committentium crimen læſæ Maieſtatis, & filij hæreticorum*, n.5. & 6.

7 *Officium nullum, quamvis vile, & abiectum, inducit irregularitatem, niſi aliquo iure conſtet inducere infamem, vel ſi ſine peccato mortali exerceri nequeat*, & n.8.

8 *Irregularitas vilium perſonarum, non tranſit in filios.*

9 *Meretricis filius queit ordinari*, vt n.10.

11 *Carnificis filius vulgo* del Berdugo, *non eſt irregularis.*

12 *Carnifex villiſſima perſona reputatur, etſi ſemel tantum, & vi exercuerit tale officium*, n.13.

14 *Flagellis publicè caſſi, ſunt infames ſed eorum filij poterunt ordinari.*

15 *Filij damnatorum ad triremes poſſunt ordinari; etſi parentes exiſtant infames ex cauſa famoſa.*

16 *Filij Hiſtrionum, Scenicorum, Macellariorum, Lictorum, & aliorum, non ſunt ordinari prohibiti. Et idem de parentibus exiſtimant alij, vt à* n.19. & 20.

17 *Hiſtriones ob turpes, & indignas repræſentationes infamia nota afficiuntur.*

18 *Macellarij, Scemei, Lictores, & alij infamia nota afficiuntur.*

21 *Biſſextilis dies verus eſt, vt computetur ad ordines*, n.22.23. & 24.

22 *Anni vnius biſſextilis, eadem eſt ratio, ac de cæteris.*

23 *Dies vtraque biſſextilis in iure habetur pro vna* & numero 26. *etſi contra*, numero 27. & 28.

24 *Annus probationis in religione completur, quando dies biſſextilis, & non ante.*

25 *Annus à iure computatur per dies* 365. *niſi cum additur in quarto anno dies biſſextilis, ad complendum Circulum perfectum ſolis per Zodiacum.*

29 *Annus compleri dicitur diebus* 165. *quando non eſt biſſextilis; alias requirerentur in* 1. *ſex hora plus, & in ſecundo anno*, 12. *& in tertio anno* 18. *horæ.*

AD primam quæſtionis partem, etſi de ea 1
poſſemus agere *ſub tit. de filiis Præsbyterorum, & ſupr. ſub cap.fin.de temporib.ordin.* tamen
hic diſputare non eſt extra propoſitum, cum titulus noſter agat etiam de qualitate ordinandorum,
occaſione cuius plures caſus poſſent hic adiungi,
præter dictos infra ſub Rubro. † Quo ſuppoſito 2
ad primum difficultatis punctū reſpondetur; quia
etſi ſatellites ſint irregulares ex infamia officij, ſed
non ob id eorum filios tales reputari quoad ordines, cum ignobilitas, & vilitas parentum non noceat filiis, quin ad ordines, & quaſcumque dignitates Eccleſiaſticas poſſint promoueri, ſi ipſi
laudabiliter viuant; vt notat gloſſa *in cap.quoniam*
vetuſto 24. quaſt. 1. verbo *inuidia.* † Vnde cum 3
infamia iuris non incurratur, niſi ſit in iure expreſſa, iuxta ea, quæ notaui, & ſcripſi *in cap. teſtimonium 54.de teſtibus, cap.1.de exception.* & filij ſatellitum nulla infamia iuris inueniantur in iure
notati. † Vt habetur contra filium, & nepo- 4
tes parentum violentas manus in Cardinales eiicientium *ex cap.felicis de pœnis lib.6.* † & contra 5
filios proditorum crimen læſæ Maieſtatis committentium *ex l.quiſquis §.filij cod.ad leg.Iuliam*, † 6
item & hæreticorum filij, & nepotes, vt *in cap. ſtatutum 15.de hæret.lib.6.* & in aliis caſibus in iure expreſſis.

Sequitur vt tales filij ſatellitum non ſint infa- 7
mes, aut inhabiles, quominus queant ordines recipere, quia, vt docet Cornejo *in 3.p. D Thom. tract.5.de irregul.cap.8.dubio vnico quaſt.3.* nullum officium

officium quamvis vile, & abiectum indocit irre-
gularitatem, niſi vel aliquo iure Canonico, vel
8 ciuili conſtet inducere infamiam. † Vel tale ſit
vt ſine peccato mortali exerceri nequeat; imò nec
harum vilium perſonarum irregularitatem ratione
officij tranſire in filios. Quare hanc ſententiam
docent Marchin. *de Sacram. Ordinis p. 10. tract. 1.
cap. 4. num. 4.* Suarez *de cenſ. diſp. 48. ſect. 3. num. 3.*
Caſtrus Palaus *tom. 6. diſp. 6. puncto 20. num. 11.*
Reginaldus *tom. 2. lib. 30. tract. 2. cap. 15. num. 198.*
Filliucius *tom. 1. tract. 19. cap. 8. num. 230.* cum aliis
Diana *p. 10. tract. 11. reſ. 26. in principio.*
9 De filio autem meretricis poſſet eſſe dubium
cum Sayrus *de cenſuris lib. 7. cap. 11. num. 8.* dicat
eſſe irregularem, nec poſſe ad ordines promoue-
ri, & Cornejo ſupra *dict. cap. 8. quæſt. 2. de irregul.*
10 affirmet taliter procedere, etiam ſi meretrix pu-
blica, fuiſſet coniugata. † Tamen cum nullo iure
videtur prohibitum, dicendum eſt poſſe ordinari
abſque vitio infamiæ incutientis irregularitatem:
docent in terminis Megala *in 3. p. lib. 7. cap. 1. q. 8.
num. 156.* Diana *dict. p. 10. tr. 11. dict. reſol. 26. verſ.
ſed quid.*
11 Hinc infero primò quod filius Carnificis vulgò
del Berdugo ex infamia Patris, non eſt irregularis
ſic vt ordines accipere nequeat, quia reſpectu
12 filij noo eſt de iure prohibitum. † Nam etſi ſui
Patris officium admodum viliſſimum ſit, ipſeque
non ſolum, quia vindictam ſanguinis exercet, ſed
& quia infamis contrahat irregularitatem, vt per
textum, gloſſam, & Doctores *in clem. 1.* dixit Maio-
13 lus *de irregul. lib. 1. cap. 1. num. 5. verſ. inter hos*, †
addens procedere etiam in eo, qui ſemel tantum
illud exercuit officium, etiam ſi coactè hoc feceris
ſed non ob id eius filium contrahere hanc infa-
miam, & irregularitatem quoad ordines: ſequitur
Megala vbi ſupra, Caſtrus Palaus *tom. 6. diſp. 3.
puncto 20. num. 5.*
14 Secundò infero idem dicendum de filiis, quo-
rum parentes fuerunt publicè flagellis cæſi: nam
licèt iſti ſint infames, vt docent Marchin. *de Sacr.
Ordin. dict. cap. 4. num. 4.* Cornejo *dict. dubio vnico
quæſt. 3. tract. 5.* & alij: tamen ex eiſdem rationibus
parentum infamiam, non transferri in filios, quo-
minus aſcendere queant ad ordines teoendum
eſt.
15 Tertiò infertur idem dicendum de filiis damna-
torum ad triremes; quia etſi iſti damnati, ſecun-
dùm aliquos exiſtant irregulares quoad ordines;
quod verum credo, ſi tantum eſſent damnati ex
cauſa famoſa, vt docent Theſaurus *in praxi p. 1.
cap. 33.* tamen vtcumque eorum filij non impe-
dientur ordinari.
16 Quartò infertur filios Hiſtrionum conducen-
tium ſe publicè precio ad ſpectaculum ſui corpo-
ris exhibendum, repreſentatiumve publicè obſce-
na, de quibus D. Auguſtinus *lib. 2. de ciuit. Dei
cap. 11. & 13.* ſeu Scenicorum, Macellariorum,
Lictorum, & ſimilium, non eſſe prohibitos ad ſa-
cros ordines, & minores aſcendere ex dictis ratio-
17 nibus, † imò idem poteſt tentari de ſuis parenti-
bus illa officia exercentibus; quia etſi Hiſtriones
ob turpes, & indignas repreſentationes, infamiæ
nota afficiantur, iuxta textum *in l. 1. & 2. §. ait
Prætor*, iunctis duabus ſequentibus *ff. de his, qui
notantur infamia cap. de finibus 4. quæſt. 1. cap. ali-
18 quantos diſt. 51.* † quod idem de Macellariis, Sce-
nicis, Lictoribus, & aliis, vulgò ſit exiſtimatum;
tum; quia etſi reuera prædicta officia ſint apud
19 omnes ferè conditionis infamis, & notæ. † Sed

quia nullo iure ſcripto cauetur infames eſſe ea
exercentes; ideo poſſe ordinari dici poteſt vt fa-
teri videtur Caſtrus Palaus *ſupr. puncto 20. num. 6.*
& confirmatur ex dicto Cornej *ſupr. quæſt. 2.* aſſe-
rentis nullum officium vile, & abiectum inducere
irregularitatem, niſi conſtet in iure inducere infa-
miam. † Verùm Diana aſſerens *dict. reſ. 16. verſ.* 20
& tandem, in fine, quod ſi Palai ſententia ſcrupu-
loſi multi ſedarentur, multique eſſent immunes ab
irregularitate, & à petitione diſpenſationis. Sed
quia communiter contrarium Doctores ſentiunt
aſſerentes ſupra dictos, tanquam infames arceri,
& eſſe irregulares; ideò relioquir viris doctis co-
gitandum; & licèt pro ſententia hac poſſis indu-
cere textum *in c. 1. de vita, & honeſtate Clericor.
lib. 6. & in clem. 1. eodem*, de Clerico exercente ia-
culatoriam artem, vel Carnificis officium: tamen
non adaptatur completè ad Laicos ea, & alia offi-
cia vilia exercentes.
Ad ſecundam quæſtionis partem, an dies anni 21
biſſextilis, ſupputetur in ætate ordinandorum, vel
omittatur, vt cõgruè reſpondeas leges ea, quæ dixi
ſupra *in Rub.* ſub verſ. *vnū, in fine*: vbi etſi pro vtra-
que ſententia Doctores adduxerim, & ſit vt æque
probabilis; eo quod habet plures vnaquæque pro ſe
Doctores, & fundamenta, cum negatiua fundetur;
eo quod in ordinationibus accipiendus ſit annus
Eccleſiaſticus ſecundùm variationem temporum;
ſed ritu Eccleſiaſtico dies biſſextilis computatur:
ergo.
Deinde quia idem eſt ratio de nouo anno biſ- 22
ſextili, ac de cæteris; ſed tot anni biſſextiles iã præ-
teriti, connumerandi ſunt, alias parerent varieta-
tem, non modicam; ergo non eſt cur excludatur
dies præſens biſſextilis. † Tertiò quia cum ex tex- 23
tu *in l. cum biſſextum ff. de verb. ſignif. & c. quæſiui,
eodem tit.* habeatur vtraque dies biſſextilis pro vni-
ca, ſequitur vt ſit computãda, vt neceſſaria ad per-
fectam ætatem, dies deſideretur. Vltimo, nam, in 24
complendo anno probationis; dies biſſextilis, eſt
neceſſariò includendus, ſecus profeſſionem eſſe
nullam ob non ſeruatam Trid. formam *ſeſſ. 25.
c. 15. de regularib.* de quo plura dico ipſa *in c. ad
Apoſtolicam 16. de regular.* vt loquitur Sanchez
lib. 2. de matrim. diſp. 14. n. 22. de profeſſione, itdem-
que eſſe de ætate ad ordines, vt ſequitur Barboſa
de poteſt. Epiſcop. p. 2. alleg. 101. n. 13. cum multis. † 25
Et confirmatur; quia etſi annus à iure computetur
per 365. dies, ſed cum dies biſſextilis de quarto an-
no ſuperaddatur, vt adimpleatur defectus inſpe-
ctus ad complendum circulum perfectum ſolis
per Zodiacum; † Sequitur vt illa dies ſuperaddi- 26
tus dicat ordinem ad vnam diem tantum; & ſic
dies 19. Februarij quæ hoc in anno, quando hæc
ſcribo contingit, reducatur ad dies 28. quibus ordi-
riè ille menſis completur, iuxta *l. 3. §. minorem ff.
de minorib.* & aliis. Quæ ſententia mihi probabi-
lior ſtat, quam nouiſſimè comprobat Diana cum
multis de profeſſione loquentibus *p. 10. tract. 11.
reſ. 67.*
Doctores inquam aſſerentes in anno biſſextili 27
poſſe quem ordinari, nondum tranſacto, die 29.
Februarij ſuperaddita, ſunt Martinus de San. Io-
ſeph. *in monitu confeſ. tom 1. lib. 1. tract. 6. de or-
dine num. 22.* Syluester *verbo ætas numero 5.* &
alij relati ſupra *in Rubr.* eo quod io rebus odioſis
non computetur dies biſſextilis, ſed tantum nu-
merari annum dierum 365. adſit annus biſſextus,
aut non, vt determinari videtur *ex l. cum hæres,
§. Stichus, ff. de ſtatu liber.* & ex doctrina Abba-

tis, Panormit. *in cap. quærenti de officiis deleg.* D. Didacus de Narbona *in annal. anno 25. q.55. num.6.* qui citat pro ſe Henriquez, Riccium, &
28 Acunham. † Et pro comprobatione poteris aggregare dictum *ſupra quæſt.1.verſ.ad quintam*, verb. *non deſunt*; ſed tu tene, vt ſupra etiam per dicta
29 *in dicto verſ. ad quintam dicta quæſt.1.* † Quia ſecurius eſt, etſi non improbem contrariam ſententiam, alias inquam poſſet etiam dici, vt in anno non biſſextili, debeat non tantum compleri annus per dictos 365. dies; imo & amplius per alias ſex horas, quæ deſunt ad integrandum primum annum; vel per duodecim horas, ad integrandum ſecundum annum, vel per decem, & octo horas ad complendum tertium annum, ſicut quartus annus biſſextilis non completur, niſi adiuncto die ſuperaddito aliis 365. diebus illius anni; niſi malis dicere illas horas non imputari pro annis illis tribus antecedentibus ad biſſextum; quouſque addatur integra biſſexti anni dies.

Ad Text. in Cap. I. De Ætate & qualit. ordinand.

PRÆMISSVM

SVMMARIVM.

1 *Ætas, quæ requiratur ad aliquas Eccleſiæ Dignitates, & officia, remiſſiuè.*
2 *Præpoſiti ſunt aliorum Præfecti, & qui aliis præſunt*, & q.1.à n.70.& 85.
3 *Præfecti Caſtrorum dicebantur, qui Præfecti erant militibus præſidij cauſa degentibus in prouinciis*, & ſub n.85.q.1.

1 OCcaſione huius textus Doctores agunt de Decanis, Abbatibus, Præpoſitis, Archipræsbyteris, & Præsbyteris; & cum Præpoſitus ſit ſub Rubro textus noſtri collectus ex Concilio Pictauienſi, opportunè debemus inquirere de ætate prærequiſita ad has, & alias Dignitates, & officia Eccleſiaſtica, & conſequenter ad alia officia ſæcu-
2 laria. † Nam ex verbo Præpoſiti, de quo hic, cuius nominis proprietas eſt, vt præpoſiti ſint aliorum Præfecti, & qui aliis præſunt, vt probat tex-
3 tus, *in c.quamuis 9.in princ.de verb.ſignif.* † ſicque Præpoſiti Caſtrorum dicebantur qui præfecti erant militibus præſidij cauſa degentibus in prouinciis, de quibus *in l.viros cod. de diuerſis officiis* De Archipræsbyteris, item Præsbyteris, & Archidiaconis, & officio primicerij, dico infra *in ſuis tit.* vbi de eorum ætate. Quare nunc agam de ætate Decanorum, Abbatum, Præpoſitorum, & aliorum officia Eccleſiaſtica, vel ſæcularia tenentium, &c.

⁂

QVÆSTIO I.

Decanatus an ſit Dignitas in Eccleſia? & quæ ætas requiratur ad eam? Et quid de Præpoſitis. Abbates qui propriè dicantur in Eccleſia? quæ eorum Dignitas? & quam ætatem deſiderent? Et quid de Guardianis, & Prioribus Eccleſiarum Cathedralium, aut Religionum? & quid de Prouincialibus Generalibus.

SVMMARIVM.

1 *Decani officium quale.*
2 *Decanus propriè dicitur ille, qui decem viris præeſt, qui & dicitur præcipuus alicuius ordinis, & ſtatus.*
3 *Decanus in Eccleſiis, ſolet appellari qui inter Canonicos primas, & principatum tenet.*
4 *Decanus in Eccleſiis Hiſpaniæ, Galliæ, Luſitaniæ &c. ſubrogatur in locum Archidiaconi, qui de iure primus erat in Cathedralibus &* à n.10.
5 *Diaconus dicitur maior Dignitas poſt Pontificalem, id eſt poſt Epiſcopum.*
6 *Decanus obtinet in Eccleſia locum Archipræſbyteri &* ſub n.18.
7 *Decanus reſpectu Capituli, non regulatur perſona priuata, ſed habet prælaturam in Capitulo, cui præeſt.*
8 *Decano proprè eſt prima Dignitas poſt Pontificalem, pertinent in Choro, & non Cantori aliqua præeminentia, vt mandare incipi officia, dare ictum in ſignum, incipiendi lectiones, & facere ſignum exeundi de choro.*
9 *Dignitati maiori competit manutentio ex præeminentia*, & n.46.
10 *Decanus iure attento, nullam habet Dignitatem, & iuriſdictionem, cum careat iure Prælaturæ*, n.12.
11 *Decanatum acceptum pro ſimplici beneficio, non eſt nomen Dignitatis.*
13 *Decanus hodie conſuetudine præſcripta præfertur tam in Capitulo, quàm in Choro Archidiacono*, & n.20.
14 *Archidiaconus primum locum de iure obtinebat poſt Epiſcopum*, & n.18.
15 *Decanus habet in Capitulo primum ſedere, proponere, & illico dare vocem ſuam, deinde ſequentibus in dignitate, & antiquitate.*
16 *Decanus poſt omnium ſuffragia; habet declarare, quod reſolutum fuerit à maiori parte votantium, vocem dare ſi eſt in ſacris.*
17 Cap.ad aures de reſcriptis.
18 *Archipreſbyteri dignitas, quæ à pluribus nuncupatur Decanus minor eſt Archidiacono.*
19 *Decani rurales inſtituuntur ad mandatum Epiſcopi, vel Archidiaconi.*
21 Cap.cum in cunctis §.inferiora de elect. & n. 26.29. & à n. 31.

22 *Decanus*

22 *Decanus non requirit gradum Doctoratus, & licentia alicuius Vniuerſitatis.*

23 *Decanus debet eſſe non minor annorum 21.*

24 *Dignitates in Cathedralibus Epiſcopatu inferiores, quibus nulla eſt animarum cura, debent eſſe annorum 22. & à n.29. Etſi de iure minor ſufficeret ætas, vt* num.26. 27. & n.28.

27 Cap. præterea de ætate ordinandor. hoc titulo.

28 Cap. indecorum de ætate ordinandor. hoc tit. *& n.* 38.

29 *Dignitates in Cathedralibus habentes curam animarum, principaliter requirunt* 25. *annum; non ſi acceſſoriè*, numero 30. & numero 42.

31 Cap.12. Trid. ſeſſ.24. de reformat.

32 *Ætas generaliter ad dignitates, & beneficia Eccleſiaſtica, erat annorum* 25. *de iure, ſicut & ad ſæculares dignitates, & honores de iure*, n.33.

34 *Decani, & Præpoſiti ætas, quibus incumbit animarum cura, debet eſſe annorum* 25.

37 *Perſonatus, & beneficia habentia animarum curam, pari caſu ambulant.*

38 *Ætas* 22. *annorum, quæ ad dignitates requiritur per Trid. in Cathedralibus debet eſſe completa, nec ſufficit inchoata. Et quid in perſonatibus, & dignitatibus Eccleſiæ Collegiatæ*, n.39. & 40. *vbi quod idem ſit.*

41 *Collegiatæ Eccleſiæ dignitates, ſi animarum curam habeant, requirunt annos* 25.

42 *Dignitas principalis in Eccleſia Collegiata requirit annos* 25. *incæptos ſi curam habeat principaliter, non ſi Parochialis vnita ſit dignitati.*

43 *Decanus, dignitates, & Canonici tenentur aſſiſtere Epiſcopo celebranti, fallit in Decano Valliſoletano*, n.44.

44 *Canonici debent aſſociare Epiſcopum, cum intrat, & exit ab Eccleſia cum Papa, & hoc ex debito*, n.47.

45 *Canonici exire volentes de choro, debent petere veniam à Decano, antequam à cantore. Et quid de praxi*, n.46.

48 *Decano celebranti in diebus ſolemnibus, debent duo Canonici aſſiſtere, & miniſtrare, ſi manſionarij ſint occupati pro cura.*

49 *Prima dignitas in Cathedralibus, & collegiatis nequit eſſe Iudex delegatus, ſeu ordinarius in prouincia Toletana, & in aliis Cathedralibus Caſtellæ, & Legion.* n.50.

50 *Prima dignitas ſemper vocatur talis, etſi Vicarius generalis ſedeat in ſuo loco.*

51 *Proceſſiones ordinare potius incumbit Vicario Epiſcopi, quàm Decano, ſi Epiſcopus abſit. Aliter digniori de Capitulo incumbit, non Hebdomadario*, n.52.

53 *Decanus cedit primum locum Canonico, ſiue alteri Presbytero parato officium facienti.*

54 *Decanus, & cæteri antiquiores, & digniores præcedunt in ſede vacante cæteris electis gubernatoribus.*

55 *Decano Zamorenſ. Eccleſiæ conceditur vſus Rocheti, & facultas benedicendi paramenta idem de Decano Carnotenſ.* n.56.

57 *Decanus Eccleſiæ Puteolanæ declaratur prima Dignitas, cui competit præeminentia, & cui debentur functiones Epiſcopales, abſente Epiſcopo.*

58 *Decanus Sanctæ Agathæ manutenetur in poſſeſſione exercendi actus Presbyterales contra Archidiaconum.*

59 *Decanus collegiatæ in Auſtria, poteſt vocari Præpoſitus.*

60 *Decanus nequit extra locum capitularem cum aliquibus tantum Canonicis, cæteris inſciis, & non legitimè vocatis quidquam decernere, contra praxim Eccleſiæ Valliſoletanæ & Auſturicenſ.* n.61.

62 *Decanatus auditorum Rotæ, ad quem ſpectet tempore vacationis.*

63 *Decanatus Cardinalium ſi vacet, pertinet antiquiori Epiſcopo Cardinali præſenti in Curia, aut ex cauſa publica abſenti.*

64 *Decumani appellabantur Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ Canonici, tanquam digniores.*

65 *Primas ſolet inter Canonicos vocari, qui principatum tenet alicuius Eccleſiæ.*

66 *Decani, & Capituli, cur aliquando fiat mentio in iure?*

67 *Decanus ſimul Canonicus, qui vna Hebdomada ſeruit, vt talis, video in praxi, vt non ſedeat in loco Canonico; etſi aliter ſit declaratum.*

68 *Decanus, qui & ſimul eſt Canonicus recipit diſtributiones duplices, & tot amittit, ſi non reſidet.*

69 *Clauſula ſolita poni Decano, ſimul, & Canonico*, dummodo Eccleſia in Diuinis non patiatur detrimentum, *quid ſibi velit?*

70 *Præpoſita per ſe ſingulare nomen beneficij Eccleſiaſtici facit, quod reſidentiam, ſiue aſſiduitatem, exigit ætatem, & ſcientiam legitimam ad ordines*, n.71. *Et quando dignitas præſumatur*, n.77. *Et quid de iure*, n.80. 85. & 88.

72 *Præpoſiti officij, etſi non ſit titulus Canonicus, non raro fit mentio in reſponſis Pontificum.*

73 *Præpoſiti dicuntur, qui in multis Germaniæ, Poloniæ, Angliæ, Flandriæ, Eccleſiis cathedralibus, ſeu collegiatis, præcipuam gerunt dignitatem cum animarum cura, & iuriſdictione.*

74 *Præpoſiti creditur ſucceſſores Archidiaconorum in partibus, vbi vſitantur.*

75 *Præpoſitus debet obtinere locum honorarium in choro, & cum celebrantur officia Diuina.*

76 *Præpoſitorum dignitas videtur æquiualere dignitati Decanorum, etiam in ætate requiſita.*

77 *Præpoſitus quando eſt prima dignitas in cathedrali, ſeu collegiata, vel conuentuali Eccleſia, habet ſub ſe Clerum, & capellas, & eſt dignitas*, n.79.

78 *Præpoſitura non ſunt dignitates, quando nullum officium gerunt Præpoſiti in Eccleſiis.*

81 *Præpoſitus prima dignitas, ad quem ſpectat miſſam, ſeu officia celebrare, impeditus, aut nolens, nequit alij ſuo arbitrio commendare, cum ſuccedat dignitas proximior.*

82 *Præpoſitus, qui habet vſum mitræ, & ob hoc queat populo ſolemnem benedictionem dare inter miſſarum ſolemnia; ſed non poterit concedere, & publicare indulgentias.*

83 *Præpoſiti in Germania, & in aliquibus Eccleſiis, Italia, & Francia, habent vſum Mi-*

era, & Baiuli.

84 *Præpoſitus, qui habet curam iuriſdictionalem, eſt qui comprehenditur in Bulla PyV. de reſidentia.*

85 *Præpoſiti ſecundùm nominis proprietatem dicuntur omnes aliorum Præfecti, & qui aliis præſunt.*

86 *Præpoſiti Labarorum qui?*

87 *Labararum ſignum erat nobile, quod ante Imperatores ferebatur à tempore Conſtantini ex auro, & lapidibus pretioſis Crucis ſigno inſignitum.*

88 *Præpoſiti nomen inter laicos bene adaptatur ad Præpoſitum Eccleſiæ, & quare,* numero 87 90.

89 *Præpoſiti varij vtebantur in Republica Romana. Et qui in iure,* n.91.

91 *Præpoſiti regulares, ſunt, veluti, Abbates, Priores, Magiſtri, Generales, ſiue Rectores quorum officium eſt, vt præcipuè faciant obſeruari à ſubditis quæ Canones mandant,* num.92.

93 *Præpoſiti Religionum debent capitula generalia de trienno in triennium conuocare, vt diſciplina regularis ſeruetur expendendo ibi vulgari ſermone regulam,* n.94.

94 *Præfectus dicitur qui eſt primus inter Clericos regulares, & inter Ieſuitas in domibus profeſſorum.*

95 *Præpoſitura de ſe non eſt dignitas, quia non habet nomen in dignitatem à iure; & ſic appellatur officium.*

96 *Præpoſitus; etſi in choro ante alios ſedeat, non ob hoc eſt dignitas de iure, niſi ex conſtitutione Eccleſiæ, vel conſuetudine, vel vt,* n. 98.

97 *Sedendi præeminentia eſt ſignum perſonatus, non dignitatis.*

99 *Abbates eligendi debent de iure habere ætatem annorum 25. ſicut Præpoſiti, & Decani & aliæ dignitates,* n.100.& 101. *ita contra nullos,* n. 105. *& hoc ſiue ſæculares, ſiue regulares ſint,* n. 106.

101 *Abbatia eſt dignitas inferior Epiſcopali.*

102 Cap. indemnitatibus 43. de electione lib. 6. *n.* 103.

103 *Abbatiſſarum ætas alia, quam Abbatum.*

104 *Maſculos comprehendi ſub fœmineo vocabulo turpe eſt.*

107 *Abbas, etſi Generalis ſit non expoſcit maiorem ætatem, quàm alij.*

108 *Prælati, qui eliguntur Præſides Cœnobiorum, ſolent appellari, Priores, Abbates, Guardiani, Miniſtri, Præpoſiti, correctores, aut commendatores, &c.*

109 *Abbates, Guardiani, Priores, & alij ſuperiores religionum, debent, cum creantur habere ætatem annorum 25. quia tales æquiparantur Curatis Parochialium,* n. 110. *fallit,* n. 113.

111 *Ætas in Prælatis regularibus requiſita ſufficit annorum 25. inceptorum.*

112 Clem. I. §. cæterùm de ſtatu Monachorum.

113 *Priores ſimplices, id eſt rurales poterant iure antiquo conſtitui poſt 14. annum, vt* numero 114.

114 *Profeſſio regularis olim fiebat à 14. anno, & hodie ex Tsidentino à 16.*

115 *Priores ſunt vel ſæculares, vel regulares &* num.116.

116 *Priores ſæculares ſunt qui reperiuntur in ſæcularibus Eccleſiis, quorum aliqui collegiales dicuntur, quidam rurales ſine cura.*

117 *Priores collegiales ſunt qui in collegiatis Eccleſiis toti præſunt Collegio, &* n.118.

118 *Priores Collegiales tunc demum ſunt in Dignitate, ſi ſunt collegiati, & habent præeminentiam, vel iuriſdictionem in Eccleſia.*

119 *Priores Cathedralium, qui olim in eis habebant ſedem primam, qualiter hodie habeantur.*

120 *Prior, quæ perſona principalis eſt in Collegiata habens regulariter curam, debet habere ætatem annorum 25. inceptorum.*

121 *Prior Eccleſiæ non debet eſſe conſtitutus in gradu Doctoratus, vel licentiæ, Theologiæ, aut Iuris Canonici.*

122 *Tridentinum Concilium tantum hortatur, vt dignitates Eeeleſiarum conferantur Doctoribus, ſed non præcipit.*

123 *Prior collegiatæ, ſi accedit ad Cathedralem, habet ſedere inter dignitates, & Canonicos imò præcedit Canonicis, vt* n 124.

124 *Prior, ſeu Preſbyter, vt dignior, & ratione ſtolæ præcedit aliis beneficiatis, licèt antiquioribus.*

125 *Priorum collegiatarum ſine cura, & Cathedralium ætas quæ* n.126.

127 *Prouinciales, & Miniſtri Generales Religionum, debent ſaltim eſſe ætatis annorum 30. etſi conuenientiſſima ſit quinquagenaria, vt* num.128.

AD primam difficultatis partem, ſuppoſitis 1
quæ ſcribunt de Decanis, ac de eorum
munere, & officio Petrus Creſpar, *in ſumma*
Cathol. fidei, verbo Decanus, Tuſchus *in pract.*
quæſt.2. tom.2. littera D, concluſione 60. Azorius
inſtit. parte 2. lib.3. cap.17. Vincent. Filluciu *in*
quæſt.mor.tom.3. tract.41.cap.1. num.29. Machado
in ſumma perfect. confeſ. tom.2 libro 4. cap.4. tra-
ctatu 7. docum. 6. Fr. Hieronymus Roman. *de*
Republica Chriſt. lib.3. cap. 10. *in prine* Iſido-
rus Moſcon *de Maieſt. milit. Eccleſia libro* 1.
parte 1. *cap.* 13. *paulò poſt principium*, Flamin.
Pariſius *de reſignat. benefic. lib.1. quæſt.1. num.* 86.
Caſſaneus *in catalogo gloriæ mundi parte* 4. *conſi-*
deratione 37. Boërius *de authoritate magni conſi-*
*lij à num.*31. Anton. Fabricius *in praxi beneficiali*
titulo de beneficiis cum dignitate, perſonatu, vel
officio à numero 41. Michaël Ferrer. *in tractatu de*
præcedent. Eccleſiaſt. quæſtione 21. Valerius Regi-
naldus *in praxi fori pœnitent. libro 3. tractatu 1. nu-*
mero 48. Barboſa, qui ſe tranſcribit *de iure*
Eccleſiaſt. parte 1. cap 26. & de Canonicis, & dig-
nitatibus cap. 7. & alibi ipſe ſæpè.

Dico vt Decanus ille propriè dicatur, qui de- 2
cem præeſt viris, iuxta gloſſam *in Rub. de Decanis*
*lib.*12. Briſon. *verb. Decanus*, Petrus Gregor. *ſyn-*
tagm. iuris p.2. lib.15. cap.21. numero 13. Anguianus
de legibus lib.2. controuerſ 4. num.9. & tranſlatione
facta à perfectione, & præſtantia denarij, numeri,
Decanus dicatur præcipuus inter aliquos eiuſdem
ordinis, vel ſtatus. † Ideò is, qui inter Canonicos 3
alicuius Eccleſiæ primas, & principatum tenet,
eique præficitur, ſolet Decanus appellari iuxta
gloſſam verb. *ad Decanum*, textus *in cap. cum*
inter de electione; eo quod in Capitulo honora-
bilior videtur pars Capituli, *ex cap. cum inter*
vniuerſos

vniuerſos de electione, *& cap. poſt electionem de*
4 *conceſſione præb.* † Itaque in aliquibus partibus
provt hic in Hiſpania, Luſitania, & Gallia locum
Archidiaconi, qui de iure primus erat in Cathe-
5 dralibus obtinet, † & tunc dicitur maior Digni-
tas poſt Pontificalem, hoc eſt ei, poſt Epiſcopum,
maior, & principalior Cura, & Collegij admi-
niſtratio debetur, vt ſupra Valerius Regin. *c.3.*
Rodericus Zamoren. *in ſuo ſpeculo humanæ vitæ
lib.2.c.13.*

6 Quare dixerunt Rota *deciſ.17. ſub num.1. verſ.
ſed caue, de conceſſione præbend.* Petrus Gregor.
*ſyntagm. iuris lib.15. cap.20. num.12. & de benefi-
ciis c.10 num.24.* & in parte Iuris Canonici *lib.2.
tit.9. c.5. num.4.* quod dum Decanus locum Ar-
chipræsbyteri in Eccleſia obtinet, tanquam ſubro-
7 gatus, poteſt eadem, quæ Archipræsbyter, † &
ex ea ratione eſſe Dignitatem iuxta Putei *deciſio-
nem 209. lib.3. num.2.* dicentis Decanum reſpectu
Capituli non regulari perſonam priuatam, ſed
habere Prælaturam cum Iuriſdictione in Capitu-
lo, cui præeſt, & ſic habere Dignitatem, vt voluit
Rota *in deciſ.533. n.4. p.2. recent.* Barboſa *de ca-
nonic. c.4. n.32.*

8 Et quatenus Decanus habet primam Dignita-
tem in Eccleſia poſt Pontificalem, pertinent ei,
& non Cantori præeminentiæ aliquæ in Choro,
& præſertim mandare incipi officia, dare ictum
in ſignum incipiendi lectiones, & facere ſignum
exeundi de Choro, iuxta determinationem Sacræ
Congregat. Rot. *in Vlixbonen. 2. Septembr. 1597.* de
qua Barboſa *Apoſtolicar. deciſ. collect. 241. num.4.*
idem de Canonic. *num.8.* vbi addit ex Poſtio *de
9 manut.* † quod maiori Dignitati competit manu-
tentio ex præeminentia, & repetit *de iure Eccleſ.
dict. c.26. num.8.* idem *in Bullario* verbo *Decanus
10 & Decanatus.* † Vbi allegans congregat. Rituum
Vlixbonen. dicit eſſe 1600. de quo etiam infra verſ.
item quod Decano, in fine.

Et licèt iure communi attento, Decanus nul-
lam habeat iuriſdictionem, ac proinde non Digni-
11 tatem, niſi pro tali habeatur, † imò Decanatum
acceptum pro ſimplici beneficio, non ſit nomen
Dignitatis, niſi pro Dignitate habeatur, aut habeat
iuriſdictionem, vt docent Cardinalis Tuſchus,
dict. tom.2. litt. D, concluſ.41. num.22. Patianus, *de
probat. lib.2. c.17. num.76.* Moneta *de conſeruat. c.5.
num.92.*

12 Et ſic Abbas *in dicto cap. poſt electionem circa
finem.* verſ. *item puto de conceſ. Præb. ſub num 9.
circa finem*, dicit de iure nullam habere Iuriſdi-
ctionem, cum careat iure prælaturæ in Capitulo,
13 Barboſa *de canon. dicto cap 3. num.31.* † Tamen
hodie conſuetudine legitimè introducta præfer-
14 tur, tam in Capitulo, quàm in choro † Archi-
diacono, qui alias de iure primum locum poſt
Epiſcopum obtinebat, iuxta quæ dico infra, *de offi-
cio. Archid.* & ſic in Choro habet præeminentias
15 iam poſitas, † ita & in Capitulo congregato in
loco, vbi de maiori eſt, habet primum ſedere;
item quæ tractanda ſunt proponere adſtantibus
Capitularibus, illico dare vocem ſuam deinde ſe-
16 quentibus in Dignitate, ſeu antiquitate. † Et poſt
omnium ſuffragia habet declarare quod reſolu-
tum fuerit à maiori parte votantium, vt à ſecre-
tario Capituli ſcribatur, & authorizetur in libro ad
id pro tempore deſtinato, quod in praxi Seruatur,
ſi Decanus ſit in ſacris conſtitutus, alias inquam
ei non licebit dare vocem in Capitulo, ſed tantum
proponere, ſtante diſpoſitione. Trid. *ſeſſ.22. de re-
format. cap.4.* vbi Barboſa *num.10.* Garcia *de bene-
ficiis 3.p. cap 1. ſub num.26.* idem Barboſa *de Cano-
nic. cap.37 num.12.* Stephanus Gratian. *tom.4.
cap.482. n.26.* adducentes deciſum ex ſacra Con-
gregatione.

Nec obſtabis dicendo ex textu *in cap. ad aures* 17
§.1. de reſcript. vbi videtur Decanus de iure præ-
ferri Archidiacono, cum mihi ex ordine litteræ, *in
princ.* ſic pateat, ibi: ***Ad aures noſtras peruenit, quod
plerumque Decani, Archidiaconi, Præcentores &c.***
quibus videtur in præſentia Archidiaconi fuiſſe
primo factam mentionem Decani, & poſt reli-
quas perſonas de Capitulo ſub inuolucro verbo-
rum fuiſſe comprehenſas, ibi: ***vel alij Eccleſiaſti-
cis præditi Dignitatibus.***

Verùm vt poſtea dico, *in cap. ad hæc de officio* 18
Archid. nunquam de iure Decanus præceſſit in
Dignitate Archidiacono, quia vt ibi patet, *in verſ.
Archipræſbyteri*, Decani à pluribus nuncu-
pantur Archipræsbyteri quorum Dignitas minor
eſt Archidiacono, vt infra dico, *de officio Ar-
chipræſbyteri*, & expreſsè, *ibi: In dicto cap. verſ.
ſubſequenter patet*, † quod Decani rurales inſti- 19
tuuntur ad mandatum Epiſcopi, vel Archidia-
coni, † & ſic reſoluendum eſt, vt ſupra, *de con-* 20
ſuetudine, & non de iure Dignitatem Decani ori-
ginem traxiſſe, vt præferretur Archidiaconali, vt
docent Coſmas *in pragmat. ſanctione, tit. quomodo
Diuinum officium §. ſuper his*, verb. *Decanus.* An-
guiàn. *de legib. d. controuerſia 4. n.9.* † & ex eadem 21
ratione non obſtat textus, *in cap. cum in cunctis 7.
de elect. §. inferiora*, vbi primò ponitur Decanus
Archidiacono.

Quare dici debet, vt etſi nullo Tridentini de- 22
creto ſtatutum ſit, vt qui Decanatum conſequi
velit, debeat neceſſariò eſſe in gradu Magiſtri,
vel Doctoris per aliquem ex vniuerſitatibus ap-
probatis, ſiue in gradu licentiati Sacræ Theolo-
giæ, aut ſacrorum, Canonum, ex Riccio *deciſ 248,
p.4. num.5.* Zerola *in praxi Epiſcopali p.1.* verbo
Canonica, §.2. in fine. Nicolaus Garcia *de benefi-
ciis p 7. c 7. num.43.* Barboſa *de Canonicis dict. c.7.
num.9.* & *de iure Eccleſiaſt ſupr. eodem num.9.* &
in Trid. *ſeſſ.24. c.12. num.8. & in paſtorali alleg.60.
num.61.* vbi addit in hoc loco conſuetudinem at-
tendendam eſſe: ſic ex Caſtro Palao. † Tamen 23
iuxta titulum noſtrum requiri vt ſit conſtitutus
in ætate legitima, quæ iuxta Trid. decretum *dict.
c.12. de reform.* vbi Barboſa cum multis, *num.10.*
debet eſſe non minor, quàm annorum vigeſimi
ſecundi. † Vbi generaliter ſtatuitur ad Dignitates 24
in Cathedralibus Epiſcopatu inferiores, quibus
nulla ineſt animarum cura ex conſuetudine, ſta-
tuto, vel priuilegio adſciſci poſſe minores viginti
quinque annis, dummodo non minores viginti
duobus, iuxta ipſum Tridentinum ibi, *& viginti
duobus annis, non minores adciſcantur*, Nouarius
in ſingular. Canon. concluſ.15. Squillante *de priui-
legiis Clericorum cap.4. n.74.* Barboſa *in paſtorali
dicta alleg.60. num.65.* † Vbi ait quod in eis ne- 25
queat diſpenſare Epiſcopus; vt ante illos annos
adciſcatur, & promoueatur ex Sacra Congreg.
Concilij *ſub die 20. Septembr. 1631. & de Canonicis
c.13. num.22.* vbi addit Maſſobrium, & ego addo
Narbonam *in annal 22. quæſt.3.* probantem cum
multis *num.82.*

Huic tamen reſolutioni videtur obſtare ſe- 26
quens conſideratio ex textu *in cap. cum in cunctis,
§. inferiora de electione*, vbi diſtinctiſſimè Alex. III.
in reſponſo dedito in Concilio Lateranenſi, ſtrictiſ-
ſimè

ſimè prohibet, vt nemo antequam vigeſimum
quintum annum attingat ad Dignitates, vt puta
27 Decanatus, & Archidiaconatus admittatur, † quod
difficilius redditur ex Innocentij ſententia, teſte
Abbate, *in c. præterea hoc tit.* cuius meminit Azor.
lib. 3. mor. p. 2. lib. 6. cap. 5. verſ. *tertio quæritur*, dum
dixit ad Dignitates, & perſonatus, nullam eſſe
certam ætatem iure communi decteram; ob idque
ſufficere decimum quartum annum inceptum, †
28 imò textus *in cap. indecorum 3. hoc tit.* non repug-
nat; quia etſi ibi dicat Alex. I I. vt nemo infra de-
cimum quartum annum conſtitutus aſcendat ad
collationem cuiuſlibet perſonatus in Eccleſia: ta-
men permittere videtur quod poſt decimum
quartum annum poſſit concedi, ex regula *qualis*
diſt. 25. dictante quod de vno prohibetur, de alio
conceditur, ex qua ſic docent Zerola *in praxi*
verb. Canonia, verſ. *ad ſextum*, & verſ. *ad nonum*,
Moneta *de diſtribut. 2. p. quæſt. 19. num. 16. & de*
commut. vltimar. volunt. cap. 10. num. 115.
29 Vtcumque tamen de iure antiquo intelligere-
tur iam hodie per Tridentinum *dict. c. 12.* immu-
tatum eſt, iuxta dicta *ſub verſ. quare*, & præter
relatos tenent Garcia *de benef. p. 7. cap. 4. num. 56.*
pluribus adductis, quod probare videntur Azo-
rius *inſtit. dicto lib. 6. cap. 5. quæſt. 3. verſ. cæterum*,
Leſſius *de Iuſtitia lib. 2. cap. 34. dub. 20. num. 108.*
Marcilla *de declarat. Concilij num. 2. tit. 8. cap. 12.*
verſ. *Archidiaconi*, Moneta *de commut. vltim. vo-*
luntatum cap. 10. num. 115. Vaſquez *tract. de bene-*
ficiis cap. 3. §. 2. num. 53. Et ſtando de iure antiquo
in deciſione dicti c. cum in cunctis §. inferiora, ſta-
tuente ad dignitates deſiderari decimum quintum
annum attictum; ita vt non ſit admittenda inter-
pretatio aſſerentium quod vt non repugnet cum
Trid. *in dicto cap. 12.* debeat textus ille intelligi vt
loquatur tantum de dignitatibus curam anima-
rum habentibus; in quo caſu Tridentinum etiam
in dicto cap. 12. expoſcit eandem ætatem, vt patet
ex verbis ibi: *Nemo igitur deinceps ad Dignitates*
quaſcumque, quibus animarum cura ſubeſt
promoueatur, niſi qui ſaltem vigeſimum quintum
ſuæ ætatis annum attigerit; Campanilus *in diuerſ.*
Iuris Canon. Rub. 7. cap. 6. num. 22. Maſſobrius *in*
praxi habendi concurſum reg. 10. dub. 21. num. 24.
ſecundum Romanam impreſſionem, Squillante *de*
priuilegiis Clericorum cap. 4. num. 72. Nouarius *in*
ſingulari Iuris Canon. concluſ. 14. Barboſa *in dict.*
cap. 10. num. 1. & in paſtorali dict. alleg. 60. ſub n. 65.
Lotterius *de re benef. lib. 2. quæſt. 49. num. 23. & 24.*
Sacra Congregatio Concilij *ſub die 4. Decembr.*
anno 1627. nouè, Caſtrus Palaus *in opere morali*
tom. 2. tr. 13. diſp. 4. punct. 3. num. 4. vbi intelligit
non ſolùm in dignitatibus ſæcularibus, ſed etiam
regularibus: tamen Galetius *in Margarita caſuum*
conſcientiæ, verbo *Parochus 6.* Campanil. *ſupra di-*
cto cap. 6. num. 22. Homobonus *de bonis, de huma-*
na vita ſtatibus p. 1. cap. 9. verſ. *ſecunda*, & Maſſo-
brius *dub. 21. num. 24.* id intelligunt ſi principali-
30 ter cura ſubeſt. † Sin autem acceſſoriè vnita ſit
dignitati eam obtinens, non habeat neceſſe attigiſ-
ſe 25. annum, quibus addo Narbonam *dict. qu. 3.*
ſub num. 8. Filliucium, & alios quos ipſe refert, &
ſequitur dicentes præfatam ætatem annorum 22.
& non plus deſiderari ad dignitates regulares, qui-
bus nulla animarum cura ſubeſt.
31 Et licèt iterum inſurgas ex dict. Trid. *cap. 12.*
quatenus illico poſt relata verba *dicti verſ. nemo*
exigit ad dignitates curam animarum habentes 25.
annum iuxta prædictam conſtitutionem Alex. III.
in Concilio Lateran. promulgatam, quæ incipit
cum in cunctis, quaſi Tridentinum ſequens illam
determinationem, videatur declarare, & ſequi
ipſum ius antiquum, & quod illa decretalis tan-
tùm ſit alloquuta de Dignitatibus curam anima-
rum habentibus; non ſic de aliis extra curam in
quibus de iure ſtandum eſſe determinationi
Alex. I I. relatæ ſupra *ex dict. cap. 3. hoc tit.* quam
immutaſſe videatur Tridentinum exigens ſupra
decimum quartum annum ad Dignitates obtinen-
das ſine cura, non minus, quam 22. † Tamen 32
non eſt recedendum à communi Doctorum expo-
ſitione dicentium Tridentinum mutaſſe in hoc
ius antiquum, cum reuera Alex. I I I. *in dicto §. in-*
feriora, non tantùm loqueretur de dignitatibus,
quibus cura animarum ſubeſt, verùm generaliter
de dignitatibus, & ſimul de quibuſcumque bene-
ficiis curatis; ex eo quia, vt iudicant Interpretes
ex regula textus *in cap. dudum 54. de elect. propè*
finem in verſ. *ſuperſit*, & in verſ. *cum intentionis*,
vna, & eadem ætas eſſe debet, tam ad beneficia,
quàm ad dignitates. † Nam vt optimè expendit 33
Panormit. *in dicto cap. præterea hoc tit.* quem ſequi-
tur Narbona *dict. quæſt. 3. num. 4.* ſi ad Reipublicæ
ſæculares honores, & dignitates quinti, & viceſimi
anni præſcribitur ætas, *l. ad Rempubl. 8. ff. de mune-*
rib. & honor. cum ſimilibus; quid ni fortius in Ec-
cleſiaſticis dignitatibus, quæ & honores iuſtiori ra-
tione cognominantur ex textu *in cap. innouamus*
3. diſt. 60. ipſe annorum numerus de iure require-
retur indiſcriminatim.
Quod ſi Decano, aut Præpoſito, quod idem 34
eſſe ex Azorio, refert Filliucius *de ſtatu Cleric.*
tr. 41. cap. 1. num. 20. incumbat animarum cura, tunc
dici debet, tam de iure *in dict. cap. cum in cun-*
ctis §. inferiora, quàm per Tridentinum *dict. c. 12.*
ſeſſ. 24. de reform. in principio, requiri ætatem an-
norum viginti quinque; non quia debeat eſſe in
ætate præsbyterali, vt voluerunt Garcia *de benef.*
p. 7. dict. cap. 4. §. 4. Filliucius *ſupr. cap. 5. num. 31.* ve-
luti hic in textu noſtro, & *in dicto cap. innouamus*
3. diſt. 60. † ex quibus colligitur, cum ſat eſſet ex 35
hoc fundamento, ſi eſſet in ea ætate, in qua intra
annum poſſet ſuſcipere Præsbyteratus ordinem
ex cap. præterea, iuncta gloſſa *hoc tit. cap. licèt de*
elect. lib. 6. & in dict. cap. 12. Trid. vbi expreſſius
cauetur; ſed ex eo videlicet quod ſit iniuncta De-
canatus, aut præpoſituræ dignitati animarũ cura;
quo in caſu præciſè requiritur annorum 25. ætas,
ſaltim inceptorum vt docet Doctores *in d. §. infe-*
riora & hic in textu noſtro, quibus ſubſcripſerunt
Quintanadueñas *Eccleſiaſticon. lib. 1. n. 11.* Azor.
inſtit. moral. 2. p. lib. 6. cap. 5. verſ. *ſecundo quæritur*,
Moneta *de comm. vltimar. volunt. cap. 10. num. 114.*
cum aliis Narbona *anno 25. q. 58.*
Nec obſtat adductum *ſupra* ſub verſ. *& licèt* 36
iure de textu *in cap. indecorum 3. hoc tit.* quia reſ-
pondetur cum gloſſa *ibi* verbo *intra decimum*
quartum, cui poſt modum acceſſerunt Rimin. al.
iunior *in l. 1. num. 187. ff. de officio eius*, Andreas
Faquineus *controuerſ. lib. 13. c. 3.* verſ. *quartum mo-*
net Decius, Narbona *anno 22. dict. q. 3. ſub num. 6.*
& 7. non poſſe illud inferri à contrario ſenſu in
prædicta ſpecie, ſiquidem ibi ſequeretur correctio
iuris communis quoad perſonatus, & dignitates
cuiuſcumque Eccleſiæ, in quibus requiritur de iu-
re ætas annorum 25. vt dictum eſt *ex text. in d. ll.*
cap. cum in cunct. §. inferiora, & concludit Maiolus
de irregularit. lib. 1. cap. 30. num. 11. † quia per- 37
ſonatus, & beneficia habentia animarum curam

pari paſſu ambulant *ex dict. cap. dudum 54. de elect.* quæ non niſi habentibus annos 25. attictos dätur, vt profert Hoſtienſis *in ſumma tit. de ætate ordin. §. ætas num. 1. in princ.* dicens quod ætas requiſita ad dignitates inferiores reſpectu Epiſcopi, ſufficit quod attingatur.

38 Vnde dubium eſt, an pro dignitatibus Eccleſiarum Cathedralium, in quibus iuxta iam dictam nouam Tridentini diſpoſitionem *in dicto cap. 12. ſeſſ. 24.* exigitur ætas annorum 22. ſufficiat vt ſint atticti, vt ad ordinem Diaconatus, ſufficit, vt dixi ſupra *in Rub.* vel requirantur expleti: & licèt Azor. *dicto lib. 6. cap. 5. q. 3.* verſ. *cæterùm*, Henriquez *lib. 14. cap. 8. §. 16. in fine*, Emanuel. Sa verbo *beneficium, num. 31.* Zerola *in praxi p. 1.* verbo *beneficia §. 1. verſ. ad dignitates* exiſtiment ſufficere attictos: tamen ex verbis dicti Tridentini *cap. 12.* ibi: *viginti duobus annis non minores* expletos eſſe debere exiſtimant Maſſobrius *in ſua praxi habendi concurſum, requiſito 10. dubit. 11. num. 24.* Filliucius *dict. cap. 5. num. 30.* Nouarius *in ſingulari Canon. conclaſione 15.* Squillante *de priuilegiis Clericor. cap. 4. num. 72.* Barboſa *in paſtoral. dict. allegat. 60. num 65. & lib. 1. Iuris Eccleſiaſt. cap. 21. num. 50. & in tr. de Canon. cap. 13. num. 22. & in dict. cap. 12. Trid. num. 22.* Garcia *dict. cap. 4. de benef. p. 7. n. 72.* Leſſius *de Iuſtitia lib. 2. cap. 34. dubit. 20. num. 108.* Quintilianus Mandoſius *de ætate minor. cap. 5. num. 10.* Molina *de Iuſtitia lib. 2. diſp. 573.* cum aliis Narbona *dict. q. 5. ſub num. 9.* vbi *num. 10.* ex Leſſio Garcia *num. 57.* Vaſquez *de beneficiis cap. 3. num. 18.* dicit Epiſcopum non poſſe in hoc diſpenſare in ea ætate, de quo latè Filliucius *dict. c. 5. n. 30.*

39 Iterum dubitatur an Tridentini decretum *in dict. cap. 12. ſeſſ. 24.* ſic *num. præcedenti* explicatum habeat locum etiam in dignitatibus, & perſonatibus Eccleſiæ collegiatæ, & licèt Gonzalez *ad regul. 8. Cancel. gloſſa 9. num. 92.* Piaſecius *in praxi Epiſcop. p. 2. cap. 5. num. 21. pagina 330.* Riccius *in praxi rerum fori Eccleſiaſt. deciſ. 735. in 1. editione* alias *reſolut. 512. num. 2. in fine in 1. editione*, & *in praxi aurea reſolut. 239. num. 2.* Nouarius, & Squillante relati à Barboſa *de Canon. cap. 13. num. 23.* dicant requiri ætatem iuris antiqui, ſicque referat deciſum Fr. Emanuel Rodriguez *q. regul. tom. 1. q. 11. art. 2.* declaratumque dicat Chriſtophorum Bellam. Archiepiſcopum Burgenſ. contuliſſe dignitatem ſcholaſtriæ collegiatæ Eccleſiæ de Aguilar. de Campoo cuidam ſcholari qui non habebat maiorem ætatem 17. annorum. Et cum litigaretur ſuper hoc fuiſſe iudicatum collationem fuiſſe canonicam, & iuridicam: hoc idem refert Barboſa *de iure Eccleſiaſt. cap. 21. num. 51.* idem *in paſtorali alleg. 60. num. 67.* Narbona *anno 25. dict. q. 3. num.*
40 11. † Tamen verius dicunt alij Trident. diſpoſitionem intelligi etiam procedere in prædictis dignitatibus Eccleſiæ collegiatæ, ſicut procedit in cathedrali Eccleſia, vt tenet Garcia *de benef. dict. p. 7. cap. 4. num. 59. à num. 62.* Armendat. *& ad leg. 7. recopil. de Epiſcop. in addit. leg. Nauar. lib. 1. tit. 18. num. 2.* Narbona *ſuprà*, & alij exiſtimantes requiri ætatem annorum 22.

41 Verùm hoc procedit ſi animarum curam non habuerint tales dignitates, alias inquam ſicut in Decanatu, & Archidiaconatu, & aliis dignitatibus curam animarum habentibus, nullus ſit promouendus, qui ſaltim 25. ſuæ ætatis annum non attigerit, & in Clericali ordine verſatus, doctrina ad ſuum munus exequendum neceſſaria, ac morum integritate commendetur, vt colligitur *dict. cap. cum in cunctis de elect. cap. licèt Canon. eodem tit. lib. 6.* ex dict. Trid. vbi Doctores, & Barboſa cum multis *de Canon. dict. cap. 13. num. 18. & 19.* † ita
ſimiliter ad dignitatem principalem in collegiata requiri ætatem 25. annorum incæptorum, cum regulariter habet curam animarum in foro interiori vel exteriori: quod eſt intelligendum, ſi principaliter cura ſubſit; non verò ſi acceſſoriè Parochialis vnita ſit dignitati; quia tunc non ætas ad curatum requiſita, ſed quæ ad dignitatem, idonea erit quoque in prædictis, & aliis dignitatibus, Garcia *dict. cap. 4. p. 7. num. 65.* Galerius *in Margarita caſuum conſcientiæ* verb. *Parochus §. 6.* Campanil. *in diuerſ. Iuris Canon. Rub. 7. cap. 6. num. 22. verſ. id tamen.* Barboſa *dict. cap. 13. num. 21.* Filliucius *de ſtatu Clericorum tr. 41. cap. 5. num. 30. & 31.* Narbona *dict. q. 23. num. 12.* iterum Barboſa *dict. c. 12. Trid. num. 13. & in paſtor. num. 67.* & aliis videri infra *ſub q. 3.* 42

Itaque redeundo ad præeminentias Decanatus, 43
inſimulque ad obligationes eius dignitatis, dico primò quod Decanus, dignitates, & Canonici tenentur aſſiſtere Epiſcopo celebranti iuxta formam libri cæremonialis, ad quod ſub cenſuris poſſunt compelli, vt tradit Barboſa *in Bullario*, verb. *Decanatus*, vbi dicit ſic ex Sacra Congreg. Concil. fuiſſe decretum *in Calagurit. 22. Decembris 1620.*
† quod in Valliſoletana Eccleſia non fit reſpectu 44
Decani, vt ſæpius vidi per 15. annos dum fui Canonicus Pœnitētiarius patronus fiſci, ac inquiſitor illius inquiſitionis qui ſolus remanet in choro, & nunquam aſſociat cum aliis Epiſcopo pergenti de choro ad Altare, vel exeunti, aut intranti in Eccleſiam; etſi cæteri ſoleant illum aſſociare. Et de prædicto caſu idem Barboſa *collect. deciſ. 241. num. 7.* refert Sellius *in ſelectis Canon. cap. 31. n. 71.* & plura de obligatione, quam Canonici habent aſſociandi Epiſcopum, dum venit ad Eccleſiam cum Papa, ſeu exit à quo loco, & ad quem, congerit ipſe Barboſa *collect. deciſ. 99.* verb. *Canonici aſſociantes Epiſcopum*, & *in Bullario ſub eodem verbo.*

Item quod Decano digniori de Capitulo in 45
choro exiſtenti, & non Cantori, debeant petere veniam Canonici de choro exire volentes, ne punctentur, Sacra Congreg. Rit. *in Caſſanen. 5. Martij 1633.* de qua Barboſa *in collect. deciſ. verb. Decan. 241. num. 5. & de Canon. cap. 6. num. 8. in fine,*
† idem ibi vbi cum Poſthio *de manus. obſeruat. 45.* 46
num. 12. ait quod maiori dignitati competit manutentio in præeminentia, ipſum videbis *cap. 9. n. 12.* vbi de munere Cantoris, ſed video in praxi, quod exeuntibus de choro, venia præſtetur à Cantore, abſente Decano, vel alio præeminentiore.

Sed quod Decanus, dignitates, & Canonici 47
teneantur, non ex vrbanitate, ſed ex debito aſſociare Epiſcopum, dum venit ab Eccleſiam cum Papa, vt celebret, Diuinis aſſiſtat, & dum ab Eccleſia ad domum redit, refert Sellius *dict. cap. 33. num. 70.* & cum eo Barboſa *dicta deciſ. 241. n. 6.* ſic decretum ex Sacra Congregatione Rituum 10. *Ianuarij* 1609. quod reſpectu Decani non video communiter in praxi receptum, idem Barboſa *in Bullario* verbo *Decanus.*

Et quod Decano Miſſam celebranti in diebus 48
ſolemnibus, debeāt duo Canonici aſſiſtere, & miniſtrare pro Diacono, & Subdiacono, ſi manſionarij, quibus animarum cura incumbit in ipſius
exercitio, eo tempore ſint occupati, tradit Barboſa 49
ſupra

video practicari ; etſi Vallisoleti Decanus perci-
piat in omnibus duplicem portionem, veluti ſi
68 haberet duos vnitos Canonicatus. † Quæ etiam
Sacra Congregatio ad aliud ſecundum dubium
ſibi propoſitum, reſpondit, vt debeat gaudere
duplicibus diſtributionibus, ſicut etiam amitteret
duplices, ſi non inſeruiret, quando inſeruire de-
69 bet pro vtroque, † quæ etiam declarauit, vt ſi in
litteris diſpenſationis ſuper retentione dignitatis,
& Canonicatus ſimul addit clauſula, *Dummodo
Eccleſia in Diuinis non patiatur detrimentum*, iſtam
clauſulam intrare in erectione ; quæ cum habue-
rit effectum, apparet iuſtificata, quod Eccleſia
non fraudetur obſequiis, alias deberet tolli ipſa
dignitas expedita tradit Barboſa *de Canon. cap.* 18.
*num.*21.*&* 22. de Decano ſulginaten. iuxta Six-
tum IV. erecto.

70 Ad ſecundam quæſtionis partem dico quod
Præpoſitus regulariter dicitur qui præfectus aliqui-
bus eſt, & vſu talis, qui primam habet inter aliquos
dignitatem, quare Præpoſitura per ſe ſingulare
nomen beneficij Eccleſiaſtici facit quod aſſiduita-
tem, ſeu vt iura loquuntur, reſidentiam exigit,
iuxta textum *in c. ex parte el 2. de Cler. non reſiden-*
71 *tibus*, † & ætatem, & ſcientiam legitimam, & or-
72 dines, iuxta textum *in c. dudum el 2. de elect.* † Et
licèt in iure Canonico nullus reperiatur ſpecialis
titulus de officio Præpoſiti, eius tamen non rarò
fit mentio in reſponſis Romanorum Pontificum
vt in c. Saluator 1.*q.*3.& *in cap. cum inter* 25.& *in*
73 *c. dudum* 22. *de elect.* † Et propriè dicuntur, qui in
multis Germaniæ, Poloniæ, Flandriæ, & Angliæ
Eccleſiis Cathedralibus, ſiue Collegiatis præcipuã
gerunt Dignitatem cum animarũ cura, & iuriſdi-
ctione; eo quod toti collegio Canonicorũ præſunt.
74 Et ſic in Archidiaconorum locum in illis parti-
bus creduntur ſucceſſiſſe, vt tradunt Petrus Gregor.
*ſyntagm. iuris lib.*11.*c.*18.*à n.*6. Lælius Zechius *de
Republica Eccleſiaſt. tit.*24.*n.*15. *&* *tit.*26. *a princ.*
Azor. *inſtit. mor. p.*2.*lib.*3.*c.*18.*q.*1. Antonius Fabr.
*in praxi, & theorica benefic. cum Dignitate à n.*38.
Valer. Reginald. *in praxi fori pænit. lib.*30 *tract.*3.
*n.*48. Redoanus *in tract. de ſimonia ment. p.*1. *c.*19.
*n.*7. Moneta *de conſeruator c.*5.*n.*91. Tamburin. *de
iure Abbatum tom.*1.*diſp.*25 *q.*4 *n.*5. Michaël Fer-
rus *de praecedent. Eccleſiaſt. q.*41.*a n.*1. Patianus *de
probat. lib.*2.*c.*27.*à n.*39 *&* *n.*4. Sebaſtianus Cæ-
ſar. *de Eccleſiaſt. hierarchia p.*3.*diſp.*12 §.5. Caſtal-
75 dus *in praxi caeremon. lib* 1.*ſect.*8.*c.*7.*n.*6. † vbi ad-
dit quod in illis partibus, in quibus talis reperitur
Dignitas iuxta locorum conſuetudinem, Præpoſi-
tus debet obtinere locum honorarium in choro, &
præcipuè cum Diuina celebrãtur officia, Rota *de-
ciſ.*865.*n.*8.*&* *deciſ.*866. *n.*1. apud Farinac. *in col-
lect. nouiſſ. alias p.*4. *diuerſ.* vbi ait quod ſedes Præ-
poſiti in illis partibus pòſt Põtificalem, ſit dignior.
76 Itaque bene quæ dicta ſunt de Decanis poſſunt
applicari Præpoſitis Eccleſiarum, cum iam ſupra
dixerim Decanatum, & Præpoſituram eſſe eandem
dignitatem; ob idque eandẽ ætatem, vt iam dixi cũ
Narbona, & aliis ab eo relatis *anno* 25.*q.*58. *à n.*1.
77 Hinc aduertendum eſt, quod quando Præpoſi-
tus fuerit prima dignitas in Cathedrali, ſeu Col-
legiata, vel Conuentuali Eccleſia, habueritque
ſub ſe Clerum, & Capellas, præſumatur de iure
dignitas, Præpoſitura, alias ſecus, vt pluries fuiſſe
reſolutum refert Maſſobrius *in praxi habendi con-
curſum, præludio* 5. *dub.* 1. ſecundùm Romanam
impreſ. quas reſolutiones refert ex eo Barboſa
cap 9. *de Dignit. & Can. num.*20. videndus *à n.*14.
& *de iure Eccleſiaſt. cap.*28.*p.*1.*num. fin.* & *à n.*14.
† Vbi *ſub num.*18. vtrobique dicit in aliquibus Ec- 78
cleſiis ex eadem conſuetudine, vbi officium nul-
lum gerunt Præpoſiti, Præpoſituras non eſſe digni-
tates, vt notant Aloyſius Riccius *in praxi rerum
fori Eccleſ. reſ.*559.*n.*3. *in* 2. *edit.* † Vbi ſecus eſſe 79
dicit, ſi toti Canonicorum collegio præficiantur.
Ioannes Andreas *in c.*1.*n.*3. *de conſuet. lib.*6. Petrus
Gregor. *in Syntagm. p.*2.*lib.*15.*c.*19.*n.*7. † Sed quid 80
de iure ſit dignitas, tenet Rota *deciſ.*483.*p.*1. *n.*7.
recentiſſimè, & Antonius Fabricius *in praxi bene-
ficiali tit. de benef. cum Dignit. à n.*49. per gloſſam,
in c. quamuis 9 *de verb. ſignif.*

Aduerto ſecundò, quod Præpoſitus prima Dig- 81
nitas, ad quem ſpectat Miſſas ſolemnes, & Diuina
officia celebrare, ſi noluerit, vel fuerit impeditus,
non poſſit, hoc alij ſuo arbitrio commendare, aut
delegare; quia ſuccedit proximior dignitas, & alij
ſucceſſiuè, vt dicit declaratum à Sacra Congreg.
Rit. 1618. *Ianuarij* 22. Barboſa *Apoſtol. deciſ.* 594.
*n.*3. *&* *in Bullar.* verb. *Præpoſitus prima dignitas.* † 82
qui etiam vtrobique *in principio* dicit, quod Præ-
poſitus habens vſum Mitræ ex priuilegio ; licèt
poſſit ſolemnem benedictionem populo dare inter
Miſſarum ſolemnia; non poſſit tamen indulgentias
concedere, & publicare: ſic ex Sacra Congreg. Rit.
in Praten. 4. *Martij* 1606. ab Aldano relatis *in
comp. Can. reſ. lib.*1.*tit.*20.*num.*16.*&* 17. vbi *in prin-
cip. dict. deciſ.*594.& *in dict. Bull.* ex eodem Aldan.
num 15. † Dicit vt Præpoſiti Eccleſiarum Cathe- 83
dralium in Germania ſoleant habere vſum Mitræ,
& Baculi ; & ſic declaratum à ſacra Congreg. Ri-
tuum *in l. Lubianen.*24. *Aprilis* 1610.*&* *à n.*4. vtro-
bique refert ſimilia priuilegia aliquarum Eccleſia-
rum Italiæ, & Franciæ, vbi videbis de Præpoſito
Praten. oppidi Mirãdulę, & Eccleſię Colleg. oppidi
Vareſij Mediolanẽ Diœceſ. Eccleſiæ Otcetinæ, &
Parochialis ſanct. Thomæ Cortaldi Florent. Diœ-
ceſ. item de Præpoſito Collegiatæ ſancti Antonini
ciuitatis Placentiæ, & Eccleſiæ Aueniohen. de
quibus declarationibus Sellius, *in ſelectis cap.*30.*à
n.*12. Aldanus *dict. c.*20.*n.*22.*&* 23.

Aduerto tertiò, quod præpoſitus iuriſdictiona- 84
lem tantum curam hãbens, comprehenditur in
Bulla Pij V. *de reſidentia Parochor.* quæ incipit, *cu-
pientes* ; & ſic vt teneatur reſidere, iuxta quæ do-
cent deciſum Garcia *de beneficiis p.*3.*c.*2.*n.* 175. *in*
10. declarat Armendarius *in addition. leg. Nauarra
lib.*2.*tit.*23.§.1.*ſub tit. ſed an Parochi debeant reſi-
dere in ſuis curatis n.*140. Barboſa *ſeſſ* 23. *Trid. c.*1.
*de reform. n.*37.

Ex his iam vides quod Præpoſiti ſecundùm 85
nominis proprietatem dicuntur omnes aliorum
præfecti, & qui aliis præſunt, iuxta textum *in dict.
c. quamuis* 9. *in princ. de verb. ſignif.* Indeque præfe-
ctos Caſtrorũ dictos fuiſſe qui præerant militibus
præſidij cauſa degentibus in prouinciis, de quibus
in l. viros cod. de diuerſis officiis lib. 12. † & Præ- 86
poſiti Labarorum, vt *in tit. cod. de Præpoſit. Labar.
eodem lib.* † erat enim Labarorũ ſignum illud no- 87
bile, quod ante Imperatores ferebatur à tempore
Conſtantini Imperatoris ex auro, & lapidibus pre-
tioſis Crucis ſigno inſignitum: ita Vaſquez *in* 3. *p.
D. Thom. q.*111.*art.*4. Oroſco *in ſuis emblemis mor.
lib.*1.*c.*9.*folio* 44.*verſ.* Tyraquel. ad Alex. *lib.*4. *die-
rum genialium c.*2.*pag.*37 Cardinal. Baron. *tom.*3.
annal. Eccleſ. anno Chriſti 314. *pag.*68. Barboſa *de
dign. d. c.*9.*n.*17.& *de iure Eccleſ. c.*28. *eodem n.*17.
quidquid legat Gerarch. *in Anchora tit. verbo Præ-
poſitus Labarorum.*

88 Vnde factum eſt, vt Præpoſiti nomen bene
adaptatur ad præpoſitos Eccleſiæ, quibus iam dixi:
nam vt refert Guid. Pancirol. *in Theſauro variar.*
89 *lection. lib.* 1. *c.* 85. † ad exemplum variorum Præ-
poſitorum, qui in Republica Romana vſitaban-
90 tur, de quibus loquitur ſigillatim, † dictum præ-
dictum nomen in ſignificatione eadem adductum
fuiſſe ad Præfectos clericorum alicuius Eccleſiæ,
& qui quandam Prioratus curam ſuper alios ge-
runt, vt probatur *in dicto cap. quamuis*, vbi Bar-
boſa *de verb. ſignif.* Et de multis Præfectis populi
Romani videbis *in ff. & cod.* vbi de officio Præfe-
cti vrbis, & Prætoris, Præfecti vigilum, de officio
Præfecti auguſtalis, *ff. & in cod.* de officio præ-
fecti orientis, & illyrici præfecti prætorio Afri-
cæ, de officio præfecti, annonæ, & de aliis offi-
cialibus, qui præfecti poſſunt dici Reipublicæ id
eſt Præpoſiti.

91 Ob hæc poſſumus adiicere nonnulla de Præpo-
ſitis regularibus, quo nomine in nonnullis religio-
nibus eo nomine nuncupantur Abbates, Magiſtri,
Generales, item Prouinciales, ac Priores, ſiue Re-
92 ctores, & ſimiles. † Et Præpoſitorum iſtorum
officium conſiſtit in multis ſecundùm ſuarum re-
gularum ſtatuta & conſuetudines, & ſpecialiter
de iure communi, *in Clem. Religioſi, de priuileg.*
eis præcipitur, vt ea, quæ à Religioſis ſeruanda,
Canones ſtatuerunt, ipſi curent obſeruari; præ-
ſertim circa ea, quæ Monachis prohibentur. † Et
93 pro regulari diſciplina ſeruanda, debent Capitula
generalia de triennio in triennium congregare,
94 iuxta textum *in cap. in ſingulis de regular.* † qui
debent in capitulo vulgari ſermone regulam ex-
ponere, iuxta *clem. ne in agro, de ſtatu Monacho-
rum*, tradit Barboſa multa de omnibus congerens
de Iure Eccleſ. p. 1. *c.* 45. *n.* 1. *in fin.* Itaque qui eſt pri-
mus inter clericos minores vocatur Præfectus, &
Matriti in Domo Ieſuitarum, quæ vocatur *Pro-
feſſa*, item vocatur Præfectus.

95 Pro complemento, aduertendum eſt, vt quem-
admodum iam dixi, Præpoſitos in aliquibus Eccle-
ſiis, item, & Præpoſituras non eſſe Dignitates; ita
dico Præpoſiturá de ſe Dignitatem non eſſe; quia
non habet nomen in dignitatem à iure communi
introductum, conſequenterque appellari officium,
vt patet *ex c. dudum el.* 1. *prope finem de elect.* Ioan-
nes Andreas *in c.* 1. *de elect. dicto n.* 3. *lib.* 6. vbi Ge-
minianus *ſub n.* 8. Cardin. Tuſch. *tom.* 2. *concl.* 419.
96 *litt. D. n.* 20. Parianus *de probat. lib.* 2. *n.* 39. vbi ſub-
dit hoc eſſe veriſimum etiam ſi Præpoſitus ſederet
ante omnes in choro; quia per hoc non cenſeretur
habere dignitatem, niſi ex conſtitutione Eccleſiæ
vel conſuetudine loci aliud fuiſſet inſtitutum, †
79 quia præeminentia ſedendi eſt ſignum perſonatus,
non dignitatis, vt bene conſuluit Aretinus, *conſ.* 23.
98 *n.* 5. verſ. *his breuiter præmiſſis.* † Vel niſi prima in
Cathedrali, aut collegiata, ſeu conuentuali exiſte-
ret, vel haberet ſub ſe Clerú, & Cappellas, tradunt
Maſſobrius *in ſua praxi habendi concurſum prælu-
dio* 15. *dubio*.... Moneta *de conſeruat. c.* 5. *n.* 91. Tam-
bur. *de iure Abbat. tom.* 1. *diſp.* 25. *q.* 4. *n.* 5. Michaël
Ferrus *de præcedent. Eccleſia q.* 41. *n.* 1. Barboſa *de
canon. c.* 4. *n.* 25. Rota *in Vicentina Parochialis* 20.
Februarij 1617. corá bonæ memoriæ Vbaldo ſen.

99 Ad tertiam partem de Abbatibus quoad eorum
electionem, dixi ſupra, *ſub tit. de elect. in Rub. q.* 4.
& 5. Et quoad ordines, & beneficia dico infra *in
c. cum contingat hoc tit.* Nunc verò quoad ætatem,
vt tales queant, & poſſint nominari, creari, ſeu eligi,
dico in præſenti per verba textus noſtri, vbi ex cō-
ſtitutione Concilij Pictauienſis eadem ætas in eis
requiritur, quæ ad Præsbyteratum: nam cum, vt iam
dixi *in Rubrica*, Præsbyteratus deſideret illam an-
norum 25. incæptorū, & Abbates, Decani, & Præ-
poſiti, qui Præsbyteri nó fuerint Præsbyteros om-
nimodo fieri pateat ex textu noſtro, vt eadem
ætas requiratur in Decanis, & Præpoſitis modo
iam dicto in tota noſtra quæſtione: ſequitur, vt
& Abbates, eorumque Dignitas expoſcant ſimi-
lem ſaltem ætatem: ita in terminis docent Garcia,
de benefic. tom. 2. *p.* 7. *c.* 4. *n.* 74. Vaſquez *tract. de be-
neficiis c.* 3. *§.* 2. *n.* 14. Campanillus *in diuerſ. iuris ca-
non. Rub.* 7. *c.* 6. *n.* 111. cum multis Barboſa *de iure
Eccleſiaſt. lib.* 1. *c.* 17. *n.* 30. Azor. *inſtit. moral. p.* 2.
lib. 6. *c.* 5. *in princ.* verſ. *ſecundo quæritur.* Tuſchus
litt. A, concluſ. 5. *n.* 13. & *concluſ.* 337. *n.* 3. cum aliis
multis Narbona *anno* 25. *q.* 57. *n.* 1. † vbi *n.* 3. com- 100
probat ex eo etiam quod in aliis Dignitatibus, quā
in Epiſcopatu, ſufficiunt viginti, & quinque anni,
iuxta textum *in dict. c. cum in cunctis de electione,
§. inferiora dict. c.* 12. *Trid. ſeſſ.* 24. *de reform.* verſ. *ne-
mo deinceps.*

Cum ergo Abbatia ſit Dignitas inferior Epiſ- 101
copali, vt multis oſtēdit Barboſa *d. c.* 17. *n.* 1. 2. *&* 3.
ſequitur vt prædicta Dignitas 25. annorū ſufficiat,
etſi ad Epiſcopatum, vt iam dixi ſupra *in d. Rubr.
& de elect.* deſiderentur annorum 30. ſaltim.

Sed obſtat quod in Abbatiis Monialium requi- 102
rantur ad minus anni triginta, per textum *in cap.
indemnitatibus* 43. *in princ. de elect. lib.* 6. ergo non
minor in Abbatibus; eo quod pro gubernio ma-
turitas intellectus requiratur; vel ſaltim, vt exiſti-
mauit Turrecremata *in c. inuenimus* 20. *q.* 1. ætas an-
norū viginti ſex requiratur. † Reſpondetur tamē 103
vt cum textus noſter loquens clarè de Abbatibus
expoſcat ætatem præfatam annorum viginti quin-
que incæptorum, vt volunt Barboſa, *vbi ſupra c.* 17.
n. 30. cum multis Syluester verb. *ætas n.* 2. & verbo
Abbas n. 13. *ad finem*, ſequatur exemplum Abba-
tiarum, *ex dicto c.* 43. *de elect.* non comprehendere
Abbates, † cum turpe eſſet fœmineo vocabulo maſ- 104
culos comprehendere, *ex l. ſi ita ſit ſcriptum* 45. *in
principio ff. de leg.* 2. cum aliis; imò & idem videtur
docere ſummus Pontifex ibi, & gloſſa, dum ait
ex illa conſtitutione iura de virorum electionibus
teſtantia non fuiſſe immutata: videbis Narbonam
dicto anno 25. *q.* 57. *in fine & ſub anno* 30. nec eſt au-
diendus Turrecremata à nemine ſequutus. † Nec 105
audieris ſi dicas cum Quintanadueñas *lib.* 1. *Eccle-
ſiaſt. c.* 6. *n.* 11. Vaſquez & Barboſa, *vbi ſuprà*, in iure
non inueniri ætatem aſſignatam pro Abbatibus,
cum aliud, vt dictum eſt, pateat ex textu noſtro.

Notabis inquam dictum de prædicta ætate pro- 106
cedere non tantum in Abbatiis temporalibus, hoc
eſt ſæcularibus, ſiue hæ in commendam, vel alio
modo conferantur, iuxta textum *in c. nemo deinceps
de elect. l.* 6. vt tradit Syluester *d. n.* 13. verb. *Abbas*,
ſed etiam in Abbatiis regularibus, cum genericè
loquantur Doctores, dum aiunt in Abbatiis ſuffice-
re 25. annum; non diſtinguentes inter regulares, &
ſæculares: docent etiam à paritate rationis Campa-
nillus, *d. c.* 6. *n.* 102. verſ. *quod idem.* Barboſa *d. c.* 17.
n. 30. Ojeda *de incompatib. benef.* 1. *p. c.* 5. *n.* 6. cum
aliis Narbona *dicto anno* 25. *q.* 57. *ſub n.* 4. verſ. *quod
non ſolum.* † Et ſic licèt de Abbate Generali aliud 107
loquatur Ludouicus Mirāda, *in man. Prælat. tom.* 2.
q. 3. *art.* 1. *concluſ.* 2. tamen Tamburinus, *de iure
Abbat. & Prælat. tom.* 5. *diſp.* 5. *q.* 9. *à principio*, in eo
requiri, etiam ſolum ætatem viginti quinque an-
norum ait.

Ad

108 Ad quartam quæſtionis partem de ætate, quæ
requiritur in Prioribus, Guardianis, Miniſtris, &
aliis Prælatis regularibus inferioribus: vbi de
Prioribus Eccleſiarum Cathedralium; ſolent
ergo Prælati inferiores, qui ſingulis præficiuntur
Cœnobiis, appellari Priores, Abbates, Guar-
diani, Miniſtri, Præpoſiti, Correctores, aut Com-
mendatores ſecundùm ſtatuta, & mores cuiuſ-
que religionis; cumque eorum omnium eadem
ſit Dignitas, & officium, nec diſcretio mune-
rum differentiam inter ipſos conſtituat, & indu-
109 cat, † ideò exiſtimo dicendum, vt quemadmo-
dum iam *in verſ. ad tertiã*, ætas annorum 25. de-
ſideratur; ſic & in Prioribus, Regularibus, Guar-
dianis, aliiſque Miniſtris modo dicto; eo quod
Abbates, & Priores ſint eiuſdem officij, & æqui-
parentur: tradit Barboſa cum multis *de iure Ec-
cleſiaſt. cap. 3. num. 15.* argum. textus *in cap. fin. de
regularibus*, dum inquit: *Patres, Abbates, ſeu*
110 *Priores.* † Deinde quia Priores, Guardiani, & ſi-
miles Prælati conuentuales, Parochialium Recto-
ribus, ſiue curatis æquiparantur in animarum cu-
ra, & ſollicitudine, ad quam ſimiliter ipſi te-
nentur, vt teſtatur Fr. Eman. Rodriguez *tom. 3.
quæſt. regul. quæſt. 31. art. 2. in princ.* ſed iſti ne-
queunt promoueri ante eam ætatem, vt tradit
Barboſa *de Parochis cap. 2. num. 6.* Narbona *anno
25. quæſt. 59. num. 2. & 5.* ergo neque his ſimiles
Guardiani, & Priores citius eligi poterunt, do-
cent Additio ad Capellam Tholoſanam *qu.* 318.
Selua *de beneficiis 3. p. quæſt. 5.* Vaſquez *in tract.
de beneficiis cap. 3. §. 2. num. 15.* Petrus Rebuffus
*ſuper concord. Rubr. de reg. ad Prælat. nom. faciend.
§. Monaſteriis*, in verb. *viginti, & ibi num.* Moneta
de commut. vltim. volunt. cap. 10. num. 114. Quinti-
lian. Mandoſius *de ætate minor. cap. 5. num. 103.*
111 Qui omnes prædictam ætatem non expletam, ſed
cœptam ſufficere dicunt, quod probat expreſsè
ex clem. 1. §. cæterùm de ſtatu Monachorum in illis
verbis, *Cæterùm Prioratus Conuentuales alicui,
niſi vigeſimum quintum annum attigerit &c. con-
ferri nequeant, aut committi.*

112 Nec obſtat dicta clem. *in §. cæterùm*, dum ait
quod ſi Priores habentes iniunctam animarum
curam, & ſollicitudinem; valeant per Clericos
ſæculares tanto muneri ſatisfacere, tunc ſi pere-
gerint annum vigeſimum valeant eligi; quia reſ-
pondeo hoc limitari; eo quod non exercent per
ſe, vt docent relati à Barboſa *ibi*, Petrus Mone-
ta *ſupra*, Sylueſter, Additio ad Capell. Tholo-
ſanam *ſupra*, Selua *dict. quæſt. 5. num. 21.* Narbona
dict. q. 59. num. 6.

113 Quare ſi ſimplices, & nomine tenus exiſtant
Priores; itavt nec per ſe, nec per alios curam ani-
marum exerceãt dicunt Federic. de Senis *conſ. 49.*
Maiolus *de irregul. lib. 1. cap. 30. num. 2* Selua *dict.
quæſt. 5. num. 22.* tunc ſufficere decimum quartum
exceſſiſſe annum, profeſſione regulari iam facta;
114 † quæ de iure antiquo fiebat in decimo quarto
anno expleto, iuxta quæ notant Doctores *in c.
nullus 28. de elect. lib. 6.* quatenus ibi præcipitur, vt
nullus de cætero eligatur ad Abbatiam, & Præ-
laturam ſuæ, vel alterius religionis, niſi antea fue-
rit expreſsè profeſſus ordinem regularem; quæ
ætas iam per Trid. Concilium fuit immutata ad
annum decimum ſextum *de regul. ſeſſ. 25. cap. 16.*
Quæ procedunt in Prioribus qui vulgò vocantur
rurales, vt ſentiunt relati, & Narbona *num. 7. dict.
quæſt. 59.* ob id Federicus de Senis *conſ. 86. caſus
talis eſt*, quem refert Cardinalis Tuſchus *in pract.*
Fermoſin. de Offic. & Sacris Eccleſ. Tom. I.

com. 6. litt. P, concluſ. 707. num. 15. Barboſa *de Ca-
non. cap. 11. num. 3. & de Iure Eccleſiaſt. cap. 30. n. 3.*
dixerunt, † Priores eſſe in duplici differentia, vel 115
ſæculares, vel regulares, de quibus nunc
dixi.

De Prioribus inquam ſæcularibus; qui ſunt illi 116
qui, vel in ſæcularibus, vel ſæcularitatis Eccleſiis
reperiuntur, vt tradit Barboſa cum Fabro, *ſupra*
vtrobique *num.* 2. dico quoſdam dici Collegiales;
quoſdam verò Rurales; & iſti ſunt, qui curam
animarum abſque Collegio habent; & ſic Paro-
chialem ſimplicem, de quibus loquitur textus *in
cap. licèt Canon. de electione*, vbi Doctores *lib. 6.*

Collegiales inquam ſunt qui in collegiatis Ec- 117
cleſiis toti præſunt Canonicorum Collegio, vt
colligitur ex ſuperſcriptione textus *in cap. fin. de
maiorit. & obed.* & iſtos ſolos, & non alios, qui
in Eccleſiis præſunt non collegiatis, dignitates eſſe
tradunt Moneta *de conſeruator. c. 5. num. 25. & 94.*
Selua *de benef. 1. p. quæſt. 2. n. 62.* Sebaſtianus Cæ-
ſar *in reſtit. de Eccleſ. hierarchia p. 3. diſp. 1. num. 1.*
Barboſa *ſupra num. 4.* † Et idem *de Canonic. c. 4.* 118
num. 29. & 30. cum Patiano *de prob. p. 2. cap. 27.
num. 65.* & aliis tunc demum Priores cenſeri eſſe
in dignitate, ſi ſunt collegiati, & habent præemi-
nentiam, vel iuriſdictionem in Eccleſia, alias ſecus
& ſæculares reſpectu regularium eſſe perſonas
principales, quæ in collegiatis Eccleſiis toti præ-
ſunt Canonicorum collegio. † Alia ſpecialia 119
congerit videnda Barboſa *in Bullario* verb. *Prior*,
idem *in collect. deciſ. Apoſtol. deciſ. 600.* & vtrobi-
que dicit Priori Eccleſiæ Cathedralis, qui in ea-
dem dum erat Eccleſia, regularis habebat iuriſdi-
ctionem, & primum locum ſeparatum ab aliis in
choro cum Puluino, poſtquam fuit ſæculariżata
reſeruata, Archiepiſcopo conueniat tantum prima
ſedes in choro, tanquam primæ dignitati ſine ſede
ſeparata, & ſine Puluino ex Sacra Rit. Congreg.
in Tarantaſien. 13. Ianuarij 1610. Et addit Bar-
boſa inter alia *ſuprà* videnda, quod Prior Sancti
Venantij in ciuitate Camarinen. debet habere ſe-
cundum locum in choro inter dignitates, & Ca-
nonicos Eccleſiæ Cathedralis ex Sacra Congre-
gatione dict. Eccleſ. 15. *Martij* 1608.

Vnde fit vt cum Prior ſit principalis perſona 120
in Eccleſia collegiata, regulariterque habeat ani-
marum curam in foro interiori, vel exteriori, quod
debeat eſſe conſtitutus in ætate viginti quinque
annorum inceptorum, vt reſoluunt Nicol. Garcia
de beneficiis p. 7. cap. 4 num. 65. Filliucius *in quæſt.
mor. tom. 3. tr. 41. cap. 5. num. 5.* Barboſa *de poteſt.
Epiſcop. p. 3. alleg. 60. num. 64.* idem *de Can. dict.
cap. 11 num. 5 & de Iure Eccleſiaſt. dict. cap. 30. n. 5.*
vbi eadem repetit. † Et in triplici illo loco di- 121
cit cum aliis, non requiri neceſſariò, vt ſit Doctor,
vel licentiatus in Theologia, aut iure Canonico,
quamvis illi ordinaria iuriſdictio cum omnibus
iuribus, quaſi Epiſcopalibus competat, & colle-
giata Eccleſia exempta ſit, cum hoc nullibi cauea-
tur. † Nec aliud ſuaderi ex dicto iam *cap. 12.* 122
Trid. ſeſſ. 24 de reform. quia ibi tantum hortatur, vt
dignitates conferantur Doctoribus, ſed non præ-
cipit; ſic ex Sancta Congreg. reſoluit Garcia *c. 7.
p. 8. de benef. num* 33. & Barboſa *de iure Eccleſiaſt.
dict. c. 30. num. 8. & 9.* † idem *de Can. dict. n. 8.* 123
& 9. eadem referens, probat ex Sacr. Rit. Congreg.
quod etſi Prior collegiatæ non habeat præceden-
tiam ſupra Canonicos Cathedralis; ſit tamen (ſi
ibi intereſt, ſimul cum illius Dignitatibus, &
Canonicis honorificandus duplici ductu Thuri-

buli: ita *in vna Tuſchanen.19. Auguſti* 1619. alia tradens de Priore Eccleſiæ Vimaracen. & aliis.

124 † Et *in Bullario* verb. *Prior* ait, quod Prior collegiatæ qui caput eſt Capituli, & dignitas vnica, cui ſolent à Sede Apoſtolica cauſæ committi, præcedit Canonicis cathedralis, non collegialiter, ſed vti ſingulis incedentibus ex Sacra Congreg. Rit. *in Viterbien.20.Decemb.*1601. Et quod Prior, vt dignior præcedit aliis beneficiatis, licèt antiquioribus ex dict.Sacr.Rit.Congr.Hiſpal.5.*Iulij* 1632. Et quod Prior, ſeu Præsbyter ratione ſtolæ, debet præcedere omnes alios Præsbyteros, etiam Canonicos Eccleſiæ collegiatæ ex Sacra Congreg. Rit. *in ſaxa Ferraten. Nucerina Diœceſ.*24.*Octob.*1609. idem repetit *in collect. deciſione ſub dicta deciſione* 600.

125 Et de prædicta ætate teſtatur Narbona multis comprobans *dict.anno 25.quæſt.59.num.4.* vbi dicit Priorem conuentualem in nullo differri à Priore ſæculari, qui caput obtinet in Eccleſia collegiali *ex elem. etſi principalis, de reſcript. cap. niſi eſſent circa finem de Præb.* in vtroque eandem poſtulat ætatem annorum 25. quod intelligo ſi Prior Regularis, & collegiatæ ſint in dignitate, & cura con-

126 ſtituti, alias de re Regularibus dices, vt *ſupra.* † Et de Prioribus Eccleſiarum Cathedralium curam non habentibus dices, vt ſupra dixi de Decano, & aliis dignitatibus Eccleſiarum Cathedralium *ex dicto cap.12.Trid ſeſſ.* 24.

127 Hic poſſet inquiri de ætate prærequiſita in Prouincialibus, & Miniſtris Generalibus Religionum, de quibus alibi, & nunc breuiter dico, quod etſi nonnulli exiſtiment ætatem annorum quinquaginta prærequiri; ego autem in hoc puncto dico cum Narbona alios referente, anno quinquageſimo *quæſt.*3. ſufficere ætatem annorum 30. ſecundùm diſtinctiones, quas adduxi ſupra *de Epiſcoporum ætate in Rub. ſub quæſt.*2. in verſ. *ad ter-*

128 *tiam.* † Nec obſtant Fr.Eman.Rodrig. *tom.3. q. regul.quæſt.34.art.*2. in verſ. *vnde*, allegans Platonem *lib.6.de legib.* Ariſtot.*lib.7. politicor. cap.*16. & Philoſtratum *lib.5. de vita Apollon. cap.*9. exigentes in Magiſtratibus ætatem quinquagenariam. Quia reſpondeo, prædictos ſolum dicere eam eſſe conuenientiſſimam, non præcisè neceſſariam; non enim illi habent maius gubernium, quàm Epiſcopi, in quibus ſufficit de iure annorum ætas triginta.

QVÆSTIO II.

Imperatores, Reges, & Magiſtratus aliaque Dignitates ſæculares, an debeant habere certam, & determinatam ætatem, vt eligi valeant?

SVMMARIVM.

1 *Imperatoris ætas, vt rectè eligatur, eſt annorum 25. aliter ſi per ſucceſſionem*, n.9.

2 *Corradus Federici II. filius quia puer, & ineptus, prohibitus fuit ab Alex.IV. ſub cenſuris, ne Imperator eligeretur à Germanicis electoribus.*

3 *Rex eligi vt poſſit, debet eſſe in ætate annorum 25. aliter per ſucceſſionem*, n.9.

4 *Ætas annorum 25. dicitur perfecta, minor ætas imperfecta. Et quæ in dubio intelligatur*, num.5.

6 *Carolus V. Hiſpaniæ Rex communi ſuffragio electorum Germaniæ, fuit Imperator electus in 18. anno ſuæ ætatis.*

7 *Regimen Imperij aut Regni requirit maiorem prudentiam, quam deſideratur in cæteris Magiſtratibus*

8 Cap.Epiſcopus 6.diſt.77.

10 *Dignitas queit à Principe conferri infanti, & adhuc exiſtenti in vtero ſine adminiſtratione*, vt n.14.

11 *Decurionatum poterat habere infans.*

12 *Tribunatus Dignitatem queit habere infans.*

13 *Dignitas ſæcularis, quæ habet adminiſtrationem, & iuriſdictionem, requirit in eligendo ætatem 25. annorum*, numero 18. & 19.

14 *Dignitates ſæculares ſine adminiſtratione, vt Marchionum, Comitum, Ducum, & Regum, poſſunt minoribus natu dari, ſucceſſione, aut iure ſanguinis tantum in honorem in officiis, interim per tutores*, n.17.

15 *Infans ſuccedens in Dignitate, ſuccedit in naturali, non in officiali.*

17 *Infans poteſt eſſe caput collegij ſine exercitio officij.*

19 *Ætas olim ſufficiebat annorum 20. ad publicum munus, quod de iure aliter. Et quid in muneribus patrimonialibus*, n.21.

20 *Tabellionis, & notariatus officium in qua ætate.*

21 *Ætas annorum 25. requiritur ad conſilium præſtandum in proprio, ſiue alieno negotio.*

23 *Familiares Principum vulgò* Los Priuados, *debent eſſe ſenes.*

24 *Decurionum ciuitatum ætas quæ olim hodie eſt 18. annorum.*

25 *Sportula, ſiue honorarium ſolitum dari Decurioni ob introitum alterius noui non datur; ſi ætatem annorum 18. non habuerit. Et quid de ſedentibus inter Decuriones*, n.31.

26 L.Lucius 21.§.fin.ff.ad municipal.
L.Cod.de munerib.& honor.lib.10.

27 *Impubes, etſi Decurio creari poſſit, non tamen opus Decurionatus exercere, nec ſuffragium ferre ante 25. annum, etiamſi veniam ætatis, aut diſpenſationem impetrauerit*, num.28.

29 *Pubes habilis diſpenſatus ad vocem præſtandam in curia, admittitur ad ſuffragium ante 25. annum.*

30 *Infantem, reddere habilem ad ſuffragium ferendum in Decurionatu non poteſt; quia nequit diſpenſari in iure naturali; etſi queat illum creare Decurionem ſine exercitio.*

31 L. ſpurij 6. ff. ad municipalem, *verſ.* minores.

32 *Salarium deſignatum publico, à nemine lucratur ante legitimam ætatem niſi Regio aſſenſu, & reſcripto.*

AD primam difficultatis partem, & ad alias, 1 quæ placuit, vt hic tractarentur; etſi extra metam videantur, dico Doctores plures latiſſimè ſcripſiſſe; & ſic breuiter reſponderi ætatem perfectam, vt Imperator quis eligatur, eſſe illam

illam nempè quæ eſt annorum viginti quinque ex
l.1.ff.d minor. .minor.31 ff.eodem, l. eum de inde-
bito 21.verſ.ſin autem el 1.ff.de prob.tradit Narbona
2 anno 25. quæſt.66.num.14. † Vbi n.15. ex Maiolo
de irregularit.lib.1.cap 30.num.4. dicente Pontifi-
cem Alex. I V. comminata ſententia excommuni-
cationis Germanicis electoribus obſtitiſſe, ne Cor-
radum Federici Secundi filium puerum in Regem
Romanorum eligerent; quod eſſet inhabilis, inep-
tus, atque ob id inelegibilis ad tantum munus,
nempe qui Eccleſiæ defenſor eſſet eligendus, non
puer.

3 Quod idem de Regis electione debet eſſe:
nam cum ad Regni moderationem opus ſit opti-
mo conſilio, vt probatur ex illo Exodi cap.18. &
refert Ariſtot.lib 5.Polit.ſequitur vt debeat eſſe ſic
eligendus in Regem ætatis annorum 25. Narbo-
na ſupr.num.4.vbi num.ſequenti, confirmat pluri-
4 bus rationibus. † Eſt enim prædicta ætas perfe-
cta, vt colligitur ex textu in l. 2. cod. de Iuris, &
facti ignor.& in l.vltim. cod. in quibus cauſis in in-
tegr.reſtit.non eſt neceſſaria, quibus minor viginti
quinque annorum ætas imperfecta vocatur. Ob
idque euenit, vt qui eam expleuerit, dicatur eſſe
ætatis perfectæ, vt docent Sfortia Oddus de reſtit.
quæſt.2. art.3. num. 39. Narbona plura congerens
5 dict. anno 25. quæſt.1. num.20. † Vbi etiam ait in
dubio intelligi ætatem perfectam naturaliter, non
beneficio Principis, aut fictione inducta ex Go-
thofredo in l.4.cod.de his, qui veniam ætatis impe-
trauerunt; & ait etiam procedere in fœminis per
textum in cap. viduas 2. verſ. ſi Virgines 27. quæ-
ſtione 1.

6 Et licèt inuictiſſimus noſter Rex Carolus V.
vix annum agens 18. communi ſuffragio ad cul-
men Imperialis dignitatis fuerit euectus, vt refert
idem Narbona dict. q.66.num.18.non ideò à præ-
dicta ſententia recedendum eſt, cum reuera illa
ætas adhuc ſit ſub curatore, vel debeat eſſe; eo
quod homines ante vigeſimum quintum ætatis
7 annum non dicantur iudicij pleni, † præcipuè ſi
conſideremus ad Regni, Imperiique regimen re-
quiri maiorem prudentiam, ſcientiam, & ſollicitu-
dinem, quàm in cæteris Magiſtratibus Reipubli-
cæ, in quibus etiam ad minus deſideratur prædi-
cta ætas, vt ſtatim dico; & ſic Antiſthen. apud
Plutarchum de profectione minorum inquit: Ne-
dum ſapientia præſtare eum par eſt, qui antecedit
imperio, ſed etiam religione, & pietate,& Symma-
cus in cap.viliſſimus, ſcribit, Niſi præcellat ſcientia,
& ſanctitate, qui eſt honore præſtantior; conducit
textus in l.honores 7.in princ.ff.de Decurionib.& eo-
rum filiis,& Rubr.cod.de potiorib. ad muner. nomi-
nand.tit.10. & apud nos l.17.tit.3.lib.7.recopil. &
tradit nonnulla Carleual.de iudic.lib.1. diſp.1.n.19.
videbis Alphonſum de Narbona in 3. p. recopil.
lib.7.tit.12.l.3.gl.3.num.2. Paulum Zachias Medi-
co legali lib.2.tit.1.q.5.& 6.

8 Prædictæ tamen reſolutioni videtur obſtare
Agathenſis Concilij determinatio, quæ refertur in
cap.Epiſcop.6 diſt.77.vbi Præsbyter,& Epiſcopus
ante annos triginta;id eſt antequam ad perfecti viri
ætatem perueniant, à nullo Metropolitano ordi-
nentur:etenim D. Ioan. Chriſoſtom. in Euangel.
Marci homil.poſtrem.ibi ait: Quod hominibus per-
fecta ætas eſt annorum triginta, & Theophylact.in
Euangel.Lucæ cap.3. ætas annorum triginta,inquit,
perfectiſſima eſt, & illâ homo, vel probus, vel
improbus cognoſcitur:congerit alia videnda Nar-

bona dict.anno 25.quæſt.1.ſub num.21. quibus om-
nibus reſpondetur ibi ſignificari perfectiſſimam
ætatem,qualis hodie in Epiſcopis eligendis requi-
ritur iuxta quæ iam adduxi ſub noſtra Rubr. q. 2.
ſed non excludi perfectam ætatem eſſe aſſigna-
tam annorum viginti quinque: quare cum alia
maior ætas non expoſcitur,ſeu aſſignatur iure ſta-
tuto, vel conſtitutione, habilis eſt ea, quæ accedit
ad prædictos annos 25. vti bene conſiderabis ex
iam dictis tota quæſt. 1. & vt vberius hanc partem
quæſtionis tractes,leges Caſtaldum in tract.de Im-
peratore quæſt.73.à num.24. Tyraquel. de primog.
pag.468. num.166. & de nobilit. folio 695. Caldas
Pereira in l.ſi curatorem, verb.hunc cõtractum n.45.
& 46.Barboſam in l.cum Prætor.12.§.fin.num.119.
ff.de iudic.Gutierrez de tutelis cap.18. p.1. per to-
tum, Narbona dict. anno 25. quæſt.66. † qui ſub 9
num.1.ait prædicta fallere in Rege, ſeu Imperato-
re iure ſanguinis ſuccedente: nam etiam natu
minimi ſuccedunt.

Ad ſecundam quæſtionis partem de aliis di- 10
gnitatibus ſæcularibus, dico quod etſi infanti, &
in vtero exiſtenti poſſit dignitas à Principe con-
ferri,iuxta deciſionem textus in l.Lucius 21.§.Im-
peratores ff.ad municip.& l.vnica cod. de munerib.
& honorib.non contin. lib.10. † quibus infantem 11
Decurionatum habere poſſe legitur, licèt hono-
rem, vel dignitatem eſſe fateatur conſultus, in l.
à Decurionatu 5.ff. de vacatione muner. & ſic do-
ceant Gratianus diſcept.forenſ. tom.1. cap.75.n.15.
Sfortia de reſt.1.p.quæſt.2.art.7.Lucarin.de fiducia-
ria tutela 2.p.cap.6.num.15.Anton.Faber in iuriſ-
prud.Papin.tit.4. princip. 3. illat. 7. † Et quod 12
Tribunatus poſſet ab impubere obtineri, infanſ-
que coronari, vt ex multis refert D. Didacus de
Narbona anno 25. quæſt. 64. à num.1. † Tamen 13
verius eſt vt ſi dignitas habeat adminiſtrationem,
vel munus iudicandi, aut aliud munus: tunc non
minor annorum viginti quinque debeat eligi:nam
vt probat textus in l.ſubeunda 45.cod.de Decurion.
lib.10. oportet ad maiores dignitates eligi potiores
& digniores, dum ait: Ne tales fortè nominentur,
qui functiones publicas implere non poſſint, docent
in terminis Panormit. in cap. præterea num. 5. hoc
tit.Duarenus tit.de re iudic.in methodica ipſius ex-
plicatione, c.1. in fine, dicentes minores annorum
25. ad honores municipales nequaquam admitti
debere,& in qua ætate debeant eligi Magiſtratus,
Tribuni, & alij.

Nec obſtat dictum in principio,& quod ſequi- 14
tur,ſcilicet ad temporalem dignitatem cum admi-
niſtratione requiri annos quatuordecim,Reſtaurus
de Imperatore quæſt 73. n.24. multis comprobans
Narbona ſupra num.5.quia reſpondeo verum eſſe
dignitates ſæculares ſi deferantur iure ſucceſſionis,
vel ſanguinis,vt Imperatoria, Regalis, vt iam dixi,
Ducatus, Marchionatus, Comitatus, ſeu Baroniæ
ſuccedere poſſe natum recenter, infantem;imò, &
conceptum ante natiuitatem, vt ſenſerunt Sfortia
Faber, & alij ſuprà,dummodo tantum conſtituan-
tur in honore, non in adminiſtratione,vel tantum
dignitas conſiſtat in honore. † Etenim infans 15
tunc ſi adminiſtrationem dignitas habeat, ſucce-
det in naturali dignitate, non in officiali. † Et 16
Perez de Lara tract.de vita homin.cap.16. num.12.
dicit infantem poſſe eſſe caput Collegij, ſed non
poſſe officium exercere; † interim per tutores, & 17
curatores Regi, vſque ad pubertatem, compro-
bat multis Narbona ſupra, n.6. quo pacto venit

intelligendus reſtauius, dum exigit in officio
dignitatis cum adminiſtratione annum quatuor-
18 decim, † tamen ſit officium haberet iudicandi mu-
nus, ſeu aliud ſimile, ad quod ſit opus pleno iu-
dicio; tunc reuera, vt iam dixi, ætas annorum
25. requiritur.

Vnde etſi lege antiqua, quam refert Alex. *die-*
19 *rum genial. lib. 4. cap.6. poſt principium*, cautum
fuiſſet ne cui ante vigeſimum annum daretur pu-
blici muneris adminiſtratio, de iure verius eſt, vt
requiratur ætas annorum 25. per textum *in l. ad*
Rempublicam, ff. de munerib. & honor. & in l.2. ff. de
vacatione muner. l.1. & 2. cod. qui ætate, vel profeſ-
ſione lib.10. & l.2. tit.9. lib.9. recopil. Donellus *in*
comment. lib.17. c.24. verſ. de minore viginti, & quin-
que annis, Caldas Pereira *in l. ſi curatorem* verb.
hunc contractum, num.41. verſ. *hinc etiam, cod. de*
in integr. reſtit. vbi generaliter loquitur de quibuſ-
cumque muneribus Reipublicæ adminiſtrationi
20 ſpectantibus, † & de Tabellionis officio Nico-
laus de Paſſeribus *in conciliatione legum*, cum mul-
tis Narbona *dicto anno 25. quaeſt.67. & quaeſt. 69.*
21 vbi de Notario, & Tabellione, † qui *dicta q.67.*
num.fin. admonet prædictam ætatem requiri in mu-
neribus, quæ ciuilia, aut perſonalia ſunt; non ve-
rò in Patrimonialibus, à quibus, vt nulla excuſa-
tio eſt *l. munerum 28. §. Patrimoniorum ff. de mune-*
ribus, nec ætatis, cum quicumque admittantur,
& compellantur ad Patrimonialium munerum
functionem, ſiue ſenes ſint, vt annis 70. ſiue ado-
leſcentes, & anno 25. minores vt *ex l. neque 5. l.*
etiam minores 7. cod. de muner. Patrimon. lib.10.
dict. l. ad Rempublicam.

22 Cum ergo homines frequenter poſt annum
25. recto conſilio polleant, vt patet ex dictis *ſupr.*
quaeſt.1. multiſquè comprobet Narbona anno 25.
quaeſt.65. & num.4. dicat munera perſonalia, quæ
ad ſui expeditionem conſilium requirunt, non de-
beant dari minoribus; ſequitur vt ad conſilium
præſtandum, ſiue in proprio, ſiue in alieno nego-
tio requiratur ætas annorum 25. vt colligitur ex
adductis à Narbona *dicta quaeſt. 75.* legeodus. †
23 Vbi *ſub num.3.* dicit familiares Principum, vulgò
los Priuados, debere eſſe ſenes, comprobans ex
verbis Caroli Scriban. *in Polit. Chriſt. lib.2. cap.16.*
eius verba referens: *Deligant autem, quos gran-*
dior ætas, rerumque experientia docuit, quibus
Regni negotia, robora, opes, & hoſtilis potentia
cognita, qui conſilio, & authoritate valeant qui-
buſque in arduis, animus, & induſtria, in ſecun-
dis moderatio, ad perſuadendum eloeutio, & in-
corruptum ante omnia pectus. Ob idque iſti palam
eſt, vt minores vigintiquinque annis, non debeant
eligi; imò maiores ætate illa ſalubrius erit ob ma-
ximam peritiam, & experientiam, qua debent
pollere.

24 Vnde iam videbis eandem ætatem annorum 25.
deſiderari in iure in Decurionibus ciuitatum crean-
dis, vt vocem poſſint dare in ſuo Capitulo, niſi
ante illam ætatem ex cauſa, aut conſuetudine,
ſolitum ſit eos creari Decuriones vulgò *Regedo-*
res; eo quod ciuitates, & ipſarum bona regant
ex dict. l. ad Rempublicam ff. de munerib. & honor.
l. non tantum l. ſpurij 6. ff. de Decurion. l. ſi Pater
cod. quando prouocare non eſt neceſſe l.1. cod. qui &
adverſus quos, Curia Piſana *lib.1. cap.12. num.4.*
vbi notat Azeuedus Antonius Gomez. *tom. 3. de*
delictis cap.1. numero 55. verſicul. *Decurio*, multis
adductis Narbona *anno 25. quaeſt.68.* De iure ta-
men noſtro Regio per textum *in l.16. tit.3. lib.7.*
recop. abrogata antiqua lege 17. eiuſdem tituli, qua
non niſi vigeſimum excedenti, id concedebatur
deſideratur ætas annorum decem, & octo. † Et 25
alia adducens Narbona *num.7.* ait Decurioni hac
ætate minori honorarium, ſiue ſportulam vul-
gò *propina*, quæ à nouo Decurione pro introitu
aliis curialibus ſoluitur, non deberi; quia tale
ſtipendium datur his, qui receptioni in Curia
adſunt.

Nec turbatur reſolutio prædicta *ex l. Lucius 21.* 26
§. fin. ff. ad municip. & l.1. cod. de muner. & honor.
lib.10. quibus infans Decurionatus munere fungi
poteſt. † Quia reſpondetur vt licèt impubes 27
qualiſcumque queat creari Decurio interim dum
vigeſimum quintum annum ſuæ ætatis excedit:
tamen ſit idem, ac ſi Decurio creatus non fuerit,
cum nullum Decurionis opus expedire queat, cum
ante prædictum tempus ſuffragium ferre non va-
leat, vt docent Bobadilla *ex Politica Prætor. lib.3.*
cap.8. num.1. cum aliis Narbona *ſupra ſub num.3.*
& ex Budæo *in dict. l. ad Rempublicam, ff. de muni-*
cip. Auendaſius *de exequendis cap.19. num.16.* Pe-
trus Gregor. *tit. de elect. cap.8. num.1.* † quod de- 28
clarant Curia Pyſana *ſupra num.5.* Azeuedus, Pe-
reira *in dict. l. ſi curatorem* verſ. *hunc contractum*
num.43. procedere etiam ſi talis minor Decurio à
Principe, aut ætatis veniam, aut diſpenſationem
ad Decurionatum obtinendum, vel Curiam in-
grediendam, fuerit adeptus.

Limitatur verò vbi in diſpenſatione habilis 29
quoque minor iam pubes redderetur ad vocem,
& ſuffragium in Curia præſtandum, cum Princeps
noua lege, aut priuilegio, poſſit inuertere leges
ciuiles exigentes annos 25. vt de facto iam vidi-
mus iure Regio. † Et ſic vbi naturalis ratio re- 30
pugnaret, non poſſet Princeps habilem reddere
infantem, & iudicio adhuc non expertem ad præ-
ſtandum ſuffragium; quia eſſet diſpenſare, & ha-
bilitare contra ius naturale; etſi in illa ætate ex
certa ſcientia queat infantem, & pupillum Decu-
rionem creare ſine exercitio: arguments textus *in l.*
vbi gloſſa verb. *indulgere, cod. de his, qui veniã æta-*
tis, cum aliis, quia patitur naturalem defectũ intel-
lectus: tamen Rodericus Suarez *alleg.12. à n. 6.*
Caldas *ſupra num.24. & 42* verſ. *quæ ſententia*, ſen-
tire videtur vt cum ex certa ſcientia Princeps
creat Decurionem, infantem, & pupillum, tacitè
etiam diſpenſet; vt vocem præſtet in Capi-
tulo,

Nec vltimò obſtat textus *in l. ſpurij 6. ff. ad mu-* 31
nicip. in verſ. *minores* vbi cauetur vt minores 25.
annis, Decuriones facti, queant ſportulas iam di-
ctas accipere; etſi ſuffragium adhuc non præſtent.
Quia reſpondetur textum illum procedere, quo-
ties etſi tales ſuffragium non præſtent in Curiis:
tamen inter cæteros Decuriones ſedent, quod ſuf-
ficit vt diuiſionem, quæ inter præſentes fiunt par-
ticipes, ſint, cum non tam ſuffragij cauſa, quam aſ-
ſiſtentiæ habeantur: ſic Guidus Pancirolus *de Ma-*
giſtratibus municip. cap.1. num.3. per textum *in l.*
ſponſus 5. §. fin. ff. de donat. inter. Narbona *ſupr. n.8.*
& faciunt verba *dicta leg. ſpurij*, ibi: *Minores 25.*
annorum Decuriones facti, ſportulas Decurionum
accipiunt; ſed interim ſuffragium inter cæteros fer-
re non poſſunt: quæ reuera de Decurione, qui
habet ſedere in Capitulo cum aliis loquun-
tur.

Vnde exiſtimo idem dicendum circa ſalarium 32
deſignatum

Digitized by Google

deſignatum è publico, cum ante legitimam ætatem nemo poſſit illud lucrari, niſi Regio aſſenſu, & reſcripto interueniente, quod intelligitur etiam de illis ſalariis, quæ ſolent Decurionibus à Concilio ex ipſius patrimonio præſtari, quoties eius cauſa abſunt, & iter faciunt. Narbona *ſupra dict. quaeſt.68.num.fin.* Bobadilla *dict.lib.3.cap.8. n.11.* ibi: *y para aſiſtir en el Cauildo ſin votar y para lleuar ſalario haſta menoredad con liçençia y facultad Real*: ſic cum Suarez, & Auendaño, *vbi ſupra*, alia dico, *in cap.3.hoc tit de ætate requiſita in Prabendatis, & Beneficiatis & in cap.2.hoc tit.*

Ad Text. in Cap. Ex ratione. II. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Minori Eccleſia non conceditur, niſi diſpenſatiuè.*

2 *Eccleſia minori conceſſa, interim non per laicos, ſed Eccleſiaſticos eſt gubernanda.*

1 TExtus iſte quatenus prohibet, vt minori, niſi diſpenſatiuè, non concedatur Eccleſia, exornatur ex dictis *ſupra in Rubrica & in cap.1.* & ex
2 his, quæ dico, *in cap.indecorum 3.* † Et quatenus ait, quod ſic Eccleſia conceſſa minori, non per laicos, ſed per clericos, regi debeat, donec perueniat ad ætatem legitimam: adiunges quæ dico, *infra de officio Vicarij*, & infra *lib 3. tit.6. de clerico agrotante*, vel debilitato miniſtrante; præcipuè, *à cap.3.* cum aliis. Item & quæ dixi de incapacitate laicorum reſpectu rei Eccleſiaſticæ; latè, *in cap.2. 3.4.* & aliis multis de iudiciis, *& in toto tit.de foro comp.* & *ſub dicto cap.3 de iudiciis q.fin.* item *& in cap.7. & 10. de conſtitut.* & applicabis quæ latè ſcripſi *infra in cap.7. de præſcriptionibus*, circa inhabilitatem laicorum ad præſcribendum decimas. Et in prædictis locis videbis quæſtiones, quæ facere videntur in fauorem laicorum; ſed expenduntur modis ibi ſcriptis. Aliqua etiam dixi *ſub Rub.& tit.de electione.*

Ad Text. in Cap. Indecorum III. hoc titulo.

PRÆMISSVM

SVMMARIVM.

1 *Regimen Eccleſiæ minori annis 14. non conceditur, ſi habet adminiſtrationem*, vt quæſt.1. num.1.

1 TExtus iſte generalem præſtat deciſionem, nempe, vt minori annorum quatuordecim, non debeat committi regimen Eccleſiæ: quare operæpretium erit vltra dicta *ſupra in Rubrica, & in cap.1.* agere hic de ætate requiſita in Canonicis, Beneficiatis ad Perſonatum, ſeu Præſtimonia, aliavè Beneficia Eccleſiarum habentibus, ſeu habituris, Præter Dignitates, & officia peculiaria Eccleſiarum Cathedralium, ſeu Collegiatarum, de quibus infra *in tit.de officio Archidiaconi, de officio Archipræſbyteri, de officio Primicerij, de officio Sacriſtæ, & Cuſtodis.*

QVÆSTIO I.

Cur minori regimen Eccleſiæ concedi nequeat, cum aliqua Beneficia etiam concedantur minoribus annis quatuordecim? Et an ætas annorum quatuordecim ſufficiat ad perſonatus ſine cura. Et quæ ætas in beneficiis ſimplicibus, & inferioribus. Quæ in collegiatis. Quid de Portionariis, & dimidiis, etiam in Cathedralibus. Et quæ ætas ad obtinendam penſionem. Et paruuli nomen, in qua ætate concipiatur?

SVMMARIVM.

1 *Beneficia ſimplicia ante Trid. Concil. poterant concedi Tonſuratis à ſeptennio, hodie non niſi in decimo quarto anno conſtituto*, numero 2.

3 *Nemo ad Dignitates, & Perſonatus ſine cura poteſt aſcendere, niſi conſtitutus in annis 22.*

4 *Perſonatus quando intelligitur de minoribus beneficiis; tunc poterit conferri habenti annos 14.*

5 *Ætas ad beneficia ſine Rectoria; etſi de iure videretur requiſita annorum 14. verius eſt vt ſufficeret, & annis ſeptem*, n.6.

7 *Cardinales virtute indulgenti, non poterant minoribus ſeptennio beneficia conferre.*

8 *Tonſura antiquitus non poterat dari, niſi habenti beneficium, hodie aliter*, n. 9. & 10.

10 *Tonſuratus vſque ad decimum quartum annum, nequit beneficiari*, n.12.13.14. & 17. *niſi diſpenſet Papa*, n.16.

11 *Præbendæ Regaliorum vacantes poſſunt à Rege ſeptennio conferri.*

12 *Simplicia beneficia reputantur præſtimonia, commenda, Prioratus conuentuales, vel Abbatia.*

13 *Beneficia iuris patronatus reputantur ſimplicia.*

14 *Beneficij appellatione, venit etiam quod eſt iuris patronatus.*

15 *Capellania non collatiua, & anniuerſaria minoribus 14. annorum valent dari.*

16 *Pontifex ſolus diſpenſat vt minori annorum 14. conferatur beneficium ſimplex, nec Epiſcopus id poteſt*, n.17.

17 *Ætas annorum 14. ſufficit impleta ante inſtitutionem, etſi tempore præſentationis non.*

18 *Capellania ſeu beneficij fundator, poteſt præcipere, vt datur minori annis 24. fallit, vt* num.19.

19 *Capellania, ſeu Beneficij collatio facta minori annorum 14. eſt nulla, etiam ſi ætas deficiat per vnum diem* n.20.

21 *Anni 14. ad obtinenda beneficia ſimplicia, ſufficient attacti.*

22 *Ætas in Eccleſiis Collegiatis ad Canonicatus, & portiones eſt 14. annorum, vt* num.23. *etiam ſi collegiata habeat animarum curam* num.24.

24 *Canonici ſiue Portionarij Eccleſiæ collegiata habentes curam animarum debent eſſe in ætate annorum 25.*

25 *Ordinandi ſunt infra annum, qui in collegiatis requirentibus ſacerdotium, admittuntur Canonici, & Portionarij.*

26 *Diſtributiones quotidianas recipiunt reſidentes in collegiatis anni, quo debent ordinari.*

27 *Ætas annorum 14.ad obtinendos Canonicatus, & portiones in collegiatis, num debeat eſſe completus?*

28 *Epiſcopus nequit diſpenſare, vt in collegiatis minor annorum quatuordecim obtineat Canonicatus, & Portiones.*

29 *Canonicus admittitur in Cathedralibus ſine ordine, non minor annis 22.etiamſi ſit ſupernumerarius,* n.30. *vbi quid de tempore receptionis.*

31 *Anni ſeptem non ſufficiunt, etiam de iure ad obtinendos Canonicatus in Cathedralibus, vt* num.32.

32 *Ætas 14. annorum de iure fuit prærequiſita ad obtinendos Canonicatus in Cathedralibus.*

33 Cap.ex eo de electione lib.*6.*

34 *Canonicatus ſi Diaconales ſint, Subdiaconales, & Praſbyterales, requirunt ad eorum obtentionem ætatem annexam prædictis ordinibus.*

35 *Canonicatus in Cathedrali obtineri queit ab habente ætatem ordini requiſitam, licet habeat annexam Parochialem.*

36 *Ætas annorum 22. ad Canonicatus in Cathedralibus præcisè requiritur, niſi cum minore Pontifex diſpenſet, vt ſolet in duobus tantum annis.*

37 *Ætas qualis requiratur ad obtinendam penſionem ſub diſtinctione*, n.38.

38 *Penſio Eccleſiaſtica beneficio comparatur; non ſic temporalis.*

39 *Penſio reſeruata clerico infanti abſque diſpenſatione, eſt nulla.*

40 *Infans nequit procuratorem conſtituere ad conſentiendum penſioni, niſi de conſenſu Ordinarij.*

41 *Ad penſionem ætas, ſufficit atticta.*

42 *Paruuli aliquando vocantur annorum minores 25.& geſtantes in vtero; item & vagientes, & loqui incipientes.*

43 *Paruuli propriè dicuntur vſque ad pubertatem.*

44 *Paruulus vſurpatur pro pupillo cuiuſque ætatis.*

45 L.2.cod.de fundis patrimonialibus.

46 *Minor, & paruulus in quo diferant.*

1 AD primam quæſtionis partem videtur reſpondendum contra deciſionem textus noſtri; eo quod beneficia ſimplicia de iure maioribus ſeptennio, & ante decimum quartum annum poterant conferri, cùm vt latè ſupra dixi *in Rub.* & in illa ætate conſtituti poſſint etiam prima Tonſura ordinari; imo & ante annum decimum quartum alios recipere ordines minores, cum ſint doli capaces, *cap. pueris de delictis puerorum*; ergo & beneficiari iuxta textum *in cap. de his 18. diſt. cap. in ſingulis, cap. quicumque 77. diſt.* vbi Doctores, vt ſuadetur ex nonnullis, quæ refero, *infra, hac quæſtione*, cum ago de ætate requiſita ad beneficia ſimplicia, & minora. † Et ſic breuiter reſpon- 2
deo quod etſi iam hodie ex Trid. *in cap. nullus 6. ſeſſ.23.* ætas anni decimi quarti ſaltim incæpti requiratur ad beneficia prædicta: tamen de iure poterant beneficia ſimplicia, quæ nullam adminiſtrationem, ſeu regimen, habeant, dari pueris à ſeptennio prima Tonſura ordinatis ex dictis iuribus, ſicque deciſiones illas non contrauenire deciſioni textus noſtri, in qua agitur de perſonatu, beneficiis, ſeu Eccleſiis regimen habentibus non concedendis minoribus annorum quatuordecim, vt docent certius Doctores *infra* referendi in verſ. *ad tertiam.*

Ad ſecundam quæſtionis partem reſpondeo ex 3
dictis ſupra *cap.1. ſub quæſt.1.* vbi expendens textum noſtrum dixi dignitates, & perſonatus in Eccleſiis non poſſe conferri, niſi habentibus annos viginti duos ex Trident. *ſeſſ.24. cap.12. de reform.* vbi decernitur, vt nemo ad dignitates, & perſonatus ſine cura animarum poſſit aſcendere, niſi in ea ætate conſtitutus, ſin autem cum cura ſolum qui
habet annos viginti quinque. † Itaque pro vero 4
intellectu, vt repetitionem effugiam leges adducta *in dict. c.1. ſub dict. quæſt.1.* à verſ. *quare*, & verſ. *nec obſtat*, vbi expendi textum noſtrum, cuius litteram, dum loquitur de perſonatu, ſi hæc vox intelligatur tantum de beneficiis minoribus, exiſtimo conſtitutis in annis quatuordecim poſſe conferri, vt ſtatim dico *in verſ. ad tertiam.*

Ad tertiam quæſtionis partem, etſi inter Docto- 5
tes de iure communi eſſet diſſidium, cum aliqui exiſtimarent ſemper fuiſſe requiſitam ætatem annorum quatuordecim ex textu noſtro *c.2. hoc tit. cap. ſuper inordinata 34. de præb.* & aliis iuribus, vt defendunt Azorius *tom.2. moral. lib.6. cap.5. verſ. ſeptimo quæritur*, Flaminius Pariſius, *de reſignat. beneficior. lib.3. quæſt.7. num.7.* dum inquit maiorem quatuordecim annis beneficium acceptare
poſſe. † Tamen verius eſt per gloſſam *in dict.* 6
cap.2. hoc tit. in verſ. *Eccleſia* ibi: *beneficia etiam ſimplicia*, iure antiquo tantum requiri ad beneficia ſimplicia, & minora ætatem annorum ſeptem, ſaltim quando non ſonant in nomen Rectoriæ nec Concilij maturitatem requirunt, vt multis adductis probat ibi Barboſa *num.4.* & decidunt ex multis deciſiooibus Garcia, *de beneficiis part.7. cap.4. à num.4.* Gutierrez *canon. cap.18. lib.2. n.3. & 40.* Beroius hanc, vt magis communem amplectitur, *conſ.5. num.3. & 24. tom.1.* Caualcanus *1.p. deciſ.29. n.5.* Ojeda *de incompatibilit. benefic. 1.p. cap.24. n.23.* Gonzalez *in regul.8. Cancell. gloſſa 5. n.94 ſeu 49.*

Et taliter de iure prædicta opinio procedebat, 7
quod Cardinales vigore indulti minoribus ſeptennio, non poterant beneficia conferre: ſic Anaſtaſius Germonius, *de indultis Cardinalium §. quibuſvis num.2.* & ſic prædictam ſententiam docuit Farinac. *decif.194. tom.2. num.2.* Puteus *deciſ.339. num.3. p.1. & deciſ.46. p.2.* vbi ampliat etiam quoad acquirendam poſſeſſionem, vt defendunt Miles *in ſuo repertorio*, verbo *minor 14. annis, maior tamen infante*, Quintilianus Mandoſius *de ætate minori cap.4. num.2.* Maceraten. *variar. reſolut. lib.1. reſolut.4. n.9 & reſol.112. caſu 51.* Riccius *in praxi deciſ.187. num.184.* Leſſius *de iuſtit. & iure lib.2. cap.34. dubio 20. num.109.* Mo-

neta

Digitized by Google

neta *de commutatione vltimar. volunt. cap.*20.
*num.*121. Filliucius *de ſtatu clericor. tract.*41.*cap.*5.
num 27.

8 Et fortè noſtram de iure opinionem ſuit ſe-
quutus Ioannes Selua, *tractatu de iureiur.*4. *part.*
*num.*16 dum ex Baldo, & Felino nimis audacter,
docuit non eſſe obediendum Pontifici ſcienter be-
neficium infanti conferenti. Et ſuadetur noſtra
opinio, quia antiquitùs prima Tonſura, quæ ſep-
tennij conferebatur, non poterat dari niſi benefi-
cium habenti ex textu *in cap. neminem, cap. San*
ctorum 70.*diſt. cap. cum ſecundum Apoſtolum* 16.
de prabend. & docet expreſsè gloſſa *in cap.* 2. *il-*
lius tituli, Nauarrus *conſ.*14. *num.*1. *de temporib.*
ordin. Quintanadueñas *Eccleſiaſt.lib.*3.*n.*4. & 17.
Suarez *de cenſ. diſp.*31. *sect.*1. *num.*33. Garcia *de be-*
*nefic.p.*2 *c.*5.*num.*3. Filliuc. *dicto num.*27. Rodericus
9 à Cuña *in dicto c. neminem num.*3. † vbi hodie ex
conſuetudine ſecus obſeruari probat teſtimonio
ſuperiorum, nec non Flaminij. Pariſij *de reſigna-*
*tione beneficior. lib.*2. *quaeſt.* 6. *num.* 4. Salzedus
ad Bernardum Diaz *in praxi c.*18. *n.*5.

10 Sed iam hodie nouo Trid. decreto *in dicto cap.*
nullus 6. *ſeſſ* 23. *de reform.* ſtatutum eſt, vt nullus
prima Tonſura initiatus, aut etiam in minoribus
ordinibus conſtitutus, ante decimum quartum
annum poſſit beneficium obtinere: ſic ibi Bar-
boſa cum multis ab eo relatis, & *in cap.*2. *huius*
*tituli num.*2. Garcia *de beneficiis dict. cap.*4.*part.*7.
*num.*8. Campanillus *in diuerſ. Iuris Canon. Rub.*7.
*cap.*6.*num.*2. Riccius *in collect. decıſ. p.*4. *collect.*860.
Leſſius *de Iuſtitia lib.*2. *cap* 34 *dubio* 20. *num.*109.
Zeuallos *in practicis quaeſt.*523.*num.*3. Gregorius
Lopez *in l.*3. *verbo catorçe años, tit.*16. *part.*1.
11 Gonzalez *in dicta regula* 8. *Cancel. num.*95. † Pe-
trus Gregor. *lib.*17. *Syntagm. Iuris cap.*8. *num.*14.
dum inquit quod etſi quatuordecim annis natis,
tantum Præbendæ Metropolitanarum Eccleſia-
rum conferantur, tamen Iure Regaliorum va-
cante Eccleſia à Rege ſeptenni poſſunt dari,
Ioannes Gutierrez *canonicar. queſtion. lib.*1. *c.*26.
num 33. D. Didacus de Narbona *anno* 14. *q.* 54.
*ſub num.*5. & 61

12 Et procedit prædicta Tridentini deciſio non
ſolùm in beneficiis liberis, vt voluit Rota Romana
*in nouiſſim. deciſ.*482. Maceratenſ. *dict. reſol.*4. *n* 9.
Nouarius *quaeſt. forenſ. p.*1. *quaeſt.*71. *num.*5. vt ſunt
beneficia ſimplicia ſine cura, Præſtimonia, Com-
menda, Prioratus Conuentuales, vel Abbaria,
quia huiuſmodi habentur pro ſimplicibus, vt do-
cent Moneta *de conſeruator. cap.*5. *num.*159. & *de*
*diſtribut.*2. *parte, quaeſt.*19. *num.*15. & *de commut.*
*vltim. dict. cap.*20. *num.* 121. Sanchez *in ſumma*
*lib.*4.*cap.*35. *num.*10. Vaſquez *de beneficiis cap.*3.
§.2. *dubio* 3. *n.*20. Viuianus *in praxi iuris patron.*
*lib.*1.*c.*1.*num.*191. Diana *reſol. moral. part.*3.*tr.*6.
*miſcell. reſol.*64. Barboſa *in paſtorali part.*2. *alleg.*60.
13 *num.*73. † Sed etiam in beneficiis iuris patronatus,
electionis, aut alterius cuiuſcumque prouiſionis,
veluti ſibi contrarius, melius ſentit idem Mace-
raten. *dicta reſol.*112. *caſu* 51. vbi ita ſe vidiſſe ob-
ſeruari, & impetrari diſpenſationes pro obtinen-
dis eiuſmodi beneficiis teſtatur Riccius *dict. deci-*
ſione 487. *num.* 186. vbi etiam de communi praxi
affirmat Caualcanus, *loco allegato num.*1. Viuia-
nus *in praxi iuris patron. lib.*1. *cap* 1. *num.* 191. &
14 alij relati à Barboſa *dict. alleg.*60. *n.*78. & Diana. †
Et eſt ratio quia dictum Tridentini decretum lo-
quitur generaliter de beneficio, cuius appellatione
venit etiam beneficium de iure patronatus, vt re-
ſoluunt Antonius Faber *deciſ.* 17. *coll. de Epiſcop.*
& Clericis, Ferrar. *lib.*1. *obſeruat.*123. Rebuffus *in*
praxi beneficiali, verſ. *ſaeculare beneficium num.*15.
Nicolaus Delphin. *in tract. iuris patronatus lib.*1.
*num.*26. Gonzalez *dict. gloſſ.*5. *num.* 32. quod ve-
rum eſt, † etſi contrarium probabile dicent Gar- 15
cia *de benefic. dict. p.*7. *c.*4. *num.*10. & alij, quos tra-
dit Diana *dict. reſ.*64. *tract.*6. *Miſcell. in* 5. *editione*,
& alij relati à Narbona *dict. quaeſt.*54. *ſub num.*9.
vbi cum Barboſa *in collect. Bullarij*, verb. *aetas*,
verſ. *quatuordecim annorum*, poſt Concilium, &
*in collect. ad Trid. dict. c.*6. *ſeſſ.*23. *num.*3. docet ve-
ram eſſe doctrinam Garciæ in capellaniis non col-
latiuis, & anniuerſariis, quæ fundari ſolent maxi-
mè in Hiſpania iuxta quæ longè ſcribit Lara *de*
anniuerſ. & capellaniis part 1. & 2. abſque ſuperio-
ris, ordinarij Eccleſiaſtici licentia, & authoritate;
quod ſi ſint collatiuæ, quia tunc dicuntur reuera
beneficia Eccleſiaſtica, erunt danda conſtitutis in
annis quatuordecim.

Verùm præfata Sancti Concilij determinatio 16
non prohibuit quin ex diſpenſatione Summi Pon-
tificis poſſit minor annis quatuordecim habere
prædicta beneficia, vt docent Flaminius *de reſi-*
*gnatione lib.*3. *quaeſt.*7. *num.*66. Azor. *inſt. moral.*
*p.*2.*lib.*6. *c.*5. *quaeſt.*8. verſ. *quaeret aliquis*, Garcia
*vbi ſupra num.*8. Filliucius *num.*17. vbi poſtquam
iſti duo dixerint, & Barboſa *ad dict. cap.*6. *Trid.*
litt. B, Diana *dict. reſ.*64. *in fine*, Alzedus *de prae-*
*cellentia Epiſcopi c.*9. *num.*33. † Epiſcopum diſ- 17
penſare non poſſe, vt minores ætate quatuordecim
beneficium ſimplex obtinere poſſint: tamen hoc
ſoli Pontifici licere, vt ſubſcribit Barboſa *dicta*
*alleg.*60. *num.*76. vbi etiam ex Farinacio, & Cam-
panillo *ſupra*, tenet ſufficere, quod ante inſtitu-
tionem beneficij dicta ætas ſit impleta; licèt tem-
pore præſentationis non fuerit; & tenet idem Bar-
boſa *dicto c.*2. *hoc titulo*, *num.* 6. Et applicabis
nonnulla ſupra *in Rub. ſub quaeſt.*1. vbi egi de quæ-
ſtione, *an poſſit Pontifex ſolo verbo Sacerdotes*
creare? & Sacra Congregatio Epiſcoporum,
quam referunt relati à Barboſa *in collect. deciſ.*64.
verb. *beneficium ſimplex*, *num.* 2. idem *in Bullar.*
eodem verbo, & *numero*, dixit vt beneficium ſim-
plex queat obtineri ante annum decimum quar-
tum inceptum etiam ex indulgentia Epiſcopi.

Et iterum limitatur determinatio Concilij quo- 18
ties, vel quando in fundatione beneficij, ſeu Ca-
pellaniæ ſtatutum ſit, vt illud, vel illam minor
annorum quatuordecim poſſit adipiſci; quia vt
ait Riccius *deciſ.*188. lex fundationi adiecta debet
adunguem obſeruari: argum. textus *in l. atteſta-*
tore 109. *ff. de condition. & demonſtration.* Creſcent.
*deciſ.*7. *de Iure Patron.* Nauar. *conſ.*3. *de clericis non*
reſident. & hanc limitationem docent Barboſa *in*
*dict. cap.*2. *hoc tit. num.*7. cum Gonzalez *dicta gloſ-*
ſa 5. *num.*9. Riccio *collect.*860. verſ. *nunc limita*,
Campanillo *dict. cap.*6. *num.* 2 *in fine*, & Rota
apud Farinacium *deciſ.*194. *p.*2. *recent. tom.*1. idem
Riccius latius *collect.*187. *num.* 187. vbi allegat Sa
in aphoriſmo Confeſſor. verb. *beneficium*, *num.*30.
Filliucius *ſupra dict. c.*5. *dict. num.*27. Garcia *dict.*
*cap.*4. *part.* 7. *numero* 10. & alij relati à Barboſa
dict. allegatione 60. *numero* 77. & ſic declaraſſe
Cardinales, refert Rota *diuerſ. deciſione* 482.
*part.*1.

Ex quibus notandum eſt, quod ſi in fundatio- 19
ne non ſit expreſſum, vt beneficia illa queant
conferri minoribus annorum quatuordecim tunc
ſi ante illam ætatem conferatur, collatio ſit
nullius

nullius momenti ipſo iure etiam in foro inte-
riori, vt reſoluit Nicolaus Garcia *dicto cap. 4. num.*82.*&* 83.ex Flaminio, Vega,& Azorio con-
tra Ioannem Quintilium *in repetit. textus in cap. de multa de prabend.num.66.* & eſt verum,vt pro-
bant Narbona *dicto anno 14. queſt.54. num.12.* &
Leſſius *vbi ſupra num.* 109. licèt Nouarius *dicta queſt.71.num.5.* niſus ſit contrarium defendere, †
20 imò, addit Garcia *ſupra num.*84 id procedere, etſi
ad prædictam ætatem modicam tempus deficiat,
vt puta vnius diei, vel horæ, ſiquidem in his,quæ
certo numero ſint à iure præſcripta, non licet ar-
bitrari ſecundum Sanchez *de matrim.lib.1.diſp.16. num.*4. abſque eo quod obſtant nonnulla adducta
*in Rub.queſt.1.*in verſ.*ad ſecundam*, quatenus ibi
egi de quæſtione, *an detur paruitas materia in ætate ad ordines.*

21 Vnde poſſes dubitare, numquid anni quatuor-
decim, qui hodie ex Trid.*dict cap.6.ſeſſ.23.de re-
form.* exiguntur ad obtinenda beneficia ſimplicia,
& inferiora debeant eſſe completi? vel ſufficiant
atticti? Ad quod dubium reſpondebis, vt ſuffi-
ciant atticti, vt multis probat idem Barboſa, *ibi, & in dict. cap.2. hoc tit.ſub num.*5. Narbona *dicto anno 14. queſt. 54. num.*7. reſoluentes ſic declara-
tum eſſe à ſacra Cardinal. Congreg.Concilij ſub
verbis ſequentibus: *Hoc caput non prohibet, quin ille, qui iam decimum quartum annum ſua ætatis attigit, licèt nondum expleuerit, poſſit beneficiũ in ſimplex obtinere*, Diana *p.3.dicto tract.6. miſcel. dict. reſ.64. in fine*, Zeuallos *in pract.q.523.n.4.& q.593.n.18.* Valaſcus *alleg.*8. Riccius *collect.*860.
verſ. *limita ſecundo.* Leſſius *dicto lib.2. de iuſtit. c.34.dub.20.num.*109.Henriquez *in ſumma lib.*10.
cap 19.§.2. Gonzalez *dicta gloſſa 5. in princip. n.* 94. Armendar. *in addition. ad leges Nauarræ lib.1. tit.20. de ætate num.*5. Galetius *in Margarita caſuum conſcientia*, verb. *beneficium* 4. Tuſ-
chus *tom.3. litt. E,concluſ.*338. *num* 1. & faciunt
nonnulla quæ adduxi ſupra *ſub cap.1. quaſt.1. & Rub.ſub dicta queſt.1. in fine.* Et idem Barboſa *in collect.deciſ.*verb.*beneficium ſimplex*, & *in paſtorali dicta alleg.60.p.3.num.76.*cum aliis ſic tenet addu-
cens ſacram. Congreg. Epiſcopor. & regular. *in Adrien 22. Nouemb.*1604.

22 Ad quartam quæſtionis partem quæ ætás in
Collegiatis Eccleſiis requiratur de iure ad obti-
nendos Canonicatus, & portiones integras, vel
dimidias? igitur Alzedus *de præcellentia Epiſcopi cap.9. num* 34. ex Riccio, & Barboſa, exiſtima-
uit poſſe Epiſcopum conferre Dignitatem, aut
Canonicatum Eccleſiæ collegiatæ habentibus de-
cimum ſeptimum annum. Alij inquam dixerunt
ſufficientiſſimam eſſe ſeptennij ætatem: argum.
textus *in cap.ex eo de elect.lib.6.*vt ſentit Abbas *in cap.preterea num.5.& 6.hoc tit.* Rota *deciſ.1.eo-
dem tit.*Mandoſ.*regul.18.Cancellaria queſt.1.n.3.*
Ludouicus Gomeſius *tract.de gratiis & ſpectatiuis num.*86. & referunt Azor. *inſtit. moral. p.2. lib.6. cap.5.queſt.6.* Rodericus à Cunha *in cap.nullus 1. diſt.60.num.5.* Gonzalez *in reg 8. Cancel.gloſſa 5. n.*94 dicentes ſic de iure procedere.

23 Verùm in hoc puncto exiſtimo ſemper etiam
de iure antiquo, ſicut, & hodie de iure nouiori
per Trid.*ex dict.cap.6.ſeſſ.23. de reformat.* ad Ca-
nonicatus, & portiones integras, aut dimidias
Eccleſiæ collegiatæ ſufficere annos quatuorde-
cim, quia ex noſtro textu, & ſimili modo inclu-
duntur in Canonicatibus, & portionibus cuiuſ-
cumque Eccleſiæ collegiatæ, etiam inſignis, &
præclaræ, tenent Mandoſius *conſ.*20. Zerola *in praxi*, verbo *Canonica* §.9. Henriquez *lib.10. de Sacram.Ordinis cap.*18 §.2. Cuchus *de Republica Eccleſiaſt. cap.24. num.3. verſ.2. & num.6. verſ.5.*
Garcia *de beneficiis p.7. dict. cap. num.*39. videndi
Barboſa *dicta allegat.60.num.7*: cum multis Nar-
bona *anno 14. quaſt.55. ſub num.2.* qui *numero 3.*
ait nihil à Tridentina ſynodo fuiſſe immutatum,
addens Barboſa *ſupra* Concilium id relinquiſſe
in terminis iuris communis: & ſic videtur decla-
ratum à Sacra Concil. Congreg. ſub verbis ſe-
quentibus: *Concilium nihil innouat ſuper ætate promouendorum ad Canonicatus collegiatarum Eccleſiarum*: & pluribus aliis declarationibus †
probat Garcia *ſupra dict.cap.4.p.7.num.*37. Filliu-
cius *de ſtatu Cleric.tr.41. cap.5. num.28. ad Calcem.*

Imò Gonzalez *in dict.regul.8.in princ.num.* 9. 24
quem refert Perez de Lara *in compendio vita hominus cap.29.num.*14.dicit procedere etiam ſi ipſa
collegiata habeat animarum curam, quia talis cu-
ra non pertinet ad ſingulos Canonicos, ſed ad
totum Capitulum; quia tunc debent eſſe anno-
rum viginti quinque, vt probat Barboſa *dict. allegatione 60 num.*71. & faciunt quæ adduxi de
ætate ad Decanatus, & dignitates in Cathedrali-
bus, & collegiatis, *ſupra in cap.1. ſub queſt.*1. vel
ſi dictis Canonibus, aut portionibus ſtatuto, vel
conſuetudine, ſit aliquis ordo ſacer annexus, † 25
nam tunc qui adepturi ſunt, in ea ætate eſſe de-
beant, vt infra annum poſſint ad huiuſmodi re-
quiſitum ordinem promoueri, ex ſentẽtia Triden-
tini Concilij *ſeſſ.22.c.4.*quam amplectuntur Mo-
neta *de diſtribut.p.2.queſt.19.num.*9.Narbona *dict. queſt.55.ſub numero 3. in fine*, † qui *num.* 17.ad- 26
uerſus Zerolam, *in praxi*, verb. *Canonica*, af-
firmat integras quotidianas diſtributiones præ-
dictos Canonicos, & Portionarios recipere, dum
aſſiſtunt in choro; etſi in ea ætate ante ſuſceptum
ordinem Subdiaconatus nequeant vocem in Ca-
pitulo dare *ex dict.cap.4. Trid.ſeſſ.22.* tradit Nar-
bona *à dict.q.55.n.8.& 9.*

Dubitabis an ætas prædicta debeat eſſe imple- 27
tà, vel ſufficiat atticta, & ex iam adductis *ſub verſ. ad tertiam*, verbo *vnde*, poteris dicere ſufficere
annum decimum quartum attictum ex doctrina
Garciæ *de benef.dict.p.7. cap.4. num.*39. ſed Rota
teſte Riccio *collect. deciſ.*2444 verſ. *tertio*, dicit
quod annus inceptus de ætate Canonici non ha-
betur pro completo, † quia etiam *collect.860.& 28
1272.* dicit vt nequeat Epiſcopus diſpenſare; quia
Epiſcopi conſtitutio non tollit Pontificis conſtitu-
tionem circa prædictam ætatem. Videbis apud
Barboſam *in collect.deciſ.*90. & *in Bullario*, verbo
Canonici Cathedralis, & Collegiata Eccleſia, &
in verb.*Portio*, & Portionarij.

Ad quintam quæſtionis partem quid etiam de 29
Portionariis, & dimidiis etiam in Cathedralibus
Eccleſiis, & itidem de Canonicatibus, dico ad vlti-
mum de Canonicatibus præſenſiſſe Aloyſiũ Ric-
cium *in praxi rerum quotid. reſol.120. n.2.*vt nulla
adhibita diſtinctione de iure nouiſſimo Concilij
dict.ſeſſ.23.cap.6. maior quatuordecimo anno Ca-
nonicatum in Eccleſia Cathedrali poſſet obtine-
re, qui reuera deceptus fuit cum ex Trid. *ſeſſ. 24. de reform.*& ibi Barboſa, & ex adductis, *ſupr. in cap.1. ſub q.* 1. maiorem ætatem requirat, ſcilicet
annorum 22. † qui idem de Canonicis *cap.13.n.9.
& ſequent.* ait procedere etiam in Canonicis ſu- 30
pernumerariis, qui in aliquibus Eccleſiis ex priui-
legio

Digitized by Google

legio Apoſtolico participant de diſtributionibus quotidianis, & nullam habent Præbendam, ſed ad primo vacaturam, iuxta eorum prouiſionem admittuntur; quia vt Sancta Congregatio *in vna Venafren. ſub die* 13. *Martij* 1603. reſoluit licèt tépore receptionis, dicti Canonici poſſint admitti in aono decimo quarto; adueniente tameo tempore Præbeodæ, debent eſſe in ætare integra, ſcilicet quæ oeceſſaria eſt ad ordinem ſacrum annexum ipſi Præbendæ. Er ſi nullum ordinem annexum habet, debet eſſe in ætate annorum 22. multis adductis probat Narbon. *anno* 22.*q*.2.*à n*.3. vbi *num*. 6. aït cum Moneta *de conſeruat. cap*. 5. *num*.158. *ad calcem*, & clarius *num*. 159. id accipiendum eſſe in illis Eccleſiis cathedralibus, vbi Tridentina Synodus ſit recepta.

31 Vnde dubium eſt qualiter ante Concil. Trid. prædicta de iure procederent, in quo diuersè loquuntur interpretes: nam quidam authoritate Bonifacij *in dict. cap. ex eo* 32. *de elect. lib*.6. & gloſſa, ibi, verb. *in tua*, & *in cap. ſtatutum*, verbo *Canonici, de reſcriptis lib*.6. tenent ſeptem in annis conſtitutum potuiſſe Canonicatus in Cathedralibus obtinere, Francus *in dict. cap. ſi eo*, Guliermus Maynerius *in l*.2.*verſ. item impuberes num*.9.*&* 12. *ff. de regul. Iuris*, Berdius *conſ*.5.*num*.3.*&* 24.*tom*.1. Mandoſius *in regul*. 18. *Cancell. quæſt*. 1. *de ætate minor. cap*.4.*num*.14. Ojeda, Flaminius, Pariſius, & alij relati à Garcia *de beneſ. dict. cap*.4 *p*.7.*n*.16. Moneta *de conſeruator. cap*.5. *num*. 158. & clarius *num*.159. dicens ſufficere ſeptem annos in partibus vbi Trident. Concil. receptum non eſt ad obtinendum Canonicatus io Cathedralibus, & Riccius *in praxi rerum quotid. reſ*.120.*num*.1. ex Rota in antiquis *hoc titul. deciſion*. 1. ſic reſolutum teſtatur.

32 Sed exiſtimo verius eſſe de iore per textum noſtrum, & alios præreqiuiri decimum quartum aonum completum, vt quis poſſet ad Canonicatú in Cathedrali promoueri ex eo, quod eiuſmodi Canonici ſolent Epiſcopos ſuos conſilio, prudentia, & opera iuuare. Deinde quia eadem ipſa ætas *regul*.18. *Cancel*. exigitur, quam iuri conformem appellat Quintilianos Mandoſius *ibidem quæſt*.2.*num*.1. & in termiois docent Abbas *in cap. ſuper inordinata num*. 4. *de præbendis*, aote eum Archidiaconus *in cap. ſi eo tempore de reſcriptis in* 6. & *in dict. cap. ex eo*, Corraſius *de beneficiis p*.3. *c. p*.3.*num*.2. Mandoſius latiſſimè, *vbi ſupr*. & ſecundùm hanc ſententiam cenſuit Rota *deciſ*. 324. incipit *oppoſita, in nouis*, Staphileus *de litteris gratiæ, ſol*.36. *num*.19. Gomeſius *de gratia ſpect. n*.86. *pag*. 308. Quintanadueñas *Eccleſ. lib*.1. *num*.11. Rebuffus *in praxi cap. de diſpenſ. ſuper defectu ætatis num*. 2. & plurimi, quos recenſet Garcia *dict. cap*.4.*num*.17.

33 Nec obſtant fundamenta contrariæ ſententiæ exigentis annum ſeptimum *ex dict. cap. ex eo de elect. lib*.6. quia in eius ſpecie minorem cum diſpenſatione Canonicatum fuiſſe adeptum credendum eſſe, docent Doctores relati, & Narbona *dicto anno* 22. *quæſt*.2. *ſub num*. 2. & hoc maximè per deciſionem textus noſtri: vbi ita ſcribitur: *Mandamus quatenus nemini intra annum quatuordecimum Conſtituto perſonarum cuiuſlibet Ec-*
34 *cleſiæ concedere præſumatis*. † Sed quænam ætas ad Diacooatum, Subdiaconatum, & Præsbyteratum ſit neceſſaria? dixi iam *ſupr. in Rub*. quam eandem exigant Canonicatus ſecundùm inſtitutionem, ſeu erectionem eorum; etſi nulla aſſignetur hodie, vt iam dixi, ſemper requireretur ætas annorum viginti duo, Garcia cum multis *dict. c*.4. *num*. 22. Leſſius, & alij relati à Filliucio *de ſtatu Cleric. tr*.41.*cap*.5.*num*.28. à Cunha *in dict. cap. nemo* 78.*diſt*. qui alios recenſet, & Narbona *dict. quæſt*. 2. *num*.3. *&* 5. Barboſa *de iure Eccleſiaſt. cap*.21.*num*.53. idem *in Paſtor. dict. alleg*.60. cum infinitis *num*. 70. *&* 71. vbi de Canonicatibus in collegiatis.

Notandum verò eſt prædictam reſolutionem 35
taliter procedere, vt licèt Canonicatus in cathedrali, habeat annexam Parochialem Eccleſiam, nihilominus poſſit ab eo obtineri, qui ætatem ſolummodo ad ordinem Canooicatui iniunctam ſuſcipiendum expleuerit; licèt vigeſimum quiotum annum, qui regulariter ad Parochialem deſideratur, non expleuerit; quia vt declarauit declaratio Eminentiſſ. Cardinal. hoc in caſu attendendus eſt ordo quem requirit ipſa dignitas, vel Canonicatus ex ſua natura; non autè ætas, quam requireret Parochialis dicto Canonicatui, adiuncta, vt pluribus comprobat Riccius *in praxi, deciſ*.735. *à num*.2. & Narbona *ſupr. dict. quæſt*.2. *anno* 22. *num*.4. vbi ait iuxta ſeotentiam hanc intelligi debere Anaſtaſium Germonium, dum inquit, *de indultis Cardinal*. §. *quibuſvis num*.3. Canonicatum Parochialem annexam habentem ante vigeſimum quintum annum inceptum obtineri non poſſe: & confirmatur ex iam adductis de Canonicatu in collegiata habeote Parochialem. Sed in terminis noſtris Gratian. *d ſcept. forenſium cap*.591. *à num*.5. ait annos prædictos ſufficere ingreſſos, nec requiri completos, refert Barboſa *dict. alleg*.60. *ſub num*.70. *circa fin*.
† Et addit Narbona *dict. quæſt*.2. *à num*.9. adeo 36
dictam ætatem 22. annorum requiri, vt ſine Apoſtolica diſpenſatione minores ea ætate ad Canonicatus in Cathedralibus nó admittantur, nec ſolere Papam diſpenſare, niſi cum habentibus anoos duos minus; & hoc ad adeptionem poſſeſſionis; non vt habeat diſpenſatus ſuffragium in Capitulo aut Iudex delegatus fieri poſſit: alia tradit ex Moneta, & aliis *in tr. de diſtribut*. 2. *p. dict. quæſt*. 19. *num*.23. Maiolo, Rebuffo, & ex deciſ. Rotæ apud Seraphinum 1138.

Ad ſextam quæſtionis partem de ætate ad ob- 37
tinendam penſionem multi dixerunt ſufficere ætatem annorum ſeptem, vt refert Narbooa *anno* 14. *num*.3. *&* 7. & ſic de iure videtur amplecti à Gratiano *diſput. forenſ. c*.387.*num*.17. cum non ſit penſio beneficium Eccleſiaſticum. Et coofirmatur, quia vt dixit Gigas *de penſionib. qu*. 13. *ad finem*, Selua *de benef*.3.*p.qu*.5.*num*.27. Pariſius *de reſign. beneficior. lib*.8.*cap*.2. minori ſeptennio, niſi præcedente diſpenſatione, penſionem reſeruari non poſſe; itaque pluries declaratum fuiſſe, multis relatis refert Garcia *de beneſ*.1.*p.cap*.5.*num*.127. Sed quia ſecundùm quæ latè dico infra *in Rubr. & tit.* vt Eccleſiaſtica beneficia ſine diminutione conferantur, vbi plura de penſionibus, quæ dicantur Eccleſiaſticæ, quæ verò temporales.

Ideò nunc exiſtimo dicendum ſententiam re- 38
latam poſſe obtineri in temporalibus abſque dubio, non æquè quoties aliqua penſio Eccleſiaſtica alicui aſſignatur; eo quod hæc præſtetur beneficij loco, cum beneficio æquiparetur, iuxta textum *in cap. quamvis de præb. lib*.6. Creſcent. *deciſ*.14. *de ſent. & re iud*. Riccius *in praxi var. reſolut*. 445. cum dependeat ex fructibus beneficij, Redoanus *de ſpoliis Cler*. §. *ex his num*.6. Flores, *var. c*.21. *numer*.199. Garcia cum multis *dict. c*.5. *n*.19. *&* 21.

cum

cum aliis multis Narbona *anno* 14. *à n.*8. ſic colli-
gentes ex mente Concilij Trideot. *dict. c* 6. *ſeſſ.*23.
de reform. non enim penſio hæc poſſideri poteſt
abſque ordine Clericali, Redoanus *ſupra à num.*
Garcia *cap.*2.*num.*10. Zeuallos *de cognit. per viam*
*viol. p.*2.*quaſt.*62.*num.*12. & multis fundamentis ſic
tenet Narbona, *vbi ſuprà*, Garcia *dict. p.*1.*cap.*5.
*num.*129. Nauarrus *conſ.*11.*num.*2.*de tempor. ordin.*
39 Pariſius *de reſign. benef. lib.*6. *quaſt.*2. *num.*83. †
Cenſuitque Rota apud Paulum Æmilium 2.*p. de-
ciſ.*218. penſionem reſeruatam Clerico infanti, abſ-
que diſpenſatione, eſſe nullam propter ſubreptio-
nem, vt docet Botiellus *in ſumm. deciſion. tom.* 3.
40 *num.*66. † Et rurſus *deciſ.*11.*p.*3. decreuit infan-
tem, niſi de conſenſu Ordinarij, non poſſe ad con-
ſentiendum penſioni, Procuratorem conſtituere.
Videbis Stephanum Garciam *tom.*3.*cap.*293.*n.*17.
Barboſam *in paſtorali dicta allegatione* 60. *nu-
mero* 79.

41 Et quod hæc ætas ſufficiat atticta, ſicut ſupra
dixi in beneficiis ſimplicibus, & inferioribus, ſatis
ſuadetur, vt docet Gratianus *deciſ.*32. Thom. Vall.
*tom.*1.*alleg.*8. Riccius *collect. deciſ.*800. verſ. *limita,*
2. Zeuallos *in pract. quaſt.*523.*num.*4. *&* *quaſt.* 93.
*num.*8 Leſſius *de Iuſt. dict. lib.*2. *cap.*34. *dubio* 20.
*num.*109. Henriquez *in ſumm. lib.*10. *cap.*10. §.2. &
alij communiter.

42 Ad vltimam quæſtionis partem de ætate mino-
ri, facilè in propoſito ex dictis reſpondebitur. Igi-
tur etſi paruuli vocentur ſecundùm aliquos mino-
res annorum 25. argum. textus *in l.*2.*cod. de fundis
patrimonialibus lib.*11. vt docent Lara *in compendio
vita homin. c.*22.*num.*2. Petrus Broſeus *in Theſauro
iuris*, verbo *Paruuli*, cuius generalitate, & alij po-
tuerunt dicere, paruulos propriè dici, adhuc in
vtero geſtantes, iuxta illud Geneſis *c.*25. verſ. 22.
loquens de Rebecca, ibi: *Sed collidebantur in vte-
ro eius paruuli*, vel ſæpius denotare adhuc lactan-
tes, & ex aliis ſcripturæ locis patet 1. *Reg. cap* 15.
*verſ.*3. dum Dominus loquens de Amalec percuſ-
ſione ſic loquitur: *Non parcas ei, & non concupiſ-
cas ex rebus ipſius aliquid, ſed interfice à viro, vſ-
que ad mulierem, & paruulum, atque lactantem,*
& ex alio Hieremiæ *cap* 44. *verſ.*7. item frequenter
ſumi pro vagientibus, vt Exodi *verſ.*6. ibi: *Et
allatum aperiens, cernenſque in ea paruulum va-
gientem*: & comprobari videtur ex verbis textus *in
cap. paruuli* 74. ibi: *Paruuli alio profitente baptizan-
tur, quia adhuc loqui, vel credere neſciunt*, vt in-
nuit textus *in cap. paruuli* 138. *cap. cum pro* 77. *de
conſecr. diſt.* 4. ibi: *Quia reſpondere non poſſunt.*
Item pro iam loquentibus, vt denotat Apoſtol. 1.
ad Chorint. 13. *verſ.* 11. ibi: *Cum eſſem paruulus
loquebar, vt paruulus*, & Hirenot. *c* 4. *verſ.*4. ibi:
Paruuli petierunt panem: Accurſius enim *in l. ſan-
cimus* 3. *eodem verbo cod. de infant. expoſitis*, de-
fendit paruulum eſſe maiorem anni decimi-
quarti.

43 Sed reuera hanc dubiam quæſtionem, ſatis de-
ciſam videre poſſumus ab Alex. III *hic* in textu
noſtro, ibi: *Nolentes itaque ſuſtinere, vt paruulis
Eccleſia nomen committatur, mandamus, quatenus
intra annum decimum quartum conſtituto, perſona-
tum cuiuſlibet Eccleſia concedere praſumatis*: qui-
bus euidenter apparet paruuli ſignificationem,
comprehendere omnes ætates hominis, vſque ad
44 pubertatem. † Et ſic dixit textus *in l.*1. §. *itaque
cod. de tutor. & curat. illuſtri*, paruulum pro pu-
pillo cuiuſcumque ætatis vſurpari ad diſcrimen
adulti, vt optimè docent Albericus *in dictionario*
verb. *paruuli*, & Narbona *anno* 14. *quaſt.*2. *ſub n.*3.
& facit textus *in l. ſi tutoris cod. de adminiſtr. tutor.*
† Quare non obſtant Accurſius *ſupr.* & dictum 45
*ex dict. l.*2 *cod. de fund. patrim.* cum ibi Conſtanti-
nus paruulos pro quibuſcumque minoribus con-
ſtituat, † ita erit differentia inter minorem æta- 46
te, & paruulum in ætate; quia iſte ſic dicitur vſ-
que ad annum decimum quartum, minor verò ab
infantili ætate, vſque ad annos viginti quinque vt
omnes autumant; imò Albericus *ſuprà*, verbo
paruulus in gloſſa, exiſtimauit fœminas paruulas
dici, vſque ad annum duodecimum.

QVÆSTIO II.

*Perſonatus nomen, an differat à Digni-
tate, & Officio? Et in qua ætate
Canonici in Cathedralibus debeant
eligi? Et an ad receptionem Cano-
nici Doctoralis, Magiſtralis, ſeu
Scripturarij, exigatur alia determi-
natà ætas, quàm requiritur in cæte-
ris Ordinariis Cathedralium Canoni-
cis. Et quare ætas annorum quadra-
ginta exigatur in eligendo Canonico
Pœnitentiario?*

SVMMARIVM.

1 *Perſonatus nomen videtur eſſe genericum be-
neficiorum. Quid propriè*, n. 2.
2 *Perſonatus in Eccleſia eſt quædam prærogatiua
poſt exiſtentes in Dignitate, qui eſt ſine offi-
cio, & iuriſdictione*, n 3.
4 *Perſonatus quandoque eſt nomen competens Di-
gnitati, nonnunquam officio ſimplici.*
5 *Perſonatus habuit originem ab Angelis, qui vo-
cant perſonas eos, quos curatos, vel Rectores
Parochialium vocamus.*
6 *Perſonatus dicitur ob honorificentiam, in qua
ponuntur perſona.*
7 *Dignitas in Eccleſia Cathedrali, & Collegiata,
ſunt Archidiaconus, & alij*, numero 9.
& 12.
8 *Archipraſbyter qualiter dicatur Dignitas in
Cathedrali, vel Collegiata.*
10 *Dignitas probatur talis ex expreſſione facta in
collationibus, Apoſtolica aut ordinaria po-
teſtate factis, & ex declaratione facta per
Capitulum, & ex aliis.*
11 *Dignitas dicitur, vbi eſt iuriſdictio, & ius ſe-
dendi ante alios.*
12 *Dignitates in Eccleſia Cathedrali introducta
ſunt nonnulla ex conſuetudine. Et quæ
ſint?*
13 *Canonicatus largo modo vocatur Dignitas in
Cathedrali.*
14 *Ætas ad Dignitates Eccleſiarum; ſi habent
animarum curam, eſt annorum* 25. *atticta.*
15 *Ætas annorum* 25. *ad Dignitatem principa-
lem in Eccleſia collegiata, ſi principaliter
vnita ſit ei Parochialis.*
16 *Dignitates, & Perſonatus in Cathedralibus,
& collegiatis, quam ætatem requirant?*
17 *Dignitas, officium, & Perſonatus in Eccleſia
diſtinguuntur & qualiter*, n. 18.

18 *Dignitas*

18 *Dignitas ideo dicitur quia habet adminiſtrationem, & iuriſdictionem in foro exteriori.*

19 *Officium ſimplex cum perpetua rerum adminiſtratione, quandoque conſuetudine vocatur Dignitas.*

20 *Officium ſimplex eſt diuerſum in Eccleſia à Dignitate, & Perſonatu, & non eſt Dignitas, etſi habeat aliquam adminiſtrationem. Et in quibus exemplificetur*, num. 21. & 22.

21 *Sacriſta eſt officium in Eccleſia.*

22 *Syndici, Aduocati, Procuratores, Caſtaldi, Æconomus, & Vice-Dominus, ſunt officia oneris in Eccleſia ſine honore.*

23 *Cuſtos, punctuarij in Choro, ſunt officia Eccleſiæ.*

24 *Officium, cui eſt annexa Dignitas dicitur habere Dignitatem, & continetur ſub nomine illius, quando cum eo concurrunt Dignitatis ſigna.*

25 *Officium largo modo dicitur habere, qui habet aliquod onus, vel curam, ſeu adminiſtrationem, aut cuſtodiam.*

26 *Primiceriatus, plebania, Decanatus, Prioratus, Cantoria, theſauraria, officia ſunt in Eccleſia.*

27 *Vicarius Epiſcopi, non propterea dicitur habere Dignitatem.*

28 *Dignitas Eccleſiæ nulli conferatur, niſi conſtituto in ætate recipiendi ordines ad eam requiſitos.*

29 *Epiſcopus de iure poterat diſpenſare, vt quis poſſet obtinere Dignitates, & Perſonatus ſine Cura in anno 22.*

30 *Profeſſio fidei intra duos menſes à die adeptæ poſſeſſionis Canonicatus, vel Dignitatis, debet fieri in manibus Capituli, & Vicarij.*

31 *Prouiſio Canonicatuum vulgò* de officio *pertinet per concurſum ad Capitulum, & Epiſcopum.*

32 *Doctoralis, & Magiſtralis Canonicatus, etiam Lectoralis, & Pœnitentiarij officium quale ſit in Cathedralibus*, numero 33. & 34.

34 *Pœnitentiaria Canonicatus, olim Romæ prouidebatur, hodie per concurſum, cum quæ differentia à cæteris Magiſtralibus*, num. 35.

36 *Ætas ad Canonicatus Doctorales, & Magiſtrales, eſt ea; quæ requiritur ad cæteros Canonicatus in Cathedralibus.*

37 *Pœnitentiaria Canonicatus ætas, eſt aſſignata per Tridènt. annorum 40. Et quare ſic, cum ad Epiſcopatum ſufficiant anni 30. & ad Parochum 25.* n. 38. & 39.

40 *Anni 40. de iure requiruntur completi ad obtinendam pœnitentiariam. Et quid ſoleant Eccleſiæ in edicto manifeſtare. Et de caſu Eccleſiæ Toletanæ.*

1 CVm ergo textus noſter de Perſonatu loquatur, ſcire oportet quale nomen ſit beneficij, vel an ſit nomen genericum complectens ſub ſe nomina beneficiorum, aut officiorum diſtincta; & quod Perſonatus ſit nomen generis videtur probari ex textu noſtro; quia dum loquitur, vt regimen Eccleſiarum non detur minoribus annorum quatuordecim, pergit in verſicul. *Mandamus, quatenus nemini intra annum decimum quartum conſtituto perſonatum cuiuſlibet Eccleſiæ concedere præſumatis*: quæ verba genericam prohibitionem conſtituunt, vt patet ex adductis ſupra *tota quæſtione* 1. vbi nec beneficia ſimplicia, minora, penſiones, portiones, aut Canonicatus in Collegiali Eccleſia, ſiue Cathedrali dari, illa ætate minoribus non præſtat. Ergo.

Sed vtcumque ſit, dico, Perſonatum in Ec- 2
cleſia eſſe prærogatiuam quandam poſt exiſtentes
in Dignitate, ſicuti habere locum honorabiliorem
in Choro, & primum locum in Proceſſionibus,
& Capitulis, & huiuſmodi ſunt ſupra cæteros
ſui ordinis, eiuſdem Collegij, vel Capituli,
ſed minus quàm illi, qui ſunt in Dignitate con-
ſtituti. † Eſt tamen ſine officio, vel Iuriſdictio- 3
ne. † Etſi quandoque ſit etiam nomen compe- 4
tens Dignitati, & nonnunquam officio ſimplici,
videbis Archidiaconum *in cap.* 1. *numero* 2. *de
conſuetudine, lib.* 6. Ioan. Andream *numero* 5.
Gemin. *numero* 8. Monetam *de conſeruat. cap.* 5.
numero 85. multis adductis Barboſam *de Iure Eccleſiaſt. lib.* 1. *cap.* 21. *numero* 25. † & Patianum 5
de probat. lib. 2. *cap.* 27. *ſub numero* 23. & 26.
vbi cum Ioanne Andrea *in cap. de multa de præb.
ſub numero* 13. verſic. *hinc autem decebat*, & cum
Ancharano *in clementina* 1. *in principio de præb.*
dicentem Perſonatus habuiſſe originem ab Angelis,
qui vocant perſonas eos, quos nos Curatos,
vel Rectores Parochialium vocamus, quos
clarum eſt in nulla Dignitate eſſe conſtitutos ex
ſenteotia prædictorum. † Et Barboſa *numero* 17. 6
ſuprà in fine, ait, dici ſecundùm alios perſonatum
ob honorificentiam, in qua ponuntur perſonæ,
quæ illud beneficium habent.

Vnde cùm de Iure Dignitas in Eccleſia ſonet 7
illa, quam habent Archidiaconus, & Archipræsbyter,
de quibus ſuis locis *infrà*, Patianus
ſupra dicto cap. 27. *numero* 66. & 48. Tuſchus *in
praxi tom.* 1. *littera A, concluſione* 685. *numero* 3.
Moneta *de conſeruatoribus dict. cap.* 5. *numero* 88.
& 89. quod intelligit cum aliis Barboſa de Archidiacooo,
& Archipræsbytero, etiam Collegiatæ.
† Imò etiam de Archipræsbytero, ſi Col- 8
legium habeat Conuentum, vel duas Capellas,
vel ſaltem prærogatiuam in Cathedrali, aut præeminentiam
in Collegiata, aliàs ſecus, Federicus
de Senis *conſ.* 80. *numero* 2. & *conſ.* 86. *numero* 1.
Tuſchus *dicta concluſione* 685. *numero* 6. & 12.
Francos *in cap.* 1. *ne Clerici, vel Monachi lib.* 6.
numero 4. Baldus *conſ.* 1. *in fine, lib.* 1. Caſtrenſis
conſ. 66. *numero* 4. *lib.* 1. † Et idem Barboſa vi- 9
dendus *dict. cap.* 21. *de Iure Eccleſiaſt. à numero* 6.
addit cum multis *à numero* 12. alia eſſe in Eccleſiis
Dignitatum nomina ſecundùm conſuetudinem
locorum inſtitutorum, iuxta textum *in cap.
cum olim* 6. *de conſuetudine, lib.* 6. Patianus *dict.* 10
cap. 27. *numero* 19. & 18. refert deciſum Dignitatem
probari eſſe talem ex eius expreſſione facta
in collationibus Apoſtolica, aut ordinaria authoritate
factis, & ex declaratione facta per Capitulum,
& ex pluribus actibus, & functionibus Capitularibus,
& ex communi reputatione in Eccleſia pro tali.

Quare Boëtius optimè *deciſ.* 286. *numero* 2. 11
Franciſcus Aretinus *conſ.* 13. *numero* 1. Cauallerius
deciſ. 649. *numero* 7. dixerunt quod Dignitas dici-

tur, vbi eſt Iuriſdictio; imò & Barboſa cum mul-
tis *à numero 11. dict. cap. 21.* probat Dignitates,
quæ de iure tales ex nomine præſumuntur, tri-
bus modis poſſe cognoſci. Primo, quia quis dici-
tur habere beneficium cum Dignitate, quando
quis habet adminiſtrationem rerum Eccleſia-
ſticarum cum iuriſdictione. Secundò vt ha-
beat dignitatem qui habet nomen dignitatis, &
prærogatiuas ſedendi ante alios, tam in choro,
quàm in Capitulo, licèt non habeat iuriſdictio-
nem, vt notat Rota apud Tamburin. *de iure Ab-*
bat. deciſ. 5. n. 9.

12 Ob idque bene diximus ſupra *in cap. 1. quæſt. 1.*
hoc tit. Decanos, Præpoſitos, Abbates, & Priores
in Eccleſiis Cathedralibus eſſe dignitates, quas
conſuetudo inſtituit, imò & alias vt ſunt Cantor,
Magiſter ſcholæ, ſeu Scholaſticus, Primicerius,
Theſaurarius, & alij ſimiles: ſic Barboſa *ſupra*
13 *num. 19.* † Vbi ait quod & Canonicus largo mo-
do inter Eccleſiaſticas dignitates numeratur, &
horum nominum officia ſunt in Eccleſia, vt patet
ex nonnullis titulis *infra, hoc libro,* & narrat cum
multis idem Barboſa *à n. 32.*

14 Itaque dicendum eſt quod dignitates huiuſmo-
di, ſeu earum aliquæ ſecundùm inſtitutionem
Eccleſiarum, habeant curam animarum; ad quas,
vt iam dixi *ſub quæſt. 1. & in dict. cap. 1. ſub d. q. 1.*
nullus eſt promouendus, niſi ſaltim ſuæ ætatis
annum vigeſimum quintum attigerit, & in Cle-
ricali ordine verſatus doctrinà ad ſuum munus
exequendum neceſſaria, ac morum integritate
commendetur, vt colligitur *ex cap. cum in cunctis*
de elect. cap. licèt Canon. eodem lib. 6. & ex Trid.
ſeſſ. 24. de reform. cap. 12. Barboſa cum multis *in pa-*
ſtor. alleg. 60. num. 65. & in dict. cap. cum in cunctis
§. inferiora num. 30. & Narbona cum multis *an-*
no 25. quæſt. 56. num. 2. dicit vt procedat hæc reſo-
15 lutio, quamvis cura iuriſdictionalis ſit, † & Nico-
laus Garcia *de benef. p. 7. c. 4. num. 65.* ait, ad digni-
tatem principalem in collegiata requiri ætatem
annorum 25. inceptorum, cum regulariter habeat
curam animarum in foro interiori, vel exteriori, vt
iam dixi *ſub dict. cap. 1. dict. quæſt. 1.* & ſub noſtro
textu *dict. quæſt. 1.* quod intelligunt Galetius *in*
Margarita caſuum conſcientia, verbo *Parochus*
6. & Campanil. *in diuerſ. Iuris Canon. Rub. 7. cap. 6.*
num. 21. Filliucius *de ſtatu Cler. tract. 14. cap. 5. n. 30.*
& 51. Narbona *anno 22. quæſt. 3. num. 12. & dicta*
quæſt. 56. num. 3. Barboſa *de Iure Eccleſiaſt. cap. 21.*
num. 49. ſi principaliter, non verò ſi acceſſoriè vni-
ta ſit dignitati Parochialis.

16 Sed ad cæteras dignitates, vel perſonatus, qui-
bus animarum cura nulla ſubeſt Clericos alioquin
idoneos, & 22. annos non minores eſſe aſciſcendos,
ſtatuit Trid. *dict. cap. 12. verſ. ad cæteras*, vt omnes
docent, ibi cum infinitis Barboſa *dict. cap. 21. n. 50.*
dicit debere eſſe completos, alios Doctores refe-
rendo, qui dicunt ſufficere inceptos: & *num. 51.*
ſine difficultate procedere in Eccleſiis Cathedra-
libus, in Collegiatis, ſeu aliis inferioribus Eccleſiis,
remanere in diſpoſitione iuris communis; etſi Gar-
cia *dict. cap. 4. p. 7. num. 59. & 62. cum ſequentibus*,
exiſtimet eoſdem annos 22. requiri ad Dignitates
in Collegiatis. Verùm cum iam de his latè lo-
quutus ſim *in dicto cap. 1, ſub quæſtione 1.* &
ſupra *hoc titulo, quæſtione 1.* ideò amplius non
exorno.

17 His ſic præhabitis iam ad difficultatem propo-
ſitam *in principio*, reſpondeo diſtingui, & differri
inter ſe, Dignitatem, Officium, & perſonatum.
† Quia Dignitas annexum habet officium, vel 18
rerum Eccleſiaſticarum adminiſtrationem cum
iuriſdictione etiam in modicis cauſis, Ojeda *de*
incompatibilit. beneficiorum p. 1. cap. 7. num. 1. Sbro-
cius *de Vicario Epiſcopi lib. 2. quæſt. 27. num. 15.* Mo-
neta *de conſeruatorib. dict. cap. 5. num. 84.* & Barbo-
ſa *dict. cap. 21. de Iure Eccleſ. p. 1. à num. 20. & 22.*
dixit quod habere Dignitatem, eſt habere iuriſ-
dictionem in foro exteriori, quam olim omnes
habebant; etſi hodie aliqui, & non omnes ſecun-
dùm conſuetudinem aliquarum Eccleſiarum ali-
quam habeant, intelligens cum multis procedere
in Eccleſiaſtica iuriſdictione in foro exteriori, &
de ea, quæ eſt perpetua; id eſt annexa perſonæ,
ratione Dignitatis, vel beneficij, quod quis in ti-
tulum perpetuò obtinet, Moneta *dict. cap. 5. n. 41.*
Patianus *de prob. dict. cap. 27. num. 8.* † Et addit 19
Barboſa *num. 14.* quandoque officium ſimplex
cum perpetua rerum adminiſtratione vocari Dig-
nitatem ſecundùm conſuetudinem Eccleſiarum,
quamvis de iure communi Dignitas non vocetur,
vt Theſauraria, Scholaſtria, Cantoria, & aliæ ſi-
miles, quæ potius officia ſunt.

Nunc verò cum ſciueris quid Dignitas, quid 20
Perſonatus ſit, ſcies Officium etiam ſimplex eſſe
in Eccleſia diuerſum à Dignitate, & Perſonatu,
colligunt Doctores *ex cap. quia ſæpè, & cap. fin.*
de præbend. lib 6. Imola *in cap. de multa de præb.*
num. 40 verſ. Officium verò, Patianus *de prob. dict.*
lib. 2. cap. 27. num. 27. Moneta *de conſeruatorib. dict.*
cap. 5. num. 86. inferentes officium non eſſe Digni-
tatem, etiam ſi haberet quis ratione officij admi-
niſtrationem aliquarum rerum, ſine tamen aliqua
prærogatiua in choro, & in Capitulo, vltra alios
ſui ordinis. † Vt eſt Sacriſta, vel quando Offi- 21
cium habet onus annexum ſine honore, & ſine
prærogatiua honoris. † Vt ſunt Syndici, Aduo- 22
cati, Procuratores, Caſtaldi Æconomus, & Vice-
Dominus; & addit Patianus procedere etiam ſi
tale officium eſſet perpetuum. † Et etiam Cuſtos, 23
Sacriſta, vel alius qui de conſuetudine haberet
dandi diſtributiones præſentibus, & eas ſubtrahen-
di abſentibus, & non interuenientibus Officiis
Diuinis, vt ſunt Punctuarij in choro, quia hæc
eſſet potius ſimplex ſubtractio, quàm præeminen-
tia, vel poteſtas ſuſpendendi, † ait tamen *num. 30.* 24
& cum aliis Barboſa *dicto cap. 21. num. 30.* quod ſi
Officio eſſet annexa Dignitas, diceretur habere
Dignitatem, *ex l. honor. in princ. ff. de munerib. &*
honor. idemque eſſe quando in officio concurrunt
ea ſigna, quibus Eccleſiaſtica Dignitas decernitur:
nam tunc ſtricta appellatione Dignitatis certum
eſt officium contineri ipſum, ſicut & ipſe perſo-
natus continetur; quia & iura quandoque officium
appellant Dignitatem, vel Perſonatum, vt poſt
alios concludit Geminianus *in dict. cap. 1. de con-*
ſuet. lib. 6. num. 8. verſ. ex his deciditur de officio, † 25
quem refert Patian *dict. cap. 27. num. 34* vbi *n. 37.*
ſubdit, quod omnis, qui habet aliquod onus, vel
curam, ſeu adminiſtrationem, aut cuſtodiam,
largo modo dicatur habere officium. † Vnde 26
multis comprobat Barboſa *dict. cap. 22. à num. 32.*
Præpoſituram, Primiceriatum, plebaniam Prio-
ratus, & Decanatum acceptum pro ſimplici be-
neficio, Cantoriam, Theſaurariam, & alias de
iure præter Archidiaconatum, & Archipræsbyte-
ratum, vt iam *ſupra* dixi, eſſe tantū officia, & non
dignitates. † Imò idem Barboſa *d. c. 22. n. 33.* quòd 27

Vicarius

Vicarius Epiſcopi, qui habet Iuriſdictionem, non habeat propterea Dignitatem, vt infra videtur *in titulo de officio Vicarij*; tamen de præfatis officiis in Cathedralibus conſuetudine receptum eſt, vt dixi, eſſe Dignitates.

28 Pro complemento notabis primò vt nullus ad Dignitatem Eccleſiaſticam ſit recipiendus, niſi qui eo ordine ſit inſignitus ſacro, quem Dignitas illa requirit, aut ſic initiatus, aut in tali ætate, vt infra tempus à iure ſtatutum valeat initiari, iuxta Trid. *in c.4. ſeſſ.23.* verſ. *nec alij.* Moneta *de diſtribut. quotidian. quæſt.* 19. *à num.* 9. Seraphin. *deciſione* 318. *num.* 5. Etenim in omnibus Cathedralibus Eccleſiis, debent Dignitates, aut Præbendæ habere ordinem annexum Præsbyterij Diaconatus, aut Subdiaconatus, vt habetur in Trid. *dict. ſeſſ.24. c.12.* de quo latè idem Barboſa *ibi*, & de Canonicis *c.26. per totum.*

Secundò notabis, vt quamvis olim attenta
29 diſpoſitione textus *in cap. vnico, huius tituli lib.6.* poſſet Epiſcopus diſpenſare, vt qui vigeſimum ſecundum annum compleuerit, ſi aliud non obſtet, Canonicum queat obtinere Dignitates, & perſonatus, quibus cura non imminet animarum: tamen cum ætas illa 22. annorum ſit determinata à Trid. Concilio *in dict. cap.12. ſeſſ.24.* iam ſuper illa non poſſe Epiſcopum diſpenſare, docent Didacus Narbona *dicto anno 22. ſub num.* 12. Nicolaus Garcia *part.7. dict. cap.4. num.*71. Sigiſmundus à Bononia *de electione dub.62. num.9.* Riccius *in deciſ. Curiæ Archiepiſcop. Neap. deciſ.309. p.4. num.* 9. Barboſa *de Iure Eccleſiaſt. dicto cap.* 21.
30 *num.* 52. † qui *à num.* 54. ſcribit quod prouiſi de Dignitatibus & Canonicatibus in Eccleſiis Cathedralibus, tenentur à die adeptæ poſſeſſionis, ſaltim intra duos menſes fidei publicam profeſſionem emittere orthodox. in manibus ipſius Epiſcopi, vel eius Generalis Vicarij, & ſpondere ſe permanſuros in obedientia Romanæ Eccleſiæ; imò & iurare debeant, idque etiam fieri in Capitulo, vt decreuit Trid. *in dicto cap.12* de quo latiſſimè dixi *infra ſub c.4. & 5. de iureiur.* & ibi *quæſt. fin.* vbi leges.

Ad tertiam quæſtionis partem de receptione
31 Canonici Doctoralis, Magiſtralis, & Scripturarij, prouiſio ergo harum præbendarum nemini dubium eſt, vt pertineat ad Epiſcopum, & Capitulum Eccleſiæ Cathedralis cuiuſlibet, vbi ſunt erectæ abſque vlla reſeruatione Pontificia, de quo, & de earum officio ſingulari non diſputo.
32 † Sed breuiter dico, vt Doctoralis Canonici officij, ſit præcipuum munus, lites, & iurgia reparare, dirigere, atque defendere. Canonici Magiſtralis ſit ſuum munus prædicare; & iſtæ duæ Præbendæ fuerunt in qualibet Eccleſia ex aliis communibus ſic mutatæ, & erectæ, vt latiſſimè alloquitur Nicolaus Garcia *part.5. de beneficiis c.4.* vbi agit de erectione, & prouiſione harum per Bullam Sixti IV. & ſchedulam motus proprij Leonis X. ac litteris ſuper eo expeditis, quas ponit ad litteram, quod eſt commune. † Canonici lecto-
33 ralis officij, qui vocatur de ſcriptura, eſt, vt legat ſtudentibus in aliquo Gimnaſio Eccleſiæ, cuius creatio, & erectio fuit facta per Trident. Concilium, de quo idem Garcia latè *ſupra dicto §.1. à num.*153. & multi poſt eum; & licèt antiquitùs dubium eſſet, an aliquando remaneret in prouiſione Pontificis, Litteris, & Bullis expeditis. Sed iam hodie in praxi habetur prouideri ab Epiſcopo, & Capitulo publico concurſu, ſicut Ca-
nonicatus Doctoralis, & Magiſtralis. † Item etiam 34
Pœnitentiarij Canonici officium eſt confeſſiones audire volentium illi confiteri Sacramentaliter: & huius Canonicatus prouiſio, licèt à tempore ſuæ creationis, quæ fuit facta in Trid. Concilio, fieret à Papa, vti hodie video Salmanticæ Canonicum Doct. D. Melchiorem de Albiſtu Pœnitentiarium in illa Eccleſia Romæ prouiſum. Tamen iam hodie hæc præbenda prouidetur ab Epiſcopo, & Capitulo in publico concurſu, ſicut & cæteræ iam dictæ.

Cum ea tamen differentia quod ſi prouiſio hu- 35
ius contingat fieri in menſe Papæ reſeruato, teneatur prouiſus, vt admittatur ad poſſeſſionem, & fructuum perceptionem, Litteras, & Bullam expedire, cumque tunc admittetur ad poſſeſſionem, ſicut cæteri alij Canonici ordinarij, qui cum Bullis veniunt de Roma prouiſi; cumque de earum præbendarum, & beneficiorum prouiſione per concurſum, & obligatione alibi *ſub tit. de conceſſ. Præbendæ*, loquar latè; ideò nunc tantùm agam de ætate prærequiſita ad prædictos Canonicatus.

Etenim quoad Canonicatus Doctoralis, Ma- 36
giſtralis, & Lectoralis exiſtimo dicendum nihil differre ab aliis Canonicis, & Dignitatibus, de quibus iam dixi in hoc textu *ſub quæſt.* 5. in verſ. *ad quintam*, aliqua in principio huius quæſtionis, & nonnulla etiam *in cap.1. hoc tit. ſub quæſt.* 1. Quare ſicut ibi dixi de cæteris Cannnicis, & Dignitatibus, vt requirant ad minus ætatem annorum 22. vel quod eam habeant quam quælibet ex ſua inſtitutione ordinem ſacrum habet annexum; vt ſi ſit Præsbyteralis, habeat inceptos annos 25. ſi autem Diaconalis annos 23. ſi Subdiaconalis annos 22. vt ibi dixi, & patet; quia cum nullibi ad prouiſionem prædictarum Præbendarum ætas alia decreta ſit, euenit vt ſic eligendi ſint in ea, quam debent habere cæteri alij Canonici, iuxta determinationem Concilij Trid. *in dict. cap.12. ſeſſ.24 de reform.* & ſic ſolet in Eccleſiis practicari, cum in ea ætate poſſit habilitas ſcientiæ, & morum haberi in ſic eligendis, vt ſæpè videmus literatos, & Prædicatores, & publicè legentes in ſcholis; imò Epiſcopo, & Capitulo electoribus præuio publico examine inter coppoſitores concurrentes ſatis apparet, de literatura, ac prudentia cuiuſlibet prætenſoris, & maximè electi tunc Canonici.

Specialiter autem in prouiſione, & electione 37
Canonici Pœnitentiarij fuit à Trid. Concilio determinata ætas annorum quadraginta *in cap.8. ſeſſione 24. de reform.* de cuius intellectu communiter ſcribentes, ibi Gutierez *Canon. lib.1. c.26. n.40.* Garcia *de benefic. part.7. cap.4. num.*32. & latè *dicta part.5. cap.4. §.1.* idem Barboſa *de Canonicis, c.26. num.*10. Vaſquez *de beneficiis, cap 3. §.2. dub.* 3. *numero* 23. Fillibcius *de ſtatu Clericor. dict. tract.*41. *cap.5. num.* 25. Beda *de incompatibilitate benefic.* 1. *parte, cap.24. numero* 18 & alij communiter; & licèt dubitetur quare in iſto Canonico, & non in iam relatis tanta exigatur ætas. † Et quare in 38
Epiſcopis ſufficiat ætas annorum triginta, cum longè excedat in dignitate, & officio. Reſpondetur ex mente Concilij; ideò procedere, quia cum officium Pœnitentiarij ſit audire confeſſiones omnium ad ſe concurrentium de toto Epiſcopatu, oportuit, vt maxima prudentia, & honeſtate vigeret, quæ in illa ætate matura

potius reperitur, iuxta quæ adduzi, *in Rub. ſupra*, cum egi de Epiſcopi ætate, quod onus, non ſic adeſt reſpectu Epiſcopi, aut cæterorum Canonicorum, quorum munus eſt externa gubernare.
39 Pœnitentiarij verò interna conſcientiæ. † Nec tunc obeſt ſi dicas officium Rectoris curati, ſeu Parochi deſiderare eamdem ætatem quadragenanatiam, quando videmus ex iam dictis, *in hac queſtione* & *q.1.* ſufficere in eo annos 25. Sed reſpondetur Parochi obligationem eſſe limitatam, ad paucos ſubditos, & ſibi cognitos, nec includere caſus reſeruatos; quod non ſic contingit in Canonico Pœnitentiario, & qualiter, bene expendunt citati, & idem Barboſa cum multis, *in Bullario*, verbo *Pœnitentiarius*, & eadem repetit *in collect. decis.* 581. vbi videbis: leges etiam Nar-
40 bonam *anno* 40. *q.1.* † qui ex Nicolao Garcia *ſuprà num.* 35. dicit cum aliis requiri illos annos quadraginta completos, nec ſufficere atticſtos contra Azor. *inſtit. moral. p.2. lib.6. q.6. ad finem*, in praxi tamen video quod Eccleſiæ Cathedrales ſolent in edictis diſpenſare vſque ad annos triginta; etſi reuera concurrente oppoſitore ætatis 40. & habili ſoleant illum eligere dum habilis reputatur, & in facti contingentia ego amiſi Præbendas Pœnitentiarias Eccleſiæ Tudenſis, & Placentinæ, cum eſſem in opinione populi habitus, vt Canonicus illico ibi eligendus, & in fine anni 1657. vidimus in Eccleſia Toletana non fuiſſe admiſſum ad oppoſitionem Pœnitentiariæ D. Sanctium de Arango Canonicum Magiſtralem Diui Iacobi ob non impletum annum 40. Alia, & de prouiſione huius Præbendæ dico, *ſub tit. de conceſſione Præbendæ.*

QVÆSTIO III.

Dignitas Sacerdotalis, & Eccleſiaſtica, an liberet filium à Patria poteſtate? an Cardinalitia Dignitas? Et an Monachus liberetur? Et an matrimonio inito? an Iudicatura liberet.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopalis Dignitas liberat à patria poteſtate filium.*

Sacerdotij Dignitas quoad ſpiritualia liberat à patria poteſtate filium, non quoad temporalia, n.3 & 4.

5 *Cardinales liberantur à patria poteſtate in his, quæ ſibi ſunt commoda, non vt amittant ius ſuorum hæredum*, & n.7.

6 *Conſiliarij Regij liberantur à patria poteſtate.*

8 *Filijfamilias teſtari non prohibentur de his, quæ habebant antequam fierent Cardinales, vel quæ haberent à coniunctis ſanguine.*

9 *Monachus etiam ſolo ingreſſu liberatur à patria poteſtate, dum non exit à Religione*, n.10.11.& 12.

10 *Monachus retinet ſuitatem.*

13 *Filius matrimonium contrahens in forma Eccleſiæ poſt benedictiones nuptiales, liberatur à patria poteſtate.*

14 *Filia, marito mortuo, non reuertitur ad Patriam poteſtatem.*

15 *Filij à patria poteſtate non liberantur iure Romano, & Partitarum, matrimonio contracto, niſi quando matrimonium per exemptionem contractum eſſet, vt numero 16.*

17 *Filij iure Cathaloniæ liberantur à patria poteſtate per matrimonium de conſenſu parentum.*

18 *Pater fauore matrimonij amittit partem dimidiam aduentitiorum, & totum vſumfructum.*

19 *Filius, Iudex, Auditor, ſeu Magiſtratus liberatur à patria poteſtate.*

OCcaſione gloſſæ verb. *ſeipſos*, ibi: *Qui enim in Prælatum eligitur, non debet eſſe ſub patris poteſtate*, agunt hic Doctores docendo quod 1
Dignitas Epiſcopalis liberat à patria poteſtate, vt tenent Gutierrez *in §. ſui, inſtit. de hæred. qualitate à n.10.* Molina *de iuſtitia, & iure, tract.2. diſp.229. verſ.6.* Ioannes Garcia *reg.199. in fine.* Rebellus *de obligat. & Iuſt. p.2. libro 1. quæſt.8. numer.* 60. *verſ.8.* Gregorius *in l.65. tit.5. p.1.* cum aliis Barboſa *hic num.3.* vnde infertur ad diſputandum de dubiis propoſitis.

Ad primam ergo difficultatis partem, etiam 2
nonnulli Doctores per gloſſam hic *ſupra* verbo, *ſacer ordo*, exiſtimant filium ſacerdotem factum, eo ipſo liberari à patria poteſtate: ſic Mieres, *de Maioratib. p.4. limit.1. quæſt.1. num.5.* Spino *de teſtamentis gloſſa* 4 Rubric. *num.21.* Moden. *de iuriſdict. p.4. cent.1. caſu 27. num.5.* & ante eos Barthol. *in l. patre furioſo num. fin. ff. de his, qui ſunt ſui*, Baldus *in l. apud hoſtes num.6. cod. de ſuis, & legitimis hæred.* & hoc argumento textus noſtri, † 3
Sed contrarium probat expreſsè, *in authent. Preſbyteros cod. de Epiſcop. & clericis cum communi*, Couarruu. *in cap. quia nos num.5. de teſtament.* Azeuedus *in l.8. tit.1. recopil. num.2.* cum aliis Pichard. *in §. fin. numero 9. inſtit. quibus mod. ius patr. poteſt. ſoluitur*, Ferdinandus Perez *de excuſandis parentibus ob numerum liberor. numero 72.* Gutierrez *in dicto §. ſui numero 8.* Molina *dicta diſputatione 229. verſ. ſextus in medio*, Valaſcus *conſuet.* 108. *à numero 6.* Caldas Pereira *in l. ſi curatorem*, verb. *læſis num.130.* Rebellus *ſupra numero 60. verſ. ſed quid*, Sanchez *in decalogum lib 4. cap.33. numero 37.* Perez *in l.1. gloſſa 1. pag.65. colum.2. ad finem tit.2. lib.1. ordinam.* † Verum Gutierrez *de* 4
tutelis lib.3. cap.32. num.5. Gracian. *dicta regula 198. numero 5.* & Barboſa *hic, num.4. in fine*, reſpondent cum diſtinctione, vt prima opinio procedat quoad ſpiritualia, & mihi probatur argum. textus, *in cap. fin. de iudiciis lib.6.* ſiquidem ibi minor reputatur maior in Eccleſiaſticis in caſu, de quo ibi. Secunda opinio procedat quoad temporalia; & ſic idem Ioannes Gutierrez *in dict. §. ſui numero 9.* cum Iaſone *in dicta l. Patre furioſo colum. fin.* Ioanne Oroſcio, *numero fin.* dixit, non exire clericum à patria poteſtate, procedere, non quoad ſpiritualia, quia ipſorum reſpectu non retinent patriam poteſtatem.

Ad ſecundam partem quæſtionis, an Di- 5
gnitas Cardinalitia liberet filium à patria poteſtate, & iam relati Couar. & Azeuedus, quos ſequi videtur Pichardus, *dict. num.9. in fine*, dicunt liberari ex gloſſa ſingulari in *extrauaganti*

execrabilis, verb. *ſublimitatem*, *de præbend.* &
ego ſic tenendo addo Zechium *de Repub. Chri-
ſtiana tit. de Cardin. n. 9. priuileg.* 8. vbi ſic ait: Car-
dinales liberantur à patria poteſtate in his, quæ
ipſis ſunt commoda, non ita tamen vt amittant
ius ſuorum hæredum; quod probatur ex dictis de
Dignitate Epiſcopali, quæ minor eſt Dignitate
Cardinalitia, vti dixi *ſupr. in Rubr. ſub quæſt.* 2. *in*
6 *fine*, † & ex eo quia ſi reuera gaudent eo priuile-
gio, qui à conſilio ſunt Regi, aut Imperatori,
quanto magis illo gaudere debent, qui à conſilio
7 ſunt Summo Pontifici. † Quare ſic tenendo
Chuchus *inſtit. Canon. lib. 2. tit. 4. num.* 87. ait Car-
dinales ita frui prædicto priuilegio, quod abſoluá-
tur à patria poteſtate; non tamen vt iura ſuorum
hæredum amittant, ſed hactenus dumtaxat, qua-
8 tenus ipſis futurum eſt commodum. † Et hinc
quod filij familias teſtari non prohibeantur de bo-
nis, quæ habebant prius, quam efficerentur Car-
dinales, vel quæ ad eos peruenerint à coniunctis
ſanguine: & ſic tenentes addo Lancellotum *in
templo Iudicum lib. 2. cap. 2. de Cardin §. 3. num.* 26.
Laudem. *de Cardin. p. 2. quæſt.* 80. Manfredum *de
Cardin. cap. 8. priuileg.* 8. Dianam *p. 5. tract. 2. reſ.* 32.
Alban. *de Cardin. quæſt. 42. priuileg.* 27. Anaſtaſ.
Germon. *de indultis Cardin. §. quod in Romanam,
num.* 3. Molinam *dict. diſp. 229. num.* 8. Azorium *to-
mo 2. inſtitut. mor. libro 4. cap. 3. quæſt. 10. priuile-
gio* 11.

9 Ad tertiam quæſtionis partem de Monacho,
dixerunt Antonius de Butrio *in auth. ſi qua mulier
cod. de Sacroſanctis Eccleſ.* Speculator *in tit. de tute-
lis §. 1. & 2.* vt non liberetur, & dixit communem
eſſe opinionem, Matheſilanus *in tract. de ſucceſ-
ſion. ab inteſtato.* Sed abſolutè, & concludenter
alij multi reſoluunt per ingreſſum Monaſterij li-
berari filium à Patris poteſtate, Anton. Gomez.
in l. 48. Tauri num. 7. in fine, verſ. 4. Gregor. *in l. 14.
tit. 18. p. 4.* verbo *para obiſpo*; & multi alij, quos
refert Zeuallos *in pract. commun. quæſt.* 889. per
doctrinam textus *in dict. cap. fin. de iud. lib. 6.* &
gloſſæ *in l. ſi ex cauſa fin. §. Papin. ff. de minor.* vbi
Bartol. Albericus, & Baldus, tenet Felinus *in c.
in præſentia de prob. num.* 15. Quæ ſententia ab-
ſolutè ſumpta, etiam de nondum profeſſo, vide-
tur comprobari ex multis, quæ ibi tractaui, quæ
10 legere poteris. † Et ſic tenendo cum aliis Gutier-
rez *in dicto §. ſin à num.* 35. dicit vt nihilominus
retineat Monachus ſuitatem per textum *in l. Deo
nobis, §. hoc etiam*; ibi: *Sibi defendant*; *cod. de
Epiſcop. & Clericis*, referens multos ſic tenentes,
11 *num. 36. & 37.* † Sed Accurſius *in dict. l. ſi ex cauſa
§. Pompon.* verb. *cum ſtatim*, vbi Bartol. & cæteri;
Couarr. & Azeued. *ſupr.* Pichard. *in dict. §. fin. qui-
bus mod. ius patriæ poteſt. ſoluitur*, videtur tenere, vt
tantum per profeſſionem Religionis diſſoluatur,
12 non per ingreſſum. † Ego tamen quoad ſpiritua-
lia exiſtimo, quod dum non exit à Religione
idem contingat ſolo ingreſſu, ex doctrina eorum,
quæ adduxi *in dict. cap. in præſentia.*

13 Ad quartam quæſtionis partem de filio, qui
matrimonium contraxit, hodie de iure Regio diſ-
ſolui, diſſolui cum ſolemnitatibus, & velationibus
Eccleſiæ ſui iuris ſtatim efficit, vt docet *lex* 47.
Tauri, ibi: *el hijo, o Hija caſado y velado ſea
auido por emancipado en todas las coſas para ſiempre*,
& *in l. 48. l. 8. l. 9. tit. 1. lib. 5. recopil.* & videtur pro-
bari *ex l. 8.* ibi, *o eſtando en ellos fueren caſados,
tit. 11. lib. 1. fori* & *in l. 7.* ibi, *anteque caſa. tit. 4.
lib. 3. fori.* Gutierrez *lib. 2. pract. cap. 9.* Barboſa *in*
Fermoſin. de Offic. & Sacris Eccleſ. *Tom. I.*
l. 2. §. quod ſi in patris ante num. 1. ff. ſoluto matrim.
Pichardus cum aliis *in dicto §. fin. num. 2.* vbi *num 6.
& 8.* ſcribit quid de iure Romano. † Et omnibus 14.
addo Riccium *collect.* 1986. vbi quod non reuerti-
tur filia in patris poteſtatem marito mortuo.

Dubium verò eſt, nùm prædicto iure Roma- 15
norum antiquo abſolutè non liberarentur filij à
patria poteſtate poſt matrimonium *ex l. inter 6. §.
filius familias, l. marito 24. §. cæterùm; l. filius fa-
milias 37. ff. ad legem Iuliam de adulter. l. 1. in fine,
& l. ſequenti, ff. de liberis exhibendis, l. 2. §. quod ſi
in patris, l. quoties 29. ff. ſoluto matrim. l. 3. l. ſi vt
proponis 7. cod. de nuptiis, l. in vxorem cod. de con-
ditionibus inſertis*, vbi Doctores, & principaliter
Baldus, ac Riccius *dict. collect. 1986. l. filia licet* 12.
cod. de collationibus; imò & de iure Partitarum
noſtri Regni *l. 1. tit. 17. p. 4.* cum aliis, quæ conge-
rit Tyraquellus *in legibus connubial. lib. l. 1. ex num. 1.*
etiam ſi eſſent ſexagenarij; gloſſa *in l. fin. §. pupillus*,
verbo *pupillus, ff. de obligationibus, & actionib.* † 16
Sed adhuc de prædicto iure fuit modus, quo fi-
lius, ſeu filia dediti in matrimonium liberarentur
à patria poteſtate, vtpotè ſi matrimonium per co-
emptionem contractum eſſet; quia dicto iure Ro-
manorum tunc fiebat, vt non ſolùm vxor in ma-
riti poteſtatem tranſiret, verùm ei ſuus hæres fie-
ret, vt explicuit accuratiſſimè Othomanus viden-
dus, *inſtit. de Senatuſconſ. Tertul.* Tyraquel. *ad le-
ges connub. lib. 4. ex num* 5. Gueuara *ad Topica, Ci-
ceronis §. 8. ex num.* 3. & vt à paucis animaduer-
ſum ſcribit Pichardus *in dict. §. fin. inſtit. qui-
bus mod. ius patria poteſt. ſoluitur, numero 6.
& 8.*

Et ſic Cancerius *in deciſ. 10. de emancipatione*, 17
docet de iure Cathaloniæ per contractum matri-
monij de conſenſu parentum filios liberari à pa-
tria poteſtate, nec matrimonio diſſoluto filiam
non reuertere in poteſtatem patris, dixit Boërius
deciſ. 197. † imò idem Cancer. *ſuprà*, quem ſe- 18
quitur Riccius *dict. collect. 1986. in fin.* credit in
prædicto noſtro caſu fauore matrimonij perdere
Patrem, non ſolùm dimidiam partem aduen-
titiorum fructuum, verùm, & totum vſumfru-
ctum.

Iterum dubium ſe ſe offert, nùm filius iudex, 19
Auditor; ſeu Magiſtratus Regis creatus, libere-
tur à poteſtate paterna? in quo reſpondebis affir-
matiuè per aliquid ſupra notatum; *in verſ. ad
ſecundam partem*, vbi dixi *de Cardinali*, & vbe-
rius ſic poteris conſiderare applicando doctrinam
textus *in dicto cap. fin. de iudiciis lib. 6.* de cuius in-
tellectu dixi *in Rubr. infra de re iud. quæſt. 4. num.* 22.
& applicabis quæ ſcripſi *infra in cap. 9. de iudic.
quæſt. 11.* vbi egi de ea: *An filius poſſit eſſe
iudex in cauſa patris ſine eius licentia*,
& alibi tradita; quibus abſoluo
materiam huius
textus.

Ad Text. in Cap. Eam te. IV. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Indignus ſcientia, moribus, vel ætate, non debet aſſumi ad regimen Eccleſiæ.*
2 *Eccleſias duas habens, alteram dimittere cogitur, niſi ſint tenues.*
3 *Beneficiorum incompatibilitas remiſſiuè.*
4 *Scientia beneficiandi quæ remiſſiuè. Et ad Curatum, n.5.*

1 Littera textus noſtri videtur duplicem concluſionem aſſignare, cum in eius principio vſque ad verſ. *ſed etiam*, dicit, vt nõ debeat aſſumi ad Regimen Eccleſiæ indignus ſcientia, moribus, vel ætate; quare adiunges quæ ſupra ſcripſi, *ſub tit. de ſcrutinio in ordine faciendo*, vbi de examine prære-
2 quiſito. † Secũda verò cõcluſio aſſignatur, *ſub dict. verſ. ſed etiam*, vbi cum cauetur de incompatibilitate beneficiorum, de qua plura iura loquuntur, quæ ſolent ab ſcriptoribus congregari in repetitione textus *in cap. de multa 18. de præb. & cap. dudum 52. de electione*, dicit Pontifex hic, vt qui habet duas Eccleſias, alteram dimittere cogitur, niſi ita fuerint tenues in ſubſtantia, quod proprios ſa-
3 cerdotes non poſſint conuenienter alere. † Ex quibus ſe ſe offerebat longè tractare, de beneficiis, & officiis, in quibus datur, aut non, incompatibilitas. Verùm quia huius tractationis própria ſedes eſt *in dict. cap. de multa de præbend.* ideo ad
4 ibi dicta te remitto. † Cumque etiam de ſcientia beneficiãdi hic eſſet operæpretium tractare, item adiunges quæ longè ſcribo *in cap. graue nimis 29. eodem tit. de præbendis*. De ætate verò ad obtinendum beneficium curatum, ſatis, & abundè leges in dictis, *ſupra ſub cap. indecorum 3. hoc tit. & ſub cap. 1.* Et videbis quæ dico infra *in cap. cum ſit hoc tit.*

Igitur vt aliquid percipias de ſcientia, quam debet habere qui eligitur, ſeu nominatur ad curatum beneficium, videbis quæ dico infra *ſub dict. cap. cum ſit ars hoc tit.*

QVÆSTIO I.

An qui eligitur ad curatum beneficium debeat non ſolum eſſe in ætate annorum 25. verùm & quod ſit in ordine Præsbyteratus inſignitus, vel intra quod tempus debeat eum ordinem recipere, vt per ſe adminiſtret? Et an Epiſcopo permitteretur de iure communi conferre beneficium curatum clerico annorum quatuordecim.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium curatum non datur, niſi conſtituto in ætate annorum 25. inceptorum cum obligatione dimittendi, & fructus reſtituendi, ſi aliter fiat, vt numero 2. fallit vt numero 3.*
3 *Beneficium, cui acceſſoriè Parochialis adeſt, obtineri poteſt in ætate minori 25. annorum.*
4 *Beneficium curatum non obtinetur, niſi ſaltim initiato prima Tonſura, quæ dicitur initium Clericatus.*
5 *Præſentatus ad beneficium, debet præcisè habere clericatum, ſed non vt tunc incederet in habitu Clericali, aliter tempore collationis, vt n.6.*
7 *Conſtitutio Pij V. de habitu, & Tonſura, nùm obliget ipſum Papam?*
8 *Ordinare debet intra annum ille, cui conſtituto in ætate legitima, confertur curatum beneficium, alias priuabitur per ſententiam, n.9. alij teneat quod ipſo iure, n.10. expenditur, n.11.*
11 Cap. cum in cunctis §. inferiora de electione, cap. licet canon. de elect. lib. 6. cap. commiſſa eodem lib. 6. vſque ad finem. *Et de materia, q.2.*
12 *Parochialis collegiata collata ei, qui Præsbyter intra annum factus non fuit, non vacat ipſo iure, vt Parochialis ſimplex.*
13 *Beneficia qualificata non includuntur ſæpè ſub generali diſpoſitione beneficiorum.*
14 *Caſus qualificatus non comprehenditur ſub ſimplici diſpoſitione.*
15 *Dignitates, Canonicatus vel alia beneficia requirentia ætatem ad ſacerdotium non vacant ipſo iure; eo quod obtinens non ordinetur intra annum & n.24. fallere videtur, n.37.*
16 *Parochialis acceſſoriè vnita, non vacat; eo quod obtinens non ordinetur intra annum.*
17 *Parochus, qui iuſto impedimento, non potuit Præsbyter fieri intra annum, non priuatur ſuo curato beneficio, niſi culpa ſua ordinata ad impedimentum, vt n.20. & 21.*
18 Cap. quia diuerſitatem de conceſſion. præbend.
19 Cap. 1. de ætate ordinandorum.
23 *Capellania requirens ſacerdotium collata non ſacerdoti, non admittitur ipſo iure; eo quod non ordinatur intra annum, niſi monitus fecit, vt non promoueretur, idem in aliis beneficiis, n.24.*
25 *Impedito Præsbyter fieri intra annum, non datur integer alius annus, ſed tantum ea pars, in qua durauit impedimentum primi anni.*
26 *Annus promotionis ad ſacros ordines non computatur, quandocumque clericus legitimè impeditur, quominus fiat ſacerdos.*
27 *Priuationis pœna non punitur non ordinatus, qui intra annum diſpenſatus eſt à Prælato ad alium terminum.*
28 *Beneficium curatum ablatum non ordinato intra annum, iterum ei non confertur.*
29 *Parochialis data in titulum, intra annum expoſcit vt Parochus ordinetur. Data verò in commendam, petit actu Præſbyterum, num. 30.*
31 *Beneficia quædam ſunt, quæ conferri non poſſunt niſi actu Præſbyteris.*
32 *Annus ad ordines recipiendos non currit, ſi Parochiale beneficium ſtet litigioſum in principio, ſecùs ſi poſt duos menſes, n.38.*

33 *Annus*

33 *Annus, à quo debet Parochus ordines recipere incipit a tempore ſuſcepti regiminis, & pacifica poſſeſſionis*, & n.36.

34 *Poſſeſſor beneficij pacificus, quando quis dicatur.*

35 *Poſſeſſor pacificus beneficij non videtur, qui ſtatim in ſua poſſeſſione fuit turbatus ſecus ſi pacificè poſſedit per duos menſes*, vt numero 38.

38 *Parochia habens liberum exercitium; etſi turbetur litigio, tenetur infra annum ordinari.*

39 *Parochus morbo tali laborans, vt nequeat ordinari intra annum, excuſatur; item ille, qui adhuc durante morbo, etſi liberetur ab eo, turbatur lite*, n.40. *fallit* n.41.

41 *Parochus deferens ordinari in fine anni, quando iam Præsbyter fieri nequit, priuatur; etſi tunc ei moueatur lis.*

42 *Parochus intra annum non ordinatus queit, eo non tranſacto, renunciare beneficio in vltimo die anni, ſi ſine dolo faciat*, n.43.

44 *Annus datus Parocho ad ordinandum, non incurrit à tempore impetrationis, ſiue collationis, ſed pacifica poſſeſſionis.*

45 *Poſſeſſio beneficij curati non vacat; eo quod infra annum Parochus non ordinetur, etſi poſſit per alterum Parochialis impetrari.*

46 *Parochialis collata, quæ habitu talis, eſt actu verò parochianos non habet, non vacat ob non ſuſceptum ordinem intra annum; non enim ea obligat ad reſidentiam*, n.47.

48 *Epiſcopus nequit conferre beneficium coniunctum cura animarum agenti annos quatuordecim, etiam iure antiquo.*

49 Cap. præterea 5. de ætate ordinand.

1 AD primum difficultatis punctum, cum iam
ex adductis *ſub Rub. & ſub cap.* 1. *&* 3. *huius
tituli*, ſatis ſuper ætate, quam debet habere ha-
bens dignitatem cum cura animarum, dictum ſit;
ideò nunc breuiter reſpondeo, vt qui vult obti-
nere beneficia curata, debeat eſſe conſtitutus in
ætate 25. annorum inceptorum, iuxta deciſionem
textus *in cap. cum in cunctis* §. *inferiora de elect.* ſic
docent Menochius *de recuperand. remedio* 15.
num. 442. Flamin. *de reſign. lib.* 4. *quaſt.* 9 *à num.* 14.
& quaſt. 11. *num.* 14. Zenedus *p.* 3. *collect.* 30. *num.* 1.
Campanil. *in diuerſorio iuris Canon. Rub.* 7. *cap.* 6.
num. 29. Nicolaus Garcia *de beneficiis p.* 7. *cap.* 4.
num. 41. Zerola *in praxi Epiſcopali p.* 1. verb. *bene-
ficia* verſ. *ad Dignitates*, Riccius *in deciſ. Curia
Archiepiſc. Neapol.* 281. *num.* 1. *& deciſ.* 349. *p.* 4.
Leſſius *de iuſtitia lib.* 2. *cap.* 34. *n.* 107. Azor. *inſtit.
mor. p.* 2. *lib.* 6 *c.* 5. *quaſt.* 1. Filliucius *tom.* 1. *tr.* 41.
cap. 5. *num.* 24. Homobonus *de humana vita ſtati-
bus p.* 1. *cap.* 22. Maſſobrius *in praxi habendi concur-
ſum requiſito* 10. *dub.* 11. *num.* 27. cum aliis Barboſa
2 *in paſtor. p.* 3. *alleg.* 60. *num.* 81. † idem Barboſa
cum infinitis aliis *de Parochis cap.* 2. *à num.* 6. vbi
ait, quod qui ante prædictos annos accipit bene-
ficium curatum, tenetur illud renunciare, & in
conſcientia fructus reſtituere, cum illius ſit inca-
pax, vbi dicens *num.* 8. quod Epiſcopus nequit in
ea ætate diſpenſare, † ait *num.* 7. hoc limitari in
habentibus Parochiales vnitas, quibus ſufficit tan-
tum illa ætas, quam requirit beneficium, cui Pa-
rochialis acceſſoriè reperitur vnita, Garcia *de be-
nef. p.* 12. *cap.* 2. *num.* 16. Gonzalez *reg.* 8. *gloſſa* 9. *n.* 4.
& alij, & dixi in locis citatis.

Ad ſecundam partem vt reſpondeam præmitto 4
vt qui ad beneficium curatum promoueri cupit,
debet eſſe inſignitus, ſaltim prima Tonſura, quæ
præambulum eſt cæterorum ordinum, & per quam
quis dicitur Clericus, & habilitatur ad beneficia,
& iura Eccleſiaſtica, & ad immunitates, quibus
fruuntur Clerici, iuxta quæ longè dixi *ſub tit. de
temporib. ordinat. & ſub tit. de iudic. & foro comp.* † 5
Vnde bene Garcia *de benefic. p.* 7. *cap.* 1. *ſub n.* 39.
dixit quod præſentatus ad beneficium, debet præ-
ciſè habere Clericatum, ſed non requiri quod
tunc præſentatus incedat in habitu Clericali, vt pa-
tet ex conſtitutione Pij V. de habitu, & Tonſura
per Clèricos, ſeu milites beneficia, vel penſiones
obtinentes deferen. &c. † quia requiritur quod tem- 6
pore collationis beneficiorum, ſint actu Clerici
in habitu Clericali, & Tonſura incedentes, alias
collatio ſit nulla, vt patet *ibi*, in verſ. *in futurum.*
† Et ſic habetur in præfata conſtitutione ſequen- 7
tibus verbis: *In futurum autem, non niſi actu Cle-
ricis in habitu Clericali, & Tonſura, & militibus
infra dicendis in militari incedentibus ſua propria
militiæ, aut alia quæcumque beneficia Eccleſiaſti-
ca, etiam ſimplicia reſpectiuè conferantur, aut
commendentur; aut penſiones, fructuſve, aut bona
Eccleſiaſtica reſeruentur*: Et in fine eius habetur
decretum irritans quidquid ſecus à quoquam,
quauis authoritate ſcienter, vel ignoranter con-
tigerit attentari. Quam conſtitutionem expendunt
Viualdus *in fine candelabri aurei*, Zechus *de ca-
ſibus reſeruatis, caſu* 4. Garcia *ſupra dict. cap.* 1. *à
num.* 15. vbi *num.* 17. refert ligare eam conſtitutio-
nem, & ipſum Papam, cum ſit in iure poſitum
eius decretum, iuxta quæ dixit *p.* 5. *de benef. cap.* 1.
num. 28. niſi Papa ex certa ſcientia contra feciſſet
per leg. quidam conſulebant cum aliis *ff. de re iud.*
de cuius virtute leges quæ adduxi *ſub cap. inqui-
ſitioni de appellat.* & *in Rubr. & in cap. penult. de
Confirmat. vtili, vel inutili.*

Vnde cum collationes beneficiorum curatorum 8
debeant dari conſtitutis in iam dicta ætate, venit
ſcire, quod iuxta ius noſtrum per textum *in cap.
licet Can. de elect. lib.* 6. *& commiſſa eodem*, debeat
Parochus in curam animarum electus intra annum
à tempore collati ſibi beneficij curati ordinem ſa-
crum Præsbyteratus aſſumere, docent latè Rebuf-
fus *in praxi tit. de non prom. intra annum*, Nauar-
rus *in man. cap.* 25. *num.* 11. *& verſ.* 8. *& conſ.* 1. *in
antiquis, alias* 12. *in nouis de reſcriptis*, Sayrus *in
floribus deciſionum*, vbi *quod ignorantia non excu-
ſat.* Ojeda *de incompatibilit. benef. p.* 1. *cap.* 24. *n.* 19.
Spino *de teſtam. gloſſa* 4. *princip. num.* 68. Zerola *in
praxi Epiſcop. p.* 1. verſ. *dico quarto*, verb. *beneficia*,
Azeuedus *conſ.* 19. *num.* 25. Zenedus ad ſextum *col-
lect.* 30. *num.* 1. verſ. *& quidem* Squillante *de oblig.
Cleric. p.* 1. *à num.* 101. Morla *in emporio iuris p.* 1.
tit. 1. *quaſt.* 9. *num.* 45. † Vbi intelligit textum *in* 9
dicto cap. licèt Can. quod neceſſariò requirat ſen-
tentiam ad omnimodam priuationem per gloſſam
celebrem, verb. *iuſto impedimento ceſſante, in dicto
cap. commiſſa*, Azor. *inſtit. mor. p.* 2. *lib.* 6. *cap.* 8. Ric-
cius *collect. deciſ.* 1088. Vgolinus *de officio Epiſcop.
cap.* 25. §. 2. Gonzalez *ad reg.* 8. *Cancel. gloſſa* 15.
num. 17. Garcia *de benef. p.* 3. *cap.* 4. *num.* 3. *& à n.* 52.
cum aliis Barboſa *de officio Parochi p.* 1. *cap.* 1. *n.* 1.
& *in dicto cap. licèt Can.* & *dict. cap. commiſſa*, item
& *in paſtor. dict. alleg.* 61. 82. 83. † Vbi reſoluit 10
cum Gonzalez *num.* 47. & ex aliis *ex dict. cap. licèt
procedere.* in tantum quod ſi quis obtinens Paro-
chialem, non promoueretur intra illud tempus ad

Sacerdotium, Parochia vacet ipſo iure;& docent Rebuffus, Gonzalez, Ojeda, Petrus Gregor. Azor. & alij citati, quos itidem ſequitur idem Barboſa *de off. Parochi dict. cap.5 num.9.* quibus addo Balboam *in cap. 4. de appellat.* aliud agens *à num. 29. & 30.* vbi ait quod ſi non promoueatur intra annum, ſit ipſo iure iterum vacans Eccleſia, & per illius Collatorem, ſeu Patronum poſſit iterum conferri: quo caſu extremus dies anni, eiuſque lapſus ſit ſpectandus, etiam ſi certum ſit in longiore decurſu anni ante illius finem ad Sacerdotium promoueri non poſſe, per textum *in d. cap. commiſſa*, & Barboſa *in dict. c. n.9.* cum aliis, ait vt vacet ipſo iure, ſi canonicè poſſideat.

11 Sed tunc obſtat textus *in dict. cap. cum in cunctis §. inferiora*, verſ. *moniti*, iuncto ibi: *promoueantur, de elect.* quatenus videtur vt non imponat latam ſententiam, ſed ferendam, iuxta quæ tradit Tyraquellus *in l. ſi vnquam*, verb. *reuertatur ex num.132.* & licèt huic difficultati ſentiant nonnulli prædictam deciſionem procedere iure antiquo;& ſic neceſſarium fuiſſe, vt præcederet monitio; aliter verò procedere iure nouiori ſexti Decret. per textum *in dict. cap. licèt Canon.* ex verbis ibi: *Nulla etiam præmiſſa monitione ſint præſentis constitutionis authoritate priuati*: Tamen reuera tenendum eſt cum dicto Barboſa *dict. c.5. ſub num.10.* agere Pontificem *in dicto §. inferiora*, non ſolum de beneficiis, ſed etiam de Decanatu,& Archidiaconatu; verùm *in dict. cap. licèt* non agere de prædictis Dignitatibus, nec de omnibus curatis, ſed ſolum de Parochialibus, vt patet ex verbis ibi: *Decernentes collationes de Parochialibus.* Ob idque cum prædicta lex ſit pœnalis, debeat obtinere in ſolis Parochialibus; in reliquis autem beneficiis etiam curatis manere ſaluam deciſionem Pontificis *in dicto §. inferiora*, dum monitionem, & Iudicis ſententiam requirit, vt explicat bene gloſſa *in dict. cap. licèt Can.* quatenus dicit textum *in dict. cap. licèt Can.* non habere locum, & vires in Decanis, Præpoſitis, Abbatibus, Prioribus, & Archipræsbyteris curam animarum, ſed non Parochialem Eccleſiam habentibus, iuxta quæ notaui *ſub cap. 1. hoc tit. quæſt. 1.* Azor. *ſupra dict. p. 2. lib. 6. cap. 8. quæſt. 3.* Boërius 119. *num. 7.*

12 Quo ſuppoſito, infero ad caſus nonnullos, in quibus non habet locum rigor *dicti cap. licèt can.* Primò in Eccleſiis etiam Parochialibus, ſi collegiatæ ſunt, vt probat in terminis textus *in dict. c. ſtatutum de elect. lib. 6.* eo quod vnum mixtum, quale eſt Eccleſia collegiata Parochialis nō continetur appellatione ſimplicis, quale eſt Parochialis, de qua ſit mētio *in dict. cap. licèt Can.* argum. textus *in l. ſi ita ſcriptum ff. de liber. & poſth.* gloſſa *in d. c.*
13 *ſtatutum*, verbo *collegiatis*. † Cum in generali diſpoſitione beneficiorum non includantur ſæpè, beneficia qualificata; Gonzalez *ad regul. 8. Cancel.*
14 *gloſſa 9. num. 2.* † Sicut nec ſub ſimplici diſpoſitione comprehenditur caſus qualificatus, Valaſcus *conſ. 51. num. 51.* docent in terminis Selua *de benef. 1. part. quæſt. 1. num. 6.* Rebuffus *ſupr. num. 27.* Azor. *dict. c. 8. quæſt 4.* Nauarr. *conſ. 3. de temp. ord.* Gonzalez *gloſſa 5. §. 7. num. 12.* Gallet. *in Margarita caſuum conſcientiæ*, verbo *Sacerdos vltim.* quibus addo Riccium *collect. 1988. in fine*, Rubeum *deciſ. 314.*

15 Infero ſecundò vt obtinentes Dignitates, Canonicatus, vel alia beneficia ſacrum ordinem requirentia, non incurrant priuationem ipſo iure *dicti cap. licèt Canon.* ſi intra præfatum annum non ſuſceperit ordinem requiſitum, & annexum ſuis beneficiis, cum textus ille ſolum procedat in Parochialibus, vt iam dixi, & notat Squillante *de obligat. Cler. 7. 1. num. 102.*

Nec etiam porrigi ad Parochiales Eccleſias acceſſoriè vnitas, vt reſoluunt Rebuffus *dict. tit. de non prom. intra annum, n. 29. verſ. ideò qui poſſedit.* Boërius *deciſ. 119. num. 7.* Azor. *dict. cap. 8. quæſt. 8.* Barboſa *dicto cap. 5. de officio Parochi num 32. & 33.* 16

Infero tertiò ceſſare etiam diſpoſitionem *dict. c. licèt Canon.* quando Parochus electus, iuſto impedimento accidente, ſine culpa ipſius ordinem Præsbyteratus recepturus, contigit, vt intra annum non potuiſſet ordinari, vt docet textus *in d. c. commiſſa*, ibi: *Tibi non curret, ſi promoueri iuſto impedimento*: argum. eorum, quæ adduxi *in cap. illud 8. & 10. de præſcript.* de impedimento præſcribere docent in terminis Rebuffus *ſupra num. 49.* Nauar. *conſ. 1. alias 12. de reſcriptis*, Tyraquel. *de retractu §. 53. gloſſa 4. num. 14. & 22.* Caldas Pereyra *de renou. emphyteuſis quæſt. 6. num. 25.* cum aliis Barboſa *dict. cap. 5. num. 17.* 17

Huic tamen reſolutioni videtur obſtare textus *in cap. quia diuerſitatem de conceſ. præbendæ*, ibi: *Niſi culpa ſua fuerit ſuſpenſus*, quo probatur impedito etiam culpabiliter tempus non currere, † qui 19 redditur difficilior ex textu *in cap. 1. huius tituli*, quatenus ex eo, & ex gloſſa vltima, ibi dicunt Doctores nonnulli amittere beneficiū qui propter iuſtam cauſam ordinari non poteſt, præcedente ſcilicet culpa ſua. † Sed reſpondetur quod ſi 20 culpa ad caſum impedimenti ſit ordinata, procedat limitatio *dicti cap. licèt*; quod ſi ſufficienter non ſit ordinata, procedat tunc deciſio *dicti c. quia diuerſitatem.* † Et iuxta hanc diſtinctionem exi- 21 ſtimo intelligendam eſſe deciſionem Sacræ Congreg. in verbis ſequentibus: *Pœna Canonicis præſcripta eis, qui intra annum Sacerdotium non ſuſceperunt non habet locum in Rectore, qui intra annum à die adepta poſſeſſionis pacificæ, vel intra tempus comparuit, & ſe promoueri petiit, offerens quantum in eo erat ſe paratum ad ſuſcipiendum Sacerdotium; ſed Ordinarius noluit illum propter illiteraturam, vel aliam cauſam promouere*: ſic Fernandez *in examine Theologiæ mor. p. 3. c. 13. §. 5. num. 1* Salzedus ad Bernard. Diaz *c. 55. in princ.* & ſic Naldus *in ſumm. verbo Parochus num. 12.* Petrus Gregor. *de re beneficiar. cap. 25. num. 9.* 18

Idem procedere dicunt ex generali regula *dicti cap. quia diuerſitatem*, de Epiſcopo, qui non potuit, vel noluit ordines conferre,& de infirmo ordinaturo ignorante, & ſimilibus, dixerunt iam citati, Rebuf. Nauar. Tyraquel. Pereira, & Barboſa *dict. num. 17. 18. 19. & 20.* & cum aliis *in dict. cap. commiſſa num. 6.* 22

Infero quartò, vt ceſſet diſpoſitio *dict. cap. licèt Can.* in caſu deciſionis Rotæ 3. *de pœnis in antiquis* per verba ibi nota, quod tenens Capellaniam requirentem Sacerdotium, non priuatur Capellania niſi monitus fecit quod non promoueatur infra annum, quia *dict. cap. licèt*, eſt pœnale, nec debet extendi, niſi caueatur, vt *in cap. ſtatutum dict. tit. de elect.* ſequitur Riccius *dict. collect. 1988.* in verſ. *limita primo.* † Et ſic Barboſa cum aliis *de off.* 24 *Parochi.* abſolutè docet *dict. c. 5. num. 33. & 34.* in omnibus aliis beneficiis. 23

His ergo præhabitis notabis quod ille qui legitimè impeditus intra annum Præsbyteratum non recipit, teneatur, ceſſante impedimento, non expectare 25

ctare alium annum integrum, ſed tantum complementum partis anni, in qua legitimè impeditus fuit ad promouendum acquirit, Nicolaus Garcia *p.11.de benef.c.5.n.120.* Nauar. *conſ.1.de tempor.ord. in antiquis alias de in integr.reſtit. in nouis conſ.1.* Barboſa *in d.c.5.n.19.* cum Nauarro, Sayto, Gar-
26 cia, & Galetio *in dict.cap. commiſſa n.7.* † Et addit ibi *num.22.* quod annus promotionis ad ſacros ordines non computatur, quandocumque Clericus legitimè impeditur, quominus Sacerdos creetur; Azor. *inſtit mor.p.2. dict. lib. 6. cap.8. quæſt.2. verſ. annus hic, & lib.7.cap.16 quæſt.11.* Leſſius *de*
27 *Iuſtit.lib.2.cap 34.dubio 19. num.100.* † Et docet Sanchez *in præcept. Decalogi tom.1.lib.4.c.22. num. 25.* quod ſi ante annum finitum diſpenſet Prælatus in illo anno ad aſſumendos ordines præfixo prorogando terminum, non incurratur priuationis pœna, tradit Barboſa *in dicto cap. commiſſa num.5.*

28 Quod ſi aliquis declaretur priuatus beneficio curato; eo quod intra annum ordines non recepit, non poterit ea vice iterato beneficium eidem conferri, iuxta textum *in dict.cap. commiſſa*, ibi: *Nullatenus ea vice poterit iterato conferri*, vt tradunt Tyraquel. *de retr.lin.§.8.gloſſa 7. num.16.* & *in l. Bones, §. hoc ſermone limit 1. num.31. ff. de verb. ſignif.*

29 Vnde notandum eſt, vt cum ad verba textus noſtri, ibi: *Ad curam animarum* dicat Barboſa, *n.2.& 3.* ea verba eſſe intelligenda de cura actuali, & non habituali, probans cum Capra *communium concluſ.90.num.78.* Rota *in Vicent.Prior.2.Martij 1622.* coram Manzanedo, quia verba ſunt accipienda in propria ſignificatione, *l.non aliter ff. de leg.3.* cum citatis à Moneta *de diſtribut.quotid.p.2. quæſt. 11. num.* 10. & à Cardinali Tuſcho *tom. 2.*
30 *litt. V, concluſ.* 102. † ideò dicendum eſt ſupra dicta iuxta intellectum *dict.cap. licèt Can.* & *cap. commiſſa*, declarari, vt procedant in ea Parochiali; quæ datur in titulum: nam illa, quæ datur in commendam, debet Sacerdoti conferri, qui ſtatim poſſit per ſe ipſum eidem deſeruire, vt probat expreſsè textus *in c. nemo deinceps de elect.lib. 6.* vbi cum aliis Barboſa, & *in dict.c.5.de offic. Parochi num.4.* & *in paſtor.p.3.alleg.59.num.23.* Azor.
31 *inſtit. mor.p.2.lib.6.cap.8. quæſt.7.* † Et comprobatur, quia ſunt quædam beneficia, quæ non niſi actu Præsbyteris poſſunt conferri, ſeu præſentari, veluti ſi à fundatore ita decernatur, ſeu conſuetudine, ſtatuto, vel priuilegio id requiratur, vt docent Petrus de Bayſio *in direct.elect. cap.9.p.2.n.3.* Petrus Gregorius citati à Garcia *de benef.dict. 7.p. c.1.à num.57.*

32 Item declaratur vt non currat annus ad ſuſcipiendum ordinem Præsbyteratus ei Parocho, ſi illud beneficium habuerit litigioſum quandiu lis pendeat, Tyraquellus *de retr.gloſſa* 10.§.1.*num.27.*
33 Barboſa *in dict.cap.commiſſa num.*19. † quia vt docent Caldas Pereira *de renou. emphyteuſ. quæſt. 5. num.31.* Azor. *p 2.lib.7.c.16.quæſt.11. inſtitut. mor.* Barboſa *de off Parochi dict.c.5 num.5.* annus, intra quem debet Parochus ordines recipere, incipit à tempore ſuſcepti regiminis, & illius pacificæ poſſeſſionis, vt probat textus *in dict. c. commiſſ.* verſ.
34 *annus autem.* † Etenim pacificam poſſeſſionem ille dicitur obtinere, qui nedum illam tenet beneficij poſſeſſionem tituli, ſeu exercitij, & curæ, ſed etiam bonorum, & fructuum beneficij, ſeu maioris partis eorum, iuxta gloſſam *dict.cap.* verbo *pacificam, verſ.licèt poſſeſſionem*, Rebuf. *in tr.de pacific.poſſeſſor.n.168.* Menoch. *remedio 3.de retinenda num.582.* Garcia *de benef.dict.p.11.cap.5.n.123.* Barboſa *dict.cap.5.num.6.* † qui idem *in dict.cap.* 35
commiſſa num. 18. addit vt non videatur adeptus pacificam poſſeſſionem, qui ſtatim in ea fuit turbatus, ſeu lis mota, & Garcia *dict.cap.5. num.118.* interpretatur gloſſam *dicti cap.commiſſa*, ibi: *Quod ſi incontinenti*, prædictæ gloſſæ *pacificam*, qualiter verbum incontinenti intelligi debeat; ad quod applicabis quæ generaliter dixi *ſub cap. litteras de reſtitution. ſpoliator.* Vide infra *in verſ. verum.*

Itaque Sancta Congregatio Concilij cenſuit 36
eandem relatam doctrinam ſub verbis ſequentibus 13.*Septemb.*1631 ibi: *Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Trid. interpretum reſpondit annum de ſe promoueri faciendo ad ſacros ordines computari à die habita poſſeſſionis, dummodo per prouiſum non ſteterit; quominus antea poſſeſſionem perceperit*, † refert idem Barboſa *de off. Parochi* 37
c.5.ſub dict.num.5. quatenus porrigit ad obtinentes dignitates, Præbendas, aut portiones, qui infra annum initiari tenentur his ordinibus, quos huiuſmodi Præbendæ, ſeu Dignitates requirunt.

Verùm ſi prouiſus de Parochiali, poſſeſſionem 38
illius aliquandiu, id eſt, ſaltim per duos menſes obtinuit ſine litigio, tenetur infra annum ad Sacerdotium promoueri: ſufficit ergo quod ſemel pacificè inceperit poſſidere, quamvis poſtea lis ei moueatur, iuxta gloſſam *in dict. verb. pacificam in verſ.ſi autem poſſeſſionem*, Staphileus *de litteris gratiæ tit.de qualit.& ſtatu benef.§.huiuſmodi*, Samen. *in reg.de triennali quæſt. 53.* verſ. *& ideò*, Petrus Gregor. *de re benef.c.25.num.10.* Barboſa *dict. c.5. num. 8.* ſic tenentes quidquid teneat Garcia *dict. p.11. cap.5. num.118.* vbi *num.* 121. refert Sacram Congreg. Epiſcopo Beton. ſic reſpondiſſe: *Obtinentes Parochialem Eccleſiam per prouiſionem Sedis Apoſtolicæ habentes liberum curæ exercitium, & omnium bonorum fructuum, & prouentuum poſſeſſionem; licèt in limine adepta poſſeſſionis prædicta, mota lis fuerit per aliquem in petitorio tenetur ſe promoueri facere intra annum, lite pendente*; & iterum ſic; *Quod ſi beneficium eſſet litigioſum, & curam animarum haberet, tenebitur obtinens, ſacros ordines ſuſcipere, ſi modo liberum habeat curæ exercitium*, iterum refert idem Barboſa *in dict. cap. commiſſa num* 21.

Et in caſu particulari idem Garcia *de benef.3.p.* 39
cap.4.num 9 refert declaratum; quod ſi Parochus eo morbi genere teneatur, vt ad functionem ſui Sacerdotij, nec ad res Diuinas per ſe obeundas, minus idoneus eſſe videatur, non teneatur, durante talis morbi genere, ſacris ordinibus initiari facere. † Ob idque poteſt authumari de eo, qui 40
licèt pacificè poſſederit, ſi intra annum, in cuius toto diſcurſu, habet, vt queat ordinari, quod ad id non teneatur ſi durante lis moueatur ſuper beneficio: argum. eorum, quæ dixi *in dicto c illud 8. & cap.10. de præſcript. de impedito præſcribere*; ſi quidem illius anni tempus adeſt pro Parocho electo ordinando.

Quod intelligo procedere, niſi ipſe cum non 41
habeat alios ordines ſacros, ita diſtulerit ad finem anni, quod moraliter loquendo, nullo vnquam modo queat Sacerdos Præsbyter initiari; & tunc temporis ei moueatur lis, iuxta quæ dico *infra q.2. à num.1.*

Et comprobatur, quia antequam annus ſit ex 42

toto elapſus, ius eſt pœnès illum, qui vult renunciare, iuxta tradita per Pariſium, *de reſignat. benef. lib.3. quæſt.2. num.9.* eo quod Parochialem adeptus, ſi infra annum ſacerdos factus non eſt, tuta conſcientia poteſt cedere beneficio ſuo in vltimo die anni, cum adhuc ius in beneficio habeat, Rebuffus, *in pract. beneficiali tit. de non promotis intra annum num.*48. Salzedus ad Bernard. Diaz. *in pract. cap.*55. *lit. A, in fine*, verſ. *prædicta*, ſecundùm nouiſſimam impreſſionem. Azor. *inſtit. moral. dict. p.2. cap.*10. *lib.7. quæſt.*4. quod procedit, vt ait Barboſa *in dict. cap. commiſſa num.*3. cum Azorio *dict. p.2. lib.6. cap.8. quæſt.*10. verſ. *quæres*, dummodo abſque dolo, & fraude id faciat: & ſic dixit *num.*4. cum Pariſio *conſ.*19. *volum.*4. *n.*24.

43 † quod ſi Clericus ille in vltima die anni mortuus fuerit, beneficium illius vacet per mortem: videbis eundem Barboſam, *in dicto cap. licèt numero* 8.

44 Ex his inquam pro complemento huius quæſtionis dicendum eſt, quod annus ſtatutus ad promotionem ordinis ſacerdotalis ei, qui beneficium curatum obtinet, non currit à tempore impetrationis, ſiue collationis, ſed à tempore pacificæ poſſeſſionis ipſius beneficij, vt dictum eſt, vt tenent Tyraquellus, *de retractu lignagier* §. 1. *gloſſa* 10. *num.*113. iuncto §.36. *gloſſa* 3. *num.*5. Caldas Pereira *de renouat. emphyteuſ. quæſt.*5. *n.*31. Azor. *inſtitution. moral. p.2. lib.7. cap.16. quæſt.*11. Barboſa *in dicto cap. commiſſa*, *num.*12. & *in dict. c.5. de officio Parochi num.*5. referens vtrobique ſic cenſuiſſe ſacram Congregationem.

45 Secundò dicendum eſt quod licèt huiuſmodi beneficium vacans per non promotionem ad ſacerdotium intra annum, poſſit per alterum impetrari, poſſeſſio tamen in conſcientia non vacet, quouſque ſpolietur, ſecundùm Henricum, *in ſumma lib.*10. *c.*23. §.5. *iuncto commento litera V.* Garciam *de benefic. dict. p.*11. *c.*10. *n.*34. Anton. Ricciul. *de iure perſon. extra gremium Eccleſ. exiſtent. lib.*7. *c.5. numero* 33. Barboſa *de officio Parochi dict. c.* 5. *num.*12.

46 Tertio dicendum eſt iuxta relata ſupra *in verſ. vnde*, quod qui Eccleſiæ Parochiali habitu tantùm, & non actu Parochianos habenti præficitur, non teneatur lege, quæ lata eſt *in dicto cap. licèt canon. de elect. lib.*6. vt intra annum debeat Præſbyter fieri, Rebuffus *in praxi beneficiali tit. de promotis intra annum num.*34. Federicus *conſ.*183. Nauarrus *conſ.*4. *de præbendis in antiquis.* Azor. *inſtit. moral. p.2. lib.6. c.8. q.9. & lib.9. c.3. quæſt.*14. verſ. *quæſtionis dubia eſt*, Rota apud Farinac. *part.4. ſuæ praxis crimin. deciſ.*112. Anton. Ricciul. *de iure perſonarum extra gremium Eccleſ. exiſt.*

47 *lib.1. cap.*14. *num.*2. † Vbi *num.*4. ſubdit huiuſmodi Parochialem, habito reſpectu populi non obligare ad reſidentiam, nec ad ſacerdotium nec inducere incompatibilitatem.

48 Ad tertiam quæſtionis partem, reſpondeo non poſſe Epiſcopum conferre annum decimum quartum tantum agenti beneficium coniunctum curæ animarum, etiam iure antiquò; ſiquidem *in cap. cum in cunctis* §. *inferiora de elect.* de quo latè dixi, *ſub cap.1. & cap.*3 cum per Concilium Lateranen. fuerit ſtabilitum ſimilibus beneficiariis pertinere ætatem annorum 25. Et videtur colligi ex textu *in dicto cap. licèt canon.* nam cum ibi, vt iam dixi, decernatur, vt intra annum Parochus electus fiat Præsbyter, & ad Præsbyteratum deſideretur prædicta ætas, vt dixi in noſtra Rubrica, ſequitur, vt nollo modo poſſit Epiſcopus diſpenſare, vt docent Azor. cum multis, *inſtit. moral. p.2. lib.6. c.6. q.9.* verſ. *cæterùm.* † Nec probat contrarium 49
textus *in dicto cap. præterea* 5. *hoc tit.* quo Archidiacon. Monachus, & Innocent. quos refert Ioannes Andreas, *in c.1. hoc tit. lib 6.* contrarium dixerunt; quia reſpondetur, quod etſi *in dict. cap. præterea*, conſtitutus in minoribus poſſit diſpenſatiuè ad regimen Eccleſiæ Parochialis aſſumi: tamen ibi ſubiungit, dum talis ſit; vt intra breue tempus fiat Præsbyter, dicit Barboſa, *ibi num.*2.

QVÆSTIO II.

An ſi Parocho electo, & pacificè poſſidenti, occurrat impedimentum in fine anni, quominus ordinari queat, excuſetur? Et an obtinens Parochialem inſufficientem ad victum, teneatur promoueri ad Sacerdotium intra annum? Et an Parochus, qui Parochiam ſuſcepit animo dimittendi, & non ſuſcipiendi Sacerdotium, poſſit fructus ſuos facere? Quid ſi animo ordinem ſuſcipiendi, & poſtea mutet voluntatem. Et an poſſit Epiſcopus diſpenſare, vt promotus ad Parochialem Eccleſiam non aſſumat intra annum, & durante ſtudiorum tempore, quorum cauſa diſpenſat?

SVMMARIVM.

1 *Parochus electus, qui differt Preſbyter ordinari in fine anni ipſi dato ad omnes ordines recipiendos, non excuſatur, niſi reſcripto,* num.3.

2 *Potentia proxima, non verò remota in vnoquoque actu deſideratur.*

4 *Impedimentum ſuperueniens tempore, quo actus fieri nequit, non excuſat.*

5 L. hoc in iure 10. l. ſi ita ſtipulatus eſſem de verbor. obligation.

6 *Conditio pendens ab arbitrio promittentis, habet per ſe omnem terminum, ſecus ſi pendet à poteſtate alterius.*

7 *Parochus, qui obtinet Parochiam inſufficientem ad victum, non tenetur ordinari intra annum, ſed potius eam dimittere,* numero 8.

9 *Beneficium dicetur ſufficiens ad victum ex perſonæ qualitate, & locorum diuerſitate.*

10 *Beneficiorum pluralitas poteſt tolerari propter eorum tenuitates.*

11 *Parochialem ſuſcipiens animo abſoluto, intra annum non ordinandi, tenetur fructus illius anni reſtituere; etiam ſi eſſet in animo dimittendi; ſecus in animo conditionali, aut dubio, vt exemplificatur,* n. 12.

13 *Beneficium ſimplex acceptans animo non ordinandi, qualem culpam contrahat? lethalem culpam, vt n.*18.

14 *Parochialem acceptans animo Preſbyter fieri, poſtea voluntatem mutans, fructus non amittit*

amittit perceptos illius temporis, quo ſanam habuit intentionem.

15 *Parochialem acceptans animo non ordinandi, & poſtea mutando illum, ordinatur, nullos tenetur fructus perceptos reſtituere.*

16 *Parochialem acceptans animo ordinandi, ſi poſt mutatam voluntatem poſſidens fructus beneficij percepit, verius eſt, vt illos teneatur reſtituere*, n.17.

19 *Fructus percepti à non ordinatis, reſtituuntur Fabricæ, vel pauperibus.*

20 *Epiſcopus de iure antiquo diſpenſare valet cum Parocho, ne Præsbyter fiat cauſa ſtudiorum per ſeptennium, ſed intra annum tenetur ſubdiaconus fieri, ne à ſtatu recedat,* vt num.21. *Et quid ex Tridentino*, num.27. & 28.

22 *Epiſcopus præter caſus à iure expreſſos nequit diſpenſare cum Parocho, vt differat ordinari intra annum.*

23 *Epiſcopus nequit cogere Parochum, vt breuiori tempore anni à iure aſſignati ordinetur; qui ſi porriget, liberat Parochum à pœna*, vt num.24.

25 *Epiſcopus qui diſpenſauit cum Parocho, vt non ordinaretur cauſa ſtudiorum, nequit eam licentiam reuocare.*

26 *Epiſcopus diſpenſans cum Parocho, ne ordinetur cauſa ſtudiorum, poteſt Vicarium conſtituere pro ſeruitio Parochiæ, aſſignata portione.*

27 Cap. cum ex eo de elect. lib.6. *decisio num ſit reuocata per Trid. Concil.* n.28.

28 *Studij cauſa Parocho non datur licentia percipiendi fructus in abſentia.*

29 *Beneficiati cum onere recipiendi ordines ſacros intra annum, & reſidendi, queunt diſpenſatione Epiſcopi ſtudiorum cauſa ab hoc onere liberari quinquennio, dum ſtudeant in publico Gimnaſio* numero 30. *& de ratione*, num.31.

30 *Litterati expediunt Reipublicæ.*

31 *Licentia de ſtando in ſcholis non expirat morte concedentis.*

1 AD primam quæſtionis partem; vt reſpondeas, adiunges quæ dixi, *ſupra quæſt.1.* à verſ. *verùm*, & videtur excuſari ea nempe ratione, quia etiam in fine anni, quamuis promoueri non potuiſſet; potuit tamen reſignare beneficium, vel impetrare reſcriptum ſummi Pontificis, vt omnes ordines ſuſciperet: ſic in terminis Rebuffus *tit. de promot. intra ann. num.*48. Salzed. ad Bernard. Diaz *in praxi c.55. littera C*, quod declarat Barboſa *de officio Parochi cap.5. ſub n.12.* procedere quando impedimentũ eo tempore ſuperueniſſet, habito reſcripto præfato; non inquam admittit procedere ex potentia illa remota
2 ad renunciandum, vel permutandum. † Cum potentia proxima, non verò remota in vnoquoque actu attendatur, per textum *in l. naturalem* § 1. *in fine ff. de acquirendo rer. domin.* ibi: *Multa accidere poſſent, vt ex ea non capiamus, l. quemadmodum* §. *item Labeo ff. ad leg. Aquil.* ibi: *Cum incertum ſit.*

3 Quo fit, vt ſi impedimentum ſuperueniat eo tempore, ſcilicet in fine anni quando ordinari nequit Præsbyteratus ordine in temporibus à iure & Concilio ſtabilitis iuxta quæ latè dixi, *ſub tit. de temporib. ordin.* eueniet vt non excuſetur, ſi in eo tempore impedimentum ſuperueniat, & nullum promotus impetrauiſſet reſcriptum, vt ordinaretur extra tempora anni conſueta: docent in terminis idem Barboſa, *ſub dicto num.12.* & Bellamera *deciſ.*83. † Et confirmatur ex regula illa re- 4
ceptiſſima, quod impedimentum ſuperueniens tempore, quo actus fieri nequit, non excuſat, quam proſequuntur Decius *in cap. ex ratione à num.16. de appell.* & faciunt quæ ibi tradit Barboſa *à n.29. & 30.* Menochius *de arbitr. caſu* 118. *num.5. & caſu 153. num.15.* Gutierrez *lib.2. Canonic. c.6. n.21.* verſ. *ſimiliter.*

Nec obſtant iura *in l. in hoc iure* 10. *& in l. ſi ita* 5
ſtipulatus eſſem, ff. de verb. obligat. quibus probatur ſtipulationem committi in eo tempore, quo Titius promittens in Italiam venire non poſſet; & ſic vt Doctores autumant ſpectandus ſit vſque ad vltimum diem termini.

Quia reſpondeo cum diſtinctione quod quando 6
conditio pendet ex arbitrio promittentis, totus terminus debet ſpectari, vt *in l. in illa 8. ff. de verb. oblig.* Verùm quoties pendet ab arbitrio, & poteſtate alterius, aut ex caſu fortuito; tunc non ſpectato vltimo die termini ex eo tempore, quo incipit, verum eſſe Titium ante Kalendas Maias venire non poſſe, committi ſtipulationem, vt explicant Vbameſius *in dicto c.4. de appellat. num.9.* Balboa *dict. num.30. in fine*, inſinuat Cumanus *in dicta l. hoc iure*; & ſic tantum abeſt, vt obſtent prædicta iura, *l. in hoc iure* 10. *& l. ſi ita ſtipulatus eſſem*, quod potius faciant pro corroborando caſu, de quo loquimur, qui reuera pendet à facto Epiſcopi, & à diſpoſitione iuris diſponentis, non niſi certis temporibus anni, conferendos eſſe ordines ſacros, & inter ordinem, & ordinem ſactum, etiam reſpectu beneficij curati, dari tempus ſeparatum, iuxta dicta, *ſub dicto tit. de temporibus ordinat.* & præcipuè *ſub c.8. & 16.*

Ad ſecundam quæſtionis partem, vt reſpon- 7
deas præmittes quæ dixi *ſupra in cap.11. de temporibus ordin. à quæſt.6.* vbi *de tit. ad ordines*, & vbi dixi an beneficium tenue ſit titulus ſufficiens: quare nunc iuxta materiam, *cap. licet canon. & cap. commiſſa de elect. lib.6.* breuiter reſpondeo cum Nicolao Garcia *de beneficiis 2.p. cap.5. n.121.* Barboſa *de officio Par. dict. cap.5. num. fin.* quod obtinens Eccleſiam Parochialem inſufficientem ad victum, non teneatur ad Sacerdotium promoueri intra annum, † imò referunt declaratum à ſacra 8
Congreg. Concilij, cum eſſet apud eam propoſitus caſus iſte, quæ cenſens non teneri, ſed tantum expedire, vt ſanctiſſimus declaret eum debere dimittere; ait quod ſanctitas ſua probauit hanc ſententiam, vt dimittat; & ſic prædicti Doctores docent textum *in dicto cap. licet Canon.* declaratum eſſe per textum *in cap.2. Tridentini ſeſſ.21. de reformat.* quatenus decernit ad ordines ſacros recipiendos ſuper beneficio Eccleſiaſtico ſufficienti ad victum prohibens poſſe promoueri ad ſacros ordines.

Et aduertit Barboſa *hic, num.8.* cum Gomezio 9
de ſpectatiuis num.107. Flamin. Pariſio *lib.5. de reſign. quæſt. 6. à num.* 131. Proſpero de Auguſta *in additionibus ad Quarantam in ſumm. Bullary*, verb. *beneficiorum reſign.* verſ. *octaua cauſa*, Azor. *inſtit. mor. p.2. lib.6. cap.10. quæſt.8. &* 9. Gonzalez *in regul.8 Cancellariæ gloſſa* 15. *num.*39. & Valerio Reginaldo *in praxi fori pœnit. lib* 30. *tr.3. num.* 285. quod vt dicatur beneficium ſufficiens erit vnuſquiſque Iudex ex perſonæ qualitate, & locorum

diuerſitate:

diuerſitate : ſic ad verba textus noſtri ibi : *Qui
proprios Sacerdotes non poſſint conuenienter alere :*
& ob id idem Barboſa *n.* 7. cum Zerola *in praxi*
10 *Epiſcop.p.*1.verb.*beneficia, pag.*50.verſ.*ſecundo*, †
notat ex verbis noſtri textus , ibi : *Niſi ita fuerint
tenues*, quod poteſt tolerari beneficiorum plura-
litas propter tenuitatem ipſorum , vt longius ago
in ſupra allegato cap.de multa 28.*de præbendis*, vbi
de incompatibilitate, quam hic Pontifex decernit,
ad vnguem tractatur.

11 Ad tertiam quæſtionis partem Barboſa *in dicto
cap.commiſſo de elect.lib.*6. *num.*16. per verſ. *cæte-
rùm ſi promoueri* , ait quod obtinens beneficium
Parochiale abſque animo aſſumendi intra annum
Sacerdotium,teneatur fructus reſtituere : ſic cum
Sanchez *de matrim.diſp.*45.*in princ.*& cum Azor.
*inſtit.mor.p.*2.*lib.*6.*cap.*8.*quæſt.*10. verſ *quæres* , &
*c.*9.*quæſt.*1.& cum Mexia *in tract. taxæ panis con-
cluſ.*6.*num.*108.& ſic prædicti, & Nauarr. *de ora-
tione c.*21.*num.*44.Gutierrez *Canonic. lib.*2. *cap.*5.
*num.*50. Squillante *de oblig.Clericorum p.*1.*n.*103.
cum ſequent. dicunt teneri eum ad fructus percep-
tos intra annum reſtituendos , qui Parochialem
ſuſcepit animo eam dimittendi, & non ſuſcipien-
di Sacerdotium *ex dicto verſ. cæterùm.*

12 Sed quidquid dicant Soto *de Iuſtitia lib.* 10.
*quæſt.*5.*art.*6.*concluſ.*2.Sanchez *dict. diſp.*45.*n.*10.
exiſtimo intelligendum eſſe de eo , qui impetrauit
Parochialem animo abſoluto non ſuſcipiendi or-
dines , alias inquam ſi animo dubio , & conditio-
nali , vtpote ſi acceptet taliter vt ordinetur , niſi
aliud conuenientius ſibi offeratur , vt in exemplo
quotidiano de fratre minore natu , qui Eccleſiam
ſuſcepit eo animo , vt ſi ſucceſſio fratris maioris
ſibi obueniret,vel Maioratus,beneficium dimittat;
quod probatur ex dicto verſ. *cæterùm* ibi : *Pro-
moueri ad Sacerdotium non intendens*,iuncto verſ.
ipſam poſtmodum dimiſſurus,quibus magis patet,vt
non contraueniat qui tali animo dubio, & condi-
tionato recipit beneficium Parochialem ; non
enim lex Canonica expoſcit , vt illud accipiens
habeat animum deliberatum ſuſcipiendi ordines
ſacros,vt beneficiarius ſuos fructus faciat,ſed ma-
gis requirere certum,& deliberatum animum non
ſuſcipiendi ad effectum, vt fructus non acquirat :
ſic docent, & explicant Garcia *de benef.* 3. *p. c.* 4.
*num.*40.Squillante *dict.*1.*p.n.*107.& 108. Nauarr.
*conſ.*17.*de Cler.non reſident.* & *in manuali cap.*25.
*num.*118.*ante finem*,& *de oratione dict. c.*21. *n.*45.
Barboſa *de off. Parochi dict.cap.*5.*ſub num.*14. Fer-
nandez *in examine Theologiæ moralis p.* 3. *cap.*13.
13 §.5. *num.*4. † & leges Thomam Sanchez *lib.* 7.
*de matrim.tota diſp.*45. *à num.*1. & *ibi à num.* 14.
vbi agit de dubio qualis culpa ſit acceptare ſim-
plex beneficium animo noc perſeuerandi in ſtatu
Clericali , aut non aſcendendi ad ordines ſa-
cros.

14 Ad quartam quæſtionis partem , quid quando
quis Parochialem acceperit animo ſuſcipiendi or-
dinem ſacerdotalem Præsbyteratus,& poſtea mu-
tata voluntate non ordinatur : & Barboſa *in dict.
c.commiſſa,de elect.lib.*6.*num.*24. dicit cum Azor.
*inſtit.mor.cap.*8.*quæſt.*10.verſ.*quæres* Paulo Comi-
tolo *reſponſorum moralium lib.*1. *quæſt.* 79. *num.*2.
Sanchez *dict.lib.*7.*de matrim. dicta diſp.*45. *à n.*1.
vt ſic recipiens beneficium , non teneatur fructus
perceptos,eo tempore,quo ſanam habuit intentio-
nem ordinandi , reſtituere;quamvis poſtea mutata
voluntate , minimè promoueatur intra annum ad
Sacerdotium;cuiuſque dicti non reddit rationem:
ſic notat per gloſſam illius textus, *in verb.non in-
tendens*;ſed ea videtur eſſe ; quia textus *in dict.* §.
cæterùm, ſolum ad reſtitutionem obligauit illum,
qui accepit curatum,non intendens promoueri ad
Sacerdotium ; & aliud eſſe in caſu noſtro , cum
reuera intenderet Sacerdotem fieri : ſic docent
citati,& idem Barboſa *de off.Parochi dict.cap.*5.*ſub
num.*15.Eman.Rodriguez *in ſumm.tom.*1. *cap.*30.
*concluſ.*6. *num.*6. Leſſius *de Iuſtitia lib.* 2. *cap.*34.
dubio 26.*num.*134.Squillante *dict.p.*1.*num.*103. † 15
qui etiam reſoluit *num.*106. à contrario ſenſu , vt
qui accepit curatum beneficium ſine intentione
aſſumendi Sacerdotium , & intra annum mutata
voluntate,promoueatur , non teneatur ad reſtitu-
tionem fructuum,quos percepit ante mutatam vo-
luntatem. Et ratio poteſt eſſe, quia iſte intra an-
num ſibi indultum,vt ordinetur, id fecit, volunta-
tem mutando,ratam habens acceptationem bene-
ficij curati cum ſuis oneribus.

Dubium verò eſt,an teneretur ad fructus reſti- 16
tuendos ille , qui cum acceperit beneficium cura-
tum animo ordinandi , poſtea mutata voluntate,
nec promotus fuit ad ordines,& in eo interim poſt
voluntatem mutatam, adhuc poſſidens beneficiũ,
fructus beneficij percepit:& in hoc dubio Nauar.
*in manual.dict cap.*25.*num.*118. *verſ.*10. Fr.Eman.
Rodrig.*in ſumm dict.cap* 30.*num.*6.*concluſ.*6. Leſ-
ſius *dict.lib.*2.*de Iuſt.cap* 34.*num.*134. ob allatam
proximam rationem *num præced.*dixerunt, vt non
teneretur ad reſtitutionem eorum fructuum.

Verùm Sotus *de Iuſtit.dict.lib.*10. *concl.*1.*col.*1. 17
Iacobus de Graſſis *in aureis deciſ.*1.*p.lib.*2.*cap.*97.
*num.*54.Cardinal.Tolet.*in inſtruct. Sacerdot lib.*4.
*cap.*18.*num.*4. Gutierrez *Canon. quæſtion.lib* 2.*c* 5.
*num.*23.Squillante *dict.p.*1. *n.*104 Nicol.Garcia *de
benef.dict.p.*3.*c.*4.*num.*55., quibus aſſentior proba-
bilius docent negatiuam ſententiam , quia negari
non poteſt,vt hoc in caſu militet ratio textus *in d.
cap.commiſſa* §.*cæterùm* , cum ſit talis iudicandus,
ac ſi ab initio non haberet intentionem , cum nec
etiam negari poſſit iſtum ſic beneficium accipien-
tem peccare mortaliter,& cum fraude beneficium
ipſum retinere,& percipere illius fructus,dum mu-
tato animo non ſe promouendi,retinet illud cau-
ſa lucrandi fructus tempore reſidui. Imò & po-
teris amplius vrgere cum Barboſa *in dict.cap.com-
miſſa num.*9. & 10. vbi per verbum ibi : *Primitus
exiſtit* , notans quod beneficiũm Parochiale ipſo
iure vacat ex eo,quod quis infra annum ad Sacer-
dotium non promouetur,vt iam *ſub quæſt.*1. dixi,
† addit inquam *dict.num.*10. cum Nauarro *dicto* 1
*cap.*25.*num.*117.& *in tr.de oratione cap.*22.*num.*46.
& Salzedo *ad Bernard. Diaz dict. c.*55. *in praxi
in princ.*vt ideò teneatur in animæ iudicio vniuer-
ſos fructus reſtituere, quos elapſo anno percepit :
quod videtur deſtruere dictum ſupra *ſub dict.verſ.
ad quartam*,in aliis autem beneficiis Gutierrez *ſu-
pra dict.cap.*5.*ſub num.*25.*Canon.p.*2.videtur tene-
re , vt beneficiati non teneantur ad reſtituendos
fructus ; etſi fateatur talem beneficiatum peccare
ex animo : ipſum videbis latè agentem vſque *ad
num.*28.reddens rationem;quia pœna eſt ei,& non
extenditur ad obtinentes beneficia ſimplicia,
aut alia non curata , etiam ordines exigentia
cum *dict.cap.licèt Can.*& *dict. cap. commiſſa* tan-
tum loquatur de curatis,vt latè dixi *ſupra quæſt.*1.
multa de præfatis dubiis ad textum noſtrum tra-
ctat abundè Nicolaus Garcia legendus *p.*3. *de be-
nef. toto cap.* 4. † Vbi agit de obligatione ſuſci- 19
piendi ordines , vbi *num.* 59. & *fin.* dixit fructus
perceptos

perceptos à non ordinatis in ordinibus requiſitis ſuorum beneficiorum, reſtituendos eſſe fabricæ, vel pauperibus, niſi in Canonicatibus, & aliis beneficiis habentibus in menſe Capitulari, cui pertinent.

20 Ad quintam quæſtionis partem, an poſſit Epiſcopus diſpenſare, vt promotus ad curatum beneficium, non fiat Præsbyter interim, dum ſtudet in ſcholis? Et de iure antiquo videtur, quod ſic, & probatur ex textu *in cap. cum ex eo 34. de elect.* quo habetur, vt Epiſcopi, & eius Superiores poſſint diſpenſare cum electis ad Parochias, vt accepto Subdiaconatus ordine infra primum annum per ſeptennium ſtudeant: quibus elapſis, infra annum fiant Sacerdotes Præsbyteri, niſi legitimè fuerint impediti; & quod aliter ſunt priuati Parochiis, vt ibi colligunt, & tenent ordinarij relati à Barboſa *ibi num.* 1. quibus addo Ojedam *de incompatibilit. benefic. part. 2. cap.* 14. *numero* 19. Nauar. *in manuali, dict. cap.* 25. *num.* 118. verſ. *poſt autem*, Petrum Gregor. *de re benef. cap. 25. num.* 9. Rebuffum *de priuilegiis ſcholar. priuilegio* 36. Monetam *de diſtribut. quotid. part. 2. quæſt. 10. n.* 4. Sanchez *de matrim. lib. 8. diſp. 1. num.* 14. vbi quod talis Parochus, cum quo ſic diſpenſat Epiſcopus ne intra annum promoueatur, minime incurrit pœnam amiſſionis beneficij, de qua *in dicto cap. licet canon.*

21 Quod ſi dubites de ratione deciſionis *dicti cap. cum ex eo*, tam quoad prædictum ſeptennium, quàm vt debeat ordinari etiam in primo anno ſic cauſa ſtudiorum diſpenſatus in ordine Subdiaconatus, eſt quæ ſubſequitur, de hoc caſu vltimo ipſe decidit Pontifex, ibi: *Ne ſicut à multis de Christi matrimonio ſublatis factum eſſe dignoſcitur à ſtatu retrocedere valeant clericali.* Et primi dubij ratio eſt ea; quia multi recuſabant Eccleſias Parochiales cum eo onere acceptare, & cum facultates aliunde non ſuppeterent, ſtudendi opportunitas auferebatur in maximum damnum Vniuerſalis Eccleſiæ, quæ viris litteratis noſcitur indigere; & eam expreſſit idem textus.

22 Vnde inferes primò præter caſus à iure expreſſos qualis eſt iſte de ſtudiis peragendis, exiſtimo non poſſe Epiſcopum prorogare annum datum, & aſſignatum ad Sacerdotium recipiendum *in dicto cap. licet canon. & dict. cap. commiſſa*, quia cum ſic deciſum ſit à generali Concilio Lugdunenſi *in dicto cap. licet*, euenit, vt nullomodo Epiſcopus, aut Papæ Legatus poſſint diſpenſare, iuxta gloſſam verb. *ætate, cap. cum dilectus 32. de elect. & cap. dilectus*, in verb. *cum ſit facultas de præbendis*: ſic communiter docent Doctores cum Decio *in cap. at ſi Clerici, §. de adulteriis, n.* 9. in Verſ. *quarto fallit de iudiciis*, Gutierrez *canon. libro 1. cap* 5. *numero* 10. & confirmatur ex Trid. *ſeſſione 7. de reformat. cap.* 12. vbi facultates de non promouendo minimè ſuffragantur vltra annum.

23 Infero ſecundò iuxta mentem *dicti cap. licet canon.* non poſſe Epiſcopum reſtringere annum prædictum à iure conceſſum; imò nec monere, & nec cogere Rectorem Eccleſiæ Parochialis, vt intra breuius tempus Sacerdotium ſuſcipiat; quia cum annus ille à iure conceditur, non eſt cur ab Epiſcopo queat auferri, iuxta regulam indultum *de reg. iuris lib.* 6. ex quo in terminis notarunt Bonifacius *in Clem. vnica num. 45. de officio Vicarij*, Rebuffus *dicto tit. de non promotis intra annum* *num.* 19. Petrus Gregorius *de re beneficiaria dict. cap. 25. num. 8. poſt medium*, Barboſa *de officio Parochi dict. c. 5. num.* 24. † vbi cum Sanchez *in præcepta Decalogi tom. 1. lib. 4. cap. 22. num.* 25. ait 24
quod ſi ante annum finitum, diſpenſat Prælatus in anno illo ad aſſumendos ordines præfixo, prorogando terminum, non incurratur pœna, *dicti cap. licet*, & patet ex iam dictis, *ſub quæſtione* 1. cum eodem Barboſa *in dicto cap. licet numero* 5.

Infero tertiò, quod Epiſcopus, qui ſemel præſtitit licentiam ſtudenti Parocho, diſpenſando in ſeptennio, non poſſit eam diſpenſationem reuocare ante illud tempus finitum, Sanchez *de matrim. dicto lib. 8. diſp. 33. num.* 12. Rebuffus *de priuileg. ſcholaſticor. priuilegio* 37. Barboſa *in dict. cap. cum ex eo num.* 7. idem *dict. cap. 5. de off. Parochi ſub num.* 22. circa medium per gloſſam *dicti cap.* verb. *per ſeptennium.* 25

Infero quartò dicendum ex illo textu, quod Epiſcopus, qui licentiam præſtitit Parocho ad ſtudendum per ſeptennium, poſſit prouidere de Vicario idoneo Eccleſiæ, aſſignata ei prouiſione, & ſtipendio ex fructibus beneficij: ita Doctores ibi; imò & Barboſa *num.* 5. in verbo, *vt per bonos & ſufficientes Vicarios*, ait ad Epiſcopum tantum non ad Parochum ſpectare talem deputare Vicarium illo ſeptennio, quo abeſt à reſidentia Parochus ſtudiorum cauſa, & tenet *de officio Parochi ſub dict. num.* 22. cum Sanchez *lib. 3. diſp. 31. numero* 11. 26

Dubium autem eſt, vtrum deciſio *dict. cap. cum ex eo*, adhuc duret in praxi poſt deciſiones Tridentini Concilij; & videtur quod ſic, tum *ex cap. 1. in fine ſeſſ. 5. de reform.* dum generaliter inquit docentes, & ſtudentes ſacram ſcripturam, gaudere omnibus priuilegiis à iure conceſſis de perceptione fructuum beneficiorum in abſentia. Secundò *ex cap. 12. ſeſſ. 7. de reform.* dum facultates de non promouendo ad annum adſtringens, excipit caſus à iure expreſſos; inter quos patet hunc de cauſa ſtudendi præcipuum eſſe, & expreſſum patet *in dict. cap. cum ex eo*, & notat gloſſa Marginalis *in dict. cap. 12. Trid.* 27

Sed contrarium dicendum eſt: nam cum iam hodie non admittantur ad Parochiales Eccleſias, niſi qui per concurſum magis idonei fuerint iudicari; iuxta quæ latè dico *in cap. 29. de præb. & ſub tit. de conceſſione Præbendæ*, & infra *in cap. penult. hoc tit.* vbi de his, in quibus debeat Parochus inſtructus eſſe; ideo iuſtè, & ritè à Sacra Congreg. Cardinalium reſponſum fuit quoad Parochiales impetratas poſt confirmationem Concilij Trid. nullam licentiam dandam ad percipiendos fructus in abſentia ratione ſtudij, & in Parochialibus, eam referunt Petrus Henriquez *conſ. 23. num.* 4. Gonzalez *ad regul. 8. Cancel. gloſſa 6. num.* 251. Armendar. *in addition. ad recopil. Legum Nauar. lib. 2. tit. 23. l. 2. §. 2. ſub tit.* ſed an Parrochi debeant reſidere in ſuis curatis, Riccius *in praxi rerum fori Eccleſiaſt. deciſ. 502. in 1. editione, alias reſolut. 393. in fine in 2. edit.* Sanctarellus *variar. quæſt. 3. n.* 25. & docet Barboſa *in dicto cap. cum ex eo num.* 2. & *in paſtorali p. 3. alleg. 53. num. 77. & alleg. 56. n.* 30. & *de offic. Parochi p. 1. dict. cap. 5. ſub dict. num. 22. in fine*, dicens prædictam declarationem eſſe approbatam, cum Cardinalium authoritas in ſua ſacra Congregatione ſit approbata à Papa; & ſic infert ceſſaſſe diſpoſitionem *dicti cap. cum ex eo*, 28

improbans quandam interpretationẽ D. Ludouici Correa ſui Præceptoris, quam refert ab illo traditam *ſuper cap.1.ad finem ſeſſ.23.de reform.* Et hæc opinio, quam ſequor in praxi videtur probari, *ex cap.2.Trid.ſeſſ.8 de reformatione*, dum reuocat omnia priuilegia, ſeu exemptiones, quæ tollit reſidentiæ neceſſitatem, quod repetit *in dict.cap.1. dicta ſeſſ.21.ad finem.*

29 Verùm hodie, etiam non obſtante prædicta doctrina in Parochis etiam decidendum eſt eam non procedere in aliis beneficiatis curam animarum non habentibus; quia iſti licèt ad reſidentiam adſtringantur: tamen ratione ſtudiorum poterunt abeſſe, vt docent Nicolaus Garcia *de beneficiis p.3.cap.2.num.82. & 86.* Armendarus, *in addition ad recopil legum Nauarræ lib.2.tit.23.l.2. §.2.num 121.* Sanctarellus *variar. reſolut.q.3.n.23.* Barboſa *in paſtorali dict.p.3.alleg.56.num 29. & in dicto cap.cum ex eo num.9.de electione, in gloſſa litteratum*, ibi: *& caueant Epiſcopi ne diſpenſent cum his, qui dociles non ſunt*, & *in cap. relatum 4. numero 7. de clericis non reſident.* adducentes declarationem Sacræ Congreg. Sancti
30 Concilij Trid. † qua cenſuit teneri Ordinarium dare illis Beneficiatis prædictam licentiam; dummodo id ſtatus Eccleſiæ patiatur, & in publico, celebrique Gymnaſio Theologiæ, vel ſacris Canonibus ſtudeant, & minores ſint annis triginta; imò & idem Garcia *dicto cap.2.n.105.* Moneta *de diſtributione quotid. quaſt.10. num.14.* Armendar. *ſupra numero 99. & 102.* Barboſa *dicta allegat.6. numero 31.* Sanctarellus *dict.quaſtione 3. num.27.* dicunt quod prædicta licentia non ſuffragatur vltra quinquennium à die, quo cœpit ſtudere Beneficiatus. Et ratio cur in his beneficiis, & Canoniis aut dignitatibus Collegiatarũ, ſiue Cathedralium Eccleſiarum ſic procedat hodie ſine contradictione; Tridentini ea nempe eſt, quia in iſtis non ea ſufficientia, & idoneitas, ſicut in Parocho eligendo prærequiritur; quare tunc meritò debet viuere ratio deciſionis *dicti c.cum ex eo*, eo quod expediat Reipublicæ, vt ſint in ea homines multum litterati, vti docent Rebuffus *in tract.nomin. q.3.* latè Gonzalez *ad reg.8.Cancel § 6.proœm.n.3.& gloſſa 4.à n.4.* Barboſa *in dicto cap. cum ex eo n.3.* & *in paſtorali allegat.56.n.3.* vbi alios refert, & confirmari videtur *ex c.de multa, de præbendis*, quatenus incompatibilitas beneficiorum ſolet permitti cum valdè litteratis hominibus

31 Pro complemento notabis iuxta gloſſam *dicti cap.cum ex eo*, in verb. *ſeptennium*, ibi: *Sed nunquid*, quod licentia de ſtando in ſcholis ſtudendi cauſa, non expirat morte concedentis, vt docet ibi Barboſa *numero* 8. Franciſcus Molin. *de ritu nuptiarum, lib. 2. differentia 11. numero* 109. Romanus *ſingulari* 517. Didacus Perez *in l.2. verſ. ſcan titulo 2. lib. 2. ordinam. col. 1. pagina* 199. Et cum abſoluitur textus iſte.

Ad Text. in Cap. Præterea V. hoc tit.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Regimini Eccleſiæ aſſumi poteſt conſtitutus in minoribus, ſi alias eſt idoneus.*

2 *Parochialis olim non conferebatur, niſi Subdiacono ſaltim, hodie concedi poteſt Tonſurato, in ætate legitima conſtituto*, & numero 4.

3 Cap.ſi pro clericis 8.de præb.lib.6.

5 *Epiſcopus debet prouidere de beneficio, etiam curato illi, fauore cuius Pontifex ſcribit, vt prouideat, prouiſus tamen debet recipere ordines requiſitos ad beneficium, quamuis in litteris non fiat mentio*, numero 6.

TExtus iſte quatenus ſtatuit, vt conſtitutus in 1
minoribus ordinibus, ſi alias eſt idoneus, poſſit diſpenſatiuè aſſumi ad regimen Parochialis Eccleſiæ, benè intelligitur ex adductis *ſupr. in c. præcedenti 4.* & ex his quæ dico *infr.in c.pen.& fin.* vbi de ſcientia, & habilitate nominari ad curam animarum. Et ad quæſtionem expendi textum hunc *in dict.cap.4. quæſtione* 1.in verſ. *ad tertiam.*
† Cumque hic vt quis ad regimen Eccleſiæ Pa- 2
rochialis aſſumeretur, deberet eſſe iam Subdiaconus, niſi diſpenſatiuè, nondum in ſacris conſtitutus aſſumeretur. Tamen de iure nouiori Canonico, vt colligitur, *ex cap.licet canon.& cap.commiſſa de elect.* de quibus dixi latè *ſub d.c.4. hoc tit.* imò & per Tridentinum, iuxta quæ ibi notaui, *q.1. n.1.* & in locis, quos ibi citaui, ſufficit ad obtinendũ beneficium curatum, ſicut & ad alia beneficia curata vt quis ſit inſignitus prima tantum Tonſura; cum ea tamen differentia, vt ſit in ætate ad beneficia ſimplicia, & Capellanias annorum quattordecim, ad Dignitates, Canonicatus, & beneficia curata in ea tamen ætate, quæ ad obtentionem cuiuſlibet beneficij, & Præbendæ Eccleſiaſticæ requiritur, iuxta quæ latè dixi, *ſub cap.1.& cap.3. hoc tit.*

Nec præfatæ doctrinæ obſtat textus *in cap.ſi* 3
pro clericis 8.de præb.lib.6. quo videtur colligi, vt etiam non tonſurato, nec aliquo ordine inſignito poſſint beneficia conferri per verba, ibi: *Nec defectu ordinum in eiſdem litteris mentio habetur*; quia etſi plura ſcribentes diſputent circa intellectum illius textus *ibi*, vt refert Beroius *in c. ad aures num. 26. de reſcriptis.* Rebuf. *tit. de forma mandati, §.volentes*, verbo *pro expreſſis, verſ.24.* & alij de quibus Rolandus *conſ.47. lib.1. numero* 57. reſpondeo prædicta verba intelligi de defectu materiali, vel ſimplici carentia ordinum ſacrorum non inquam de defectu formali, quaſi aliquid deficiat de iure neceſſarium: quo pacto reſpondet Barboſa *de off. Parochi p.1.cap.5.num.3.* præter quæ adducit *in collect.dict.cap.8.*

Quare dicendum eſt Parochialem Eccleſiam 4
conferri poſſe ei, qui Sacerdos non eſt tempore promotionis; ſi tamen in ea ſit ætate, & alias idoneus, vt intra annum poſſit promoueri ad Sacerdotium

cerdotium, ſicut colligitur *ex cap. cum in cunctis, §. inferiora de electione, & ex cap. 2. de inſtit. lib. 6.* notant Rebuffus *in praxi tit. requiſita ad collationem bonam, num. 34.* Rochus *de Iure Patronatus,* verb. *honorificum, num. 24.* Roland. *conſ. 47. num. 59. lib. 1.* & dum tamen habeat primam Tonſuram, quæ ſufficit, & requiritur tempore prouiſionis per textum *in cap. ex litteris de tranſact.* ibi: *nondum fuiſſe Tonſuratum,* vt docent, *ibi:* Abbas, & Rebuffus, *loco citato num. 33.* & patet ex dictis *ſub dicto cap. 4. quæſt. 1. num. 1.* & ibi notatis. Et ita ſancta Congregatio Concilij, teſte Garcia *de benefic. p. 7. num. 48.* cenſuit: *obtinentem beneficium curatum, eſſe Diaconum, vel Subdiaconum, ſed intra annum deberi promoueri ad Sacerdotium,* iuxta quæ latè dixi *ſub dicto cap. 4.* expendendo iura *in dict. cap. licet, dict. cap. commiſſa de electione.*

5 Vnde dixerunt Lapus, Abbas, Gemin. Ioannes Andreas, Archidiac. Ancharanus, Butrius, Dominic. Monach. Franc. Viuianus *in rationali lib. 3. pag. 74.* Alagona *in compendio iuris Canon. pag. 385.* & Barboſa cum eis *in dicto cap. ſi pro clericis 8. de præb. in 6.* Azor. *inſtitut. moral. lib. 6. cap. 5. q. 9.* verſ. *nec obſtat.* & *cap. 8. quæſt. 13.* reſumentes prædictum textum quod ſi Papa ſcribit alicui ordinario, vt beneficio prouideat alicui etiam curato, & talis prouidendus non habeat ordinem requiſitum, poſſit Epiſcopus illi prouidere de beneficio etiam curato.

6 Sed quod prouiſus teneatur primis temporibus à iure ſtatutis accipere ordines, quos beneficium requirit quamvis in litteris non fuerit facta mentio, quod ordinem non habet; quia patet ex dictis vt intelligatur, quatenus debet eſſe Tonſuratus ſaltim; etſi propter naturam; & legem beneficij debeat recipere minores, alioſve ordines ſacros.

Ad Text. in Cap. Quæris à nobis VI. hoc tit.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Ordines recipere compelluntur Clerici illis annexos propter vtilitatem, & neceſſitatem Eccleſiæ vbi beneficia habent: & quare,* num. 2.

1 EX textu noſtro Doctores communiter docent, quod Clerici propter vtilitatem, & neceſſitatem Eccleſiæ, vti habent beneficia, compelluntur recipere ordines illis non annexos: ſic Barboſa cum multis ab eo relatis. Et confirmatur, quia ſi reuera ius in Eccleſia fecerit, diuerſus gradus beneficiorum, diuerſos etiam ordines præcisè requirentium, iuxta quæ iam adduxi ſupra *in cap. 1. cap. 3. cap. 4. & 5. hoc tit.* ratione quorum videatur, vt nullus Beneficiatus, ſeu Præbendatus, non habeat neceſſe ad alios ordines beneficio non prærequiſitos aſcendere, vt colliges ex præcitatis locis; tamen quia Nauarrus *miſcellanea 44. in fine de oratione in noua editione, & conſ. 1. in fine ſub tit. de præbend. in vtraque edit.* Sanchez *de matrimonio lib. 7. diſp. 45. n. 18.* & Barboſa *hic,* cum eis ex gloſſa
2 *vtilitas,* quam notant, † ad id quod omnis, qui beneficium accipit, quamuis ſit ſimplex, debet habere animum actualem, vel virtualem, ſaltim diſiunctiue accipiendi ordines ſacros, ſi neceſſitas Eccleſiæ illud exegerit, vel renunciandi, aut dimittendi beneficium, ratione cuius iuberetur ordinari: ſequitur dicendum, vt adueniente præfata noſtri textus vtilitate, aut neceſſitate pro Eccleſiæ ſeruitio, & ſolatio populi, poſſint compelli per ordinarium aſcēdere ad alios ordines ſacros, iuxta metam vtilitatis, & neceſſitatis Eccleſiæ, cui inſeruiunt, aut cui aſſignentur inſeruire. Alios caſus decidit littera hic, vbi videbis. Et facit pro doctrina huius textus Trid. *in cap. 4. de reformatione ſeſſ. 21.* vbi quando Rector vnus non ſufficit Eccleſiæ debet Epiſcopus agere, vt Rector alios aduocet Sacerdotes, &c.

QVÆSTIO I.

An ſit culpa mortalis accipere beneficium ſimplex animo non perſeuerandi in ſtatu Clericali, aut non aſcendendi ad ordines ſacros? Et an qui ſuſcipit primam Tonſuram, vel minoribus ordinibus initiatur animo non aſcendendi ad alios ordines?

SVMMARIVM.

1 *Beneficium ſimplex acceptans animo non aſcendendi ad ſacros ordines non peccat. Et quid ſi animo illud ad tempus retinendi, & fructibus fruendi,* n. 2. & 3.

3 *Nuptias celebrare liberè poteſt Beneficiatus in ſacris non ordinatus, dum tamen dimittat beneficium.*

4 *Ordines recipere maiores non tenentur Beneficiatus; etſi neceſſitas; & vtilitas Eccleſiæ premat; ſi tamen Epiſcopus ad id non compellat, non ſic in Curatis,* n. 5.

6 *Beneficium ſimplex acceptans requirens ordinem ſacrum animo non aſcendendi ad illum peccat lathaliter.*

7 *Beneficiarius acceptans beneficium animo non ordinandi, non eſt abſoluendus, donec, aut animum mutet, aut illud dimittat.*

8 *Ordo ſacer beneficio ſimplici, quando dicatur inhærere.*

9 *Manus aliquod accipiens curare debet eſſe habilis ad illud obeundum.*

10 *Beneficia, alia ſunt ſacerdotalia, quæ requirunt fundatione, ſtatuto, &c. Sacerdotalem ordinem, Diaconatum, vel Subdiaconatum,* & n. 12.

11 *Capellania quando dicatur Sacerdotalis actu, vel aptitudine.*

13 *Capellania non dicatur Sacerdotalis; eo quod habet onus celebrandi remiſſiuè.*

14 *Tonſuram accipiens cauſa euadendi iudicium ſæculare, peccat mortaliter.*

15 *Ordines minores ſuſcipiens animo non aſcendendi ad ſacros, probabilius eſt, vt tantum peccet venialiter contra aliquos* numero 17.

16 *Ordinis cuiuſlibet Eccleſiaſtici qua litteratura requiratur,* n. 17.

19 *Illegitimus quoad ordines minores poteſt ab Epiſcopo diſpenſari.*

20 *Religionem ingrediens abſque animo aſcendendi ad ordines ſacros, peccat lethaliter.*

21 *Epiſcopus non peccat conferens tonſuram, ſeu ordines minores non habenti animum aſcendendi ad ſacros.*

1 AD primam difficultatis partem, vt reſpondeam, præmitto quæ dixi ſupra *in c.4.q.1.* in verſ. *infero quarto*, & *in q.2.* verſ. *ad quartam in fine*, vnde ſub diſtinctione reſpondeo quod ſi beneficio illi ſimplici ſic acceptato, non ſit ſacer ordo annexus, vacet culpa mortali qui illud recipit cum intentione nullius Sacri ordinis recipiendi, ſi habeat animum perſeuerandi in ſtatu Clericali, ac ſatisfaciendi oneribus, ad quæ tale obligat beneficium; quia cum nullum ius obliget hunc beneficiarium ad ſuſcipiendos ordines ſacros, nec beneficium, eos petat, ſequitur vt non ſit peccati reus carens eo animo, ac ſubinde, vt nec venialiter peccet: ſic tenet Sanchez *de matrim. lib.7. diſp.45. num.17.* cum Nauarro *in ſumma Latina cap.25. n.18.* Ludouico Lopez *p.1. inſtruct. Sacerd c.256. col.3.* verſ. *tam & alia munera*, Vega *in ſumma tom.1. cap.36. caſu* 23. Fr. Eman. Rodriguez *tom.1. ſumm. in 2. edit. cap.30. num.6. & num.4.* & videntur ſentire Sotus *lib.10. de Iuſtit. queſt.5. art.9. col.4.* paulò ante *verſ. de penſionibus*, Gutierrez *Canonic. lib.2. cap.5. à num.24. &* 25. vbi latè agens explicat ipſum Sotum.

2 Quòd ſi Beneficiatus accipiat illud beneficium, cui ſacer ordo annexus non eſt animo illud ad tempus retinendi, & eius fructibus fruendi, poſteaque, eo deſerto, ad vitam ſæcularem, aut coniugalem tranſeundi, dummodo eo animo accipiat, & retineat: vt velit ei ſufficienter inſeruire, donec illud, mutato ſtatu, relinquat: videtur etiam dicendum vt non peccet mortaliter; eo quod nullo iure improbatur hunc habere animum ſub culpa mortali perſeuerandi in ſtatu clericali.
3 † Cum iura liberum ei concedant tranſitum ad nuptias, modo beneficium relinquat, iuxta textum *in cap. Ioannes cap. diuerſis de clerico coniugato*, ſic docent Nauarr. *in cap. quando de conſ. diſt.1. cap.5. n.52.* Sanchez *dicta diſp.45. n.19.* vbi cum multis ab eo relatis, *ſub n.16.* exiſtimantibus contrahere culpam mortalem, admittit in hoc caſu contrahere prædictum Beneficiarium culpam venialem, eo quod negari non poſſit eſſe aliqualem debiti ordinis peruerſionem; quia etſi beneficia ſint inſtituta ad ſuſtentandum clericum in ſtatu clericali, & ideo ordo peruertatur, & debitus finis: qua ratione abſolutè dixerint Nauar. *miſcel. 45. de oratione n.5. & lib.5. conſ. tit. de prabend. in 1. edit. conſ.16. num. vnico.* Flaminius *de reſignat. beneficior. lib. 4. q. vlt. n.41.* Gutierrez *dict. cap.5. n.26.* peccare; etſi non explicent vtrum lethaliter, excepto Nauarro dicente *in Miſcellaneo 44. n.2. de oratione*, & Toleto *lib.3. ſumme cap.18. n.4. & lib.5. cap.4. num.5.* qui ſentiunt peccare lethaliter; ſed Sanchez eos non ſequitur, *dicto n.19. in fine*, ex eo, vt non ſit tanti momenti animus ille, quod per eum incurrat Beneficiatus culpam læthalem: qui *n.20.* cum Nauarro *dicta miſcell.45. in 1. edit. num.6. verſ. 6. & verſ.7.* idem procedere in accipiente penſionem Eccleſiaſticam animo ea fruendi ad tempus, & tranſeundi ad ſtatum coniugalem.

4 Hinc infero, quod etſi ſupra ſub principio textus noſtri dixerim, vt beneficiarius ſimplex poſſit compelli per ſuum ſuperiorum ad recipiendos ordines ſacros, ad quos obligatus non eſt, ſtante neceſſitate, & vtilitate. Tamen etiam ſi prædicta vtilitas, & neceſſitas adſit, adhuc ſi non compellatur à ſuperiore, non teneatur illos recipere, cum ſatis ei ſit habere voluntatem abſolutam ſubeundi omnia onera ſuo beneficio annexa tempore, quo poſſederit, & diſiunctiuam aſſumendi ordines ſacros, ſi Epiſcopus iuſſerit, cogente neceſſitate, vel vtilitate Eccleſiæ, aut dimittendi beneficij: ita docent, Nauarrus *lib 3. conſ. de præb. conſ.1 fin. & miſcellan. de orat.44. in nona edit. in fine*, Sanchez *dict. diſp.45. lib.7. de matrim. num.18.* quæ, meo videri, tuta ſunt, alias inquam multi acceptantes beneficia ſimplicia, quorum fructus percipiunt ad ſæculum poſtea redeundo, præmerentur maximis ſcrupulis, ſi peccarent læthaliter, aut itidem tenerentur ad reſtitutionem.

Nec obſtant quæ ſupra adduxi *in dicto cap. 4. queſt.2.* in verſ. *ad tertiam*, & verſ. *ad quintam*. quia ibi dicta intelliguntur de acceptante beneficium Curatum modo ibi dicto, circa quod loquitur expreſsè textus *in cap. licet canon. & cap. commiſſa de electione, lib.6.* cumque eorum deciſio ſit pœnalis, non eſt cur ad alia beneficia ſimplicia, & non curata extendatur, iuxta *ibi* dicta. 5

In ſecundo verò caſu quid dicendum, an ſit culpa mortalis accipere beneficium ſimplex, cui eſt annexus ordo ſacer, aut retinere illud animo non aſcendendi ad ordinẽ illi beneficio annexum? Et reſpondeo culpam eſſe lethalem, quia iure naturali, diuino, & humano accipiens officium, tenetur curare ſe eſſe habilem ad illud, ex textu *in l. idem iuris, ff. ad leg. Aquil. cap. non eſt putanda 1. queſt.1.* tenent Sotus *dict. lib.10. de Iuſtitia, q.5. art.6. col.4. paulò ante verſ. de penſionibus autem*, Ioannes Gutierrez *dict. lib.2. canon. cap.5. num.25*, Toletus *in ſumma lib.5. c.5. n.5. & lib.4. c.18. n.4.* 6
† Vbi addit eum abſoluendum non eſſe, donec aut animum mutet, aut beneficium dimittat, idem 7
proſequitur Sanchez *ſuprà num.14.* ex doctrina Nauarri, *vbi ſupra in dicto cap. quando de conſecr. diſt.1. cap.21. n.51. & in ſumma dict. c.25. n.118.* & ex Manuel Sa *in ſumm. verb. beneficium, n.39.* vbi refert tunc teneri aſſumere Sacerdotium intra annum.

Quod ſi dubites quando dicatur ordo ſacer beneficio ſimplici annexus? Reſpondeo breuiter id beneficium dici habere ordinem Sacrũ annexum, quod obligat ad onus aliquod, petens ordinem Sacrum, quod autem non obligat ad miniſterium requirens ordinem Sacrum, non habere talem ordinem annexum, firmat Sanchez *de matrim. dicto lib.7. diſp.45. ſub n.15.* itaque dixit Sotus *dict q.5. art.6. colum.4.* verſ. *de alijs*, Sacrum ordinem requirere beneficium, cui eſt annexum Clericale obſequium, 8
† & reddit rationem Nauarrus *in dict. cap. ſi quando cap. 21. num. 51.* cur teneatur accipiens tale beneficium aſcendere ad ordinem Sacrum; quia ſcilicet accipiẽs munus aliquod, debet curare eſſe habilem ad illud obeundum: & expendens Nicol. Garcia *de benef. p.7. c.1. à n.40.* 9
† vbi poſtquam enumerauerit beneficia non ſacerdotalia, dicit eſſe alia Sacerdotalia, quæ requirunt de iure, de conſuetudine, ſtatuto, vel priuilegio, aut fundatione, quod ea obtinentes in Præsbyteros ordinentur, aut in Diaconos, aut in Subdiaconos, tuncque dici annexum ordinem aptitudine, & attento tẽpore proſecutionis: & ſic dixit Sanch. *vbi ſupra dict. num.15.* 10
† quod petente fundatore Capellaniæ, vt Capellanus tot faciat ſacra, tunc exigitur Ordo Sacerdotalis ad illam, ſolumque inter 11

Doctores

Doctores controuerti, an is ordo actu exigatur in Capellano eligendo, aut potius ſufficiat, vt poſtea initietur. De quo puncto alibi expendo, interim videbis laté agentes D. Garciam *in dicto cap. 1. à*
12 *num. 56.* † vbi dicit alia eſſe beneficia, quæ non niſi actu Præsbyteris, vel alium ordinem habentibus, prouideri poſſunt ex fundatione, conſuetudine, priuilegio, ſtatuto, vt quando inſtitutio, vel ſtatutum dicit quod non conferatur, niſi Præsbytero, vel quod conferatur Præsbytero: vbi *n. 58.* quando Capellanus debeat eſſe actu Sacerdos: &
13 ibi, *in §. 1. à num. 75.* † An Capellania ſit Sacerdotalis ex eo ſolum, quod habeat onus celebrandi annexum, tractant Spino *in ſpeculo teſtam. gloſſa 4. princ.* Gutierrez *toto conſ. 1.* Zeuallos *in pract. quæſt. 693.* Lambertinus *de iure Patron. lib 2. p. 1. q. 7. toto art. 29.* & poſt eos multi alij recentiores alibi referendi.

14 Ad ſecundam quæſtionis partem, vt reſpondeam, præmitto quod breuiter dixi ſupra in *cap. non eſt compos, de temporibus ordin. quæſt. 3. in fine,* in verſ. *ad vltimam*, vbi egi de dubio illo, an peccent mortaliter qui ordinantur prima Tonſura, cauſa tantum, euadendi iudicium ſæculare: & ibi adductis addo Ægidium Trullench. *de Sacram. Ordinis lib. 6. cap. vnico dubio 11. ſub num. 10.* in verſ. *quare*, vbi dicit peccare mortaliter, qui accipit coronam, vel quatuor minores ordines, vt fugiat iudicium ſæculare: ſic cum Barboſa *de offic. Epiſcop. p. 2. allegat. 2. num. 12.* Ledeſma *in ſumma*
15 *part. 7. de ordine concluſ. 3.* † & addit cum Diana valde probabile eſſe; imò probabilius exiſtimat non peccare mortaliter eum, qui ſuſcipit coronam aut quatuor minores ordines animo non áſcendendi ad alios ordines, ſed tantum vt gau-
16 deat priuilegio fori, & exemptione à tributis. † Quia Trid. *in cap. 4. de reformat. ſeſſ. 23.* ſolum vult oſtendere quid ipſa decentia, & illius ſtatus reuerentia poſtulet, cum non vtatur verbis præceptiuis ſufficientibus ad obligationem peccati mortalis; non inquam intendit, vt vlterius progredi intendat, ſed velle, vt ſufficiat in eo officio ſeruire Deo, ex ipſo Trident. *ibi c. 11.* in promouendis ad quatuor minores ordines, vt ſaltim ſciant, & intelligant linguam Latinam. In aliis inquam, qui ſint initiandi Subdiaconatu, Diaconatu requirat Trid. ibi, *dict. ſeſſ. cap. 12.* linguam Latinam, & cognitionem, quæ pertinet ad iſtos ordines. Et in Præsbyteratu, & Sacerdotio, ibi, *cap. 13.* requirat eam ſcientiam, qua poſſit populum docere neceſſaria ad ſalutem, riteque adminiſtrare Sacramenta, vt ibi., *cap. 14.* de quibus dico *ſub cap. penultim. hoc tit.*

17 Vnde ad difficultatem reſpondeó, quod etſi Barboſa, Bañez, Ledeſma & Nauarrus, quos citat Diana *2. p. tract. 16. miſcell. 2. reſ. 22.* in caſu prædicto exiſtiment peccare mortaliter ex ratione dicti *cap. 3.* Trid. dicentis, vt prima Tonſura non ordinentur, qui Sacramentum Cõfirmationis non ſuſceperint, & fidei rudimenta edocti non fuerint, quique legere, & ſcribere neſciant, & de quibus probabilis coniectura non ſit eos, non ſæcularis iudicij fugiendi fraude, ſed vt Deo fidelem cultum præſtent, hoc vitæ genus elegiſſe: tamen ipſe & Gaſpar Hurtado, *de Ordine diſ. 22.* Coninch *de Sacram. tom. 1. diſp. 20. num. 104. & 105.* Villalobos *in ſumma tract. 11. difficult. 14. num. 2.* & Sanchez cum aliis *de matrim. diſp. 31. p. 7. num. 17.* vbi etſi neget peccare mortaliter fatẽdo dari culpam nonnullam, quando accipit primam Tonſuram animo declinandi iuriſdictionem fori ſæcularis. † Ta- 18
men *num. 16.* abſolutè docet in caſu noſtri dubij, quod qui initiatur prima Tonſura, aut minoribus ordinibus, non tenetur habere animum aſcendendi ad ordines ſacros, poſſeque abſque ea intentione illis inſigniri probãs ex eo, quia nullo iure cauetur in ordinando talis obligatio. † Deinde quia poteſt 19
Epiſcopus diſpenſare cum illegitimo quoad ordines minores; qui tamen ad ordines ſacros aſcendere nequit, *ex cap. 1. de filij Præsbyt. lib. 6.* concludens, vt animus retrocedendi in ſic ordinato, non ſit culpa mortalis, ſicut nec retroceſſio. † Et reſ- 20
pondit ad dubium de ingrediente Religionem abſque animo aſcendendi ad ordines; quia in iſto eſt diſpar ratio, cum teneatur ex ſtatuto, & vi Religionis aſcendere ad illos, vt inſeruiat Religioni. † Et ſic ſatis infert Sanchez *num. 18.* non 21
peccare Epiſcopum conferentem Tonſuram, aut ordines minores non habenti animum recipiendi ſacros, contra Ledeſmam *de Sacram. Ordin. dubio 5. concluſ. 2.* qui id probat *ex dict. cap. 4. Trid. & cap. nullus de temporibus ordin. lib. 6.* quod non probant, vt ex ipſis iuribus patet, ſed bene facere Epiſcopos ſi eos non ordinent, ſic Nauárr. & Trullench. *ſupra.*

Ad Text. in Cap. Ad aures. VII. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Medici beatiores ſunt quoad ſæculum, quàm Aduocati, habentque obligationem monendi infirmos, vt accipiant Sacram Euchariſtiam.*

2 *Medicus ſalariatus de publico, non debet petere præmium ab infirmis.*

PRo ampliatione huius textus, quatenus agit 1
de Medico, addes quæ abundè dico *infra in cap. cum infirmitas de pænit. & remiſſion.* vbi de obligatione, quam habet Medicus cum viſitat infirmos monendi eos, vt confiteantur, & recipiant ſanctiſſimum Euchariſtiæ Viaticum: de quo puncto, ac de aliis infert plura cum pluribus Zenedus omnino videndus *collect. 163. ad Decretales*, & Barboſa *hic*, vbi nonnulla recollectans, dicit *n. 5.* quòd Medici beatiores ſunt quoad ſæculum, quàm Aduocati; quia eorum errores cooperit terra. Et *num 6.* quòd Medicus tenetur pauperem gratis curare, ſicut Aduocatus tenetur pro miſerabilibus perſonis patrocinium ſuſcipere, de quo dixi *ſub cap. 14. de Iudiciis*, vbi plura *de officio Aduocatorum.*

Et *num. 8.* ait; quod Medicus ſalariatus de pu- 2
blico, non debet petere præmium ab infirmis: de quo caſu, & aliis adducit etiam alios Doctores diſputantes, idem Zenedus *ſuprà* allegatus: Vnde iam ad proprias noſtri textus difficultates.

QVÆSTIO I.

An Medicus propter euentum mortalitatis infirmi, impediatur ad ordines ſacros promoueri, ſi peritus, & ſolicitus eſt, ac traditiones artis Medicæ obſeruet. Et an Medicus de publico ſtipendiatus fiat irregularis, ſi ex omiſſione curandi pereat infirmus. Et an Medicus effectus Sacerdos, poſſit ſine peccato mortali exercere artem Medicinæ? Et an Medicina ars ſit liberalis, & nobilis, ſicut Aduocatia? Et an Medici teneantur, cum gradum Vniuerſitatis recipiunt, emittere fidei profeſſionem?

SVMMARIVM.

1 *Cap. ſententiam ſanguinis, ne Clerici, vel Monachi, infra*, num. 14. *& ſub* quæſtione 2.

2 *Index procedens ad ſententiam ſanguinis, contrahit irregularitatem.*

3 *Irregularis fit qui deliquentem accuſat in cauſa ſanguinis, aut aduerſus, illum teſtificatur, ſi ſequitur effectus, aut mutilationis.*

4 *Medicus etſi clericus in minoribus, non conuenitur coram laico pro defectu ſuæ artis, vt* num. 19.

5 *Medicus aut Chirurgus periti curantes iuxta regulas artis poſſunt; etſi infirmi moriantur, aut mutilentur, ordinari etiam in ſacris* n. 6. 7.

6 *Culpa non imputatur, ſi præter culpam operantis, caſus fortuitus contingat.*

7 *Chirurgus ſæcularis liberatur ab irregularitate, ſi imponens debitam diligentiam, infirmus moriatur aduſtione, vel inciſione.*

8 *Medici liberius viuunt, cum impune hominem occidant.*

9 *Medicus vt non teneatur de morte infirmi, quæ præcauere, & admonere debeat ſed non pœna ordinaria*, n. 10.

11 *Negligentia diſſoluta eſt prope dolum.*

12 *Medici peritia quomodo cognoſcatur, quantaque fides eius dicto præſtetur remiſſiuè*, numero 13.

15 Cap. aliquantum diſt. 51. cap. ſi quis viduam diſt. 50 cap. fin. de homicidio.

16 *Medicus & Chirurgus ſæcularis, quare ex morte infirmi irregulares non fiant, alij verò fit.*

17 *Nullus efficitur irregularis, niſi expreſſè caueatur in iure.*

18 *Argumentum à paritate rationis non valet in materia odioſa.*

20 *Medicus ſtipendiatus, ſi ex negligentia infirmus moriatur num fiat irregularis?*

21 *Medicus ſtipendiatus, dicitur curia adſtrictus.*

22 *Medicus aſſalariatus non debet recedere à ciuitate abſque licentia priorum.*

23 *Medicus, qui pro ſtipendio ſe obligauit, curare infirmos, num in quocumque euentu teneatur tempore peſtis, vel cum periculo propriæ vitæ, remiſſiuè.*

24 *Medicus effectus ſacerdos exercet ſine peccato artem medicinæ, etiam ſi adſit in infirmo mortis periculum, dum non ſit per inciſionem, & aduſtionem*, n. 25. & 26.

27 *Clericus effectus Chirurgus, prohibetur vti officio cum aduſtione, vel inciſione ceſſat in caſu neceſſitatis, & peſtis, ſi non adeſt alius, qui munus exerceat*, n. 29.

30 *Religioſus Chirurgus, ſiue Sacerdos exercendo officium citra mortis periculum cauſa pietatis, & gratis, non peccat. Sed num fiat irregularis ſi infirmus moritur*, numero 31. & 32.

32 *Clericus in minoribus conſtitutus exercens medicinam perite, & ſine aduſtione, nec peccat, nec incurrit irregularitatem*, num. 33. & 34.

33 Cap. tua nos de homicidio, *& numero* 35. *&* 36.

34 *Irregularitas non incurritur à Medico, vel Chirurgo, curante cum inciſione, ſi abſque eius culpa ægrotus moriatur.*

35 *Clericus in minoribus beneficium habens, ſi medicinam exerceat cum aduſtione, num fiat irregularis.*

36 *Monachus Chirurgus, qui aperuit in gutture apoſtema, eſt irregularis, ſi infirmus moriatur & hoc citra debitam diligentiam, vt* num. 37.

38 *Clericus nullus præponendus eſt ruptariis, Balliſtariis; & ſi Sacerdos, Diaconus, vel Subdiaconus ſit, non debet per aduſtionem, vel inciſionem curare, nec promouetur ad ordines, ſi conſcientiam habet læſam*, numero 40.

39 *Irregulares clerici aut Monachi, non ſunt, curantes infirmos diligenter, ſi moriantur, cum operam darent rei licitæ.*

41 *Irregularis fit qui infirmi curam habens, dederit ei aliquam potionem ſine mandato Medici, ex qua moriatur.*

42 *Irregularis fit qui ægrotum nimis anxioſum reuoluit, ſi faciat, vt citius moriatur; eo quod cauſat mortis anticipationem*, n. 42.

43 *Medicina eſt ars liberalis ſicut Aduocatia, & apud omnes maximo honore habita, vt* n. 44. & 45.

44 *Aduocati dicuntur nobiles.*

46 L. fin. ff. de iure immunitatis, l. ambitioſa ff. de decretis ab ordine faciendis.

47 *Chirurgia non eſt ars liberalis, ſed mechanica.*

48 *Medici antiquitùs ſua propria manu abſcindebant, ſed non hodie.*

49 *Medicus nonus dicitur peſtis.*

50 *Scoti Medicos nouos mittebant in Angliam, vt ibi, vt in inimicos artem exercerent.*

51 *Medicus errans, debebat acrius puniri, quàm Aduocatus.*

52 *Medicus non præfertur Legiſtæ nec Theologo, etiam ſi antiquior ſit*, n. 55.

53 *Iudæi Doctorari prohibentur, ſed quandoque eis permittitur in medicina.*

54 *Medici prohibentur fieri legum Doctores.*

55 *Leges dicuntur ſacratiſſimæ per ora Principum diuinitùs promulgatæ.*

56 *Infirmi ingratitudo circa Medicum, remiſſiuè.*

57 *Medici*

57 *Medici cum recipiunt gradum, tenentur facere profeſſionem fidei, & iurare in manibus Epiſcopi obſeruare ſtatutum Pij V. exhortandi, ſcilicet infirmos ad Sacramenta*, num. 58.

1 AD primam quæſtionis partem videtur dicendum, quod Medicus propter euentum
mortalitatis infirmi, impediatur ad ſacros ordines
promoueri, etiam ſi peritus, & ſolicitus ſit, ac
traditiones artis Medicæ obſeruet; & ſic quod fiat
irregularis per iura *in cap. tua nos, de homicidio,
& in cap. ſententiam ſanguinis, ne Clerici, vel
Monachi*, in verſ. *nec vllam Chirurgiæ*: quæ
iura, etſi loquantur de Clericis, & Monachis,
etiam in arte Chirurgiæ paritis eos irregulares declarant, ſi infirmi moriantur. Ergo videtur, vt
quamvis Medicus, ſeu Chirurgus Laicus non ſit
prohibitus ſuas artes exercere in iure: tamen quia
ambarum arte poſſunt contingere mutilationes, &
mortes, ſi de facto contingant, erit quilibet irregularis, taliter vt ob euentum mortalitatis, nullomodo abſque diſpenſatione queant aſcendere ad
2 ordines Sacros. † Et confirmari videtur ex textu
in dicto cap. ſententiam ſanguinis in 1. *part.* & ex
textu *in cap. Clericis eiuſdem tituli*, quibus cauetur iudicem procedentem ad ſententiam ſanguinis; hoc eſt mortis, ſeu mutilationis, & eam exe-
3 quentem, contrahere irregularitatem. † Et confirmatur iterum ex textu *in cap. aliquantum diſt.*
51. cap. ſi quis viduam 5. diſt. & cap fin. de homicidio, lib. 6. quibus probatur quod ſi quis aliquem
delinquentem accuſat in cauſa ſanguinis, aut aduerſus illum teſtificetur, ſi ſequatur effectus mortis, aut mutilationis, contrahit irregularitatem:
ſic docent communiter Doctores, in prædictis iuribus, vbi quod hæc appellatur irregularitas ex
defectu perfectæ lenitatis; & negari non poteſt
iudicem, & teſtem procedendo iuxta iuris regulas, iuſte facere; quemadmodum condemnari nequit Medicus, aut Chirurgus, qui peritus non
deficit in ampliatione ſuæ artis; quia ſi nihilominus moriatur infirmus, & mutiletur, adhuc debet fieri irregularis, quominus aſcendat ad ordines ſacros propter defectum perfectæ lenitatis.

Et pro hac ſententia facit quod dicit Ioannes
4 Gallus *in quæſt.* 150. quem ſequitur Couarruu. *in
Clementina ſi furioſus part. 2. §. 4. ſub numero* 3. in
verſ. *his omnibus*, quod Clericus in minoribus ordinibus conſtitutus Chirurgiæ artem exercens,
poterit coram iudice ſæculari conueniri pro negligentiis, & culpis commiſſis in eius artis vſu.
At ſic eſt quod talis Clericus gaudet foro Eccleſiæ, ſicut cæteri Clerici in Sacris conſtituti, vt
latè dixi *ſub cap. 2. &* aliis *de Iudic. & in cap. 1.
cum aliis de foro competenti*, & percipitur ex relatis iam *in noſtro titulo, & in titulo de temporibus
ordinat.* Ergo ex eo procedit, quia quocumque
tempore ex morte, aut mutilatione ſit reus, etiam
ſi ſecundùm artem curaret, ſaltim quoad irregularitatem ortam ex defectu imperfectæ lenitatis.

5 Nihilominus dicendum eſt Medicum, aut
Chirurgum peritos graduatos, & curantes iuxta
regulas artis Medicæ, ſi abſit negligentiæ culpa
in applicando remedia in tempore opportuno,
non contrahere irregularitatem, nec prohiberi
etiam, ſi multi infirmi morerentur, aut mutilarentur, ad ſacros ordines promoueri; tum quia de
iſtis nullo iure contrarium cauetur; tum quia ſic
expreſsè diſpoſitũ eſt hic in textu noſtro, & probatur *ex cap. hi qui arborem 50. diſtinctione*, & ex
regula textus *in cap. vnico de œconomo, cap. fin. de
homicidio, l. in rebus, ff. commodati, l. illicitas, ff. de
offic. Præſidis*, quibus probatur, † culpam non im- 6
putari, ſi præter culpam operantis, caſus fortuitus contingat, tradit gloſſa 1. *hic*, vbi in fine dicit: *Abſit, vt nobis imputetur quod præter culpam
noſtram contingit*, probans ex textu *in cap. de occidendis 25. quæſt. 5.* & ex illo verſu,

*Non eſt in Medico ſemper releuetur, vt
ager.*

Docent hanc concluſionem Doctores hic, Abbas,
Antich, Zabarella *collect.* Bellamera, Ioannes
Andreas, Henriq. Innocent. Imola, Anan. Viuianus *in ration. primi libri Iuris Pontificij pag.* 105.
remiſſiuè, Ximenez *in concordant. part. 1.* refertur
ab Anton. Auguſtino *collect. 2. decretal. lib. 1. tit. 8.
cap. 2.* Couarruu. ſupra *dict. num. 3. §. 4.* Simon.
Maiol. *de irregularit. lib. 2. cap. 12. num. 2.* Sylueſter
in ſumma, verb. *Medicus, num. 2.* Marianus Socinus *in cap. ad audientiam, num. 31. de homicidio*,
Aluarus Pelagius *lib. 1. de planctu Eccleſiæ c. 48.
ex columna 3.* Petrus Palaçio *de electis cap. 26.
num. 6.* Felicianus *de cenſuris titulo de irregularit.
cap. de ſpecie irregularit. quæ contrahitur ægrotos
curando, pag. 449.* Barboſa *hic num. 1.* Villalobos
in ſumm. dict. 1. part. tract. 21. diſ. 23. ſub numero 8.
† Vbi dum egit de irregularitate, quam contrahit 7
Monachus iuxta textum *in dicto cap. tua nos, de
homicidio*: de cuius intellectu dico infra *ſub q. 2.*
releuat ab incurſione irregularitatis Chirurgum
ſæcularem, qui curando, & imponens debitam
diligentiam, mortuus fuit infirmus eius aduſtione, vel inciſione.

Et confirmatur ex illo dicto Iouiniani Pontani 8
in Acheronte, quod refert Couarruu. *in dict. clem.
ſi furioſus dict. §. 4. ſub dict. num. 3.* ibi: *Liberius
Medici viuunt, vt quibus permiſſum ſit hominem
impunè occidere; Medicos enim non modo lex abſoluit, verùm mercedem ſtatuit quoque eis.* † Et- 9
enim vt Medicus non teneatur de morte infirmi,
aliquot ſunt neceſſaria. Primum quod ſit peritus
in ea profeſſione, & arte, *l. illicitas, §. ſicuti, ff. de
officio Præſid.* Secũdum quod admoneat infirmum,
vt præcaueat ab his, quæ ibi ſunt nocumento futura, iuxta textum *in dict. cap. tua nos*, ſed non tenetur ſemper, & continuò adeſſe ægroto, iuxta Doctores *in d. cap. tua nos*, vbi Ancharan. & Hoſtienſis,
niſi ægrotus propter maximũ ægritudinis periculũ
indigeret cuſtodiâ: nam tunc tenetur, vel præſens eſſe, vel admonere, vt diligenter cuſtodiatur,
vt cenſet Hoſtienſ. *in ſumm. huius tituli de ætate
ordin. §. Ordo*, verſ. *& poſtfacto*, quem refert, & ſequitur Ripa *tract. de peſte p. vltim. §. Medicorum
num. 48.* quo in loco multa adducit de Medicis imperitis, an, & hi teneantur, ſi infirmus ob eorum
culpam moriatur: tradit, & ſequitur Couarr. per
textum *in dict. cap. tua nos, & cap. ſicut de homicid.*
† Vbi Albericus exiſtimat Medicum impetitum, 10
cuius cauſa ægrotus mortem obierit, pœna extraordinaria puniendum fore *ex l. 3. §. 1. ff. de ſicariis*, &
notat Ripa *in dict. §. Medicorum, & de Iure Regio,
l. 6. tit. 8. p. 7.* & hoc dictum videtur ſatis colligi ex
verbis textus noſtri ibi: *Tibi breuiter reſpondemus,
quod ſi ſuper præmiſſis conſcientia tua te remordeat
ad maiores ordines de noſtro conſilio, non aſcendas*,
vbi gloſſa, verbo *remordeat* declarans ſi fortè imperitè medicinam dediſſet infirmis, vel ſi negli-

11 gentia fuerit, † quia diſſoluta negligentia prope
dolum eſt, *ex l. ſideiuſſor in 1. reſpenſo ff. mandati.*

12 Sed ſi dubites quomodo cognoſcatur Medici
peritia, leges Petrum Rebuffum *in concord. Rubr.*
13 *de collat.§. præterea* in verb. *medicina pag.1.16.* †
Et quibus in caſibus Medicorum dicto, ſit fides
adhibenda? Et quomodo, & quanta? optimè
Maſcard. *de prob. concluſ.*1034. ad quod applicabis
de fide quæ præſtatur Mationis, & peritis in arte:
quæ dixi *in c.4. de prob.* vbi etiam de Medicis nonnulla.

14 Vnde non obſtant iura *in principio, & in 1. confirmat.* relata: nam ea expendo infra *in quæſt* 2. loquuntur
enim de Monacho, aut Clerico exercentibus artem medicam, aut chirurgam.

15 Non ſecunda confirmatio ex textu *in cap. aliquantum 51. diſt. cap. ſi quis viduam 50. diſt. & c. fin.
de homicidio*, quia ibi dicta procedunt in accuſatore ſollicitante ſententiam ſanguinis, vel teſte,
cuius dictum fuit cauſa, vt delinquens mutilaretur, aut pateretur mortem, quia etſi iſti nec accuſando,
nec teſtificando peccent; eo quod accuſator proſequeretur ſuam, vel ſuorum iniuriam licitam in iudicio,
non in vindictam, ſed in ſatisfactionem, qualiter omnes excuſant accuſatorem à peccato, & teſtis iuridicè
interrogatus à Iudice in iudicio, teneretur dicere verum, iuxta quæ latè dixi *ſub cap. 2. de confeſſis*,
& alibi: tamen quia eorum cauſa mutilatio, & mors contingit delinquenti ſeu accuſato, non effugiunt irregularitatis notam,
16 quod non ſic procedit in Medico, & Chirurgo
ſæculari, qui ſi adhibuerint debitam diligentiam, & peritiam exercentes, eam artem, licitum quid operantur,
ſiquidem mortes, & mutilationes, quæ ſolent infirmis contingere, accidunt præter intentionem, abſque eo,
quod peccent, vel in ſe, vel in cauſa, quod non eſt ſic in accuſatore, & teſte; eo quod ſaltim peccant in cauſa,
materialiter, ſcilicet occaſionando mortem, & mutilationem delinquentis, aut accuſati. Et iuxta hunc punctum,
idem procedit in Iudice ſæculari ſententiante, & exequente ſanguinis ſententiam, aut mutilationis.
Etſi fortè dubites de hac reſponſione, facillimè
17 reſpondebis ex illa regula generali. † Vt non ſit
aliquis vnquam irregularis, niſi expreſsè cautum
fit in iure, vti expreſsè Doctores docent *in cap. is*
18 *qui de ſent. excomm. lib. 6.* † Sic, vt nec valeat
argumentum à paritate rationis ſpecialiter, quia hæc eſt materia odioſa, vt docent Hoſtienſ. *in c.
ſi celebrat. num. 5. de Clerico excommunic. miniſt.* Panormit. *in cap. vltim. num. 8. de Iure Patronatus.*
Couarruu. *in 4. decret. §. 2. cap. 8. §. 8. num. 8.* Caſtrus *lib. 1. de lege pœnali cap. 7. docum. 3.*
Villalobos *in ſumm. p. 1. tr. 21. difficult. 1. num. 6.* & alij communiter.

19 Nec obſtat adductum pro tertia confirmatione
in verſ. *& pro hac ſententia*, quia præterquam, quod Couarr, & Ioannis Galli dictum non eſt certum,
vt in praxi admittatur; eo quod Clericus in minoribus non amittit fori priuilegium, niſi in caſibus,
de quibus poteris latè videre quæ adduxi ſupra *in cap. cum non ab homine de iudic.* & aliis in
locis *in dict. verſ.* relatis, inde cum in iure non caueatur, quod ſi Medicus, aut Chirurgus in minoribus
conſtitutus, ſi delinquat in ſua arte, queat puniri à Iudice Laico; ideò exiſtimo non pro quacumque
eius omiſſione poſſe puniri ab alio, quàm à ſuo Iudice Eccleſiaſtico, ex latè dictis *ſub tit. de
iud. & foro compet.* in locis citatis, & ex adductis ſupra *in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ de Conſtitutione.*

Ad ſecundam quæſtionis partem, an Medicus 20
de publico ſtipendiatus, fiat irregularis, ſi ex omiſſione curandi pereat infirmus? Sed ad hanc
difficultatem, ſatis affirmatiuè poteris reſpondere ex dictis *ſuprà*, pro primo dubio, & in terminis
docent Henriquez *in ſum. lib. 14. de irregul. cap. 12. §. 7. in medio.* Barboſa *hic num. 9.* notans ad
dictam gloſſam verb. *remordeat.* ibi: *Si fortè imperitè medicinam dediſſet infirmis.* † Vbi addit quòd talis 21
Medicus ſtipendiatus, dicitur Curiæ adſtrictus. † 22
Sicque dixerunt Auiles *in cap. Prætor* 54. in gloſſa *partiere num. 4.* Zenedus *dict. collect. 163.* ad textum
noſtrum *ſub num. 6.* vt Medicus ſalariatus non debeat recedere de ciuitate abſque licentia Priorum.
Et an Medicus conductus in Oppido, cenſeatur vicinus; tractat in terminis Burgos de Paz *in l. 2.
Tauri num. 410. in fine*: quod dubium ſatis explanabis ex his, quæ dixi *in cap. quod 9. de foro
comp. quæſt. 2. & ſub cap fin. in princ.* per nonnullas quæſtiunes: vbi qualiter vicinitas incolatus, &
Domicilium acquiratur. † Et an Medicus, qui 23
pro ſtipendio ſe obligauit curare infirmos, in quocumque euentu, teneatur ad id in tempore peſtis,
vel cum periculo propriæ vitæ, examinat Bañez *2. 2. D. Thom. quæſt. 33. art. 3. col. 1222. in fine*;
quam quæſtionem poteris examinare per ea quæ ad aliud propoſitum dico *in cap. ſi propter ſterilitatem de locato.*

Ad tertiam quæſtionis partem, an Medicus ef- 24
fectus Sacerdos, poſſit ſine peccato mortali exercere artem medicinæ? Et in hoc dubio nonnulla
omittendo, docet non peccare mortaliter, etiam ſi per multos annos exercuiſſet eam artem, Martinus
de S. Ioſeph. ſic probabiliter tenens *in monit. Confeſſar. tom. 1. lib. 1. tr. 11. de Ordine n. 2.* cum Couarr.
Sa, Molina, Henriquez, Sayro, Bonacina, & Cardinali; eo quod per textum noſtrum Pontifex
Clemens III. reſpondit cuidam Canonico Colonienſi non incurriſſe irregularitatem; eo quod moreretur
infirmus, quem medicauerat, latè dico infra *quæſt. 2.*

Sed Garcia *in ſumm. Theologiæ moralis tr. 1. dif-* 25
ficult. 2. dub. 7. num. 2. Machadus *tom. 1. lib 4. de perfecto Confeſſore p. 1. tr. 13. dub. 6. n. 1.*
& Diana *p. 10. tr. 11. reſ. 49.* Syluester, Nauarrus, Roſella, Angelus, Armilla, & Sanchez, quos citat,
& ſequitur Caſtrus Palaus *tom. 3. tr. 16. diſp. 4. puncto 3. §. 2. num. 3.* exiſtimant veriorem eſſe
contrariam ſententiam per textum *in cap. Clerici 2. de vita, & honeſt. Cleric.* & ex *c. 1. & ſequent.
ne Clerici, vel Monachi*, quibus textibus generaliter Clericis, & Monachis prohibentur, & interdicuntur
ſæcularia officia exercere. Sed officium Medici, & Chirurgi, etiam citra inciſionem, & aduſtionem
nimis ſæculare eſt, & ſtatui religioſo dedecens; ergo ex hac parte prohibitum cenſeri dicunt.

Et ſtando in hac ſententia, reſpondent ad tex- 26
tum noſtrum, dicendo nullum eſſe textum, quo exercitium Medicinæ, vel Chirurgiæ citra inciſionem,
vel aduſtionem prohibeatur ſpecialiter, & expreſsè; negant verò non eſſe textum, quo ſub generalibus
verbis prohibitum non ſit: & ad textum noſtrum dicunt verum eſſe, hoc officium non eſſe Clericis, &
Religioſis prohibitum ob periculū mortis, ſicut eſt prohibitum cùm exercetur per inciſionem, vel
aduſtionem, ſed ob indecentiam; eaque de cauſa nō inducere irregularitatem, morte ſequuta, ſi debita
diligentia appoſita eſt; eam

amen

Digitized by Google

tamen inducere, cum per inciſionem, vel aduſtio-
27 nem exerceatur. † Et ſic videntur tenere multi
Doctores per textum *in dict. cap. ſententiam ſan-
guinis 9 ne Clerici, vel Monachi* in verſ. *nec vllam
Chirurgiæ artem*, cuius verbis Pariſius *conſ.* 136. *à
num.* 34. *volum.* 4. Henriquez *in ſumm. lib.* 14. *de ir-
regul. cap.* 11. §. 1. *lit. F*, Farinacius, Belletius, Ca-
millus Borrellus, & Barboſa cum eis *ibi, num.* 3.
28 † dicunt quod Clericus ſacris initiatus, prohibe-
tur vti officio Chirurgi cum aduſtione, vel inci-
ſione. Et confirmatur ex his, quæ ſtatim dico de
Monacho.

29 Notabis verò prædictam concluſionem cum
ſua diſtinctione ad intellectum textus noſtri, ceſ-
ſare, quoties Clericus ſacris initiatus medeatur, in-
cidendo, vel adurendo, vrgente neceſſitate, v. g.
tempore peſtis, quando non adeſt alius, qui hoc
munus præſtet, vt reſoluunt Emanuel. Rodriguez,
Henriquez, Sayrus, Auila, & Bonacina, quos ſe-
quitur Barboſa *in dict. cap. tua nos, de homicidio
ſub num.* 3. *in fine*, dicentes ſic curantem, non pec-
care, nec affici irregularitate; imò Diana *ſupra
30 dict. reſ.* 49. *in fine* dicit. † Religioſum, & Sacer-
dotem non peccare, ſi hoc officium citra mor-
tis articulum exerceant cauſa pietatis, ac proinde
gratis circa perſonas miſerabiles, vel cognatas;
quia ſic exercitium non eſt officium ſæculare ſta-
31 tui Eccleſiaſtico, vel Religioſo dedecens: † imò
Sayrus, Bellet. & Cardinalis, quos ſequitur
idem Barboſa *in dict. cap. tua ſtatim in princ.
dict. numero* 1. dicit Medico, vel Chirurgo
in minoribus ordinibus conſtituto, eiuſdem artis
perito intuitu pietatis artem ſuam exercenti, non
imputari ad irregularitatem, ſi ex tali exercitatione
fuerit ſequuta mors, dummodo faciat citra abſciſ-
ſionem, vel aduſtionem; ita vt ſi ægrotus dece-
deret ex cauſa talis aduſtionis, vel abſciſſionis, li-
cèt illi non imputetur ad peccatum; imputari ta-
men ad irregularitatem; & docent Abbas *in dict.
cap. ſententiam ſanguinis num.* 21. Auila *de cenſur.
p.* 7. *diſp.* 12. *ſect.* 1. *dub.* 2. Sanchez *in præcepta Deca-
logi lib.* 6. *cap.* 14. *num.* 16. Belletius *diſquiſit. Cleric.
p.* 1. *tit. de diſciplina Cleric.* §. 5. *num.* 22.

32 De Clerico in minoribus conſtituto poteſt eſſe
dubium; & quidem Panormit. *in d. cap. tua nos
de homicid. colum. pen. & fin.* & Paulus Pariſius,
quos refert Couarruu. *in dict. clem. ſi furioſus ſub d.
num.* 3. *p.* 2. §. 4 tenent Clericum in minoribus con-
ſtitutum beneficium Eccleſiaſticum habentem,
irregularem eſſe, ſi ex Chirurgiæ officio, cui ope-
ram dat, aliquis mortem obierit abſque eius cul-
pa; quippe qui artem ſibi interdictam exerceat.
33 † Huncque eſſe verum intellectum *dict. cap. tua
nos de hom.* vbi gloſſa, & Doctores ſubobſcurè
tradiderunt; ſed illorum opinionem cenſet veram
eſſe Couarruu. quoties ægrotus moriatur ex cauſa
alicuius aduſtionis, vel inciſionis à Chirurgo illa-
tæ. nam ſi Chirurgus nullam aduſtionem, nec in-
ciſionem fecerit; & tamen ab alio vulneratus, aut
alioqui ægrotus moriatur abſque culpa Chirurgi,
vel ſi à Chirurgo aduſtus, aut inciſus, non ex oc-
caſione inciſionis, vel aduſtionis, ſed ex ipſa graui,
vel lethali ægritudine mortem obierit, nullam
contrahi irregularitatem probat Couar. *ex dicto c.
34 ſententiam, & ex cap. tua nos.* † Et ob id refert
ibi, in verſ. *hinc* cum Mariano Socino *in cap. ad
audientiam*, & Cardinal. *in dict. cap. tua nos*, quod
ſi Laicus, aut Clericus in minoribus Chirurgiam
exercens iuxta artis peritiam operam dando ex ali-
qua inciſione, ægrotus abſque eius culpa periret,
non eſſet cenſendus irregularis. Et videbis quæ
dico *infra quæſt.* 2. *verſ. ad quartam.*

Vnde etſi Sanchez in præcepta Decalogi *tom.* 2. 35
lib. 6. *cap.* 14. *num.* 15. aduertat nullum eſſe textum,
qui hoc ipſum extendat ad conſtitutos in mino-
ribus habentes beneficium: tamen cum Docto-
res alij communiter extendant prædictam doctri-
nam ad Clericos in minoribus habentes ſufficiens
beneficium ad victum; eo quod omnia interdicta
habentibus in ſacris conſtitutis cenſentur quoque
interdicta habentibus beneficium ſufficiens ad vi-
ctum, ideò ſic tenet in iſtis cum Nauarro *in ma-
nuali cap.* 25. *n.* 112. *verſ.* 33. *& commento* 4. *de regul.
num.* 28. imò, & ideo, verum eſſe dicit Barboſa *in
dicto cap. ſententiam ſanguinis dict. num.* 3. *in fine*,
cum Armilla *verb. irregularitas num.* 43. & Nauar.
dict. cap. 25. *num.* 110. Sanchez *ſupr. num.* 16. vt nec
cauſa pietatis id liceat.

De Monacho autem exercente medicinam, vel 36
chirurgiam, loquitur expreſsè textus *in dicto cap.
tua nos*, vbi probatur, quod declaratur irregularis
Monachus, qui omni adhibita diligentia, aperuit
apoſtema in gutture mulieris, quæ poſtea mortua
eſt, vt docent Henriquez *in ſum. lib.* 14. *de irregul.
cap* 11. §. 1. Suarez *de cenſ. diſp.* 45. *ſect.* 60. *num.* 10.
Sayrus *eodem tract. lib.* 7. *cap.* 2. *num.* 7. Valer. Regi-
naldus *in praxi fori pœnit. lib.* 30. *num.* 114. Belletius
diſquiſit. Cler. p. 1. *tit. de diſciplina Cleric.* §. 5. *n.* 22.
Bonacina *de cenſ. diſp* 7. *quæſt.* 4 *puncto* 5. *num.* 4. *&
puncto* 7. *num.* 6. *verſ. ſecundus caſus.*

Sed cum hæc doctrina generaliter ſumpta im- 37
plicetur ex dictis de Clerico in ſacris Chirurgo,
aut Medico, de quo iã dixi quod ſi peritè, & abſ-
que culpa curando, ægrotus moriatur, caret cul-
pa, & nec contrahit irregularitatem; ideò etſi
Doctores conentur illum textum multipliciter in-
terpretari: nam quidam exiſtimant ibi non adhi-
buiſſe Monachum debitam diligentiam; quamvis
Monachus ipſe crediderit eam adhibuiſſe; inter
quos Leſſius *de Iuſtit. lib.* 2. *c.* 9 *num.* 105. & alij *in
dict. c. tua*: verùm Molina *de Iuſt. tom.* 2. *diſp.* 75.
num. 3. Couarruu. *in dict. Clem. ſi furioſus* § 4. *n.* 3.
Suarez *dict. diſp.* 45. & Bonacina *dict. punct.* 7. *n.* 9.
verſ. *ſecundo reſponderi poteſt*; dicentes caſum *di-
cti cap. tua nos*, eſſe ſpecialiter expreſſum in iure,
& conſequenter excipiendam à Doctrina genera-
liter tradita, authumant ibi denunciari Monachum
irregularem, quia ille Monachus non aperuit apo-
ſtema in gutture mulieris, quæ mortua fuit, vr-
gente neceſſitate, cum mulier illa poſſet Chirur-
gos adire; tum quia Monachus non præſumitur
peritus Chirurgiæ, & conſequenter quod in foro
externo ſit præſumendus irregularis; & ſic bene
Couarruu. exponendo textum illum *ſub dict. n.* 3.
ait, quod etſi Monachus fœminam ipſam admo-
nuerit, vt à vento caueret, & ipſa vento exponens
ſe ipſam, obierit mortem, nihilominus apparere,
non alia ratione Monachum illum cenſeri irregu-
larem, quam quod operam dederit rei illicitæ, non
ſimpliciter, ſed ſibi, quia Chirurgus eſſe non po-
terat iuxta doctrinam textus *in dict. c. ſententiam
ſanguinis, ne Clerici, vel Monachi*, † inquit enim 38
textus vt nullus Clericus Ruptariis, vel Balliſtariis,
aut huiuſmodi viris ſanguinum præponatur, nec
vllam Chirurgiæ artem Subdiaconus, Diaconus,
vel Sacerdos exerceat, quæ aduſtionem, vel inci-
ſionem inducit: bene expendit Villalobos ſupra
dict. p. 1. *tr.* 21. *diff.* 23. *num* 6. legendus. Et iterum
videbis quæ dico *infr. quæſt.* 2. pro intellectu *dicti
cap. tua.*

Vnde

39 Vnde infero dicendum quod ſi Monachus, aut Clericus exerceret Medici arté, perituſq; eſſet, ſed abſque eius culpa caſu infirmi, & ægroti moriantur, non ſint irregulares, cum operam darent rei licitæ, & quæ non eſt ei interdicta, iuxta textum noſtrum, quo conſulit Romanus Pontifex, quod,
40 † hic ad ordines non promoueatur, ſi is conſcientiam habet læſam alicuius culpæ, quaſi liberè permiſſum iure ſit ad ordines ſacros promoueri, vbi medicam artem abſque culpæ ſuſpicione exerceat, docent Cardinalis *in dict. c. tua nos colum. 1.* Couar. *in dicta Clem. ſi furioſus dict. p. 2. §. 4. num. 3.* verſ. *ſic*, & idem, quæ reſolutio non implicatur *ex dict. cap. tua*, bene intellecto iuxta diſtinctiones iam adductas.

41 Ex his infero ſecundò cum Cooaruu. *ſupr.* in verſ. *ex his*, & verſ. *pars* eum irregularem eſſe, qui infirmi, & ægroti curam habens, dederit ei aliquam potionem abſque Medicorum mandato, aut contra eorum prohibitionem, ſi ægrotus moriatur ex hoc: ſic cum Innocent. & Doctoribus *in dict. cap. tua nos*, & Mariano Socino *in dict. cap. ad audientiam de homic. num. 31.*

42 Itemque pari ratione ſit irregularis, qui ægrotum in mortis articulo nimis anxium in aliud reuoluat latus, vt citius moriatur; & ne magis crucietur mortis tormentis, ſic cum Socino *dicto num. 32.* Panormit. *in dict. cap. ſententiam ſanguinis ne Clerici, vel Monachi*, Villadiego *de irregular. cap. de percuſſore colum. 5.* poſt Speculatorem *de diſpenſatione §. iuxta*, verſ. *quod ſi alius infirmus*, conducit Villalobos cum aliis *ſupra dict. tract. 21. diſ. 22. num. 17.* Vbi dicit quod qui cauſat mortis anticipationem, ſeu mutilationem, maneat irregularis; quia licèt mortem non cauſet; aliquid tamen facit, ſine quo tam cito mors non eueniret: ſic cum Panorm. *in dict. cap. ſententiam*, D. Antonin. 3. *part. ſumm. cap. 2. titulo 8. §. 5.* & cum Speculatore, & Nauarr. quod eſt commune.

43 Ad quartam quæſtionis partem, an medicina ſit liberalis ars, & nobilis, ſicut aduocatia? Exiſtimo dicendum eſſe liberalem, artem bonam, multum vtilem, & nobilem, quod probo ex textu *in l. 1. §. Medicorum ff. de variis, & extraord. cognit.* dum ait eandem eſſe cauſam medicorum, & profeſſorum iuris. † Sed ſic eſt, quod Aduocati, &
44 Iuris profeſſores dicuntur nobiles propter artem liberalem, admodum quam profitentur, iuxta ea, quæ latè dixi *de Aduocatorum officio in dict. cap. paſtoralis 14. de iud. quæſt. 6. num. 6. & 8.* vbi quod iſti æquiparantur militibus; eo quod eorum officium, & munus ſit dehoneſtatum aliquibus priuilegiis militum. Deinde, quia in ſacra pagina dictum eſt illud, *honora Medicum propter neceſſitatem*, Eccleſiaſt. *cap. 30.* & facit textus *in l. Medicos cod. de profeſſorib. & Medicis lib. 10.* & applicabis quæ dixi infra *in cap. ex tenore 11. de foro comp. ſub q. 5. n. 3. & 4.* & *num. 11.* vbi de viduis Medicorum, & Tonſorum: ſic docent Tyraquellus *de nobilit. cap. 44. ſeu 31. ferè per totum*, & *à num 333.* Pineda *in vita Sancti Ioannis Baptiſtæ lib. 2. art. 3. cap. 3. pag. 284.* Caſſaneus *in Cathaloge Gloriæ mundi p. 10. conſiderat. 42.* Barboſa *in paſtor. p. 3. alleg. 91. à n. 5.* imò, & idem Tyraqoell. *dict. cap. 31.* enumerat Sanctos quamplures, qui artem medicam exercuerunt *à num. 81. & ex num. 103.* qui Angeli, & *ex num 105.* qui Reges, & *ex num. 157.* qui Imperatores, & *ex num 164.* qui Pontifices, & *ex num. 251.* qui Philoſophi, & *ex num. 319.* enumerat ordine Alphabetico quam plurimos viros magnæ authoritatis, qui ſe medicinæ ſcientiæ deuouerunt; quibus apparet huiuſmodi ſcientiam fuiſſe apud omnes in maximo honore, & Briſon. *ſelect. lib. 2. c. 3.* explicat, vnde primo cœperint Medici nobilitari.

Et in laudem Medicorum artis leges Cyrillum 45
lib. 7. contra Iulianum tom. 2. S. Auguſtin. *in Pſalm. 58. & 103.* S. Ambroſium *ſermone 28. de Quadrageſima*, Chriſtum Dominum appellantes ſæpè Medicum. Etenim vt patet ex iam adducto ſcripturæ Eccleſiaſt. *cap. 30. Creauit Medicum Altiſſimus*, & quod *à Deo eſt omnis medela*; item quod *Altiſſimus creauit de terra medicinam, & vir prudens non abhorrebit illam*; & paulò poſt patet *ex illo cap.* verbum ſequens: *Fit in infirmitate tua, da locum Medico; etenim illum Dominus creauit, & non diſcedat à te, quia opera eius ſunt neceſſaria*, & in hunc ſenſum videtur legendus D. Hieronym. *cap. 8.* ibi: *Nunquid Regina non eſt in Galaad? aut Medicus non eſt ibi?* & illud, quod eſt apud Matheum *cap. 9.* Marcum 2. Luc. 5. *Non eſt opus bene valentibus Medica, ſed malè habentibus, & non egent qui ſani ſunt Medico*: & confirmatur ex aliis ſacræ paginæ locis 2. *Paralip. cap. 16. & 4. Reg. cap 5. & cap. 20.* & ex Ioanne *cap. 4.* quos ponderat in laudem Medicorum, idem Barboſa *dicta alleg. 91. à num. 10.* vbi de medicinæ præſtantia; qui *ſub num. 8. & 9.* probat cum Caſſaneo *in Catalogo Gloriæ mundi p. 5. conſiderat. 24. verſ. 127. & p. 6. conſiderat. 12.* & Tyraquello *de nobilit. dict. cap. 31. num. 11.* Boërio *deciſ. 212. num. 11.* Medicum Regis magnam conſequi Dignitatem, & apud noſtros Reges Hiſpanos videmos Prothomedicos eſſe in honore maximo; imò conſequuntur à Regibus Dignitates, & præmia filiis, & filiabus ſuis, præcipuè in Audientiis Regalibus.

Nec obſtant textus *in l. fin. ff. de Iure immunita-* 46
tis, vbi inter alios vilem, & mechanicam artem exercentes Iureconſultus, eos recenſiſſet, & textus *in l. ambitioſa ff. de decretis ab ordine faciend.* cum aliis, qui videntur probare medicinam liberalem artem non eſſe. † Quia vt reſpondeam 47
aduerto partem medicinæ, aliam eſſe ſpeculatiuam in qua oportet fateri eam eſſe liberalem artem, ac nobilem, aliam eſſe Chirurgiam, & hanc eſſe illiberalem, ſeu Mechanicam, † eo quod Medici an- 48
tiquitùs, ſicut hodie Chirurgi, ſua propria manu exercebant, incidendo, aut abſcindendo, vt patet ex textu *in l. qua actione §. vltimo ff. ad leg. Aquil.* & vt multis aliis comprobat Briſſon. *dict. lib. 2. c. 4.* & ſic quamvis propter alias partes, quæ ſpeculatiuam reſpiciunt ab Vlpiano, Medici reponerentur inter Philoſophos, Rectores, & Grammaticos *in l. ſedet in princ. ff. de excuſ. tutor.* tamen non immerito illo tempore, in quo Medici medendo exercebant etiam Chirurgiam, deſinebant, vt nobiles reputari: & hoc modo iura contraria intelligunt Barboſa *dict. alleg. 91. num. 5. & 7.* Tyraquellus *de nobilit. dicto cap. 31. num. 523.* vbi ſic diſtinguit; & exiſtimo prædicta diſtinctione componendos eſſe dicendi modos, quos referunt Boërius *deciſione 323. numero 22. & 24.* Neuizanus *in ſylua nuptial. lib. 5. ex num. 75.* Petrus Plaza *de delictis, cap. 26. num. 3.* Petrus Boixios *deciſ. 1. litnan. ex num. 73.* Caſſaneus *in Catalogo gloriæ mundi p. 11. conſideratione 48.* Tyraquel. *dict. cap. 31. ex num. 81.* adducentes plura in laudes Medicorum, & etiam aduerſus ipſam medicinam, & ipſos Medicos.

Imò

49 Imò & aduerſus Medicos iuuenes plura congerit videnda Mandoſ. *in praxi tit. de integr. c.*101. verſ. *quod tandem dicam ex num.* 11. & Albericus *in l. prouidendum in princ. cod. de poſtulando*, ait Medicum nouum eſſe peſtem in Patria, & Petrus Rebuffus *tom.* 3. *ad Leges Gallicas in tit. de Mater. poſer. articulo* 13. *gloſſa vnica, num.* 13. inquit.

50 † Ideò Schotos Medicos iuuenes in Angliam mittere, vt ibi ſe exerceant in grauem inimicorum perniciem; quod idem refert Franciſcus Bennius *de priuileg. Iuris Conſultor. priuil.* 55. *num.* 4. *p.* 3.

51 † Et ſic optimè Andreas Alciatus *lib.* 9. *parergon. c.*8. commendat menti tenendum à Medico illud carmen

Dum iacet infirmus, Medicus ſit pignore firmus.

Quod Medicus errans maiori pœna puniatur, quam Iudex etiam errans, tradit Burgos de Paz *in l.* 1. *Tauri num.* 26. ſed qualiter cum iam ſupra dixerim ex Barboſa *hic, num.* 5. Medicos eſſe beatiores quoad ſæculum, quàm Aduocati, quia eorum errores cooperit terra, vt dixit Azeuedus *in l.* 6. *num.* 3. *titulo* 16. *lib.* 2. *noua recopil.*

52 Horum occaſione poſſes hic dubitare, an Medicus præferatur Legiſtæ? Et ſuppoſitis, quæ dixi *in cap. Clerici* 8. *de iud.* An Canoniſta præferatur Legiſtæ, ſeu Theologo? Ex quibus propter nobilius obiectum ſcientiæ; imò & per vſum praxis, poſſis hanc quæſtiunculam reſoluere. Ideò nunc in terminis leges Nicolaum Boërium *de authorit. magni Concilij num.* 89. Coſmas *in prag. Sanct. dit. de collat.* §. *videlicet, in gloſſa*, verb. *medicina, folio* 229. Neuizan. *in ſylua nupt. lib.* 5. *num.* 87. *pagina* 529. Abbatem *in dict. cap. Clerici de iud. n.* 3. latiſſimè Caſſaneum *in cathalogo Gloria mundi p.* 10. *conſiderat.* 25. Iacobum Bennium *dict.* 3. *p. d.*

53 *priuileg.* 55. † qui *in priuileg.* 64. *num.* 4. ait quod quamvis Iudæi doctorati prohibentur, quandoque tamen eis conceſſum eſt, vt in medecina doctorentur, de quo Mandoſius *in praxi ſignat. Grat. in tit. de licent. Doctor.* Et ſic videmus practicari apud nos Hiſpanos, tam in vniuerſitate Valliſolet. & Compluten. quàm in Salmantina, vbi ex profeſſo Medicorum ars publicè dictatur, ac docetur.

54 † Sed quod Medici legum Doctores fiant, nun-
55 quam eis indulgetur, † quia leges ſunt ſacratiſſimæ, & diuinitùs per ora Principum promulgatæ; teſte D. Auguſtin. *in cap. quo iure diſt.* 8. quod ſanè Medicos oſtendis inferiores eſſe Legiſtis; & ſic iam de facili ad propoſitum dubium quidquid aliqui ſcripſerint, dici debet ſemper Legiſtas præferendos eſſe Medicis, vti etiam in praxi videmus in præcitatis vniuerſitatibus ſtylari, cum nunquam prætextu antiquitatis graduatorum Medicorum, ſit eorum aliquis, qui præferat Legiſtis minus antiquis in Doctoratus, ſeu licentiæ gradu, cum integrum Legiſtarum gremium, ſemper Medicis, & Chirurgis graduatis ſuis inſigniis incedentibus in publicis actibus vniuerſitatis, præferant in ſeſſione, & tranſitu.

56 Et ſi ſcire cupis quæ contingant de ingratitudine infirmi circa Medicum, leges quæ ſcribit Mandoſius relatus hic per Zened. *num.* 9. *in fine, de integr. cap.*100.

57 Ad vltimam quæſtionis partem, an cum Medici recipiunt gradum licentiæ, Doctoratus, ac Baccalaureatus, teneantur fidei profeſſionem facere? Sed quia affirmatiuè eſt reſpondendum, vt docet Barboſa *in dict. alleg.* 91. *Paſtor num.* 1. vbi etiam dicit, quod quoties Medici ad gradus Doctoratus, ſunt promouendi, vltra fidei profeſſionem per ipſos faciendam, ſunt obligati iurare in manibus Epiſcopi, vel Rectoris obſeruare ſtatutum, † factum per Pium V. Pontif. Maximum *in ſua conſtit.* incipit *ſuper gregem Dominicum*, data *ſub die* 8. *Martij* 1566. *anno* 1. *ſui Pontificatus* in confirmationem antiquæ, & ſalutaris decretalis Innoc. III. *in Concilio generali, quæ habetur cap. cum infirmitas de pœnit. & remiſſionibus*, circa obligationem Medicorum, vt exhortent infirmos ad recipienda Sacramẽta Pœnitentiæ, & Euchariſtiæ, vti ibi longè dico. Et ſic circa profeſſionem fidei; quam facere Medici tenentur, longè poteris diſceptare, ſi applices quæ latè dixi *in cap.* 4. *de Iureiur. q. fin.* vbi de hac obligatione in Canonicis, & aliis Beneficiatis; & ſic non immoror. 58

Qvæstio II.

An Clericus in Sacris exercens Chirurgiam per inciſionem, vel aduſtionem ſit irregularis, morte ſequuta; licèt adhibeat neceſſariam diligentiam. Et an venæ inſectio, ſit Clericis, & Religioſis prohibita; ſic vt incurrant irregularitatem latam in cap. tua nos de homicidio? *Et an ſi vulneratus vulnere non lethali mortuus ſit Medici, vel propria in Curia, incurratur irregularitas. Et an Clericus in minoribus conſtitutus, poſſit exercere medicinam ſine alia diſpenſatione Pontificia?*

Svmmarivm.

1 *Clericus in ſacris Chirurgiam exercens, quando, morte ſequuta infirmi, incurrat irregularitatem, vel ab ea excuſetur?*

2 *Irregularitas ob homicidium caſuale, non incurritur, quando datur opera rei illicitæ, niſi actio ſit ita periculoſa, vt peccet contra ius naturæ*, n. 3.

4 Cap. tua nos de homicidio *iterum expenditur*, n. 5. 6. 7. & 8.

6 *Satisfactio in iure datur propter aliquam culpam.*

7 *Miſericordia non ſupponit neceſſariò irregularitatem, ſed delictum.*

9 *Venæ inſectio non inducit irregularitatem, & quare*, n. 10.

11 *Medicus ſæcularis non fit; eo quod ex paruo vulnere contingat, vt vulneratus moriatur. Et quare* n. 12.

13 *Medicare licet Clericis in minoribus conſtitutis.*

14 *Clericus in minoribus ſi peritus eſt valet mederi cum circumſpectione, quid ſi ordinetur in ſacris, ſeu Beneficiarius fiat, & per aduſtionem*, n. 15.

16 *Clerici irregulares non fiunt, ſi applicando plaſtrum malificatiuum apoſtema, inde mors eueniat.*

17 *Irregularis Clericus non fit, ſi ſecundum peritiam artis iubendo inciſionem, & aduſtionem,*

Digitized by Google

nem, non ex ea, ſed ex grauitate infirmitatis infirmus moriatur.

18 *Monachus, & Clericus, quando non adeſt alius Chirurgus, in extrema neceſſitate, poſſunt mederi abſque metu irregularitatis, & quando adeſt ignorantia inuincibilis*, numero 19.

20 *Medici Iudæi, & infideles prohibentur curare Chriſtianos.*

21 *Iudæi prohibentur agere cum Chriſtianis.*

1 AD primam difficultatis partem, vt abundè
reſpondeas leges, & applicabis dicta ſupra
quæſt. 1. verſ. *ad tertiam*, de Medico effecto Sacer-
dote, & curante, an peccet mortaliter? Nunc
autem agimus de Clerico in ſacris exercente Chi-
rurgiam per inciſionem, vel aduſtionem, an ſit
irregularis, morte ſequuta, licèt adhibeat neceſſa-
riam diligentiam. Sed etſi ibi vtrique caſui ſit
ſcripta, clara, & diſtincta doctrina pro intelligen-
tia textus noſtri, *cum cap. tua nos de homic. & cap.
ſententiam ſanguinis ne Clerici, vel Monachi*: ta-
men placuit, & nunc addere quæ ſubſequuntur.
Etenim dici videtur, vt Clericus Chirurgus in caſu
prædicto, non incurrat irregularitatem; eo quod
ea non incurritur ex opere illicito, etiam pericu-
loſo, & de ſe tendenti ad homicidium, ſi adhibi-
ta fuit omnis diligentia, & ſic Coninch. *de Sacram.
diſp.* 18. *dubio* 9. *num.* 80. Hurtad. *diſp.* 1. *de irregul.
difficult.* 8. *num.* 88. Præpoſitus *in* 3. *p. quæſt.* 5. *de ir-
regul. dubio* 10. *num* 63. Filliucius *tom.* 1. *tract.* 20
cap 3. *num.* 64. & cum aliis Diana *p.* 4. *tract.* 2. *reſo-
lut.* 20. in verſ. *ſed ego*, contra Caietanum *in* 2. 2.
quæſt. 64. *art.* 9. Sylueſtrum, *verbo homicidium* 2.
num. 2. Cornejo *in* 3. *p. D. Thoma tract.* 5. *de irregul.
diſp.* 3. *dubio* 2. *concl.* 1. Auilam *p.* 7. *diſp.* 6. *ſect.* 1.
opin. 3. vbi citat Couar. Sotum, Cordubam, Ca-
ſtrum, Medinam, Aragon. Nauarrum, & contra
Maiolum *de irregul. lib.* 5. *cap.* 48. §. 3. Paludan. Ga-
brielem, Conradum, Felicianum, quos refert
Tannerus, Villalobos *in ſumma tomo* 1. *tract.* 21.
dub. 23. *n.* 3. Valentiam *tom.* 3. *diſp.* 2. *quæſt.* 3. *pun-
cto* 3. Sanchez *de matrim. tom.* 2. *lib.* 9. *diſp.* 32. *n.* 25.
2 & alios penès ipſos. † Dicunt enim non incurri
irregularitatem ob homicidium caſuale, quando
factum fuit, dando operam rei illicitæ, ſi adhibita
fuerit debita diligentia: & addit Diana, quod
3 occidens in hoc caſu nunquam fiat irregularis, †
niſi ipſa actio hic, & nunc ita ſit periculoſa, vt
peccet contra ius naturæ præciſè ratione periculi
occidendi, cui hic, & nunc ita operando ſe expo-
nit ex ea ratione, quia prædicta irregularitas non
incurritur, niſi intercedat culpa homicidij, cum ſit
irregularitas ex homicidio caſuali, quæ excuſatur
per diligentiam præſtitam; ſicque non dari volun-
tarium.

4 Et hæc ſic ſcripta ſententia, videtur vt non
impugnetur per textum *in dict. cap. tua nos de ho-
micid.* per quem tenendo, vt in noſtro caſu, vt talis
Clericus Chirurgiam exercens, ſit irregularis quan-
tumvis diligens ſtiterit; quia dat operam rei illi-
citæ, & prohibitæ, vt docent Nauar. Couarruu.
Corduba, quos citat, & ſequitur Auila *dict. p.* 7.
diſp. 6. *ſect.* 1. *dub.* 2. Turrianus *de cenſuris lib.* 9.
diſput. 68. *dubio* 1. Filliucius *tom.* 1. *tract.* 10. *cap.* 4.
num. 74. Bonacina *de cenſ. diſp.* 7. *quæſt.* 4. *punct.* 7.
num. 6. Molina *de Iuſt. tom.* 4. *tract.* 3. *diſp.* 75. *num.* 3.
Suarez *diſp.* 45. *de cenſ. ſect.* 4. *num.* 10. Villalobos *in
ſumma tom.* 1. *tract.* 21. *difficult.* 23. *num.* 8. Lay-
man. *ſect.* 5. *tract.* 3. *p.* 3. *cap.* 10. *num.* 3. *Theolog.
Moral.* Saytus *lib.* 7. *diſp.* 5. *num.* 13. Diana *dict. p.* 4.
tract. 2. *reſ.* 23. tamen ipſe expendendo *dict. cap. tua
nos*, ſatis probabilem dicit primam ſententiam; &
ſic ſatisfaciens cuidam fundamento, dicit textum
in dict. cap. tua nos, potius confirmare illam ſenten-
tiam, cum ibi Pontifex dicat Monachum, de quo
ibi, poſſe celebrare, ſi peritus omnem diligentiam
adhibuerit, & culpa mulieris mors acciderit, non
ſi è contra.

Sed huic intellectui videtur implicare idem 5
textus, quatenus cum Monacho illo miſericordi-
ter agit, quo ſignificatur Monachum peccaſſe; eo
quod vſurpauerit officium ſibi prohibitum ex re-
gula textus *in cap.* 1. *de corpore vitiatis*, vbi dicitur
poſſe miſericorditer diſpenſari cum illo, qui in
duello partem Digiti amiſerat; ita vt peracta pœ-
nitentia, queat miniſtrare, cum præſertim talis ante
Concilium Trid. non fuerit irregularis, vt docet
Coninch. *de Sacram. diſp.* 18. *dub.* 9. *num.* 87. vbi te-
net Monachum, de quo loquitur textus *in dict. c.
tua nos*, non incurriſſe irregularitatem, nec aliter
ibi determinari, benè expendit Præpoſitus *in* 3.
p. de irregul. quæſt. 5. *dub.* 10. *num.* 86. dicens prædi-
ctum Monachum non incurriſſe irregularitatem
homicidij caſualis.

Etſi interim replices ex verbis *dict. cap. tua*, ibi: 6
poſt ſatisfactionem, & ibi: *miſericorditer*, quibus
indicatur; ideò cum eo poſt ſatisfactionem miſe-
ricorditer actum fuiſſe, quia reus fuerit homicidij
& mortis; ſed reſpondit idem Præpoſitus, quem
refert Diana *ſupra* ad litteram; verba ſimilia ſem-
per addi in iure, vt oſtendatur eſſe ſalutare præ-
mittere aliquam ſatisfactionem propter aliqualem
ſortem culpam, quæ interuenerit, non quod id ſit
plenè neceſſarium, quia illa verba non ſufficienter
exponunt, & exprimunt irregularitatem, quam
non conſtat aliunde incurri. † Tum etiam quia 7
etſi non fuiſſet irregularis, poſſet adhuc Epiſcopus
illum punire Monachum; eo quod alieno officio
ſe ſe immiſcuerit; & ſic fieri, vt miſericordia non
ſupponat neceſſariò irregularitatem, ſed delictum
propter quod poterat prohiberi exercitium ordi-
nis; quod tamen ex miſericordia non prohibeatur;
itaque Sotus *lib.* 5. *de Iuſtit. quæſt.* 1. *art.* 9. dixit ſu-
pradictum Monachum, de quo *in dict. cap. tua
nos*, non incurriſſe irregularitatem. Sed ipſe Dia-
na adhuc ſtando pro prima ſententia, exiſtimat
Monachum fuiſſe irregularem, quia ſic ſpecialiter
expreſſum adeſt in iure per *dict. cap. tua nos*; &
nec eſſe impedimento relatum de eo, qui commi-
ſit homicidium caſuale quem liberabit ipſe cum
aliis ab irregularitate propter diligentiam, quam
adhibuit, cum non decernatur in iure. Tu inquam
iungendo his, quæ dixi ſupra *dict. quæſt.* 1. verſ. *ad
tertiam*, per totum, poteris in praxi obſeruare quæ
ibi iam adduxi pro intellectu *dict. cap. tua*, cum *d.
cap. ſententiam ſanguinis*, & textu noſtro.

Et quia ad prædicta, & dicenda *numeris ſe-* 8
quentibus, reducuntur quæ nouiſſimè ſcribit Diana
p. 11. *tract.* 7. *reſ.* 9. dum egit de illo dubio, an Cle-
ricus olim Chirurgus, qui ſecundùm artis peritiam
exercuit ſuam artem cum quodam infirmo, qui
tamen mortuus eſt, inciderit in irregularitatem ex
dictis iuribus, & Doctoribus, & cum Gabalnio
de irregul. cap. 4. *quæſt. conſſect.* 11. *num.* 17. ideò non
tranſcribo.

Ad ſecundam quæſtionis partem; etſi affirma- 9
tiuè reſpondeat Auila *p.* 2. *diſp.* 6. *ſect.* 1. *dub.* 10. *ante
concluſionem* 3. ex eo quia venæ ſectio, videtur in-
ciſio, quam prohibet textus *dict. cap. tua nos de ho-
micid.*

micid. quod idem tenet Bonacina *de cenſ. diſp.7. quæſt.4. puncto 5. num.5.* aduerſus Molinam; tamen exiſtimo ex iam dictis affirmandum, vt non
10 fiat irregularis, † quia venæ apertio, non eſt Chirurgiæ ars, quæ in iure incurritur prohibita: vnde cum ille actus ad Chirurgos non ſpectet, ſed ad tonſores & in pœnalibus, & odioſis non ſit, eur extenſio iuris fiat, euenit vt in hoc caſu non veniat extenſio irregularitatis, de qua *in dict. cap. tua nos*, ad præſentem caſum, vt docent Diana *dict. p.1. tract.2. reſ.24.* Molina *de iuſtitia tom.4. tract.3. diſp.75. num.4.* & confirmatur ex dictis *à numero 1. & dicta quæſtione* 1. verſ. *ad tertiam.*

11 Ad tertiam quæſtionis partem, licèt pro affirmatiua ſententia faciat ea ratio, quia ſi vulnus illatum non fuiſſet, mors non accidiſſet; quare non ſolum Medici, aut infirmi in Curia, ſed ſimul etiam ipſa vulnetatio fuit cauſa mortis, iuxta verba textus *in cap. audientiam de homicid.* ibi, *in dorſo aliquantulum vulnerauit*: quibus datur intelligi ſufficere paruum vulnus, ſi inde mors euenenerit, vt docent Villalobos *in ſumma dicta pars.1. tract 21. difficult.23. n.9.* Turrianus *de cenſuris libro 9 diſp.64. dub.1.* Layman. *ſect.5. tract.3. part.3. cap.10. num.5.* Henriquez *lib.14. cap.14. n.4.* Auila *part.7. diſp 6. ſect.1. num.5. concluſ.2.* Nauarrus *in manual. cap.22 5.* Molina *tract.3. de iuſt. diſp.32. num.2.* Gutierrez *in Canonic. quæſt. lib.2. cap.6. nu-*
12 *mero 9.* & alijs † Tamen verè, & probabiliter teneri poteſt eam irregularitatem non incurri reſpectu Medici ſæcularis; quia, etſi vulnus ſit aliqua occaſio: tamen reuera non eſt cauſa mortis, cum ſit paruum vulnus; & ſic potuit mori vulneratus propter eius negligentiam, etiam ſi ſimul adeſſet in Medico curante, iuxta deciſionem textus *in cap. ſignificaſti cl.2. de homicidio*; & ob id Villalobos *ſupra*, & Couinch. *de Sacram. diſput.* 18. *dub.* 9. *num.8.* dicunt, quod ſi vulnus fuerit leue, non incurrit in prædicto caſu vulnerans irregularitatem; & ſic in caſu, de quo loquimur tenent hanc vltimam ſententiam Leſſius *de iuſt. lib.2. cap.9. dub.15. num.12.* Hurtad. *de irregularit. diſp.2. difficult.8. num.31.* Sotus *lib 5. de iuſt. quæſt.1. art.9* Sylueſter. *verb. homicidium 2. quæſt.22.* & dicit probabilem Diana *dict. p.4. tract.2. reſ.10.*

13 Ad quartam quæſtionis partem, vt reſpondeam, præmitto quæ dixi *ſupra dicta quæſt.1.* ſub verſ. *ad tertiam*, à verſ. *de clerico in minoribus*; & ſic, vt ibi reſolui; etſi negatiuè Petrus Conradus *de diſp. lib.5. cap.4.* reſpondeat: tamen quia iam *in loco citato*, dixi communiter à Doctoribus doceri, licitum eſſe Clericis medicare in minoribus conſtitutis; ſecus verò ſi ſint in ſacris, aut ſi beneficium competens habeant, vt iam explicaui; non enim in Clericis minoribus reperitur prohibitum, vt medicent infirmos, ſecundùm quod dixi per textum *in cap. ſententiam ſanguinis, qui Clerici, vel Monachi*, in quo prohibetur ars Chirurgi, qui per adustionem, vel inciſionem curat, docent Nauarrus *conſ.3. ne clerici, vel Monachi*, Graſſius *in deciſion. tom.1. lib.2. cap.66. num.6.* Zerola *in praxi p.2.* verbo *Medici*, Auila *de cenſur. p.7. diſp.6. ſect.1. dubio* 10. Paulus Squillante *de obligat. clericor. p.2. dubio* 17. *num.52.* Diana *p.6. tractat.7. miſcell. reſ.* 50. per textum *in cap. 2. de poſtul.*

14 Vnde iterum dico cum eodem Squillante; & cum Diana, clericum minorem, qui phiſicam exercuerat tanquam peritus in arte cum omni circumſpectione, & diligentia neceſſaria; & cum conſcientiam haberet quietam, & ſine remorſu, poſſe ſine vlla irregularitatis diſpenſatione ad ſacros ordines aſſumi, ita tamen, vt artem illam amplius non exerceret; quia beneficiariis, nec ſacris ordinationibus initiatis; hoc non eſt permiſſum fieri ſine ſpecifica diſpenſatione; etſi non negetur, poſſe aliquando gratis, perſonis miſerabilibus, & conſanguineis mederi, vt docent relati, & obſeruat Nouarius *de priuileg. miſerab. perſon.*
priuileg. 83. † Sed video quod idem Diana *p.4.* 15
tract.2. dicta reſ.24. in verſ. *notandum*, docet eum Molina *dict. tom 4. tract.3. diſp.75. num.2.* contra Henriquez *lib.14. ſumm. cap.11. num.1.* clericos in minoribus, quamvis habeant beneficium, poſſe exercere artem medicam, & Chirurgiam abſcindendo, & adurendo ſecundùm artem: & hoc idem extendit Molina ad Religioſos, ſi non ſint Subdiaconi: quare, vt notant Auila, & Diana, vbi ſupra, intellexit Felinus textum *in dicto cap. tua nos, de homicid.* loqui de Religioſo ſacerdote.

Ex prædictis infero, quod Monachus, vel 16
clericus, qui applicat emplaſtrum mollificatiuum, quo apoſtema ſeſe aperit, & mors inde ſequitur ſine culpa, non incurrant irregularitatem; quia *in dicto cap. tua nos*, agitur de ſciſſione, & aduſtione: ſic docent Molina *dicto tom.4. tract.3. diſput.75. num.4.* Diana *dict. tract.2. reſ.21.* ſub verſ.
non deſinam. † Inferentes etiam, quod ſi ſecun- 17
dùm peritiam artis iubeant inciſionem, & aduſtionem, ſi mors inde ſequatur non incurrant irregularitatem; quia pœna lata contra facientes, non ligat mandantes, nec conſentientes, niſi exprimantur & ſic Auila *p.7. de cenſuris diſp.6. tract.1. dub.14. concluſ.5.* Diana *ibi*, in verſ. *quarto*, dicunt contra Suarez *de cenſur. diſp.47 ſect.7. n 4.* quod clericus, qui ſecundùm artem abſcidit vel aduſſit; quando mors eſt ſequuta propter morbi grauitatem, & non ex aduſtione, vel abſciſione, non ſit
irregularis; † imò dicunt idem Molina *n.4.* Tur- 18
rianus *de cenſur.* & Diana adnotans prædicta iuxta intellectum *dict. cap. tua nos*, in gratiam confeſſariorum, quod actio de qua dixi *in hac quæſt. à num.1.* & *in dicta quæſt.1.* verſ. *ad tertiam*, non prohibeatur Monachis, & Clericis in ſacris in extrema neceſſitate, quando non adeſt alius Chirurgus, vt poteſt ſæpius accidere tempore peſtis:
† taliter vt ſi illam operantur extra hoc tempus 19
eum ignorantia inuincibili prohibitionis illius textus, non incurrant prædicti irregularitatem.

Pro complemento notandum eſt Medicos Iu- 20
dæos, & infideles prohiberi curare Chriſtianos infirmos, vt patet, *ex conſt.3. Paul.4 incip. cum nimis pridie id. Iuly* 1555. apud Laërtium Cherub. *in Bullario tom.1. pag.720. alias pag.549.* Greg. XIII. *in conſtit. 68. incipit. alias 30. Martij* 1581. apud eundem Cherub. *tom.2. pag.449. alias* 358. *in nouis impreſſione*, Barboſa *in collect. deciſ.* verb. *Medicus num.4. deciſ.467.* videbis Scortiam *in ſelectis conſtit. epitom.131.* † Quod notabis ad textum *in cap. iudæis, & aliis de iudæis*, vbi habetur quæ prohibeantur iudæis agere cum Chriſtianis. Et cum his abſoluo lecturam huius textus in veſpera ſancti Petri Martyris, Patroni ſanctæ Inquiſitionis.

Ad Text. in Cap. Cum bonæ VIII. hoc tit.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Contumax citatus à iudice, quando non comparendo talis dicatur, remiſſiuè.*

2 *Suſpenſus ratione contumaciæ, in ea permanens per triennium, priuatur beneficio obtento, nec aliud adipiſcitur.*

3 *Excommunicatus vltra annum, poteſt beneficiis priuari. Sed quando* ſub quæſt.1. à num.1.& 2.

4 *Suſpenſus quando eligi poſſit ad beneficia remiſſiuè.*

1 TExtus iſte cum habeat admodum ſimilem deciſionem, quam textus *in cap.1. de Iudic.* vbi de Cobuldeo Epiſcopo citato ad Iudicium,& nolente comparere, cuius contumacia fuit punita excommunicationis ſententia, ſicut hic alia ſuſpenſionis contra Clericos beneficiatos, qui vocati non venerunt; ideò applicabis quæſtiones, quas ſub illo textu adduxi, ſcilicet *quæſtione* 12. 13.14.15.22.23.24.25.26. ex quibus plenè probatur, quando citatus à Iudice, & non comparens, dicatur contumax punibilis.

2 Et in verſ. *in qua triennio permanentes*, vſquè ad finem textus decidit Pontifex, vt ſic ſuſpenſus ratione contumaciæ, permanens in ea per triennium, priuetur à beneficio obtento, nec aliud adipiſci poſſit. Occaſione huius deciſionis poteris etiam applicare quæ dixi *in dict. cap.1. de Iudicus, quæſtione* 27. 29. & 30. & proprius *quæſtione* 31. vbi dixi de quæſtione, an excommunicatus per annum inſordeſcens, à beneficio priuatur? & à quo veniat priuandus Epiſcopatu: & ibi *quæſt.* 32. an excommunicatus ex cauſa fidei, qui comparet, elapſo anno, ſit admittendus ad reſpondendum? Et ibi *quæſt. fin.* an inſordeſcens per annum, in excommunicatione puniatur ab Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis? Item hic applicabis quæ de eodem notaui *in cap. prove, & in cap. veritatis de dolo, & contum.* Et quæ adduxi latè *ſub cap. ad probandum* 24. *de ſententia, & re iudicata*; item *in cap. intelleximus de iudic. & in cap.7. de preb.* & quæ notaui ſupra *in cap. illa quotidiana* 30. *de electione*: nam quibus in locis dicta ſint, & *in cap. paſtoralis, §. verum, de appellat.* contra excommunicatos itidem applicantur non malè contra ſuſpenſos inſordeſcentes per annum in ſuſpenſione; & quod debeant beneficiis priuari: & alia nondum abſoluti de nouo adipiſci; item in iudicio comparere, ſeu iam ex-
3 communicati, vel ſuſpenſi appellare, &c. † Et ſic Barboſa *hic num.2.* in verſic. *beneficiis, quæ habent non deferat ſpoliare*, notat cum gloſſa *verb. ſpoliare*, quod excommunicatus vltra annum poteſt beneficiis priuari, vt per Abbatem *in dicto cap.1. de Iudic. num.* 25. *Alciat.*78. Menoch. *de arbitrariis caſu* 416. *num.*48. *&* 49. Et ſic iam videbis dicta de excommunicato propter contumaciam benè porrigi ad ſuſpenſum propter eandem cauſam. Hic poſſunt, præter ea, quæ adducit Barboſa, tractari de effectibus ſuſpenſionis, de quibus Suarez *de cenſuris diſput.* 15. *ſect.* 1. *&* 2. *& diſput.*16. *ſect.*1.2.3. *&* 4. & *diſp.* 27. *per totam*, Diana cum infinitis ad plures quæſtiones *p.5.tract.*10.

Ad quæſtionem, an eligere, ſeu eligi, poſſit ſuſpenſus ad beneficia? per hunc textum Balboa *in cap. Apoſtolica 9. de exception. à num.* 26. De qua videbis quæ notaui ſupra *in cap. cum dilectus de conſuet. cap. cum inter, & dict. cap. illa 39. de elect. & ſub quæſtione 1. in Rubr. eiuſdem tituli.* 4

QVÆSTIO I.

An qui manet ſuſpenſus, priuetur beneficio? Et an ſuſpenſo ab officio, illicitè, conferatur beneficium? & an ſuſpenſus, qui abſolutionem obtinuit, poßit retinere beneficium tempore ſuſpenſionis, ſibi collatum? & an ſuſpenſus vt priuetur à beneficio, debeat per triennium eſſe contumax, tam in cauſa ciuili, quam criminali? vel ſufficiat vt per annum contumax perſeueret? Et per quot tempus, tranſacto tali tempore, debeat Iudex eum ſpectare, vt illum priuet à beneficio?

SVMMARIVM.

1 Cap. rurſus 35. cum aliis quæſt. 3. & num.3. cap. veritatis de dolo, & contumacia, & num.3.cap.fin.de pœnis, & num.3 cap. excommunicamus 13. §.qui autem de hæreticis, & num. 3. cap. cum contumacia de hæret.lib.6.& num.3. *Trid.* cap.3. ſeſſ.25. & num.3.& 16.

2 *Suſpenſus non priuatur à beneficio ex ſola perſeuerantia vnius anni in excommunicatione, niſi crimen pœnam priuationis mereatur, vt* num.3. & 4.

3 *Excommunicatus per annum, ſolum cenſetur conuictus.*

5 *Hæreſis ſuſpicio inducta ex excommunicatione per annum, non cauſat beneficij priuationem, niſi à principio eſſet ſuſpectus,* n.6.

7 *Inſordeſcens in excommunicatione per annum ob crimen, quod inducit priuationem, ipſo iure dicitur priuatus.*

8 *Inſordeſcens in excommunicatione lata ob aliam cauſam præter hæreſim, dicitur ſuſpectus leuiter tantum.*

9 *Collatio beneficij ſuſpenſo facta, non eſt nulla, ſi ſit tantum ab officio; eſt tamen illicita, vt* numero 10. *etſi contra ſentiant aliqui,* numero 11.

10 Cap. fin. de Clerico excomm. miniſtrante.

11 *Priuandus quando quis veniat beneficiis, ſi perſeueret in excommunicatione,* n.13. & 14. *vbi expenduntur Canones de triennali inſordeſcentia.*

15 *Annus ad hoc vt inſordeſcens ex cauſa fidei priuetur beneficiis, debet eſſe completus.*

17 *In*

18 *Inſordeſcens per tres annos, priuatur tanquam ſuſpectus de hæreſi, ſi ab auditore Cameræ abſolutionem obtiauit excommunicationis ab ipſo latæ.*

18 *Inſordeſcens per annum, vt priuetur, debet perſeuerare cum pertinacia in contemptum Clauium, & præcedere ſententia declaratoria*, vt num. 20. & 21.

19 *Inſordeſcentia per annum, non probatur, niſi excommunicatus habuerit notitiam excommunicationis.*

20 *Inquiſitores proferunt ſententiam declaratoriam, quando inſordeſcentia excommunicationis prouenit ex cauſa hæreſis*, & ſub numer. 27. *Si aliter cognoſcant alij iudices; imò, & laici*, vt ſub numer. 21.

23 *Priuatio beneficij, vt inducatur ob inſordeſcentiam, pendet ab arbitrio iudicis.*

24 *Inſordeſcens in excommunicatione, qualiter à confeſſario ſit examinandus, vt dicatur malè ſentire de fide*, & n. 26.

25 *Abſolutio inſordeſcentis in excommunicatione, debet etiam fieri ab excommunicatione Bulla.*

27 *Confeſſarius debet inſordeſcentem monere de grauitate excommunicationis.*

28 *Annus inſordeſcentiæ computatur à die, quo quis fuit nominatim excommunicatus denunciatus.*

1 AD primam quæſtionis partem, videtur affirmatiuè reſpondendum per texum *in cap. rurſus 35. cum ſequent.* 11. *quæſt.* 3. vbi qui iuſtè excommunicatus eſt, poteſt beneficio priuari; imò & priuari, lite nondum conteſtata, *cap. veritatis de dolo*; & ſic gloſſa fin. *hic, & in cap. contingit, de dolo, & contum.* ait tunc poſſe beneficiis priuari ante excommunicationem obtentis, quando per integrum annum perſeuerat in excommunicatione: ſic etiam gloſſa fin. *in dict. cap. rurſus*, ex ea ratione: nam qui tanto tempore perſeuerat in excommunicatione, cenſetur de hæreſi ſuſpectus, *cap. fin. de pœnis, cap. excommunicamus 13. §. qui autem de hæretic. cap. cum contumacia eodem lib. 6.* & in Trid. *cap. 3. ſeſſ. 25. de reform.* ſed qui ſuſpectus eſt de hæreſi, niſi ſuam oſtenderit innocentiam, beneficiis priuatur, *cap. ad abolendam*, verſ. *præſortim, & ſequent. de hæret.* ergo; & ita tenent Abbas *in cap. 1. de Iudic. num. 2.* Felin. *num. 8.* Dueñas *reg. 153.* Iulius Clarus *lib. 5. ſentent. §. fin. quæſt. 73. num. 6.*

2 Tamen vt dixi breuiter *in dict. cap. 1. de Iudic. quæſt. 31. num. 3. & 5.* expendens prædicta iura, & reſoluens quæſtionem, per textum noſtrum dicendum eſt per ſolam perſeuerantiam vnius anni in excommunicatione, neminem beneficio priuari ante excommunicationem obtento, vt colligitur ex textu noſtro in quo ad priuationem beneficiorum expenditur perſeuerantia triennij in excommunicatione, cumque priuationis pœna imponenda non ſit, niſi in caſibus à iure expreſſis, vt oſtendit gloſſa fin. *in cap. fin. de Iure Patron.* argum. textus *in l. & ſi quis 14. §. Diuus Marcus, ff. de Relig. & ſumptib. funer.* ſequitur vt ſola contumacia excommunicati per vnum annum non priuet illum à beneficio obtento, docent Ripa *in dict. cap. 1. de Iudic. n. 77. Mantua 52. Berous 86.* Balboa 78. relati à Couarruu. *in cap. Alma Mater* Fermoſin. de Offic. & Sacris Eccleſ. *Tom. I.* *part. 1. §. 7. num. 10.* Nauarr. *in manuali cap. 27 n. 23.* Vgolinus *de cenſur. tab. 1. cap. 14. §. 3. numero 5.* Sayrus *lib. 2. cap. 10. num. 3.* Henriquez *lib. 13. de excommunicatione, c. 7. n. 5.* & probatur *ex l. 32. tit. 9. part. 1.*

Nec obſtant iura *in dict. cap. rurſus cap. fin. de pœnis lib. 5. cap. excommunicamus, §. qui autem de hæret. dict. cap. cum contumacia*, quia *in dict. cap. rurſus*, ſolum probatur excommunicatum per annum permanentem in excommunicatione, cenſeri conuictum, ſiue cauſa ciuilis, ſiue criminalis ſit; ſed non inde ſequi indiſcriminatim, vt beneficio priuetur; quia etſi ex tranſcurſu vnius anni, in excommunicatione inducatur quædam præſumpta criminis confeſſio iuris, & de iure, contra quam probatio non admittitur: argum. textus *in cap. nullus de præſumpt.* tamen ſi crimen, vel cauſa, de qua agitur, & ratione cuius excommunicatio emanauit, talis ſit, vt priuationem non mereatur: tunc ex ſolo tranſcurſu vnius anni non veniat beneficio priuandus, vt aduertunt Abbas *in dicto cap. 1. de iudiciis num. 24.* Berous 86. Menochius *de arbitrariis lib. 2. caſu 416.* † aliter verò eſſe, ſi crimen, vel cauſa pœnam priuationis mereatur, quia tunc veniret ſic contumax à beneficiis priuandus, quaſi de crimine conuictus *ex dict. cap. cum contumacia de hæret. lib. 6.* qui loquitur de crimine hæreſis. 3 4

Vnde non obſtant cætera citata iura, quibus reſpondetur, quod is, qui per annum in excommunicatione perſeuerat, ſiue pro cauſa ciuili, ſiue criminali, eſt de hæreſi ſuſpectus, vt in dictis iuribus tamen eam ſolam ſuſpicionem non ſufficere, vt condemnetur tanquam hæreticus, ſed ſolum ſufficere, vt procedatur contra illum, tanquam contra ſuſpectum de hæreſi. † Secus verò eſſe, ſi à principio eſſet ſuſpectus de hæreſi; quia tunc ſi ad iudicium vocatus non venerit, & contumax per annum extiterit, rectè venit beneficio priuandus iuxta textum *in dict. cap. cum contumacia, & §. qui autem*; eo quod tunc ſuſpicio hæreſis, ratione cuius fuit vocatus, augetur efficiens criminis illius vehementem præſumptionem, ratione cuius legitimè punitur pœna criminis ordinaria, docent Balboa *in dict. cap. 1. num. 79. & 80.* Gutierrez *lib. 1. quæſt. Canonic. cap. 12. & cap. 10.* bene expendit Carena *de officio inquiſit. part. 2. tit. 8. de inſordeſcente per annum in excommunicatione*, vbi *§. 4. à num. 15.* an ſit ſuſpectus de hæreſi, *& § 5.* an hæc ſuſpicio ſit leuis, vehemens, vel violenta; & §. 1. de tempore requiſito ad inſordeſcentiam, *& §. 11. à num. 6.* de pertinacia requiſita ad inſordeſcentiam, qui ad ſolutionem prædictorum iurium, *ibi §. 3. num. 12.* † diſtinguit dicens quod ſi crimen, ob quod fuit excommunicatus, ſit ex illis, quæ inducunt priuationem ipſo iure: tunc talis inſordeſcens, ſit illico priuatus: tamen ſi delinquens ex tali inſordeſcentia veniat priuandus, tunc non ipſo iure ſit priuatus, probans, *à num. 8.* inſordeſcentiam debere eſſe anni vnius, de quo latè ſunt videndi Marcus Alterius, *de cenſur. tom. 1. libro 2. diſput. 6. cap. 5.* Mareſcot. *lib. 2. variar. cap. 35. à numero 60.* Campanil. *in diuerſ. iuris Canon. Rub. 11. cap. 15. numero 30. & 31.* Ricciullus, qui alios latiſſimè allegat *de iure perſon. libro 4. cap. 7. ferè per totum*, & alij. Alia videbis infra *in dict. cap. 1. de iudic. quæſt. 32. & 33.* vbi de duabus quæſtionibus huic dubio concernentibus. Et licèt hæc de excommunicato 5 6 7

inſordeſcente, videantur dici, non de ſuſpenſo inſordeſcente per annum: tamen currit prædicta doctrina ad textum noſtrum.

8 Vnde infero quod inſordeſcens in excommunicatione lata ob aliam cauſam, quam hæreſis, ſit ſuſpectus leuiter de hæreſi, vt docent Couar. *in cap. Alma mater* 1. §. 7. Simanchas *de Catholicis inſtit. tit.* 27. *n.* 4. Eymericus *in director. inquiſit. p.* 2. *q.* 47. Vbi Pegna, Salzed. ad Diaz *cap.* 118. *n.* 12. verſ. *tertio quod licet*, Marius Alterius *de cenſur. tom.* 1. *lib.* 2. *diſp.* 8. *cap.* 3. verſ. *circa hoc decretum*, Farin. qui alios latiſſimè allegat de hæreſi *q.* 192. *n.* 23. alij allegati per Sanctarellum *de hæreſi*, *c* 4. *n.* 4. Genuenſ. *in praxi Epiſcopali cap.* 68. *n.* 8. de quo dico alia *infra q.* 2.

9 Ad ſecundam quæſtionis partem, an ſuſpenſo ab officio, illicitè conferatur beneficium, de qua ex textu noſtro legitimè poteſt diſputari, cum hic decernatur collationem beneficij factam ſuſpenſo per triennium in ſuſpenſione perſeueranti eſſe irritandam, vt illum ponderauit Diana *p.* 5. *tract.* 10. *reſ.* 2. Reſpondeo illam collationem non eſſe nullam cõtra Auilam *de cenſ. p.* 3. *diſp.* 2. *dubio* 10 aſſerentem, vt dicta collatio ſit nulla, quam impugnat Cornejo *in* 3. *p. D. Thomæ*, *tract.* 5. *de ſuſpenſ. diſp.* 2. *dubio* 1. Diana *ſupra in fine*. Quod ſic tenendum exiſtimo etiam ſi Barboſa hic *n.* 6. *in gloſſa*, verbo *ſuſpenſi*, ex ea, notat cum Corraſio, Viualdo, Lambertino, Vgolino, Flaminio, Azor. Leſſio, & Nicolao Garcia *de benef. p.* 7. *cap.* 14. *à num.* 1. quod ſuſpenſo ab officio, vel à beneficio non poſſunt beneficia conferri; ſed quod ita ſit illorum incapax, vt prouiſio illi facta ſit nulla; pro quo non facit textus *in cap. quia diuerſitatem, de conceſ. Præbendæ*, de quo dicit Diana citatus, vt non faciat ad rem quod dico verum eſſe in eo, qui ſuſpenſus eſt ab officio tantum; verum ſi à beneficio, dico *infra q.* 2.

10 Tota ergo dubitatio eſt, an ſit licita, vel illicita; & quod illicita ſit, videtur probari ex allegata ponderatione textus noſtri, vbi ſi per triẽnium perſeueretur in ſuſpenſione, eſt irritanda. Deinde *ex cap. fin. de clerico excommun. miniſtrante*, vbi decernitur abſolutè illicite conferri beneficium ſuſpenſo ab officio; quia cum beneficium detur propter officium, illicitè datur ei, qui ab officio clericali arcetur. Ex quo textu, etſi nonnulli contendant probare eam collationem eſſe irritam, ſolum colligitur eſſe irritandam, vt probat Suarez *de cenſur. diſt.* 26. *ſect.* 3. *n.* 8. qui reſpondet iuribus contrariæ ſententiæ, tenent Layman. *lib.* 1. *tract.* 5. *p.* 3. *cap.* 1. *n.* 3. poſt Coninch. Marcerus *de Sacram. in* 3. *part. q.* 24. *dub.* 2. & ſic addunt aliqui ſuſpenſo abſolute ab officio illicitè quamvis valdè conferri beneficium, argum. deducto à ſimili *dict. cap. vltim. de clerico excom*.

11 Sed Acugna *in decretum Gratiani p.* 1. *diſt.* 71. *cap.* 3. *num.* 3. Hurtado *de ſuſpenſione*, *difficult.* 8. dicunt non ſolùm validè, ſed etiam licitè conferri beneficium tali ſuſpenſo, id deducentes *ex cap. non eſt compos;* 14. *de temporib. ordin.* de cuius intellectu ibi dixi plura; eo quod argumentum à ſimili, præcipuè in materia odioſa, qualis eſt præſens materia, non ſit efficax: ſequitur Diana ſupra *dict. reſ.* 2. in verſ. *verum*, ſed mihi ſatis tuta videtur, & ſequenda ente dicta Suarez, & aliorum ſententia etiam ex textu noſtro; nempe vt licèt valeat collatio: tamen ſit illicita, cum ex perſeuerantia triennali veniat ſic contumax priuandus illo beneficio ſibi collato. De hac quæſtione videbis bene agentem Turrianum *de cenſur. lib.* 4. *diſp.* 39. *dub.* 2.

Ad tertiam quæſtionis partem pro vero intellectu textus noſtri, ex cuius littera exiſtimarunt nonnulli perſeuerantes contumaciter in excommunicatione, non eſſe priuandos beneficiis, niſi poſt triennium, quaſi annus completus contumaciæ non ſufficiat in criminibus vltra fidei crimen, quia in iſtis, vt colliges ex dictis *ſupra*, in verſ. *ad primam*, non ſic rigoroſè procedit vt in illis per iura ibi expoſita; & ob id Ripa *in dict. cap.* 1. *de iudic. num.* 77. dixit in illo textu loqui Pontificem de plenitudine poteſtatis contra iuris regulas, cum ex hoc textu, & aliis debeat præcedere contumacia triennalis beneficiorum priuationem, vt ſenſit Decius *in dict. cap.* 1. *num.* 38. 12

Sed reuera ego cum gloſſa hic in verbo *beneficiis*, verſ. *ſpoliari*, qua cum aliis Barboſa *num.* 2. probat quod excommunicatus vltra annum in ea excommunicatione perſeuerans, poteſt beneficiis priuari, exiſtimo regulam iuris, & praxis eſſe, vt qui contumaciter perſeuerat in excommunicatione per annum completum, veniat beneficiis priuandus, quibus addo Hoſtienſ. *hic num.* 7. Andream *num.* 10. Ricciul. *de iure perſonar. extra Eccleſiæ gremium exiſtent. lib.* 4. *cap.* 7. *num.* 1. Mar. Alter. *de cenſur. lib.* 2. *diſp* 6. *cap.* 1. verſ. *ſecundo dubio*, Cardinal Bellarm. *in ſuis notis ad Trid. ſeſſ.* 25. *de reformat. cap.* 3. *in obſeruat. fin.* Carena *de officio inquiſit. dict. p.* 2. § 1. Vbi expendens *à num.* 2. textum noſtrum ſolum narrat factum triennalis ſuſpenſionis; & quod hæc diſpoſitio locum etiam habeat in ſuſtinentibus excommunicationem, etiam per annum; ite vt dicatur in excommunicatione inſordeſcere: & ſic Hoſtienſ. *in ſumma de hæret. §. qualiter deprehenditur n.* 4. 13

Optimè dixit, quod licèt aliqui Canones loquantur de his, qui per biennium, & triennium in excommunicatione perſeuerant; ſatis tamen eſſe ſi per annum perſeuerent, quia Canones illi ſolum narrant factum, vt de hoc textu dixi *ſupra*, Carena *dict. num.* 2. qui *n.* 4. ait iam dictum de anno requiſito, & ſufficienti eſſe intelligendum, vt procedat etiam ad eam contrahendam in cauſis fidei: videbis Sanctarel *de hæreſ.* cum pluribus, *cap.* 4. *n.* 1. † Vbi quod hic annus in cauſis fidei debet eſſe completus, *ibi n.* 6. & pluribus ſequitur Farin. *dict. q.* 191. *n.* 36. ſic etiam Barboſa *dict. n.* 2. *in fine*, improbans Ripam, & Decium à communi recedentes, colligens textum noſtrum narraſſe triennale factum, ſic tenens etiam cum Ricciulo Eymerico *in direct. inquiſit. p.* 1. *q* 47. *poſt num.* 6. Capanil. *in diuerſ. iuris Canon. Rub.* 11. *cap.* 15. *n.* 30. verſ. *alterum*, *&* *cap.* 16. *n.* 17. qui ad probandum adducit textum *in cap. fin. de pœnis*, vbi quod ſufficeret ante biennium, dicens quod etſi loquatur de laico, fortius tamen ſit intelligendum de clerico, cum is magis parere teneatur, vt ſcribunt Turrecremata *in cap. miſſas totas n.* 1. *de conſecrat. diſt.* 1. Nauarr. *in manuali cap* 1. §. *ingratus n.* 4. *de pœnit. diſt.* 5. Videbis Bernardum *in praxi cap.* 119. *num.* 13. *in nouiſſima editione.* 14 15

Pro complemento huius dubij dico primo, annum inſordeſcentiæ debere eſſe continuum, & completum. Quo fit, vt ſi quis per ſex menſes v.g. in excommunicatione extiterit; deinde obtenta abſolutione cum reincidentia poſt abſolutionem ſteterit in excommuncatione per alios ſex menſes 16

menſes, talis non poſſit dici in excommunicatio-
ne inſordeſcens; quia in hac materia, tempora
non coniunguntur, Rota Rom. *deciſ.* 195. *in im-
preſſis poſt* 2. *volumen.conſ.Farin.* vbi etiam atteſta-
tur ita fuiſſe deciſum à Sacra Congreg. Concil.
in vna Bonon. inſordeſcentia Seraphin. 1285. *n.* 5.
vbi in ſpecie reprobatur Decius *in conſ.* 145. *vol.* 1.
qui contrarium tenuerat Ricciul. *de Iure perſonar.
lib.* 4. *cap* 8. *à num.* 1. benè Cardin. Bellarm. *in ſuis*
17 *notis ad Trid. dict. ſeſſ.* 25. *cap.* 3. *num.* 8. *in addit.* †
Et in fine obſeruat vbi atteſtatur Sacram Congre-
gationem Concilij decidiſſe, non poſſe procedi
contra eum, qui per tres annos extiterat in excom-
municatione lata ab Auditore Cameræ Apoſtoli-
cæ, tanquam ſuſpectum de hæreſi, ſi in ſingulis
annis in feſtis Paſchalibus ab eodem Auditore
Cameræ abſolutionem obtinuit.

18 Dico ſecundò iuxta intellectum textus noſtri
requiri perſeuerentiam cum pertinacia animi, quæ
includat contemptum clauium taliter, vt ad pro-
bandam inſordeſcentiam, non ſufficiat probari
ſola perſeuerentia in excõmunicatione per annum,
niſi etiam probetur hic animus cum contemptu
clauium: ſic Rota Rom. *deciſ.* 196. *num.* 2. *in im-
preſſis poſt* 2. *volum.conſil.Farin.* vbi ad hoc allegat
Signorol. *conſ* 33. *num.* 10. verſ. *præterea*, Decian:
conſ. 14. *num.* 9. *volum.* 3. Ricciulus *de Iure perſonar.
extra Eccleſ.grem.exiſt.lib* 4. *cap.* 8. *num.* 3. Carena
19 *ſupra* §. 2. *num.* 6. † qui etiam *num.* 7. *&* 9. probat
quod, ad incurrendam hanc inſordeſcentiam, re-
quiritur, quod excommunicatus habuerit noti-
tiam excommunicationis; & quod alias nunquam
poſſet dici inſordeſcere: ſi ex Ricciuculo *dict. n.* 4.
& ex Rota Romana *deciſ.* 181. *a.* 2. *& ſequent. in
impreſſis poſt* 2. *volum.conſil.Farinac.* legenda.

20 Imò idem Ricciul. *dict. cap.* 8. *num.* 12. *cum aliis*
dicit, quod ad hoc, vt quis verè inſordeſcens
dici poſſit; itavt ex illa inſordeſcentia agi poſſit
ad iuris effectus ab ea prodeuntes, videatur requiri
quod ſuper inſordeſcentia ſequatur ſententia il-
lius declaratoria; ſed ipſe, & Mariſcot. *var. lib.* 2.
cap. 35. *num.* 60. dixerunt quod hæc declaratoria,
cum agitur contra aliquam, vti de hæreſi ſuſpe-
ctum ob dictam inſordeſcentiam, debeat fieri de
21 Inquiſitore. † Et Carena *ſupra* §. 3. *num.* 13. *&* 14.
ait inſordeſcentem poſſe puniri per Iudicem Lai-
cum per verba *cap.* 3. *Concilij Triburien.* approbans
doctrinam, quæ mandatur *in l.* 2. *tit.* 5. *lib.* 8. *recop.*
dum mandat Iudicibus ſæcularibus, vt Laicos in
excommunicatione vltra menſem perſeuerantes,
puniant, latè Azeuedus *in dicta l.* Gutierrez *Can.
lib.* 1. *cap.* 12. Salzed. *cap.* 118. *in praxi num.* 6. Marius
Alterius *de cenſ.tom.* 1. *lib.* 2. *diſp.* 8. *cap.* 3. verſ. *hinc
colligit*, cum aliis, quod intelligo de inſordeſcenti-
bus extra cauſam hæreſis, cuius cognitio ſpecta-
ret ad Laicum, vt dicit Carena videndus cum
multis *ſupra* §. 4. dum agens de quæſtione, an in-
ſordeſcens in excommunicatione, ſit de hæreſi
ſuſpectus? *à num.* 15. ibi, *& à num.* 18. cum multis
contra alios, quos refert *num.* 17. docet, vt quidquid
ſit de iure, de conſuetudine tamen contra inſor-
deſcentes in excommunicatione lata ob aliam cau-
ſam, quam hæreſis, Sanctum Officium non ſoleat
procedere: ſic cum Pegna, Scaccia, Zechio, Graſ-
ſis, Lazario, & aliis.

22 Vnde benè Barboſa hic *num.* 5. in verſ. *pro tanta*
pertinacia, & contemptu, notat ex eodem Ricciu-
lo *dict. c.* 8. *num.* 3. Signorolo *conſ.* 33. *dict. num.* 10.
verſ. *præterea*, Rota *deciſ.* 132. *num.* 7. *p.* 1. *in recen-
tior.* quod vt dicatur contracta inſordeſcentia ad
effectum priuationis beneficiorum, requiratur per-
ſeuerentia cum animi pertinacia, quæ includat
contemptum clauium; quod exiſtimo intelligen-
dum iuxta declarationes *num. praeced.*

Ad quartam quæſtionis partem, per quod tem- 23
poris ſpatium, elapſo anno, debeat Iudex expe-
ctare excommunicatum, antequam ad declara-
tionem, vel priuationem beneficiorum procedat.
In quo dubio; etſi Abbas *in dict. cap.* 1. *de iudic.
num.* 25. verſ. *fateor*, & ibi Andreas Alciatus *a.* 37.
videantur ſentire per triennium expectandum eſſe
vt colligere poſſunt ex deciſione textus noſtri: Ta-
men Salzedus *in praxi dict. cap.* 119. Iacobus Me-
noch: *de arbitr. Iudicum lib.* 2. *cent.* 5. *caſu* 116. *n.* 66.
quos ſequitur Barboſa *hic num.* 4. dicunt hoc to-
tum relinquendo eſſe Iudicis arbitrio, vt ego etiam
intelligo per iam adducta, iuxta diſtinctionem
criminum, & cauſarum, quarum ratione quis fuit
excommunicatus.

Vnde poteris hic inquirere, quo pacto debeat 24
ſe gerere Confeſſarius cum exſordeſcentibus? In
quo dubio Ricciulus *de Iure perſonar. extra grem.
Eccleſ. exiſt. cap.* 7. *num.* 17. Carena *de officio inquiſit.
dict. t.* 2 *tit.* 8. §. 10. *num* 48. *&* 49. dicunt, vt debeat
animaduertere, an inſordeſcens in excommuni-
catione, catholicè ſentiat de clauibus Eccleſiæ;
quia ſi non rectè ſentiat, tunc ſit vtique habendus
non ſolùm pro hæretico mentali, ſed etiam pro
hæretico externo excommunicato in excommu-
nicatione Cœnæ Domini: & qualiter hoc explice-
tur, inuenies apud Sanchez *in ſum. lib.* 2. *c.* 8. *n.* 16.
Fillucium *q. mor. tom.* 2. *tr.* 22. *c.* 6. *n.* 191. Layman. *in
ſum. lib.* 2 *tr.* 1. *c.* 14. *n.* 4. † Vbi bene declarat, quando 25
pura omiſſio ſit ſignum ſufficiens externum hæ-
reſis: & expendens Carena *d. n.* 49. ait quod in præ-
fato caſu non ſufficiat abſolutio ab excommuni-
catione, in qua inſorduit; ſed vlterius ſit abſoluen-
dus ab excõmunicatione Bullæ Cœnæ lata in hæ-
reticos † Sed quod vbi inſordeſcens in intellectu 26
errorem non habuerit, interrogandus ſit de cauſa
inſordeſcentiæ, an dicto tempore claues Eccleſiæ,
verè conſumpſerit; prout de iure præſumitur, † & 27
quod tunc Confeſſarius debeat eum monere de
grauitate excommunicationis, in qua erat incurſus,
iniungendo tandem Pœnitenti congruam ſatisfa-
ctionem pro qualitate, & circunſtantiis prædictæ
inſordeſcentiæ. Ego tamen in primo caſu quoties
ſi inſordeſcens malè, & non catholicè ſentiat de
clauibus Eccleſiæ, poſſem dicere non poſſe ſic in-
ſordeſcentem illico abſolui propter hæreſim con-
tractam, niſi prius fuiſſent conſulti Domini Inqui-
ſitores iuxta ea, quæ alibi dico.

Quod ſi iterum dubites, quandonam annus in- 28
ſordeſcentiæ in excommunicatione incipiat, an à
die incurſus excommunicationis, an potius à die,
quo fuit declaratus excommunicatus? Vt benè
& latè expendas adiungendo hic quæ latiſſimè ad-
duxi *ſub cap. ad probandum* 24. *de ſentent. & re iud.*
ob id ex ibi adductis ad propoſitum noſtri dubij,
breuiter reſpondeo, dictum annum incipere à die
quo quis fuit nominatim excõmunicatus denun-
ciatus, vt docet Sanctarellus cum multis ab eo re-
latis *de hæreſi cap.* 4. *num.* 6. Albertin. *in Rubrica
de hæret. in* 6. *quæſt.* 13. *num.* 35. Riccius *in praxi
variar. reſolut. tom.* 3. *reſolut.* 216. Carena *ſupra* §. 1.
tit. 8. *part.* 1. *num.* 5. & faciunt quæ dixi *in cap. in-
telleximus de iudiciis, & in cap. paſtoralis*, §. *ve-
rum de appellat.* vbi quando excommunicatus vi-
tetur agere in iudicio, aut à ſententia appella-
re, &c.

Qvæstio II.

An ſuſpenſus à beneficio, valide accipiat aliud beneficium? Et an ſuſpenſus à beneficio, ſuſpendatur à iure collationis beneficij, confirmationis, electionis, &c. ſibi proueniente ratione beneficij, à quo ſuſpenſus eſt? Et an collatio beneficij facta excommunicato tolerato, ſit inualida? Et quid de ea, quæ facta eſt ſuſpenſo, vel interdicto? An excommunicatus, valide acceptet beneficium, ſi ante excommunicationem fuerit ei collatum? Et an excommunicatus ſit inhabilis ad recipiendas penſiones?

Svmmarivm.

1 *Suſpenſus à beneficio, validè accipit titulum alterius beneficij, ſed non acquirit fructus eius. Et de ratione*, n.2.& 3.

4 *Suſpenſus à beneficio, non ſuſpenditur à iure collationis, confirmationis, ſeu electionis, & quare*, n.5.

5 *Collatio, electio, ſeu confirmatio, non ſunt actus Dominij, vel beneficij, ſed officij, & iuriſdictionis, contra Præpoſitum*, numero 7.

6 *Epiſcopus à beneficiis ſuſpenſus, poteſt beneficia conferre.*

8 *Collatio beneficij fieri nequit excommunicato non tolerato, & contra aliquos, etiam tolerato, vt* n.9.

10 *Excommunicato ignoranti excommunicationem } non rectè fit collatio beneficij, & electio; & ſi ſit valida, vt* n.11.

12 *Excommunicatus, qui accepit beneficium, eique ſeruitium præſtitit, queit accipere fructus congruæ ſuſtentationis, non alios.*

13 *Excommunicatus, qui tunc accepit beneficium, ſi poſtea illud legitimè obtinet, poteſt fructus eius percipere, ſi inſeruit per ſe, vel per alium.*

14 *Collatio beneficij facta ſuſpenſo, vel interdicto, non eſt nulla; etſi ſit illicita, & veniat annullanda, vt* n.15. & 16.

16 *Suſpenſio, ſiue ab officio, vel beneficio, etſi faciat inhabilem hominem ad collationem, non tamen eam irritat.*

17 *Collatio facta ſuſpenſo, aut interdicto, quare valeat, non ſic ea, quæ ſit excommunicato*, num.18.

19 *Excommunicatus poteſt conferre alteri, ſed accipere collationem nequit.*

20 Cap.fin.de Clerico excommunicato.

21 *Acceptatio beneficij licet excommunicato, cui ante excommunicationem fuit facta illius collatio, quando ſcilicet acceptatio reſpicit tantum declarationem voluntatis, vt* numero 23.

22 *Collationis, & acceptationis actus deferunt, &* num.25.

24 *Beneficium collatum excommunicato, ſi moriatur poſt abſolutionem, v cat de nouo, ſi ante, non ita.*

25 *Collationis officium, eſt conferre verum ius alteri, acceptationis, non ſic.*

26 *Excommunicatus, qui ante excommunicationem obtinuit litteras ad beneficium vacaturum, poterit illud acceptare.*

27 *Canonicus antiquior excommunicatus, poteſt acceptare pinguiorem Præbendam, ſed non accipere eius collationem.*

28 *Penſio ſpiritualis, & Eccleſiaſtica, nequit conferri excommunicato, ſecus penſio temporalis*, numero 29. & 30. *vbi quæ ſit differentia.*

31 *Penſio temporalis aſſignatur laico, vt in ſtipendium, non vt beneficium, veluti pro patrocinio, pro pulſandis Campanis, aut aperiendo fores Eccleſiæ, vt* n.32.

AD primam partem quæſtionis, quám po- 1
teris latius expendere ex dictis *ſupra q.* 1. verſ. *ad ſecundam*, de beneficio collato illi, qui ſuſpenſus eſt ab officio, videtur reſpondendum, vt nullo modo validè accipiat aliud beneficium, qui ſuſpenſus eſt à beneficio, quia hic militat ratio diuerſa ab ea, quam adduxi *in dicta quæſt.*1. verſ. *ad ſecundam*, de beneficio collato ei, qui ſuſpenſus eſt ab officio. Hic enim non congrue fiet, ſi ſemel ſuſpenſo ab vno beneficio, quod obtinuit, ei aliud de nouo conferatur; & ſic hanc tenent ſententiam Bonacina *de cenſur. diſput.*2. *puncto* 3. *num.*8. *in editione nouiſſima*, Leſſius *de Iuſtitia, lib.*2.*cap.*34. *dub.*22. *num.*116 Villalobos *in ſumm.tom.*1.*tract.*18. *difficult.*4. *num.*6 ſic per textum *in cap.fin.de Clerico excomm.miniſt.& per Clem.*2. *de vita, & honeſt. Clericorum*, vbi dicitur nullam eſſe ipſo facto electionem, & probant ea ratione, quia inter effectus, quos producit ſuſpenſio à beneficio, eſt ille, nempe vt priuetur fructibus beneficij, & per argum.textus *in l.oratio, ff.de ſponſalibus.*

Alij inquam docent prædictam collationem 2
ſuſpenſo factam, non eſſe irritam, ſed eſſe irritandam: ſic Coninch. *de Sacram. diſp.*15. *dub* 2. *num.*14.Gordonius *tom.*1.*lib.*7 *quæſt.*13. *c.*7. *n.*38. Cornejo *in* 3.*part.D.Thom.tract.*5. *de ſuſpenſ. diſputatione* 2. *dubio* 4. *quæſt*. Layman.*lib.*1.*tract.*5. *part.*3.*cap.*1. *num.*3. Mercerus *de Sacram. in* 3.*p. quæſt.*24. *dubio* 3. Faber *de cenſuris in* 4.*ſentent. diſtinct.*25.*quæſt.*1.*diſp.*6.*cap.*1.*num.*26.Diana *p.*5. *tract.*10. *reſ.*7. dicentes, quod iura pro contraria ſententia ad ſummum probant talem acquiſitionem eſſe irritandam, & non autem irritam: & pro hac ſententia videntur facere quæ adduxi *ſub dict. quæſt.*1.*in dicto verſ.ad ſecundam*, vbi probaui non eſſe irritam, ſed tantum illicitam ad ſummum, collationem factam ſuſpenſo ab officio, cumque effectus ſuſpenſionis redundantes aduerſus ſuſpenſum ab officio, redundent etiam aduerſus ſuſpenſum à beneficio, vt tradit idem Villalobos *d. diſ.*4. *num.*4. & ipſe dicat *diſ.*3. *num.*5. quod qui ſuſpenſus eſt ab officio, non ſit priuatus à beneficio, nec à perceptione fructuum: Sequitur vt in caſu noſtro ſimiliter procedat, vt qui ſuſpenſus eſt ab vno beneficio, non ſuſpendatur à collatione alterius ſibi dati.

Ego tamen vltra prædictos certantes Doctores 3
in hoc dubio exiſtimo mediam eſſe viam eligendam; quia etſi reuera fateat quod ille, qui abſolutè ſuſpenſus eſt à beneficio, abſque alia additione intelligatur ſuſpenſus ab omnibus beneficiis, vt ſentit Villalobos, *dict.diſ.*4.*num.*4. vtpote dicit de ſuſpenſo ab officio, *dict.diſ.*3.*num.*4. Tamen

... prædicto caſu cum debeat fieri diſtinctio ... titulum beneficij, & perceptionem fructus illius: dico non prohiberi collationem factam de nouo beneficio, etſi illius fructus non fruatur ob dictam ſuſpenſionem: & hoc ſic intelligo cum Præpoſito, *in 3.p.quæſt.3.de ſuſpenſione dub.2.n.24.* qui dicens quod ſi quis ſolum ſuſpenditur à certo beneficio, non poteſt priuari fructibus aliorum beneficiorum; & quod poteſt etiam alia beneficia recipere addit inſuper, vt videatur poſſe aliud beneficium recipere, quantum eſt ex parte cenſuræ, etiam quando ſimpliciter ſuſpenſus eſt à beneficio, quia optimè poteſt conſiſtere quod aliquis poſſit acquirere titulum, quamvis deberet priuari fructibus, & de prouenientibus; & docet Tannerus, *tom.4.diſp.6.q.10.dubio 1.num.137.* quod ante iudicis ſententiam, poteſt ſuſpenſus percipere fructus beneficij ſibi de nouo collati & patet ex dictis, *n. ſeq.*

4 Ad ſecundam quæſtionis partem, an ſuſpenſus à beneficio, ſuſpendatur à iure collationis, beneficij confirmationis, ſiue electionis? Et exiſtimo per iam dicta, vt non ſuſpendatur à præfatis; eo quod collatio, & electio non ſunt propriè beneficij fructus, quorum perceptio ſuſpenſo interdicta eſt, vt dixi, cum potius ſint actus officij: & qua iuriſdictionis ratione beneficiis competentis;
5 & ſic gloſſa, *in cap. tranſmiſſam de elect. lib.6* † Dixit quod nec ſint actus Dominij, vel beneficij; prout beneficium eſt, ſed officij, & iuriſdictionis. Quamobrem Canonis auctor cum ab vtroque, tam beneficio, quàm iure eligendi, ſuſpendere vult, id ipſum exprimit, vt *in cap. cum in cunctis §. vltim. de electione*: & ita hanc ſententiam docent Philippus Faber. *de cenſ. in 4. ſentent. diſt. 25. q.1. diſp.6.cap.1.num.29.* Mercerus *de Sacram. in 3.p. quæſt.24.dubio 3.* Coninch *diſp.15.dub.2. num.11.* Layman. *lib.1.tract.5.p.3.cap.1.num.4.* Hurtadus *de ſuſpenſ. difficult.4.num.9.* Cornejo *in 3.p.tract.5.de ſuſpenſ.diſp.2.dubio 4 q.4.* Suarez *de cenſ. diſp.25. ſect.2.num.14. & diſp.26. ſect.4. num.5.* cum aliis
6 † Diana *p.5.tract.10.reſ.7.* in verſ. *verum*, vbi notat ex Mercero relato Epiſcopum à beneficio ſuſpenſum, poſſe beneficia conferre, quia hæc collatio non pertinet ad fructus Epiſcopatus; prout impropriè dixit gloſſa *in cap. cum olim de maioritate, & obed.* per quam etſi infra *in cap. 24. de re iudic. ſub q.2.num.12.* retulerim collationem annumerari inter beneficij fructus; ſed ibi dictum intelligitur, prout hic.

7 Vnde exiſtimo non eſſe audiendos Præpoſitum *in 3.p.quæſt.3.de ſuſpenſ.dub.2.num.25.* Henriquez *lib.13.cap.32.num.4.* Sayrum *lib.4 cap.6.num.7.* Toletum *in ſumma cap.43.lib 1.* contrarium docentes, quia tale ius, eſt quidam prouentus beneficij vacantis; quibus reſpondetur ex dictis; & quod in materia pœnali, qualis eſt hæc, non debet fieri extenſio, vt conſiderant Doctores noſtræ ſententiæ.

8 Ad tertiam quæſtionis partem præmittendo nonnulla, quæ dixi *ſub cap. ad probandum 24. de ſent. & re iud.* inter quæ an excommunicatus poſſit præſentare, ſeu beneficia reſignare, & alia conducibilia, nunc legitimè inquirimus de præſenti dubio; & licèt poſſet dici extrauagantem Martini V. extendi etiam ad excommunicatum toleratum, quia illa nullum intendit præſtare fauorem tollerato: cuius ratione nonnulli Doctores dixerint collationem beneficij factam excommunicato tolerato, eſſe inualidam. Tamen probabiliter poteſt dici, quod etſi prædicta ſententia certa ſit in excommunicato non tolerato iuxta intellectum *dict. extrauag.* ſecundum quæ dixi *in dict. cap. 24.* & per doctrinam textus *in cap. paſtoralis de Clerico excom.* dicentis generaliter collationem beneficij factam excommunicato inualidam eſſe, in tolerato autem affirmandum ſit talem collationem valere, ex dictis *ibi ſub quæſt. 2.* vbi explicui *dict. extrauag. in verſ. ad ſecundam*, & in aliis quæſtionibus *ibi*, & probatur ex eo, quia ſi collatori excommunicato licitum eſt beneficium conferre tolerato, iuxta *dict. extrauag.* non minus, quam Sacramenta adminiſtrare, quomodo collatio illi facta erit nulla, cum illicitum ſit conferre beneficium inhabili. Et ſic tenet Hurtado *diſputation.6. de excommunic. difficultate 2. num.6.*

Adhuc verò quia ego *in dict. cap. ad probandum*, conſtitui differentiam inter excommunicatum actus exercentem iuriſdictionis, & excommunicatum, cui datur poſſeſſio beneficij *ibi q. 1. verſ. ad ſextam num.26. & 27.* ideo exiſtimo reſpectu excommunicati cui confertur beneficium, non valere collationem, etiam ſi toleratus ſit, quia reſpectu illius debet obſeruari dicta extrauagans nam etſi talem excommunicatum permittat nobis communicare; non tamen reddit illum habilem ad beneficia: ſic tenent Coninch. *de Sacram. diſput.14.dubio 9.num.70.* Auila *p.2.de cenſur. cap.6. diſp.5.dub.2.concl.1.* Raynadus *de monit.p.2.cap.2. num.29.* Sanchez *in opuſculo tom.1.lib.2.cap.2. dubio 10.num.7.* Faber. *de cenſ. in 4. diſt. 25. quæſt. 1. diſp.4.num. 93.* Villalobos *in ſumm. tom.1. tr.17. difficult.9.num.5.* Turrianus *lib 2. diſput. 16.lib.1.* Cornejo *in 3.p.tr.5.de excomm.diſp.10. §7.dub.1.* 9
† Dicentes id etiam procedere ſi excommunicatus, excommunicationem ignoret, vt quia oblitus eſt ſe incurriſſe, aut falsò putat ſe validè abſolutum; quia etſi ignorantia excuſet aliquem à peccato, tamen non reddit eum habilem ad aliquem actum, ad quem alias eſt, inhabilis. 10
† Sed Diana cum Leſſio, & aliis *dict.p.5.tr.9.reſ.99. in fine*, contra illos dicit, quod ſi prouiſus ignoret ſe excommunicatum ignorantia probabili, tunc electio & collatio beneficij, non ſit irrita: & Turrianus *lib.2. diſp.15. dub 2.* ex Vaſquez, dixit abſolutè, quod collatio beneficij facta ab excommunicato tolerato, eſt valida; de quo dixi *ſub dicto cap.24. de re iud.* de cuius ratione ibi *ſub dicto num. 26. & 27.* & ex aliis, non enim ex hoc conferens reportat commodum, ſicut illi confertur. 11

Vnde notandum eſt cum Coninch *vbi ſuprà*, & Suarez *de cenſur.diſp.13.ſect.1. num.3.* quod ſi excommunicatus bona fide beneficium acceperit eique inſeruierit; etſi poſtea re cognita teneatur illud relinquere; poſſit tamen retinere fructus, qui reſpondent congruæ ſuſtentationi ad quam ius habet, ſed non ad cæteros fructus, qui ſuperfluunt niſi taliter bona fide eos expendiſſet, vt inde ditior non fieret; ſecus ſi agnouiſſet ſuam inhabilitatem à principio. 12

Secundò notandum eſt cum Henriquez *in ſum. lib.13.cap.3.num.3.* Diana vbi ſupra *ſub verſ. notandum*, quod ſi talis poſtea illud beneficium legitimè obtineat, poſſit eos fructus retinere, quia hoc beneficium eouſque vacauit, & fructus beneficij vacantis debentur ſucceſſori. Verùm, vt hoc ſit probabile neceſſum eſſe, vt ipſe interim per ſe, vel per alium curauerit fieri omne officium illi beneficio debitum quia alias eſſet melioris condi- 13

tionis, qui ioualidè, quàm qui validè beneficiu m obtinuiſſet ; quod ego intelligo, quoties beneficij vacantis fructus debentur ſucceſſori, noo ſi fabricæ, aut alij tertio per aliquam ſpecialem ordinationem, aut conſuetudinem.

14 Ad quartam quæſtionis partem, an collatio beneficij facta ſuſpenſo, vel interdicto, ſit inualida? vt dubiũ hoc diſſoluas, adiunges quæ dixi *ſupr. ſub q.1.* in verſ. *ad ſecundam*, & verſ. *ad tertiam*: etenim pro affirmatiua ſententia ibi, fundamenta colliges, & alia ea dictis *q. proced.* ex quibus Auila *de cenſur. p.2.c.6. diſp.5. dub.4. poſt 3. concluſionem*, notat, vt quæ proximè dicta ſunt de collatione, vel electione facta eacommunicato, habeant etiam locum, ſi fiat ſuſpenſo, vel interdicto: hanc opinionem dixit probabiliorem Diaoa *dict. p.5. tract.9. diſp.*100. & Conioch. *de Sacram diſp.14. dub.9. n.71.* imò Barboſa *hic num.6.* Leſſius *de Iuſt, lib.2.c.34. num.*116. Garcia *de beneficiis p.7.c.14. à num.1.* Flaminius *de reſignat. lib.2. quæſt.6. num.84.* Azor. *inſtit. moral. p.2. lib.5 cap.7. quæſt.2.* Vgolinus *de cenſur. tabula de ſuſpenſ. cap.6 §.7. num.4. & cap.8. §.6. n.1.* Corraſius *de beneficiis p.4 cap.3. num.2.* Viualdus *in Candelabro aureo tit. de ſuſpenſione num.*139. per gloſſam hic verb. *ſuſpenſi*, quod ſuſpenſo ab officio, vel beneficio, non poſſunt beneficia conferri; imò ita illorum eſſe incapacem, vt prouiſio illi facta ſit nulla.

15 Ego verò cum iam ſupra expenderim dictam gloſſam, exiſtimo multum probabiliter, & securè in caſu noſtro non eſſe iudicandum ſic abſolutè, ſicut dictum eſt de collatione facta eacommunicato, etiam tolerato: nam intra illum, & ſuſpenſum, vel interdictum, eſt non minima differentia, vt ex ſerie cuiuſlibet materiæ conſtat, tum ex dictis ſupra *dict. quæſt.* . verſ. *ad ſecundam, & ad tertiam*, vbi probaui collationem factam ſuſpenſo ab nfficio & beneficio, non eſſe nullam omnino; etſi vt illicita veniret irritanda, quod diait Leſſius,
16 *vbi ſuprà*, ſatis eſſe probabile. † Nam etſi ſuſpenſio, ſiue ab officio, ſiue à beneficio, faciat hominem indignum collatione noui beneficij, & Canones velint eum priuari; & ea ratione poſſit eſſe inhabilis; verùm non ita inhabilem fore, vt collatio ſit ipſo iure irrita, quod teneatur beneficium, etiam poſt ablatam ſuſpenſionem dimittere, cùm id Canonibus Sacris nequeat probari: ex quibus taotum, (vt iam aduerti ſupra) colligitur collationem eſſe irritandam, ipſumque eſſe priuandum; ſicque in re tam dura, & difficili non videantur extendendi textus contrariæ ſententiæ ad priuationem latæ ſententiæ, & inhabilitatem abſolutam: ita Leſſius cum Suarez *de cenſur. diſp.*[illegible]*. ſect.3. num.7. & diſp.27. ſect.5. n.25.* qui quod dixit de ſuſpenſione, idem dicit de interdicto reſpondens ad omnes Canones, qui pro contraria ſententia adducuntur, quos iam explicaui, *ſub dicta q.1. in locis citatis*.

17 Quod ſi interroges de ratione differentiæ, quare collatio, ſeu electio de beneficio facta excommunicato, ſit ipſo iure nulla, & irrita; non ſic illa, quæ fit ſuſpenſo, aut interdicto; reſpondeo, qood etſi inter excommunicati, ſuſpenſi vel interdicti pœnas, non videatur conſtitui differentia per teatum *in cap. fin. de clerico excommunic. miniſtrante*, cum ea tamen differentia, quod electio, quæ fit de ſuſpenſo ad beneficium, non eſt ipſo iure irrita, & nulla, ſed quod tantum veniat irritanda, quia ille, qui eſt ſuſpenſus, oon eſt inhabilis, ſed tantum prohibitus, vt docent Abbas *in cap. vel non eſt compos, de tempor. ordination.* Suarez *de cenſur. dict. diſp.26. ſect.3. n.8.* Villalobos *in ſumm. p.1. tract.18. diffic.3. num.4.* qui ſe remittit ad ea, quæ dicit *ſub tract.17. difficult.32.* quod aliter eſt, vt iam dixi hic *per dict. extrauag. ad euitanda*, & per textum *in dict. cap. paſtoralis de Clerico excommun.* † Quibus, & aliis probatur collationem 18 factam eacommunicato, nullam eſſe ipſo iure, quia excommunicatus, ſemper cenſetur priuatus, & inhabilis, ad recipienda beneficia de nouo, non ſic ſuſpenſus, aut interdictus. † Tum vt dixi 19 *ſub dicto verſ. ad tertiam*, aliud eſt, vt excommunicatus conferat, ſecundùm quæ diai *ibi*, & *in toto cap. ad probandum 24. de re iud.* aliud inquam, quod eacommunicatus accipiat collationem beneficij, ſiue de nouo collati, † imò Villalobos *in* 20 *dictis locis*, ait teatum *in dicto cap. vltim. de Clerico excomm.* loqui de excommunicato minori eacommunicatione, dicens *dict. diffic.32. ſub num.7.* dictam extrauag. *ad euitanda*, comprehendere etiam excommunicatum minori, quibus, nec etiam fauet.

Ad quintam quæſtionis partem, an excommu- 21 nicatus validè acceptet beneficium, ſi ante eacommunicationem fuerit ei collatum? Video in hoc puncto Doctores diſcordantes, ſiquidem, qui negatiuam docent ſententiam, ex eo eſt, quia vt patet *ex cap. ſi tibi abſenti de præb. lib.6.* non minus dicunt quem acquirere ius in beneficium per validam collationis acceptationem, quam per ipſam collationem; ſed ſic eſſe, vt ipſa collatio facta excommunicato, ſit omoino nulla, & inualida, cum ſit illa incapax ad acquirendum ius in beneficium; ergo, & ſimiliter acceptatio: ſic docent Hurtado *de excommunic. diſp.6. diſ.3. num.8.* Coninch. *de Sacram. diſp.14. dub.9. num.97.* Layman *lib.1. tract.5. p.2. c.2. quæſt.3. num.11.* Raynaudus *de monit. p.2. cap.2. num.29.* † Qui omnes conſtituunt 22 differentiam ioter actum collatioois factæ eacommunicato, aut actum acceptationis, obiectionibus contrariis reſpondendo. Sed alij inquam docent, vt quamvis inualidetur collatio eacommunicato facta per teatum *in cap. poſtulaſtis de clerico excomm. miniſt.* non tamen acceptatio, quia *in eo cap. tantum*, inualidatur actio, per quam acquiritur ius ad beneficium; quod non ſic contingit per acceptationem, cum nullus ſibi conferat ius. Et deinde quia acceptatio ſolum eſt declaratio propriæ voluntatis qua certum eſt noo priuari per eacommunicationem ex regula textus *in l. ex facto §. ſi quis rogatus 2. ff. ad Senat. conſ. Trebell.* præſertim cùm acceptatio ad factum potius, quàm ad ius pertineat: ſic docent Couarruu. *lib. 3. variar. cap.16. num.4.* Leſſius *lib.2. de Iuſt. cap.34. dubio 22. num.*118. Vaſquez *de excommunic. dubio 6.* Toletus *in ſumma lib.1. cap.13.*

Ego inquam vtramque ſententiam admitto, vt 23 veram in ſuo ſenſu, quia ſi per acceptationem beneficij ab excommunicato factam acquirit excommunicatus, ius in beneficio, tum reuera iuata primam ſententiam, & text. *in dicto cap. ſi tibi abſenti de præb. lib.6.* ſit nulla, & inualida talis acceptatio, ſicut & collatio: tamen ſi acceptatio reſpiciat tantum ad declarationem conſenſus, exiſtimo cum Diana *dict. part.5. tract.9. reſ.*102. io verſ. *nec valet ſecundam ſuſtineri ſententiam.* † Et ſic ſi 24 poſt abſolutionem moriatur, illud beneficium vacat de nouo, ſecus ſi moriatur antequam ſit abſolutus, etiam poſt acceptationem; quia io hoc poſteriori caſu, noodum beneficium acquiſiuerat,

nec

nec vacat de nouo; quod præſtat attendi, vt dicit
Diana, ad hoc vt ſciatur ad quem eius collatio
pertineat, poſteriorem ſententiam ex dictis etiam
docent. & tenent Mercerus *de Sacr. in 3. quaſt. 21.*
25 *dubio* 8. Turrianus *lib. 2. diſp. 16. dubio 2.* † Nec
prædicta diſtinctio turbatur ex eo quod collatio
ſufficiat ad declarationem conſenſus excommuni-
cati, ſicut dictum eſt de acceptatione; quia reſ-
pondeo proprium officium collationis, eſſe con-
ferre verum ius alteri; acceptationis inquam non
ſic, cum tantum ſit conditio requiſita, vt collatio
ſuum operetur effectum.

26 Vnde infero quod ſi ille, qui ante excommu-
nicationem obtinuerit litteras ad beneficium va-
caturum tempore, quo vacat ſit excommunicatus,
poſſit illud acceptare virtute Bullarum & acce-
ptatio ſit valida; itavt poſt abſolutionem non de-
ſideretur noua acceptatio, ſed ſola collatio, quia
litteræ ad beneficium vacaturum, non conferunt
ius ſine collatione, cum ſolum promittant colla-
tionem quæ fieri nequit durante excommunica-
tione, nec opus eſſe, vt fiat poſtea, tenet Diana
27 *vbi ſupra circa finem*, in verſ. *ex quo.* † Vbi circa
finem addit idem eſſe de antiquiori Canonico, qui
licèt ſit excommunicatus, poteſt validè acceptare
pinguiorem Præbendam, licèt collatio ſit ſuſpen-
dendo, donec abſoluatur.

28 Ad vltimam quæſtionis partem Theophilus
Raynaudus *de monit. p. 2. c. 2. num. 29.* Mercerus *de
Sacram. in 3. p. quaſt. 21. dubio 8.* Suarez *de cenſuris
diſp. 13. ſect. 1. num. 9. &* 10. Filliucius *tom. 1. tr. 12.
cap. 5. num. 123.* Villalobos *tom. 1. difficultat. 9. n. 3.
tract. 17. in ſumm.* cum Abbate *in cap. conquerente,
de Clericis non reſident.* Couarruu. *in pract. cap. 36.
num. 10.* Soto *de Iuſtitia lib. 10. de Iuſtitia quaſt. 5.
art. 3.* & Gordonus *in ſumm. tom. 2. lib. 7. quaſt. 9.
num. 45.* dicunt quod excommunicatus, eſt etiam
29 inhabilis ad recipiendas penſiones. † Sed Auila
abſolutè dicit penſionem quamlibet, etiam ſpi-
ritualem, quæ fundatur in titulo ſpirituali collà-
tam excommunicato eſſe validam: nam, vt ait
Præpoſitus *in 3. p. quaſt. 2. de excommunic. dub. 11.
num. 64.* excommunicatus non eſt ex natura rei in-
capax beneficij, vel penſionis, ſed de iure poſitiuo;
ſed non datur textus in iure, per quem excommu-
nicatus prohibitus ſit accipere penſionem; ſicut
datur circa beneficium; ex dictis *ſuprà*; ergo cum
prædicta prohibitio ſit pœnalis, & ob id odioſa,
non eſt cur debeat extendi ad penſionem, etiam
ſpiritualem. Cum penſio etiam collàta titulo Ec-
cleſiaſtico, non ſit beneficium, nec de ea diſcur-
rendum, ſicut de beneficio ſine iure expreſſo prop-
ter aliquam conuenientiam intèr beneficium, &
penſionem.

30 Ego tamen cum videam Doctores primæ ſen-
tentiæ, eam porrigere, etiam ad penſionem tem-
poralem, præſertim Couar. *ſupra num. 2.* Villalo-
bos *dict. num. 3. in fine*, Gigas *de penſ. quaſt. 14.* &
alij, exiſtimo ſub diſtinctione loquendum; nem-
pe vt reſpectu penſionis ſpiritualis, & Eccleſiaſti-
cæ, aut mixtæ, quæ etſi non ſit beneficium propriè
reducitur ad illud quodammodo dependenter, ſeu
conſequenter, vt benè cum multis explicat viden-
dus Garcia *de benef. p. 1. cap. 5. à num. 1.* vbi & *n. 9.*
quod communiter talis penſio aſſignatur alicui lo-
co beneficij, vt commodius ſuſtentur, vel ex cau-
ſa reſignationis, ſeu ceſſionis. Tunc in hoc ſenſu
prima ſententia verificetur quemadmodum dice-
tur vera iuxta ſpeciem textus *in dict. cap.* conque-
rente, ſi penſio daretur in titulum beneficij; vide-
licet dum extrahitur ex pingui beneficio, vt dein-
ceps ſit beneficium Eccleſiaſticum, quæ tunc iam
veniet propriè appellatione beneficij, vt cum in-
finitis probat ipſe Garcia *n. 5.*

In ſecundo caſu crediderim cum Doctoribus 31
ſecundæ ſententiæ, vt quoties de fructibus bene-
ficij aſſignatur Laico aliqua penſio temporalis,
tunc ſi ea detur excommunicato, cum deficiat ſpi-
ritualitatis ratio, non ſit nulla, & irrita talis deno-
tatio, ſiue collatio, ſecundùm quod erit vera ſe-
cunda Auilæ, & Præpoſiti ſententia, quam pro-
bant, & tenent Gaſpar. Hurtad. *de excomm. diff. 2.*
Diana *dicta p. 5. tract. 9. reſ. 103.* Turrianus *lib. 2.
diſp. 16. dub. 1.* Vaſquez *de excommun. dub. 6. n. 5.*
Henriquez *lib. 13. cap. 13. num. 2.* Layman. *lib. 2.
tract. 5. p. 2. cap. 2. num. 8.* Cornejo *in 3 p. tract. 5. de
excommun. diff. 10. § 7. dub. 1.* quia vt ait Garcia *d.
cap. 1. de benef. num. 8.* Gigas *de penſ. quaſt. 67. num. 2.*
Mandoſius *de ſignatura gratia tit. de penſ. in princ.*
Duarenus *de benefic. lib. 6. cap. 4.* quia prædicta pen-
ſio, quæ titulo ſæculari, & vti Laico aſſignatur in
ſtipendium pro ſeruitio temporali, puta pro Pa-
trocinio, pro pulſandis Campanis, aut aperiendò
fores Eccleſiæ, vel alias pro remuneratione labo-
rum, eſt propriè profana.

QVÆSTIO III.

An excommunicatus, cui facta eſt collatio beneficij, poſſit poſt abſolutionem retinere, vel acceptare illud ſine noua collatione? Et quid ſi cum eo fuerit ab Epiſcopo diſpenſatum? Et remiſſiuè de alijs.

SVMMARIVM.

1 *Collatio noua debet fieri poſt abſolutionem de beneficio illi, cui excommunicato, fuerat collatum, fallit vt* n. 4. & 5. *ſed non admittitur,* num. 10.

2 *Matrimonij contracti cum aliquo impedimento dirimenti, nullitas ſuppletur conſenſu nouo.*

3 *Conſenſus præſtitus à principio, actus non conualeſcit ex poſtfacto.*

4 *Impedimentum occultum non annullat collationem, ſi in nullius præiudicium cadat,* numero 5.

6 *Electus vnus de duobus; non impeditus præfertur impedito.*

7 *Diſpenſatus, qui per acceptationem beneficij incurrerat inſtruſionem, habilis redditur.*

8 *Electores ſemper cenſentur manere in priori voluntate, in electione ſcilicet, & præſentatione.*

9 *Irregulari collatum beneficium retinet illud poſt diſpenſationem.*

11 *Reſignare num debeat excommunicatus ſibi beneficium collatum.*

12 *Collator poterit ſecundo conferre beneficium ei, qui dum eſſet excommunicatus contulerat.*

13 *Retinere beneficium poteſt poſt abſolutionem excommunicatus, cui collatum fuerat illud cum declarationibus,* numero 14. 15. & 16.

16 *Collatio*

Digitized by Google

16 *Collatio facta à Papa excommunicato, nec Epiſcopi diſpenſatione validatur.*

1 AD primam quæſtionis partem, cui poteris reſpondere ex iam adductis *ſub quæſt.* 2. tam pro affirmatiua, quàm pro negatiua ſententia; reſpondeo probabilius eſſe, vt poſt abſolutionem egeat noua collatione; eo quod collatio facta in tempore, quo erat excommunicatus, fuerit nulla, & irrita.

2 Et confirmatur ex ſimili de matrimonio contracto cum aliquo impedimento dirimenti: nam cum ſit ipſo iure nullum, non ſufficit primus conſenſus, quo fuit contractum, ſed requiritur alius nouus conſenſus, & quod partes illum de nouo manifeſtent. 3 † Eſt enim regula, vt quoties conſenſus requiritur eſſentialiter ad alicuius rei valorem, ſi ille detur eo tempore in quo obiectum eſt incapax taliter eſt nullus talis præſtitus conſenſus vt poſtea non conualeſcat, *ex reg. Iuris nuptias, ff. & cap.* quod ab initio vitioſum eſt tractu temporis non conualeſcit *de reg. Iuris*, ſed vt iam latè probaui excommunicatus dicitur inhabilis, ac incapax, vt ei conferatur beneficium; ergo. Docent hanc ſententiam Leſſius *de iuſt. & iure c.* 34. *dubio* 22. *num.* 119. Ægidius Coninch. *de Sacram. diſp.* 19. *dub.* 9. *num.* 73. Hurtado *de excomm. diſp.* 6. *difficult.* 2.

4 Non reticeam quod idem Leſſius, & Coninch. *ſupra*, & Thomas Sanchez *de matrim. lib.* 8. *diſput.* 7. *numero* 12. dixerint probabilem eſſe affirmatiuam ſententiam cum limitationibus ſequentibus, nempè, ſi impedimentum ſit occultum, alias actus nullum haberet colorem ſed eſſet planè irritus in foro externo. 5 † Secundo, vt in nullius cedat præiudicium, 6 † nam ſi duo electi eſſent, tunc foret præferendus, qui caret impedimento; eo quod ipſe ſolus habet ius abſolutè. 7 † Tertio, vt ſi ſciens ſuum impedimentum acceptando collationem beneficij, non ſolum impetret diſpenſationem illius prioris impedimenti, ſed etiam illius, quod incurrit per talem acceptationem, cum ita acceptando collationem beneficij incurrat beneficiũ intruſionis, per quod fit inhabilis ad idem beneficium; ſic vt egeat diſpenſatione huius impedimenti, qua obtenta, poſſit retinere beneficium, & probat Leſſius, quem refert, & ſequi videtur Diana *dict. tract.* 9. *p.* 5. *reſ.* 101. ex eo quia electio illa fuit valida, & efficax ex parte eligentium, ſolumque requiri capacitatem ex parte electi; ergo ſimul atque fuerit capax, ſublato impedimento acquiret ius, ex vi prioris actus, ſicut cum quis acceptat in excommunicatione collationem ſibi factam ante excommunicationem, quia ſublata ea, ius acquirit ex vi illius acceptationis, 8 † item ex eo quod electores in priori voluntate cenſentur manere, cum illam non reuocauerint; ergo vis electionis manet, ac proinde poterit eam electionem, ſublato impedimento acceptare validè. 9 † Et addit Diana hanc partem confirmari poſſe ex eo, quod tradunt plures de eo cui in irregularitate beneficium eſt collatum, quem docent poſſe retinere beneficium poſt diſpenſationem in irregularitate. 10 † Ego inquam magis primæ ſententiæ aſſentior & licèt has limitationes admitterem in ſola electione, aut præſentatione; non inquam in collatione, quia in hac interuenit cum ſuo actu conſenſus ipſe excommunicatus in electione inquam, & præſentatione quæ ſunt actus dimanantes ex toto ab electore, ſeu Patrono, & durantibus iſtis in eadem voluntate, poterit qui dum erat excommunicatus incapax poſt abſolutionem acceptare electionem, ſeu præſentationem; quod non eſt æquè in collatione quæ in fieri, ſicut à Collatore, dependet etiam ab ipſo, cui confertur.

Vnde Præpoſitus *quæſt.* 2. *de excomm. dubio* 11. 11 *num.* 65. primam ſequendo ſententiam, infert eum cui in excommunicatione, beneficium eſt collatum; debere illud reſignare in manus collatoris purè, & ſimpliciter cum virtute talis collationis nullum ius acquiſierit. † Et quod poterit collator 12 ei ſecundo conferre; & ſic, ſi collatio pertinebat ad Epiſcopum, vt ille poſſit iterato idem conferre.

Ad ſecundam quæſtionis partem reſpondet 13 Barboſa hic *num* 7. quod poteſt quis poſt abſolutionem retinere beneficium, quod ſibi fuerat tempore excommunicationis collatum, ſi cum eo ab Epiſcopo fuerit diſpenſatum, ita probans *ex cap. poſtu aſti*, & ibi gloſſa verb. *diſpenſatum de Clerico excommunicato miniſt.* de quo plures refert Nicolaus Garcia *de benef. part.* 7. *cap.* 13. *numero* 73. & 74. & alios Ricciulus *de iure perſonarum extra gremium Eccleſiæ exiſt. lib.* 4. *cap.* 12. *& prec. numero* 5. de qua reſolutione ſic abſolutè ſumpta poteſt dubitari ex adductis *in hac quæſt. à numero* 1.

Imò idem Ricciul. *dict. cap.* 12. *num.* 6. declarat, 14 vt procedat in eodem Epiſcopo, qui contulit beneficium excommunicato ignoranter, & bona fide. † Et *n.* 7. vt procedat etiam, ſi collatio non 15 ſpectet ad Epiſcopum, ſed ad inferiorem collatorem. † Et *num.* 9. limitat, ne procedat, quando 16 collatio eſſet facta per Papam; quia tunc non poterit inferior etiam diſpenſando ſe ingerere; refert Barboſa *dict. num.* 7. *in fine*, quibus addo Dianam qui *dict. reſ.* 101. ante verſ. *ſed*, verbo *adde*, dicit varios probabiliter ſentire, quod licèt pertineat ad alium, ſi iuſtæ cauſæ ſubſint, & collator non poſſit adiri ſine infamia, poſſit adiri Epiſcopus, vt titulum reualidet, & idem poſſit, quando non poteſt Pontifex adiri cuius erat ſecundo conferre.

Hic poſſes adiungere alias duas difficultates, 17 nempe, an collatiò beneficij facta illiterato, ſit nulla ante ſententiam Iudicis, de quibus dico infra *in cap. fin. quæſt.* 1. verſ. *ad tertiam*, & verſ. *ad quartam* &c.

Ad Text. in Cap. A multis IX. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus ordinandus oportet, vt antea à ſexto menſe fuerit Subdiaconus ordinatus. Sed quid poſt Bullam Gregorij XIV.* num. 2. & 3.

3 *Epiſcopus vt conſecretur, debet prius ordinari Presbyter*, n. 6.

4 *Collatio ordinis Epiſcopalis, non Sacerdoti, num valeat*, & num. ſequentib.

5 Cap. 2. Trid. ſeſſ. 22. de reform.

7 *Ordo Epiſcopalis neceſſariò includit Presbyteratum.*

8 *Profeſſus*

8 *Profeſſus nondum nequit eligi in Abbatem.*
9 *Ordo Subdiaconatus annumeratur inter ſacros.*

1 TExtus iſte loquitur de ordine, in quo debet eſſe inſignitus ille, qui eſt eligendus in Epiſcopum; cumque iam dixerim plura *ſub titulo de electione circa perſonas ſic eligendas*, & hic decidat Pontifex, quod quia iam hodie ſine dubio Subdiaconatus Ordo, ſit ſacer, iuxta quæ adduxi ſupra *in Rubrica, & in cap. 1. & 3.* cum aliis; ideo nunc expendo oportere in Epiſcopum ordinandum in ſacro ordine antea ſaltim ſex menſium ſpatium conſtitutum fuiſſe ex Concilio Trident. *ſeſſione 21. de reformatione cap. 2.* vt tradunt Franciſcus Leo *in Theſauro fori Eccleſiaſtici 1. parte, cap. 3. numero 9.* Campanillus *in diuerſ. Iuris, Canon. Rubrica 7. cap. 6. numero 45.* Vgolinus *de officio Epiſcopi 1. parte, cap. 1. §. 2. num. 1.* Didacus de Arroyo *de Sacram. cap. de Epiſcop. numero 6.*

2 Sed cum textus noſter videatur exegiſſe ordines ſacros, Diaconatus, & Præsbyteratus, vt patet *ibi* in verſ. *ſacros* (inquit) ex textu *in cap. nullus diſt. 60.* imò & Bulla Gregor. XIV. publicata 15. Maij 1590. etiam plurali numero vtatur, dici videtur; vt ſic ordinandus, ſit ante ſex menſes ſacris ordinibus initiatus, quemadmodum, & ante Concilium diſpoſuerat textus *in cap. ſius 61. diſt.* ibi, *Sed non eligitur aliquis, niſi in ſacris ordinibus conſtitutis*, vt tradit Campanillus *in diuerſ. Iuris Canon. Rub 21. cap. 7. num. 8.* Barboſa *de officio Epiſcopi part. 2. allegat. 1. num. 36. & 37.* ergo, etſi textus noſter in finalibus verbis admiſerit iam ſine dubio poſt Canones antiquos ad Epiſcopatum illum, qui promotus fuerit in ordine tantum Subdiaconatus, qui ſacer eſt, ſequitur vt ſit ſtandum Bullæ Gregorij XIV. relatæ vt poſteriori; & in hunc modum videtur loqui hic Barboſa *ſub num. 2. in fine.*

3 Verùm etſi gloſſa fin. *in cap. vnico de Clerico per ſaltum promoto*, D. Thomas *in 4. ſentent. diſt. 24.* Borgon. *de irregularit. part. 5. Rubrica de Clerico per ſaltum promoto num. 5.* Sylueſter *verb. Ordo numero 1.* Emanuel. Sa, *eodem verbo numero 25.* Bonacina *de cenſur. extra Bullam diſput. 3. quæſtione 1. puncto 2. numero 7.* Salzed. ad Bernard. Diaz *cap. 24. addit. 1.* Henriquez *in ſumm. lib. 10. cap. 7. numero 3.* Azorius *inſtitut. moral. part. 2. lib. 3. cap. 30. quæſtione 9.* Maiolus *de irregularit. lib. 4. cap. 12. numero 3.* dicunt Epiſcopalem ordinem non ſuſcipere, qui Sacerdotio caret.

4 † Tamen exiſtimo, vt etſi Sacerdotium non præceſſerit, valida ſit ordinis Epiſcopalis collatio: nam præpoſteratio in collatione ordinum non vitiat, licèt executionem impediat, vt docent poſt Ioannem Andream, Ancharan. & alios Rendina *promptuar. recept. ſentent. Rubric. 38. numero 6.* Fornar. *de Sacrament. Ordin. numero 5. cap. 6.* Campanillus *ſupra Rubric. 10. cap. vnico, numero 3.* Couarruu. *lib. 3. variar. cap. 10. numero 16.* & Alzedus, quem ſequitur Barboſa, *dicta allegatione 1. numero 38. part. 2.* poſt gloſſam, & Doctores *in cap. ſolicitudo diſtinctione 52.* & ita iuxta modum prædictum venit intelligendus idem Barboſa dum *in paſtorali parte 1. titulo 1. c. 5. ſub num 44.* inter qualitates requiſitas, vt quis eligatur Epiſcopus, legitimè ponit in verſ. *tertiò* illam quod in ſacro Præsbyteratus ordine antea ſaltim ſex menſium ſpatio fuerit conſtitutus. † 5
Vt ſtatuit Concil. Trid. *ſeſſ. 22. de reform. cap. 2.* vbi idem Barboſa cum pluribus aliis tradit prædicta, & alia, qui textus illud non dicit, ſed quod ſit in ordine ſacro conſtitutus, quaſi, vt intelligas per dictam Bullam Gregorij XIV. oportere ſic eligendum eſſe omnibus ordinibus ſacris initiatus ante electionem ad Epiſcopatum, ſed prærequiri, vt omninò neceſſarium, cum ex dict. Trid. ſufficiat, vt ſit in ſacro ordine. † Quare etiam hodie 6
ex textu noſtro, qui Subdiaconatus ordine inſignitus ſit iam in ordine ſacro perinde in eo ſolo ordine eligi non repugnare. Aliud inquam videtur eſſe de Epiſcopo iam electo conſecrando, quia cum conſecratio ſpectet ad ipſum ordinem Epiſcopalem, tunc ſolus ordo Subdiaconi, aut Diaconi non ſufficeret, niſi & inſimul eſſet iam Præsbyter factus; ad tradita *in cap. tranſmiſſa de electione*: & ſic in terminis Becanus *de Sacrament. Ordinis quæſt. 3. numero 3. 4. & 5.* † Vbi probat 7
ordinem Epiſcopalem includere Præsbyteratum; etſi dicat ibi ſub verſ. *ſecunda obiectio*, quod ſi aliquis ordinaretur Præsbyter, qui antea non fuiſſet Diaconus, eſſet verè ordinatus; quia reſpondet non eſſe ſimile, quia Præsbyteratus non includit eſſentialiter Diaconatum, ſicut Epiſcopatus includit Præsbyteratum: quæ intelligo de Epiſcopo non ſolum electo, ſed iam conſecrato.

Pro ampliatione huius textus applicabis quæ 8
notaui ſupra *in cap. cum in Magiſtrum 49. & in cap. 37. 38. 15. & 27. de electione*, vbi quod Monachus non profeſſus, nequit eligi in Abbatem ſumendo argumentum ad rationem, de qua hic, vt in ordine ſacro conſtitutus, non eligatur Epiſcopus. Videbis *in cap. ſeq. 10.*

Et ad verſ. ibi: *Hos ſi quidem ſolos primitiua* 9
Eccleſia legitur habuiſſe, & ibi: *In quo Subdiaconatus Ordo ſacer minimè dicebatur*, ſuper hoc notat Barboſa *hic num. 7.* vt videantur Marcus Anton. Capic. *in tractatu de perpetua conſt. Sacerdot. cap 7.* Campanillus *in Rubrica Iuris Canonici Rubrica 2. cap. 10.* de quo non loquor, cum vt ſupra dixi *in Rubrica, & in titulo de temporibus ordin.* Subdiaconatus ſit vnus ex ſacris ordinibus abſque dubio aliquo ſed à quo tempore innuit textus noſter in verbis ibi: *Verùm cùm hodie Subdiaconatus Ordo inter ordines ſacros computetur, ſicut Vrbanus Papa II. ſub his verbis expreſſit, erubeſcant impij, & intelligant iudicio Spiritus Sancti eos, qui in ſacris ordinibus Præſbyteratu, Diaconatu, Subdiaconatu, &c.*

QVÆSTIO

QVÆSTIO I.

An Laicus poßit eligi in Epiſcopum? Et an cum quis eligetur, ſeu conſecratur Epiſcopus, debeat promittere continentiam? Et an Subdiaconus debeat continentiam vouere expreßè, aut tacitè, cùm ordinatur, ſicut facit qui ordinatur Diaconus, & Præsbyter? Et an hæc obligatio ſit à natura ordinum ſacrorum, ſeu ex iure tantum Eccleſiæ? Et an ſacer ordo ante rationis vſum, aut poſt eum ante pubertatem, obliget ad continentiam; & ſic vt cælibatus ſit de eius eſſentia?

SVMMARIVM.

1 *Eligi in Epiſcopum nunquam poteſt Laicus; quantumvis ſcientia polleat, & prudentia, niſi primo fuerit Oſtiarius*, vt numero 1. *vel niſi diſpenſatum eſſet*, vt numero 3. & 4.

2 *Epiſcopus fieri nequit, niſi qui ordines ſingulos, vſque ad Præſbyteratum ſuſceperit.*

3 *Concil. Aurelianum* cap. 9. auth. de Sanctiſſimis Epiſcopis, §. damus autem licentiam, cap neophitus 61. diſt.

4 *S. Nicolaus, S. Seuerus, D. Ambroſius, Martinus, & Auguſtinus Laici, ſiue Neophiti, fuerunt electi in Epiſcopos, & Archiepiſcopos.*

5 *Epiſcopus, dum conſecratur non tenetur amplius votum Caſtitatis promittere, quàm quod emiſit in ordinibus ſacris.*

6 *Continere debet Epiſcopus, vt ſubditis, bonum præſtet exemplum.*

7 *Caſtitas omnibus eſt neceſſaria maximè Eccleſiæ Miniſtris.*

8 *Status coniugalis non habet repugnantiam cum miniſteriis Epiſcopalibus. Sed tantum ex quadam decentia; ſic vt non tranſeat in præceptum, ſecluſo Iure Eccleſiaſtico, latè à* num. 13.

9 *S. Dionyſius Areopagita, cum eſſet coniugatus fuit electus Epiſcopus Athenienſis à Diuo Paulo.*

10 *Continentia in ſtatu Eccleſiaſtico, eſt accidens ex ſtatuto Eccleſiæ, &* n. 13.

11 *Subdiaconus tenetur ratione ordinis ad caſtitatem ſeruandam; etſi expreſſè eam non promitteret, &* n. 12.

12 *Clerici ad ſacros ordines promoti, tacitè Caſtitatem ſeruandam promittunt.*

13 *Orientalis Eccleſia non admiſit promittere Caſtitatem in ſuſceptione ſacrorum ordinum.*

14 *Matrimonium non Iure Diuino, ſed tantum Eccleſiaſtico eſt prohibitum ſuſcipientibus ordinem ſacrum.*

15 *Matrimonij vſus eſt licitus iure naturali.*

16 *Ordo ſacer non dirimit matrimonium ratum iam celebratum.*

17 *Continentia in ordinandis, cœpit eſſe annexa ordini ſacro à* num. 388. *à Siricio Papa præcepta.*

18 *Cælibatus non Iure Diuino, ſed Eccleſiaſtico adiunctus fuit ordini ſacro contra aliquos.*

19 *Papa diſpenſare quit cum promotis ad ſacros ordines, vt matrimonium contrahant.*

20 Cap. ad Monaſterium de ſtatu Regularium.

21 *Caſtitatis lex ſemper fuit conuenientiſſima in Sacerdotibus.*

22 *Continentiam non tenetur obſeruare, qui impubes fuerit ordinatus, niſi poſt pubertatem ratificet, ſaltim tacitè ordinationem ſuam. Et* numero 23. *quid ſi ſciret obligationem ibi.*

23 *Puer nondum pubes, ſed habens rationis vſum in ſacris ordinatus, obligatur ad caſtitatem.*

24 *Impubes ante vſum rationis ordinatus in ſacris, ſi pubes factus non ratificauit, poteſt contrahere matrimonium.*

25 *Ordinatus metu, quando teneatur ad continentiam?*

26 *Caſtitatis votum emiſſum ab ordinato in ſacris, qualiter differat a facto per profitentem Religionem, remiſſiuè.*

27 *Continentiæ promiſſio, etiam à Clero iuxta ſtatum Epiſcoporum, non obligabit minores ordines recipientes.*

AD primam quæſtionis partem, ſuppoſitis 1
quæ notaui ſupra *in Rubr. & tit. de elect.* vbi qui poſſint eligere, ſeu eligi; nunc pro materia textus noſtri, & quæ notaui *in cap. cum in cunctis* 7. eodem, vbi de qualitatibus eligendi ad Epiſcopatum, nunc breuiter reſpondeo videri ex doctrina textus noſtri, vt nunquam poſſit eligi in Epiſcopum Laicus homo, quantumvis ſcientia, & prudentia polleat, vt habetur *in cap. hoc ad nos* 59. *diſt. & in cap. miramur, & in cap. ſtatuimus, §. his omnibus* 61. *diſt. & in cap. exigunt* 12. *q.* 7. & inquit Innocent. Papa in cap. *miſerum* diſt. 61. *Miſerum eum fieri Magiſtrum, qui nunquam fuit diſcipulus, eumque ſummum fieri Sacerdotem, qui in nullo gradu vnquam obſequutus fuerit Sacerdoti*, & Celeſtinus inquit in cap. *quid* 61. diſt. *Quid proderit per ſingula ſtipendia Clericos militaſſe, & omnem egiſſe in Dominicis Caſtris ætatem, ſi hi, qui futuri ſunt Sacerdotes ex Laicis requirantur, qui vacantes ſæculo omnem Eccleſiaſticum ordinem neſciunt*; & iterum alloquitur verbis ſequentibus: *Sacerdotium non debere inter cætera miniſteria in hoc vilius reputari; vt quod difficilius impletur, facilius imbuatur.* † Et ſic qui meretur aſſumi 2
Epiſcopus, non eſt ordinandus, niſi primo fuerit Oſtiarius, deinde Lector, poſtea Exorciſta; inde Acolytus; demùm vero Subdiaconus, & poſtea Præsbyter, vt Caius Pontifex conſtituit, teſte Damaſio.

Sed cum Concilium Aurelian. *in cap. 9. de Lai-* 3
cis ad Epiſcopum aſſumendis, cum quo concordat *auth. de Sanctiſſimis Epiſcop. §. damus autem licentiam*, loquens ſequentibus verbis: *Nullus ex Laicis abſque annua conuerſatione præmiſſa, Epiſcopus ordinetur; itavt intra anni ipſius ſpatium à Doctis, & probatis viris diſciplinis, & regulis ſpiritualibus, plenius erudiatur, aut cum ſupplenda eſt Clericalis penuria, præmiſſa ſex menſium conuerſatione.*

Et S. Nicolaus Laicus, fuerit in Epiſcopum 4
electus,

electus, & D. Seuerus ex Laoificio, fuerit in Archiepiſcopum aſſumptus, & Sanctus Ambroſius ex Neophito fuerit Medialem. Archiepiſcopus factus qui de ſe loquutus eſt ſequentibus verbis *in cap.* Neophitus 61. diſtinctiooe: *Neophitus prohibetur ordinari, ne extollatur in Superiorem; ſed ſi non deeſt humilitas competens Sacerdotio, vbi cauſa non haret, vitium non imputatur; itaque ordinationem meam occidentales Epiſcopi Iudicio, orientales etiam exemplo probarunt.* Ex quibus colligitur laicos non prohiberi eligi in Epiſcopos, vt referens Gratianus prædictos caſus, *in dicto cap. ſtatuimus* §. *his omnibus diſtinctione* 61. loquitur dicens quod quilibet laicus ex merito ſuæ perfectionis, Clericalem vitam tranſcendit; & quod eius poteſt rata haberi electio, *ex cap. Oſius cum ſequens. dicta diſtinct.* 61. imò cum referat Barboſa plura de Neophitis ordinandis, & eligeodis ad beneficia *in paſtorali part.* 1. *gloſſa* 17. *per totum*, vbi etiam loquitur de ſtatutis circa ſanguinis puritatem, quæ debet concurri in ordinandis, & eligendis, omnino ibi videndus ipſe, *in dicto cap.* 1. *part.* 1. *tit.* 1. *ſub numero* 45. & 46. ait quod Martinus Turon. Epiſcopus, & Auguſtinus Hyponen. & alij ex Neophitis, fuerunt Epiſcopi conſtituti, dicens quod diſpenſatur cum Laicis, & Neophitis, vt poſſint Epiſcopi fieri propter merita perſonarum, & Eccleſiarum vtilitatem, vel neceſſitatem, *ex cap. cum nobis in fine de elect.* qui loquitur de Subdiacono propter prædictam vtilitatem, & neceſſitatem eligendo in Procuratorem Eccleſiæ, de qua ibi; quod diſtinctiſſimum videtur. Vnde in praxi apud nos Hiſpanos rarò aot nunquam videmus oon ordinatos laicos ad Epiſcopatus nominari per Regem; quantumvis probatæ vitæ ſint.

5 Ad ſecundam quæſtionis partem; etſi inter dona, quibus Epiſcopus debet pollere ſit vnum pudicitiæ, & caſtitatis, vt magis ſanctorum exemplis comprobat latè videndus Barboſa *in paſtorali parte* 1. *titulo* 2. *gloſſa* 8. verbo *pudicum*: Tamen non video quod in actu Conſecrationis, teneatur expreſsè, aut tacitè; emittere caſtitatis votum, quo ſtrictius obligetur, quam eo, quod promittit, quando ordinatur in ſacris.

6 Et ſic exiſtimo quod propter obligationem Paſtoris, debet continere, vt ſubditis bonum præſtet exemplum, iuxta quod dicit Diuus Au-
7 guſtinus Serm. 249 de tempore. † *Omnibus*, inquit, *caſtitas pernecesſaria eſt, ſed maximè Miniſtris Chriſti Altaris, quorum vita aliorum debet eſſe eruditio, & aſſidua ſalutis predicatio; tales enim decet Dominum habere Miniſtros, qui nulla contagione carnis corrumpantur, ſed potius continentia caſtitatis ſplendeant, & totis honeſtis fulgeant in populo exemplis.* Nec de nouo aliud votum facere continentiæ, præter quod facit, cum ordinatus Subdiaconus, Diaconus, ac Præsbyter, vt dico quæſtionibus ſequentibus.

8 Quare etſi ſtatus Epiſcoporum ſit perfectior religioſi, vt tradunt Doctores 2. 2. *quæſtione* 184. *articulo* 7. cui tamen Iuri Diuino, & eſſentialiter annexa caſtitas eſt, vt probauit latè Sanchez *de matrim. lib.* 7. *diſputatione* 25. *numero* 8. tamen caſtitatem illi ſoli annecti ratione ordinis ſacri ſolo Iure Eccleſiaſtico; probat benè idem Sanchez *dicto lib.* 7. *diſputatione* 27. *numero* 7. ex eo quia ſtatus coniugalis, non habet repugnantiam cum miniſteriis Epiſcopalibus, ſed tantum ex quadam decentia, & honeſtate, oportet Epiſcopum à coniugio abſtinere; quod ſecluſo Iure Eccleſiaſtico non tranſit in præceptum; & quia Diuus Paulus 1. *Timoth.* 3. & *ad Titum* 1. probat, vt oportet Epiſcopum eſſe voius vxoris virum; (quod qualiter intelligatur, benè ex multis Barboſa *in paſtorali parte* 1. *titulo* 2. *gloſſa* 4. *per totam.*) † Et ipſe 9
Paulus elegit in Epiſcopum Dionyſium Areopagitam Athenienſem, vt in eius vita refertur; quem tamen coniugatum fuiſſe conſtat *ex cap.* 17. *Actuum Apoſtol.* & Turonica Synod. 2. *Canone* 13. & 14. vxorem Epiſcopi appellat Epiſcopum, & idem Sanchez *dict. lib.* 7. *diſputatione* 28. *numero* 13. cum Ledeſma, dixit Epiſcopo confirmato, nondum tamen ad ſacrum ordinem promoto, & per conſequens nec conſecrato nullo iure interdici reſilire, & ad nuptias tranſire, vbi reddit rationem, quam trado infra verſ. *ad quartam.*

Ad tertiam quæſtionis partem, an Subdia- 10
coous debeat continentiam vouere, cum ordinatur expreſsè, aut tacitè? Et vt reſpondeam præmitto, vt non ſit de ſubſtantia ordinis Subdiaconatus, ſed tantum accidens ex ſtatuto Eccleſiæ, vt dicunt D. Thomas 2. 2. *quæſtione* 88. *articulo* 11. Bellet. *de diſciplina clericali* §. 8. *numero* 9. Barboſa *in paſtorali parte* 2. *allegatione* 15. *numero* 21. Rota *diuerſ. parte* 1. *deciſione* 560. *numero* 10. & *deciſione* 361. *numero* 11. vnde etſi antiquitùs, & iuxta verba textus noſtri ibi, niſi qui ſe caſtè victurum promiſerit cogerentur promouendi ad Subdiaconatus ordinem expreſsè polliceri, vt patet ex textu *in cap. nullum, cap. præterea, cap. quando* 28. *diſtinctione*, vbi Doctores. † Tamen poſtea ex Con- 11
ſtitutione Martini Papæ, nemo ordinaudorum teoetur hanc cootinentiam expreſſis promittere verbis, ſed tacitè, vt ſilentium ordinati pro conſenſu reporetur, ſubdens ne promoueretur, aſſenerans ſe non velle continentiæ voto ex promiſſione detineri *ex cap. Diaconus* 27. *diſtinct.* & *cap. Diaconi* 28. *diſtinct.* † Sic, vt cum Cle- 12
rici ad Sacros ordines promouentur, tacitè caſtitatem promittere cenſentur, hoc eſt non expreſsè, ſed facto ipſo: nam licèt voueant, at facto ipſo, & opere profitentur caſtitatem per Sacrorum ordinom ſuſceptionem, *cap. quando, cap. de his*, & *cap. præterea* 28. *diſtinct.* Decianus *in cap. at ſi Clerici numero* 227. *de Iudiciis*, Alphonſ. Curpas *in repetit. textus in cap. oportebat* 79. *diſtinct.* verſic. *explicatur de Cardinalibus, articulo* 1. *cap.* 16. Monald. *conſ.* 69. *numero* 6. *libro* 2. quos refert Carolus de Graff. *de effectibus Clerical. in præludio numero* 4. Franciſcus Mendoza *in libro* 1. *Regum capit.* 1. Michaël Medin. *de Sacror. Virgin. contin. libro* 5. *cap.* 2. Cardinalis Bellarmin. *lib.* 1. *de matrimonio cap.* 21. Azor. *inſtit. moral. parte* 1. *libro* 13. *capit.* 12. *quæſtione* 6. Vaſquez *tom.* 3. *in tertia part. diſputatione* 249. *cap.* 2. & 3. Sanchez *de matrimonio lib.* 7. *diſputatione* 27. *numer.* 10. Baſilius Pontius *in ſimili tractat. libro* 7. *cap.* 27. *numero* 7. Torreblanca *in pract. Iuris ſpirit. libro ſecundo, capit.* 15. *numero* 47. Barboſa *bis*

numero 4. & ſic iam hodie æqualiter, ſicut in ordinatione Diaconatus, & Præsbyteratus, hoc tacitum votum emittitur, ſic, & in Subdiaconatus ordine; quia eſt ſacer ſine controuerſia, vt ſupra dixi *hic*, & *in Rub. huius tituli*, & *de temporibus ordin.*

13 Ad quartam quæſtionis partem, an continentia proueniat eſſentialiter ab ipſo ordine ex natura, & eſſentia ipſius, vt imperata iure Diuino, aut ſit inducta iure Eccleſiaſtico? Et quia diſputat ex multis omnino videndus Sanch. *dict. lib.7. de matrim. tota diſp.*17. plura iura expendens; etſi ipſa ibi exiſtimet *num.*10. probabilius eam obligationem conſurgere immediatè, non ex conſtitutione Eccleſiæ, ſed ex voto Caſtitatis, quod Eccleſia ſuo præcepto annexuit ordinibus ſacris, quia quamvis Eccleſia neminem poſſit abſolutè cogere ad continentiam, quod ſit res meri conſilij, *cap. integritas* 32. *quæſtione* 2. at in ordine ſacro, quem confert, poteſt apponere conditiones, & leges iuſtas illi ſtatui conuenientes, qualis eſt, vt ad illum promotus, caſtitatem voueat, ſicut quilibet in rei ſuæ traditione poteſt legem apponere, *l. in traditionibus ff de pactis*; & ſic etiam contingere, ſicut religionis approbatæ geſtatione, habitus profeſſorum, & exercitio actuum illis ſolis competentium inducitur tacita ſolemnis profeſſio ſic referens, *ex cap.*1.28.*diſtinctione*, *& ex dict.cap. Diaconi*, & *ex cap.cum olim*, *de cleric. coniugat* probans à contrario ſenſu ex verbis ibi: *nos igitur attendentes quod Orientalis Eccleſia votum continentia non admittit*: ex quibus infert quod Eccleſia Occidentalis, quæ eſt Latina, habet id continentiæ votum ordinibus annexum, & appellari votum *in cap. vnico de voto lib.*6. &. *in extrauag. Ioan.*22. *antiqua de voto*, & in Concilio Tolet.2. relato, *in dicto cap. de his diſtinctione* 28. & de hac ſententia contrariam improbantem adducit ex Theologis 26. Doctores, & ex Iuriſperitis alios 25. cum aliquibus gloſſis relatorum capitum.

14 Verùm quòd prædicta obligatio deſcendat à mero iure Eccleſiaſtico, poſitiuo, & non de iure Diuino probatur: nam quamvis ordo ſuapte natura, quandam afferat congruentiam, decentiamque Caſtitatis matrimonio repugnantem; non tamen ex ſe parit virtutem præcepti, vt eo ipſo quod Chriſtus Sacramentum ordinis inſtituerit, ſit ſacro ordine initiatis, matrimonium iure Diuino interdictum: nam licèt ſit aliqualis traditio in ordine ſacro; non tamen eſt totalis, ſed ad cultum Dei, & Diuinum officium, cui traditioni non repugnat matrimonium iure Diuino,
15 cum tale præceptum nullibi reperiatur,† imò nec iure naturali, cum ex eo alioquin ſit licitus matrimonij vſus, & permiſſum Græcis; quando matrimonium eſt initum ante ordines, *ex dicto cap. cum olim de Clericis coniugat.* & Diuo Gregorio *libro* 1. *epiſtola* 42. Subdiaconis Siciliæ conceſſit poſſe vti matrimonio ante ordines contracto.

61 Et confirmatur; quia ſi iure naturæ ordo ſacer pugnaret cum matrimonio, eſſentque incompatibilia, dirimeret vtique ordo ſacer matrimonium ratum præcedens inſtar profeſſionis ſolemnis, cuius contrarium definitum eſt *in dicta extrauag. antiqua Ioannis* 22. *de voto*; deinde quia Trident. Concil. *Canon.* 9. *ſeſſione* 24. videtur apertè lex hæc de Clericorum cælibatu vocari Eccleſiaſtica, & Calixtus primus *in cap. Præſbyterus dicta diſtinct.* 27. appellat éam Eccleſiaſticam, ibi: *Contracta quoque matrimonia ab huiuſmodi perſonis diſiungi iuxta ſacrorum Canonum definitiones iudicamus*: ſic idem Sanchez *dict diſp.*27. videndus *num.*5. *&* 6. hanc comprobans cum 22. Theologis, & 14. iuriſperitis, qui *n.* 8. ſatisfacit fundamentis ſententiæ aſſerentium de iure Diuino eſſe, quæ retulit ibi *numero* 3. *&* 4.

Quam ſententiam ego aptè probo *ex cap. plurimos* 82 *diſt.* vbi Siricius Papa circa annum 388. inſtituit, vt continentia cœpiſſet eſſe annexa ordini ſacro, vt dicit étiam gloſſa *in cap. cum in Prætorio*, verbo *qui Sacramentis* 84. *diſt.* quam poſtea confirmauit Innoc. Primus anno 408. vt videtur deduci *ex cap. propoſuiſti* 88. *diſt.* vel quod florere incœpit à tempore Leonis I. qui ſedem Petri occupauit anno Chriſti 440. vt colligitur ex quadam ipſiuſmet epiſtola 83. *cap.*4. ad Anaſtaſ. Epiſcopum Theſſalonienſem, cuius verba refert Marchinus *de Sacramento Ordinis*, *tract.*2. 18
parte 6. *cap.* 8. *difficult.* 5. † Et ſic ex multis aliis iure Eccleſiaſtico hanc continentiæ legem latam eſſe probat Barboſa *in paſtorali cum multis alij. allegatione* 15. *part.*2. *ſub num.*3. vbi dicit falſam eſſe ſententiam eorum, qui aſſerunt cælibatum ſacro ordini iure Diuino adiunctum fuiſſe adeoque nulla poteſtate humana, etiam Papali diſpenſari poſſe, & aliis addo Belletium *diſquiſition. Clerical. parte* 1. *tit. de diſciplina Clericali* §.15. *numer.*61. Homobon. *de bonis vita humana ſtatibus parte* 1. *cap.*19. *propè finem*, verſ. *quoad ſecundum.*

Vnde euenit, vt doceant communiter Docto- 19
res, quod Papa diſpenſare poteſt, vt promoti ad ſacros ordines, matrimonium contrahant, vt docent Sotus *lib.*7. *de Iuſtitia*, *quæſtione* 4. *artic.* 2. verſ. *hoc patet in* 4. *ſentent. diſtinct.*38. *quæſtione* 1. *articulo* 1. verſic. *dubium*, Abbas *in cap. cum olim numero* 5. *de Clericis coniugatis*, Henric. *in ſumma*, *lib.*10. *cap.* 14. §.5. *&* §.8. Bellet. *dict.* §.8. *numero* 11. Barboſa *dict. allegatione* 15. *numero* 23. qui *à numero* 24. ſatis explicat cum infinitis Pontificem poſſe diſpenſare cum Religioſo profeſſo, vel Moniali ſuper voto caſtitatis, & continentiæ, vt matrimonium contrahat: ſic cum D. Thoma *in* 4 *diſtinct.* 38. *quæſtione* 1. *artic.* 4. *circa medium*, vbi Richard. *articulo* 9. Soto *quæſtione vnica*, Durando *quæſtione* 2. Palud. *quæſtione* 4. *articulo* 4. *concluſione* 11. & aliis 22. DD. ex Theologis, & Iuriſperitis, Sanchez *de matrim.* cum multis *diſp.* 8. *à num.* 1. *p.*8. & in Decalogis *lib.*5. *cap* 2.

Nec obſtant verba textus *in cap. ad Monaſte-* 20
rium de ſtatu regularium, ibi: *Quia abdicatio poteſtatis, ſicut & cuſtodia caſtitatis à Deo eſt annexa regula monachali, vt contra eam, nec Summus Pontifex poſſit licentiam indulgere*: quibus verbis nonnulli contrariam docuerunt ſententiam, vt D. Thomas, quem citat Barboſa 2. 2. *quæſtione* 83. *articulo* 10. *&* *quæſtione* 88. *art.* 11. quia idem Barboſa *ſupra numero* 24. multis exemplis diſpenſationum comprobans, reſpondet cum Doctoribus prædicta verba textus illius intelligi in ſenſu compoſito, hoc eſt, durante ipſo Monachatu; ſecus in ſenſu diuiſo faciendo ſcilicet

de

de Monacho, non Monachum, vt latius expendo *in dict. cap.* de cuius dubio interim videbis latiſſimè cum infinitis eundem Thom. Sanch. *dict. lib.7.de matrim. diſp.* 25. qui etiam latiſſimè agit *lib.8.de matrim. diſp.*8. an Pontifex poſſit diſpenſare in voto caſtitatis ordinis ſacri,ſeu profeſſionis, vbi explicat etiam *dict. cap. num.* 12. *& à num.6.*

21 Sed quidquid ſit de varietate temporum,in quibus fuit prædicta lex caſtitatis lata, & de diſpenſationibus,quas retroactis tẽporibus,vigẽte nimia neceſſitate, ac boni publici vtilitate, cum magnis Principibus Pontifices fecerunt,& propter eaſdem cauſas facere poſſunt in poſterum;ſemper continentiſſima fuit in Clericis, Sacerdotibus, aut in ſacris caſtitatis,& continentiæ lex,vt ex teſtimoniis ſacrarum ſcripturarum;antiquorum Conciliorum, veterum Pontificum, Sanctorumque Patrum Græcorum,& Latinorum,illiſque magnopere continentiam expedire, vt docent Iodoc Clitouæ *de cælibatu Sacerdotum*, Claudius Spencæ *de continentia Sacerdotum*,Marchinus *ſupr.de Sacram.Ordin.tract.*2 *p.6.cap.*8.Cardin.Bellarm.*lib.*1.*de Cleric.cap.*19.Fr.Eman.Rod.*quæſt.regul.tom.*3.*quæſt.*1. *art.*1.Azor. *inſtit.moral.p.*1.*lib.*13.*cap.*12. Torreblanca *de iure ſpirit.lib.*2.*cap.*15.& Sotus *de inſtit. lib.*9.*quæſt.*6.*art.*1.*verſ.quoniam*,& Valentia *tom.*4. *diſp.*9.*quæſt.*5.*punct.*5.§.3.*qui* §.2.*verſ.cæterum.* & idem Sotus *ſupra art.*2.*verſ.probatur*, etiam referunt iam præfatam temporum varietatem, quibus imperata fuit caſtitas in Clericis; quæ adiuuatur etiam *ex tit. ne Clerici, vel Monachi*, ſæcularibus negociis ſe immiſceant, & *ex toto tit. de vita, & honeſtate Clericorum*, & *de Clericis coniug.*

22 Ad vltimam quæſtionis partem, an qui ordinatur ante rationis vſum, vel ante pubertatem, teneatur ad continentiam? Et quia cum multis egit longiſſimè legendus Thomas Sanchez *de matrim. tota diſp.* 30. *lib.* 7. qui referens primam affirmatiuam, & ſecundam mediam, ſequitur *à num.*3.negatiuam ſententiam in primo caſu, & in ſecundo, etiam *à num.6.&* 8. alias duas referens, eandem negatiuam amplectitur, niſi poſt pubertatem ſic ordinatus ratificet ordinem aſſumptum, habendo ratam promotionem ſuam, tum expreſsè, tum tacitè, non contradicendo, quia ſi tunc proteſtetur, poſſet ad ſæculum redire, & vxorem ducere, vt docent Abbas *in cap. vn. co de Clerico per ſaltum promoto*, vbi Ioan.Andreas *n.*5. & Hoſtienſ.*num.*2.Sotus *in* 4.*diſt.*25.*quæſt.*1.*art.*2. *art.*2. *concluſ.*3. verſ. *quod ſi roges*, Rebuffus *in praxi benefic.de Clericis malè prom.*gloſſa *num.*10. Squillante *de Cleric. oblig.p.*1. *num.*83. Bonacina *de matrim.quæſt.*3.*punct.*9.*num.*8. Baſilius Pontius
23 *eodem tract. lib.*7. *cap.*29. *num.*15. † qui expreſsè tenet quod puer, ſi ad vſum rationis perueniat, non reclamet, ſed conſcius obligationis continentiæ ſtatum ſequatur Eccleſiaſticum; tunc ex iſta tacita profeſſione, ſtatus cenſetur in prædictum onus conſenſiſſe, & conſequenter ab Eccleſia ad obſeruantiam caſtitatis compelli poſſe, vt refert etiam Marchin. *dict. cap.*8. *de Sacr. Ordin.diſ.*10. *num.*1.*&* 2.vbi tamen *num.*4. *cum ſequent.* contrà Mayol. Sanchez, & Squillante tenet impuberem, qui habens plenum vſum rationis, ſua voluntate ſacros ordines recepit, ſciens onus caſtitatis illis annexum voto caſtitatis, & Diuini Officij teneri;
24 † & Sanchez notat cum aliis, *ſupra dicta diſp* 30. integrum eſſe ordinato in caſibus,de quibus loquimur matrimoniũ inire, ſi nolit in eo ordine perſeuerare,quia ad nullã continentiæ legem obligatur; qui *num.*10. multis probat poſſe quandocumque ante pubertatem reſilire, vel ſtatim, ac pubertatem adeptus eſt; itavt neceſſe ſit, ratificet pubertatem adeptus;imò addit prædictum contradicendi tempus hodie durare ad annum 16.& ſtatim eo expleto, qui ibi tractat quando poſſit etiam reſilire poſt dictum annum 16. qui alia videnda expendit *vſque ad num.*14.

Ad quæſtionem aliam, nempe, an ordinatus metu,teneatur ad continentiæ votum? Sed quia longè diſputat idem Thomas Sanchez *dict. lib.*7. *de matrim.* & cum multis aliis de vi, vel metu, cadenti in virum conſtantem, vt non teneatur ſic ordinatus ad caſtitatem, & continentiam contra multos affirmantes, vt teneatur, & ex multis id comprobat Barboſa, vtramque etiam ſententiam referens; ideo hanc negatiuam comprobabis ex his, quæ adduxi de iuramento facto metu *in cap. ſi vero, & cap. verum de iureiur.* nam ibi dicta ſeruiunt ſolutioni huius dubij. Et videbis quæ dixi *ſupra in Rub.de temporib.ordin.quæſt.*3.verſ.*ad vltimam.* 25

Quod ſi inquiras,in quo conſiſtat ſolẽnitas voti continentiæ, quod in ſuſceptione Subdiaconatus emittitur, & qua ratione differat à voto caſtitatis ſolemni in approbata Religione; videbis Marchinum *de ſacram.ordin.dict.tract.*2.*p.*6.*cap.*8. *diſ.*7. & vberius diſputantem Thomas Sanchez *dict. lib.*7.*de matrim. diſp.*25. *&* 26. 26

Et an Epiſcopi interuenienre eius conſenſu, ſtatuere, atque decernere poſſint, quod promoti ad minores ordines continerent, negatiuam partem tenet Anguianus *de legibus lib.*1.*conti.*1.*n.*26. vbi reprobat, & reprehendit Archidiaconum *in cap.certè num.*1.12.*quæſt.*1. contra tenentem; ſed ſi abundè deſideras videre, & ſcire, leges Thom. Sanchez *dicto lib.* 7. *de matrimonio tota diſputatione* 31. 27

QVÆSTIO II.

An poſſit Eccleſia ſtatuere, vt initiati in minoribus, aut inpoſterum initiandi, ſint ad matrimonium inhabiles, perdantvè priuilegium clericale, ſi continere nolint? Et an teneatur voto initiatus minoribus ordinibus, exiſtimans votum caſtitatis illis annexum dirimere ſubſequens matrimonium? Et an conſtitutus in ſacris teneatur, ſi non caſtè vixerit opere, aut mente Sacerdoti illam circunſtantiam detegere? Vbi de ratione, qua Clerici in ſacris teneantur ad continentiam, & caſtitatem?

SVMMARIVM.

1 *Caſtitatem obſeruare nequit Eccleſia, præcipere iam ordinatis prima Tonſura, aut*

conſtitutis in minoribus ordinibus, ſecus nondum initiatis, vt n.2.& 4.

3 *Vxorem bis ducens, aut viduam ordinatus in minoribus amittit priuilegium clericale.*

4 *Eccleſia poteſt ſtatuere votum caſtitatis, nondum ordinatis.*

5 *Ordines minores non dirimunt, nec impediunt matrimonium, ſed ordines ſacri ſic.*

6 *Ordinatus in minoribus non peccat ſi matrimonium contrahat, etiam cum vidua*, n.9. *vbi*, & n.10. *an venialiter peccet ſi ſine cauſa contrahit cum ea.*

7 *Religioſus nouitius intra annum Religionem egrediens, nec venialiter peccat.*

8 *Ordinatus in minoribus, ſi contrahat matrimonium cum virgine, adhuc gaudet duplici priuilegio clericali.*

11 *Clericus nequit renunciare priuilegio ſuo.*

12 *Ordines minores recipientes credendo obligari voto caſtitatis, verius eſt, vt nec voto ſimplici caſtitatis teneantur*, vt n.13. *ſi recipiant inualidè ordines ſacros, non tenentur* num. 15.

14 *Religionem ingrediens, quam approbatam putabat, tenetur ſimplici caſtitatis voto, & quare* n. 24.

16 *Votum caſtitatis poſitiuè reſpiciens, cum ordinatur illo, non tenetur, niſi ex præcepto Eccleſiæ, vt* n.17.

17 *Votum abſque voluntate vouendi, non obligat vouentem.*

18 *Ordinari volens, ſed non vouere caſtitatem, nequit matrimonium contrahere, ſi ordines ſacros ſic receperit, qui ad alia onera ordinum tenentur.*

19 *Ordinatus in ſacris ſcienter, etſi ignoret illis ordinibus eſſe annexum votum Caſtitatis, ad eam tenetur præcepto Eccleſiæ, quando ignorantia fuit inuincibilis, vt* numero 21.

20 *Aſcendens ad ordinem ſacrum, ſcit ſe eligere alium ſtatum, & adſcribi militiæ Clericorum.*

22 *Ordines ſacros ignorans penitus recipere, non tenetur ad Caſtitatem in foro conſcientiæ nec qui ordinatus à non Epiſcopo, aut cum non habuit intentionem ſuſcipiendi ordinem Sacrum*, n.23.

25 *Ordinatus in ſacris peccans contra Caſtitatem, tenetur in confeſſione ſacerdoti hanc circunſtantiam detegere, quam etiam tantum in mente retinuit.*

26 Cap. quia circa de bigamis, *& n.27.*

27 *Clericus in ſacris caſtitatem non obſeruans, qualiter in iure vocetur ſimplex fornicarius, ſeu puniatur, vt talis.*

28 Cap. Præsbyter 28. diſt.

29 *Cælibes debent eſſe Chriſto miniſtrantes.*

30 *Sacerdos eſt templum, & vas Chriſti Domini, ac Sacrarium Spiritus ſancti.*

31 *Manus, quæ alios mundat, debet eſſe munda.*

32 *Græci poſt ordines Sacros, quare non potuerunt matrimonium inire, nec mortua vxore ante recepta cum alia contrahere.*

33 *Latini Clerici nunquam potuerunt matrimonium contrahere.*

34 *Victimas immolare Ethnici prohibeant eos, qui minimè puri ad immolandum accederent.*

AD primam difficultatis partem videtur ne- 1
gatiuè reſpondendum ex decreto Concil.
Tolet.2.de quo *in cap. de his* 28. *diſt.* per verba ibi:
quibus autem voluntas propria interrogationis
tempore deſiderium nubendi perſuaſerit, licen-
tiam ab Apoſtolo conceſſam auferre non poſſu-
mus, deinde quia continentia præcipi nequit, ſed
ſuaderi *in cap. integritas diſt.* 32. *quæſt.* 1. tum etiam
quia ſi primæ Tonſuræ aut in minoribus initiatis
Eccleſia præciperet continentiam, eſſet ad vitam
longè arctiorem contra notata *in c. geſta diſt.* 74.
& ſic defendunt, & tenent Turrecremata *in dicto
cap. de his num.* 7. Syluester *matrimonium* 8. *quæ-
ſtione* 12. *ad finem*, Azor. *inſtitut. moral. cap.* 13.
quæſtione 4. Vaſquez *de ordine diſputatione* 249.
cap. 4. *numero* 39. Barboſa *in dicto cap. de his*, in
verſicul. *quibus autem*, vbi notat quod Eccleſiæ
integrum non eſt iis qui hactenus ad ordines mi-
nores prouecti ſunt, conſcientiæ legem indicere.
† Quod intelligo cum Turrecremata, & Azor. & 2
cum Baldo *in l. reſcripta num.* 8. *cod. de precibus
imperat. offer.* vt accipiatur de Clericis iam in
minoribus promotis, ſic interpretantibus textum *in
dict. cap. de his* 28. *diſt.*

Sed idem Azor. quem ſequitur Sanchez *lib.* 7. 3
de matrim. diſp. 31. *ſub num.* 4. *in fine*, dicit, vt poſ-
ſit Eccleſia hactenus initiatis præcipere caſtitaté
aut vt omni Clericorum priuilegio deſtituantur,
& careant, ſicut etiam ſtatuit textus *in cap. vnico
de Clericis coniugatis lib.* 6. Clericos ducentes vxo-
rem bis, aut viduam deſtitui omni priuilegio: quæ
doctrina, etſi vera, non implicat præfatæ reſolu-
tioni. † Quod verò certum admitto cum eodem 4
Sanchez, eſt vt reſpectu nondum initiatorum
prima Tonſura, aut minoribus quatuor ordinibus
poſſit Eccleſia inpoſterum conſtituere, ne ad pri-
mam Tonſuram, aut ordines minores promouean-
tur, niſi qui ſe voto caſtitatis ſolemni aſtrinxerint
ſicut præcepit de ordinibus ſacris, quia non tam
Eccleſia auferet tunc matrimonij ineundi poteſta-
tem, quàm ipſi ſuo facto ea, ſe ipſos priuarent
eligentes ſua ſponte ſtatum cui ad votum anne-
xum eſt.

Differunt ergo ordines minores à ſacris in eo, 5
quod minores ordines, ſeu non ſacri, & à fortiori
prima Tonſura non dirimunt, imò nec impediunt
matrimonium ſubſequens, quia in tantum ordo
repugnat matrimonio illudque impedit in quan-
tum habet annexum votum continentiæ, ſed hoc
votum tantum pertinet ad ordinatos in ſacris iux-
ta quæ dixi *quæſt.* 1. & dico infra *in verſ. ad quar-
tam*, ergo cum tale votum non adſit reſpectu
ordinatorum in minoribus, vt probatur ex textu
in cap. ſi quis eorum diſt. 32. & *cap.* 1. *de Clerico
coniugato*, ſequitur dicendum tenent Nauarrus *in
man. cap.* 25. *num.* 120. Sanchez *de matrim. dict. l.* 7.
diſp. 31. Bonacina cum aliis *de matr. q.* 3. *puncto* 9.
n. 1 Filliucius *tom.* 1. *tract.* 10. *p.* 3. *c.* 4. *n.* 129. Ægidius
Trullench. *de Sacram. lib.* 7. *c.* 9. *dub.* 13. *n.* 2.

Vnde infero initiatum minoribus non peccare 6
mortaliter, ſi matrimonium contrahat, quia nullo
iure illi prohibetur, imò quod nec peccet venia-
liter, ſi cum iuſta cauſa recedat, & ducat vxorem,
quamvis viduam. † Sicut nec peccat nouitius ve- 7
nialiter intra annum ex iuſta cauſa egrediens, &
dixit Sanchez *ſupra dicta diſputat.* 31. *num.* 12.
nullam

Digitized by Google

nullam eſſe culpam, etiam ſi retrocedat abſque
cauſa ducendo vnicam, & Virginem, quia non
eſt omnimoda, & perfecta retroceſſio, per quam
retrocedens conſtituatur in ſtatu, in quo eſt in-
8 capax exequendi munia illorum ordinum, † imò
ait quod poteſt illa exequi, & frui priuilegio du-
plici Clericali, iuxta textum *in dicto cap. vnico, de
Cleric. coniugat.* Sic cum Bañez 2. 2. *quæſt.* 12.
art. 1. *pagina* 673. §. *ſit tamen tertia concluſio*,
Couarruu. *in* 4. *part.* 2. *cap.* 6. §. 3. *num.* 3. *in fine*,
Toledo *lib.* 4. *ſumm. cap.* 18. *num.* 4. Azor. *lib.* 13.
9 *inſtit. moral. c.* 14. *q.* 14. † Vbi addit non peccare,
quamvis ducat viduam, & Sylueſter, *verb. apo-
ſtaſia quæſt.* 3. *num.* 7. ait Clericum primæ Ton-
ſuræ ex parte deſertionis illius nullo modo pec-
care; qui omnes ducuntur; quia ſic retrocedens
vtitur iure ſuo; cum non faciat contra votum,
nec contra aliquod iuris præceptum, Ægidius
Trullench. *ſupra ſub dicto num.* 2. *ſub vers. nunc ſit*,
dicit quod ſi abſque iuſta cauſâ retrocedat, ve-
nialiter peccet ſaltem quando ducit viduam; quia
reddit ſe incapacem ad obeunda munera illorum
ordinum; & hoc ſic tenet Sanchez legendus *n.* 11.
& ante *n.* 7.

10 Et prædicta doctrina vera eſt, etſi Angelus dict.
verbo *Apostaſia*, Tabiena *in eodem verb. quæſt.* 10.
num. 13. & Sylueſter *ſupra quæſt.* 3. *num.* 3. videan-
tur abſolutè loqui de retroceſſione abſque cauſa,
dum illam damnare videntur: nam vt dixi ex iam
relatis, & ex traditis à Sanchez *dicta diſput.* 31.
num. 8. *&* 12. procedit etiam in eo, qui ſine cauſa
11 retrocedit, cum vtatur iure ſuo. † Et ſic bene ipſe
num. 13. impugnat Abbatem *in cap. tua in fine de
apoſtatis*, & Angelum verb. *Apoſtaſia*, *num.* 3. qui
retroceſſionem factam, verbo damnant per do-
ctrinam textus *in cap. ſi diligenti de foro competenti*,
qui nihil ad rem facit, vt patet ex his, quæ *ibi* dixi;
cum textus ille tantum loquatur, vt non poſſint
Clerici renunciare fori priuilegio; quia in totius
ſtatus Clericalis eſt conceſſum; item quia mirum
eſt fas eſſe cuipiam facto ipſo Clericatum deſere-
re, ac Laicorum more vitam traducere; nefas au-
tem, dicere ſe velle renunciare.

12 Ad ſecundam quæſtionis partem, etſi quidam
doceant recipientes ordines minores eo errore cre-
dentes, vt habeant annexum votum caſtitatis, ſicut
ordines ſacri, ac proinde non teneri non inire ma-
trimonium; ſed ſi ineant eſſe validum, quia cum
in animo habuiſſent vouere caſtitatem, ligabun-
tur vtique voto non ſolemni; quamvis id inten-
derint, ſed tantum ſimplici; eo quod in nullius
poteſtate ſit votum ſolemnizare, niſi in religionis
profeſſione, aut vera ordinis ſacri ſuſceptione *ex
cap. vnico, de voto lib.* 6. ſentit Ioannes Andreas
in cap. Ioannes de Cleric. coniug. num. 17. ibi, Ant.
num. 13. Anchatan. *num.* 8. *quæſt.* 2. Cardin. *quæſt.* 1.
num. 7. Imola *num.* 14. Caëta. *in repet. textus in cap.*
13 *ad limina* 30. *quæſt.* 1. §. 4. *quæſt.* 193. *num.* 43. †
Tamen nec voto ſimplici caſtitatis, & continen-
tiæ illum teneri dicendum eſt; quia talis non ha-
buit intentionem per ſe vouendi; ſed quatenus
exiſtimabat votum eſſe annexum ordinibus mino-
ribus, & acceſſoriè ad illos, ſic tenent Filliucius,
& Bonacina, *vbi ſupra*, & Ægidius Trullench.
dict. num. 2. In verſ. *quod procedit* Sanchez *dicto
lib.* 7. *de matrim. diſp.* 31. *num.* 5. verſ. *cæterùm*, qui
etiam hoc probat ex his, quæ latè ſcribit *dict. li-*
14 *bro* 7. *diſp.* 27. *& ibi num.* 13. † Vbi dicens profi-
tentem in religione, quam putabat approba-
tam, cum non eſſet, teneri voto ſimplici.

† Sed ſi reciperet inualidè ordinem ſacrum, nul- 15
lo voto teneri; eoquod in hoc caſu non facit per
ſe, & principaliter votum caſtitatis, ſed in
conſequentiam ordinis ſacri, cui Eccleſia il-
lud annexuit; ergo & multò melius in caſu
noſtro.

Dubium verò eſt an voto caſtitatis obligetur, 16
qui ad ordines ſacros accedit ſciens illis annexum
eſſe votum caſtitatis, ſed illud poſitiuè reſpuit,
ſeu non vult ſe ad votum caſtitatis obligare: in
quo puncto breuiter dico non teneri voti ratione
ad caſtitatem. † Cum votum abſque voluntate 17
vouendi, non ſubſiſtat, † teneri tamen ad caſtita- 18
tem ex ſtatuto Eccleſiæ, quæ præcipit obſeruan-
tiam caſtitatis illi, qui voluit ordinari, & noluit
vouere, illumque facit inhabilem ad matrimonium,
taliter vt, ſi hic nubat, ſit matrimonium inualidum
& teneatur ad alia onera ſacro ordini annexa, vt
ad horas Canonicas: ſic docent Sanchez *dicto li-
bro* 7. *de matrim. diſp.* 27. *num.* 12. vbi cum multis
referens alios, vt etiam teneretur ex vi ſuſceptionis
ad votum, quia qui voluit ordinari in ſacris, de-
buit velle ex voto caſtitatis obligari, docet etiam
Ægidius Trullench. *dicto dubio* 13. *de Sacrament.
lib.* 7. *cap.* 9. *num.* 7. ex Bonacina, & Nauarro, idem
Bonacina *de matrim. quæſt.* 3. *puncto* 9. *num.* 11. idem
Ægidius *in præcepta Decalogi lib.* 2. *cap.* 2. *dub.* 1.
num. 7. *&* 12.

Dubitatur ſecundò, an ignorans eſſe annexum 19
ordini ſacro caſtitatis votum, ſi ordinetur ſit nu-
bere prohibitus? In quo puncto exiſtimant multi,
quod ſi ſcienter ordinem ſacrum recipiens, igno-
ret prorſus votum annexum ordini, adhuc tenea-
tur ad caſtitatis obſeruantiam, non ſolum ex Ec-
cleſiæ præcepto, ſed etiam ex vi voti; quia eo
ipſo quod ſciens, & volens, eſt ſacris ordinibus
initiatus; licèt ignorauerit votum annecti, emiſit
tacitè votum: nam qui vnum ſciens, & prudens
fecit, & vult, facit, & vult ſubinde ei annexa, vt
ſcienter ſuſcipiens Prætoris munus voluntariè
quoque ſuſcipit onera officio annexa; licèt ea ig-
noret; † eo, vel maximè quod aſcendens ad ordi- 20
nem ſacrum, ſemper nouit ſe alium ſtatum elige-
re, & adſcribi militiæ Clericorum; qui ſaltem
virtualiter accedit intentione faciendi, quod facit
Eccleſia; & ſic conſequenter vouendi, vt Eccle-
ſia præſcribit; licèt ipſe ignoret quid Eccleſia ve-
lit, ac præcipiat: ſic ſuſtinent Cardinalis *in cap.
cum olim in fine de Cleric. coniug.* ibi Imola *num.* 7.
Azor. *lib.* 13. *mor. cap.* 14. *quæſt.* 10. quod nimis pla-
cet Sanchez *dict. diſp.* 27. *num.* 11. *in fine*, & tenent
Ægidius Trullench. *ſupra num.* 11. Bonacina *dict.
quæſt.* 3. *de matrim. num.* 10. Hurtad. *in eodem tract.
diſp.* 16. *difficult.* 2. *num.* 4. & alij contra Vaſquez *in*
3 *p. diſp.* 14. *num.* 98. idem Trullench. *in Decalog.
lib.* 2. *cap.* 2. *dubio* 1. *num.* 6. *in fine*, qui dicit *dict. n.* 6.
quod hic caſus vix poſſit in Eccleſia Latina con-
tingere.

Ex dictis *ſub verſ. dubium* non improbabiliter 21
ſentiunt Vincentius Goffred. *in dicto cap. olim* Ab-
bas cum eis *ibi num.* 4. Monaldus, Roſella, &
Sylueſter, quos refert Sanchez *ſupra ſub num.* 10.
dicentes vt ſic ordinatus tantum teneatur ex ſola
Eccleſiæ conſtitutione, quando ignorantia fuit
inuincibilis, quia votum eſt lex priuata, quam
quiſpiã ſponte ſua ſibi imponit, ſed prorſus votum
ignorans, caret voluntate vouendi, ac per conſe-
quens imponendi eam ſibi legem; ergo, & Nauar.
in ſumm. Hiſpan. cap. 25. *num.* 108. ait teneri tunc
ſaltem ex Eccleſiæ conſtitutione, & Sylueſter

verb. *matrimonium* 8. *quæſt.* 12. *dicto* 2. dixit quod ſi
ignorantia non ſit inuincibilis, non excuſarit, &
alia adducens ex aliis Sanchez *num.* 11. ait hæc pro-
cedere, quando quiſpiam nouit ſe ad ſacros or-
dines promoueri, & continentiæ votum ignorauit
22 illis annexum: † quia ſi pœnitùs ignorauit ſe or-
dinem recipere ſacrum non cogi eum, ait, in foro
conſcientiæ continentiam ſeruare; eo quod non
ſuſceperit ordinem voluntariè, cum fuerit ordina-
tus prorſus ignorans quid in eo fieret ſecun-
dùm quæ latè ſcribit *dict. lib.* 7. *de matrim.*
quæſtione 30. *de infame ordinato propter ean-*
dem rationem; ſed affirmat quod taliter ordina-
tus tenebitur in foro externo ad ſeruandam caſti-
tatem.

23 Vnde infero quod ſi ordinatus v. g. finxit ſe
Epiſcopum, aut ordinatus non habuit intentio-
nem ſuſcipiendi ordinem ſacrum, tunc ordinatus
teneatur ad caſtitatis votum, etiam ſimplicis; eo
quod ſuſcipiens ordinem ſacrum non vouet per ſe
& expreſsè caſtitatem, ſed tantum implicitè, ſe-
cundariò, & dependenter ab ordine ſacro; ſed qui
talem ſuſcipiendi intentionem non habuit aut nul-
liter ordinatus, nulliter ordinatus, nulliter voto ad-
ſtrictus eſt caſtitatis ratione ordinis, quem verè
non ſuſcepit; ergo cum principale non ſubſiſtit,
nec ſecundarium, & acceſſorium per accidens eſt
annexum: ita docent Coninch. *de Sacr. diſput.* 20.
dubio 14. *num.* 133. Bonacina *dict. quæſt* 3. *numer.* 8.
Trullench. *in Decalog. dict. lib.* 2. *c.* 2. *dub.*... *num.* 7.
& *de Sacram. dict. cap.* 9. *lib.* 7. *dub.* 13. *num.* 5. San-
24 chez *dict. diſp.* 27. *num.* 13. † Alia adducens, vbi
contra Ioannem Andream, Dominicum, & Brunel.
in dicto cap. vnico de voto, dicentes ex regula textus
in c. quidam & cap. placet de conuerſ. coniug. ſic or-
dinatum teneri ſaltem voto ſimplici reddens diſ-
paritatis rationem inter factum Religioſum, de
quo loquuntur illi textus, quia profitens eſſentiali-
ter ex religione, tenetur ad caſtitatem, non ſic or-
dinatus, qui vt iam dixi *quæſt.* 1. & *in hac quæſt.* 2.
tenetur tantùm ex ſtatuto Eccleſiæ, qui in hoc
noſtro caſu non obligatur.

Ad tertiam quæſtionis partem, quia latè *ſub c.*
25 *omnis vtriuſque ſexus, de pœnit.* dico de circunſtan-
tiis à pœnitentibus neceſſariò in confeſſione expli-
candis; ideo breuiter nunc dico quod qui contra
caſtitatem peccat in ſacris inſignitus, tenetur Sa-
cerdoti non ſolum detegere circunſtantiam ſui
ſtatus, cum actuale carnis peccatum patrauit, ſed
etiam ſi cum mente tantum libidinoſa actui con-
ſenſum præſtitit: argum. textus *in cap. qui vide-*
rit 32. *quæſtione* 5. ex eo quia ratione voti Cle-
ricus fornicans committit ſacrilegium, docent
Sanchez *de matrim. dicto lib.* 7. *diſputatione* 27.
num. 9. cum multis Cenedus referens plures anti-
quiores ad decretales *collect.* 102. *n.* 2. Azor *inſtit.*
mor. p. 1. *lib.* 13. *cap.* 12. *& p.* 3. *lib.* 3. *cap.* 17 *quæſt.* 7.
Sotus *in* 4. *diſt.* 18. *quæſt.* 2. *art.* 4. verſ. *enim vero*,
cum aliis Barboſa *in paſtorali p.* 2. *alleg.* 15. *num.* 6.
& 7. qui *ſub num.* 8. cum pluribus improbat Car-
dinalem, & alios quos refert Sanchez *dict. diſp.* 27.
num. 21. aſſerentium concubitum clerici in ſacris
inſigniti eſſe ſimplicem fornicationem per textum
in cap. quia circa de Bigamis, ibi: *Cum eis tan-*
quam ſimplici fornicatione notatis, & per textum
in cap. Presbyter. 28. *diſt.* ibi: *Presbyter ſi fornicatus*
fuerit, vel adulterium commiſerit; qui cum mul-
tis dicit Sacrilegium committere, & teneri ſic in
confeſſione explicare peccatum illud cum ſit cir-
cunſtantia ſpeciem peccati mutans, videbis Dia-
nam, p. 1. *tract.* 7. *reſ. moral.* 4. Filliucium *in quæſt.*
mor. tom. 2 *tract.* 40. *cap.* 9. *num.* 124. Leſſium *de inſt.*
lib. 2. *cap.* 40. *dubio* 6. *num.* 40. Ægidium Coninch.
dicta diſp. 20. *dub.* 3. *de Sacram. n.* 131. † & iuuat 26
textus *in dicto cap. de his* 28. *diſt.* ibi *vt ſacrilegi*, vt
intelligit idem Barboſa ſupra *num.* 8. qui *num.* 9.
reſpondet ad textum *in dict. cap. quia circa de bi-*
gamis, dicens, vt ibi dicitur fornicatio ſimplex;
non quia non ſit etiam ſacrilegium, ſed vt diſtin-
guatur ab aliis luxuriæ peccatis ſpecialiori quali-
tate, & ſubſtantia effectus, in quæ incidit ali-
quando Præsbyter v. g. ab adulterio, ſtupro, vel
inceſtu, vt tradit Azor. *inſt. mor. p.* 3. *lib.* 3. *cap.* 17.
quæſt. 7. verſ. *in hac.*

Sed ad mentem dicti textus potius exiſtimo in 27
eo vocari ſimplicem fornicationem in ordine ad
Bigamiam excludendam, quam non incurrit cle-
ricus Concubinarius ſuppoſito quod non habuit
animum contrahendi matrimonium de facto; &
ita vocetur ſimplex fornicatio ex parte affectus, vt
diſtinguitur à copula, quæ fit cum affectu mari-
tali, iuxta textum *in cap. nuper de Bigamis*: ſic ite-
rum expendit idem Barboſa *ſub dicto n.* 9. in verſ.
ſed melius, vbi dicit, vt ibi non vocetur ſimplex
ad excludendam malitiam contra Religionem; ob
idque textum illum non vocare clericum illum
ſimplicem fornicarium, ſed tanquam ſimplici for-
nicatione notatum: ſed iterum video ipſum Bar-
boſam, *in dicto cap. quia circa num.* 3. admittere
vt meliorem primam explicationem Azor. poſt-
quam retulerit ex Bellamera; ideo textum de ſim-
plici fornicatione egiſſe ad differentiam bigamiæ,
& irregularitatis ex ea contractæ, de qua princi-
paliter dubitabatur, an ſcilicet eam incurrerit
Præſbyter plures habens concubinas, meritoque
negari à Pontifice; quia tanquam vxores ductæ
non ſunt, vt requirit textus *in dict. cap. nuper.* Ve-
rùm Abbas *ibi*, *num.* 5. & Hoſtienſis illius textus,
difficultatem ſentientes, aduerterunt Pontificem
ibi potius debuiſſe edicere triplici fornicatione
notatis.

Non inquam obſtat textus *in dict. cap. Preſby-* 28
ter. 28. *diſt.* in relatis verbis; quia ea nihil aliud
ſignificare videntur, niſi quod fornicatio clerici
cum ſoluta, non eſt dicenda adulterium; prout
nonnulli affirmabant, de quibus Menochius *de*
arbitr. cent. 5. *caſu* 418. quia videbatur dari quod-
dam coniugium ſpirituale inter Clericum & Ec-
cleſiam; imò dicebant dari ſtuprum cum inceſtu
ſic Barboſa *dict. alleg.* 15. *num.* 10. *&* 11. Menochius
ſupra Gutierrex *in Canonicis quæſt. lib.* 2. *cap.* 7. *à*
num. 37.

Ad quartam quæſtionis partem reſpondebis 29
ex dictis ſupra ſub dict. q. 1. & ibi *in verſ. ad tertiam*
verb. *ſed quidquid ſit* quare nunc breuiter dico
eam eſſe rationem, vt ordinatus in ſacris nequeat
contrahere matrimonium iuxta textum *in cap.* 1.
& 2. qui clerici, vel vouentes, *cap. vnico de voto*
lib. 6. & alibi, & nouiſſimè in Trid. *ſeſſ.* 24. *can.* 9.
tanquam de fide ex eo quia congruum eſt vt mi-
niſtrantes Chriſto ſint cœlibes, vt tradit Ægidius
Trullench. *de Sacram. dict. cap.* 9. *lib.* 7. *dub.* 3. *n.* 3.
† Cumque ſacerdos templum, & vas Domini, ac 30
Sacrarium Spiritus ſancti eſſe debeat, indignum
erit dicere eum cubilibus, & immundiciis deſer-
uire iuxta D. Paulum *ad Rom.* 13. & *in cap. decer-*
nimus 28 *diſt. cap. propoſuiſti cum ſequent* 82. *diſt.*
cap. 1. *& per totam* 15. *quæſt.* 8. ex hoc noſtro textu,
cap. vt Clericorum de vita, & honeſt. clericor. plura
refert Benedictus Ægid. *de priuilegiis honeſt. ar-*
tic. 1.

Digitized by Google

tic.11.& ſic in illo ſacræ paginæ *Eſai* 52. dicitur, *mu: damini qui fertis vaſa Domini.*

31 Et patet ex textu *in cap.neceſſe 1.q.1.* vt munda debeat ſtudere, eſſe manus, quæ alios mundare debet, vt referunt Auguſtin. *ſerm.36.ad Præſbyt.* D. Chriſoſtom.*lib.6.de Sacerdot. etenit.* textus *in cap. Maximianus* 81. *diſt.*ait vt qui ſancti non ſunt, ſancta tractare non poſſunt; & quod alieni effici debent à miniſterio, quod viuendo illicitè polluunt.

32 Etenim nunquam fuit permiſſum in Eccleſia, etiam Græca, ordinatos in ſacris tranſire ad matrimonium *ex cap.ſi quis eorum diſt.*32. & ſextâ Synodo generali, vt multis probat Azor. *inſtit. moral.tom.1.lib.*13. *q.*3. & 5.& ob id Græci poſt matrimonium initum ordinati in ſacris, non poſſunt, mortua vxore, validè tranſire ad ſecundas

33 nuptias. † Ea enim eſt differentia inter Grecos,& Latinos, quod Græcis licet poſt matrimonium contractum aſcendere ad ſacros ordines, & vti matrimonio. Latinis autem minimè, dixit Ægidius *lib.7.de Sacram.c.1.dub.5.n.*1.benè Sanchez *de matrim.lib.7.diſp.*28.Azor.*tom.1.lib.*13.*cap.*12. *quæſt.*3.Bellarm.*lib.1.de Clericis,cap.*21.Bonacina *de matrim. quæſt.3. punct.9. num.*13. Trullench. *diſt.n.3.in fine.*

34 Imò & Ethinici immolare victima prohibebant eos qui minimè puri, & integri ad immolandum accederent, vnde Tribulus *lib.* 2.

Vos quoque abeſſe procul iubeo diſcedite ab aris
Queis dedit heſterna gaudia nocte venus,
Caſta placent ſuperis &c.

Et ſic Cicer.2.*de legibus ad Diuos* inquit,*adeunto Caſtè qui ſecus faxit Deus ipſe vindex erit,* & Demoth.*in oratione contra Timocratem,* ſic ait: *Ego enim arbitror; qui ſacras edes ingrediatur qui curam Diuinarum rerum præſit eum non modo ad certum aliquod dierum tempus caſtum eſſe debere, ſed per omne ſpatium ætatis ab iſtiuſmodi ſtudiis fuiſſe purum oportere,*tradit Barboſa *in paſtor. dict. alleg.15.p.2.n.*18. & 19 Videndi Carol. de Graſſ. *de effectibus Cleric. in præludio à n.*25. & Thom. Doct *conſ.147.n.*4.

Ad Text in Cap. Tuam in Domino X. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Abbas eligi poteſt diſpenſatiuè, quamvis non ſit in ætate 25. annorum, neceſſitate vrgente.*

2 *Prælatus religionis non eligitur aliquis, niſi profeſſus expreſsè in ea religione, in qua aſſumpſit habitum,* numero 3. *fallit;* numero 6.

4 *Prælati electio vnius religionis ad aliam, eſt nulla, etiam ſi dignus non reperiretur in illa, qui poſſet eligi.*

5 *Abbatia beneficia admininiſtrationem habentia, ſolus Pontifex non profeſſis conferre poteſt.*

6 *Monachus in minoribus ordinibus poteſt eligi in Abbatem; quando alius nequit reperiri diſpenſatiuè, ne ſit contra iuris regulam relatam* n.7.

7 Cap. cum Monaſterium 13. de electione *n.6. & 8.*

8 *Poſtulatio non profeſſi in Abbatem quando fiat?*

9 *Abbas eligi poteſt ſi Subdiaconus tantum eſt; non tamen conſecrari niſi iam ſit Præſbyter, vt accidit in Epiſcopo.*

10 *Abbas eſt potius nomen ſolicitudinis, quàm honoris,aliter videtur n.11.*

11 *Abbatia, vel Epiſcopatus ſuſcipi non debent de manu laici.*

12 *Nouitius poteſt eligi ad Dignitatem Epiſcopalem.*

13 *Abbas eligi nequit Monachus infamis; etſi aliter videatur,* ſub numero 10. in fine.

14 *Abbas eligendus debet eſſe natus ex legitimo matrimonio.*

15 *Regulares omnes pœnitentiati in ſancto officio, ſunt omnino inhabiles ad Dignitates, & Prælaturas; etſi pœnitentias compleuerint.*

16 *Abbas eligendus non debet eſſe corpore vitiatus, ſimoniacus, homicida, Apoſtata, periurus, prodigus, neophitus, ſeu patiens defectum aliquem animæ, ſeu Corporis.*

18 *Ordinator non debet preces Carnales recipere.*

19 *Chriſtus Dominus aſperè loquutus fuit ad conſanguineos ſuos, quoties cum eis negotium intercеſſit.*

20 *Sanguinis iure non ſuccéditur in beneficiis, nec hæreditario.*

21 *Collatio precibus ex carnali affectu, quando ſit ſimoniaca, remiſſiuè.*

22 *Studere licitum eſt ſpe promiſſionis habendæ in Eccleſia.*

DE ætate 25. annorum requiſita, vt Monachus in Abbatem eligi queat, dixi ſupra *ſub cap.1.hoc tit.* Et quod qui eligitur in Abbatem & Prælatum ſuæ religionis, debeat eſſe profeſſus in ea; notaui ſupra per textus *in cap.* 13. 27. 37. 38. & 49. *de electione*: quare quod hic habetur exhorbitat à regula; ſed de ratione quare Abbas ex neceſſitate poteſt diſpenſatiuè eligi, quamvis in minoribus ordinibus conſtitutus, quod ait hic Barboſa in hoc textu fuiſſe diſpenſatiuè admiſſum neceſſitate vrgente, iuxta declarationem gloſſæ hic, quæ bene proponit, & reſoluit. 1

Cumque regula iuris ſit,vt eligendus in Abbatem, & Prælatum regularem debeat eſſe expreſsè profeſſus iuxta textum expreſſum *in cap.nullus,*vbi DD.*de electione lib.6.* Rebuffus *in tract. de pacificis poſſeſſor.num.*180.Azor.*inſtit.moral. p.1.lib.* 12. *cap.2.quæſt.*12. Seraphinus *deciſ.*647. Layman. *in quæſt.canon.de Præl.Eccleſ.quæſt.*190.*in fine.* Sigiſmundus à Bononia *de elect. dubio* 90. *à numer.* 2. Tamburin.*de Iure Abbatum tom.2. diſp.*50. *q.*10. Barboſa *de iure Eccleſ.*cum aliis *p.1.cap.17.à n.*31. 2

† Vbi cum multis aliis *num.* 33. ait quod debet emitti profeſſio expreſſa in ea religione, in qua aſſumitur, ſecundùm ea, quæ latè dico *ſub cap.* 4. 8.& 16.*de regularib.* † taliter vt ſi Religioſus eligatur in Abbatem,vel Prælatum alterius religionis talis electio ſit nulla, vt probat *Clem. 1. de elect.* ſic cum relatis, & aliis; imò Suarez *de religione tom.4.tract.8.lib.2.cap.3.n.11.in fine,* ſubdit procedere etiam ſi dignus non reperiretur in illa religio- 3

ne, qui poſſit eligi : qua de re legere poteris *c.21. in Trid.ſeſſ.25. de regularib.*

5 Et ſic Gonzalez *in regula* 8. *Cancellariæ gloſſa* 8. *n.*78. ſubdit Sacram Congregationem *ſub die* 12. *Decembris* 1585. cenſuiſſe neminem, præter Summum Pontificem poſſe conferre Abbatias, & beneficia, adminiſtrationem habentia, niſi profeſſis iuxta Canones, & docet etiam Ioannes Maria Nouar. *in Lucerna regular.* verb. *Abbatia numero* 2.

6 Sed cum Pontifex *in cap.cum Monaſterium* 13. *de electione*, dicat quod poteſt poſtulari in Abbatem non profeſſus, ſi ex aliqua bona cauſa fiat talis poſtulatio, vt docent Præpoſitus *in cap. ſicut* 2. *num.*3. *diſt.*48. Dominic. *in dicto cap.nullus*, Valerius Reginald. *in praxi fori Eccleſiaſt.pœnit. lib.* 30. *tractat.*3. *num.* 102. *in fine*; ideò benè Pontifex in textu noſtro decidit, vt Monachus in minoribus poſſit in Abbatem eligi abſque eo, quod aſcendat ad maiores, quando alius reperiri nequit, vt docet cum multis Barboſa *hic n.*1.

7 Nec obſtat dicere requiri eligendo in Abbatem, vt ſit Præsbyter, vt docent Abbas *hic num.*3. & *in cap.*1. *num.*2. *eodem titulo*, de quo leges quæ ibi adduxi, tam circa ætatem, quam ordinem, debent habere, Abbas, Guardianus, ſeu Prior pro monaſteriis eligendi, Angelus *in ſumm.* verbo *Abbas*, Syluester *in eodem verbo, etiam num.*1. Lælius Zechius *de Repub.Eccleſ.cap.*25. *num.*2. Fr. Eman. Rodriguez *quæſt.regul.tom.*1. *quæſt.*15. *art.*2. Azor. *inſtitut.moral.p.*1. *lib.*12. *cap.*20. *quæſt.*1. Cardinalis Tuſchus *tom.*1. *litt. A, concluſ.*4. *num.*3. aut ſaltim in ordinibus ſacris conſtitutus, ſi credimus Biaxio *de elect.p.*2. Ægidio *conſ.*5. *num.*21. & 22. Scraphino *deciſ.*647. *num.*3. argum. eorum quæ dixi ſupra *in cap.proximè præcedenti.* Quia reſpondeo regulam textus noſtri non eſſe vniuerſalem; imò exceptionem à regula; & ideo ſentiunt Doctores hic, & Barboſa cum illis caſum textus noſtri procedere diſpenſatiuè ſicut iam dixi *num.pred.* cum Gonzalez, & aliis relatis à Barboſa *de Iure Eccleſiaſtico.*

8 † qui etiam ait *in dicto cap.*13. *de electione* ex Roderico à Cuñha *in dict.cap.ſicut, num.*18. poſtulationem non profeſſi in Abbatem, de qua *in dict. cap.*13. procedere, dum tamen talis poſtulatio debeat peti à Papa, & non ab alio inferiore.

9 Et licèt Tamburinus *de Iure Abbat.dict.tom.*2. *diſp.*5. *quæſt.*12. quam ſequitur Barboſa *dicto c.*17. *de Iure Eccleſiaſt. num.* 34. dicat cum multis verius eſſe, vt eligendus Abbas, debeat iam eſſe Præsbyter, nec ſufficiat vt ſit Diaconus. Tamen hanc difficultatem diſſoluo diſtinctione habita *in dicto cap.præced.* circa electionem Epiſcopi, qui poteſt eligi & confirmari, dum eſt Subdiaconus, conſecrari non niſi Præsbyter; Quod ſi hanc partem non admittas, cum in Abbate non ſubſequatur conſecratio, fortius inquam admittes, vt ſine diſtinctione poſſit Subdiaconus eligi, nulla habita diſtinctione; dum tamen ſit in ætate annorum 25. aptus, vt Præsbyter fiat vt dixi *in dicto cap.*1. *hoc tit.*

10 Et confirmari videtur; quia vt dicit Stephanus Gratianus *diſcept. forenſ. cap.*270. *num.*26. Abbas eſt potius nomen ſolicitudinis, quam honoris, & gloſſa hic verbo *non aſcendat*, quam ſequuntur Ioan.Monach. *in cap. Inquiſitores num.*1. *de hæret. lib.*6. Archidiacon. *in cap. fraternitatem in medio* 71. *diſt.* quatenus in ea dicitur Abbates non habere Dignitatem, ſed tantum officio potiri; ex eo quod infamia notatus poſſit in Abbatem eligi.

Quod dictum Barboſa *hic* non admittit *num.*2. 11
verſ. *cæterum* per textum *in cap. ſi quis deinceps*
16. *quæſt.*7. quatenus decidit de manu Laici Epiſ-
copatum, vel Abbatiam ſuſcipi non debere: vbi
in fine dicit ſimiliter etiam de inferioribus Eccleſia-
ſticis Dignitatibus conſtituimus, vt firmat gloſſa
vltima *in cap. expoſuiſti de corpore vitiat.* Lapus
alleg. 84. Hieronymus Rodriguez *in compendio*
*q.regular.reſ.*1. *num.*29. Rendina *in promptuario*
*receptarum ſentent.tom.*1. *tit.*1. *num.*1. † Vtcum- 12
que tamen ſit Fr.Bartholom.de Bechis *in praxi ob-*
ſeruanda in admittendis ad religionis ſtatum No-
*uitiis diſp.*11. *dubio* 19. *num.*2. & Sanchez *in præ-*
*cepta Decalogi tom.*2. *lib.*7. *cap.*4. *num.*20. Barboſa
*in dicto cap.nullus num.*3. dicunt, Nouitium eligi
poſſe ad Dignitatem Epiſcopalem, ſic colligentes
*ex dict.cap.nullus de elect.lib.*6.

Ex his colliges, quod etſi Oldradus *ex dicta* 13
*gloſſa non aſcendat, conſ.*14. verſ. *& idem in mona-*
*ſteriis num.*11. dicat poſſe eligi in Abbatem Mo-
nachum infamem, contrarium ſequendum eſſe,
vt docet bene Tamburin. *de iure Abbat. tom.*1.
*diſp.*10. Barboſa *hic num.*6. & ſic bene cum eo-
dem Tamburino *dicta diſſ.*5. *quæſt.*14. Campanillo
*in diuerſ.iuris Canon.Rub.*11. *cap.*13. *num.*117. San-
chez *in præcepta Decalogi tom.*2. *lib* 5. *cap.*5. *n.*16.
& 17. & cum aliis multis, tum *in cap.*1. *de filiis*
Præſbyteror. † & *de iure Eccleſiaſt. dict. cap.*17. 14
*n.*33. docet vt eligendus in Abbatem, debeat eſſe
legitimè natus, ſicut qui eligitur ad alias Dignita-
tes, & Prælaturas.

Imò, & Vrbanus Papa VIII. in generali 15
Congregatione S. R. vniuerſalis inquiſitionis, *de*
anno 1626. decreuit regulares omnes pœnitentia-
tos à ſancto officio, ad Dignitates, & prælaturas,
omnino inhabiles eſſe, etiam ſi pœnitentias com-
pleuerint, vt referunt Laurent. de Peirin. *tom.*2.
*priuileg.ſui ordinis minimor.in annot.ad conſtitut.*9.
Pauli V. & Tamburin. *dicta diſp.*5. *q.*21. Barboſa
hic num fin. & *de iure Eccleſ.dict.cap.*17. *n.*37. qui
*num.*36. & dixi, *ſub Rub. de elect.* dixit etiam, vt 16
Abbas eligendus, non ſit corpore vitiatus, ſimo-
niacus, homicida, apoſtata, periurus (argum.
eorum, quæ dixi *in cap* 10. *de iudiciis à quæſt.*27.)
& quod nec ſit prodigus, neophitus, vel patiens
defectum aliquem animi, ſeu corporis: de quibus
omnibus latè, & bene idem Barboſa *in dicto tract.*
*p.*1. *c.*19.

Ad alia de poteſtate Abbatum circa ordines, 17
dico infra *in cap. ſequenti*, & circa iuriſdictionem
tractat Barboſa *in dict.q.c.*17. & 19. cum infinitis
Doctoribus iam relatis, & quos ibi refert.

Et quia *in verſ.* hic *nullum*, & ibi: *Non enim,* 18
probat cum multis Barboſa, quod ordinator non
debet preces carnales recipere, † probans ex mul- 19
tis Sacræ ſcripturæ locis Chriſtum Dominum aſ-
perè loquutum fuiſſe ad conſanguineos ſuos, quo-
ties interceſſit negotium cum eis, vt Matc. 10.
neſcitis quid petatis, Lucæ 2. *quid eſt quod me*
quærebatis, & Marci 3. *quæ eſt mater mea, aut fra-*
tres mei. Quod dictum poteſt extendi ex his, quæ
dixi de acceptatione perſonarum, *in cap. nouit.de*
iudiciis q fin. & ex dictis *in c.*4. *de foro comp.* vbi de
recuſatione propter conſanguinitatem, *ſub q.*31.
† Et ex his, quæ dico, & Doctores docent per tex- 20
tum *in cap.*1. *de præb.* vbi probatur, quod in bene-
ficiis, non ſuccedinir iure ſanguinis, aut hæredita-
rio † imo idem Barboſa *hic num.*4. cum Garcia, & 21
aliis, mouet quæſtionem, quando collatio precibus
ex carnali affectu procedentibus, ſimoniaca ſit.

† Et

† Et notat *ibi n.5.* cum Suarez *de religione lib.4. de ſimonia cap.40. n.2. & 5.* ex dicta gloſſa *verb. ſimonia*, licitum eſſe ſtudere ſpe promiſſionis habendæ in Eccleſia, vt ſic per eam tenuit Coſmas *in proœmio ſanctionum*, verbo *ſpem*, de quibus dico alibi.

Ad Text. in Cap. Cum contingat, VI. hoc tit.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Sacramenti ordinis Epiſcopus eſt ſolus Miniſter.*

2 *Tonſura prima ordinatus, recipit characterem, & alia priuilegia competunt ei*, & n.3. *remiſſiuè*, *quæ dicitur ordo*, numero 4. & 10.

4 *Tonſuratus dicitur Clericus.*

5 *Tonſurati poſſunt exercere iuriſdictionem Eccleſiaſticam, & eſſe Vicarij Epiſcoporum de iure; ſed quid hodie ex Vrbano VIII. & Innocent. X.* n.6.

7 *Percutiens tonſuratum, eſt excommunicatus, nec abſoluitur, niſi à Papa.*

8 *Clerici primæ Tonſuræ ſunt capaces ſpiritualium, quibus licèt Dignitates, & beneficia conferri, &* n.9. *vbi de quodam modo conferendi à Papa.*

10 *Tonſura eſt ordo diſtinctus ab aliis.*

1 ALiquid dixi ſupra *ſub Rub. quæſt.1.* in verſ. *notatur ſecundo*, vt ex priuilegio Pontificiò Abbates ordines conferant; & ſic faciendo argumento ex ibi dictis in verſ. *ad primam*, quod ſolus Epiſcopus eſt miniſter Sacramenti Ordinis, poteris ibi dicta, & *ſub cap. 11.* applicare ad materiam huius capitis. Alia de Abbatibus *ſub cap. 1. & cap. præced. hoc tit.*

2 Cum ergo ex verbis textus noſtri ibi: *A talibus Clericalis ordo confertur*, dicat Barboſa *hic num.6.* cum multis, per primam Tonſuram conferri Ordinem Clericalem; & quod imprimit ea Characterem Sacrum in anima indelebilem; & quod prima Tonſura efficit ſic ordinatos verè; & realiter clericos; & quod huiuſmodi Tonſurati veniant appellatione Clericorum, & gaudeant omnibus priuilegiis, & immunitatibus, quæ Clericis in Sacris conſtitutis conceduntur; & ſic liberētur à poteſtate ſæculari, & in Eccleſiaſtica cōſti-
3 tuātur, † ideò adiunges hic quæ ſupra dixi *ſub Rub. hoc tit. & de temporib. ordin.* an prima Tonſura ſit ordo Clericalis; & quatenus ea ordinati gaudeant priuilegiis Clericorum in Sacris, quoad forum Poli, & forum fori, nec conueniri debeant in ſæculari iudicio, adiunges quæ longiſſimè dixi *in cap.7. & 10. de conſtit. in toto tit. de iudiciis*; præcipuè *cap.2.3.4.8.10.13.17. & fin. & in titul. de foro compet.* præcipuè *ſub cap.1. & 2. cap.5.8. cap. cum ſit generale*, & in aliis, & *in cap. tuam de ordine*
4 *cognit.* & multis in aliis capitibus *lib.2.* † Et quod Tonſura ſit ordo Clericalis, & tonſuratus dicatur Clericus, leges ad quæſtiones Laram *de Capellan. lib.4. cap.5.* Garciam *de beneficiis p.7. cap.1.* vbi de Clericatu, & ordine, & ille de quæſt. an Capellania poſſit conferri Laico non tonſurato. Videbis Couarruuiam *in cap. 9. de teſtament. à numero 4.*

Et cum etiam dicant Segura Daualos *in directorio Inquiſitor. p.1. cap.11.* Torreblanca *in tract. de* 5
Magia cap.6. num.59. quod prima Tonſura ordinati, poſſint exercere iuriſdictionem Eccleſiaſticam, & Vicarios eſſe Epiſcoporum; ideò leges
quæ dico infra *de officio Vicarij.* † Et quod ho- 6
die ſit indultum ex Bulla Vrbani VIII. Innocentij X. & Alex. VII. pro Eccleſiis Cathedralibus, vt poſſint reſiſtere, ne eligātur in Vicarios generales Epiſcopatuum Clerici in minoribus, ſed in Sacris
iam conſtituti. † Et in verſ. *ordo* ibi: *Sed nun-* 7
quid qui tales percutiunt incidant in Canonem latæ ſententiæ, dic *quod ſic*; per quam Dueñas *regula 99.* verſ. *amplia ſecundo*, Zenedo *collect. 105. num.4.* Barboſa hic *num.10.* notant, vt percutiens Clericum, etiam ſi ſit primæ Tonſuræ, eſt excommunicatus, & non niſi à Romano Pontifice poſſit abſolui: adiunges plura, quæ dixi *ſub c. cum non ab homine 10. de iudic cap. ad probandum 24. de re iudic.* & dico latè *in cap.10.17.19.23.24. 26.29.32.33. & 36.* cum aliis *de ſentent. excommunic.*

Dicit etiam D. Matta *de votis noviſſimarum de-* 8
ciſ. voto 14. num.2. Clericos primæ Tonſuræ eſſe capaces ſpiritualium; cum eis in ſola prima Tonſura conſtitutis, queant beneficia, & Dignitates conferri, iuxta quæ dixi ſupra *in cap.1. cap.3. cap.4.* cum aliis huius tituli, & *ſub tit. de temporibus ordinat.* & dico infra *ſub tit. de prabend. de inſtitution. de conceſſione præbendæ*, & aliis; & ſic bene
Flaminius *de reſignat. lib.6. quæſt.4. num 23.* † & 9
lib.4 quæſt.2. num.59. affirmat, vt ſi Pontifex dicat conferimus tibi beneficium; quamprimum fueris charactere Clericali inſignitus ad talem collationem, ſufficiat vt habeat beneficiandus primam Tonſuram. De ratione characteris dico infra *ſub tit. de Sacramentis non iterandis.*

Item Barboſa ex gloſſa hic *Abbati*, & ibi: 10
Quidam dixerunt primam Tonſuram non eſſe ordinem, ſed eorum opinio corrigitur: probans cum multis eſſe ordinem quidquid alij teneant; ideò leges plura, quæ adduxi contra Theologos dicentes eſſe tantum præambulum ad ordines, vt ſit etiam ordo diſtinctus ab aliis per textum *in cap.1. Trid. ſeſſ.23.* & ibi, *cap.2.* & ibi, *cap.10.* ſupra *ſub Rub. & tit. de temporibus ordinat.* item, & ſub noſtro titulo.

Qua

QVÆSTIO I.

An Abbates, qui ex textu noſtro poſſunt minores ordines conferre, propriè dicantur illi Rectores Eccleſiarum Parochialium, qui vulgò in Regno Gulletia, & in alijs Regni partibus vocantur Abades, *ſeu illi, qui Dignitates in Eccleſiis Cathedralibus habent vel Dignitatem primam in Collegiatis, eo nomine nuncupati; ſeu illi, qui apud nos Hiſpanos, ſunt Abbas S. Iſidori Legionen. Abbas* de Alcala la Real, *Abbas* de Ronçes Valles, *Abbas* de Arbas, *& alij huius generis, ſeu illi, qui ſunt Abbates, Prapoſiti religionum Monachalium, vt S. Benedicti, S. Baſilij, S. Bernardi, aut Abbas Pramonſtraten. Et nunquid deciſio textus noſtri porrigatur ad Priores Eccleſiaſticos conuentuum ordinum militarium Diui Iacobi, Diui Ioannis Alcantara, aut Calatraua, aut ad alios huius generis conſiſtentes in alijs Regnis vltra hos Caſtella.*

SVMMARIVM.

1 *Abbates quidam dicuntur ſeculares, quidam regulares, Primi in quotuplici differentia,* n. 3. 4. 5. 6.

2 *Abbates ſaculares ſunt, qui obtinent beneficia Eccleſiaſtica cum titulo Abbatiæ.*

6 *Abbatis nomine rarò condecorantur Clerici ſaculares.*

7 *Abbates Regulares ſunt in multiplici differẽtia & n. 8. & qualiter ſuos ſubditos ordinene* num. ſeqq. & fin.

9 *Abbas vocatus Generalis inter regulares, fuit electum; eo quod ipſi ipſorumque Pralati fuerunt exempti à iuriſdictione ordinaria.*

10 *Abbas Generalis ſubeſt Papæ.*

11 *Abbates quidam regulares ſuperiores alijs vocantur, cum habeant iuriſdictionem Epiſcopalem, & aliquando exercent temporalem.*

12 *Abbates plures ex Apoſtolica ſedis priuilegio habent priuilegia Epiſcopalia, vt Mitra, Baculi, & ius benedicendi in abſentia Epiſcopi.*

13 *Abbas, etſi potiatur vſu Mitra, nequit tamen benedicere more Epiſcoporum per viam.*

14 *Abbas qui habet ius ferendi Pontificalia, præfert alijs.*

15 *Abbas in proceſſionibus extra ſuam Eccleſiam, nequit vti Mitra, & Baculo, nec Baldachino,* n. 16.

17 *Abbates dicuntur habere, prater inſignia Epiſcoporum vſum Pontificalium, potius ad decorem ſuarum Eccleſiarum.*

18 *Abbas ex conſuetudine poteſt benedicere ſacras veſtes, & Pallas altaris, & omnia ſacra, ſi potitur Apoſtolico priuilegio, exceptis in quibus vnctio requiritur, niſi aliter appareat ex indulto,* n. 9.

20. *Abbates abſque priuilegio Papæ, nequeunt conſecrare Calices, Patenas, Pixides, & alia necnon altaria, lapides, & campanas, &c.*

21 *Abbas poteſtatem habens exercendi Epiſcopalia nequit Chriſma conferre, nec ſacros ordines.*

22 *Abbas qualiter ordines minores poſſit conferre ſubditis ſuis tantum, etiam Laicis,* num. 23. *quid hodie,* n. 25.

24 *Abbas, etſi Tonſuram ſubiectis Epiſcopi conferre, & minores ordines poſſet, hodie ex Trid. non item, niſi regularibus* numero 15.

26 *Abbas ordinando in minoribus ſubditos Epiſcopi; etſi illicite, non tamen nulliter, vt* numero 17.

27 *Abbates num cum dimiſſorijs poſſint ordinare ſubditos alienos ſaculares, vel regulares,* n. 28.

29 *Abbas non benedictus queit minores ordinee ſuis ſubditis conferre.*

30 *Abbas nullius Diœceſis poteſt conferre ordines minores in ea, ſecus ſi ſit intra Diœceſim alterius.*

AD primam quæſtionis partem, vt reſpon- 1
deam, promittendum duxi dicere quod
Abbates quidam dicuntur ſæculares; quidam ve-
rò regulares, iuxta gloſſam & Doctores *in cap. cum
ad Monaſterium de ſtatu Clericor. & in cap. tranſ-
miſſa* verb. *Abbatis de renunciat.* Mendez de Ca-
ſtro *in praxi Luſitan. p. 2. lib. 1. cap. 1. num.* 20. cum
Barboſa, Flamin. Pariſius *de reſign. benefic. lib. 2.
quaſt. 1. num.* 68. Ojeda *de incompatibilit. benef. p. 1.
cap. 5. num.* 1. Rebuffus *in praxi tit. ſacularia benefi-
cia quotupl. num* 5. Ioannes Selua *in tract. de bene-
fic. p. 1. cap. 5. num.* 2.

Itaque dicendum eſt Abbates ſæculares eſſe 2
illos, qui beneficia Eccleſiaſtica obtinent cum ti-
tulo Abbatiæ *ex cap. cum de beneficio*, vbi gloſſa
in fine, de preb. lib. 6. qui in mutiplici ſtatu repe-
riuntur. † Nam quidam illorum ſunt qui in qui- 3
buſdam Eccleſiis cathedralibus inter cæteras Dig-
nitates, locum habent, qui nec Pontificalibus in-
ſigniis vtuntur, & nulli Canonicorum collegio
præſunt, ſed tantum in choro, & comitiis locum
aliquem Dignitatis obtinent; etſi antiquitùs pri-
mum in Collegiatis obtinerent, poſt quarum plu-
rium reſumptionem incorporati ſunt inter alias
Dignitates prædictarum Eccleſiarum Cathedra-
lium. Etſi hodie in quolibet Hiſpaniæ Epiſcopa-
tu ad minus conſeruetur aliqua Eccleſia Collegia-
ta, & in ſingulis, quæ extant, illa, qui primam in
Capitulo, & choro ſedem habet, & prærogatiuam,
appellatur Abbas, quorum aliqui in nonnullis
Collegiatis habent paramenta, quaſi Epiſcopalia,
vt Abbas *Lerma*, *Ampudia*, &c.

Alij inquam ſunt, qui non ſolùm in Clericos, 4
verùm etiam in Laicos, ſibi ſubiectos quaſi Epiſ-
copalem ſiue Epiſcopalem iuriſdictionem habent
& exercent, ac pariter Põtificalia inſignia geſtant,
nam vtuntur Annulo, Mitra, & Baculo Docto-
tali, quorum Dignitas eſt Epiſcopali proxima,
ex quorum numero apud nos ſunt Abbas D. Iſi-
dor. Legionen. Abbas *de Alcala la Real*, Abbas
de Ronçes Valles, & alij.

Alij

5 Alij verò complures extant Abbares ſæculares
in Hiſpania, vtpote Galletiæ, Portugaliæ, qui
cum ſint tantum plebani, ſiue Eccleſiarum Paro-
chialium Rectores honorario *Abbatis* titulo paſ-
ſim decorantur, vt tangunt Abbas *in dicto cap.*
ex tranſmiſſa num.5. de renunt. Barboſa *de Iure Ec-*
cleſ. p.1. cap.17. num.19. & Campanillus *in diuerſ.*
*Iuris Canon. Rub.7. cap.6. num.*100. ait prædicto ti-
tulo, etiam Neapoli decorari cunctos digniores
6 Clericos, † addens quam rariſſimè reperiantur
Clerici ſæculares, quibus nomen *Abbatis* verè
competat, ſtrictè ſumpto vocabulo, & Barboſa
*ſupra num.*20. *&* 21. ponit alios Abbates ſæculares,
qui vocantur Abbates Commendatarij, ex quo-
rum numero eſſe illos, quibus cum prohibitum
eſſet Abbatias regulares in titulum obtinere earum
retentionem per viam perpetuæ commendæ lici-
tam effecerunt, referens ex multis prædictas Ab-
batias cœpiſſe commendari tempore Leonis I V.
vt colligitur *ex c. qui plures 21. quæſt.1.* quas poſtea
Cleon. V. maximè exhorruit *in extrauag.2. de præb.*
& quod iterum fuerunt introductæ ab Vrban. VI.
& Bonifacio I X. quas perpetuo ſequutus eſt
Paul. I I. Venetus: & colligens plura de hac ma-
teria Tamburin. *de Iure Abbatum tom.1. diſp. 4. à*
num.1. dicit quod ex tunc vſque ad noſtra tempo-
ra fuerunt, & ſunt valdè in vſu.

7 Regulares Abbates, ſunt etiam in multiplici
differentia, quorum alij ſunt Abbates ſolo nomi-
ne, qui regulares ſubditos ſub ſe non habent; vel
quia fortaſſis Monachi locum reliquerunt, vel
quia Monaſterium eſt alio tranſlatum, vel alicui
ſæculari Clerico commendatum, qui titulares Ab-
bates vocantur, ac Pontificalibus inſignis vtuntur
de licentia tamen Abbatum localium, in quorum
Eccleſiis ea exercere voluerint, qui etiam geſtant
inſignia Prælatorum, ſicut Abbates habentes ſub
ſe regulares ſubiectos, docent Abbas *conſ.* 101. *in*
quæſt. num.1. verſ. nam Papa, lib.1. Tuſchus *tom.1.*
lit. A, concluſ. 3. num.21. Barboſa *de Iure Eccleſ.*
cap.17. num.24. qui dicit vt etiam habeant ſuffragia
& liberam vocem in Capitulis, quamvis in alio
Monaſterio ſub obedientia alterius Abbatis exi-
ſtant.

8 Alij verò Abbates ſunt, qui ſub ſe tantum ha-
bent ſubditos regulares, quorum regimini, & gu-
bernationi præfecti ſunt, vt agnoſcunt Doctores
per textum *in dict. cap. cum ad Monaſterium* verſ.
Abbas, ibi: *Cui omnes, & in omnibus reuerenter*
obediant, & *in cap. in ſingulis de ſtatu Monachor.*
9 † Et licèt olim iſtorum quilibet independenter ab
alio ſubditos ſui Monaſterij regeret; quia ſolis
Epiſcopis locorum ſubditi erant, iuxta *cap. Ab-*
bates, cap. ad Monaſteria quæſt.2. poſtea verò cum
ab Epiſcoporum obedientia Apoſtolicis priuile-
giis ſe eximerent factum fuit, vt vnum inter eos
caput conſtitueretur, qui vocatur Abbas Genera-
lis, & ſupremus in religione eorum, cui cæteri
prædicti Abbates locorum, ſiue conuentuales ap-
10 pellati ſubduntur, † quia etiam Abbas Generalis,
etſi nemini ſuæ religionis ſubdatur, ſubeſt tamen
Papæ; ſicut alij omnes ſæculi Prælati Eccleſiaſti-
ci: ſic Abbas Panormit. *in cap. vltimo num. 1. de*
regul. Barboſa *dict. cap.17. num.23.* per multa quæ
ſcribit *cap.19. & in cap.45.* Selua *de benef. p.1. q.2.*
num.49. Flamin. Pariſius *de reſign. benef. lib.7. q.15.*
11 *num.7.* † Alij verò ſunt, qui prædictorum maio-
ri Dignitate, & excellentia inſigniti, populum, &
territorium proprium habent, in quo Epiſcopa-
lem iuriſdictionem, & aliquando temporalem
exercent, ac locorum Ordinarij dicuntur, vt affir-
mat Barboſa *dict. cap.17 num.22.* vbi exemplificat
in Abbatibus Caſſinenſibus, & Sanctæ Mariæ
Tremitanæ Congregationis Lateran. Inſulæ in
mari Adriatico, prope Theatinam Diœceſim Clu-
nianenſi Ripolen. ordinis Sancti Benedicti in Ca-
thalonia, Sancti Dionìſij Pariſienſis eiuſdem or-
dinis, & ex aliis.

Eſt igitur dicendum quod plurimi Abbates ha- 12
bent ex Apoſtolicæ ſedis priuilegio inſignia Epiſ-
copalia (ſicut & alij Prælati inferiores Epiſcopis,
gloſſa *in cap. Abbates de priuileg. lib.6.*) ſcilicet
vſum Mitræ, & Baculi Paſtoralis, vt patet *ex Apo-*
ſtolica eodem tit. item & ius benedicendi in propriis
Eccleſiis, quæ ad eos pertinent pleno iure, poſt
Miſſarum ſolemnia, & Veſperas, & Matutinarum
officia tantum; non autem alibi, nec alio tempo-
re, niſi hoc ſpecialiter ſit eis ab Apoſtolica ſede
conceſſum *ex dict. cap. Abbates*, & dūmodo tamen
præſens non ſit Epiſcopus vel alius maior Eccle-
ſiæ Prælatus, *cap. denique 21. diſt. cap. miniſtrare*
26. quæſt. 6. cap. cum ad celebrandas de conſecrat.
diſt. 1. videndi Tamburin. *de Iure Abbat. tom. 2.*
diſp.2. quæſt.7. cum multis Barboſa *de officio Epiſ-*
copi p.3. alleg.93. num.9. ſecundum Lugdunenſ. im-
preſſionem; idem *de Iure Eccleſ. dict. cap.17. à nu-*
mer. 48. plura ſpecialia referens priuilegia. qui
num.51. † aduertit quod licèt Abbas vſum Mitræ 13
& Baculi habeat, & ſolemniter benedicere poſſit;
nihilominus non poſſit dare priuatam benedi-
ctionem Epiſcoporum more per viam, vt reſpon-
dit Sacra Congreg. *in vna nullius prouincia Bur-*
gen. 24. Auguſti 1609. *& num.52.* vt quod nec Ba-
culo vti poſſit extra proprias Eccleſias, niſi ſpecia-
liter priuilegio ei indultum fuiſſet: *& n. 55.* refe-
rens plures Abbates, qui priuilegio ſedis Apoſto-
licæ habent vſum Pontificalium prædictorum; &
num.56. & 57. referens Abbates Generales quo-
rundam ordinum Monachalium, qui ex priuilegio
Summorum Pontificum habent facultatem defe-
rendi Prælatorum regularium habitum; & quod
nonnulli Abbates Generales, poſſint etiā, præſente
Epiſcopo, Mozettam deferre ait *num. 58.* † quod
Abbas habens ius deferendi Pontificalia, præcedit
non habentem, † & declarans *num.59.* ait ex Sa- 14
cra Congregatione Abbatem in proceſſionibus
extra ſuam Eccleſiam, & conuentum non poſſe
vti Mitra, & Baculo; non etiam ante ſe deferri
facere, & ex eadem Congreg. *in Tornacen. 2. Au-*
guſti 1631. † Et quod nec Abbatibus liceat vti 15
Baldachino, niſi illis, quibus ſpecialiter ſedes Apo-
ſtolica conceſſit, referens aliquas conceſſiones fa-
ctas.

Item per textum *in c. vt Apoſtolica de priuileg.* 16
lib.6. docent Abbas *in cap. inter Monaſterium in*
fine de re iud. Cardinalis Tuſchus *lit. A, con-*
cluſ.9. num.2. quod Abbates præter inſignia Epi-
ſcoporum, dicuntur habere vſum, & exercitium
Pontificalium, potius ad decorem ſuarum Eccle-
ſiarum, quam ad ſignificationem eorum, ad quæ
in Epiſcopo fuerunt inſtituta: & ex multis alia
adducens Barboſa, ait *à num. 61.* vt poſſint tales
Abbates benedicere paramenta, & ornamenta
Eccleſiarum ſibi tantum ſubiectarum, & vbi vige-
ret conſuetudo vndecumque ad ſe venientia ſecus
è contra. † Et quod poteſt habita conſuetudine 17
benedicere ſacras veſtes, & Pallas altaris, non au-
tem ſine ea; item vt Abbas, qui eſt benedictus,
vel qui ex priuilegio ſedis Apoſtolicæ habet, vt
Pontificalia exercere poſſit, poteſt omnia ſacra
benedicere

benedicere, illis exceptis, in quibus vnctio requi-
ritur vt Eminentes Cardinales Trid. interpretes di-
19 xerunt ſuper *dict.cap.10.ſeſſ.23.* † Quod verum
eſt, niſi aliter ex indulto Apoſtolico appareret, vt
patet ex ſequenti alia declaratione ſuper iam edi-
ta, ibi: *Abbates vtcumque benedicti, benedicere*
non poſſunt ea, in quibus Vnctio requiritur, non ob-
ſtante, quominus idem munus prædicta benedictionis,
quoad ea, in quibus Vnctio requiritur impendere
queant, ſi ſpecialibus Sedis Apoſtolicæ priuilegiis,
quibus idem Concilium nequaquam derogat, muniti
fuerint: alia plura referunt Nouarius *in Lucerna*
regular. verb. *benedicere, à num.1.* Tamburinus *de*
Iure Abbatum tom.1.diſp.23.quaſt.2. vſque ad 14.
20 † Dicentes abſque tali priuilegio non poſſe Ab-
bates conſecrare. Calices, Pateras, Pixides, & alia
ſimilia vaſa Eccleſiaſtica, nec non altaria, & lapi-
des deſeruientes ipſis altaribus, & campanas, ac
omnia alia, in quarum conſecratione requiritur
Vnctio Chriſmatis idem Tamburinus refert ſpe-
cialia priuilegia nonnullis conceſſa: alia plura re-
fert idem Barboſa de prædictis omnibus Abbati-
bus videnda *in collect.deciſ.deciſ.1.* cum aliis, & *in*
21 *Bullario* verb. *Abbas*, † imò Selius *in ſelectis Ca-*
non. cap.18. num. 10. ait quod Abbas, qui habet
priuilegium, vt ea omnia, quæ expectant ad Epiſ-
copum poſſit exercere; non poſſit tamen Chriſ-
ma conferre, nec ſacros ordines, cum ea, quæ ſunt
ordinis, requirant ſpeciale mandatum: & ſic de-
claratum à Sacra Congreg.
22 Ex quibus ita ſub compendio dictis iam patet
greſſus ad materiam noſtri textus, & difficulta-
tem propoſitam? Et ſuppoſito etiam, quod vt
Abbas poſſit conferre ordines minores, requiruntur
tria; nempe quod ſit Præsbyter, quod benedi-
ctionem acceperit per manus impoſitionem ab
Epiſcopo, aut benedici ſolitus, ſi cum Epiſcopus
benedicere negligat; tandem quod proprio Mo-
nacho conferat, vt tradunt Campanillus *in diuer-*
ſorio Iuris Canon.Rub.6. cap.2. num.9. Rodericus
à Cunha *in commentar.cap.1.diſt.95. num.6.* Bar-
boſa *in cap.10.* Trid.*ſeſſ.23.de reform.num.6* & hic
num. 5. per Trid. & cum Franciſco Marco *deciſ.*
delphin.1082.num.2.lib.1. & Piaſecio, qui deciſum
refert *in praxi noua Epiſcop.p.1.cap.1.num.6. pagi-*
na 26. Barboſa *de Iure Eccleſ.dict.cap.17.num.67.*
in fine, cum Stephano Gratiano *tom.5. diſcept. fo-*
renſ.cap.845.à princ. à Cunha *in dicto c.1. diſt.95.*
num.6.
23 Nunc dicendum eſt de iure communi Abbates
ordinum Monachalium S. Benedicti ordines poſſe
conferre ſuis ſubditis non ſolum Monachis, verùm
etiam Laicis, in quos ordinariam Eccleſiaſticam
habebant iuriſdictionem, vt probat textus *in dict.*
cap. Abbates de priuileg.lib.6. Barboſa *in dict.c.10.*
Trid.num.2. & per illum textum reſoluunt Sylue-
ſter *in ſumma* verb.*ordo 3.num.2.* Couarruu. *lib.1.*
variar.cap.10.num.10 Rodulphus Cupers, *in repe-*
tit.cap.oportebat 79.diſt.in §.Tonſura num.6. Re-
buffus *reſponſo 2.* Fuſcus *de viſitat.lib.2.cap.15. nu-*
mer.93. alij citati à Zenedo *ad Decretales coll.105.*
num.1. Stephanus Gratianus *diſcept. forenſ. tom. 4.*
cap.7.quaſt.1.num.1. Sanchez *in conſ. moral. lib.7.*
cap.1.dub.19 à num. 5. Flores de Mena *variar. re-*
ſol.lib.2.quaſt.24. num.14. Riccius *in collect. deci-*
ſion.955.p.4 & alij relati à Barboſa hic *num. 2.* &
cum Nauarro *conſ.13. alias 14. in nouis de priuileg.*
num.3. & num.5. vbi ampliat poſſe ſine Epiſcopi
examine.
24 Vnde Baptiſta de Confertio *in collect. priuile-*
gior.folio 136 Ioannes Baptiſta Tyber. *in inſtruct.*
pro ordinandis cap.7. quaſt.48. in fine. Grilençon.
conſ.142.num.52. Aſcanius Tamburinus, *de iure*
Abbatum tom.2.diſp.2.quaſt.7.ex num.3. potuerunt
dicere, quod poſtquam Abbas benedictionis mu-
nus, & Sacerdotalem ordinem ſuſceperit, poſſit
Tonſuram, & minores ordines ſæcularibus ſub-
iectis Epiſcopi Iuriſdictioni conferre, ſi modo
ipſius Epiſcopi cõſenſus accedat, ijquè pro ſe quiſ-
que ab eodem Epiſcopo litteras dimiſſorias impe-
trauerint; itavt ſatis non ſit id generatim ab Epiſ-
copo fuiſſe conceſſum; ſed quod ſingulis hac con-
ceſſione ſit opus, poſſitque Abbas eoſdem ordi-
nes conferre aliis regularibus, qui dimiſſorias ſpe-
ciales ſuorum ſuperiorum, & ſpecialem conſen-
ſum Epiſcopi loci habuerint, ac præterea aliis ſæ-
cularibus, qui aliorum Epiſcoporum Iuriſdictioni
ſubiecti ſint; dummodo ſuperiorum dimiſſorias
attulerint, & ſpecialem conſenſum Epiſcopi loci,
in quo ordines huiuſmodi cupiunt ſuſcipere:
& ſic à ſancta Congreg. Concilij fuiſſe decre-
tum teſtantur adducti Doctores *ſub die ſeptima*
Septemb.1593.
Hodie autem videtur ex diſpoſitione Triden- 25
tini *in dict.cap.10.ſeſſ.23.de reformat.* vt non liceat
Abbatibus, & aliis quibuſcumque, quantumvis
exemptis in poſterum intra finem alicuius Diœce-
ſis exiſtentibus, etiam ſi nullius Diœceſis, vel
exempti eſſe dicantur cuiquam, qui regularis
ſubditus non ſit Tonſuram, vel minores ordines
conferre, vt patet ex verbis ibi: *Abbatibus, ac*
aliis quibuſcumque, quantumvis exemptis, non li-
ceat in poſterum intra fines alicuius Diœceſis conſi-
ſtentibus, etiam ſi nullius Diœceſis, vel exempti
eſſe dicantur cuiquam, qui regularis ſibi ſubditus
non ſit, Tonſuram, vel minores ordines conferre, non
obſtantibus quibuſcumque priuilegiis, præſcriptio-
nibus, aut conſuetudinibus, etiam immemoriabilibus:
tenent Ludouicus Miranda *in manuali Prælator.*
tom.1.quaſt.38.art.9. Portel. *in dubiis regul.* verb.
Abbas 2. Suarez *tom.4.de religion. tractat.8. lib.2.*
cap.29.num.19. Tamburinus *de iure Abbat. tom.2.*
diſp.2. quaſt.7. num.1. Scipio de Rubeis *in apho-*
riſmo Epiſcop. verb. *Abbas, num.13.* D. Rodericus
à Cunha ad textum *in dict.cap.1.diſt.95.* Marcel-
lus Vulpeius *in praxi iudicior. Eccleſ. cap.7. nu-*
mer. 8. Donatus Anton. de Marinis *quotidian. re-*
ſolusion. cap. 1. num. 34. Stephanus Gratianus
diſcept. forenſ. tom.4. cap. 791. num.7. Ioannes
Baptiſta Fabris, *de Sacram. Ordin. in communi,*
cap.7.quaſt.2. Tannerus *tom.4. diſp.5. quaſt.3. du-*
bio 2. num.27. Campanillus *in diuerſ.iuris Rub.6.*
cap.2. ante n.7. Hieronym. Rodericus *in compend.*
quaſt.regul.reſ.1.num.23. Homobonus *in conſulta-*
tionibus tom.1.p.5.reſponſo 194. Naldus *in ſumma,*
verb. *Abbas num.3.* Litteratus *in ſumm.part.1.c.48.*
num.4. & Barboſa *hic* cum Azorio, & Quaranta,
ſub num.2. & cum aliis *in dicto cap.10.* Trid. *n.1.*
& 2. de officio Epiſcopi part.2.alleg.3.num.11. & de
iure Eccleſ. dict. cap.17. num.66. † Vbi *in verſ.* 26
quare, & cum Trid. vtatur verbis *non liceat Ab-*
batibus, &c. quæ irritant actum quoad valorem
ſubſtantialem, ſi illi non obſtante priuilegij renun-
ciatione, ordines conferrent aliquibus, qui regu-
lares ſubditi non ſint, non ſolum illicitè, ſed
etiam inualidè ordinarent, cum Laurentio de
Peirin. *de Prælat. regul. tom.2. quaſtione 3. cap.7.*
num.13. Suarez *de relig. tom.4. lib.2. cap.29. nu-*
mero 8.
Sed quod talis ordinatio, etſi illicita ſit reſ- 27
pectu

pectu vſus ordinum, validam tamen eſſe exiſtimauerũt Lapus *alleg.* 138. Fr. Eman. Rodrig. *quæſt. reg. tom.* 1. *quæſt.* 18. *art.* 1. Molfeſ. *tom.* 1. *tract.* 2. *cap.* 2. *num.* 18. *in fine*, Ludouicus de San Iuan *en ſu luz de Saçerdotes quæſt.* 3. *regul. art.* 1. *concl.* 2 Marcellus Vulpeius *in praxi iudicior. fori Eccleſ. cap.* 7. *num* 10. Sanchez *lib* 7. *conſil. moral. cap.* 1. *dub.* 19. *num.* 17. Tamburinus *de Iure Abbat. tom.* 2. *diſp.* 2. *quæſt.* 8. *num.* 1. Præpoſit. *in* 3. *p. quæſt. vnica de ordin. lib.* 13. *num.* 124. & multi alij, quos refert idem Barboſa *ſub num.* 68. dixerunt olim Sacram Congregationem Concilij cenſuiſſe, quod Abbates regulares habentes ius, Baculum, & Mitram deferendi, poſtquam ſacerdotalem ordinem, & munus benedictionis ſuſceperint, vt poſſent Tonſuras, & ordines minores ſæcularibus Epiſcopi iuriſdictioni, ſubiectis cooferre; ſi modò ipſius Epiſcopi conſenſus accedat, & à dicto Epiſcopo
28 quiſque litteras impetrarit ſpecialiter. † Et quod poſſint etiam ipſi Abbates eoſdem ordines conferre alijs regularibus, qui dimiſſorias ſpeciales ſuperiorum ſuorum, & ſpecialem Epiſcopi conſenſum habuerint; ac præterea alijs ſæcularibus, qui aliorum Epiſcoporum iuriſdictioni ſubiecti ſint; dummodu ſuperiorum dimiſſorias attulerint & ſpecialem Epiſcopi loci conſenſum, vbi ordines ſuſcipere cupiunt: ſic Tamburin. *dict. quæſt.* 7. *ex num.* 3. Grilenzon. *conſ.* 142. *num.* 52. Præpoſit. *in* 3. *p. D. Thomæ quæſt. vnica de Sacram. Ordinis c* 5. § 2. Alcuinus *de poteſt. Abbat. cap.* 22. *num.* 18. Lezanus *in ſumma quæſt. regul. tom.* 1. *cap.* 18. *num.* 13. Venerus *in examine Epiſcop. lib.* 1. *cap.* 12. Gauant. *in Enchiridion. Epiſcop. verbo Abbas, num.* 34. Sanchez *dubio* 21. *à num.* 5. Vgolinus *de officio Epiſcop. cap.* 26. *num.* 19. Bonacina *de Sacram. Ordinis diſputatione* 8. *quæſtione vnico puncto* 4 *num.* 19. Paulus Layman. *in quæſtion. Canonic. cap.* 17. *num.* 119. & *in ſumma Theolog. moral. libro* 5. *tract* 9. *cap.* 9. *num.* 2. & ſic videtur in praxi poſſe ſuſtineri imò de facto ſic curari ab Abbatibus iam olim vidi, quibus non parum Epiſcopi noonulli reſiſtunt: vndeetſi Barboſa hic *ſub dicto numero* 2. circa finem hanc ſententiam non admittat, & vbi ſupra *de Iure Eccleſiaſtico*; ſed ibi *num.* 68. *in fine*, eam admittit dicendo adhuc eſſe litem ſub Iudice; quia cum prædictum dubium proponeretur ex parte procuratoris generalis Cæleſtinorum in Romana Curia ſub die 22. Iunij 1631. nondum declaratum fuiſſe; & ſic interim, quo appareat declaratio ſuper hoc dubio, hæc vltima opinio ſuſtineri quit, vtpote non contraria menti Concilij; etſi *num.* 66. Barboſa dicat cum multis in fauorem primæ ſententiæ ſæpius fuiſſe deciſum pro vtraque parte, plures Doctores referens *in dict. cap.* 10. *Trident. num.* 5. & 6. ſed adhuc *quæſtion. ſequenti* dico quid hodie declaratum eſt.

Vnum ergo de iure notabis, poſſe Abbatem
29 ordines minores ſuis ſubditis conferre, licèt non ſit benedictus, vt tenent Sel *in ſelect. Canonic. cap.* 19. *num.* 9. atteſtans ita fuiſſe deciſum, *ſub die* 19. *February* 1629. ita ex textu noſtro, & *cap. quoniam* 61. *diſt.* Barboſa *in dict. cap.* 10. *Trid. numero* 7. †
30 qui *num.* 8. cum eodem. Sel. *num.* 21. refert deciſum 8. *Auguſti* 1621. non poſſe Abbatem alicuius Abbatiæ exemptæ, ordines in ea conferre; licèt ſit Epiſcopus, ſecus ſi Abbatia eſt nullius Diœceſis, quia habet populum, idem Barboſa *in Bullario* verb. *Abbas alicuius*, & in verbo *Abbas de iure*.

Ex quibus inquam ſigillatim poteris etiam reſ- 31
pondere dubiis propoſitis in quæſtione, non tantum de Abbatibus Regularium, ſed etiam de Abbatibus Sæcularibus, qui ſi habeant territorium, ſi ſint benedicti, & habeant ius Mitræ, Baculi, & Mozetæ, poſſint prædictos ordines conferre, ſaltem ſuis ſubditis, iuxta Concilij mentem, & per regulam textus noſtri, ſecundùm quæ infra *quæſtione ſequenti* dico. Verumtamen, quia eſt iam de præfata quæſtione agitata, *a verſ. nunc dicendum*, nullum extat dubium; eo quod iam per primæ ſententiæ aſſenſum definitum eſt, & per ea quæ dico infra *quæſtione* 2. & in terminis quam iuriſdictionem habeant iſti Abbates, dico *quæſtione* 5. vbi quid de Prioribus militarium ordinum.

QVÆSTIO II.

An ſi Abbas Benedictinus contulit ordines minores, non ſibi ſubditis, qui poſtea alios ordines ſuſceperunt, & in illis miniſtrarunt, poſuerit ſic ordinatos ſub obligatione reiterandi ordines? Et an Abbates inſulati poſſint conferre ordines minores laicis ſibi non ſubditis ſi Epiſcopi licentia exiſtat? Et an Abbates conferentes Tonſuram, vel minores ordines alijs, quam ſuis ſubditis regularibus, incurrant ſuſpenſionem?

SVMMARIVM.

1 *Abbas Benedictinus nequit ordinare non ſibi ſubditos, nec alienos, etiam cum licentia Epiſcoporum ſecundum aliquos* num. 2. *è contra* num. 3. *explicatur*, à numero 5. *Prima ſententia hodie eſt vera, vt* n. 7. & 8.

4 *Priuilegium clauſum in corpore iuris, nunquam cenſetur comprehenſum in derogatione, niſi fiat expreſſa mentio de illo.*

7 *Abbates Benedictini nequeunt ordinare Regulares non ſibi ſubditos, etiam de licentia ſuorum Prælatorum.*

8 *Dimiſſorias litteras iam nequeunt concedere Archiepiſcopi, & Epiſcopi pro ſuis ſubditis, vel regularibus, vt ordinentur ab Abbatibus Benedictinis ſub pœna ſuſpenſionis &c. vide*, n. 17.

9 *Ordinati ab Abbate Benedictino, ſi ſubditi non ſint, indigent diſpenſatione ad vſum ordinum*, vt n. 10.

11 *Ordinum minorum collatio, non eſt præcisè iuriſdictionis actus, ſed functio Sacerdotalis officij.*

12 *Abbates ordinando alienos ſubditos; etſi non de iure faciant ex defectu iuriſdictionis, tamē non quoad habitum ex defectu poteſtatis.*

13 *Abbas Tonſurans aliquem ceſſante priuilegio, nihil facit.*

14 *Abbas inſulates, nūm ordines queant conferre remiſſiuè.*

15 *Abbates ordinantes non ſibi ſubditos, non incurrunt in ſuſpenſionem Trid.* ſeſſ. 10. c. 23.

quod loquitur tantum de dimiſſorias concedentibus, excepto caſu, quando ſedes Epiſcopalis anno vacauerit, n 16.

1 AD primam quæſtionis partem, ſuppoſitis quæ iuxta Concilij mentem *ſupra* dixi *q.1.à verſ.nunc dicendum eſt de iure communi*, addo Dianam abundè agentem, *lib.5.reſ.mor.tract.13.reſ.9*.Vbi quod Abbas non potuerit ordinare non ſibi ſubditos, probans cum 46. Doctoribus, qui omnes dicunt non poſſe Abbates ordinare, niſi ſuos ſubditos regulares.

2 Quorum aliqui addunt magis explicando, nec alienos, etiam cum licentia Epiſcoporum, vt docet in ſpecie Seraphinus *part.1. deciſ.985.* aſſerens ita ſenſiſſe Rotam, & Selius *in ſelectis canon. cap.19. num.8.* teſtatur ita declaraſſe Sacram Congregationem Epiſcoporum, & regular. *in vna Eugubina die 3.Nouemb.*1593.& *in vna Camplan.die 27. Iunij* 1631. quas etiam refert Barboſa *de iure Eccle-*
3 *ſiaſt.c.17.part.1. num.67.* † ſed idem Diana refert loco iam citato à verſ.*verum* alios 29.Doctores affirmantes, vt non obſtante derogatione Concilij *in cap.10.ſeſſ.13. de reformat.* cuius litteram retuli *dicta quæſt.1.poſſe* etiam poſt eam Abbates habentes ius deferendi Baculum, & Mitram, & poſtquam munus benedictionis acceperint ordines minores ſæcularibus non ſibi ſubditis conferre; dummodo ipſius Epiſcopi conſenſus accedat,& à dicto Epiſcopo quiſque litteras dimiſſorias impetrarit, teſtans ex Quaranta, Bonacina, Capucino, Azor. quos citat, & ſequitur Tamburin *de iure Abbatum tom.2.diſp.2.q.7.n.2.* quibus addens Aloyſiam *dicta quæſt.1.* relatos,& referens ad litteram Præpoſitum *in 3.p.D.Thom.quæſt.vnica de Sacramento Ordinis dubio 13. num.127.* acerrimè loquentem pro hoc ſecundo dicto: concludit idem Diana cum Petro Hurtado de Mendoça *in 1.2.Diui Thomæ de fide, Spe, & Charitate volum. 1. diſput. 84. ſect. 2. §.25.* agente de quadam quæſtione habente hinc, & inde Patronos, illum adduxiſſe illud Ouidij.

Sæpè premente Deo, fert Deus alter opem.

4 Cumque iuxta iuris regulas ſupra *in dicta q.1.* ego pro ſecunda ſentẽtia, dum non appareret Pontificis declaratio, ſtiterim, adhuc idem nunc exiſtimarem; quia cum priuilegium Abbatum ſit expreſſum, & inſertum in corpore iuris: & patet ex textu noſtro *cap.quoniam diſt.69.cap. Abbates de priuileg.lib.6.* Et euincatur quod priuilegium clauſum in corpore iuris, nunquam cenſeatur comprehenſum in derogatione, ſed opus ſit, vt de illo efficiatur expreſſa mentio, vt tradunt Baſilius Pontius *de matrim.lib.8.cap.19.num.16.* Caſtrus Palaus *tom.1 tract.3.diſp.4.puncto 21.§.4. num.5.* Suarez *de legib.lib.8 cap.38.num.1.* Salas *diſp.17. ſect.14. num.73.* Portel.*in dubiis regular.* verb. *priuileg.n.7. & 67.* Sanchez *in opuſculo tom.2. lib.7. dubio 19. num.20.*& cum 19.Doctoribus Diana *p.3. tract.2. reſ.1.* ſequitur, vt Trid.*in dicto cap.10. ſeſſ.23.* per ſuam generalem reuocationem, ibi: *Non obſtantibus quibuſcumque priuilegiis* non reuocauerit iuris antiqui ex textu noſtro diſpoſitionem, cum priuilegium Abbatibus fuerit conceſſum *in Synodo 17. cap. 14.* ſed latè probat Hieronym. Zenèdo *in quæſt. Canon. quæſt.1. num. 27.* cum 10. Doctoribus decreta Concilij generalis non cenſeri derogata, niſi in ſpecie fiat eorum derogatio ergo.

Vnde Marcellus Vulpeius *in praxi iudiciali* 5
cap.6.num.8 & 10 Heliſonius *in 3.p.tom 2.quæſtione 38.art.1.* Layman.*lib.5.tract.9.num.1.& 2.* Præpoſitus, Gauantus, Albinus, Molfeſius, Tamburinus, Zenardus, Venerus, Zerola, Lezana, Hiberius, Vgolinus, Zechius, Moſcouius, & alij relati à Diana *dicta 5.p. reſ.93.* in verſ. *ſed aliqui,* reſpondent ad declarationes adductas, & extantes pro prima ſententia, veluti ſi Abbates vellent ordines minores conferre ſicut ſuis ſubditis regularibus; ita, & alienis; non verò ſi id facerent cum licentia, & aſſenſu illorum, quibus ſubditi
ſunt obtenta ad id ſpecialiter. † Et ad deciſio- 6
nem iam relatam Seraphini, reſpondent Tybetius *de inſtruct.ordinand.cap 7 quæſt.48.* Tamburinus *tom 2.diſp.2.quæſt.7.num.4* Dominos de Rota ibi loquutos fuiſſe, quando Abbates vellent conferre ordines minores ſine conſenſu Epiſcopi Diœceſani, non ſic præcedente eo; quia licèt Tridẽtinum *in dicto cap.* 10. aſſeret Abbatibus non licere, niſi ſuos ſubditos ordinare regulares, ex eo non ſequi, quod non poſſint ordinare alienos cum licentia ſuorum Epiſcoporum, vt patet *ex cap.fin. de temporib. ordin. lib.6.* qui vt obſeruat gloſſa loquitur etiam de Abbatibus. Et confirmatur: nam ante Concilium Abbatibus non licebat, *ex dict. cap. Abbates de priuileg.lib.6.* ordinare, niſi ſuos ſubditos regulares, & etiam (quod hodie non poſſunt poſt Concilium *in dict.cap.10.*) ſubditos laicos, in quibus iuriſdictionem habebant, quaſi Epiſcopalem, & tamen hoc non obſtante, ordinabant ſubditos alienos de licentia ſuorum Prælatorum, vt docet gloſſa *in dicto c. quoniam diſt.69.* verb.*monaſterium*, & ibi Turrecremata *num.9.* Lapus *alleg.138.* cum aliis communiter;& ſic de iure; imò & abſque eo, quod obſtent Trid.& alia, quæ adducit *in Bullario*, verb.*Abbas poſtquam*, *in fine*, videtur benè ſuſtineri prædictam opinionem, dum à Pontifice aliter declaratum non fuerit.

Sed cum iam anno præterito 1641.*die* 23. *No-* 7
uemb. Sacra congregatio enim Cardinalium Concil.Trid interpretum facta remiſſione per ipſum Dianam dicti dubij cum fundamentis vtriuſque ſententiæ diuerſorum Doctorum eadem Sacra Congregatio, facto verbo cum ſanctis D. noſtro Vrbano VIII. partem negatiuam,& contra Abbates determinauit in verbis ſequentibus:*Vtraque parte informante ore, & ſcriptis, ac rationibus hinc inde deductis maturè examinatis inhærendo deciſioni Rotæ Romanæ ſub die 27.Aprilis 1592. coram Bonæ memoriæ Cardinali Seraphino de ordine felicis Recordat. Clem.VIII. facta, necnon declarationibus eiſdem Sanctæ Congregationis dictæ deciſioni conformibus ſubſequutis cenſuit, improbata opinione contraria, Abbates regulares benedictos eiuſdem Congregationis Caſinenſis, ſeu alterius Congregationis, vel ordinis, aut inſtituti habentes etiam iura Epiſcopalia, ſeu quaſi Epiſcopalia, vſumque Mitræ, Baculi, & benedicendi, ac facultatem primam Tonſuram, & minores ordines conferendi, non poſſe dictam primam tonſuram, nec alios ordines minores, niſi ſuis ſubditis regularibus conferre non autem regularibus alterius congregationis, ordinis, vel inſtituti, etiam ſi habeant litteras dimiſſorias ſuorum Regularium, & conſenſum ordinariorum, intra quorum Diœceſum fines ipſi regulares ordinandi exiſtunt, & multominus perſonis ſæcularibus, etiam habentibus litteras dimiſſorias à ſuis Ordinariis*; quam refert

Idem

idem Diana *p.7. tract. 11. miſcell. reſ. 42.* in verſ. *die 23.*

8 Imò eadem declaratio etiam inhibuit Archi-
epiſcopis, Epiſcopis, & aliis Prælatis inferioribus, tam ſæcularibus, quam regularibus, vt in futurum concedere non audeant ſupradictas litteras dimiſſorias huiuſmodi Abbatibus directas, nec ab iſtis recipi; quod ſi ſecus fiat, tam concedentes, quàm ordinantes à collatione ordinum ſuſpenſi remaneant, præter alias pœnas arbitrio eiuſdem Congregationis reſeruatas: & refert idem Diana *in verſ. quam*, quod eam declarationem ad ſe delatam approbauit Sanctis D. N. *die 17. Ianuarij 1642.* & quod inuiolabiliter obſeruari iuſſit; & ſic concludit Diana ex his corruere ea, quæ nouiſſimè docuit P. Leo. *de cenſ. reſ. 6. num. 18. & ſeq.* excuſans eum; eo quod non potuerit videre dictam declarationem.

Ad ſecundum punctum præſentis dubij, an
9 Abbas ordinans regulares non ſubditos, aut laicos, ſic ordinatus debeat iterum ordinari de iure antiquo noſtri textus; imò iuxta opinionem relatam circa intelligentiam *dicti cap. 10. Trid. ſeſſ. 23.* ante præfatam declarationem ſub iudice nimis erat ex iam adductis hic, & *in dicta quæſt. 1.* fundamentis ad vtramque partem ibi relatis. Itaque benè, & optimè agitans Pater Iacobus Granadus *de Sacrament. in 3. p. D. Thomæ, cont. 9. tract. 1. diſp. 6. num. 2. & tract. 1. de Sacram. in genere diſp. 4.* poſtquam dixerit quod ſi opinio ſit probabilis ad vtramque partem circa receptionem Sacramenti Ordinis Sacri, aut cæterorum Sacramentorum validè, & ritè receptorum, ſeu è contra inualidè, & nulliter: tunc ſine dubio debeant ſub conditione reiterari, ne cederet in notabile detrimentum fide-
10 lium. † Sed hoc dictum temperat in reliquis ordinibus minoribus, dicens, vt non obligaret ſic recipientem, ad eos reiterandum, etiam ſub conditione, quia iſti ordines non ſunt ita neceſſarij, vt per Sacerdotalem poteſtatem ſuppleri non poſſint munera, propter quæ inſtituta ſunt; & quia propterea non habent aliquem actum omnino neceſſarium ad ſalutem fidelium, aut defectu cuius proueniat Eccleſiæ notabile damnum, cum aliunde homo ſit ordinatus iuxta probabilem opinionem; ex quo prudenter ſibi poſſet perſuadere ordinem fuiſſe validum: ſic in terminis, cuius dictum adſtruitur ex dictis iam *ſuprà*, & *ſub dicta quæſt. 1.* nempè vt non obſtante priuilegij huius reuocatione per Trid. *in dicto cap. 10.* ſi aliquis ſubditus ſæcularis ordinaretur à ſupradictis Abbatibus, valeret quidem ordinatio; eſſet enim tantum illicita; non verò inualida, & conferret ordinatis characterem, non autem vſum ordinis, vt dicunt Sanchez *in opuſculo tom. 2. lib. 7. c. 1. dub. 19. num. 17.* Tamburinus *de iure Abbatum tom. 2. diſp. 2. q. 8. num. 1.* & alii relati ſupra *in locis citatis*, quos de nouo refert Diana *dicto tract. 13. p. 5. reſ. 93.* ſub verſ. *quoad ſecundum*, legendus, vbi etiam adducit alios plures pro contraria ſententia; ſed demum ibi adducit claram determinationem Sacræ Congregationis ſub ſequentibus verbis: *Quidam laicus, annis elapſis, primam Tonſuram ſuſcepit, & ordines minores ab Abbate Caſinienſi eius in temporalibus; & Spiritualibus Superiore, credens illum habere poteſtatem, (ſed cum ſit contra diſpoſitionem dicti c. 10. Trid. ſeſſ. 23.) dubitatum fuit, an iſte indigeat diſpenſatione, vel neceſſe habeat, cupiens eſſe Clericus, ordinari iterum ad dictos ordines; tanquam nulliter cò collatos. Et Congregatio Concilij ſic reſpondit, indiget diſpenſatione, ſed non neceſſe, vt iterum ordinetur.* Quam declarationé afferunt etiam Marçilla *lib. 2. tit. 11. c. 10. litt. L.* Gallemart. *in declarat. Concilij, dict. ſeſſ. 23. c. 10. num. 1.* de qua etiam mentionem facit Præpoſitus *dicta quæſt. vnica de Sacram. Ordin. dub. 13 num. 127.*

Et prædictam etiam opinionem docent Bona- 11
cina *in additionib. ad tom. 2. diſp. 3.* poſt tractatum de electione Summi Pontificis, ex eo, quia collatio minorum ordinum, non eſt actus iuriſdictionis præcisè, ſed eſt functio Sacerdotalis officij: ſic probans ex textu noſtro; & addit quod in Concilio Trid. & in iuribus antiquis, non irritatur collatio ordinum aliter facta, nec vtuntur verbo *non poteſt*. Sed verb. *non licet*. Quæ loquendi forma prohibet collationem ordinum, ſed non irritat aliter factam; imò & Ioannes Præpoſitus *in dicto cap. quoniam diſt. 49. num. 5.* & Lapus *alleg. 138.* in terminis ſic docet aſſerendo quoſdam laicos non ſubditos ordinatos ab Abbate Benedictino Characterem ordinum minorum recepiſſe, & validè fuiſſe ordinatos; licèt illicitè.

Vnde cum eis, & cum Diana dico quod, ſi non 12
extaret declaratio Eminentiſſ. Cardinal. *ſuprà* relata de anno 1641. approbata ab Vrbano Papa VIII. iudicarem pro hac opinione in puncto iuris; & quod non eſſet contra mentem, aut citra prædicti *cap. 10. Trid.* vt etiam tenet idem Diana *dicta reſ. 93. in fine*, quidquid in contrarium de hoc puncto de reiteratione ordinis, tenerent Suarez *de religione tom. 4. lib. 2. cap. 29. num. 8.* Laurentius de Peyrinis *de Prælatorum regular. tom. 2. q. 3. c. 7. num. 23.* & alij; quia vt ait Felinus *in cap. eam te de reſcriptis num. 8.* etſi Abbates non poſſint ordinare alienos ſubditos ex defectu iuriſdictionis, ſed non quoad habitum ex defectu poteſtatis: & ſic quando illis tribuitur iuriſdictio concurrit vtraque poteſtas requiſita ad collationem ordinum, cum aſſerat poſſe Abbates ordinare alienos ſubditos ex licentia proprij Epiſcopi.

Addo verò cum Barboſa *in Bullario*, verbo 13
Abbas, ſi ceſſante Sanctam Congreg. Concilij ſub die 8. Maij 1627. quod ſi Abbates, ceſſante priuilegio, ac etiam benedictione, aliquem tonſurauerint; ille talis debeat denuo tonſurari quæ declaratio vt ex ſe videtur, non impugnat iam de iure adducta, cum loquatur in alio caſu diuerſo.

Ad tertiam quæſtionis partem, an Abbates in- 14
ſulati, poſſint conferre ordines Laicis non ſibi ſubditis, ſi Epiſcopi licentia exiſtat, ſatis, & abundè reſponſum leges ex adductis *ſub dicta quæſt. 1. & ſub hac 2. à num. 1.*

Ad quartam quæſtionis partem, an Abbates 15
conferentes Tonſuram, vel minores aliis, quàm ſuis ſubditis regularibus, incurrant Tonſuram? Et in hoc puncto, non attenta relata declaratione approbata ab Vrb. VIII. anno 1641. & 42. loquentes de iure, & iuxta mentem Concilij Trid. Doctores diſcordate: nam Sayrus *de cenſ. lib. 4. c. 13. n. 5.* pro affirmatiua alloquitur *ex d. c. 10. Trid. ſeſſ. 23.* dicens quod Abbas etiam regularis ſubditis Laicis Tonſuram, aut minores ordines conferens, aut eiſdem litteras dimiſſorias, vt ab aliis ordinentur ab officio, & beneficio per annum ipſo iure ſuſpenſus ſit. Sed verius eſt vt ſic ordines minores conferens nullam per Trid *in dict. c. 10.* contrahat ſuſpenſionem, cum tantum Tridentin. loquatur non de Abbatibus ordinantibus, ſed de concedentibus

16 dimiſſorias, vt alij ordinent, † excepto caſu, quan-
do Sedes Epiſcopalis per annum vacauit, vt con-
ſtat ex verbis finalibus eiuſdem *c. 10.* docent Bo-
nacina *de cenſur. diſput. 5. puncto vltimo, num. 12.*
idem videndus *tom. 3. diſp. 3. quæſt. 1. puncto 11.*
17 *num. 4.* Diana *p. 5. tract. 10. de ſuſpenſione reſ. 42.* †
Et de pœna, quam hodie incurrunt, tam ordinan-
tes, quàm ordinati dixi *ſupra* in verſ. *imò* deciſum
iam *in dict. declaratione* anni 42. approbata ab Vr-
bano VIII. Et quia nouiſſimè Brunus *p. 2. tract. 7.
cap. 3. de priuilegiis Regular.* agit de quæſtione, *An
Abbates non Benedicti, poſſint conferre primam
Tonſuram, & ordines minores ſibi non ſubditis*: vbi
diſtinguens inter iſtos Abbates non Benedictos,
quia Epiſcopus recuſauit, & alios, & referens om-
nia ab eo tradita, Diana *part. 11. tract. 2. reſ. 30.* cum
aliis, quæ ex dictis, & dicendis *ſub quæſt. ſeq.* cla-
reſcunt; ideò ad eos te remitto, &c.

QVÆSTIO III.

An Abbates Benedictini, aut alij, attento Concilij Trident. decreto, ſeſſ. 23. c. 10. *taliter non poſſent dimiſſorias concedere ſuis ſubditis, vt eas concedentes in omni euentu incurrerent ſuſpenſionem, aut alias pœnas? An Nouitij poſſint ſuſcipere ordines minores à ſuis Abbatibus regularibus? Et an Abbates conferentes ordines minores Nouitiis, incidant in ſuſpenſionem? Et quid ſi concedant dimiſſorias Nouitio? An aliqui Abbates poſſint hodie ſuis ſubditis conferre ordines maiores? An Monachi Benedictini, incurrant ſuſpenſionem, ſi non vtantur habitu præſcripto,* in Clementina 1. §. ſi quis autem, de ſtatu Monachorum?

SVMMARIVM.

1 *Abbas quantumcumque exemptus, non poteſt Clericis ſæcularibus dimiſſorias concedere, ſed tantum ſuis ſubditis regularibus aliter quid* numero 4. *in Abbatia nullius Diœceſis.*

2 *Dimiſſoriarum conceſſio, & ordinatio pari paſſu ambulant.*

4 *Declarationes duæ contrariæ circa ſuſpenſionem illatam, & reuocatam Abbati dimiſſorias concedenti.*

5 *Dimiſſorias poſſunt concedere pro ſuis ſubditis regularibus ſuperiores ad Epiſcopum, in cuius territorio exiſtunt, & ad quemcumque alium, caſu, quo ordinarius ordines non faciat, dum ordinandus ab Epiſcopo ordinante, examinetur, n. 6.*

7 *Dimiſſoria conceſſa à ſuperioribus regularibus pro ordinandis ſubditis, debent continere cauſam abſentiæ proprij Epiſcopi. Et quare ordinationes non faciat, vt alias dirigantur Epiſcopis; aliter enim puniuntur in officio, & in voto.*

8 *Examen Religioſi ordinandi in minoribus fit ab Abbate, qui eum ordinare poterat; ſecus in maioribus ordinibus, & n. 13.*

9 *Epiſcopi viciniores queunt ordines conferre ſubditis ſæcularibus Abbatum, & aliorum inferiorum nullius Diœceſis.*

10 *Abbates concedentes dimiſſorias pro ſuis ſubditis ſæcularibus, quam incurrant ſuſpenſionem.*

11 *Dimiſſorias concedere nequeunt Capitula Canonicorum; etſi territorium habeant immemorialem poſſeſſionem, & ſint iudices ordinarij.*

12 *Interſtitia poſſunt diſpenſari ab Abbatibus in omnibus caſibus, in quibus poſſunt conferre ordines ſuis ſubditis regularibus.*

14 *Dimiſſorias pro Nouitiis ordinandis, verius eſt, vt nequeant Abbates concedere, niſi ſpeciali priuilegio,* n. 15. 16 & 17.

16 *Nouitius, pendente anno approbationis, non habetur pro ſubdito quoad ordines ſuſcipiendos.*

18 *Abbates de facto ordinantes ſuos Nouitios, nullam incurrunt ſuſpenſionem, ſed bene irregularitatem, vt* n. 19.

20 *Abbates dimiſſorias concedentes Nouitiis, incurrunt ſuſpenſionem, vtpotè eam incurrunt concedentes Monachis non ſubditis. Vbi quid de Nouitio iam tonſurato,* n. 21.

21 *Nouitius Tonſuratus, reputatur adhuc Clericus ſæcularis.*

22 *Abbates nequeunt conferre ordines ſacros ſubditis ſuis, quibus, nec iuuat priuilegium Innocent. VIII. Abbati Ciſtercienſ.* à num. 13.

23 *Abbas Ciſtercienſ. & quatuor primi Coabbates iam non poſſunt conferre Subdiaconatum ex priuilegio Innocent. VIII. ſuis ſubditis vt expenditur,* num. ſequentib.

28 *Priuilegium Innocent. VIII. conceſſum Abbati Ciſtercienſi, & Coabbatibus quatuor, ſi hodie duraret, qualiter deberet practicari; eſt tamen reuocatum, vt* n. 19.

30 *Papa poteſt Abbati cuilibet concedere facultatem ordinandi, etiam Preſbyteratus ſuos ſubditos.*

31 *Abbates Benedictini debent vti habitu præſcripto* in Clementina 1. §. ſi quis de ſtatu Monachorum, *ſub pœna ſuſpenſionis, vt* num. 32.

33 *Abbas ſubditum nulliter profeſſum, non ordinet. Validè, & ſine licentia ordinans non ſubditum incurrit ſuſpenſionem.*

AD primam difficultatis partem video Ric- 1
cium *collect. 1256. ad c. 10. dicti Trident.
ſeſſ. 23. de Reformat.* docere ex Seraphino *deci-
ſione 985. part. 1.* quod Abbas quantumcumque
exemptus, non poteſt litteras dimiſſorias Clericis
ſæcularibus s vt ordinentur concedere, ſed regu-
laribus tantum ſibi ſubiectis, vt tenuit etiam Rota
27. *Aprilis* 1592. coram Seraphino. † Et præſtat 2
rationem; quia conceſſio dimiſſorialium, & or-
dinatio pari paſſu ambulant ex Villalua *deciſ. 13.*
ſed ipſe Riccius *in princip. dict. collect.* ait non licere
Abbati cuiquam, qui regularis ſibi ſubditus, non
ſit Tonſuram, vel minores ordines conferre, ergo;
ſed de iure ex dictis ſupra *ſub q. 1. & 2.* tu cogita,
verùm pro Riccio, videntur tenere Barboſa *in
dict. cap. 10. Trid. num. 10.* Miranda, Emanuël Ro-
drigtez

Digitized by Google

driguez, & Azor.*inſtit.moral.part.2.lib.3.cap.49.*
3 *quaſt.3.* † Quod ampliat Sellius *in ſelectis Canon. cap.19. num.32.* etiam ſi probetur Abbatiam eſſe nullius Diœceſis, teſtans ita fuiſſe deciſum, *in Theatin.* 10.*Septemb.* 1621.

4 Video tamen nouiſſimè aliam declarationem, *ſub die* 18. *Iunij* 1632. ad ſupplicationem Carthuſiani Ordinis reſcribentem Priori Monaſterij S. Stephani de Buſco, vt refert Eminent. Gyptius, adducit idem Barboſa *in Bullario*, verb. *Abbas concedere*, qua cenſuit Sacra Congregatio reuocandam, & tollendam eſſe; provt reuocauit ſuſpenſionem, per quam prædicto Priori Carthuſienſi Monaſterij S Stephani de Buſco ab eadem prohibitum fuit ſub die 21. Februarij 1631. concedere litteras dimiſſoriales ad ordines ſubditis propriis ſæcularibus, vti etiam adducit, *in collect.* 1. *deciſ.* verb. *Abbas.*

5 Hinc infertur poſſe Superiores regulares ſuis ſubditis; item regularibus, quibus prædit qualitatibus requiſitis, ordines ſuſcipere, voluerint literas dimiſſorias concedere ad Epiſcopum tamen Diœceſanum; nempe illius Monaſterij, in cuius familia ab iis ad quos pertinet irregularis poſitus fuerit; etſi ordinarius abfuerit, vel non eſſet habiturus Ordinationes ad quemcumque alium
6 Epiſcopum, † dum tamen ab eo Epiſcopo, qui ordines contulerit, examinetur quoad doctrinam, & dum ipſi regulares non diſtulerint de induſtria conceſſiooem dimiſſoriarum in id tempus, quo Epiſcopus Diœceſaous, vel abfuturus, vel nullas ordinationes habiturus eſſet: ſic multi citati per Barboſam, *de poteſtate Epiſcopi part.2.alleg.7.n.18.* Campanillus *in diuerſ.iuris Canon. Rub.12.cap.13. num.37.* Molfeſius *in ſumma Theologiæ moralis tract.2.cap.2.num.23.* Barboſa *in dict.cap.10. Trid.*
7 *num.11.* † Qui etiam dicunt, quod ſi ſuperioribus regularibus, Epiſcopo Diœceſano abſente, vel ordinationes non habente, litteræ dimiſſoriæ darentur in iis vtique huiuſmodi cauſa abſentiæ Diœceſani Epiſcopi, vel ordinationum ab eo non habẽdarum, exprimenda ſit; ſic vt qui non fecerint officij, & Dignitatis, ſeu adminiſtrationis, ac vocis actiuæ, & paſſiuæ priuationem, ac alias pœnas incurrunt, vt decreuit ſacra Congreg. Epiſcopor. & Regul. *ſub die* 15. *Martij* 1596.

8 Notat Nauarrus *conſ.13.alias 14.in nouis de priuileg.* quem refert Barboſa *hic ſub n.3.* & *in paſtorali part.2. alleg.3. num.7.* idem tenens, quod ex quo per Trident.*in dict.cap.10.* Abbates poſſunt quicumque exempti Tonſuram, & minores Ordines conferre regularibus ſuis ſubditis, cum regulares ſubditi non ab Epiſcopis, ſed ab Abbatibus examinandi ſunt; quia Concil. Trident. *ſeſſ.25.de reformat. cap.12.* de ſolis ordinibus ſacris eſt intelligendum.

9 Secundò notant Sel.*dict.cap.19. in ſelectis Canon.num.23.* & Barboſa *in. dicto cap.10. Trid.n.9.* vt liceat Epiſcopis vicinioribus ſine conſenſu, ſeu litteris teſtimonialibus Abbatum & aliorum inferiorum, conferre Ordines ſubditis ſæcularibus ipſorum Abbatum, & aliorum inferiorum nullius Diœceſis: & ſic deciſum referunt *ſub die* 22. *Fe-*
10 *bruar.* 1631. † Itaque vt reſoluas quam ſuſpenſionem, aut pœnam incurrant Abbates concedentes litteras dimiſſorias ſubditis ſuis ſæcularibus, aut regularibus, poteris abundè, & in praxi colligere ex declaratione quam retuli *ſupra quæſt* 2. in verſ. *ſed cum iam*, & *in verſ. imò de anno* 1642. Et videbis *ſupra num.4.* verſ. *video*, vbi aliter videtur declaratum ex quadam ſpeciali declaratione ibi adducta.

Tertiò notandum eſt Capitula Canonicorum 11
non poſſe dimiſſorias concedere *ex prædict.cap.10. Trid.* etiam ſi territorium habeant diſtinctum, & exemptum ob immemorialem poſſeſſionẽ, & ſint Iudices Ordinarij, vt tradit deciſum Sellius *dict. cap.19.ſelect.Canon.5.Iunij* 1575. ſed docent Stephanus Gratianus *diſcept.forenſ.cap.112.* Campan. *in diuerſ.Iuris Canon. Rub.9.cap.8. num.4.* Grilenzon.*conſ.142. num.28. & 30.* Ciarlin. *quæſt.forenſ. lib.1.cap.46.num.19.* Barboſa *in dict. cap.10. n.14.* & *in paſtor.p.2.alleg.7.num.8.* non intrare diſpoſitionem prædicti decreti contra Capitulum ordinarium, priuatiuè ad Epiſcopum ius habentem viſitandi, & congregandi Synodum, vt comprobatur ex dictis ſupra *ſub cap 11.de temporib. ordin.* & infra *lib.3. de cap. ſede vac.*

Quartò notandum eſt, vt in omni caſu, quo 12
prædictis Abbatibus, licèt primam Tonſuram, & minores ordines dare, & conferre ſuis ſubditis regularibus, illis etiam licitum ſit in interſtitiis diſpenſare, vt tradunt Sorb.*in compend.mendic.* verbo *Ordines ſacri* verſ. *quando vero Abbates*, Campanil.*in diuerſ.iuris Canon Rub.12.cap.13.num.42.* Barboſa *in paſtorali p.2. cap.18. num.3. in fine*, & *alleg.3.num.6. & 7.* † qui etiam *de iure Eccleſiaſt.* 13
part 1.cap.17.num.69. addit cum Nauarro *conſ.13. alias 14.in nouis, ſub tit.de priuileg.* tunc non eſſe examinandos illos regulares ſubditos ab Epiſcopis, ſed ab Abbatibus, non obſtante Concilij Trid. diſpoſitione: & tenet Barboſa hoc idem hic etiam cum Miranda *ſub num.3.in fine*, alia tradit Barboſa *hic ſub num.4.* iam ſupra explicata *q.1. & 2.* idem in Trid.*n.4.*

Ad ſecundam quæſtionis partem, an Nouitij 14
poſſint recipere ordines minores à ſuis Abbatibus regularibus: in quo puncto Suarez *de religion. tract.8.lib.2.cap.29. num.12.* affirmatiuam partem ſequitur per gloſſam *conualuerint in cap. Abbates de priuileg.lib.6.* vbi refert eam expreſsè tenere Rebuffum *in praxi part.1.tit.de Cler.num.18.* † Vnde 15
bene potuerunt affirmare Sanchez *in præcepta Decalogi tom 2.lib.6.cap.10.in fine*, Ioan. Baptiſta Tyber.*inſtruct.pro ordinan.cap.7.q.50.* Bartholom. de Bechis *in praxi obſeruanda in admittendis ad religionis ſtatum diſp.11.q.8.num.3.verſ.ſi verò.* Tamburinus *de iure tom.2.diſp.2.q.27.num.2.* poſſe ſuperiores regulares qui habuerint ſpeciale priuilegium concedendi ſuis Monachis litteras dimiſſorias ad quemcumque Epiſcopum; licèt in illo non exprimatur concedere etiam ſuis Nouitiis, vt à quocumque Epiſcopo ordinetur, ſicut cæteris Monachis profeſſis.

Tamen in dubio noſtro dicendum eſt Abba- 16
tes ea facultate non gaudere; præcipuè attenta diſpoſitione Concilij *in dicto cap. 10. ſeſſ.23.* cum Nouitius non poſſit ſtrictè appellari regularis; eo maximè, quia pendente probationis anno, non habetur quoad ordines ſuſcipiendos pro ſubdito Prælati religionis, iuxta aliqua, quæ dixi *ſub tit. de temporib. ordin.* & ibi, *ſub cap.11.*
† Nec obſtat caſus adductus *n.præced.* in verſ. *vnde*, 17
quia loquitur in dimiſſoriis, nec quod Nouitij gaudent priuilegiis Regularium ex his, quæ dixi *ſub cap.1. de foro comp.* & reſoluunt Molina *de Iuſtit. tract.2.diſp.138.* verſ. *præter hos*, Azor.*inſtit.mor. p.1.lib.12. c.2. q.2.* Barboſa *in tract.de appellatiua verborum vtriuſque iuris ſignif. appellat.231. n.16.* quia eſt fauor, qui durat, dum nouitius eſt; alias

ſi exeat à religione,non item; quod non eſt ſimile dictum de noſtro caſu; eo quod ſi reciperet illos ordines, dum eſſet nouitius,ſi fortè exiret, adhuc maneret in ſæculo ordinatus contra diſpoſitionem *dicti cap.* 10. *Trid.* docet etiam Barboſa *de Iure Eccleſiaſt.dict. cap.17.num.70.in dicto cap.10.Trid.* cum alijs *num.3.*

18 Ad tertiam quæſtionis partem, quæ dependet à præcedenti, videtur reſponderi, quod Abbates regulares ſuis Nouitijs nequeant ordines minores conferre: tamen ſi de facto contulerint, non maneant ob id ſuſpenſi; quia in iſto caſu non adeſt impoſita pœna expreſſa *in dict. cap.10. Trid.* nec alibi:& ſic Saytus *de cenſuris lib.4.cap.13. num.5.* Henriquez *lib.13. cap. 38. num 2.in gloſſa lit.A,* imò & Suarez *de relig.tom.4. tract.8. lib.2.cap.29. num.12.* gloſſa *in dicto cap.Abbates,* verb. *connaluerint de priuileg. in 6.* dixit nec peccare, quod ſequi videtur Diana *part.5. tract.* 10. *reſ.* 42. verſ. *notandum*, contra Bonacinam aſſerentem peccare ſupra dictos Abbates ordinantes nouitios,ſed non incurrere ſuſpenſionem, vt dixit *in tract. de cenſ. diſp. 3. puncto vltim. num.* 11. videndum *tom. 3. diſp.3.quæſt.1.puncto 11.num.9.*†Sed ego ex dictis,
19 quibus patet, vt nequeant eos ordinare, cum prædicti Nouitij reſpectu ſuorum Abbatum regularium, habeantur, tanquam alij regulares non ſubditi, quos non poſſunt ordinare obſtante verò Trid.intellectu iuxta nouam declarationem Vrbani VIII. Pontif. annis præteriti 1642.quam retuli *ſub. dict. quæſt.* 2. in dicto verſ. *ſed cum iam*, & dict. verſ. *imo & ſic*: in hac parte exiſtimo cum Maiolo *de irregularit. lib.4. cap.2.num.11.* Abbates qui ordinant prædictos nouitios manere irregulares. Quod maximè verum amplector poſt dictam declarationem;etſi ex iam ſupra adductis nō æquè ſecure, cum dixerim *ſub quæſt. præced.* pœnam de qua *in dict. cap.*10. *Trid.* imponi Abbatibus dimiſſorias dantibus, modo ibi expoſito, non de ordinantibus, & ipſe Maiolus, nec Bonacina relati loquendo, vt loquuntur de tempore anteriori ad dictam declarationem, videntur non admitti de iure.

Ex his infero ad quartam quæſtionis partem an
20 Abbates concedendo dimiſſorias nouitiis,incidant in ſuſpenſionem; quam determinere videtur Diana *dicta part.5. tract.10. reſ. 43. in fine*, per rationem, & Doctores, quos ſupra adduxi *ſub verſ. ad ſecundam* verb. *vnde*. Tamen cum ille caſus diſtinctus ſit à caſu principali, de quo in dubio agitato *in dicto verſ. ad ſecundam*,ideò exiſtimo prædictos Abbates concedentes dimiſſorias Nouitiis, incurrere, iuxta Concilij mentem in ſuſpēſionem, vtpote incurrunt eas concedentes Monachis non ſubditis,& apertius attenta dict. declaratione anni 1642.Vrban. VIII. relata *in dicta q.2.*† Quare be-
21 ne docuit Bonacina *de cenſ.diſp.3.punct.vltim.n.13.* Abbatem concedentem Nouitio dimiſſorias ad ſuſcipiendos ordines, incurrere ſuſpenſionem, ſi nouitius clericali tonſura initiatus iam ſit; quia huiuſmodi clericus nondum eſt Religioſus, & in hac parte præſumitur, & reputatur clericus ſæcularis, & quoad ordines ſuſcipiendos habetur pro non ſubdito. Video illum non ſic abſolutè admittere, ſi Abbas concederet dimiſſorias Nouitio ad primam Tonſuram, dicens probabiliter exiſtimare, vt non ligetur ſuſpenſione;quia Cōcilium tantum loquitur de his, qui dimiſſorias concedunt clericis ſæcularibus; & quod nouitius carens prima Tonſura,non dicitur clericus; præſertim ſæcularis,ſed tu reſolues etiam in hoc vltimo ex adductis ſupra, & *dict. quæſt.1.& 2.*

Ad quintam quæſtionis partem, an aliqui Ab- 22
bates poſſint hodie ſuis ſubditis ordines maiores conferre. † Video Doctores diſcordantes, quorum aliqui negant, vt poſſint ordines maiores conferre, tum per reuocationem Trid.*in dicto cap.10. ſeſſ 23.de reform.*tum ex dictis ſupra iuxta Trid.intellectum *quæſt 1.& 2.* Et huius ſententiæ Doctores ſunt Coninch. Layman. Nugnus, Fornarius,& cum eis Candidus *tom.4.diſquiſ.4. art.3.dubio.*20. qui aſſerūt Abbates Ciſtercienſes ſui ordinis Monachis ſubdiaconatum conferre non poſſe. † Et 23
notāter quoddam priuilegium cōceſſum ab Innoc. VIII. *anno* 1489. vt Abbas Ciſter. & quatuor primi Coabbates poſſint ordines Subdiaconatus, & Diaconatus conferre, ille nimirum quibuſcumque totius Ordinis, iſti ſuorum Monaſteriorum Religioſis, reuocatum eſſe per Trid.*in dict.cap.*dixerunt Viualdus,& Chameroта,quos refert Diana *part.7. tract.9. miſcel. reſ.42. circa finem.* Et quia nouiſſimè Brunus *de priuilegiis Regul.part.2. tract.7.c.1. cum ſequent.*agit de hoc dubio,& poſt eum Diana *part.11.tract.2. reſ.17. à verſ. nota*, quamplura adducens, vbi videbis; ideo tu nunc lege hic,& *à n. ſeq.* recolligo.

Sed adhuc durare tale priuilegium docent Phi- 24
libertus Marquinus Nouatienſ. *tract.1.de Sacram. Ordin.part.2.c.+3.num.9.* qui contra Viualdum,& Charemotam,dicit eam reuocationem non probari, imò eos improbabiliter illud aſſerere, cum conſtet ex praxi,quæ etiam hodie permanet, & Caramuël *in regula S. Benedicti cap. 62. num.1626.* ait *Aſſerunt communiter Theologi neminem præter Epiſcopos poſſe conferre ordines ſacros, illos inquam, quos maiores dicimus; contrarium tamen probabilius eſt, legitima praxi confirmante: nam Abbati Ciſtercenſ. & quatuor primis Coabbatibus, ſic conceſſum refert*, ab Innoc. VIII. referens quod hoc priuilegium eſt in praxi,taliter vt ſuperſint, qui ad maiores ordines ab his Abbatibus fuerunt promoti; & quod prædictum priuilegium citant Victoria teſtis oculatus, Nauarrus, *conſ.13. lib. 15. de priuilegiis*, Rodrig.*de regul. tom.1. quæſt.18. art.3. & 4.* & amplexus eſt prædictam ſententiam Ioannes Baptiſta Tyberius *in inſtruct. ordin. cap. 6. quæſt. 37.*

Ego inquam, etſi Diana *ſupra* non decidat 25
punctum hoc cum illud remittat ad ſacram Congregationem, & loquatur in ea nempe reſolutione, in qua, vt ſupra adduxi *ſub. quæſt.2.* ex ſacra Congreg. declaratum, & ab Vrbano VIII. confirmatum anno 1642. nempe vt omnibus Abbatibus prohibitum ſit ordines conferre minores, niſi ſuis ſubditis;imò & nec dimiſſorias,vt ab aliis Prælatis ordinentur;& nec ſub hac declaratione reuocatio præfati priuilegij Innocent.VIII. fiat, cum illud fuerit conceſſum illi Abbati Ciſtertij,& quatuor primis Coabbatibus.† Tamē de iure,& ex re- 26
uocatione Cōcilij, & vltimo ex dicta declaratione approbata ab Vrbano VIII. exiſtimo admodum illam reuocationem pollere;quia ſi de Iure Abbates quicumque illi ſint, ordines maiores ſuis ſubditis conferre non potuerunt,euenit vt licèt Concilij reuocatio, & prædicta Vrbani VIII. declaratio approbata, tantum loquantur de ordinibus minoribus, quos tantum hodie conferre poſint ſuis ſubditis, quod præfatum Innocentij priuilegium, quantumuis loquatur in caſu diuerſo, ceſſarit etiam, cum multum exorbitet à praxi

ordinaria

ordinaria Eccleſiæ. † Et ſic cum Diana *part.* 8. *tract.*1. *reſ.* 35. tenent relati *in verſ. ſequenti*, & addit *in fine dicta reſ.* quod ſi quis tentaret vti priuilegio *dict. Innocent. VIII.* non ſolum grauiter delinqueret, ſed nihil faceret probans noſtram ſententiam cum Auerſa, Layman. Nauarro infra relatis ex doctrina Trid. *dict. ſeſſ.* 23. *cap.* 8. vbi dicitur quod vnuſquiſque à proprio Epiſcopo ordinetur, & *in cap.* 12. in verſ. *nec ſine diligenti examine ordinentur, priuilegiis quibuſcumque excluſis.*

28 Quod ſi prædictum Innocentij priuilegium duraret adhuc, & ſequeremur ſententiam Caramuël. & aliorum, vtique cum eo eſſet dicendum vt ex quo illis quatuor coabbatibus conceditur vt etiam illud priuilegium, nomine Monaſteriorum ſuorum veniant intelligendæ filiationes omnes; & ob id extẽdat ad Monaſteria Coabbatum, quibus præſunt authoritate extraordinaria, eueniret vt ob nimiam extenſionem, & priuilegij communicationem circa ordinandos ſubditos Religioſos ordine Subdiaconatus & Diaconatus læderetur nimis

29 diſpoſitioni iuris, & Concilij. † Verùm in terminis contra Præpoſitum *in* 3. *p. de Sacram. Ordin. quæſt. vnica dub.* 13. *num.* 225. Rodriguez *tom.* 1. *q. regular. quæſt.* 8. *art.* 4. Vaſquez *in* 3 *p. D. Thom. diſput.* 242. *c.* 9. *num.* 38. fundantes ſe *in dicto cap. Trid.* in quo nihil cauetur de priuilegio reuocando quoad ordines ſacros, docent reuocatum eſſe illud priuilegium Innocent. VIII. & alia ſimilia priuilegia. Auerſa *de Sacram. Ordin. quæſt.* 3. *ſect.* 3. Layman. *lib.* 5. *tract.* 9. *cap.* 9. *n.* 4. Diana *p.* 8. *tract.* 1. *ſub reſ.* 35. à verſ. *ſed an dicta*, & verſ. *verum*, & dicunt ex Nauarro quod quamvis à Gregor. XIII. poſt Tridentinum ſint confirmata priuilegia Ciſterſ. tamen cum reſtrictione, dummodo non aduerſentur Tridentino *in dicto cap.* 10. videbis adducta *q.* 4.

30 Sed nòn nego poſſe Papam talem concedere facultatem Abbati cuilibet ex præfatis, non ſolum ad eos ordines; imò, & ad Præsbyteratum vt patet ex his, quæ noto, & dico infra *ſub quæſt.* 4. cum ago de quæſtionibus, *An poſſit Pontifex ſimplici Preſbyterio concedere poteſtatem conferendi ordines ſacros.* Et nouiſſimè ad dicta adiunges quæ repetit idem Diana *dict. p.* 11. *tract.* 2. *reſ.* 40. vbi *An Abbates Benedictini poſſint conferre Diaconatum, & Subdiaconatum ſubditis ſuis?* Vbi impugnat Brunum affirmantem *p.* 2. *tract.* 2. *cap.* 3. *propoſit.* 15.

31 Ad quintam quæſtionis partem; etſi videatur contra noſtrum inſtitutum; quia tamen eſt de Abbate Benedictino: Reſpondeo Monachos Benedictinos incurrere ſuſpenſionem *dict. Clem.* 1 §. *ſi quis autem*, ſi non vtantur habitu præſcripto; dum tamen vtantur habitu ſibi prohibito per modum habitus Ordinarij, vt docent Suarez *de cenſuris diſp.* 31. *ſect.* 6. *num.* 10. Bonacina *de cenſuris*

32 *diſp.* 3 *puncto vltim. num.* 14. † Sed Diana *p.* 5. *tract.* 10. *reſ.* 44. notans ad prædictam cenſuram incurrendam requiri non ſolum culpam mortalem, ſed etiam præſumptionem; quia *in textu dict. clem.* dicitur *portare præſumpſerint*; quod importat dolum, & temeritatem; excuſat verò ab ea non ſolum illum, qui cum inaduertentia huius prohibitionis Clem. habitum in ipſa prohibitum defert; verum etiam eum, qui ſcienter eo vtitur ad breue tempus.

33 Pro complemento totius noſtræ quæſtionis poſſes nunc dubitare, an Abbas priuilegium habens conferendi Tonſuram, & minores odines, poſſit ei, qui re ipſa ſibi ſubditus non eſt; eo quod profeſſionem inualidè emiſerit, quem tamen ſubditum putat. Sed quia hoc dubium poteris diſſoluere ex iam ſupra adductis *in cap. quoad tranſlationem, hoc tit. quæſt.* 11. ideo in terminis breuiter cum Bonacina *de Sacram. in nouis editione diſp.* 8. *quæſt. vnica punct.* 4. *ante punct.* 5. *num.* 30. dico vt ſicut Epiſcopus alieno ſubdito cõferens primam Tonſuram, ſine licentia ſui Ordinarij in aliena, vel etiam in propria Diœceſi incurrit ſuſpenſionem *cap. fin. de tempor. ordin. lib.* 6. cum Ledeſma, Azorio Fornario, & Rebuffo, & ſic de Abbatibus, idem dixit vt Abbates, & alij quicumque exempti litteras dimiſſorias aliis quam ſuis ſubditis regularibus concedentes ſuſpenſioni ſubiaceant, vt alibi cum aliis agnoſcit pro quo faciunt *dicta de Epiſcopo dict. quæſt.* 11.

QVÆSTIO IV.

An ſimplex Sacerdos ex conceſſione Pontificia, poſſit conferre ordines minores? Et an Pontifex poſſit ante conſecrationem concedere ſimplici Sacerdoti, vt conferat minores, & maiores ordines? Et an poſſit diſpenſare, vt ſimplex Sacerdos conferat ordinem Subdiaconatus, aut Diaconatus? Et quid vt poſſit aliis ordinem Præsbyteratus conferre? Et an poſſit dare facultatem vt Diaconus alium Diaconum, vel ſaltem Subdiaconum ordinet? Et an Pontifex diſpenſare queat, vt fœmina initietur prima Tonſura? Et an irregulares poſſint ordinari prima Tonſura ſine diſpenſatione præuia?

SVMMARIVM.

1 *Gloſſa verbo* Abbati *textus noſtri expenditur*, num. 4.

2 *Sacerdos ſimplex ſecundùm plures nequit à Pontifice diſpenſare, vt conferat primam Tonſuram, & minores ordines, in praxi aliter*, n. 4. & 6.

3 *Cardinales Preſbyteri ſecundùm Adrianum, nequeunt ordines minores conferre, & quare, ſed contra*, n. 5.

6 *Ordines minores, etſi ſint Sacramenta, nihilominus ex facultate Papæ queunt conferri à ſimplici Sacerdote.*

7 *Simplex Sacerdos poteſt ex commiſſione Summi Pontificis nondum conſecrati conferre ordines Diaconatus, & Subdiaconatus, etiam in ratione Sacramenti; & licèt videatur aliter*, numero 8. *confirmatur* à numero 9. 10. & 11. *vbi* n. 13. *qualiter contingat.*

8 *Diaconatus ordo non legitur collatus à ſimplici Sacerdote ex commiſſione Papæ de Subdiaconatu aliqua teſtimonia ſequuntur*, n. 9. *ſed ab Abbatibus ſic vt* n. 12.

11 *Subdiaconatus ordo legitur collatus à quibuſdam Abbatibus indulto Pontificio.*

13 *Papa de poteſtate ordinaria non diſpenſat, vt ſimplex Sacerdos conferat Subdiaconatus, & Diaconatus ordines, ſed de abſoluta.*

14 *Sacerdos ſimplex ex Papa commiſſione, poterit Preſbyteratus ordinem conferre,* vt n.15.16. & 21.

16 *Corepiſcopi ordinabant Lectores, & Subdiaconos, &c.*

17 *Corepiſcopi non erant Epiſcopi veri erant verò maiores Preſbyteris.*

18 *Corepiſcopi erant Præsbyteri, quibus credebantur res præcipuè temporales, & curam pauperum, & eleemoſinarum, & aliqua miniſteria Epiſcopalia.*

19 *Corepiſcopi erant quidam Preſbyteri, qui in pagis habitabant, vbi loco Epiſcoporum curam animarum exercebant.*

20 *Corepiſcoporum nomen, & officium ceſſauit, quia ſe ingerebant vſurpatione, & ambitione in officiis Epiſcopalibus, ordines, & conſecrationem præſtando.*

21 *Papa diſpenſat, vt Preſbyter queat adminiſtrare Sacramentum Confirmationis.*

22 *Diaconus potius eſt, vt nequeat etiam de conceſſione Papæ alium in Diaconum ordinare, & idem de Subdiacono,* numer.25. *etſi non non improbabiliter alij, vt* numer. 23. & 24.

26 *Fœmina nequit tonſurari, etiam ex Pontificia diſpenſatione, & quare* n.26. *contra Paludanum, & Hurtadum affirmatiuam docentes, etiam quoad ordines minores, vt* numero 28.

29 *Irregularis nequit tonſurari ſecundùm veriorem ſententiam, vt* n.30.

1 CVm ex gloſſa in verbo *Abbati*, in verſ. *etiam Preſbyterio hoc licet*, hic in textu noſtro notet Barboſa *num.* 9. quod licet ſimplici Sacerdoti primam Tonſuram conferre; & ex alia ſimili gloſſa *in cap. quoniam diſt.* 69. verb. *Lectoris* cum Archidiacono *in cap. pſalmiſta num.* 2. *in fine, diſt.* 23. Innocentio *in textu noſtro num.* 1. & Hoſtienſi *num.* 2. ideo etſi iam per vſum Eccleſiæ contrarium obſeruetur; imò harum gloſſarum, & prædictorum opinionem admittendam non eſſe, doceat Sotus *in* 4. *ſentent. diſt.* 25. *quæſt.* 1. *art.* 1. *ad* 2. *argum.* quem refert idem Barboſa *in paſtorali p.* 2. *alleg.* 3. *num.* 16. ideo rectè de præſcriptis quæſtionibus hic nunc dubitamus circa Præsbyterum, cui ex diſpenſatione Pontificia committitur facere ordines minores, ſiue maiores.

2 Ad primam difficultatis partem, multi negant, vt poſſit Pontifex diſpenſare, quod ſimplex Sacerdos Præsbyter poſſit conferre primam Tonſuram, & minores ordines ex eo, quod poteſtas conferendi minores ordines conſiſtit in charactere Epiſcopali, ſed ſimplex Sacerdos non habet characterem Epiſcopalem, ergo & ex eo, quia commiſſio, ſeu licentia Pontificis, non tribuit ſimplici Sacerdoti maiorem poteſtatem, quam antea habebat, ſed ſimplex Sacerdos ſine tali commiſſione, nequit prædictos ordines conferre, ergo nec
3 cum ea. † Itaque cenſet Adrianus *in* 4. *quæſt. de Sacram. Confirmat. art.* 3. §. *ſecundo principaliter* nouum eſſe quod dicitur à Præsbyteris Cardinalibus nullomodo ordines minores, nec maiores verè conferri poſſe; eo quod exiſtimat ex Diuina inſtitutione ſolum Epiſcopum eſſe Miniſtrum huius Sacramenti, & minores ordines Sacramenta eſſe; ac proinde, nec Eccleſiam poſſe hoc miniſterium alteri committere; quia circa Miniſtri inſtitutionem à Deo factam, Eccleſia nihil poteſt immutare; quod aliter dici fore, ſi illa poteſtas procederet à iure poſitiuo, & Maior *in* 4. *diſt.* 7. *quæſt. vnica* §. *ſecundo argumento*, exiſtimat minores ordines eſſe Sacramenta: de quo *ſub Rub. de temporibus ordin.* & ſic addit Adrian. erraſſe Gregorium committendo miniſterium ordinis ſimplicibus Sacerdotibus.

In praxi verò contraria ſententia eſt tenenda, 4
tum ex doctrina textus noſtri, & aliorum, quo Abbatibus, non Epiſcopis, data eſt licentia conferendi primam Tonſuram, & ordines minores; deinde ex Trid. *ſeſſ.* 23. *cap.* 10. *de reformat.* & ex iam citata declaratione Sacræ Congreg. 1641. approbata ab Vrbano VIII. anno 1642. cuius litteram retuli ſupra *ſub quæſt.* 2. † Deinde quia ſic 5
hodie videmus, ſicut antiquitùs Præsbyteros Cardinales, non Epiſcopos primam Tonſuram, & ordines minores conferre, vt probaui iam ſupra *in Rub. de temporibus ordin. quæſt* 2. verſ. *notandum*, taliter, vt talis facultas non cenſeatur eis derogata per dict. Trid. decretum, nec per relatam declarationem, vt probat cum infinitis Diana *p.* 5. *tr.* 2. *reſ.* 5. contra Anaſtaſium Germonium affirmantem *in tract. de indultis Cardinal.* §. *tam ratione num.* 20. & contra Sanchez affirmantes Cardinales in ſuis titulis poſſe exercere ea, quæ ſunt iuriſdictionis, non ea, quæ ſunt ordinis; & ſic Barboſa *in c.* 9. *dict. ſeſſ.* 23 *num.* 3. & *de poteſtate Epiſc. p.* 2. *alleg.* 5. teſtatur Rotam ſic ſenſiſſe *in vna Germon.* 13. *Decemb.* 1582. & ſic reſpondet Diana *p.* 8. *tr.* 1. *reſ.* 33. hoc probari *ex dict. c.* 10. *Trid.* quo præcipitur Abbatibus, & aliis quibuſcumque exemptis intra fines alicuius Diœceſis exiſtentibus, ne vlli niſi ſibi ſubdito regulari, primam Tonſuram, aut ordines minores conferant; & ſic talis facultas Cardinalibus exemptis nõ aufertur. † Et ſic fieri, vt licèt minores 6
ordines ſint Sacramenta, ſed non negari poſſe ex cõmiſſione Summi Pontificis, Præsbytero cõmitti ordines minores miniſtrare non iure ordinario, ſed extraordinario, & patebit ex dictis infra *in c.* 1. *de Sacra Vnctione, & in c.* 1. & 2. *de ſacram. nõ iterand.* vbi dico ſimplici Sacerdoti poſſe à Papa committi Confirmationis Sacramentum exercere, & iam ſi ſolus Miniſter illius ſit tantum Epiſcopus. Et hanc noſtram ſententiam cõmuniter docent Doctores, inter quos in terminis D. Thomas *in* 4. *diſt.* 25. *q.* 1. *art.* 2. *ad* 3. Palud. *ea dict. quæſt.* 1. *art.* 2. Scotus *diſt.* 24. *quæſt. vnic.* §. *de tertio.* Syluester *verbo ordo* 3. *quæſt.* 7. Couarruu. *lib.* 1. *var. c.* 10. *num.* 9. & 10. Richard. *in* 4. *diſt.* 25. *art.* 1. *quæſt.* 2. quorum ſententiam ſupponit Trid. *in dict. c.* 10. & colligitur *ex c.* 1. *de ordinatis ab Epiſcopo, qui renunciauit Epiſcopatui*; & ſatis probatur ex his, quæ adduxi ſupra *in dict. verſ. notandum.*

Ad ſecundam quæſtionis partem breuiter reſ- 7
pondeo, poſſe ſimplicem Sacerdotem ex commiſſione Summi Pontificis, nondum conſecrati, non ſolum minores ordines, ſed etiam maiores ordines Subdiaconatus, & Diaconatus conferre, etiam in ratione Sacramẽti; quia hæc authoritas non cõuenit Pontifici ratione conſecrationis Epiſcopalis, ſed ratione ſummæ iuriſdictionis, quam habet in Eccleſiam; eo quod obtineat eam ſupremam poteſtatem, poſita legitima electione, etiam ante conſecrationem Epiſcopalem; ſic docent in terminis Ioannes Præpoſit. *in* 3. *p. D. Thom. quæſt. vnic. de ſacram.*

cram. Ordinis dub. 13. *num.* 122. Diana *p.* 8. *tract.* 1. *reſ.* 37. & comprobatur ex adductis *ſupra*, & ex his, quæ dico *in dubiis ſequentibus.*

8 Ad tertiam, & quartam difficultatis partem, quæ eiſdem ferè fundamentis diſſoluuntur, videtur vt nequeat ſimplex Sacerdos ex licentia, & commiſſione Papæ conferre ordines Subdiaconatus, & Diaconatus, & primo de ordine Subdiaconatus probant D. Thomas *in* 4. *diſt.* 25. Richard. *ibi art.* 1. *quæſt.* 7. eo quod ſit communis ſententia teſtatur Nauarrus apud Layman. *lib.* 5. *tract.* 9. *c.* 9. *num.* 4. quam tenent Sayrus *de cenſ. lib.* 6 *cap.* 8. *num.* 8. Candidus *tom.* 4. *diſp.* 4. *art.* 3. *dubio* 17. Azorius *tom.* 2. *inſtit. moral. cap.* 48. *lib.* 3. *quæſt.* 16. Molfeſius *in ſumma tom.* 1. *tract.* 2. *cap.* 2. *num.* 3. & alij multi eo quod ordo iſte, eſt Sacramentum imprimens characterem, cuius proprius Miniſter, eſt
9 Epiſcopus. † De ordine Diaconatus idem etiam docent relati, & in terminis Turrianus *in annotation. ad Concil. Nicænum num.* 54. imo, & Granadus *in* 3. *p. D. Thom controu.* 9. *tract.* 2. *diſp.* 2. *num.* 5. vbi dicit quod ſi quis petat vlterius, an Pontifex concedere poſſit ſimplici Sacerdoti poteſtatem ordinandi Diaconos, reſpondet, ſi conſtaret id factum fuiſſe à Summo Pontifice, conſequenter diceret id potuiſſe, ſed non inuenire teſtimonium ſufficiens, quia priuilegia, quorum auctores, quos ipſe citat meminerunt, agunt de Subdiaconatu; & quia licèt in Subdiaconatu liceret, non inquam in Diaconatu, cuius eſt maior excellentia; eo quod ſit ordo ſacratior Diaconatu, ac proinde petat iu-
10 re potiori Epiſcopum, vt Miniſtrum. † Et ſic reſolutiuè cum multis Barboſa legendus *in cap. quanto* 4. *de conſuetudine num.* 4. *&* 5. dicit, vt licèt minores ordines poſſint conferri ex delegatione Pontificis à ſimplici ſacerdote, ſed maiores vigore factæ delegationis non item, ſed ab Epiſcopis ſolum: ſic cum D. Thoma, Couarruu. Fr. Eman. Azor. & ipſe *in paſtor. p.* 2. *alleg.* 3. *num.* 4. quidquid Abbas dixerit *ibi num.* 4. tamen ipſe Barboſa *in d. cap. quanto num.* 5. *circa finem*, dicit, vt non ſit improbabile quoad Subdiaconum, & Diaconum, poſſe ſummum Pontificem delegare ſimplici ſacerdoti poteſtatem conferendi eos ordines, adducens Vaſquez, Victoriam, & alios, & Bullam Innocent. VIII. iam relatam.

11 Ego tamen dico, vt poſſit Papa talem commiſſionem indulgere ſimplici Sacerdoti in vtroque ordine, vtpote de facto præſtitit Innoc. VIII. quibuſdam illis Abbatibus, quos retuli, *ſupra q.* 3. à verſ. *ad quintam*, docent Granadus, *in* 3. *part. tract* 2. *diſp.* 2. *num.* 3. *&* 4. quem ad literam refert Diana *dict. part.* 8. *tract* 1. *reſ.* 34. cum Victoria *in ſumma queſt.* 216. Ledeſma *in tract.* 1. *de ordine circa finem*, Henriquez *in ſumm. cap.* 23. §. 2. *in comment. lit.* C. Rodriguez *tom.* 2. *ſummæ cap.* 14. imò & Nauarrus relatus à Granado, dixit ante Tridentinum conceſſum fuiſſe à multis Pontificibus cuidam Abbati priuilegium ordinandi Subdiaconos, & Ioannes Præpoſitus *in* 3. *p. dict. quæſt. vnica de Sacram. ordin. dubio* 14. *num.* 120. dicit Patrem Victoriam aſſerere ſe vidiſſe Bullam Pontificis concedentis quibuſdam Abbatibus ordinis Ciſterciensis, vt poſſent conferre Subdiaconatum (quæ quidem Bulla eſt iam relata *quæſt.* 3. Innocent. VIII.) & vlterius refert accepiſſe ore à Reuerendo Domino Daſſignias, Abbas de Nicelda in Brabantia Gallicana ſe vidiſſe Reuerendiſſimum eorum Generalem vno die conferentem Sacrum Subdiaconatus ordinem quinque Religioſis Monaſterij Cambronenſis in Hannonia ordinis Ciſtercienſis.

De Diaconatus ordine docent in ſpecie Vaſ- 12
quez *in* 3. *part. Diui Thom. tom.* 3. *diſp.* 243. *cap.* 9. *n.* 38. Oparouius *de Sacram. tract. de ordine diſp.* 5. *num.* 14. Ochogauia *de Sacram. Ordinis quæſt. vnica dubio* 13. *num.* 122. Doctus Caramuël *in comment. ad regulam Sancti Benedicti c.* 92. *num.* 1626. Auerſa *de Sacram. ordin. quæſt.* 3. *ſect.* 3. qui dicit, vt admiſſa commiſſione de Subdiaconatus, ſit ſimilis, & par ratio de Diaconatu, ſupponendo vtrumque eſſe verè Sacramentum, & inſtitutum à Chriſto, quia adhuc vterque ordo manet infra Sacerdotium, & de vtroque eſſe poterat ſufficiens conuenientia, vt à Sacerdote ex commiſſione conferri valeat: proſequitur idem Diana *dicta part.* 8. *reſ.* 35. cum relato Caramuël, qui adducit prædictam Bullam Innocentij VIII. de anno 1489. vt Abbas Ciſter. & quatuor primi Coabbates conferant ordines Subdiaconatus, & Diaconatus; illa nimirum, quibuſcumque Religioſis ſui ordinis, iſti ſuorum Monaſteriorum Religioſis, referentes etiam prædictum priuilegium eſſe in praxi, hodieque ſupereſſe, qui ad maiores ordines ab his Abbatibus fuerunt promoti, eandem Bullam refert Rodriguez *tom.* 2. *quæſt. regul.* Vaſquez *ſupra*, & idem Diana *dicta* 8. *p. tract.* 1. *ſub reſol.* 34. dicens quod ſibi retulit, & affirmauit quidam Religioſus Monaſterij de Vauceuer eiuſdem ordinis Generales prædictam habere poteſtatem, & confirmatur; cum Chriſti Domini Vicarius diſpenſando non ſit exiſtimandus erraſſe; eo quod ſit res grauis, nec ſit ſcripturæ locus, quo probari queat, præfatam poteſtatem denegari Pontifici, ſicut patet ex noſtro textu, *& ex dicto cap.* 10. *Trid.* circa ordines minores, vt iam longè probaui, & dicit Granadus *in* 3. *p. dicto tractatu* 2. *diſput.* 2. *numero* 3. *&* 4.

Vnde non obſtat authoritas D. Thomæ *in* 4. 13
dict. diſt. 25. & aliorum ſupra Doctorum, qui dum negant poſſe Pontificem committere ſimplici ſacerdoti, vt conferre poſſit ordinem Subdiaconatus, maiori ratione id negent de Diaconatu; ſiquidem præcipua ratio à Diuo Thoma relata, ea nempe eſt, vt refert Diana *dicta reſ.* 35. ſub verſ. *ſed affirmatiuam, in fine*, quia omnes maiores ordines habent immediatam relationem ad corpus Chriſti; quam ſic generaliter non admittunt Doctores noſtræ ſententiæ; quia ratio non probat id de Diaconatu, & Subdiaconatu, ſed tantum de Sacerdotio; deinde quia, vt dicunt idem Granadus, & Diana *dicta reſ.* 34. *in fine*, Diuum Thomam, & alios tantum loquutos fuiſſe de poteſtate ordinaria, & generali magis, quæ ex decretis iuris Canonici conſtat, ſecundum quam Pontifex nequit talem concedere poteſtatem, vt ſimplex ſacerdos concedat ordines maiores; bene autem de poteſtate abſoluta. Et applicabis quæ notaui *ſupr. de Subdiaconatu in c.* 9. *hoc tit.* Et ad has difficultates adiunges quæ dixi etiam ex notis Doctoribus *in dict. Rub. de temporib. ordin. quæſt.* 2. verſ. *notandum.*

Ad quintam quæſtionis partem, an poſſit ſim- 14
plex ſacerdos ex commiſſione Papæ ordinem Præsbyteratus conferre? Videtur negatiuè reſpondendum, tum ex iam citata authoritate Diui Thomæ, vt *num. præced.* explicui; quæ etſi non claudat Subdiaconatum, & Diaconatum, claudit enim ſacerdotium, propter immediatam relationem ad corpus Chriſti, tum quia cum huius ſa-

cramenti

cramenti Ordinarius Miniſter ſit Epiſcopus,ſequi-
tur vt non debeat ſane hoc miniſterium in ord na-
tione Præsbyteratus extendi ad alium per com-
miſſionem abſque ſolido antiquitatis fundamen-
to; & ſic Aueria *de Sacram. Ordinis quæſt.* 3.
*ſect.*3.ait, vt debeat aſſe extra dubitatiooem quod
non poſſit ſacerdoti non Epiſcopo committi or-
dinatio alterius ſacerdotis, ſeu collatio ordinis
Sacerdotalis: vnde Granadus *in* 3.*p. D. Thoma*
*controu.*9.*tract.*2. *diſp.*2. *num.*4. obſeruant nullum
Doctorem, quem ipſe legerat dubitare de hac re:
docent etiam hanc ſententiam expreſsè Candidus
*tom.*4.*diſp.*4.*art.*3.*dubio* 17.& alij communiter. Et
confirmari videtur, tum ex his, quæ dixi ſupra *in*
dicta Rub. de temporibus ordin. dicta q. 2. verſ.*no-*
tandum, quam ex exemplis, & Bullis adductis *in*
hac quæſt. ſub verſ *ad tertiam*, & *quartam*, vbi
tantum de prima Tonſura, minoribus ordinibus,
ac de Subdiaconatu, & Diaconatu ſit mentio;
non ſic de Præsbyteratu & ſic Barboſa *in c.quanto*
de conſuetudine ſub num. 5. probat cum aliis tt.
Doctoribus, dicens hanc ſententiam quoad ſacer-
dotium eſſe receptiſſimam.

15 Adhuc verò exiſtimo abſque expreſſa iuris Di-
uini determinatione, non eſſe negandam Pontifici
maximo, committendi ſimplici Sacerdoti facul-
tatem conferendi ordinem Præsbyteratus, ſicut
dictum eſt de aliis Sacris Ordinibus; deinde probo
ex decreto Eugenij IV. dum ait: *ordinarius huius*
Sacramenti (Ordinis nempe) *eſt Epiſcopus*, quo
indicat,non Epiſcopum poſſe ex commiſſione eſſe
miniſtrum Sacramenti Ordinis; ac proinde om-
nium Ordinationum; quia omnes ſunt Sacramen-
ta, & non ſit maior ratio vnius, quàm alte-
rius.

16 Deinde ex Concilio Antiocheno *Canone* 10.quo
cum cōcedatur Corepiſcopis, vt ordinarent Lecto-
res,& Subdiaconos; atque Exorciſtas;& ibi addat
verba ſequentia: *Nec Preſbyterum, nec Diaconum*
audeant ordinare; præter conſcientiam Epiſcopi,
vt habet quædam tranſlatio, euenit vt à contrario
ſenſu ſciente Epiſcopo, bene poſſint iſtos ordines
conferre.

17 Ergo cum probabile ſit illos Corepiſcopos non
fuiſſe Epiſcopos, vt patet ex Ioanne 3.*epiſt.vnica*
in medio in 2.*tom. Concil.* quatenus ait Corepiſco-
pos veros non eſſe Epiſcopos,nec fuiſſe, quod ab
vno tātum ordinati eſſent, & Damaſcenus *epiſt.*4.
dum dicit eos non eſſe Epiſcopos, quia minus,
quam à tribus ſunt ordinati:& *in Canone* 50.Con-
cilij Antioch.quod cum oppoſitum docere videa-
tur,dum ait de Corepiſcopis; quamvis manuum
impoſitionem perceperint Epiſcoporum; & vt
Epiſcopi ſint conſecrati: tamen reſpondet Vaſq.
in 3. *part. diſput.* 238. *cap. vltimo*, vbi de hoc
diſputat per illa verba: *& vt Epiſcopi ſint con-*
ſecrati, potius denotari non fuiſſe veros Epiſ-
copos; quia particula *vt* diminuit, de quo-
rum officio, & dignitate; & quod illi eſſent
minores Epiſcopis, ſed Præsbyteris aliquomodo
18 ſuperiores, ſcribit cum multis. † Videndus Bar-
boſa *de iure Eccleſ.p.*1.*cap.*16. *num.*1. vbi *num* 6.
poſt multa concludit, Corepiſcopos ex Eccleſiæ
inſtitutione, nihil aliud fuiſſe,quàm Præsbyteros,
quibus crederentur res præcipuè temporales, &
curam Pauperum, & eleemoſynarum, & aliqua
19 miniſteria Epiſcopalia, † qui *num.* 2. ait quod illi
ſolum erant quidam Præsbyteri, qui in pagis, aut
oppidis loco Epiſcoporum curam animarum exer-
cebant, veluti Parochi,Vicarij Foranei officio fun-
gentes, † quorum ambitione creſcente cum gene- 20
rent ſe pro Epiſcopis, & ſuo officio non contenti
auderent maiores ordines conferre,& omnia Epiſ-
copalia exercere aliquando conſecrationem, quæ
Epiſcoporum eſt propria extorquerent; ideo me-
ritò, vt docent Antonius Ricciulus *Eccleſ. lucu-*
*brat.lib.*2.*c.*1. Contardus Brunus *de caremon. lib.*1.
*cap.*4. Carrança *in ſumm. Concilior. in Damaſ.*
*epiſt.*4.*pag.*77. Boll. *in œconom.Canon.claſſi* 3.*cap.*2.
§.4.Henriquez *in ſumm.lib.*10.*c.*13.§.2.quos refert
Barboſa *ſupra dict.n.*6.& *in paſtor. p.*1.*tit.*1.*cap.*6.
*n.*2.eorum ordo ab Eccleſia damnatus eſt *in cap.*
Corepiſcopi diſt. 68. videndus eſt Ayala *de Eccle-*
*ſiaſt. tradition. p.*1. *conſid.* 4. vbi ex profeſſo rem
iſtam tractat: aliqua dico *infra quæſt.*2. verſ. *nunc*
poſſunt.

Itaque noſtram ſententiam docent in terminis 21
Doctores antiqui Innocent. *in cap* 4. *de conſecrat.*
*num.*4.Panormit.*num.*4.Angel.verb.*ordo* 2.*num.*2.
& Aureolus apud Capreulum *in* 4.*diſt.*25.*quæſt.*1.
*art.*1.Vaſquez *dict. tom.*3.*in* 3.*p. diſp.*243. *cap.*4.
*num.*40.Ochogauia *de Sacram. Ordin.tract. vnico*
*quæſt.*7.*num.*11.Hurtadus *tract. de Sacram. Ordin.*
*difficult.*18.& alij per gloſſam *in c.peraenit diſt.*95.
& Diana increpat Granadum *part.* 8. *tract.* 1.
*reſ.*36. eo quod dixerit ſe nullum legiſſe Docto-
rem, qui dubitaret de ſua ſententia: & notat *ibi,*
in fine, quod licèt commiſſio huius miniſterij Sa-
cerdoti, non Epiſcopi fiat ab homine, ſcilicet ſta-
tuto Eccleſiæ, aut Summi Pontificis voluntate,
ſed poteſtatem committendi hoc miniſterium iure
Diuino Pontifici ſummo, & Eccleſiæ conuenire,
ſicut de poteſtate committendæ Confirmationis
Præsbytero, dico infra *ſub titul. de Sacra Vnctio-*
ne §. 1.

Ad ſextam quæſtionis partem,quam Diana re- 22
mittit iudicio ſummi Pontificis *dict.p.*8.*tract.*1.*re-*
*ſol.*38.negatiuè reſponderunt Syluester verb. *ordo*
3.*quæſt.*7.Victoria *in ſumm.num.*233.& D.Thom.
in 3.*p.quæſt.*38.*art.*1.*ad* 3.quorum ratio poteſt eſ-
ſe, quia qui Præsbyter non eſt, nequit ordines
conferre, vt iam in hoc textu dixi de Abbatibus,
qui vt queant etiam ordines minores conferre,de-
bent inter alia eſſe Præsbyteri; ergo & ratione
potiori debet procedere in caſu noſtro, quo dubi-
tamus, an poſſit Pontifex dare facultatem, vt
Diaconus alium Diaconum, vel ſaltem Subdiaco-
num ordinet.

Sed contrarium tenuit gloſſa *in cap. quanto de* 23
conſuetudine, quam refert ipſe Diana, & cum per-
legerim, video nullomodo loqui in hoc caſu: ta-
men poteſt iuuari eo fundamento; quia etſi qui
alium ordinat, & illum ad Eccleſiaſticum ordi-
nem eleuat, eundem debeat in dignitate ſuperare;
ideò cum Diaconus ſuperet Subdiaconum in ea,
& Subdiaconus alios in minoribus conſtitutos,ſe-
quitur,vt Diaconus queat aliquem ex commiſſione
Pontificia ordinare Subdiaconum. † Et quod 24
poſſit alium in Diaconum ordinare æqualem in
eodem ordine, quo ordinans eſt inſignitus,proba-
tur; quia ex ea parte, qua Diaconus ordinaturus,
factus eſt à Papa ad id delegatus eſt alio in Diaco-
num ab eo ordinando ſuperior, licèt in ordine
conuenirent ambo, cum non ex vi ſui ordinis, ſed
poteſtate ſibi commiſſa ordinet. Et confirmatur,
quia, etſi ad conſecrationem Epiſcopi requirantur
alij tres conſecrantes, ex commiſſione Pontificis
poterit vnus id facere, ſed tam conſecrans, quàm
conſecratus ſunt eiuſdem ordinis, & dignitatis er-
go. † Mihi verò prima opinio eſt plauſibilior; 25
tum

tum quia requiritur, vt ordinaturus ſit Præsbyter; tum quia id etiam requiritur in Epiſcopo alium conſecrante, iuxta quæ dixi *ſupra ſub cap. Archiepiſcopus de temporib. ord. quæſt. 2.* in verſ. *ad ſecundam.*

26 Ad ſeptimam quæſtionis partem, an Pontifex diſpenſare queat, vt fœmina ordinetur primâ Tonſura, ſuppoſito quod dixi *ſupra ſub Rub. huius tit.* ſcilicet quod fœmina non eſt capax huius Sacramenti, poſſes nunc reſpondere. Sed quia caſus huius dubij magis ſpectat ad textum *in cap. dilecta, de maiorit. & obed.* ideò ad ibi dicta te remitto; & ſic nunc breuiter referã Doctores negantes Marchinus *de Sacram. Ordinis tract. 1. p. 4. c. 1. num.* 17. Candidus *in eodem tract. diſquiſit. 4. art. 5. dubio* 4. Tannerus *tom. 4. diſp. 7. quæſt. 3. dubio 1. n. 7.* Leo *de cenſuris recollect. 2. num.* 58. Layman. *lib. 4. tract. 6. cap. 6. num. 2.* Ochogauia *de Sacram. tract. vnico de ordine quæſt.* 8 *num.* 4. Vaſquez *in 3. part.*
27 *Diui Thomæ tom. 3. diſp. 145. cap. 2.* † quorum rationes etiam refert Diana *dicta p. 8. tract. 1. reſ. 39.* à verſ. *ſed difficultas*, ex eo quia, cum prima Tonſura, tendat ad Sacerdotium, & illo ſit incapax mulier; ſequitur vt quamvis prima Tonſura, & alij minores ordines ſint ſacramentalia, & non Sacramentum (de quo dixi *ſub Rub. de tempor. ordin.*) quod nequeat etiam diſpenſatione Pontificia tonſurari; tum quia prima Tonſura nihil aliud eſt, quàm conſecratio, & deputatio perſonæ ad eum ſtatum, ex quo ad Eccleſiaſticos Ordines, & gradus aſcendi poſſit, quorum incapax eſt mulier; & hoc etiam ſi diceremus, quod prima Tonſura tantum eſt præparatio quædam ad ordines, & ad miniſterium aliquod, ſeu functionem publicam: & faciunt dicta ſupra *ſub Rubrica*, in verſ. *ad ſecundam*, ibi, *eſt omnium*; quod verum, & ſecurum eſt.

28 Non reticeam contrarium docere Paludanum *in 4. diſt. 25. quæſt. 3.* Hurtadus *de Sacram. Ordin. difficult.* 20. ille ex eo, quod prima Tonſura non eſt Sacramentum, ſed ſacramentale, & ſacramentalia ſunt ab Eccleſia inſtituta, ergo. Iſte dum obſeruat cum Paludano poſſe ex diſpenſatione Summi Pontificis fœminas validè primâ Tonſurâ initiari, etiam ſi ea tribuatur maſculis, tanquam præuium ad ordinationem, quia hæc ordinatio eſt ex ſola inſtitutione Eccleſiæ, & non repugnat fœminam eſſe capacem illius, quod in maſculis eſt præparatio præuia; quamvis non ſit capax eius; ad quod eſt præparatio in maſculis, qui addit ob eandem rationem poſſe ex diſpenſatione Pontificis fœminam ordinari quatuor ordinibus minoribus, ſi non eſſent ex Chriſti inſtitutione, ſed tantum ex inſtitutione Eccleſiæ, & Ludouicus Caſpenſis *in curſu Theol. tom. 2. tract. 27. diſp. 3. ſect. 3. num.* 10. ait ſubiectum capax ordinum eſt vir, non fœmina, ſed ex diſpenſatione Romani Pontificis poſſunt fœminæ primâ Tonſurâ initiari; quia hæc ordinatio eſt ex ſola inſtitutione Eccleſiæ, idem dicens de quatuor minoribus ordinibus in ſententia eorum, qui dicunt non eſſe verè Sacramenta ex inſtitutione Chriſti, ſed tantùm Eccleſiæ; & ob id aliqui apud Sanctum Thom. 3. *part. in addit. quæſt.* 40. *art.* 1. dixerunt ſexum virilem eſſe quidem de neceſſitate præcepti, ſed non de neceſſitate Sacramenti; quod nec ipſe ſequitur, nec ego; etſi Diana *ſupra* vocet hanc ſententiam probabilem, quod tantum in prima Tonſura poſſes admittere per ea, quæ dixi *ſupra in Rubr. de temporibus ordin.* in verſ. *ex his*, dum egi de dubio, *An omnes ordines ſint Sacramenta.* Hic poteris adiicere aliud dubium, an fœmina poſſit excommunicare, de qua idem Diana *dicta reſ. 39.* à verſ. *ſed hic*, & ego *ſub cap. nouit de iudicijs*, vt *in Rub. hoc tit.* notaui ſub verſ. *eſt omnium*, *quæſt. 2.* verſ. *ad ſecundam.*

Ad vltimam quæſtionis partem, an irregulares 29
poſſint initiati primâ Tonſurâ ſine propriâ diſpenſatione; etſi non multum ſpectet ad textum noſtrum, adhuc dependet à dubio iam deducto, num prima Tonſura ſit ordo, & iuxta eorum ſententiam, qui dicunt ordinem non eſſe, ſed officium, aut diſpoſitionem præuiam ad cæteros ordines, vt ſenſerunt D. Thom. *in 3. p. quæſt. 40. art. 2.* Vaſquez *tom. 3. diſp. 236. cap. 1. num. 9. & diſp. 237. cap. 2.* Bellarminus *lib. 1. de Cleric. cap.* 11. Martinus Fornarius *tract. de ordine cap. 7. num. 1.* Filliucius *tom. 1. tract. 9. cap. 1. num.* 13. Hurtado *de ordine diſ. 2.* ſed Canones dicunt irregularem non eſſe capacem ordinum; ergo cum prima Tonſura non ſit ordo, ſequitur, vt irregularis non ſit priuatus à receptione primæ Tonſuræ; non enim tonſuratus habet peculiare officium, ad Euchariſtiæ celebrationem directum, ſicut cæteri ordines. † Nihilominus 30
verius dicendum eſt, vt irregularis tonſurari nequeat ex diſpoſitione iuris, qua redditur homo inhabilis ad recipiendam primam Tonſuram: ſic docent in terminis Suarez *tom. 5. diſp. 40. ſect. 1. n.* 2. Præpoſitus *in p. D. Thomæ quæſt. 5. de irregul. dub. 3. n.* 12. Auila *de cenſ. p. 7. diſp. 2. dubio 6. concl. 1.* Diana *p. 4. tract. 2. reſ.* 88. Alia dico de irregulari *ſub tit. de filiis Presbyt.* & ibi *cap.* 14.

QVÆSTIO V.

Epiſcopus; an poſsit non Epiſcopo facultatem committere ordines conferendi, ſeu Corepiſcopo? Et an Abbates qui Ordinarij ſunt, & habent Iuriſdictionem, quaſi Epiſcopalem; poſsint omnia, quæ ſunt Iuriſdictionis, ſicut Epiſcopi in ſuo territorio?

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus non poteſt non Epiſcopo concedere poteſtatem ordines conferendi.*
2 *Epiſcopus, etſi habeat maiorem poteſtatem circa corpus myſticum Chriſti non ſic circa verum, quam habent alij Sacerdotes.*
3 *Corepiſcopi, ſicut nec ordinare, ſic nec confirmare, conſecrare Eccleſias, altaria, aut Virgines, nec pœnitentes publicè in Miſſa reconciliare poſſunt.*
4 *Abbates veniunt appellatione Prælatorum etiam ſi ſint Commendatarij, dum perpetui ſint.*
5 *Abbatia in multis æquiparatur Epiſcopatui.*
6 *Abbas in Eccleſiis ſibi ſubiectis, dicitur Ordinarius, ſicut Epiſcopus.*
7 *Alienatio rerum Abbatiæ requirit Abbatis conſenſum, ſicut requirit in rebus Epiſcopi alienandis.*
8 *Abbas eſt Sponſus Eccleſiæ ſuæ, quæ, eo mortuo, dicitur vidua, ſicut quæ fuit Epiſcopi.*

9 *Abbates poſt Epiſcopos, obtinent in Eccleſia primam Dignitatem, & in Conciliis.*

10 *Abbates ſunt præ aliis honorandi, cum habeant Dignitatem, & cum Prælatis multa communia, ſi habeant curam, & conuentum,* num. 11.

12 *Abbatia, inſpecta eius origine, eſt potius nomen ſolicitudinis, quam honoris.*

13 *Abbates, qui habent iuriſdictionem poſſunt regulariter ea, quæ in ſua Diœceſi Epiſcopi.*

14 *Abbates qui habent iuriſdictionem, quaſi Epiſcopalem, tenent etiam ius priuatiuè viſitandi, & Synodum congregandi, & dimiſſorias concedendi Clericis ſibi ſubditis.*

15 *Abbates iuriſdictionem habentes in Hiſpania, qui intelligantur?*

16 *Abbas iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem habens iudicatur extra Diœceſim Epiſcopi.*

17 *Epiſcopus nequit viſitare territorium habentis, qui illud habet interclusum in ſuo territorio, etiam ſicut legatus Papæ.*

18 *Abbati habenti iuriſdictionem, quaſi Epiſcopalem, competunt, præterea, quæ ſunt ordinis omnia alia, ſicut Epiſcopo, & diſpenſare.*

19 *Abbas poteſt dare Epiſcopo licentiam exercendi Pontificalia in ſuo territorio.*

20 *Abbas Abbatiæ exemptæ, etſi ſit Epiſcopus, nequit ordines conferre, niſi Abbatia ſit nullius Diœceſis.*

21 *Abbas in Eccleſiis ſibi ſubiectis poteſt impertiri ſolemnem benedictionem, ſicut Epiſcopus.*

22 *Abbas poteſt Synodum, & conſtitutiones facere, prout facit Epiſcopus, ſi prouinciam habeat.*

23 *Abbas poteſt vocari ad Concilium generale, ſeu Prouinciale, ſicut Epiſcopus citari, & in eo vocem habere deciſiuam.*

24 *Abbas poteſt conferre beneficia curata, & concurſum facere de vacantibus, & etiam alij inferiores, ſi habeant ius congregandi Synodum, &* n. 25.

26 *Abbates queunt interponere authoritatem in permutationibus, & reſignationibus beneficiorum ſimplicium, vnire Eccleſias, & commendare,* n. 27.

28 *Epiſcopus nequit viſitare Parochias, nec perſonas curam habentes, nec Sacramenta exercentes Abbatum, & regularium ſuperiorum iuriſdictionem habentium.*

29 *Abbas poteſt dare indulgentias ſolitas dari, commendatitias litteras ſubditis, & exercere per alium quæ ſunt ordinis Epiſcopalis.*

30 *Abbas qui habet Baculum, & vſum Mitræ dum ſolemniter celebrat debet habere ſuos Miniſtros Clericos aſſiſtentes, ſed non duos Diaconos, aſſiſtentes ſicut Epiſcopus habet.*

31 *Abbas poteſt vti Bireto nigro ſub Mitra, ſed non alterius coloris, nec Baldachino.*

32 *Abbas poteſt dare licentiam Prædicatoribus, ad prædicandum in ſuo territorio & eos examinare.*

33 *Abbas debet incedere in Eccleſia in habitu decenti, & non camerali.*

34 *Abbas non debet aſſociari in ſua domo, nec excipi cum vadit ad celebrandū pontificaliter.*

35 *Abbas in Eccleſia Epiſcopo ſubiecta, debet in ea Eccleſia ſedere in loco inferiori ipſi, & ſine ornatu, vel à ſiniſtris Epiſcopi.*

36 *Abbatibus permittitur cognoſcere de cauſis matrimonialibus, & criminalibus, & aſſiſtere matrimoniis contrahendis.*

37 *Abbas poteſt denunciationes matrimoniales remittere etiam, ſi ſit Commendatarius, vt* n. 38. *alij contra,* n. 39.

38 *Abbas Commendatarius dicitur Ordinarius, ſicut titularis.*

40 *Abbas Commendatarius habens iuriſdictionem ſeparatam in ſuo territorio, poteſt diſpenſare ſuper illegitimitate ad quatuor ordines minores.*

41 *Abbates titulares intra terminos ſui territorij poſſunt approbare Confeſſarios ad audiendas confeſſiones ſæcularium.*

42 *Abbates num habeant poteſtatem diſpenſandi, & abſoluendi conceſſam Epiſcopis per c. 6. Trid.* ſeſſ. 24. *ſub lite eſt, vt* numero 43. & 44

45 *Abbates regulares exempti, num diſpenſandi, & abſoluendi habeant poteſtatem per Trid.* cap. 6. ſeſſ. 24.

46 *Capitulum, ſede vacante, num habeat diſpenſandi, & abſoluendi facultatem iuxta terminos Trid.* ſeſſ. 24. cap. 6.

47 *Abbas tenetur reſidere in collegiata, in qua titularius eſt; etſi aliam habeant ſedem in Cathedrali, aliàs fructus non lucratur.*

48 *Abbas abſente Epiſcopo, in collegiata ab ordinario exempta, ac Sedi Apoſtolicæ ſubiecta Diuinis ſolemniter intereſſe poteſt, & Canonicos aſſumere ad ſibi aſſiſtendum, iuriſdictionem in eos exercendo, ſicut Epiſcopus in ſuos.*

49 *Abbas nequit in ſua collegiata Eccleſia ſupprimere Præbendas, etiam tenues, eas reducendo ad pauciorem numerum.*

50 *Abbates plures diſtincti, qui ſunt in eodem loco habentes diſtinctum Clerum, debent in proceſſionibus incedere quiſque cum ſuo Clero & loco.*

51 *Abbatum plura iura qui referant?*

52 *Abbates poſſunt eſſe executores vltimarum voluntatum.*

53 *Abbates alij etiam præter communes ſunt, qui dicuntur Heremi Cultores ſic dicti, quia ſtante perſecutione Tyrannorum ſeſe in ſpeluncis abdeant.*

54 *Archimandriſtæ Abbates heremi dicti ſunt, quaſi Principes eorum, qui Cauernas habitabant, vel Principis gregis, qui ſolent ſub ſe alios habere Abbates, vt* numero 55.

56 *Abbas ſimplex nonnunquam Epiſcopus nominatur.*

AD primam difficultatis partem ex dictis à *quæſt.* 1. iam breuiter reſpondendum eſt, vt cum Miniſter proprius Sacramenti Ordinis ſit Epiſcopus, nec alius inferior, niſi ex priuilegio iuris, vt Abbates, de quibus dixi, vel ex diſpenſatione Pontificia, vt *ſupr. ſub quæſt.* 4. ſequitur nunc dicendum cum Reginaldo *tom. 2. lib. 30. tr. 1. c. 5. num.* 25. & Diana *p. 8. tr. 1. reſ. 33. in fine*, Epiſcopum non poſſe committere non Epiſcopo poteſtatem conferendi ordines, etiam minores; etſi committat nihil fieri, † quia licèt habeat pleniſſimam 1 2

mam poteſtatem circa corpus Chriſti myſticum,
circa corpus tamen Chriſti verum non habet ma-
iorem poteſtatem, quàm alius Sacerdos; quia
ergo poteſtas conferendi ordines ſupponit pote-
ſtatem ſupra Corpus Chriſti verum, iuxta illud,
quod dicitur *in cap. ex litteris de exceſſibus Præ-
lator.* vt Pontificale officium ſine altaris miniſte-
rio, non valeat adimpleri, non poteſt alteri com-
mitti, quàm Sacerdoti, qui ſolus habet poteſta-
tem ſupra Corpus Chriſti verum; ergo.

3 Num poſſint Epiſcopi committere ordinatio-
nes Corepiſcopis? reſpondebis negatiuè ex ad-
ductis *ſupra dicta quæſtione* 4. à verbo *deinde*, ſub
verſic. *ad quintam*; qui etſi ordines minores poſ-
ſent conferre, & ſecundùm aliquos Subdiacona-
tum; ſed hoc tantùm ex conceſſione Pontificia,
& Conciliari, vt probat Barboſa *de iure Eccleſiaſt.
cap.* 16. cum multis dicentibus *ſub numer.* 2. quod
iſti cum eſſent tanquam Præsbyteri, non pote-
rant confirmare, conſecrare Eccleſias, altaria,
aut Virgines, nec pœnitentes publicè in Miſſa
reconciliare, ordineſve maiores conferre, vt ex-
preſsè eiſdem prohibet textus *in cap. quamuis, &
in cap. Eccleſiis* 68. *diſtinct.* etſi cætera poſſent, vt
quilibet Epiſcopus, videbis Cardinal. Bellarmin.
in controuerſ. Cathol. tom. 1. *controuerſ.* 5. *lib.* 1. *de
Clericis cap.* 17. videndus Henriquez *in ſumma
lib.* 10. *cap.* 23. §. 2. *iuncta littera F.* Petr. Gregor.
ſyntagm. iuris part. 2. *lib.* 15. *cap.* 12. *numero* 47.
Vaſquez *tom.* 3. *in* 3. *part. diſputatione* 238. *nu-
mero* 68. Filiuc. *tom.* 2. *tract.* 9. *de Sacram. Ordin.
cap.* 5. *numero* 42. D Rodericus de Acuña *in dicto
cap. quamuis numero* 2. Moneta *de conſeruat.
cap.* 5. *numero* 42. Ricciolus *Eccleſiaſt. lucubrat.
lib.* 2. *cap.* 5. etenim ordinandi poteſtatem, quam
habebant, erat ex commiſſione Pontificia, vt do-
cent Theologi, & probat cum multis Vaſquez
dicto tom. 3. *diſputatione* 243. *cap.* 4. & ex Concilio
Antiocheno *canone* 10. de quo in loco citato *quæ-
ſtione* 4.

4 Ad ſecundam quæſtionis partem, vt reſpon-
deam, præmitto dicendum, quod Abbates ve-
niunt Prælatorum appellatione iuxta verba textus
in cap. decernimus de iudiciis, ibi: *Sed Epiſcopi,
Abbates, Archiepiſcopi, & alij Eccleſiarum
Prælati cap. præſenti de officio ordin. lib.* 6. *cap.
vt Apoſtolica de priuileg. lib.* 6. vbi Doctores, Sua-
rez *de religione tom.* 4. *tractat.* 8. *lib.* 2. *cap.* 2. *nu-
mero* 2. Tamburin. *de Iure Abbat. & Prælator.
tom.* 1. *diſputatione* 1. *quæſtione* 3. etiamſi ſint
Commendatarij, dummodo ſint perpetui, Tam-
burin. *dicta quæſt.* 3. *numer.* 4. cum aliis Barboſa
de Iure Eccleſiaſt. part. 1. *tractat.* 17. *numer.* 4. vbi
5 *à numero* 5. ait cum aliis multis, † quod Abbatia
in multis æquiparatur Epiſcopatui, in tantum,
vt nec comprehendatur Dignitas Abbatialis; pro-
vt nec Epiſcopalis ſub nomine Dignitatis in
6 odioſis. † Etenim Abbas in Eccleſiis ſibi ſub-
iectis dicitur ordinarius ſicut Epiſcopus & ideo
poteſt eſſe Iudex in cauſis ſuarum ſubiectarum.
7 † Et ſicut in alienatione bonorum Eccleſiæ requi-
ritur conſenſus Epiſcopi, item & Abbatis in
alienatione bonorum Eccleſiæ ſubiectæ ſuæ Ab-
batiæ, Angelus Aretinus *conſ.* 99. *in princ.* Tuſ-
chus *littera A*, *concluſione* 11. *numero* 3. Bar-
8 boſa cum aliis *ſupra numero* 9. & 10. † vbi *nu-
mero* 8. dicit quod Abbas eſt ſponſus Eccleſiæ
ſuæ, & eo mortuo, Eccleſia viduata dicatur;
prout in Epiſcopali, & omnibus habentibus Di-
gnitatem cum adminiſtratione; Tuſchus *ſupra
littera A*, *concluſione* 5. *numer.* 6. † Obtinent 9
ergo Abbates poſt Epiſcopos Dignitatem pri-
mam in Eccleſia; ſic vt in ſacris generalibus
Conciliis immediatè poſt Epiſcopos ipſis: de-
inde aliis etiam Prælatis locus debeatur, Patormi-
tan. *in dicto cap. decernimus de iudic. numer.* 2.
Campegius *de Conciliis cap.* 15. *numero* 17. Ca-
ſtaldus *in praxi ceremon. lib.* 1. *ſect.* 9. *cap.* 1. *num.* 3.
videndus Narbona de ætate ad omnes humanos
actus anno 25. *quæſt.* 57. *numer.* 3. † Sunt enim 10
præ aliis honorandi, quia habent Dignitatem, &
cum Prælatis multa communia, *cap. hac conſti-
tutione de officio deleg. lib.* 6. *gloſſa in cap. à Sub-
diacono* 93. *diſtinctione*, *cap. vt Apoſtolica de
priuileg. lib.* 6. cum multis Barboſa, *dict. cap.* 17.
numer. 3. † vbi intelligit hæc, quando Abbas cu- 11
ram habet, & Conuentum, ſeu præeminentiam
in Choro, aut adminiſtrationem perpetuam cum
iuriſdictione: ſic Tamburin. ex Rota *tom.* 3.
de iure Abbat. deciſione 5. *numer.* 7. *& deciſione* 9.
numer. 3. † Nam Abbatia inſpecta, eius ori- 12
gine eſt potius ſolitudinis nomen, quàm ho-
noris, gloſſa verb. *Abbatem in cap. accedens*
50. *diſtinctione*, Rota *dicta deciſ.* 9. *numer.* 8.
gloſſa verbo *non aſcendat in cap. iuam hoc ti-
tale*, vbi Innocent. *in fine*, Abbas *numer.* 3. verſ.
in eo.

Vnde iam reſpondeo Abbates, qui ordinarij 13
ſunt, & habent iuriſdictionem quaſi Epiſcopa-
lem, habere quoad ea, quæ ſunt iuriſdictionis
poſſe regulariter omnia ea, quæ Epiſcopi in
ſua Diœceſi, iuxta gloſſam, quam ibi com-
mendant Bonifac. & reliqui *in clementina* 1.
verbo *proprij de rebus Eccleſiæ*, non alienandis,
& dicit ſolemnem Nauarr. *conſ.* 5. *de ſponſ. nu-
mero* 4. Seraphinus *deciſione* 1052. & 1386. San-
chez *de matrim. lib.* 8. *diſputatione* 2. *numero* 12.
ad finem, verſ. *ſecundo quia*, & in præcepta
Decalogi *tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 13. *numero* 4. & 5.
Mendez de Caſtro *in praxi Luſitana part.* 2.
lib. 1. *cap.* 1. *numer.* 20. Sigiſmund. à Bononia
de elect. dubio 51. *numer.* 4. Tamburinus *de iure
Abbat. tom.* 1. *diſput.* 1. *quæſtione* 3. *& tom.* 2.
diſputatione 1. *quæſtion.* 5. *numer.* 7. † qui *diſ-* 14
putatione 11. *quæſtione* 26. *num.* 2. Campanill. *in
diuerſ. Iuris Canonic. Rubric.* 9. *cap.* 8. *numer.* 4.
Barboſa *de poteſtat. Epiſcopi part.* 2. *allegation.* 7.
numer. 8. dicunt poſſe huiuſmodi Abbates ordi-
narios priuatiue quoad Epiſcopum, habentes ius
viſitandi, ac Synodum Congregandi Clericis ſæ-
cularibus ſibi ſubditis litteras dimiſſorias concede-
re. † Et video quod extra Abbates Benedictinos, 15
Ciſter. & alios regulares, de quibus *ſupra à
quæſtione* 1. in noſtra Hiſpania computentur ſe-
quentes Abbates: de Couarru. *de Alcala la
Real, de Medina de el Campo de Lerma, de
Oliuares*, vt refert Barboſa *de iure Eccleſiaſt.
part.* 1. *cap.* 17. *numer.* 94. & alij: De quibus
etiam videbis Ouiedo *in praxi regular. part.* 2. *tra-
ctatu* 1. *quæſtione* 2. *cap. vnico numer.* 72. & exi-
ſtimo reduci ad eos Abbatem Sancti Iſidori le-
gionem.

Vnde dicendum eſt quod Abbas quilibet præ- 16
fatam Iuriſdictionem habetur perinde, ac ſi eſſet
extra Epiſcopi Diœceſim, vt docent Seraphi-
nus, *deciſione* 1072. Riccius *collect.* 1256. *ad
cap.* 10. Trident. *ſeſſione* 23. *de reform.* † Dicentes 17
in hoc caſu non poſſe Epiſcopum illud territo-

rium viſitare , etiam tanquam ſedis Apoſtolicæ
delegatum; idem Seraph. *in deciſione* 459. Ric-
18 cius citatus, † qui addit deciſum eſſe in Rota
Romana in vna Vrbanaten. Iuriſdictionis 11.
31. Maij 1601. coram Seraphino , vt patet ex
eius *deciſione* 1386. competere Abbati habenti
Iurisdictionem , quaſi Epiſcopalem , præterea,
quæ ſunt ordinis ea omnia, quæ poſſunt compe-
tere Epiſcopo in ſuo territorio , & diſpenſare
in cæteris omnibus caſibus, in quibus poteſt Epiſ-
copus, Flores de Mena *variar. reſ. lib.3. quæſtio-
ne 24. numero* 18. Gambarus *de officio , & pote-*
19 *ſtate legati de latere lib.*10. *numero* 432. † &
poſſe dare alieno Epiſcopo Pontificalia exercen-
di , Flores *ſupra numero* 27. qui *numero* 23. dicit
poſſe viſitare ſuos ſubditos , ſed non ab Epiſco-
po ſedis Apoſtolicæ Delegato , virtute decreti
Concilij Trid. *ſeſſion.*24. *de reformat. cap.*9. quia
ſecundùm illum limitatur Concilium in habente
Epiſcopalem Iuriſdictionem , Barboſa , *dicto*
20 *cap.*17. *numero* 108. & 109. † qui *num.* 120. refert
deciſum ex Sacra Congreg. Concilij , quod Ab-
bas alicuius Abbatiæ exemptæ non poteſt in ea
ordines conferre ; licet ſit Epiſcopus , ſecus
ſi Abbatia eſt nullius , quia habet popu-
lum.

21 Secundo infero , quod Abbas in Eccleſiis ſibi
ſubiectis poteſt impertiri ſolemnem benedictio-
nem , ſicut Epiſcopus , vt fuit deciſum in Rota
in vna Salmant. Iuriſdictionis 3. Iunij 1580.
coram Seraphino , pro qua ex textus , *in cap.
Abbates de priuileg. libro* 6. Riccius *ſupra dicta
collect.* 1256. in verſ. *ſecundo infero.*

22 Infero tertio poſſe ſynodum , & conſtitutio-
nes ſynodales facere ; prout facit Epiſcopus , di-
xerunt Flores *ſupradicta quæſtione* 24. *numer.*9.
Balbus *de præſcription.*1.*part.*5.*partis quæſtione* 11.
*Rota de ſynodo part.*2. *à numer.*40. quod intelligunt
Barboſa *dicto cap.*17. *numer.*104. Nicolaus Gar-
cia *de benefic. part.*9. *cap.*2. *numer.*131. in Abbate
habente prouinciam , quia hunc ſolum celebrare
poſſe ſynodum , cenſuit Sancta Congregatio
Concilij ſub die 17. Auguſti 1616. etſi alias pro-
batur habuiſſe ius Congregandi ſynodum , poſſit
bene concurſum facere , vt deciſum fuiſſe ab ea-
dem Sacra Congreg. Garcia refert loco citato,
23 † imo dicunt Campegius , *in tractatu de conci-
liis cap.*7. *à numer.*1. Flores *dicta quæſtione* 24.
numer. 28. Barboſa *numer.* 105. cum aliis per
textum *in cap. conuenientibus* 1. *quæſtione* 7. poſſe,
ſicut Epiſcopum ad Concilium Generale , ſeu
Prouinciale vocari & citari , & in eo vocem ha-
bere deciſiuam Iuriſdictionis ratione , licet con-
trarium teneant Iacobat *de Concil. libro* 2. *articu-
lo* 2. *à numer.* 38. Albanus *in eodem tractat.
part.*1. *cap.*6. *numer.*3. & quando Abbas teneatur
accedere ad ſynodum , quando non ; Seraphinus
*in deciſ.*190.

24 Quarto , vt poſſint tales Abbates beneficia,
etiam curata conferre per textum *in cap.*2. *& fin.*
& *ibi* gloſſa 16. *quæſtione* 4. Pariſius *conſ.*35. *nu-
mer.*8. *&* 9. *libr.*4. Flores de Mena *dicta quæſtione*
24. *numer.*21. vbi quod poteſt coram ſe vel eius
Vicario de curatis vacantibus concurſum facere;
imo docent Riccius *in praxi Eccleſ. deciſione* 424.
in 1. *editione* , alias *reſ.*361. *in* 2. *edit. Maſobr.* in
ſua praxi habendi concurſum , *requiſito* 1. *dubio* 8.
11. *&* 12. *& requiſito* 5. *dubio* 4. † quod etiam
25 inferiores alij poſſint id efficere ; ſi habeant ius
congregandi ſynodum , † & idem Flores , *dicta* 26
quæſtione 24. *numer.* 28. & alij , quos adducit Bar-
boſa *in paſtorali part.*3. *allegatione* 69. *ex numer.*4.
dicunt poſſe prædictos Abbates interponere au-
thoritatem in permutationibus , & reſignationi-
bus beneficiorum ſimplicium. † Et quod poſ- 27
ſint vnire Eccleſias , & eas commendare , Flo-
res de Mena *dict. quæſtione* 24. *variar. numero* 15.
& 16.

Infero quinto , quod vbi Abbas , & alij ſu- 28
periores regulares habent iuriſdictionem tempo-
ralem in Parochianos , non poſſit Epiſcopus vi-
ſitare Parochias , nec perſonas curam animarum,
& Sacramenta exercentes , vt fuiſſe in Rota re-
ſolutum , tradunt Seraphin. *deciſione* 1067. in
vna Ciuitaten. iuriſdictionis 12. Februarij 1594.
& Riccius *dicta collect.* 1256. *ſuper dict. cap.* 10.
Trident. in fine. † Imo Barboſa *de Iure Eccleſiaſt.* 29
*dicto cap.*17. *numero* 111. *&* 112. docet cum mul-
tis , vt poſſit dare indulgentias , quæ ſolitæ ſunt
dari , & dare commendatitias ſuis Clericis , &
exercere per alium ea , quæ ſunt ordinis Epiſco-
palis per textum *in cap. accedentibus de exceſſibus
Prælator.* Flores de Mena *numero* 12. ſaltim ex
conſuetudine , idem Barboſa *part.* 3. *in paſtor.
allegatione* 88. *ex num.* 17. † Et quod Abbas, 30
ſeu Prior habens vſum Mitræ , & Baculi,
dum ſolemniter celebrat , debeat habere ſuos
Miniſtros , Diaconum ſcilicet , & Subdiaco-
num cantaturos in Miſſa Epiſtolam , & Euan-
gelium , & vnum Capellanum cum Pluuiali,
qui aſſiſtat ad librum , & aliquos Clericos,
& Miniſtros , qui aſſiſtant cum Cotta , ſed
non habere duos Diaconos aſſiſtentes , ſicut
habet Epiſcopus quando celebrat ; ſic ex Sacra
Congregat. deciſum in firmana 28. Ianuarij 1606.
† Vbi etiam fuit deciſum vti poſſe Birreto Nigro 31
ſub Mitra , non autem alterius coloris , nec poſſe
vti Baldachino , vt tradit Nouarius *in lucerna
regular.* verbo *Abbas numer.*16. † Et quod poſſit 32
dare licentiam Prædicatoribus ad prædicandum
in ſuo territorio , & eos examinare , & appro-
bare , Flores de Mena *dicta quæſtione* 24. *num.*19.
† Et Barboſa *in dicto cap.*17. *numer.*113. tradit 33
ex S. Rit. Congregat. in Sancti Seuerini 9.
Maij 1609. vt debeat incedere in Eccleſia in ha-
bitu decenti , & non Camerali. † Et *numer.*114. 34
quod non debet aſſociari in ſua Domo , nec ex-
cipi , cum vadit ad Pontificaliter celebrandum,
quia cæremoniale de Epiſcopis loquens in hoc
caſu non comprehendit Abbates ex dicta Sacra
Congregat. Rit. in Hiſpaniar. S. Ioannis de
Peña 11. Decemb. 1613. quæ in alia Aquilona 18.
Martij 1617. † dicit quod in Eccleſia ſuæ Iuriſ- 35
dictioni ſubiecta , debet Abbas , præſente Epiſ-
copo ſedere in ſede inferiori Epiſcopo , & ſine
ornatu , vel apud Epiſcopum à ſiniſtris , vel à
conſpectu Epiſcopi in loco tamen inferiori reſpe-
ctu ſedis Epiſcopi.

Infero ſexto per deciſionem textus *in cap. ac-* 36
cedentibus de exceſſibus Prælator. & per deciſ.
Rotæ 10. Collect. à Farinac. quam refert Ric-
cius , *dict. collect. cap.*10. Trident. *ſeſſione* 23. vt
permittatur Abbati cognoſcere de cauſis ma-
trimonialibus , ac criminalibus ; & quod poſſit
matrimoniis contrahendis aſſiſtere , & intereſſe
virtute Trident. Concilij *ſeſſione* 24. *cap.*1. tenent
Sanchez *de matrim. libr.*3. *diſputatione* 28. *nu-
mero* 6. Gutierrez *eodem tractat. cap.*66. *num.*6.

Baſilius

Baſilius Pontius de impedimentis matrim. cap.26.
§.6. verſ. idem quod Tamburinus de iure Abbat.
tom.2. diſputatione 8. quæſt.1. Barboſa in paſtor. p.2.
37 allegat.32. num.122. & alij. † Et Sayrus in deciſ.9.
tit. de ſponſalibus, Riccius dicta collect. 1256. ait,
quod poteſt Abbas denunciationes matrimoniales
remittere virtute eiuſdem Trid. ſeſſion. 24. cap.1.
vt cum multis reſoluunt idem Barboſa dicta
allegatione 32. Tamburinus dict. tom.2. diſp.8 q.4.
Molin. de ritu nuptiar. lib.2. differentia 11. num.60.
Flores de Mena dict. quæſt.24. variar. num.26. Stephanus
Gratian. diſcept. forenſ. cap.83. num.15.
38 Sanchez de matrim. lib.3. diſp.7. num.4. † qui vt
refert, & ſequitur idem Barboſa de iure Eccleſ.
dicto cap.17. num.97. extendunt hoc ad Abbates
commendatarios ex eo quia quidquid poteſt titularis
ratione Dignitatis, poteſt illius commendatarius,
cum iſte Ordinarius dicatur ex gloſſa per
textum in dict. cap. Ordinarij de officio ordinarij
lib.6. iuncto cap. cum Eccleſiarum Prælatis eodem
tit. in antiquis, in terminis idem Tamburin. dict.
diſp.8. quæſt.5. Gonzalez in reg.8. Cancel. gloſſa 5.
§.8. num.18. Ledeſma in ſumm. p.1. vbi de Sacram.
matrim. cap.6. concluſ.7. dubio 1. verſ. ſigeſe lo ſegun-
39 do, Barboſa dict. alleg.32. num.32. † Sed in hoc
vltimo contrarium docent Armendar. in addit. ad
recopil. Legum Nauarræ lib.4. tit.15. l.1. de matrimon.
in declarat. num.22. Franciſcus Leo in Theſauro
fori Eccleſ. cap.4. p.2. num.55. exiſtimantes, &
deciſum dictos Abbates commendatarios in eorum
Abbatiis, in quibus habent iura Epiſcopalia,
remittere non poſſe dictas denunciationes ſine
40 ſpeciali conceſſione Apoſtolica. † Verùm Barboſa
dicto cap.17. lib.1. de iure Eccleſiaſt. num.119.
refert declar. S. Congreg. in Concil. nullius Oppidi
de Pignoral. 18. Nouemb. 1628. vt Abbas commendatarius
habens iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem
in ſuo territorio ſeparato, poſſit diſpenſare
ſuper illegitimitate ad quatuor minores ordines.

41 Septimò infero, poſſe huiuſmodi Abbates titulares
intra ſuos terminos territorij approbare
confeſſarios ad audiendas confeſſiones ſæcularium,
Valerius Reginaldus in praxi fori pœnitent.
lib.1. num.128. Campanil. in diuerſorio Iuris Can.
Rub.12. cap.13. Barboſa in Paſtor. alleg.25. num.5.
Tamburin. de Iure Abbat. dict. tom 2. diſp. 10. quæſtione
11. & Suarez tom.4. in 3. part. diſp.28. ſect.5.
numero 3. vbi teſtatur eſſe in vſu poſitum, ac ſe
vidiſſe plures huiuſmodi Abbates in ſuo diſtrictu
confeſſarios approbantes, & exponentes, quibus
42 nunquam hoc interdictum fuit. † Et idem referens
Barboſa dicto cap. 17. numero 96. ſub numero
99. adducit Doctores inter ſe pugnantes: nam
quidam dicunt prædictos Abbates habere facultatem
diſpenſandi, & abſoluendi, conceſſam Epiſcopis
per Concil. Trid. ſeſſ.24. de reformat. cap.6.
inter quos Flores de Mena dicta quæſtione 24 variar.
lib.3. numero 18. Sayrus, in Claui Regia libro
6. cap.11. num.83. Auila de cenſur. part.7. diſputatione
10. dub.6. Sanchez in præcepta Decalogi
43 tom.1. lib.2. cap.11. num.5. † Sed contrariam ſententiam
alij multi docent, & referunt deciſum à
Sacra Congreg. Nicolaus Garcia de benefi. part.7.
cap.11. num.13. & 17. Armendar. in addit. ad recopilat.
leg. Nauarræ lib.1. tit.18. l.7. de irregular. in
declarat. num.9. & 10. ipſe Barboſa in paſtorali dicta
p.2. alleg.39. num.17. Bonacina de cenſur. diſp.7.
q.5. puncto 1. num.6. Marius Alter. de cenſur. tom.2.
diſput.8. de ſuſpenſione cap.3. verſ. ſed hic Suarez
tom.4 de pœnit. diſp.30. ſect.2. numero 6. & tom.5.
de cenſur. diſput. 41. ſect.2. numero 7. Toletus inſtruct.
Sacerd. lib.1. cap.83. num.5. ad finem, Zenedus
ad ſext. Decretal. collect.4. num.5. Riccius
in praxi fori Eccleſ. deciſione 537. num.1. in 1. edit.
alias reſ. 555. in 2. edit. & probant ex eo, quia
Trident. in dicto cap.6. ſeſſione 24. hac in parte derogat
iuri communi, ſicque limitari, vt potius
nomine Epiſcopi intelligatur ſecundum propriam
illius ſignificationem, de illis tantùm, qui ſunt
conſtituti in Dignitate Epiſcopali, non ſi inferiores
ſint, vt Abbates, ſeu alij Prælati inferiores iuriſdictionem
habentes ordinariam, & quaſi Epiſcopalem,
qui non gaudent prædictâ facultate diſpenſandi,
& abſoluendi Epiſcopis conceſſa per
dict. cap. 6. Trident. † Et Barboſa ibi numero 7. 44
cum multis, ait, Abbates, & Prælatos inferiores
habentes iuriſdictionem ordinariam, etiam nullius
Diœceſis, non gaudere facultate abſoluendi,
& diſpenſandi in eo capite 6. Trid. conceſſa. † Ta- 45
men ibi numer.8. cum aliis multis probat Superiores
Conuentuales religionum exemptarum, gaudere
erga Religioſos ſibi ſubditos facultate abſoluendi,
& diſpenſandi in eo cap. conceſſa, quia
ſic datum fuit eis à Pio V. in conſtit. ſua, incipit
Romanus, ſub die 21. Iunij 1571. huius dicti refert
20. Doctores, qui alios referunt: tamen in hoc
vltimo contrarium docent Suarez tom.5 diſput.4.
ſect.2. Petrus de Ledeſma in ſumma tom.2 tract.1.
cap.6. poſt concluſ.20. dif.3. Garcia de benefic. ſuprà
cap. 11. numero 13. & 20. Armendar. Lezana, &
Regin. quos refert citatus Barboſa in fine dicto
numero 8. † vbi numero 4. tradit diſcordantes Do- 46
ctores, an Capitulum ſede vacante gaudeat diſpoſitione
illius textus, de quo videbis nonnulla,
quæ dixi ſub cap.4. de iudiciis in quæſtionibus finalibus.

Infero octauò, quod Abbas tenetur reſidere in 47
Collegiata, in qua eſt intitulatus, & eſt caput,
quod procedit, quamvis aliàm habeat ſedem in
Cathedrali; quia non excuſatur; itavt ſi non reſideat
in Collegiali lucretur fructus, & diſtributiones
in illa, Seraphin. deciſione 1412. Riccius dicta
collect. 1256. ad cap.10. Trident. ſeſſ.23. in verſic. infero
quarto. Et Baboſa de iure Eccleſiaſt. dicto
cap.17. numero 116. refert ex Sacra Rit. Congreg.
Declin. Alexandrina Sancti Petri in Brogolio 7.
Februarij 1604. † quod poſſit Abbas, abſente ve- 48
ro Epiſcopo in ſæculari Eccleſia collegiata, & ab
ordinario exempta, ac Sedi Apoſtolicæ immediatè
ſubiecta Diuinis ſolemniter intereſſe ſuos
Canonicos aſſumere ad ſibi aſſiſtendum, & eandem
in eos iuriſdictionem exercere, quam Epiſcopus
exercet in ſuos.

Sed Nicolaus Garcia de beneficiis dicta part.12. 49
cap. 2. numero 75. refert à Sancta Congreg. deciſum
non poſſe Abbatem Eccleſiæ Collegiatæ
exemptæ ſupprimere præbendas, quarum fructus
ſimul cum diſtributionibus quotidianis non ſufficiunt
pro ſuſtentando Canonicorum numero,
etiam ex conſenſu Capituli, eas ad pauciorem
numerum reducendo cum hoc ſpectet ad Epiſcopum
cum conſenſu tamen Capituli, ſi ipſa collegiata
inſignis ſit, quod vltimum applicabis ed ea,
quæ notaui in cap. cum acceſſiſſent de conſtit.
& ibi in cap. cum M. ferr. † Et Barboſa in dicto 50
c.17. n.117. etiam refert à Sancta Congreg. Rit.
in Nucerna Gualdi 19. Ianuarij 1613. declaratum

quod quando ſunt plures Abbates in eodem loco, habentes clerum diſtinctum, debeant in proceſſionibus incedere quiſque cum ſuo Clero, & in ſuo loco.

51 Multa alia de Abbatibus prædictis, & de iuriſdictione eorum referunt iam citati, item, & de Prælatis Epiſcopo inferioribus Tamburin. *de Iure Abbat.* per tres tomos latiſſimè Flores de Mena *quæſt. vnica lib. 5.* Azor. *inſtit. moral. p. 2. lib. 2. cap. 19.* Anton. Faber. *in praxi, & Theorica benef. tit. de maiorib. & minorib. benefic a n. 54.* Campanil. *in diuerſ. Iuris Canon. Rub. 7. c. 6. ex n. 92.* Sebaſtian. Cæſar *in relect. de Eccleſiaſt. Hierarchia p. 2. diſp. 13 §. 2.* Portel. *in dubiis regul.* verb. *Abbas* Scipio de Rubeis, & poſt illú Gabantus in aphoriſm. Epiſcop. eodem verbo Hieron. Roderic. *in compendio q. regul. reſol. 1.* Donatus Anton. de Marinis *quotidian. reſolut. cap. 1. per totum.* Otſcl. *in examine apum,* verb. *Abbas* Card. Tuſch. *tom. 1. lit. A, à concluſ. 3.* verb. *Abbas* Flamin. Pariſius *de reſignat. benef. lib. 2. quæſt. 1* Aluarus Pelag. *de planctu Eccleſia lib. 2. cap. 13.* Petrus Gregor. *Syntagm. Iuris p. 2. lib. 15. cap. 13.* de Abbatibus plura dicit Barboſa diuerſis in locis *collectan. & in Paſtorali* item, & *de iure Eccleſ. ſub dict. cap. 17. p. 1.* idem in diuerſis etiam locis Concilij, & *in Bullario* verb. *Abbas* & *collect. deciſion.* omnino legendus vtrobique *à*
52 *deciſ. 1.* † Et notant Flores de Mena *dict. quæſt. 24. num 21.* & Couarruu. *in cap. Ioannes de teſtament. n. 1.* vbi latè dico, *& in c. 3. de executoribus teſtam.* Barboſa *in dict. c. 17. n. 107.* vt Abbates dicti poſſint eſſe executores vltimarum voluntatum ad pias cauſas, quemadmodum Epiſcopus, quia hoc eſt actus iuriſdictionis: ſic etiam etiam tenet Mendez à Caſtro *in praxi Luſitana part. 2. lib. 2. cap. 1. n. 20. in fine.*

53 Quare pro complemento de Abbatibus noto, quod etſi huc vſque dixerimus de dignitate, & poteſtate, tam Abbatum regularium, quàm ſæcularium circa id, quod poſſunt, tam ad ſpiritualia, quàm temporalia, iuriſdictionis, & circa ordinis poteſtatem, dicendo quoſdam eſſe Abbates ſæculares, quoſdam regulares, vt diſtinxi *ſub quæſt. 1.* tamen eſſe etiam alios, qui nuncupantur Abbates vulgò dicti *Eremi cultores*, ex eo, quia ſtante tyrannorum perſecutione ſe ſe in ſpeluncis abde-
54 bant, † qui nominati ſunt Archimandritæ, quaſi Principes eorum qui Cauernas habitabant, vel Principis Greges, vt vocantur *in l. nos reddentes, §. omnes cod. de ſumma Trinit.* Tamburin. *de iure Abbat. tom. 1. diſput. 2. quæſt. 3. num. 1.* Parianus *de probat. lib. 2. cap. 31. num. 3.* Sebaſtian. Cæſar. *in relect. Eccleſiaſt. hierarch. part. 2. diſp. 13. §. 1.* Barboſa *de iure Eccleſiaſt. part. 1. cap. 17. num. 16.* vbi ex in-
55 ſcriptione *cap. diſpenſationes,* † vbi gloſſa 1. *quæſt. 7.* ait quod iſti ſolent ſub ſe alios habere
56 Abbates, † quamvis hoc nomine *Abbas*, etiam ſimplex, & non vnquam Epiſcopus nominetur.

* * *

Ad Text. in Cap. Intelleximus XII. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Religioſus, qui ſe transfert de vna religione ad aliam, eſt recipiendus à fratribus primis ſi ſuſtinere non potuit illam arctiorem, ad quam ſe tranſtulit,* n. 3.

2 *Teſtis varij materia remiſſiuè.*

CVm textus iſte potius pertineat ad materiam textus *in cap. licèt de regularibus*, vbi de illo religioſo, qui ſe transfert de vna Religione ad aliam, & per multa, quæ ibi adduco notabilia, & adduxi *ſub cap. in præſentia 8 de prob.* ideò hic alia non addo: & adiunges nonnulla *conducibilia declaratione Prælatorum*, quæ dixi *ſub tit. de electione in diuerſis Capitibus.* vbi reperies quando ex gremio alterius religionis, poteſt in Prælatum aliquis Monachus eligi ad aliam; & de dubiis, quæ occurrere poterant, adiunges quod tradit gloſſa hic, breuiter opponens, & diſſoluens. 1
† Et applicabis quæ de teſte vario dixi ſub *cap. 10. de probation. a quæſt. 1.* & quæ notaui *in cap. literas 13. de præſumpt* ad notandam inhabilitatem, quam debebat contrahere ad prælaturas ſuæ religionis, aut Eccleſiæ, qui eam derelinquens ad aliam tranſiens ſtrictiorem, poſtea reddit ad priorem. 2

Etenim Barboſa hic multis comprobans deciſionem textus noſtri, *n. 1. in n. 2.* cum Siluestro verbo *religio 4. q. 5.* quem refert, & ſequitur Fr. Ludouicus Miranda *in manuali Prælatorum tom. 1. quæſt. 31. art. 18.* aduertit quod habens licentiam à ſuo Prælato tranſeundi ad aliam Religionem, ſi non inuenit arctiorem ſe recipientem, aut non potuit ipſius auſteritatem, & rigorem ſuſtinere, vel alia quacunque de cauſa ante profeſſionem velit reuertere, teneantur fratres prioris religionis eundem recipere. 3

Ad Text. in Cap. Accepimus XIII. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Titulus neceſſarius ad ordines remiſſiuè.*

2 *Ordinans aliquem ſine titulo, & eius ſucceſſor tenentur alere ſic ordinatum. Et quid ſi Epiſcopus ordinans renunciauit Epiſcopatui,* n. 3.

4 *Apponi conſuetum, habetur pro appoſito; etſi non ſit expreſſum.*

5 *Ordinatus ſacris ordinibus, præſumitur habilis ad beneficia ſimplicia.*

6 *Dignus reputatus ad vnam dignitatem, ſi ad aliam eligatur, debet etiam tunc dignus reputari.*

7. Fidei

7 *Fidei profeſſionem tenetur facere iterum qui aſſumptus eſt ad nouam Dignitatem.*

8 *Examen Beneficiati, num à ſucceſſore Epiſcopo repetatur*, remiſſiuè.

9 *Minus idonei ordinandi non ſunt.*

1 HVius textus materia, quatenus agit de titulo ad accipiendos ordines ſacros, neceſſario ſatis, & abundè manet explicatus *ſupr. ſub c. quod tranſlatione 11. de temporib. ordin.* vbi dixi de beneficio, ſeu patrimonio, & aliis, quæ debet habere in ſacris ordinandus, & à quo Epiſcopo debeat
2 ordinari? † Vbi etiam adduxi, quod hic Barboſa dicit *ſub n. 2. & 3.* comprobans cum multis, nempè vt Epiſcopus tenetur alere Clericos io ſacris ordinibus ab ipſo ſine titulo ordinatos, item & quod eo mortuo teneatur ſucceſſor; ibi enim dixi qua-
3 liter hæc intelligantur. † Et qoid ſi Epiſcopus qui ordinauit, renunciaoit, num ſucceſſor teneatur? & negant Bonacina *de Sac. diſp. 8. quæſt. vnic. punct. 5. num. 1;. verſ. reſpondeo* Henriquez, & Vgolinus, quos refert Barboſa *in paſtor. p. 2. alleg. 20. num. 13.* optimè Campanillus *in diuerſ. iuris Canon. Rub. 8. cap. 5. num. 2.*

4 Et quatenus hic notat Barboſa in verſ. *facimus in litteris noſtris apponi num. 4.* quod habetur pro appoſito id, quod apponi conſueuit; licèt non ſit expreſſum, vt per furtum *deciſ. 223 num. 9. & 10.* ideò applicabis quæ dixi de clauſula aſſueta ap-
5 poni, *ſub Rub. de fide inſtrument.* † Et in verſ. ibi: *Quod obtinendum eccleſiaſticum beneficium*, quatenus cum moltis notat Barboſa *hic num. 8.* vt ac ipſo, quod aliqois ſit admiſſus, & ordinatus Sacris ordinibus, præſumatur habilis, & idoneus ad beneficia ſimplicia; ita vt nouo examine opus non ſit: ſic cum Gonzalez *ad regul. 8. Cancel. gloſſa 4 num. 84.* Belletio *diſquiſit. Cleric. part. 1. tit. de diſciplina Clericali §. 4. num. 43.* & cum aliis; & cum Abbate, *num. 5. & 6.* & Felino *num. 1. in fine in cap. fin. de præſumpt.* ideo applicabis ad hunc
6 caſum, quæ dixi *in eo dict. cap. fin.* † Et ad idem quod notat gloſſa hic in verſ. *reputare* verb. *not. quod qui reputatur dignus in vna Dignitate, ſi poſtea eligatur ad alteram, etiam tunc dignus debet reputari* Caputaquen *deciſ. 367. lib. 2.* Riccius *in praxi fori Eccleſ. deciſ. 419 in prima edit, & in res 356. in 2. edit.* *Campan. in diuerſorio iuris Canon. Rub. 5. cap. 3. num. 8.* Barboſa *de poteſtate Epiſcopi ſub alleg. 60. num. 89.* quem infra refero *in cap. fin. hoc tit.*

7 De intellectu huius textus dixi *in cap. 4. de iure iur. quæſt. 4. num. 18.* vbi agens de illo examinando, qui iterum aſſumitur ad dignitatem expendi doctrinam huius capitis: occaſione eius, quod ibi dixi *à num. 14.* nempe quod aſſumptus ad nouam Dignitatem, tenetur iterum facere fidei profeſſionem. *Et in cap. quemadmodum 25. de iure iur.* vbi expendens *à num. 44.* verſ. *ad quartam, ibi quæſtione 5.* an mores, quos quis approbauit, valeat eos reprobare, vſque *ad num. 49.* vbi videbis., ibi *ſub numero 47.* expendi textum hunc.

8 Et quia poteris adiicere aliam ſingulariſſimam quæſtionem, an qui præuio examine, aot per concurſum, Parochus ad aliquem Eccleſiam electus eſt, poſſit iterum ab Epiſcopo electore, aut ſucceſſore in Epiſcopatu, ſeu à viſitatore, dum viſitat examinari? Dico *infra ſub cap. fin. hoc tit.* & poſſet hic per verba ibi: *at ideo poſt examinationem, &c.*

Et quatenus ex verbis ibi: *licet* cum aliis ſe- 9
quentibus agitur de diligentia adhibenda, ne minus idonei ordinentur; ideo applicabis quæ adduxi *ſupra in cap. 4. hoc tit.* & quæ dico *infra cap. ſequenti, & c. fin.*

Ad Text. in Cap. Cum ſit ars. XIV. hoc tit.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Litterati debent eſſe qui præficiuntur in Eccleſia.*

2 *Radij ſolis, & ſtellæ, ſunt qui ad regimen Eccleſiarum ordinantur, & præficiuntur.*

3 *Miniſtri Eccleſiæ ſatius eſt, vt pauci boni habeantur, quam multi mali.*

4 *Epiſcopus per ſe, vel per alios debet ſe diligenter inſtruere de inſtituendis in Sacerdotium ſuper diuinis officiis, & Sacramentis ritè miniſtrandis.*

5 *Presbyter qua idoneitate debeat pollere præ cæteris ordinatis in Eccleſia* remiſſiuè.

CVm textus iſte pertineat ad idoneitatem, 1
quam debent habere illi qui ſunt promouendi ad Sacerdotium, vel ad regimen Eccleſiarum; ideo applicabis quæ dixi *ſupra ſub tit. de ſcrutinio in ordine faciendo, & ſupra in c. 4. hoc tit.* cumque iuſtum ſit, vt præficiendi in Eccleſia ſint litterati iuxta ea, quæ notaui, *ſupra in cap. cum in cunctis 7. de electione*, & in aliis capitibus illius tit. *& in cap. 29. de præb. & Dignit.* vt docent etiam Gigas *conſ. 3. ex numero 15. & conſ. 144. numero 1.* Zenedus *ad decret. collect. 56. numero 4* Azeuedus *in l. 31. num. 1. tit. 3. lib. 1. recop.* & cum aliis hic Barboſa *numero 2.* † qui *num. 3.* 2
cum Daniel Venator. *in analyſi methodica iuris Pontificij lib. 4. tit. 14. axioma 3.* Bellet. *diſquiſit. Clerical. p. 1. titulo de diſciplina Clericali, §. 15. num. 36.* ait quod in Eccleſia ſic ordinandi radij ſolis, & ſtellæ ſunt, *authentica habita*, & ibi Baldus *num. 12. cod. ne filius pro patre*, Mendoſius *in regula 16. Cancell. quæſt. 15. numero 3* † Et 3
quod in noſtro textu ſanctius eſt paucos bonos, quam multos malos habere Miniſtros ex dicto Daniel. & Bell. † Et textus noſter, & cum mol- 4
tis idem Barboſa *ſub num. 1.* dicant, quod Epiſcopus per ſe, vel per alios diligenter debet ſe inſtruere, & informare de promouendis in Sacerdotium ſuper Diuinis officiis, & Sacramentis ritè miniſtrandis, † ideo benè vltra quæ dixi *ſub* 5
dicto cap. 4. & in dicto titulo de ſcrutin. in ordine faciendo, adiunges hic tractatum de idoneitare, & ſpeciali ſcientia, qua debet pollere vltra ordinatos in minoribus, & io maioribus Subdiaconatus, & Diaconatus ille, qui Præsbyter ordinatur, quia ratione officij Sacramenta adminiſtrat, & alia Diuina peragit, vt Parochus officia in Eccleſia.

QVÆSTIO I.

An Sacerdotis Præsbyteri officium ſit idem in Eccleſia exercere, ac ille, qui habet in Parochiis animarum curam? Et in quo conſiſtat vtriuſque obligatio?

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos dicitur quaſi Sacrum dans, cuius nomen comprehendit etiam Epiſcopos.*

2 *Præsbyter dicitur, qui etiam habet curam animarum poſt Epiſcopum, quod nomen poteſt etiam conuenire ſimplici Clerico.*

3 *Diaconus, & Subdiaconus Sacerdotis nomine continentur, præſertim, vbi agitur de fauorabili, non in odioſis* n.4.

5 *Præſbyteri officium propriè eſt conficere Sacramentum corporis, & Sanguinis Domini; ideo in Sacrificio offerre, ſuper populum orare, à peccatis abſoluere, benedicere dona Dei, baptizare, alia Sacramenta miniſtrare, & prædicare.*

6 *Præſbyteris competit Sacrorum adminiſtratio iure Diuino, & omnia ordinis competunt, Sacerdotibus exceptis, quæ ſolis Epiſcopis reſeruantur.*

7 *Ordinis poteſtas eſſentialiter non diſtinguitur à Charactere Sacerdotali, niſi ſecundum actus diuerſos.*

8 *Sacerdotes in ordine recipiunt Characterem Sacerdotalem.*

9 *Corporis Chriſti diſpenſandi poteſtas, eſt penes Sacerdotem, qui ex cauſa neceſſitatis poteſt illam diſpenſare Diacono.*

10 *Præſbyteri ſoli conficiunt Sacramentum pœnitentiæ, & habent poteſtatem nimis dimittendi peccata.*

11 *Ordinis ſola poteſtas in Præſbytero non ſufficit ad abſoluendum, cum vltra requiratur Iuriſdictionis*, & n.13.

12 *Præſbyter cætera Sacramenta adminiſtrat præter ordinum collationem, & confirmationem.*

13 *Sacerdos adminiſtrans Sacramenta confiſus in ſolo Charactere, validè faciat, præter pœnitentiæ, & matrimony Sacramentum, item ordinum, & confirmationis.*

14 *Præſbyterorum, veluti de eorum inſtitutione, & conſecratione, qui ſcribant.*

15 *Parochus ex officio habet præterea, quæ competunt Sacerdoti adminiſtrare Sacramentum pœnitentiæ, & aſſiſtere matrimonio contrahendo.*

16 *Parochorum onus magnum, qui & maiorem ſcientiam debent habere, quam alij ad effectus, de quibus* n.17. & 18. *quod & vix Angelicis humeris ſuſtinetur*, dicto numero 17.

18 *Parochis incumbit ſcire ea quæ ſunt de neceſſitate ſalutis ad docendum ſubditos, vt articulos fidei Decalogum &c. & differentiam inter mortalia, & alia peccata, vt valeat pœnitentibus conſilia præſtare ſalutaria.*

19 *Parochus eo ipſo, quod obtinet beneficium Parochiale conſecratur approbatus ad audiendas confeſſiones, ſi illud actu habeat.*

20 *Parochus debet eſſe præditus Sacris litteris, cum eius munus peculiare, ſit prædicare, & magis, quam alij Sacerdotes, quibus etiam incumbit* n.21. & n.25.

22 *Parochus diebus Dominicis. & aliis feſtiuis, tenetur officia ſua miniſtrare, & prædicare, ſolum quando conuenit*, n.27.

23 *Parochi, & Concionatores, qualiter Chriſtum prædicare debeant, qui tenentur abſtinere à prædicatione errorum, & qui ſapiunt hæreſim, & à ſcandalis.*

24 *Parochiani iam non tenentur præcepto, accedere ad propriam Parochiam ad audiendum prædicari verbum diuinum*, & n.29.

25 *Parochi poſſunt munus prædicationis per alios adimplere*, n.26.

28 *Prædicatio à Parocho facienda pro officio ſuo adimplendo, non requiritur in forma.*

29 *Parochus poteſt admonere Parochianos, vt eant ad Parochiam ad audiendum verbum Dei, ſed non illos compellere.*

30 *Sacerdotis officium eſt in educationem ſubditorum, quod requirit ſufficientem ſcientiam.*

AD primam difficultatis partem, vt reſpon- 1
deam, dico, quod Sacerdos dicitur quaſi
ſacrum dans, *cap. Cleros diſt.* 21. cuius nomen in
ſacris Canonibus, non ſolum comprehendit pro-
priè, & verè inferiores Præsbyteros, ſed etiam
Epiſcopos, refert Barboſa *de Iure Eccleſiaſt. p.* 1.
*cap.*34.*à num.*2. † Vbi *à num.*4.ait quod Præsby- 2
ter dicitur, qui etiam curam animarum habet poſt
Epiſcopum, vel ſaltem ordinem ſacerdotalem;
& quod latè ſumpto vocabulo, poteſt hoc nomen
conuenire ſimplici Clerico, vt tenent plures, quos
ipſe citat *in tract. de appellatiua verbor. vtriuſque*
*iuris ſignificatione, appellat.*127. *n.*1. † Et quod 3
ſic Diaconus, vel Subdiaconus Sacerdotis nomi-
na continentur iuxta textum *in cap.*1. *in fine*, 15.
*quæſt.*5.*cap.ſi quiſpiam* 81.*diſt.cap.Subdiaconus* 77.
*diſt. cap.*2. *de cohabit. Clericor. & mulierum*, vbi
gloſſa verbo *Sacerdotum*, præſertim vbi de re fauo-
rabili agitur iuxta ea, quæ dixi *in cap.*7.*&* 10. *de*
*conſtit. in cap.*2.3.4.8.13 17. & aliis *de iudiciis in*
*cap.*1.5.8.& *in cap.ſi diligenti*, & aliis *de foro comp.*
† Non inquam in odioſis, quia tunc fiet inter- 4
pretatio pro ſolo Præsbytero, vt notat Panormit.
*in dict.cap.*2. *de cohabit. Cleric.* Barboſa *ſupra*, &
patet ex ſpeciali deciſione textus noſtri.

Vnde iam dico quod Præsbyteri officium pro- 5
priè eſt conficere Sacramentum corporis, & ſan-
guinis Domini, & Deo in ſacrificio offerre, ſuper
populum orare, à peccatis abſoluere, & benedi-
cere dona Dei, baptizare etiam, & alia Sacramen-
ta populis miniſtrare, & denique verbum Dei
prædicare, vt habetur *in cap. perlectis, diſt.* 25.
oſtēdunt Torreblanca *de iure ſpirituali lib.*2.*c.*12.
*num.*35. Machad. *de perfecto Confeſ. tom.*1. *lib.* 4.
*tract.*9.*p.*1. *docum.*3. Vaſquez *de Sacram. Ordin.*
*diſp.*236. *cap.*10. *n.*106. Sebaſtianus Cæſar *in Ec-*
*cleſiaſtica Hierarchia p.*3.*diſp.*8. §.9. Petrus Bollo
in œconomia Canon. Claſſi 1.*cap.*1.§.10.verſ. *Sacer-*
*dotalem pag.*55. D. Roderic à Cunha *in c. Præſbyter*
4.*diſt.*23. Hugo de Sancto Victore *de Sacr. lib.*2.
*p.*3.*c.*12.non longè à princ.& ſub fine, Barboſa *de*
*iure Eccleſ.dicto c.*34. *à num.*22. † Vbi *num.* 23. 6
dicit prædicta omnia officia Diuino Iure conue-
nire

nire Sacerdotibus ex officio, aliis vero, tanquam
Præsbyterorum Coadiutoribus. Et ſic concludit,
quod exceptis aliis, quæ docuit ſolis Epiſcopis
reſeruari, reliqua ordinis miniſteria omnia com-
petere Sacerdotibus ex Chriſti Domini inſtitutio-
ne, vt probat textus *in c. 1. §. vna de ſumm. Trinit.
& fide Cathol. Concil. Trid. ſeſſ. 13. c. 1.* ibi: *Succeſſo-
ribus in Sacerdotio*, vbi idem Barboſa, & probat
textus optimus *in extrauag.* quia quorundam verſ.
item quia Claues, de verb. *ſignif.* Ioãnis 22. & com-
probant D. Thom. *in addition. ad 3. p. q. 19.* Turre-
cremata *in ſumm. de poteſt. Eccleſ. lib. 1. c. 93. n. 4.
& 13.* Victoria *de Clauibus num. 18.* Petrus Soto
de inſtruct. Sacerdot. vbi *de Sacr. Euchariſt. lectu-
ra 13.*

7 Et confirmatur ex illo Theologorum axioma,
quod poteſtas ordinis eſſentialiter non diſtinguitur
à charactere ſacerdotali, niſi ſecundùm actus
diuerſos conſecrationem ſcilicet, aut remiſſionem
peccatorum, vt docent D. Thom. *in 4. diſt.* 18. &
colligitur ex dictis à Nauarro *in manuali cap.* 22.
8 *num.* 17. † Sed Sacerdotes recipiunt in ordine
characterem ſacerdotalem, Concil. Trid. *ſeſſ.* 23.
cap. 4. Can. 5. Viuald. *in Candelabro aureo*, vbi *de
Sacram. Ordin. num.* 18. Henriquez *in ſumm. lib. 10.
c. 14. §. 2.* & alij. Ergo neceſſariò fateri oportet Sa-
cerdotes in ſuo ordine recipere characterem, alia
tradit, & refert videnda ipſe Barboſa *dict. cap.* 34.
9 *à num.* 25. † Vbi *à num.* 28. multis comprobat,
quod iure Diuino propria poteſtas ad diſpenſan-
dum Chriſti corpus, eſt penes Sacerdotem;
qui poterit illam ex cauſa neceſſitatis Diacono
10 diſpenſare. † Et *num.* 30. quod ſoli Præsbyteri
conficiunt Sacramentum pœnitentiæ, & habent
poteſtatem miniſterialem dimittendi peccata, etiam
11 ſi rei ſint peccati lethalis. † Et *num.* 36. quod ſo-
la ordinis poteſtas non ſufficit ad abſoluendum,
quia vlterius requiritur poteſtas iuriſdictionis, vt
infra dico *in cap. 2. de officio Ordinarij*, & *cap. om-
12 nis*, vtriuſque ſexus de pœnit. † Cæteraque Sa-
cramenta ex officio adminiſtrat, præter ordinum
collationem, & Sacramenti Confirmationis, vt
ſuis locis dico.

13 Et ſic notabis per verba Trid. *ſeſſ. 23. cap. 14.* ibi:
*Præsbyteri omnes, vt ſaltem Dominicis diebus, &
feſtis ſolemnibus miſſas celebrent; ſi autem habue-
rint curam animarum, ita frequenter id faciant,
quod ſuo muneri ſatisfaciant*, & ex eo *cap.* colligunt
Homobonus *de bonis de examine Eccleſiaſt. part. 1.
tract. 4. cap. 14. quæſt.* 133. Molfeſius *in ſumma theo-
log. moral. tract. 3. cap. 14. num. 16.* cum multis Bar-
boſa *in paſtorali p. 2. alleg. 24. num. 22. & dicto c. 34.
num. 46. & 47.* Bonacina *de Sacram. diſp. 4. quæſt.
vltim. puncto 7. num. 3.* quod ſi in ſolo Charactere,
confeſſus Sacerdos prædicta omnia exercere vo-
luerit, rata habebuntur, & valida, præter pœni-
tentiæ, & matrimonij Sacramenta, in quibus cum
Charactere requiritur Iuriſdictio, etiam de eſſen-
tia; quod etiam tu extendes ad poteſtatem confe-
rendi ordines ſecundum iam *dict. in c. cum contin-
git hoc tit.* item, & adminiſtrandum Sacramen-
tum Confirmationis, vt dico infra *ſub tit. de Sa-
cra Vnctione* aliqua *ſupr. in cap. quant. 5. de conſue-
tudine.*

14 Alia de Præsbyteris, eorùmque inſtitutione,
conſecratione, poteſtate, & officio ſcribunt Ma-
chado *in ſuo perfecto confeſſore tom. 2. lib. 4. p. 1. tr. 9.*
Caſtaldus *in praxi ceremon. lib. 2. ſect. 14. cap. 8.*
Sebaſtian. Cæſar *de Eccleſiaſt. Hierarchia p. 3.
diſp. 8.* Galganatus *de iure public. lib. 3. tit. 23.* Vaſq.
de ordine diſp. 236. cap. 9. à num. 96. Petrus Gregor.
in Syntagm. Iuris p. 2. lib. 16. cap. 8. Gulielm. Du-
rand. *in rationabili Diuinorum Officiorum lib. 2.
cap. 8.*

Ex his iam ad ſecundam partem noſtri dubij, 15
breuiter dico, quod ad Præsbyteros Parochos ha-
bentes curata beneficia, pertinent, non ſolum
omnia dicta de Præsbytero Sacerdote, ſed etiam
ratione officij pertinet Sacramentum pœnitentiæ
adminiſtrare *ex dict. cap. omnis vtriuſque ſexus*, &
aſſiſtere matrimonio contrahendo, iuxta diſpoſi-
tionem textus *in cap. 1.* Trid. *ſeſſ. 24. de reform.* de
quorum ſingulis ſacramentis à Parocho admini-
ſtrandis, benè cum multis agit Barboſa *de officio
Parochi p. 2. cap. 17. 18. 19. 20. 21. & 22.* vbi de Bap-
tiſmi, pœnitentiæ, ſacræ Communionis matrimo-
nij, & Extremæ Vnctionis adminiſtratione illi
competenti agit abundè ibi legendus pro exten-
ſione textus noſtri.

Tamen iuxta breuem enodationem, dico, quod 16
beneficia in Parochis exigunt maiorem quandam
peritiam, quam quæ in cæteris beneficiatis requiri-
tur ex noſtro textu, Gonzalez *ad regul. 8. Cancel.
gloſſa 4. à num.* 71. Barboſa *per textum hic in paſtor.
alleg. 60 num. 80. p. 3.* qui dum egerit de eſſentia or-
dinandorum, & beneficiendorum iuxta nonnulla
quæ etiam adduxi *ſub d. tit. de Scrutinio in ordine
faciendo & c. 3. & 4. hoc tit.* addit cum Soto *in
4. diſt. 25. art. 4. concl. 3.* verſ. *& per hoc*, & cum D.
Thom. *in 4. diſt.* 17. in ſecundo ſcripto, & ex Trid.
ſeſſ. 24. de reform. c. 4. magnum eſſe Parochorum
onus. † Et vix Angelicis humeris ſuſtinendum; 17
ita vt eam depoſcat ſcientiam quæ ad finem, mo-
reſque pertineat, & ſalutarem doctrinam tradem-
dam ſatis ſit, vel vt ſufficiat tanta, qua plebem ſi-
bi commiſſam paſcere valeant ſalutaribus verbis,
atque exemplis, quod omnibus neceſſarium eſt
ad ſalutem, eos admonendo breuibus quidem, &
dilucidis verbis de vitiis quæ declinare, vitateque
ac virtutibus, quas ſectari eos oportet, vt æternam
euadant pœnam, atque cœleſtem gloriam adipiſ-
cantur.

Imò & clarius D. Thom. & Sotus iam citati cu- 18
ratorum obligationem ſcribunt ſequentibus ver-
bis: *Qui verò Parochiæ*, in poſterum præficitur, vt
idoneus habeatur ea ſcire debet, quæ plebi ſunt
cognitu neceſſaria, nempe illa, quæ ſunt de neceſ-
ceſſitate ſalutis, videlicet vt docere ſuos ſubditos,
ſciat fidei articulos, & Decalogum, atque ordinaria
peccata, quæ ei per confeſſionem deteguntur, vt
quæ pœnitentibus ſalutaria conſilia præſtare va-
leat, credens cum D. Thoma loco citato, tantum
debere eſſe in eo ſcientiam, qua diſtinguere noſcat
peccatum, atque inter mortale, & veniale: cuius
occaſione poſſumus hic adiungere, quæ de ſcientia
Confeſſarij ſolent communiter ſcribere Doctores
in dicto c. omnis vtriuſque ſexus de pœnit. & remiſ-
ſionibus, de quo interim videbis, † quæ tradit 19
Barboſa cum multis *in c. 15. ſeſſ. 23.* Trid. *de reform.
ibi à num.* 17. vbi probat, quod obtinens benefi-
cium Parochiale, eo ipſo cenſetur approbatus ad
audiendas confeſſiones, ſi illud actu habeat; ſic vt
non ſufficiat habuiſſe, vt docent Suarez *tom. 4.
diſp. 28. ſect. 4. num.* 20. Viualdus *in Candelabro au-
reo*, vbi *de confeſ. num. 17. concl.* 2. Henriquez *lib. 3.
de pœnit. cap. 6. §. 3. in fine*, Torreblanca *de Iure Spi-
rit. lib. 14. cap. 2. à num.* 18. Fagundez *in præcepto 2.
lib. 7. cap. 2. num.* 38. Hurtado *de pœnit. diſp. 10. dif-
ficult. 16.* verſ. *hac autem*, & alij, alia plura addu-
cit videnda idem Barboſa *ſub dict. cap. 15. à n. 18.*

de quibus dico *in dičte cap. omnis*, & addo Ægidium Trullench. *de Sacram. cap 9. lib.4. dub.7.* & ibi *ſub num.4.* & in Bulla Cruciata *lib.1.§.7 cap.1. dubio 1. num.6.* Filliucius *tomo 1. tr.7. num.* 40. Villalobos *in ſumm. p 1. tract.9. difficult.55. num 5.* vbi hanc ſententiam iudicat valde probabilem quidquid dicat Rodriguez *in addition. ad Bull. §. 9. num. 4.*

20 Etiam addit D. Thomas, vbi ſupra, & Sotus cum eo quod debet qui curatum habet, eſſe præditus ſacris litteris, cum eius ſit peculiare munus prædicare, & cum Barboſa, *de iure Eccleſiaſt* loquens tantum de Præsbytero, nondum Parocho,

21 *aſſ. part.1. cap 34. num.21.* † Dixerit quod officium prædicandi competit Præsbyteris ratione officij Sacerdotalis, vt ſane ſolent probare iura omnia, quæ prædicandi facultatem aliis Præsbyteris Sacerdotibus præſtent. Et conſequenter euenit, vt ex maiori obligatione Sacerdotes curati ad talem in ſuis Parochiis prædicationem teneantur.

22 Sed qualis debeat eſſe, & quibus diebus, videbis *ex cap.2. ſeſſ.5.* Trid. *de reform. & ſeſſ.22. c.8. & ſeſſ 23. cap.1.* io verbis ibi: *Cum præcepto Diuino mandatum ſit omnibus, quibus animarum cura commiſſa eſt oues ſuas cognoſcere, pro his Sacrificium offerre, verbique Diuini prædicatione Sacramentorum adminiſtratione, & bonorum omnium operum exemplo paſcere pauperum, aliarumque miſerabilium perſonarum curam paternam agere, & in cætera munia paſtoralia incumbere*: & licèt ibi loquatur de Epiſcopis, inferius tamen intelligit omnia etiam de curatis. Et *ſeſſ. 24. de reform. c.4.* ibi: *Moneatque Epiſcopus populum, diligenter teneri vnumquemque Parochia ſuæ intereſſe, vbi commodè id fieri debet ad audiendum verbum, & ſeſſ.24. c.7.* ita ſtatuit de Parochis: *Nec non inter Miſſarum ſolemnia, aut Diuinorum celebrationem ſacra eloquia, & ſalutis monita eadem vernacula lingua ſingulis diebus feſtis, vel ſolemnibus explanent, eademque in omnium cordibus poſtpoſitis inutilibus queſtionibus, atque eos in lege Domini inſerere ſtudeant.*

23 Vt verò efficacius id exequantur Parochi, inſtabunt ſcire monita Sancti Franciſci Xauierij, quæ refert ad litteram ex Turſelino *lib. 6* Barboſa alia plura congerens *de officio Parochi dicto c 14. n.4.* dum dixit ſequentia: *Non ſe ipſum, ſed Chriſtum Crufixum Concionator prædicet, Concionatoris præcipuum munus eſt auditors delictorum ſuorum, quam maximum incutere dolorem, & certiſſimis, ſempiterniſque infernorum ſuppliciis ante oculos propoſitis, eum à flagitiis deterrere Satana quoque artes, atque inſidias aperire, ea demum pro concione ferere quæ vulgò quoque imperiti diligentia potius, quam admiratio excipiat*: Debent enim Concionatores abſtinere à prædicatione errorum, & præſertim quæ ſapiunt hæreſim, & à ſcandalis deliminandis, ſicut; S. Concil. Trid. *dict. ſeſſ.5. cap.2. de reform.* Concionatoribus, potiſſimum regularibus præcepit.

24 Et licèt Concil. Trid. *in dict. c.4. ſeſſ.24.* dicat vt vnuſquiſque pro audienda prædicatione, teneatur ſuæ Parochiæ intereſſe, vt ibi habent expoſitores: tamen Zerola *in praxi Epiſcop. p.1.* verbo *prædicatio* verſ. *ad* 4. Barboſa *in paſtor. p.3. alleg.76. n.34.* dicunt obligationem audiendi verbum Diuinum in propria Parochia eſſe derogatam per generalem conſuetudinem, & idem Barboſa *dict. cap.14. n. 5n.* expendit verbum *tenetur*, de quo viſus eſt Trid. *in dict. cap.4* † & à *num.5.* cum Trullench. *in Decalog. lib.4. cap 1. dubio 8. num.12.* 25 Toletus *in ſum. lib.5. cap.5. num.9.* expendunt *dict. cap.4.* Trid. vt licèt, dicat ilud eſſe proprium perſonale Parochi munus, vt patet *ex Sacra Cong. eg. Concil. cap. 2.* ibi: *Curatores velint munus prædicationis obire non debent impedire.* † Tamen poterunt per 26 alios officio ſuo ſatisfacere, vt patet ex verbis *dict. cap. 4* ibi: *In aliis autem Eccleſiis ſcilicet prædicationis munus per Parochos, ſiue eis impeditis, per alios ab Epiſcopo impenſis eorum, qui eos præſtare, vel tenentur, vel ſolent deputandos in ciuitate, aut quacumque parte Diœceſis cenſebunt expedire.*

Pro complemento huius puncti dico breuiter 27 cum Machado *de perfecto confeſ. lib.4. p.2. tract.3. documen.2. num.1* quod etſi teneantur iuxta Concilij mentem in præcitatis locis omnibus diebus feſtiuis concionari, ſed non ad id præcisè teneri, niſi in illis tantum diebus, in quibus Parochi iudicent conuenire ad ſalutem Parochianorum.

Nec requiritur in forma prædicatio; quia vt 28 ait Azor. *inſt. mor p.1. lib.7. cap.3. quæſt.7.* adimpleuit interpretando, vel de Sacris Canonibus, vel de ſancto Euangelio, quod in Diuino miſſæ officio recitatur, vel cantatur. † Et idem Barboſa 29 *dict. cap.14. num.12. & 13.* ait quod poteſt Parochus admonere Parochianos, vt eant in Parochiam diebus feſtiuis ad audiendum verbum Dei, ſed non eſt compellere, nec propter id excommunicare; imo, & nec Ordinarius eos mulctare, multa alia de Prædicatoribus dico *infra in c. ex iniuncto 12. de hæres.*

Ad ſecundam quæſtionis partem, in quo con- 30 ſiſtat vtriuſque, tam Præsbyteri ſimplicis, quam curati obligatio: & in quo diſtinguatur, patet *ex dictis*, & ex his, quæ dico *in quæſtione ſequenti*, etenim prædictorum obligatio nimis ſuadetur *ex dict. gloſſa hic: ars artium*, in verſ. *quia animæ ſunt pretioſiores omnibus aliis rebus, & corporibus*: pro quo facit deciſio textus *in cap. cum infirmitas de pœnit. & remiſſionibus*, applicando etiam, quæ adduxi *in c. ad aures 7. hoc tit.* de quo dictorio Barboſa hic *num fin.* & cum multis *axiom. 26. num.1.* Tuſchus *tom.2. lit. A, concl.333.* Cardinal. Mantica *de tacitis & ambiguis conuent. tom.2. lib.13. titul.18. num.10* Maſcardus *de prob. concl.1171. n.5.* Surdus *deciſ. 196. num.12.* Gutierrez *in reper. leg. nemo poteſt ff. de leg.1. num.486.* Menochius *de præſumpt. lib 4. præſumpt.152. num.4.* Tyraquellus *de pia cauſa in præf. num.9.* Cardoſus *in praxi Iudicum, & Aduocatorum*, verbo *anima 1.* nam ſi Sacerdotum officium ſit in educationem ſubditorum quid mirum ſi talis ſcientia in eis requiratur, qualem iam oſtendimus.

Qu

Qvæstio II.

An Parochi, ſeu Præsbyteri, teneantur rudimenta fidei Chriſtianæ docere, & explanare ſuis Parochianis? Et an nulliter ordines ſuſcipiat ille, qui non fuerat ſanæ mentis.

Svmmarivm.

1 *Parochorum, & Sacerdotum obligatio, eſt curare, vt ſubditi ſciant rudimenta fidei.*

2 *Abſolui non debent negligentes ſcire pater noſter, aue Maria, credo, & decem præcepta.*

3 *Parochus tenetur ſaltim Dominicis diebus docere pueros Parochiæ fides rudimenta, doctrinam Chriſtianam, obedientiam erga Deum, & parentes &c. Et hoc per ſe, vel per alios Miniſtros, ſi impeditus fuerit,* n.4. & 5.

5 *Parochus campana ſono curabit à prandio diebus feſtis, pueros conuocare ad audiendam doctrinam Chriſtianam. Quid vbi ſunt Magiſtri ſcholæ,* numero 15. & 16.

6 *Parochus debet ſæpè admonere parentes, propinquos, tutores, & alios, quorum cura ſint, vt mittant pueros ad Parochias diebus feſtiuis, vel ſaltem Dominicis, vt diſcant doctrinam Chriſtianam.*

7 *Parochi curabunt promulgare indulgentias Pij V. & Pauli pro parentibus, & propinquis, puerorum ſatis, vt ſic facilius inuitentur eos mittere ad audiendam, doctrinam.*

8 *Parochus nimium negligens in edocenda doctrina Chriſtiana, peccabit mortaliter*, & n.9. & 10.

9 *Epiſcopus poterit aſſignare partem fructuum Parochi negligentis in edocende doctrinam pueros alteri, qui hoc miniſterium adimpleat loco ipſius.*

10 *Parochus quidam fuit ſuſpenſus ab officio ſuæ curæ per ſex menſes; eo quod rudimenta fidei ſuos Parochianos non docebat.*

11 *Parochus mulctis, & pœnis poteſt cogere pueros in caſu notabilis contumaciæ ad diſcendam doctrinam Chriſtianam*, aliter n. 12. *Et quid de præſulibus in noſtra Hiſpania*, num.13.

14 *Parochus non in particulari; ſed in communi tenetur docere in propriis Eccleſiis per ſe aut per alios Doctrinam Chriſtianam.*

15 *Parochus in locis vbi ſunt Magiſtri ſcholæ, qui diligenter pueros erudiunt in Doctrina Chriſtiana tantum in Quadrageſima Dominicis diebus conuocant ſono Campanæ pueros, & fideles.*

17 *Epiſcopus ſolum per viam præcepti pœnalis non ſub peccato, & cenſuris poterit compellere Parochos negligentes ad docendam Doctrinam.*

18 *Irregularitas ad ordines, oritur ex eo, quod quis ſit furioſus, vel mente captus, etiamque mentis delirio, continuo paſſus* n.19.20. & 21.

19 *Fatuus demens vel furioſus dici poteſt, qui paſſus mentis delirium ad ſanam mentem redijt.*

20 *Actus omnes facti præſumuntur dementiæ tempore, cum probatur ſemel aliquem fuiſſe dementem, vel furioſum, etiam ſi demens haberet lucida interualla* n.21.

21 *Paſſiones animi vehementer ſemper durare præſumuntur.*

22 *Ordinatus in dementia, vel furore, qualiter dicatur nulliter ordinatus remiſſiuè.*

AD primam difficultatis partem, ſuppoſito, 1
quod Chriſtiani, & fideles omnes accedentes ad vſum ratioois, tenentur fidei articulos contẽtos in Symbolo fidei explicitè, ſeu implicitè ſcire iuxta, quæ iam dixi *in Rub. & tit. ſup. de fide Cathol. & ſumm. Trinit.* Et ſuppoſitis quæ iam adduxi *ſup. ſub quæſt.*1. huius textus; ideò rectè nunc inquirimus de alia obligatione, ad quam Parochos tenetur quilibet. † Et ſic cum Ludouicus Veia 2
*reſponſ. caſuum conſcientiæ p.*3. *caſu* 27. verſ. *tandem* dicat, vt non ſit abſoluendus qui, vel ob negligentiam, vel ob verecundiam, *Pater noſter, Aue Maria, Credo, & decem Præcepta* addiſcere non curat; imò ex Nauarro *de reſtit. lib.*2. *cap.*4. *n.*109. dicat, vt debeant omnes ſcire ſub peccato mortali fidei rudimenta, ſeu articulos, vel eos ſaltem, quos ſolemni ritu Eccleſia celebrat, veluti orationem Dominicam, Præcepta Eccleſiæ, & ſacramenta, & cõtra nolentes addiſcere, debeat in aliquibus adeſſe obligatio docendi, & hoc nollis aliis hominibus proximis incumbat, quam Præsbyteris, Sacerdotibus, atque curatis; ideò benè hic de hoc puncto Inquirimus, etiam iuxta dictum D. Thomæ, & Soti relati *ſupr. quæſt.*1.

Etenim per Trident. *ſeſſ.* 24. *cap.*4. verſ. *idem* 3
etiam, & *in cap.*2. *ſeſſ.*5. *de quibus ſub dict. quæſt.*1. patet quod Parochus tenetur Dominicis ſaltem Diebus docere pueros Parochiæ fidei rudimenta, ac doctrinam Chriſtianam, & obedientiam erga Deum, & Parentes; item, & mores bonos. † Et 4
hoc ſic admonet Saocta Synodos, vt exequatur per ſe, vel per alios idoneos Miniſtros, ſi impeditus fuerit pro ſuorum ſubditorum, & ſua capacitate ſalotaribus verbis docent Trullench. *in expoſit. Decalogi lib.*1. *cap.*1. *dubio* 4. *à n.*7. Machado *de perfecto Confeſſore cura de Alma lib.*4. *p.*2. *tract.*3. *decum.*2. *num.*4 Vgolinus *de officio Epiſcopi c.*16. §.4. *num.*1 Zerola *in praxi Epiſcopi p.*1. verbo *Doctrina Chriſtiana* Poſſeuinus *de officio Curati cap.* 4. *de Doctrina Chriſtiana*, Barboſa *de officio Parochi p.*1. *cap.*15. *num.*1. idem *de poteſt. Epiſcop.* cum aliis *p.*3. *alleg.*76. *à num.*37.

Vnde docent Tuſcus *de viſit. lib.*1. *cap.*4. *n.*17. 5
*& lib.*2. *c.*3. *num.*12. Aloyſius Riccius *in deciſione Curiæ Archiep. Neapol. p.* 1. *deciſ.* 22. *num.*2. *in fine*, pertinere ad officium Parochi, Parochianos ſuos in prædicta doctrina erudire; & ob id, vt effectum ſortiatur, refert citatus Tullenc. ſtatutum Sancti Caroli Borrom. in ſuo Concilio Prouinc. 1. *tit. de fides initiis ſeſſ.*24. *c.*4. vt Parochus campanæ ſono curet à prandio Diebus feſtis pueros conuocare ad audiendam doctrinam Chriſtianam. † Et 6
Barboſa *de off. parochi dicto cap.* 15. *num.*7. dicit quod Parochus debet ſæpè admonere Parentes propinquos, tutores, & alios, quorum curæ ſunt pueri

Digitized by Google

pueri commendati, vt eos mittant ad Parochias
omnibus diebus feſtis, vel ſaltem Dominicis ad
7 doctrinam Chriſtianam addiſcendam. † Et vt fa-
cilius ad id peragendum parentes, & alij ſuperius
enumerati, inclinentur poſt explicatam huius rei
neceſſitatem, & vtilitatem, ipſe Parochus indul-
gentias, quas Pius V. & Paulus illis, qui huic piæta-
tis operi cooperabuntur, conceſſit, quorum teno-
rem retulit ad litteram idem Barboſa *num*.8. *&* 9.
quarum vna incipit *ex debito*, alia *ex credito*: de
quibus leges Scortiam *in ſuis conſtitut.* Piaſetius
retulit primam datam ſub die 6. Octob. 1572. *in
ſua praxi Epiſcop p.2. cap.3. num.*19.

8 Etenim Parochus peccabit mortaliter, ſi nimium
negligens fuerit in huiuſmodi Doctrina Chriſtia-
na edocenda, vt docent Emanuel. Sa verb. *Parochus
num.*2. Fernandez *in examine Theol. mor. p.4.c.*15.
9 §.5. *num.*7. imò, † & quod poterit Epiſcopus con-
ſtito ſibi de eius negligentia, vel inſufficientia ex
fructibus ipſius Eccleſiæ aſſignare partem con-
gruam fructuum alteri, qui hoc miniſterium loco
ipſius adimpleat, vt colligit Piaſecius *d. tit. p.*2. *c.* 1.
*num.*16. ex ipſo dicti Concilij decreto *ſeſſ.* 5. *c.* 2. *de*
10 *reform.* † imò & Riccius in Curia Archiep. Neap.
*p.*1. *dict. deciſ.* 22 ait fuiſſe ſuſpenſum ab officio
ſuæ curæ quendam Parochum per ſex menſes; eo
quod rudimenta fidei ſuos Parochianos non do-
cebat.

11 Quod ſi dubites, an poſſit Parochus mulctis, &
pœnis, ſaltim in caſu notabilis negligentiæ, aut
contumaciæ, cogere pueros ad diſcendam doctri-
nam Chriſtianam, etiam ſi hoc fieri noluerint in
Oppidis, villis, & aliis locis extra ciuitatem: &
quidquid Zerola *vbi ſupr.* verbo *Doctrina* §.3. te-
neat per Trid. *dict. ſeſſ.*24 *c.*4 ad id non poſſe quia
Trid. verb. ibi: *Etiam per cenſuras Eccleſiaſticas
compellens*, loquuntur de compulſione illorum,
quorum intereſt eam docere, vt dixi, & non de
compulſione puerorum, ſeu parentum ipſorum.
12 † Tamen Campanil. *in diuerſ. Iuris Canon. Rub.*11.
*c.*14. *num.*8. Caſtr. Palao *de fide tr.*4. *diſp.*1. *pun-
cto* 11. *num.*3. Sanchez *in præcepta Decalogi lib.*2.
*c.*3. *num.*15. Trullench. *dict. dubio* 4. *num.*8. Homo-
bonus *de examine Eccleſ. tr.*11. *c.*12. *quæſt.*26. *n.*38.
13 Barboſa *in paſtor. dict. alleg* 76. *num.*38. † & idem
de officio Parochi *dict. c.*15. *num.*6. vt verius dicunt
his noſtris temporibus (prout in Hiſpania rece-
ptum eſt) poſſe Præſulem cenſuris compellere
ſubditos, vt diſcant Doctrinam Chriſtia-
nam.

14 Pro complemento notabis, quod etſi Parochi
teneantur ſuas oues docere doctrinam Chriſtia-
nam, ſed non teneri in particulari quemlibet fide-
lem docere. ſed ſufficere in communi in propriis
Eccleſiis hæc docere per ſe ipſum quilibet Paro-
chus, aut per alium, vt docent Trullench. *ſup. dict.
dubio* 4. *num.* 9. Petrus Ledeſma *in ſumm. tom.* 2.
15 *tr.*1. *c.*3. *poſt* 7. *concl.* verſ. *ladudaes*, † & ego addo,
quod etſi prædicta Concilij obligatio, ſit ſaltim
in diebus anni Dominicis, tamen in hac Caſtella,
vbi plures Magiſtri ſcholarum ſunt diligentiſſimè
docentes pueros omnia rudimenta doctrinæ Chri-
ſtianæ, etiam per interrogationes, & reſponſiones
legitimè eſt introducta conſuetudo, vt Parochi
prædictam conuocationem ad ſonum campanæ
non faciant in toto anni tempore præterquam in
Dominicis, & aliis aliquibus diebus Quadrageſi-
16 mæ. † Sed non ob id excuſabuntur Parochi lo-
corum, & prouinciarum ſterilium, ac remotarum
exequendi mandata Trid. in hoc.

Iterum notabis, quod etſi Epiſcopus queat cō- 17
pellere Parochos, vt doceant pueros modo dicto,
ſed non poterit eis præcipere ſub peccati mortalis
pœna eam comminando Parochis doctrinam chri-
ſtianam ſic non docentibus; tantùm enim poterit
illos per viam præcepti pœnalis Parochos obſtrin-
gere, adducit idem Barboſa *dict. cap.*15. *ſub num* 3.
per declarationem ex Bergom. Epiſc. Sanct. Con-
gregation. Epiſcoporum ſub die 22. Nouem-
bris 1591.

Ad ſecundam partem quæſtionis, quæ non mul- 18
tum congruit litteræ textus noſtri, & de qua poſ-
ſem fortè aptius agere *infra in tit. de corpore vitia-
tis*; etſi ibi de alio vitio corporis agatur; quia ta-
men ex littera textus noſtri poteſt hic applicari,
cum de ſubiecto ad Sacerdotium idoneo egeri-
mus; ideò ſuppoſitis quæ ſupra egi *in cap. non eſt
compos de temporib. ordin.* breuiter dico, quod cum
irregularitas oriatur, ex eo quod quis ſit furioſus,
vel mente captus; ita vt omnes fatui, dementes,
& furioſi irregulares eſſe dicantur, vt dicunt Fran-
ciſcus Tondutus *variar. quæſtione part.*1. *quæſtio-
ne* 53. *à numero* 9. Nicolaus Plouius *in tractatu de
irregularitat. regul.*1. & alij communiter, † quod 19
non ſolùm procedit in eo, qui tempore promo-
tionis erat mente captus, verum etiam in illo, qui
alias mentis delirium continuum paſſus eſt, ita vt
verè fatuus, demens, vel furioſus dici potuerit;
quamvis poſtea ad ſanam mentem rediiſſet per
textum *in cap. miruum* 33. *diſtinctione*, in illis ver-
bis: *Nec illum, qui in furiam aliquando verſus in-
ſanuit*, & hoc ſic ſtatutum propter vitandum
ſcandalum, ne iterum ad furiam, vel inſaniam
redeat. † Etenim quando probatum eſt aliquem 20
ſemel dementem fuiſſe, vel furioſum, omnes
actus poſtea facti dementiæ tempore, vel furo-
ris, Gratianus *diſceptation. forenſ. cap.*843. *numer.*36.
& nominatim in furioſo, quamvis haberet lucida
interualla, cuius actus præſumuntur facti tempore
furoris, Maſcard. *de probation. concluſion.*824. *nu-
mer.*4. Pariſius *de reſignatione benefic. gloſſa* 2. *nu-
mer.*20. Barboſa *in cap. cum inter* 21. *numero* 10. *de
electione. & in cap. fin. numero* 13. *de ſucceſſ. ab inteſt.*
cum pluribus Tondutus *ſupra numero* 8. qui cum
Maſcard. *de probation. concluſione* 825. *numero* 2.
reddit rationem, † quia paſſiones animi vehe- 21
mentes ſemper durare præſumuntur. † Vnde 22
quid mirum ſi de hac qualitate deberet ordinator
inquirere, vt adimpleret cum requiſitis textus no-
ſtri; aliàs inquam ſic ordinatum, nulliter ordines
recipere, videtur teneri idem Tondutus eo ſal-
tem modo quo de ordinato per metum, aut vim
dixi *ſupra ſub Rubrica de temporibus ordinatio-
num.*

Ad Text. in Cap. fin. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Scientiæ defectus deiicit iam promotum, etiamſi ſit Epiſcopus, qui poteſt eo defectu ab Epiſcopatu deiici.*

2 *Scientiæ defectus ſufficit ad cedendum.*

3 *Illiterati ſunt incapaces beneficiorum, & connumerantur inter irregulares.*

4 *Littera*

4 *Litteratura de Iure Diuino, requiritur ad ordines, & ad beneficia, & quæ requiritur* infra ſub num. 6. *remiſſiuè.*

5 *Illiteratus dicitur, qui prima grammatica rudimenta non didicit.*

7 *Ordinari non poſſint regulares parum ſcientes linguam latinam.*

1 PRobat textus iſte quod defectus ſcientiæ deiicit iam promotum, etiam ſi Epiſcopus ſit,
vt patet ex littera textus noſtri; itavt amoueatur
ab executione Pontificalium, & ab adminiſtratio-
Eccleſiæ, vt probat Barboſa cum antiquis *num.* 1.
& 2. cum Flaminio *de reſignat. lib.* 5. *quæſt.* 3. *n.* 8.
dicens per textum hic defectum ſcientiæ præſtare
legitimam cauſam deponendi quem ab Epiſco-
2 patu, † & *num.* 6. ex gloſſa hic verb. *defectum,*
3 quod ſcientiæ defectus ſufficit ad cedendum, †
etenim illiterati ſunt incapaces beneficiorum iuxtà
textum *in cap. illiteratus* 36. *diſt. cap. pœnitentes* 55.
diſt. quia ſunt irregulares; itavt inter irregulares
connumerentur ex litteraturæ defectu, Flamin.
de reſignat. lib. 5. *quæſt.* 3. *num.* 89. Gonzalez *ad regul.* 8. *Cancell. gloſſa* 4. *num.* 41. Nicolas Garcia *de
benef. p.* 7. *cap.* 7. omnino legendus cum infinitis,
vbi agit de litteratura, & ſcientia, tum ad ordi-
nes, tum & ad beneficia neceſſaria, de qua appli-
cabis quæ dixi *ſupra in titulo de Seruitio in ordine
faciendo*, vbi de examine ad ordines; item, &
quæ dixi *in cap. cum in cunctis*, & alibi *de elect.*
& dicta infra in cap. graue nimis 29. *de præbend.*
& Dignit. & quæ dixi *ſupra in cap.* 4. *&* 5. *item
& in cap. præced.* vbi de ſcientia prærequiſita in
4 Præsbytero, & animarum cura. † Ratio ho-
rum eſt; quia litteratura de Iure Diuino requiri-
tur ad ordines, & ad beneficia Flamin. *ſupra lib.* 4.
quæſt. 4. *num.* 7. Azor. *inſtit. moral. p.* 2. *lib.* 8. *cap. quæ-
ſtion.* 4. Carolus de Graſ. *in præludio de effect.
Clericor. num.* 64. Barboſa cum aliis *hic num.* 4.
& in paſtorale parte 2. *alleg.* 46. *num.* 12. *& ante
numero* 20. *& infra quæſtione* 1. *ſub nume-
ro* 23.

5 Quod ſi dubites quis propriè dicatur illiteratus
reſpondebis cum Flamin. *dicto lib.* 4. *quæſt.* 4. *à nu-
mero* 2. *& lib.* 5. *quæſt.* 3. *de renunciatione à nume-
ro* 70. Carolo de Graſſis *dicto præludio à nume-
ro* 235. Campanil. *in diuerſ. Iuris Canon. Rub.* 5. *c.* 5.
num. 2. Barboſa per verba textus hic: *Nunquam
de grammatica didiciſſe*, illiteratum dici, qui pri-
6 ma grammaticæ rudimenta non didicit, † de li-
teratura igitur, ſeu ſcientia in beneficiando ne-
ceſſaria, agunt Doctores per textum *in dicto cap.
cum in cunctis de electione*, *& in dicto cap. graue
nimis* 29. *de Præbend. in Clementina* 1. *de ætate*, *&
qualitate ordin. & in cap.* 18. *ſeſſ.* 24. *de reform.* De
qua etiam ſunt videnda Capitula Trid. *ſeſſ.* 23. *c.* 4.
11. 12. 13. 14. & Concilium Prouinc. Mediolan. 4.
ſub Carolo Borroem. Corraſius *de benefic.* 3. *p. c.* 5.
Duarenus *lib.* 4. *cap.* 2. Petr. Gregor. *cap.* 37. *à nu-
mero* 3. *de benefic.* Gonzalez *ad regul.* 8. *Cancell.
gloſſa* 4. *à numero* 60. Gabriel Vaſquez 3. *p. tom.* 3.
diſput. 246. *cap.* 6. Azor. *inſtit. moral.* 2. *p. lib.* 6. *cap.* 6.
Leſſius *de Iuſtitia lib.* 2. *cap.* 34. *dubio* 24. Sotus *in*
4. *diſt.* 25. *quæſt.* 1. *artic.* 2. Sylueſter *in ſumma* verb.
Clericus 2. §. 1. alij quam plures relati à Garcia *di-
cto cap.* 7. *p.* 7. *num.* 3. & à Barboſa *in prædictis locis*,
qui *in cap. fin. de temporibus ordin. lib.* 6. *num.* 3. cum
Flamin. & Rebuffo probat quod illiterati non poſ-
ſunt ordinari.

Præterea, quæ noto *ſuprà à num.* 1. videnda 7
pro exornatione huius textus adiunges quæſtiones, de quibus egi *ſupra in c. ad aures* 5. *de temporibus ordin. ſub quæſtione* 1. *à numero* 1. vbi an regulares parùm ſcientes Linguam Latinam poſſint ordinari?

QVÆSTIO I.

An litterati in aliquo modo poßint ordinari, aut beneficiari? Et an Epiſcopus poßit diſpenſare cum illiterato habente aliquod principium grammatica ad ordines? Vbi nonnulla de illiteratis. An collatio beneficij facta imperito, aut illiterato, ſit nulla ipſo Iure? Et an facta irregulari, ſit irrita ante Iudicis ſententiam?

SVMMARIVM.

1 *Illiterati penitùs fieri non poſſunt Clerici, quia comparantur cæcis, & ſunt nulli in Eccleſia*, n. 2. *& ſolent aſini nuncupari*, num. 3. & 4.

3 *Illiterati ſunt magis quàm homicidæ.*

4 *Illiterati non veniunt appellatione hominum, ſed iumentorum.*

5 *Mundus totus per litteratos illuminatur, quibus, & Eccleſia regitur.*

6 *Litterati dicuntur radij ſolis, & ſtellæ, quos ſemper amat Eccleſia, illiſque fauet, & priuilegia plura conceſſerit.*

7 *Litterati ratione ſcientiæ, qua ſunt decorati, præſumuntur à vitiis abſtinere.*

8 *Ignorantia eſt mater omnium errorum,*

9 *Scientia eſt mater omnium virtutum.*

10 *Litteratura ea requiritur ad beneficia, quæ ordini, cui eſt annexum beneficium;* & num. 34.

11 *Scientia ad ſimplex beneficium, & ſcire, nempe rudimenta fidei, & legere, ſcribere, & quod aliquantulum linguam latinam intelligat, vt poſſit eſſe aptus ad recitandum officium: & non cantare*, numero 12. 13. & 14.

12 *Scientia maior requiritur in beneficiando, quàm tonſurando.*

13 *Gloſſa* in clementina 1. de conceſſ. Præbendæ lib. 6.

14 *Cantus requiritur in eo, qui habet beneficium ſeruitorium in Canonicatibus, Portionibus, & curatis, de quo, non multùm curatur.*

15 *Illiteratus omninò eſt irregularis, & incapax ad beneficia. Et quis talis dicatur, non ſi aliquid ſcit*, vt n. 37.

16 *Ordinandus quilibet, cui obeſt defectus ſcientiæ, & litteratura requiſita, numeratur inter irregulares iuxta ſingulos ordines.*

17 *Illiteratus probatur ex eo, quod nunquam legit librum, nec intrauit ſcholas, nec Doctorem audiuit.*

18 *Peccat qui non habet ſcientiam ſufficientem ad*

ad officium, quod appetiuit.

Epiſcopus non diſpenſat cum omninò illiteratis ad ordines, ſecus ſi aliquid grammatica ſciant ſi adeſt ſpes maioris ſcientia, n. 20. *diſtinguitur*, numer. 21. & 22. & à numero 28.

21 *Epiſcopus poteſt arbitrari, num magis expediat Eccleſia, ſi ordines conferat ei, qui etſi adhuc linguam latinam non intelligit; eſt tamen bona indolis, & pro atate docilis*, numero 36.

23 *Papa diſpenſare quit cum omnino illiterato ad ordines*, vt numero 24. *contra aliquos hic.*

24 *Scientia, qua in ordinandis requiritur, procedit non ex neceſſitate Sacramenti, ſed pracepti.*

25 *Anachorita aliquot, qui ſine ſcientia ordinati fuerunt, Praſbyteri referuntur.*

26 *Charitas eſt legis plenitudo, &* numero 39.

27 *Oſea Propheta* cap. 34. *ibi*: Conticuit populus, *relatum ſub* num. 23. *explicatur.*

28 *Sciens parum ſine ſpe plus proficiendi, dicitur habilis ad beneficia non requirentia ſcientiam. vel magnam curam* n. 29.

30 *Collatio beneficij facta prorſus illiterato, eſt nulla ipſo iure* n. 31. *non ſic ſi fiat illi, qui non pollet ſcientiâ ad id requiſita*, vt n. 32. & 33.

31 *Illiteratus prorſus inhabilis ad beneficia videtur dici eſſe, qui legere, & ſcribere latine neſcit* numer. 35. *non ſic, qui aliquid ſcit*, numero 36.

32 Cap. 3. Trid. ſeſſ. 7. de reformation. cum cap. 4. ſeſſ. 22. infra n. 36. & n. 42.

33 *Scientia defectus competentis reddit collationem iniuſtam, non tamen nullam, ſi non reddit prorſus illiteratum.*

35 *Collatio beneficij facta eis, qui nihil penitus latine callent, ſi ſciant legere, eſt valida, ſaltim de conſuetudine, & praxi antiqua.*

36 Cap. 4. Trid. ſeſſ. 22. in fine.

37 *Irregularitas, qua reddit illiteratum inhabilem ad beneficium, intelligitur de illo qui prorſus eſt ignarus.*

38 *Parochi, & habentes animarum curam; etſi non ſint eminentes, & multum litterati, ſi tamen nec rudes, nec ignorari habiles credantur contra teſtes aliud dicentes.*

39 *Illiterati, qui aliàs bona vita, honeſta ſunt, tollerari poſſunt in beneficiis iam obtentis, dum ex longo vſu ſcient exercere, vel ſi charitatis perfectio ſcientia defectum ſuppleat.*

40 *Collatio facta beneficij prorſus illiterato, ſi poſtea litteras adiſcat, redditur valida ſecundum aliques. Alij docent inualidam eſſe.*

41 *Induſtria, & conſilium requiritur in Curatis, & in Canonicatibus.*

42 *Illiteratus minus, cui facta eſt collatio; ſi non curat poſtea acquirere neceſſariam ſcientiam peccat mortaliter, ſed non amittit fructus*, num. 43.

44 *Collatoribus dantibus beneficia indignis, qua pœna ſit appoſita remiſſinè.*

45 *Collatio beneficij facta irregulari, eſt irrita, & nulla ipſo iure ante iudicis ſententiam ſecundum aliquos, non ſit ſecundum alios*, num. 46.

46 *Irregularis num poſſit retinere beneficium impetratum, & fructus in conſcientia percipere*, n. 47.

AD primam quæſtionis partem, vt reſpon- 1
deam præmitto dicendum quod penitus
illiterati non poſſunt fieri Clerici, *cap. pracipimus*
34. diſt. cap. illiteratos, & ibi gloſſa 38. diſt. cap. ſi
quis 77. diſt. cap. fin. de temporib. ordin. lib 6. & in
textu noſtro, vbi Doctores communiter, Guties.
canon. lib. 1. cap. 26. num. 37. Menoch. *de arbitrar.*
caſu 425. Thomas Velaſcus *tom. 1. alleg. 9. à num. 7.*
Patianus *de probat. lib. 3. cap. 34. num. 79.* cum mul-
tis aliis Barboſa *part. 2. allegat. 46. num. 5.* quia illi 2
comparantur cœcis, & ſunt nulli in Eccleſia Dei
cap. poſt tranſlationem, §. item ſi quis de renuncia-
tione, cap. Congregato, & *ibi* Bald. *num. 4. de elect.*
qui in ea placere non poſſunt *cap. illiteratos 36.*
diſt. cap. ignorantia 28. diſt. cap. quia frater 7. qua-
ſtione 1.

Et Aſini nuncupari ſolent, Ioannes Mona- 3
chus *in cap. ex eo de electione, & in cap. ſicut n. 10.*
de verb. ſignif. lib. 6. qui ſunt magis, quam homi-
cidæ, Flamin. *de reſignat. lib. 5. quaſt. 3. num. 90.*
Thomas *act. de ludo ſchatborum quaſt. 8. num. 28.*
† imo ait Gomez *in regula de annali quaſt. 47. in* 4
fine, quod non veniunt appellatione hominum,
ſed *iumentorum*.

Vnde cum Eccleſia Dei indigeat litteratis viris, 5
quibus rogatur, & ſuſtineatur iuxta textum *in cap.*
ſuper ſpecula de prab. dict. c. cum ex eo de elect. vbi
DD. Redoanus *de ſpoliis quaſt. 9. §. vltimo* Beller.
diſquiſit. Cleric. p. 1. tit. de diſciplina Clericor. §. 4.
num. 8. per quos totus mundus illuminatur, *cap.*
fin. de Magiſt. dict. cap. cum ex eo vbi gloſſa verbo
viris litteratis in extrauag. execrabilis de præbend.
Flamin. *lib. 4. cap. 11. num. 17.* Carolus de Graſſis *in*
pralud. num. 88. † Et ob idque dicantur radij ſolis, 6
& ſtellæ, *auth. habita, cod. ne filius pro patre, & ibi*
Bald. *num. 22.* Mandoſius *in reg. 8. Cancel. quaſt. 15.*
num. 3. & Eccleſia ſemper illos amet, *cap. Epiſc. 41.*
diſt. 1 latè Marcus Anton. Genuen. *in pract. Eccleſ.*
quaſt. 621. ac illis faueat, Flamin. *d. lib. 5. q. 3. n. 78.*
Multaque priuilegia conceſſerit Carolus de Graſ.
dict. pralud. num. 89. † quia ratione ſcientiæ, quâ 7
ſunt decorati præſumuntur abſtinere à vitiis *cap.*
cum à iuuentute, §. praterea de praſum. vbi videbis
quæ dixi; ideo fit vt penitus illiteratus ordinari
nequeat, vt iam *num. praced.* patet. Et num bene-
ficiari? dico *infra* in verſ. *ad ſecundam*, † & fa- 8
cit, quia ignorantia eſt mater omnium errorum
cap. ignorantia cap. ſi Laicus 38. diſt. cap. etſi cum
pridem §. pro defectu de renunciat. † Sicut ſcientia 9
eſt mater omnium virtutum, *cap. praſentium 1. q. 1.*
Ioannes Machad. *in tract. de perfect. confeſſ. lib. 1. p. 3.*
tract. 17. docum. 12. num. 1. ibi: *de donde reſulta*
que el derecho preſume que los eſtudioſos, y letra-
dos ſon virtuoſos, & facit textus *in cap. ex ſtudiis,*
dict. cap. cum in iuuentute, cap. fin. de praſumpt. ap-
plicando quæ, *ibi*, ſcripſit Barboſa *dicta alleg. 46.*
p. 2. ſub num. 3. & 4. Menochius *de praſumpt. lib. 6.*
q. 61. n. 20.

Quibus enim ſuppoſitis iam ad difficultatem 01
reſpondeo, quod cum ad beneficia obtinenda re-
quiratur litteratura, & ſcientia, quæ requiritur ad
ordinē, cui quodlibet beneficium fuerit annexum,
vt docent Ojedà *de incompatibil. p. 1. c. fin. num. 38.*
Azor.

Azor. inſtit. moral. dicta 2. p. lib. 6. c. 6. quæſt. 7. cum
aliis Nicolaus Garcia dicta p. 7. cap. 7. num. 11. per
declarationes Sacræ Congreg. quas ipſe refert
p. 6. cap. 2. num. 244. & de ſcientia ſingulis ordini-
bus præequiſita, iam ſuprà dixerim ſub dicto tit.
de Scrutinio in ordine faciendo, & in cap. 4. cap.
11 præced. hoc tit. † imò quod ſi beneficium ſit ſim-
plex, nec alicui ordini annexum, tum ſufficiat
ea ſcientia, quæ ad primam Tonſuram prærequi-
ritur, vt dixi in dict. tit. iuxta intellectum Trid. in
cap. 4. ſeſſ. 23. ſcilicet quod ſciat fidei rudimenta,
& legere, & ſcribere; & quod aliquantulum lin-
guam latinam intelligat, vt poſſit eſſe aptus ad
officium recitandum, ſic Ojeda ſuprà num. 39.
Pariſius de reſignat. benefic. lib. 4. quæſt. fin. num. 30.
dicens quod obtinentes ſimplicia beneficia, ſuf-
ficit, vt ſciant, & poſſint recitare horas Canoni-
cas, ad quas tenentur, nec non conſtruere, &
intelligere, vt addit Gonzalez dict. gl. 4. num. 73.
Azor. ſupra dict. c. 6 q. 2. & 3. quod ſcire debent, &
latine legere & intelligere vt preces honorarias re-
citare poſſint. Genuenſ. in praxi c. 119. in manu pa-
12 ſtor. cap. 37. num. 3. † imò & gloſſa in Clem. 1. de
de conceſſ. Præb. verb. putamus, quam ibi ſequuntur
Imola, Card. & Abbas num. 1. Franchis in cap. ſi
Pauper de præb. lib. 6. ſub num. 2. Gomez. de expe-
ctatiu. num. 79. Siodon. de officio Eccleſiaſt. p. 6. c. 16.
Henriquez lib. 9. cap. 31. ſub §. 8. Piaſecius in praxi
Epiſcop. p. 2. cap. 5. n. 20. Rota deciſ. 625. noviſſimè.
Farin. Nauarrus de oratione, miſcell. 43. num. 3. &
in cap. ſi quando de reſcript. exception. 13. num. 13.
13 † addunt, vt ſciant cantare; ergo dicendum eſt
maiorem ſcientiam requiri ad beneficium ſimplex
quàm ad ſolam primam Tonſuram. Et dictum
cantu limitant Alex. Moneta de diſtribution. p. 2.
quæſt. 19. num. 35. Ojeda num. 28. ſuprà Garcia p. 7.
14 dict. cap. 7. num. 4. & 5. † Intelligentes gloſſam
illam vt cantus requiratur in beneficio ſeruitorio,
modo requirat perſonale ſeruitium, & non poſſit
per ſubſtitutum deſeruiri; quamvis nec in his, vt
in Dignitatibus, Canonicatibus, Portionibus, &
curatis multùm ſoleat curari de cantu, nec in eo
fieri examen, quia vſu, & exercitio adiſci ſolet;
quod ſufficit ad exercendum officium: ſic Garcia
ſupra num. 6. cum Gomezio loco citato, & Domi-
nico in dicto cap. ſi Pauper.
15 Itaque reſolutio in puncto noſtri dubij, ea
nempe erit, quod omnino illiteratus, eſt irregu-
laris, & incapax ad beneficia vt colligitur ex di-
ctis, & tunc reuera ille talis dicitur illiteratus, qui
prima grammaticæ rudimenta non didicit, Rota
Rom. diuerſ. part. 2. deciſ. 16. num. 3. Carol. de
Graſ. in præl. de effect. cleric. à num. 237. Flamin.
de reſignat. dict. quæſt. 4. à num. 2. & quæſt. 3. à n. 70.
Campanil. in diuerſ. iuris canon. Rub. 5. cap. 5. num. 1.
vel qui legere, & ſcribere Latinè neſcit, Azor.
dict. cap. 6. quæſt. 3. Garcia dict. cap. 7. num. 15. Caſtro
Palao in opere morali tom. 2. tract. 13. diſp. 4. punct. 6.
num. 9. Barboſa cum multis aliis dicta alleg. 46.
16 n. 10. † Vbi ſit tenentes probat cum Sanchez
in opuſc. morali lib. 7. cap. 1. dubio 45. à num. 3. inter
irregulares numerari quemlibet ordinandorum,
cui obeſt defectus ſcientiæ, & litteraturæ prære-
quiſitæ, ſecundùm exigentiam cuiuſlibet ordinis,
veluti, ſi ordinatus ad primam Tonſuram neſciat
legere, & ſcribere, vt iam dixi; ordinatus de aliis
quatuor minoribus latinam linguam non intelligat
Subdiaconus, & Diaconus, qui latinè non ſit, &
quæ legit, minimè intelligit, Sacerdos ordinatus
quæ non benè legit contenta in Miſſa, nec medio-

criter ſaltim intelligit. Et poſſes addere quæ ſupr.
ſcripſi in cap. præcedenti de requiſitis in Presbytero
videbis Garciam dict. cap. 7. num. 19. Gonzalez dict.
gloſſa 4. num. 41. Flamin. dict. quæſt. 3. num. 89. Ve-
laſc. alleg. 9. num 11. Auilam de cenſ. p. 7. diſp. 4. du-
bio 1. Tolet. in ſumm. cap. 58. verſ. irregulares ex de-
fectu animæ. Rebuff. in tract. de pacific. poſſeſſ. n. 226.
Viuald. in Candelabro aureo p. 2. tit. de irregular. §. 1.
& alios per textum in cap. præcipimus verb. igno-
rantem litteras 36. diſt. & per textum noſtrum † 17
Et addit Flamin. dict. lib. 5. de reſign. quæſt. 3. n. 85.
quem illiteratum ex eo probari, quia nunquam
legit librum, non intrauit ſcholas, nec aliquem
Doctorem audiuit, vt etiam refert, & ſequitur
hic Barboſa ſub num. 2. † Et his addo, quod 18
peccat is, qui non habet ſcientiam ſufficientem
ad illud officium, quod appetiuit, vt docent Ia-
cob. de Graff. cap. 11. num. 23. & cum eo Barboſa
dicta allegat. 46. num. 4. per textum in cap. non eſt
putandum in fine 1. quæſt. 1. quia culpa eſt immiſ-
ceri ſe rei ad ſe non pertinenti, cap. non ſine culpa
de reg. iuris, l. culpa eſt ff. eodem.
Ad ſecundam quæſtionis partem, diſtinctione 19
loquendum eſt; quia ſi ordinandus eſt omnino il-
literatus, vt iam dixi, non poterit Epiſcopus diſ-
penſare, nec ad primam Tonſuram, nec in ſcien-
tia requiſita ad alios ordines minores, quia cum
de iure, & ex Concilio Trid. in locis relatis, ad
quemlibet ordinem ſit determinatus ſcientiæ, ſeu
litteraturæ gradus, ſequitur, vt nequeat Epiſco-
pus ſupplere defectum ordinandi in hac parte; eo
quod eſſet in lege Superioris diſpenſare, iuxta
quæ longè dixi in cap. 12. de iudic. ſic docent San-
chez lib. 7. in opuſculo mor. cap. 1. dub. 45. num. 2. &
num. 14. Rebuff. in praxi tit. de Clericis à quibus,
& quomodo creentur num. 28. Bernard. in pract.
cap. 21. Nauarr. in dicto cap. ſi quando de reſc. except.
13. num. 7. Salcedus ad Bernad. Diaz cap. 22. verſ.
diſpenſare.
Quod ſi ordinandus aliquod principium gram- 20
maticæ habuerit, aut modicum quid ſciat, &
oſtendat ſpem addiſcendi in futurũ poſſe Epiſco-
pum diſpenſare cum eo; quia minor ſcientia, ſuf-
cit quando adeſt ſpes addiſcẽdi in futurum dicunt
Rebuffus de pacificis poſſeſſoribus num. 215. & dict.
num. 28. Menochius de arbitr. caſu 425. num. 58. † 21
Dum ait poſſe Epiſcopum arbitrari magis expedi-
re Eccleſiæ ſi ordines conferat ei, qui, etſi adhuc
latinam linguam non intelligit; eſt tamen bonæ
indolis, & pro ætate docilis, Sanchez dict. lib. 7.
cap. 1. dub. 45. num. 13. Lotterius de re benefic. lib. 2.
quæſt. 50. num. 23. & 24. Marc. Alter. de cenſ. tom. 2.
diſp. 16. de ſuſpenſ. cap. 1. verſ. ſecundo in fine, Gon-
zalez ad regul. 8. Cancel. gloſſa 4. à num. 80. cum aliis
Barboſa dict. alleg 46. p. 2. num. 13. † Itaque quod 22
dixerunt Rebuff. de pacificis poſſeſſor. num. 264.
Flamin. lib. 5. de reſignat. quæſt. 4. num. 2. Ioannes
Machado lib. 1. p. 3. tract. 17. dict. docum. 11. num. 5.
vbi citat Villobos contrarium tenentem, vt illi-
teratus ſit omnino indiſpenſabilis, quoad ordines
intelligatur ſub prædicta diſtinctione.
Dubitabis an Papa cum omnino illiterato, poſ- 23
ſit ad omnes ordines diſpenſare? & videtur quod
non, tum ex præſuppoſitis iam relatis de ne-
ceſſitate litteraturæ; tum quia litteratura de iure
Diuino requiritur ad ordines, vt probatur ex illo
Oſeæ Prophetæ cap. 34. ibi: Conticuit Populus eo
quod non habuerit ſcientiam, quia ſcientiam repu-
liſti, repellam te, ne ſacerdotio fungaris mihi, re-
fert Sanchez dicto dub. 45. n. 2. in medio, poſt alios

Iacob.de Graff.*in aureis deciſ.p 2.lib.1.c.11. n.22.*
Petrus Greg.*in praxi benef.c.37.n.5.ad finem.*Ber-
nard.*in pract.c.21.n.6.* Vinaldus *tit.de irreg.n.97.*
Azor. *p.2.inſtit.mor.l.6.c.6.q.5.columna* 685. Fla-
min.*dict.l.5.de reſign.q.4.n.7.*Carol.de Graſ. *in tr.*
de effect.Cler.in prel.n.64. Thomas Valaſc. *tom1.*
*dict.alleg.9.n.12.*argum.textus cum vulgatis *in §.*
naturalia inſtit. de Iure perſonarum.

24 Adhuc verò exiſtimo poſſe Pontificem cum
illiterato diſpenſare,argum.eorum , quæ adduxi
ſuprà in c.cum contingat hoc tit. ſub q. fin. Secun-
do,quia ſcientia,quæ in ordinandis requiritur,pro-
cedit,non ex neceſſitate Sacramenti,ſed præcepti:
ſic enim ordinatus recipit characterem , Bernard.
*dict.c.21.n.21.*verſ.*ſi autem carens.*Iacob.de Graf-
fis *in aureis deciſ.p.2.lib.1.c.11.n.19.* Thom. Val.
*dict.alleg.9.n.30.*Sanchez *dict. lib.7. opuſ. moral.*
25 *lib.7.c.1.dubio 45.num.1.*†Et comprobatur exem-
plis ſequentibus,vt de Anachoreta ad ſacerdotium
per Sanctum Flauinianum Epiſcopum Macedo-
nicum:de Sancto Antonio Anachoreta pariter ad
ſacerdotium promotu, cuius meminit Auguſtinus
lib.1. de doctrina Chriſt. in prol. de ſpordone etiam
ad Epiſcopum Cypri,de quo Caſſiodor.*tripartita*
hiſtoria lib.1.c.10.& 11. quorum meminit Maiol.
de irregularis.cap.32.lib.1. n.5. & 6. vbi *ſub n.10.*
refert aliud exemplum de Sanctulo Præsbytero,
qui nec prima lementa elitteratum , nec legis,de-
cem præcepta , cum calleret , Præsbyter tamen
26 erat. † Et quod habuit excuſatorem ſuæ littera-
turæ Gregorium dicentem plenitudinem legis,
charitatem eſſe,indeque eundem ſanctulum totam
legem ſeruaſſe in dilectione Dei,ac proximi.

27 Nec obſtat allegatum ſcripturæ fundamentum:
nam vt probant Lotterius *de re benef.d.lib.2.q 50.*
*à n.17.*Barboſa *dicta alleg.46. ſub n.12.*quia quod
per illum dicunt Doctores iure Diuino reprobatur
aliquod defectus litteraturæ non eſt referendum
ad ius naturale Diuinum,æternum,atque immuta-
bile,ſed ad ius Diuinum poſitiuum , & ex cauſa
diſpenſabile.

28 Dubitabis ſecundo , an omnino illiteratus , ſit
indiſpenſabilis per Epiſcopum ad beneficia ? Et
Caſtrus Palaus *in opere morali tom.2. tract. 13.*
diſp. 4. puncto 6. num. 12. ait nequaquam poſſe
cum eo diſpenſare ad beneficium , ſi prorſus illi-
teratus eſt. Verùm ſi in illo illiterato ſit bona ſpes
addiſcendi ; quia propter eam multa contra iuris
regulas diſponuntur , vt affirmat Alciatus *de præ-*
ſumpt. regula 2. præſumpt. 3. & lib.1. de verbor.
ſignif. pag. 16. quem refert Thomas Actius *de*
ludo ſchachorum quæſt.8 princip.num.82. ex Inno-
cent. & Iaſone , tum poterit diſpenſare quod in-
telligunt , dum ſciat aliquod principium gramma-
ticæ , aut modicum ; quod ſciat,& oſtendat ſpem
addiſcendi , vt etiam dicit idem Caſtr. Palao.
29 † Imo Garcia , *dicta part.7. de benefic. cap.7. ſub*
*num.7.*refert *deciſ.16.diuerſ.part.1.* in vna portio-
nis de Amarita 27.Iannarij 1576.coram D.Cantu-
cio , vbi dicitur quod parum ſciens, etiam ſine ſpe
plus proficiendi , dicitur habilis ad beneficia non
requirentia ſcientiam , vel magnam curam , vt
per Immlam *num.7.* Bonifac. *num.49. in clem.1. de*
ætate, & qualit. & ſic quod parum conſtruens,
eſt habilis ad beneficium ſimplex.

30 Ad tertiam quæſtionis partem , an collatio be-
neficij facta imperito , ſeu illiterato , ſit nulla ipſo
Iure ? Et in hac difficultate , eſt etiam diſtinguen-
dum : nam ſi loquimur de prorſus illiterato , &
qui nullas didicit litteras , reſpondeo collationem
factam eſſe nullam ipſo iure : ſic in terminis te-
nent poſt Innocentium, & Felin.Flamin.*de reſign.*
*lib.5.quæſt.3.num.90.*Valerius Reginaldus *in praxi*
fori pœnit.lib.30. tract.3. num.169. Leſſius *de Inſt.*
*lib 2.cap.34.n.129.*Campan.*in diuerſ.iuris Canon.*
Rub.11.cap.14.n.5. Azor.*inſtit.moral.part.2. lib.6.*
*c 6.q.7.*Menochius *de arbit.caſu* 415. Carolus de
Graſſ.*de effectib.Cleric.in præludio n.71.* Et ſecun-
dum hoc ſunt intelligendi Abbas, Rebuffus.Oje-
da. Salced. Corraſius. Quintana, Dueñas, Vgoli-
nus,Mādnſius,Vega,& alij,quos refert,& ſequitur
Garcia,*dicta p.7.c.7.à n.13.de beneficiis* , quatenus
abſolutè de imperito, & illiterato prædictam con-
cluſionem ſcribunt , vt ipſe probat,ibi, *n.15.* Bar-
boſa *hic n.3.* † Et Caſtrus Palao *in opere morali* 31
*tom.1.tract.13.diſp.4 puncto 6.num.6.*vbi *n.9* exiſti-
mat illiteratum eſſe ſolùm illum , qui legere ; &
ſcribere latine neſcit : & de iſtis prorſus illiteratis
ſentiunt Doctores , vt collatio beneficiorum eis
facta, ſit inualida, & irrita per text. & gloſſ.*in c.1.*
diſt. 36.& in c.præcipimus diſt.34. de quibus dico
cum Barboſa *in paſtor. alleg.63. num.1.* Carolo de
Graſ.*in præludio n.72.*Flamin. *quæſt.2.n.15.* Ojeda
de incomp.benef.p.1.c.24. n.28. vt non ſint benefi-
ciorum capaces.

Huic tamen reſolutioni non obſtat Trid.Con- 32
cil.*ſeſſ.7.de reform.c 3.*ibi:*Omnino irritetur*,quia in-
telligitur de illis,qui non ſunt penitùs illiterati,ſed
beneficium acquirunt,requiſitâ ad illud beneficiū,
ſcientiâ carentes,in quibus collatio facta, non eſt
omnino irrita,ſed venit irritanda:ſic Barboſa *dict.*
alleg.63.num.2. † Garcia *ſupra num.14.* Vbi ſub 33
dicto num.15. ait quod licet de effectus ſcientiæ
competentis , reddat collationem iniuſtam ; non
tamen nullam , ſi non reddit prorſus illiteratum:
ſic comprobans ea textu noſtro , & ea Trid. *c.5.*
cum Nauar.*de oratione miſcel.40.n.8.& miſcel.33.*
n.7. † Vbi ait Alex. III. *in cap.cunctis de elect.* 34
etiam requirere tantam litteratum ſcientiam ad
omnia beneficia , quanta eſt ad illa bene gerenda
neceſſaria , ad hoc , vt illorum collatio , ſit bene
facta cuilibet, non quoad hoc, vt ſit valida, † qui 35
etiam *in dicto cap.ſi quando , except.13. n.8.* dicit
collationem beneficiorum factam eis , qui nil pe-
nitus latinè callent , modo ſciant legere , eſſe va-
lidam ſaltim de conſuetudine , & praxi antiqua,
& noua : alia refert idem Garcia *à num.16.* idem
tenens de prorſus illiterato , Gonzalez *ad regul.8.*
*Cancel.gloſſa 4.num.47.*declarat,*num.48.* vt ſolùm
concluſio procedat in eo , qui nunquam litteras
didicit ; ſic vt prorſus illas ignoret , quia ille di-
citur prorſus illiteratus,qui non habet aliqua prin-
cipia, in quo nobiſcum conueniat,de quo Franch.
in cap.fin.de temporib.ord lib.6.n.2.

Sed his obſtat Trid.*in dict.cap.4.ſeſſ. 22. de re-* 36
form.in fine, qui irritam pronunciat omnem proui-
ſionem illi factam, qui ætatem,& cæteras habilita-
tes integrè non habuerit , quo poteſt colligi nul-
lam eſſe collationem factam, tam prorſus illitera-
to, quàm illi , qui integram non habet litteratu-
ram pro qualitate collati ſibi beneficij. Et com-
probatur ea eo quia illiteratus , & imperitus eſt
irregularis *ex dict.cap.illiteratos 36.diſt.*Suarez *de*
*cenſ.diſp.51.ſect.1.à n.8.*Auila *de cenſ.7.p. diſp.4.*
*dubio 1.*Gonzalez *dicta gloſſa 4.num.41.* Sed reſ-
pondeo ad locum Trid. quod etſi videatur peni-
tùs contrariari alio Trid. *cap 3.* relato *dicta ſeſſ. 7.*
quatenus præcipiens , vt beneficia perſonis dignis,
& habilibus conferantur , in finalibus verbis pro-
rumpit in verba ſequentia : *Aliter autem facta*

cap.4.

collatio, & proviſio omnino irritetur: tamen *dict.*
cap 4. intelligi de illiterato omnino, in quo nullum
cedit Epiſcopi, & Superioris arbitrium; ad quod
vt aliis verbis expendit Barboſa *dicta alleg. n.* 63.
num. 4 ſic reſpondens intelligit *dict. cap.* 3. *ſeſſ.* 7. de
illo, qui aliquam habet litteraturam, modo iam re-
lato, in qua poteſt dari Superioris arbitrium, vt
37 iam dixi. † Et ſic non obſtat adductum io con-
firmationem, quia irregularitas quæ illiteratum
reddit incapacem ad collationẽ, intelligitur de eo
qui prorſus ignarus eſt: vnde quidquid abſolu-
tè dicant Suarez, & alij citati, quando inprouiſo
adeſt aliquæ litteratura, quemadmodum morum
defectus non facit eum verè, & propriè irregula-
rem: ita Garcia *de benef. dict. p.* 7. *c.* 7. *n.* 19.

38 Vnde dixit Rota *decis.* 23. *num.* 3. *p* 1. recentiſſim.
& *num* 7. quam ſequitur Barboſa *dict. alleg.* 64. *n.* 4.
in fine, vt non ſit neceſſe, quod Rectores habentes
animarum curam, non ſint eminentes, & excel-
lentes litterari, ſi idonei in litteris fuerint, & non
rudes, nec ignari, ſubdens minus credi teſtibus di-
centibus Sacerdotem inhabilem ad Sacramenta
miniſtranda, quàm dicentibus eum habilem. †
39 Et ſic Campanillus *in diuerſorio Iuris Rub.* 5. *c.* 5.
num. 3 bene dixit quod illiterati, qui aliàs bonæ,
& honeſtæ vitæ ſunt ob cauſam, quoad obtenta
tollerari poſſunt, ſcilicet ſi ex longo vſu, & rerum
experientiâ, ſciant rectè exercere omnia ad ſuum
officium ſpectantia, vel ſi charitatis perfectio,
ſcientiæ defectum ſuppleat.

40 Vnum tamen, & alterum dixit Gonzalez *in*
reg 8. *Cancel. gloſſa* 4. *num.* 49. cum Salcedo *dict.*
c. 21. *num.* 6. nempe quod licèt collatio facta pror-
ſus illiterato, ſit à principio nulla; ſi tamen poſtea
addiſcat litteras, & is, qui contulit non pœniteat,
priſtina collatio tacita quadam collatione ſuperue-
niente, reuiuiſcat; ſed hæc declaratio non eſt cur in
iure admittatur; quia quod ab initio vitioſum eſt,
ex poſt facto, non conualeſcit; & quia ex non pœ-
nitentia, ſeu ex taciturnitate ſola non poteſt induci
collatio, Selua *de benef.* 3. *p. q.* 10. *caſu* 3. *num.* 15.
Sylueſter verb. *beneficium* 3. *q.* 19. cum aliis Garcia
de benef. dict. p. 7. *c.* 7. *ſub n.* 20. ſub verſ. *ſecundo*, per
ea, quæ ipſe dicit de collatione facta excommuni-
cato, *dict. p.* 7. *c.* 11. *n.* 88. de quo dixi plura *ſub c.* 1.
ad probandum 24. *de ſent. & reiud.* & ex his, quæ
latè dixi *ſupr. hoc tit. in c. cum bona* 8. *& ibi ſub q.* 2.
& 3. vbi de alio bene dubio. per quod hæc diffi-
cultas componitur.

41 Tertium dictũ in noſtro dubio principali, intel-
ligatur de beneficiis curatis, ſeu canonicatibus, vbi
requiritur induſtria, & conſiliam; ſecus autem in
beneficio ſimplici: ſic Gonzalez *ſupr. n.* 50. cum
Rota *decis.* 13 *n* 5. *de probat.* in antiquis Staphileus
in forma 9. ſpectatiu. *n.* 23. Rota *decis.* 13. *n.* 4. *p.* 2.
diuerſ. quia id id non admittit Garcia *dict. cap.* 7.
lib. 7. *de benef. n.* 20. *in fine*, nam etiam ad beneficium
ſimplex, videtur illiteratus, inhabilis, vt patet ex di-
ctis *ſupr. à n.* 1.

42 Pro complemento notabis iuxta intellectum *d.*
c. 3. *ſeſſ.* 7. Trid. vbi non eſt irrita, ſed venit irritan-
da collatio facta minus litterato; quod ſi non curet
poſtea, & inter ea acquirerere neceſſariam ſcien-
tiam, & addiſcere, nec faciat quam primo cõmodè
potuerit. peccet mortaliter iuxta Nauarri mentem
in dict. c. ſi quando de reſcript. except. 18. *ſub n.* 4.
Salced. ad Bernard. Diaz *in pract. dict. c.* 21. *lit. H*,
Barboſa *dict. alleg.* 63. *ſub n.* 3. ita vt aliàs teneatur
illud dimittere, idem Nauar. *dict. n.* 4. *&* 8. *& conſ.* 8.
n. 4. *de Preb.* Azor. *inſtit. mor. lib.* 10. 1 *p. c.* 13. *q.* 18.
Fermoſin. de Officij & ſacris Eccleſ. *Tom. I.*
Quintana Dueñas *lib.* 1. *de benef. c.* 6. *n.* 18. Garcia
dict. c. 7. *p.* 7. *de benef. n.* 21. Flamin. *de reſignat. lib.* 3.
q. 18. *n.* 20. *&* 21. Carol. de Graff. *in pratud. n.* 70. *de*
effect. Cleric. Campanil. *dict. Rub.* 5. *diuerſ. Iuris Ca-*
non. c. 14. *n.* 5. qui dicunt, vt teneantur reſtituere fru-
ctus interea perceptos, † quod non admittit idem 43
Garcia *n.* 23. ex eo, quia ratione tituli illos facit ſuos
de quo videbis *ſub dict. c.* 8. *hoc tit. & in dict. c.* 24.
de re iud. applicando *ibi* dicta.

De pœna, quæ imponitur collatoribus, qui dant 44
beneficia indignis, dicit cum multis Garcia *dicto*
c. 7. *p.* 7. *à n.* 24. ſed amplius noto *ſub tit. de elect. &*
ibi in c. cunctis, & aliis, item *& in c.* 39. *de pre-*
bendis.

Ad quartam quæſtionis partem; an collatio be- 45
neficij facta irregulari, ſit irrita, & inualida ipſo iure
ante Iudicis ſententiam? Videtur ex dictis in verſ.
ad tertiam, huic difficultati reſponderi, vt ſit valida
quoties loquimur de vera irregularitate; quemad-
modum contingit in prorſus illiterato, & inhabili
ad ordines, & beneficia ex fundamentis *ibi* dictis,
& ex adductis de beneficio collato excommunica-
to, non tolerato, vel ſuſpenſo *in dict. c. ad aures hoc*
tit. ſub dict. q. 2. Et in terminis docent Suarez *de*
cenſ. diſp. 40. *ſect.* 2. *n.* 30. 36. *&* 41. Saytus *lib.* 6. *c.* 2.
n. 21. Aula *p.* 7. *diſp.* 2. *dub.* 6. & alij penes ipſos; quia
beneficium datur propter exercitium ordinis; ergo
qui per irregularitatem non poteſt ordines exer-
cere, incapax eſt beneficij, docet etiam Tambur. *de*
cenſ. lib. 8. *diſp.* 58. *dub.* 2. ita vt eius collatio irrita ſit,
nonminus, ac ſi daretur purè ſæcularibus ordini-
qus carentibus. † Sed Syluester verb. *excommuni-* 46
catio n. 4. Diana *p.* 4. *tr.* 2. *reſ.* 79. & reddẽs rationem
fũdamentiſque contrariis reſpondendo Petr. Cor-
nejo *in* 3. *p. D. Thom. tr.* 5. *de irregul. diſp.* 5. *dubio* 2.
q. 1. dicunt ſatis probabilem eſſe Syluestri ſententiã
aſſerentis collationem beneficij factam irregulari
eſſe validam, illũque ſolùm indigere diſpenſatione
ſuper irrgularitate, non tamen noua collatione be-
neficij; & ſic poſſe facere fructus ſuos in conſcien-
tia ex ea ratione, † quia ſic irregularis poteſt reti- 47
nere beneficium, quod impetrauit poſt irregulari-
tatem incurſam, cum in vtroque caſu militet ea-
dem ratio priuationis exercitij ordinis: & faciunt
quæ adduxi *ſupra in dict. c.* 8. *q.* 2. verſ. *ad quartam*,
in verb. *ego verò*, vbi etſi antea à verſ. *ad tertiam*,
dixerim collationem factam excommunicato non
tolerato, eſſe nullam, tamen non ſic de facta ſuſ-
penſo per fundamenta ibi tradita, quæ videntur
facere pro hac parte.

QVÆSTIO II.

An poßint Epiſcopi aliquoties examinare Parochos curam animarum exercentes, quid de Vicariis perpetuis? Et an poſſint ad libitum reexaminare ſimplices Sacerdotes approbatos ad confeßiones? Et an regulares ſemel examinati, poſſint in eadem Diœceſi ab eodem Epiſcopo, vel ſaltem ſucceſſore iterum examinari? Et an qui reputatur dignus ad vnam Dignitatem, ſi eligatur ad aliam, debeat tunc, etiam dignus reputari?

SVMMARIVM.

1 *Examinare de nouo Epiſcopus, ſeu eius ſucceſſor*

nequit Parochos ſemel approbatos, niſi ex probata cauſa ineptitudinis, vt n.6.7.8 9.& 10.

2 *Parochi idoneitatem ſcire incumbit Epiſcopo, item, & Miniſtri.*

3 *Viſitare poteſt Epiſcopus ſingulis annis Parochorum vitam, & mores, & proſpicere, an Cura animarum recta exerceatur,* n.4.

5 *Declaratio Sancta Congreg.* 1628. *ſuper re examinandis Parochis, intelligitur,* n.10.

6 *Examinati ſimplices Sacerdotes ad curam animarum, poſſunt quandoque ab Epiſcopo reexaminari, & reyci latè à* n.13.

7 *Malus nemo præſumitur, niſi contrarium probetur.*

8 *Mores, quos ſemel approbaui nequeo reprobare.*

9 *Parochus, ex quo ſemel talis eſt nominatus, & electus, in perpetuum habilis eſt reputatus ad obtentionem ſui beneficij. Et quis dicatur imperitus ſub* n.12.

10 *Epiſcopus ad reexaminandum Parochos, quo temperamento vti debeat?*

11 *Epiſcopi qui ſolebant ſuos reexaminare Parrochos, &* n.12.

12 *Epiſcopus poteſt vnum, aut alterum Parrochum reexaminare, quando defectus ſcientiæ, talis eſt, vt nequeat celari.*

13 *Epiſcopi poſſunt reexaminare Sacerdotes ſemel per ſe approbatos.*

14 *Epiſcopatus ſucceſſor poteſt ad libitum reuocare licentias, & approbationes præſtitas à ſuo prædeceſſore,* n.16.17.*&* 18.

15 *Approbatus ad ordines, ſeu ad beneficia, poteſt ſuſpendi, ſi in viſitatione repertus ſit inhabilis.*

16 *Epiſcopus quilibet in conſcientia pro viribus, debet contendere, & iterum examinare quoſcumque Confeſſarios, ſi rationabiliter Iudicet expedire.*

18 *Confeſſarij non examinati, quando approbati fuerunt, poſſunt ab Epiſcopo ſuſpendi, & examinari.*

19 *Regulares ſemel approbati ab Epiſcopo ad audiendas confeſſiones ſæcularium verius videtur vt reexamini poſſint ab eius ſucceſſore.*

20 Clem. dudum de ſepulturis, num. 23. 26. & 29.

Extrauagans ſuper cathedram de ſepulturis, n.23.26.& 29.

Extrauagans frequens Ioan.22.& numer.23.16 & 29.

Extrauagans inter cunctas de priuilegiis, & n.23.26. & 29.

22 Breue Epiſcopo Cordub. tranſmiſſum ab Vrbano VIII. pro examinandis ab eius ſucceſſoribus ſemel ad confeſſiones approbatos regulares.

23 Cap.15.Trid.ſeſſ.23.& n.24. 25. & 26.

26 *Præſentatio regularis examinati pro audiendis confeſſionibus regularium ſemel facta liberat Religioſum eſſe præſentandum coram Epiſcopo ſucceſſore,* n. 29.

27 *Epiſcopus qui ſemel approbauit regulares ad confeſſiones audiendas, non vocat illos iterum ad examen, ſucceſſor eius, poteſt eos reexaminare.*

28 *Epiſcopi qui ſemel approbarunt abſolutè regulares ad audiendas confeſſiones nequeunt licentias reuocare, nec eos ſuſpendere.*

29 *Approbatio per examen ad confeſſiones in Religioſis non eſt eadem cum præſentatione de iure requiſita in illis coram ſucceſſore.*

30 *Epiſcopus poteſt ſuſpendere Religioſum à ſe aſprobatum pro confeſſionibus ſi ſcandaloſè, viuat ſeu delictum committat.*

31 *Regularibus facultas conceſſa pro confeſſionibus ad beneplacitum, poteſt quandoque ab illo reuocari,* n.33.

32 *Facultas iuriſdictionis, ſeu ad confeſſiones lata regularibus ſub conditione ceſſat, non exiſtente conditione, & poteſt cum cauſa limitari ad tempus, & ad certum locum.*

34 *Epiſcopus vno tempore nequit adimere facultatem audiendi confeſſiones omnibus ſimul vnius conuentus Confeſſariis.*

35 *Confeſſarij ſæculares ad certum genus perſonarum, ſeu ad limitatum tempus ab ordinario approbati, non poſſunt etiam per Bullam Cruciatam audire confeſſiones, vltra licentiam ſibi datam.*

36 *Religioſus ſemel, & generaliter in vna Diœceſi approbatus ad confeſſiones, ſi recedat, & iterum redeat, non tenetur quærere nouam licentiam, & approbationem, niſi idem Epiſcopus, vel eius ſucceſſor reuocet facultatem, v.* n.37.

37 *Epiſcopus, vel eius ſucceſſor poteſt reuocare præſtitam licentiam ad confeſſiones, niſi qui ſemel approbatus eſt ſit Parochus.*

38 *Approbatus ſemel à proprio Epiſcopo, ſi Diœceſim mutet, indiget nouâ approbatione alterius Epiſcopi, in cuius Diœceſi verſatur, etiam ſi ſit Religioſus, vt* n.39.

39 *Religioſus ſemel approbatus ad confeſſiones in vno Epiſcopatu, indiget iam nouâ approbatione in alio Epiſcopatu ex Vrbano VIII. anno* 1628.*& ex Innocent X. anno* 1648.

40 *Approbatus ab Epiſcopo, quem ſcit non eſſe idoneum, ad confeſſiones non cenſetur approbatus.*

41 *Epiſcopus poteſt approbare quemcumque Sacerdotem ad confeſſiones abſque examine.*

42 *Licentia delegata audiendi confeſſiones, non expirat, mortuo, vel amoto delegante, niſi Epiſcopus ad tempus, ſeu ad tempus vitæ ſuæ, ſeu beneplacitum,* n.43.

44 *Approbatio ſemel facta cum cauſa, poteſt ab Epiſcopo reuocari, etiam ſimpliciter conceſſa, & ſine cauſa, ſi ad tempus, ſeu ad beneplacitum concedatur.*

45 *Ruocandi licentiam confitendi cauſa iuſta erit, veluti ſi confeſſarius abiuret de vehementi, &* n.46.

46 *Abiurans de leui in Sancto Officio, non illico ideo ſuſpenditur ab adminiſtratione Sacramentorum, etiam pœnitentiæ, non ſi de vehementi.*

47 *Examinatus ſemel ad vnum beneficium, de iure non eſt examinandus ad aliud ſimile.*

48 *Dignus qui reputatur ad vnam Dignitatem, talis habetur ad aliam ſimilem,* n. 51. 52. & 53.

49 Cap.13.Trid.ſeſſ.7.& num. ſeqq.

50 *Examinatus ad beneficium ſimplex, ad aliud, etiam maius non examinatur iterum, non ſic ſi aſcendat ad Parochiam, & quare?* n.51. 52. & 53. *quid in praxi?* n.54 & 55. & n 64.

51 *Examen nouum requiritur quoad Parochialem in permutationibus, quæ fiunt de beneficio*

aeficio ſimplici, & curato.

53 *Examinatus ſemel ad vnum Canonicatum, ſeu Dignitatem in Collegiali non indiget nouo examine, ſi transferat ad aliam Eccleſiam collegialem.*

56 *Examen ad beneficium ſimplex, non requiritur in eo, qui ad ordinem competens fuit examinatus.*

57 *Examinandi non ſunt de litteratura Diaconi, Subdiaconi, & Preſbyteri admittendi ad Canonicatus Eccleſia Cathedralis, ordinem Sacrum requirentes, ſecus ſi in Sacris Ordinati non fuat* n.58.

59 *Canonicus recipiendus in vno Canonicatu, ad quem fuit examinatus ad alium transferens, non eſt de nouo examinandus.*

60 *Examinandus non eſt iterum prouiſus à Papa Roma in forma gratioſa, ſi adiunctum ordinem accipere intendit.*

61 *Examen nouum non requiritur in permutationibus faciendis.*

62 *Examen licet non requiratur, quando de vno, ad aliud ſe transfert beneficium ſimile, ſecus ſi diſſimile ſit.*

63 *Examen nouum requiritur in Portionario aſcendente ad Canonicatum in aliquibus Eccleſiis, vbi ſic ſolent aſcendere.*

64 *Examen nouum requiritur ad Parochialem in permutatione cum ſimplici beneficio.*

65 *Examen num requiratur nouum, cum de inferiori. Eccleſia ad celebrationem aſſumitur; etſi beneficia non ſint diſſimilia,* n.66.

67 *Examen nouum requiritur quando Parochus vult aſcendere ad aliam Parochiam per concurſum.*

68 *Examen ad Parochialem omnino exigitur etiam ſi ſe offerens ad aliam ſit Paſtor, aut licentiatus, etiam ſi eſſet famoſiſſimus Doctor.* num.69.

70 *Epiſcopus poteſt procedere ad executionem litterarum prouiſi in forma dignum ad examinationem, etiam ſi per duas vices examinatus fuerit reiectus, dum tamen fiat admiſſio in ea ſex menſes à die Datar. litterarum.*

71 *Appellatio ab examine requiſito in beneficiis non admittitur ad effectum vitandi examen, ſed non tollitur à mala relatione, grauamine, vel reprobatione examinatorum, vt* num.72.

1 AD primam quæſtionis partem, inuenio Do-
ctores inter ſe pugnantes, quoſdam negan-
tes, alios affirmantes; eo quod poſſit eos iterum
ad examen vocare, docent Ægidius Trullenc. *in*
Bulla Cruciata lib.1.§.7.cap.1.dub.1.n.3. Ioannes
Sanctius *in ſelectis diſp.50. per totam, & à n.11.*
qui acerrimè eam defendit, & *ibi à n. 15.* poſt
iacta fundamenta, dicit ſe nullum inueniſſe Do-
ctorem, qui dixerit non poſſe Epiſcopum Paro-
chos examinare, ſed tantùm docere, vt non
valeat reuocare generaliter eorum approbationem
2 † Item quia Epiſcopo incumbit ſcire idoneita-
tem Parochi ſibi ſubditi nam licèt tempore ſibi
collati beneficij capax, & idoneus viſus fuerit ex
poſt facto vocando alteris poteſt reddi ineptus.
Ergo cum incumbat Epiſcopo inquirere de ido-
neitate Miniſtri poterit Parochum iterum exami-
nare; eſt enim fundamentum ſufficientia & varia-
bile, & immutabile, qualis eſt ſufficientia, &

boni mores cumque ſucceſſori fas ſit derogare,
ſeu mutare leges, & facta prædeceſſoris quid mirũ
vt queat vocare ad examen Parochos vniuerſos?
Deinde iuuatur à prædicta, ſententia ex diſpo- 3
ſitione Trid. *c.8. ſeſſ.21.* quo conſtat vt queat viſi-
tare Epiſcopus ſingulis annis Parochorum vitam,
& mores; quod videtur deſiderare, vt fiat per
examen, non tantùm teſtium, ſed in propria Pa-
rochi perſona; quia cum Concilium, *ibi*, dicat,
vt debeat Epiſcopus viſitare beneficia curata,
† & proſpicere, an cura animarum recte exercea- 4
tur; quod non niſi præuio nouo examine, non
rectè intelligetur; quia animarum cura non
præcipuè ſita eſt in eo, quod Parochus Sacra-
menta petentibus miniſtret, ſed in eo, quod recte
miniſtret; ſed ſi non perquirat de Parochi ſcientia,
nequaquam ſcire poterit, num recte miniſtrentur
Sacramenta, vel non, præcipue pœnitentiæ, quare
videtur præciſum nouum examen, vt poſſit Epiſ-
copus adimplere Concilij mentem *in d.c.8.*
Et hanc ſententiam tenet Diana, *p.4 tract. 4.*
miſcell. reſ.59. in fine ex doctrina Barboſæ referen- 5
tis declarationem Sacræ. Congreg. Concil. in vna
Placentina 6. Auguſti 1628. quæ cenſuit, vt poſt
electionem, & collationem ſibi Parochialis, non
exiſtimet Parochus ſe non amplius de doctrina,
& litteratura rationem redditurum, cum ſit libe-
rum Epiſcopis, tam in viſitatione, quam extra ite-
rum examinare ſuper doctrina, & litteratura Paro-
chos approbatos ab anteceſſore tempore proui-
ſionis, necnon ſuperueniente rationabili cauſa, &
ſuſpicione ignorantiæ, poſſe examinare ad effe-
ctum *cap.6. ſeſſ.21. de reformat.* & ob eandem de-
clarationem improbat Reginald. *in praxi fori pœ-
nit. tom.1. lib.2. c.16. n.201.* Homobon. *de bonis in*
examine Eccleſia p.3. tract.15. c.9. q.31. reſ.1. † vbi
ſic ait *ſucceſſori in Epiſcopatu*, integrum eſt om- 6
nes, quamuis ſimpliciter, & abſolutè approba-
tos, generatim ad examen aduocere; & quos ino-
neos non inuenerit reiicere; ſed quoad Parochos
Epiſcopum eos ad nouum examen vocare non
poſſe, &c. quamvis ex noua cauſa ob demerita à
munere eos ſuſpendere, & aliquando punire in-
tegrum ſit: vide, *infra* in verſ. *ad ſecundam.*
Ego inquam adhuc exiſtimo non poſſe legiti-
mè, nec deberè ex voto ſuæ volũtatis Epiſcopum, 7
qui Parochos approbauit, nec eius ſucceſſorem,
vocare generatim omnes Parochos ſuæ Diœceſis
ad nouum examen; imo nec dum viſitat per Epiſ-
copatum; tum quia nemo præſumitur malus, niſi
contrarium probetur. † Tum quia mores, quos ſe-
mel approbaui, reprobare nequeo ex reg. textus *in* 8
cap. dudum de praſcript. & ex cap. vnic. de ſcrut. in
ordine faciendo, ex l. ſeruos, ff. de manumiſſis teſtam.
& ex l. quoties 2. ff. de his, qua in teſtam. cap. inter
dilectos de fide inſtrum. l. ſi vxor. §. fin. cod. de teſti-
bus, l. quod ſi nolis. §. in factum, ff. de ædilitio edicto,
de quo Oldrad. *conſ.18.* & ex regula iuris: *dubia in*
meliorem partem ſunt interpretanda, faciunt non-
nulla notata *ſupra in cap. praced. & in cap. penult.*
& fin. de praſumpt. tum quia vt ait Leſſius *lib. de*
Iuſtitia c.29. n.4. valde eſſet temerarium ſuſpicari
de aliquo abſque indiciis de deperditis moribus.
† Et ob id idem iudicare de Parocho iam ſemel
examinato, & idoneo reputato cum Parochus per 9
examen ad Parochialem radicitus abſolutè, & non
limitatè pro aliquo videlicet tempore, ſed in per-
petuum habilis ſit iudicatus, & litteratus ad ob-
tentionem, & adminiſtrationem ſui beneficij
Curati.

16 Quare dico cum temperamento poſſe, ac de-
bere Epiſcopum vii de tali reexaminatione, etiam
ſi ſit ſucceſſor: nam ex dicta declaratione, quam
refert Diana ex Barboſa, quem citat, *de officio*
Parochi c.2. ibi non inueni) & ei aſſentiendo ex
ea, vt dixi colligitur non ad libitum, & generali-
ter, ſed tantùm quando ſuperuenit cauſa rationa-
bilis,& ſuſpicio ignorantiæ. Quod ego intelligo,
veluti ſi dum Epiſcopus viſitat teſtibus, acquirit,
ſeu aliis clamoribus, vel delationibus notitiam
ineptitudinis Parochi in adminiſtrando Sacramẽta,
ſeu alia officia Parochi peragendo; & ſic excludi-
11 mus illam vocationem generalem.† Et in hoc sẽſu
exempla, quæ referunt Sanctius,& Diana de Do-
mino D. Andrea Pacheco Epiſcopo Segob. D.
Ioan. Manuel Epiſcopo ſagũt,& D.Caſtillo Epiſ-
copo Calagurit. & ante omnes Ioan. Riuera Ar-
chiepiſcopo Valent.vt teſtatur Trulench. *in dicta*
Bulla dub. 1.*n.*3.exiſtimo eſſe intelligenda; imo vi-
ros admodum prudentes, & Doctos non aliter
practicaſſe, & cum prædicto temperamento por-
rigo negatiuam ſententiam,Regirald. Homobon.
ſupra, & Ludouici de San Ioan. *in ſum.q. de Sa-*
cram.pœnit.art.2. dub.3. Plura alia tradit legenda
Sanctius *d.diſp.* 50.& ſunt etiam intelligendi Hen-
riquez *in ſumma lib.6.c.6.n.6.*Ochogauia *tract.2.*
de confeſ. q.40.n.7. Vaſq. *tom.de pœnit.q.93 art.3.*
12 *dub.5.n.1.* † Quæ diſtinctio patet ex adductis per
eundem Sanctium,*d.diſp.50.n.3.*vbi dicit,vt poſſit
Epiſcopus vnum, vel Alterum Parochum exami-
nare,quãdo defectus ſcientiæ adeo ſit notus, quod
vel nullatenus poſſit celari, vel errores admiſſi à
Parocho id oſtenderent,taliter, vt poſſint ſic inep-
ptos Parochos ab officio ſuſpendere coadiutorem
aſſignando iuxta litteram Trid.*d.ſeſſ.21.cap.6.* alia
plura dicens,vbi Barboſa *n.4.* etenim, *ibi*, in fine
cum Riccio *in praxi p.4.reſ.547.*dicit imperitos ad
hone effectum eſſe illos, qui inhabiles ſunt ad ex-
ploranda ea,quæ incumbunt muneri,ac oneri be-
neficij,quod habent,& ſecundum Dignitatem,ſta-
tum,& officium,ad quod aſſumuntur. De Vicariis
inquam perpetuis, examinandis etiam Regularium
ab Epiſcopo dico, *infra in c.3.de offic. Vicary q.1.*
verſ.ad ſecandam in verſ.& ex his.

13 Ad ſecundam quæſtionis partem,an ſemel exa-
minati, poſſint in eadem Diœceſi ab eodem Epiſ-
copo,vel ſaltem à ſucceſſore iterum examinari Sa-
cerdotes ſimplices?Ad quam difficultatem,ſuppo-
ſitis quæ dixi de Parochis *à n.1.* nemini dubium
poteſt eſſe, vt poſſint examinari; imo, & quod
poſſit Epiſcopus,qui licentias confitendi præſtitit.
14 † Et melius eius ſucceſſor reuocare, de ſucceſſori-
bus eſt quotidiana praxis,qui cum intrant ad Epiſ-
copatus gubernium, ſolent primo præſtitas licen-
tias, & approbationes ſimiles à ſuis prædeceſſori-
bus factis, reuocare. Et ratio de vtroque eſt,quia
tales approbati confeſſarij,ſunt tanquam Epiſcopi
delegati ad voluntatem, & beneplacitum eius
cumque dare ſubditos, in quibus illi confeſſarij
poſſunt exercere confeſſionis munus, dependeat
ab ipſo Epiſcopo;quantumvis ratione Sacerdotij
& Præsbyteratus illam facultatem de iure habeant
in habitu,præter caſus neceſſitatis extremæ;ſecun-
dum quæ dico *in cap.omnis vtriuſque ſexus de pœ-*
*nit;*ideo fit,vt ad placitum;tam prædeceſſoris Epiſ-
copi,quam ſucceſſoris ſecundo examinari queant.
15 † Et ſic abſoluta. Sel in ſelectis Canonicis, *c.11.*
*num.*18.atteſtans fuiſſe deciſum à Rota ſob die 9.
Nouemb.1619.Barboſa *in d.c.4.ſeſſ.21.n.4.* dicen-
tes approbatum ad ordines, ſeu beneficia ab Epiſ-
copo competente, poſſe ab inferiore ſuſpendi ob
imperitiam, ſi ille in viſitatione repertus ſit igna-
rus. † Et faciunt quæ docet Sanctius *in ſelectis* 16
diſp.48.n.47.& 48. qui dum de regularibus loqui-
tur,dicit,quod tenetur Epiſcopus quilibet in con-
ſcientia pro viribus contendere, iterum examinare
quoſcumque Confeſſarios, ſi rationabiliter iudi-
cat id expedire, † & Sel.*in ſelectis Canon. cap.14.* 17
refert deciſum in Cæſar Auguſt.7.Septemb.1625.
vt ſequitur Barboſa in Trid.*ſeſſ.23.c.15.n.43.*ap-
probationem obtentam per Sacerdotem ſæcula-
rem, vel regularem, poſſe ab ordinario ſucceſſore
pro ſuæ conſcientiæ ſecuritate vſque ad nouum
examen ſuſpendi. † Et idem Barboſa *n.40.* cum 18
Sel.*d.cap.14.n.17.*refert deciſum, vt ſi confeſſarij
non fuerunt examinati, quando approbati extite-
runt poſſint ab Epiſcopo ſuſpendi, & examinari
ex Sacra Congreg. Epiſcop. & Regul. in Verce-
len.3. Iulij 1615. alia tradit videnda idem Barboſa
cum multis, *in paſtorali alleg.25.*& *ibi à n.4*. alia
ex propoſito dico *ſub q. proxime ſequenti de Regu-*
laribus,quibus melius intelliges hoc dubium.

Ad tertiam quæſtionis partem, an id procedat 19
In regularibus ſemel approbatis per ordinatium
Epiſcopum, ad Confeſſiones etiam laicorum au-
diendas, & quia magis quam alij Doctores egerit
de hoc dubio Ioannes Sanctius *in ſelectis diſp 48.*
omnino videndus, qui plures declarationes refe-
rens Cardinalium inter ſe contrarias *à n.1.*dicit eſſe
tot vt exiſtimat cum Suarez *tom. 3. de pœnit.diſp.*
*28.ſect.6.n.10.*Salas *de legib. diſp.2. ſect.9. n.51. in*
*ſecundo argum.*conſtare nõ poſſe cui ſtandum opi-
nioni earum;ideo poſtea *à n.16.*interponens ſuum
iudicium, ait, vt Epiſcopus de nouo adueniens in
propriam Diœceſim,habeat ius compellendi regu-
lares ad examen pro prædicationibus,& confeſſio-
nibus, tam mendicantes, quàm non mendicantes;
quantumvis ab anteceſſore ſint examinati,& Con-
ſtitutione Gregorij XIII. & ſic tenendum eſt, vt
poſſit Epiſcopus ſucceſſor pro maiori quiete con-
ſcientiæ ſuæ iterum examinare Regulares ab Epiſ-
copo ſuo anteceſſore præuio examine approba-
tos ad perſonarũ ſæcularium confeſſiones audien-
das,etſi minus idonei reperti fuerint reprobare: ita
fuiſſe reſolutum tenet Sel *in dict.c.14.n.27.*in Al-
banen.5.Februarij 1628.& in alia ſub die 7.Ianua-
rij 1630. & ita decidere S. Congreg. Epiſcop. &
Regulat.ſub die 23.Nouemb.1629. ſequitur Bar-
boſa *in dict.c.15.Trid.ſeſſ.23.n.44.*

Sed obſtat dicere quod Regulares ex ſola vni- 20
ca examinatione,manent approbati ſemper ad au-
diendas confeſſiones ex mente textus *in clem. du-*
dum de ſepulturis à clem.5.edita,& extrauag.ſuper
cathedram eiuſdem tituli ſuper communia Bonifac.
VIII. & extrauag. frequens inter communes à
Ioanne 22 *extrauag.inter cunctas de priuileg.*à Be-
nedicto XI. quæ non videntur reuocatæ ab aliquo
decreto,quod contineatur in corpore iuris, † ad- 21
huc verò dicendum eſt,vt ſucceſſor in Epiſcopatu,
poſſit vocare etiam generatim approbatos omnes,
quamvis ſimpliciter,& quos idoneos minimè inue-
nerit,reiicere, vt docent Miranda *in man. Prælat.*
tom.1.q.45.art.7.concl. vltim. Vgolinus *de poteſt.*
Epiſcopi c.20.n.4.& 5. Barboſa *ibi alleg. 25. n 49.*
cum multis Diana *p.3.tract.2.reſ.27.* Campanil*an*
*diuerſ.Iuris Canon.Rub.12.c.13.n.70.*Torreblanca
de iure ſpirit.lib.14.cap.3. à num.6.†qui *n.24.*refert 22
S.D.Vrbani VIII. breue Epiſcopo Cordub.tranſ-
miſſum,quo declaratur Regulares in ciuitate Cor-
duben.à prædeceſſoribus Epiſcopis examinatos,&
approbatos.

approbatos ad confeſſiones perſonarum ſæculariũ audiendas, ab Epiſcopo ſucceſſore pro maiori cõſcientiæ ſuæ quiete, poſſe iterum examinari, ac ſi minus idonei reperti fuerint reprobari, docet etiam Sanctius *dict. diſp.*48.*n.*18.& ante *diſp.*40.*n.*15. Vt ergo plenè de hac difficultate poſſis diſputare leges nouiſſimè Dianam *p.*11.*tr.*2.*reſ.*12. dum ait de ea quæſtione, *An non obſtante Concilio Trid. Regulares teneantur ſe ſubijcere examini Epiſcoporum?* Et negatiuam ſententiam referens ex Patre Bruno *de priuileg. Regul. tr.*5.*c.*2. *prop.*1. videtur ſequi affirmatiuã ex Patre Mendo *in Bulla cruc. diſp.*22.*c.*2. *n.*43 qui dicit ex dicto Trid. reuocatas eſſe, *Clem. dudum de ſepult. & extrauag. ſtatim citandas bene probans*, illum videbis latè loquentem, & plura alia adducentẽ de Regularibus *in eo tract. Miſcell.* vbi licèt explicet *dict. Clem. & extrauagantes*, non illũ repeto, cum de illis ſatis hic loquar.

23 Nec obſtant *dict. Clem. dudum*, & allegatæ extrauagantes; quia licèt non ſint reuocatæ aliquo decreto, quod continetur in corpore iuris, ſed ſunt reuocatæ per diſpoſitionem Trid. *in d. c.* 15. *ſeſſ.*23. *de reform.* vbi traditur noua forma, ad hoc, vt poſſint Regulares confeſſiones auſcultare, quæ alloquitur, verbis ſequentibus: *Quamuis Presbyteri in ſua ordinatione à peccatis abſoluendi poteſtatem accipiãt, decernit S. Synodus nullum, & etiam regularem poſſe confeſſiones ſæcularium, etiam Sacerdotum audire, nec ad id idoneum reputari, niſi aut Parochiale beneficium, aut ab Epiſcopis per examen, ſi illis videbitur eſſe neceſſariũ, aut alias idoneus iudicetur &c. Et ibi priuilegiis, & conſuetudine quacumque etiam immemoriali, non obſtantibus*, & potius ſi aduertas quod *dict. Clem. dudum de ſepulturis*, & cæteræ extrauagantes ſolùm exigerent præſentationẽ Regularium coram Epiſcopo fieri nullã de examine mentionem facientes, vt manifeſtum fiet intuentibus illas Suarez *de pœnit. diſp.*28.*ſect.*6.*n.*14. Sanctius *d. diſp.* 48.*ſub n.*16.& Trid. requirere examen: videbis Barboſam cum multis *in dict. Clem. dudum* latè alloquentem.

24 Sed adhuc facit pro Regularibus non leuis cõſideratio, nempe quod cum diſpoſitio *dict. Clem. dudum* aliud diſtinctum decernat, quam apparet expoſci à Trid. *in dict. c.*15 & Greg. XIII. *in conſtit. ſua Kalend. Martij* 1572. decreuerit ſtandum eſſe diſpoſitioni iuris communis, & Sacri Concil. Trid. *dict. c.*15.*ſeſſ.*23. ſed *dict. Clem. dudum cum aliis extrauag.* loquitur tantùm de præſentatione, quam de ſe ipſis debent facere Regulares, nihil de examine, & approbatione loquens ad dictas ſæcularium confeſſiones audiẽdas, ergo cũ Trid. de illo examine loquatur, ſequitur vt non reuocet *d. Clem. dudũ* imò Nauarrus *in man. c.*27.*n.*164.*in fine*, Fr. Eman. Rodrig. *q. Reg. tom.*1.*q.*59.*art.*1. *in addit. ad explic. Bullæ cruciata* §.9.*n.*30. Ludouic. Miraod. *ſup. q.*45. *art.*6. dixerunt formam datam *in dict. Clem. dudum de ſepult.* circa Confeſſarios Regularium coram Epiſcopis, & ordinariis faciendam præſentationem nullatenus eſſe per Concilium Trid. reuocatam, & derogatam; quin potius per ipſum confirmatam, & approbatam, & eidem quam maximè conformem.

25 Tamen video contrarium ſequi ex vſu quotidiano, docent poſt Pariſ. Chiochier. *de iuriſdictione Ordinarij in exemptos p.*2.*q.*45.*n.*8. Hermoſilla ad Greg. Lopez *in l.*53. *gloſſa* 6.*n.*32. *tit.*5.*p.*5. quod verius ſibi videtur Barboſa *dict. alleg.*25.*n.*47. quia hæc approbatio, non eſt gratia, vt poſſit pendere à voluntate concedentibus, ſed tantùm authenticum inſtrumentum ſufficientiæ talis perſonæ; & quod teſtimonium ſemel datum non poſſit reuocari, ita cum Corduba *in addit. ad compen.* verbo *abſolutio* §.16.& verb. *præſentatio*, Vega *tom.*1. *c.*62. *caſu* 8. Villalobos *in ſumm. tr.*9.*diffic.*73.

Adhuc enim non videntur prædicti c. 15. Trid. verba ita clara, quod poſt vnam examinationem queat Epiſcopi, tam Clericos ſæculares, quàm Regulares ſemel approbatos vocare iterum ad examen; ergo poſtquam ſemel fuerint ipſi Regulares examinati, & approbati ab Epiſcopo, non eſt cur debeant amplius examinari, cum id Concilium nõ aduertat; ſed nihilominus receſſuri non ſumus à *ſuprà* iam dicta ſententia: nam etſi Regulares ipſi nullã velint æquiparationem admittere inter ipſos & prædictos Clericos ſæculares ſemel approbatos eo videlicet, quod ſcientia confeſſariorũ ſit perempta ob curſum temporis, ex quo non fuere examinati; & quod Regulares ad id non poſſint compelli quia ex Iure illorum, approbatio irreuocabilis eſt, in quo manifeſtè errant, cũ iura, in quibus poſſint fundari aliud dicant, ſcilicet *in dicta Clem. Dudum & in extrauag. ſuper Cathedram*; & *inter cunctas*, vbi nihil de examine, & approbatione cauetur, ſed tantùm de præſentatione habenda coram Epiſcopo: ſic ex eorum decretis apertè colligi non poſſe approbationem ſemel comparatam medio tempore, futuram eſſe perpetuam in regularibus, ſed tantùm ad ſummum inferri præſentationem ſemel factam, eſſe irreuocabilem, nec poſſe ſucceſſorem Epiſcopi compellere regulares ſemel præſentatos coram anteceſſore ad reiterandam præſentationem: ita docet longè videndus Sanctius *d. diſp.*48. *n.*20. videndus *à n.*17. qui *n.*21 addit nec *ex dicta Clem. Dudum, & extrauag.* deduci præſentationem ſolam factam à Regularibus eſſe perpetuam, cum *ibi* ſolùm dicatur Regulares non teneri ad ſe præſentandum coram Epiſcopis in territorio, quorum miniſterium pœnitentiæ fuerit celebrandum; quod aliud debet eſſe in eorũ ſucceſſoribus, quibus cõpetit nouum ius, ſcilicet cognoſcendi oues, etiam à prædeceſſoribus Epiſcopis approbatas, ſic cum Ægidio Coninch. *de Sacrament. diſp.*8. *dub.*7. *numer.*57. 26

Ego proprius accedendo exiſtimo diſtinguendum, nempe quod ſi loquamur de Epiſcopo ſemel approbante, nequeat iterum vocare ad examẽ Regulares, quos iam ad confeſſiones approbauerit ſecus in ſucceſſoribus Epiſcopis, vt probo ex conſtitution. Pij V. quæ non fuit reuocata *à præd. cap.*15. *Concilij*, vt declarauit Sancta Congreg. Cardin. relata per confeſt. *in ſumm. titul.*[17. *c.*5. circa illam quæſtionem. *An Epiſcopus qui approbauit*, poſſit non ſolùm ſæculares, ſed etiam Regulares examinare iterum, & indignos reprobare? Quæ loquitur in ſequentibus verbis: *Congregatio Concilij cenſuit Regulares ad audiendas in ciuitate, & Diœceſi ſæcularium confeſſiones ſemel ab Epiſcopo, prævio examine approbatos, iterum ab eodem Epiſcopo non eſſe examinandos, Cæterum à ſucceſſore poſſe vtique examinari iuxta Conſtitutionem Pij V. editam 8. Idus Auguſti, Pontificatus ſui anno 6. quæ à fel. rec. Gregor. XIII. non eſt reuocata per reductionem priuilegiorum Regularium ad terminos Concilij*, eam referunt Farin. *in dict. Trid. Concilio*, Sanctius *dicta diſp.*48.*ſub n.*1. Fagundez *in quinque præcepta Eccleſiæ p.*2.*lib.*7.*c.*2.*n.*20. Fr. Emanuel. Rod. *in Bulla Cruc. dict.* §.9.*n.*32. *& quæſt. regul. tom.*1.*q.*59.*art.*4. Ludouic. de Cruce *in expoſit. Bullæ diſp.*1. *cap.*2. 27

dub.9.n.2.Trullenq. in ſimili expoſitione lib.1. §.7.
c.1.dub.7.n.10.Lezana in ſumm.c.18.n.7.

28 Vnde iam patet quod idem Epiſcopi ſemel
approbantes Regulares ad confeſſiones, non poſ-
ſint eorum licentias reuocare, nec ſuſpendere, ſi
ſimpliciter, & abſolutè eos approbauerint, vt do-
idem Fr.Eman.dict.§.9. n.3. & 39. Henriquez in
ſum.lib.6.§.6.Miranda dict. tom.1.q.45. art.7. niſi
ex noua cauſa, eaque ad confeſſiones pertinenti
ipſas, vt tenent Gauant. in manuali Epiſcoporum,
verb.Confeſſor.n.23.&24.Peirinis de priuileg.minor.
tom.1.conſt.2. Sixti IV.§.11.n.45. Lezana in ſum.
q.Regul.c.19.à n.7. Diana p.reſol. moral. tr.21. re-
ſol.22.& p.4 reſ.20. Marchinus tr.de tempor.peſtil.
p.5.c.4.n.9.& Barboſa dict alleg.25.n.20.vbi refert
aliam declarationem Illuſtris Cardinal. Negot.
Epiſcop.& Regul.Romæ 20. Nouembr.1615. &
alias declarationes refert ipſe Barboſa de iure Ec-
cleſ.lib.1.c.43.à n.206.cum multis, & prædictam
Antonius Marin.Epiſcop.Hoſtienſ.Cardinal.Gal-
lus 5.Theat.ſecr. Marcellus Vulpei in praxi c.35.
n.26.& Lezana dict. c.18.n.9.

29 Quare in hoc puncto non debent audiri Sotus
in 4.diſt. 8.q.4.art.3.columna 6.Henriquez lib.6.
c.6.n.6.Vaſquez tom.de pœnit.q.93.art.3. dubio 5.
Ledeſma 3.p.ſumm c.13.poſt decimum. dubium 5.
la primera difficultad folio 240. Vega in ſum. p.1.
c.62.caſu 4 & 17.Obandus in 4. diſt 17. poſit. 24.
& 25. Viualdus p.1.de abſolut.folio 121.Ludouicus
Lopez 2.p.c.2.de clauib.Ioannes de la Cruz de ſta-
tu Religioſ.lib.6.c.6.concl.4.folio 157. Villalobos in
ſumm.1.p.tr.9.diffic.53.LLIlmas in ſumma p.1.c.7.
folio 70. Ludouicus de S.Ioan.1.p.ſumm. tr. de pœ-
nit.4.q.9.art.3.dubio 2.& 3 folio 511.Sa verbo præ-
dicare n.7.loquens de examinatione ad prædican-
dum,Cariol.de caſibus reſeruatis p.1. ſect.2. art.8.
folio 165.& art.3. folio 147. Chapiauile de caſibus
reſeruatis q.2.difficult.3.folio 21. aſſerentes appro-
bationes, & præſentationes Regularium eſſe per-
petuas ex dictis decretis clem. Dudum,& extrauag.
ſuper Cathedram,& inter cunctas ſumentes plures
ex his Doctoribus pro eodem approbationem per
examen,& præſentationem;cum tamen diuerſiſſi-
ma ſint,& tantum de præſentatione loquantur &
fatetur Suarius dict.tom.3.de pœnit.diſp.28. ſect.6.
n.14.alia multa repetit idem Sanctius dict diſp.48.
n.16.17. & 18. quorum dictum poteſt habere lo-
cum reſpectu Epiſcopi approbantis ex ſuprà rela-
ta declaratione;dum noua cauſa de nouo ſuperue-
nit ; & hoc reſpectu tantùm Regularium propter
dictam declarationem ; quæ ſi non eſſet,nec aliæ,
ſimiles,exiſtimarem idem,quod dictum de ſecun-
do examine reſpectu Clericorum ſæcularium,pro-
cedere etiam reſpectu prædictorum Religioſorum
cū littera Tridentini de vtriuſque loquatur æqua-
liter, vt ex ea patet : latè progreditur idem San-
ctius videndus cum multis à n.23. vbi à n. 25. ex-
pendit prædictas Clem.& extrauagantes,quatenus
per eas conceditur Religioſis tanta facultas,ac Pa-
rochis, nam quod ex littera conſtat in verſ. per
huiuſmodi,eſt, vt per eas non intendat Papa con-
cedere Religioſis ampliorem facultatem, quam
Eccleſiarum curatis;quod non eſt idem ; imò etſi
prædictos Regulares vellent contrarij æquare Pa-
rochis tunc etiam poteris recurrere ad dicta de hoc
puncto reſpectu Parochorum,qui etiam,vt ibi dixi
poſſunt ſecundo examinari,ſuprà à n.1.

30 Ex his iam recurres ad aliquas declarationes pro
prædictæ quæſtionis exornatione, prima poſſe
Epiſcopum vtcumque Regulares à ſemetipſo ap-
probatos ſuſpēdere, aut repellere à confeſſionibus
audiendis,ſi illi cum ſcandalo, aut aliàs inhoneſtè
viuant, vel aliquod delictum committant;propter
quod rationabili ipſius Epiſcopi iudicio, in quo
tantùm conſcientia ipſius onerata erit,videantur à
confeſſionibus ſuſpendi, cum præcipua Miniſtri
qualitas,ſit integritas,vitæ, ac morum honeſtas, &
ea cauſa ad miniſterium confeſſionis pertineat, ſic
aſſerit Aldanus in compendio Canonic, reſol. lib. 1.
tit.13.n.4. referens ita decidiſſe Sacram Congreg.
Epiſcop.& Regul. in Oriolan. 30. Auguſti 1630.
Barboſa in d.c.15.Trid.n.46. legendus toto n.45.

Secunda quod facultas Regularibus ad audien- 31
das confeſſiones ad beneplacitum per ordinarios
conceſſa,poſſit quandocumque reuocare,vt tenēt
Sel in ſelectis Can.c.14.n.17.& cum eo Barboſa in
dict.c.15.Trid.n.40. referētes ſic decidiſſe Sacram
Cōgreg.Papien.12.Martij 1619.& optimè Gutier.
canon.lib.1. c.17.& 18. Suar.tom.3. diſp.28. ſect.7.
dub.6.Fr.Eman.q.Regul.tom.1.q.59.art.8. Miranda
ſupr.n.45.art.10.concl.1. cū Barb.Homob.de exa-
mine Eccleſiaſtico tr.8.c.2.q.7. in princip. verſ. ſe-
cundo. Vgolin. de officio Epiſcopi c.20.n.6.Barboſa
eodem tract.dicta alleg.25.n.52. Zened. queſt. Ca-
nonic.lib.1.q.38.n.20. & 21. Diana p.3. tr.2. reſ.25.
Lezana in ſumm.queſt.Regul.c.18.n.8.Fagundez in
quinque Eccleſiæ præcepta p.2.lib.7.c.2.n.17.† Di- 32
xerunt iuriſdictionem à iure, vel à Papa Regula-
ribus tributam reſtringi,ſeu dilatari per ipſam ap-
probationem ordinarij ; iuſta enim atque legitima
cauſa exiſtente, limitando eam ad certum locum,
tempus,ſeu perſonas;imo quod quando fuit licen-
tia data ſub conditione illa,non impleta,ceſſat ; &
ſic amplius dicit contra Fr. Emanuel Zerolam,Fr.
Ioan.de la Cruz,idem Barboſ.dict.alleg.25.à dicto
n.53.in verſ.vnde,quatenus dixerunt ſemel appro-
batum ab aliquo Epiſcopo, minimè eſſe poſtea ab
eodem examinandum ; quod etſi poſſet admitti in
approbatione ſimplici, non inquam in data ſub
conditione ad tempus,locum,aut perſonas,ſeu alio
modo conditionata ; imo & in ſimplici iuſta ſub-
ſiſtente cauſa,& ad confeſſiones ipſas pertinente,
vt tradunt iam relati, & Syluester verb. Confeſ.2.
n.11. Henriq.Fagund.Suar.& Barboſa Cumeis,cū
aliis idē Barb.in d.c.15.Trid.ſeſſ.23.n.48.quā leges
cum multis,& cū declarationibus ibi,n.45.† Qua- 33
tenus probat approbationē ab Epiſcopo obtinen-
tes ad certum tempus,eo elapſo,non poſſe confeſ-
ſiones audire abſque noua Epiſcopi ipſius licētia.

Tertia quod Epiſcopi, locorumque ordinarij 34
nullomodo adimere poſſunt facultatem audiendi
confeſſiones omnibus ſimul vnius Conuentus
Regularibus confeſſariis, vt docet Barboſa dicto
c.5.Trid.n.47. cum Aldan.in compendio Canon.re-
ſolut.tit.13.n.13.atteſtante Sanctam Congregatio-
nem Epiſcop.ſic cenſuiſſe die 2. Decemb.1615.

Quarta vt confeſſarij ſæculares ad certum ge- 35
nus perſonarum, ſeu ad limitatum tempus ab or-
dinario approbati ad confeſſiones audiendas, mi-
nimè poſſint,etiam vigore Bullæ Cruciatæ, pœni-
tentium confeſſiones audire,vltra facultatem ipſis
ab ordinario conceſſam, tradunt Selius in ſelectis
canon.dict.c.14. n.17. qui dicit ſic deciſum à Sacra
Congreg.in Cæſar Auguſtana 7. Septembr.1625.
Barboſa in dict.c.15.Trid.ſeſſ.23.n.42.

Quinta quod Religioſus, qui ſemel fuit gene- 36
raliter approbatus,ſi recedat à Diœceſi,in qua fuit
generaliter approbatus, & poſtea iterum redeat,
non teneatur nouam quærere approbationem, &
licentiam,etiam ſi iterum mutati fuerint Epiſcopi
in

in illa Diœceſi, vt docent Nugnus *in addition. ad tertiam partem q.8.art.3. dub.1. concl.2.* Zerola *in praxi de Sacr. pœnit. c.16. q.2.* verſ. *quinto ſi verò*: ſic Barboſa cum eis, & cum Henriquez *dict. alleg. 25. n.44.* Beneuent. *in praxi Sacr. pœnit. c.16. q.2.* verſ. *quinto ſi vero* Ioannes Valerius verb *abſolutio differentia 5. n.19.* verſ. *& obſerua.* Tamburin. *de Iure Abbat. tom.2. diſp.6. q.14. n.2.* Fagundez *in praecepta lib 7. c.2. n.14.* Bartholom. à Sancto Fauſto *tr. de pœnit. lib.6. q.54.*

37 Hoc tamen limitandum eſt modo Epiſcopus facultatem non reuocet, quia ille, vel eius ſucceſſor poteſt iuſta de cauſa reuocare approbationem, ſeu facultatem modo approbatus non habeat beneficium Parochiale; quia hic habet approbationem à iure, & facultatem annexam beneficio; quamvis aliquando poſſit ſuſpendi, vt docet Suarez *tom.4. diſp.18. ſect.1. & 8.* Beneuent. & Reginald. citati *d. lib.1. n.201.* Fagundez *dict. c.2. n.31.* idem Barboſa *dict. alleg.25. n.44.* cum Boſſio.

38 Sexta quod ſi ſemel approbatus à proprio Epiſcopo, eius Diœceſim mutet, indiget nouâ approbatione alterius Epiſcopi, in cuius Diœceſi modo verſatur; quia vſu receptum eſt, & à Sacra Congreg. deciſũ, vt qui fuit in vno Epiſcopatu approbatus, ſi ad alium Epiſcopatum tranſeat, iterum approbetur ab Epiſcopo loci, in cuius territorium transfertur vt docent Iacob. de Graff. *lib.2. Apend. c.5. n.13* Bartholom. à Sancto Fauſto *dicto lib.6. q.54.* Beja *in reſponſ. caſuum conſcient. p.4. caſu 20.* Zerola *in praxi fori pœnit. c.16. q.8.* Vgolinus *de*
39 *poteſt. Epiſcopi p.1. c.7. §.1. n.8.* † Et licèt Bruno Cagſaing. *de priuileg. Reg. p.1. tr.5. c.2. prop.2. affirmet* vt Religioſus approbatus in vna Diœceſi, poſſit vbique locorum confeſſiones audire, longè probans: tamen nouiſſimè Diana illius referens fundamẽta, impugnat cum Vaſquez: & aliis, & ex Emin. Card. Lugo *de pœnit. 21. ſect.2. n.29.* qui adduxit decretum Vrban. VIII. editum anno 1628. quo reuocauit omnia priuilegia, & licentias audiendi confeſſiones ſine approbatione ab Epiſcopo Diœceſano; & ſic improbat contrariam ſententiam, & inſuper, & ex alio breui Sanct. Innocent. X. die 14. Maij 1648. poſtea confirmat 1653. Maij 27.

40 Alia dicit Barboſa cum multis *dict. alleg. 25. in paſtor. ibi n.40.41. & 42.* vt approbatus ab Epiſcopo abſque iudicio, ſciente non eſſe idoneum, non cenſeri approbatum, & quod Ordinarius non ſolùm debet interius iudicare idoneum Confeſſariũ
41 ſed etiam exterius approbare. † Et quod poteſt Epiſcopus approbare quemcumque Sacerdotem ad confeſſiones audiendas abſque vllo examine, vt patet *ex dict. c.15. Trid. ſeſſ.23.*

42 Septima, quod licentia delegata audiendi confeſſiones non expiret, mortuo, vel amoto delegãte quia eſt quædam gratia: ſic docent Sotus *in 4. diſt.18. q.4. art.3. col.5.* Graſſis *in deciſ. aureis lib.1. c.13. n.49.* Sanchez *de matrimon. lib.8. diſp.28. n.74. & 80.* Zenedus *Canon. lib.1. q.38. n.20. & 21.* Fagundez *dict. p.2. lib.7. n.34.* Campanillus *in diuerſ. Iuris Canon. Rub.12. c.13. n.69.* Lezana *in ſuis q. regul. c.18. n.10.* cum aliis, Barboſa *dict. alleg.25. n.43.*
43 & Henriquez *in ſum. lib.6. c.6. §.7. in fine.* † Vbi etiam limitat niſi Epiſcopus ad tempus tantùm vnius anni approbaſſet, aut ad tempus vitæ ſuæ vel ad ſuum beneplacitum.

44 Nunc ergo pro abundatiori intellectu dubij iam relati in verſ. *ad tertiam*, vbi agens de dubio, an approbatio ſemel ab Epiſcopis Sacerdotibus ſæcularibus ſimpliciter impenſa, poſſit ad libitum reuocari, quoties Epiſcopi voluerint addo Viualdum dicentem ad nutum eſſe reuocabilem *in Candelabro aureo*, vbi *de conf. n.27. concl.2.* ſed quod non poſſint ſine cauſa approbata, licentiam ſemel datam reuocare: bene tamen cum ea dicunt Henriquez *lib.3. de pœnit. c.6. §.6.* Suarez *diſp.26. ſect.7. n.7.* quos refert, & ſequitur Fagundez *dicto lib.7. c.2. n.61.* vbi *n.93.* reſoluit ſi approbatio fuit facta ab Epiſcopo vſque ad beneplacitum ſuum, validã & licitam eſſe reuocationem illius ſine vlla cauſa factam. Quod ſi non fuit conceſſa hoc modo, ſed ſimpliciter, vel ad tempus, vel in perpetuum inualidam eſſe omnino reuocationem ſine cauſa factam.

Quod ſi dubites qualis ſit cauſa iuſta reſpondeo ex dictis *ſuprà*, vt ſit illa, quæ ad confeſſiones 45
ipſas ſpectauerit; prout etiam erit, ſi contigerit Cõfeſſarium abiurari de vehementi; quia amplius ad audiendas confeſſiones non debet admitti, vt reſoluit Laurent de Franchis *in controu. inter Epiſc.*
& Regular. pag.279. in reſponſ. ad 4. † Vbi etiam 46
refert in Sacra Cõgregatione Generalis inquiſitionis fuiſſe deciſum, die 6. Martij 1596. Sacerdotem abiurantem de leui, non eſſe impeditum exercere omnes ordines, & Sacramenta miniſtrare, ac fidelium etiam ſæcularium confeſſiones audire, ſecus in abiurante de vehementi, vt tradit Barboſa *in paſtor dict. alleg.25. ſub dict. n.57.* in verſ. *cauſa autem.* Alia pleraque poſſem hic innectere, quæ à prędictis Doctoribus poteris recolligere, & multas quæſtiones circa approbationes, & reprobationes Confeſſariorum ſæcularium, & Regularium, videbis apud Bartholom de S. Fauſto *dicto lib.6. q.101.* cum multis ſequentibus.

Ad vltimam quæſtionis partem, quæ non ſic 47
propria; etſi conducat, breuiter reſpondeo, quod de iure examinatus ad vnum beneficium, non ſit
iterum examinandus ad aliud ſimile, † ex eo, vt 48
ait gloſſa *in c. accepimus hoc tit.* verb. *reputare* qui reputatur dignus in vna dignitate, ſi poſtea eligitur ad alteram, etiam tunc dignus debet reputari; & ſic de iure videtur, vt docent Caputaq. *deciſ.367. lib.2* Aloyſius Riccius *in praxi fori Eccl. deciſ.419. in 1. edit. & reſ.356. in 2. editione*, Campanillus *in diuerſ. Iuris Canon. Rub.5. c.3. n.8. prope finem*; & ita de iure communi aduertunt Campanillus *dicto loco*, Barboſa *in dict. c. ſub n.5.* in fine comprobans ex ſtylo curiæ, qui ſtatim ait ex diſpoſitione Trid. ait examini ſemper eſſe ſubiiciendum quod hic in partibus vel vbi per concurſum examen fit, dicit locum habere: ita ille, vbi non allegat locum, in qua ſeſſ. ſit.

Sed cum ego viderim locum correſpondentem 49
Trid. ad hoc punctum *in ſeſſ.7. de reform. c.13.* cuius verba ſequentia ſunt: *Præſentati, ſeu electi vel nominati à quibuſvis Eccleſiaſticis perſonis, etiam, & ſedis Apoſtolicæ Nunciis ad quævis Eccleſiaſtica beneficia non inſtituantur, nec confirmentur, nec admittantur, etiam prætextu cuiuſlibet priuilegij, ſeu conſuetudinis etiam ab immemorali tempore præſcriptæ, niſi prius fuerint à locorum ordinariis examinati, & idonei reperti, & nullus appellationis remedio ſe tueri poſſit, quominus examen ſubire teneatur, & in præſentatis tamen electis, ſeu nominatis ab vniuerſitatibus, ſeu collegiis generalium ſtudiorum exceptis*; ideò operæ pretium eſt tractare, etſi breuiter, an in omnibus de nouo receptis ad beneficia quælibet debeant de nouo etiam examinari, nullis beneficiis exceptis, iuxta prima Concilij verba.

Etenim

50 Etenim generaliter ait Gonzal. *in regula 8. Can-
cel. gloſ. 34. n. 74. quod examinandi ſunt de nouo
recepti Beneficiarij, & per ordinarium appro-
bandi in quolibet aſcenſu. Quare Rota in Cata-
guritana De Ornillos 12. Octobris 1587. coram
Cardin. Pamphili. Sen. & in alia Calagurit. indulti
de Vilbao 12. Ianuarij 1598. coram Seraphino in
impreſſis *deciſ.* 1253. vt refert Barboſa *in dict. Trid.
cap.* 13. dixit examen, de quo in prædicto capite
requiri in beneficiis receptiuis in quolibet aſcenſu,
nec ſufficere, quod ſemel ſic examinatus in aſcen-
ſu ad dimidiam portionem, quia nouum exa-
men requiritur; vbi de dimidia; aſcendit ad in-
51 tegram. † Et Garcia *de beneficiis part. 9. cap. 2.
num.* 162. cum aliis dixit examen nouum requiri
quoad Parochialem in permutationibus, quæ fiunt
de beneficio ſimplici, & curato, licet non ſit ne-
ceſſarius concurſus.

52 Adhuc verò, etſi prædicta verba ſint; quia ta-
men loquuntur in caſu diuerſo, quando nempe
beneficiatus aſcendit de beneficio vno ſimplici
ad aliud ſimile; ideò dicendum, vt non requira-
tur illud examen nouum; quia ille reuera non
aſcendit, ſed quaſi adoptat, ſeu eligit aliud be-
neficium loco primi, vel ſi ambo retineat, non
mutat obligationis ſpeciem; quia quantumvis
vnum beneficium ſimplex ſit pauperius in reddi-
tibus, quam ſecundum, ad quod de nouo nomi-
natus, eligitur, ſeu præſentatur, in rei veritate non
mutat ea transmutatio ſpeciem obligationis ex
Reg. à Iuris trita, quod magis, & minus, non
mutent ſpeciem: bene Doctores docent id etiam
porrigendo ad Canonicatum; vel dignitatem,
Gonzalex *ſupra dicta gloſſa 4. n. 84.* Riccius *in praxi
fori Eccleſ. deciſ. 419. in prima edit.* & alij iam re-
lati, Barboſa *in dicto cap. 13. Trid. num. 18. & in*
53 *paſtorali alleg. 60. num. 89.* † Vbi expendit in eo
qui ſemel examinatus, & approbatus, fuit ad Ca-
nonicatum, & Dignitatem in Collegiata, non
amplius ſit examinandus ad ſimilem Canonica-
tum, vel Dignitatem in alia Collegiata. idemque
procedere reſpectu Eccleſiarum, Cathedralium,
Maſſobrius *in ſua praxi habendi concurſum prælu-
dio 3. dub. 3. n. 30.* Homobonus *de examine Eccleſ.
tract. 2. cap. 3. q. 31. in fine*; & ſic ſeruari in curia,
referunt.

54 Et licet Campanillus iam *ſupra* adductus *dict.
cap. 3. num. 8 prope finem*, & Maſſobr. *dict. dub. 3.
n. 32.* & Barboſa *in dict. Trid. cap. 13. dict. n. 18. in
fine* ex Rota apud Seraphinum, *deciſ.* 1323. dicant
verius eſſe hic in partibus, vt requiratur nouum
examen, Iuxta mentem *dict. cap. 13. Trid.* etſi de
iure communi attento, *dict. cap. accepimus hoc tit.*
non ſit iterum examinandus, *ex deciſ.* Paleoti 83.
& Caputaq. 367. *lib. 2.* ex eo, quia ex aſcenſione
ad aliud beneficium, quæratur nouus titulus, iuxta
Concil. Oldradi 18. referens, prædicta deciſio Ro-
tæ apud Seraphin. declarationem Illuſtris D. D.
Cardin. vt ſit de nouo examinandus nouus bene-
ficiatus in quolibet aſcenſu; & ſic ex ea referat
Barboſa reſolutum fuiſſe *ſupra dict. n 89. alleg. 60.*
in vna Cæſar-Auguſtana coram Cardin. Pamphilo
Sen. de anno 1587. addens, vt ſciat primum eſſe
verum de ſtylo Curiæ; ſecundum vero aſſum-
ptum ex Camp. & Seraph. in partibus ſibi locum
55 habere, † Tamen ego adhuc reſideo in adducta
reſolutione ex *dict. cap. accepimus*; ex ratione, &
fundamento adducto.

56 Et amplius ex eo probo, quia vt docent Ni-
colaus Garcia *de beneficiis dict. 9. part. cap. 3. nu-
mero* 15. Maſſobr. *dicto praxi habendi concurſum
regula 10. dubio 10. num. 1. & 2.* Homobonus *de
examine Eccleſ. dicto tract. 2. cap. 3. quæſt. 35. in fine*,
Barboſa *dict. Trid. cap. num.* 11. & ſub *dicta alle-
gat. 60. num. 89.* non poteſt Epiſcopus de nouo
ſubiicere examini ſimplici beneficio illum, quem
iam examinauerat pro ordinis ſacri promotione;
quia vt iam dixi *ſub cap. 34. & 3. hoc tit.* examen
pro ordinibus etiam minoribus eſt competens ad
obtentionem ſimplicis beneficij; & nihilomi-
nus videmus tali ordinato addi aliam qualitatem
aſcenſionis.

Vlterius confirmatur, quia vt refert deciſum 57
Nicolaus Garcia *de benef. part. 6 cap. 2. num* 234. &
Barboſa *in dicto cap. 13. Trid. ſeſſ. 7. num. 22.* exami-
nandi non ſunt de litteratura illi, qui ſubdiaconi,
vel Diaconi, aut Præsbyteri ſunt, petuntque ad-
mitti ad Cathedralis Eccleſiæ Canonicatus, qui
cum ordinem ſacrum, quem ipſi habent, requi-
runt ſibi in forma dignum collatos. † Sed ſi non- 58
dum fuerint ordinati in Sacris, erunt examinandi
ad videndum, an illi habeant adiumenta, doctri-
næ quæ ex præſcripto Sancti Concilij Trident.
neceſſaria ſunt illi Sacro Ordini, qui annexus fue-
rit illi Canonicatui, quem conſequi velint. † Et 59
ſic refert deciſum ipſe Barboſa, *in dicto cap. 13.
num* 23. vt Canonicatus ſemel ab examinatoribus
vrbis examinatus & idoneus repertus, ſi eo di-
miſſo, alium Canonicatum obtinuerit, non ſit
iterum examinandus tenuit Aldanus *in compend.
Canon. reſol. lib. 1. tit. 5. num* 10. qui refert ſic fuiſſe
reſolutum in Iauuen. 6. Iulij 1592.

Item quia prouiſus à Papa Romæ in Forma 60
gratioſa de ſimplici beneficio Sacrum ordinem
annexum habente, non debet ruſus ab Epiſcopo
examinari, ſi adiunctum ordinem annexum ha-
bente, non debet ruſus ab Epiſcopo examinari,
ſi adiunctum ordinem ſuſcipere intendit, vt te-
nent Homob. *de Bonis de examine Eccleſ. dict.
tract. 2. quæſt. 53. in fine.* Campanil. *in diverſ. iuris
Canon. Rub. 5. cap. 3. num. 26.* † Et ſic etiam, vt 61
tenent Barboſa *dicto cap. 13. Trident. ſeſſione 7.
num. 9.* Flamin. Pariſius *de reſignat. benefic. lib. 8.
q. 9. n. 95.* non erit nouum examen neceſſarium in
prouiſionibus faciendis ex cauſa permutationis.

Vnde iam poteſt videri reſpectu beneficiorum 62
ſimplicium, Canonicatuum, aut Dignitatum ſimi-
lium nullum examen requiri, quoties quis de vno
ad aliud ſe transfert; vt cum multis reſoluit idem
Barboſa *in paſtor. p. 3. dict. alleg. 89. in fine*, ſecus ta-
men quando ſeſe offert diſſimilitudo, veluti ſi quis
aſcenderet ad beneficium ſuperius, & diſſimile,
quia tunc debet denuo examinari pro literatura
iuxta conditionem Dignitatis maioris, vel minoris:
ita Barboſa *dict. alleg. 69. n. 90.* † Et ob id benè idem 63
in dict. cap. Trid. n. 4. Garcia *de beneficiis dict. p. 9.
c 3. n. 19.* dixerunt examen nouum requiri in quo-
libet aſcenſu, qui ſit in aliquibus Eccleſiis, occur-
rente vacatione canonicatus, ad quem ſolet inſtitui
antiquus Portionarius, & ad Portionem antiquior
Beneficiarius, & ad beneficium antiquior ſpectans,
vt referunt reſolutum. † Et ob id admittendi ſunt 64
D. Nicolaus Garcia *dict. p. 2. lib. 9. à n. 162.* Barboſa
in dict. Trid. c. 13. ſeſſ. 7. dicentes examen nouum
quoad Parochialem requiri in permutationibus,
quæ fiunt de beneficio ſimplici, & curato, licet non
ſit neceſſarius concurſus; quia adeſt diſſimilitudo:
quo pacto ſunt intelligendi Doctores, qui admit-
tunt nouum examen, quoties quis de nouo aſcen-
dit de vno beneficio ad aliud.

65 Referunt tamen deciſum de ſtylo Curiæ Azor.
inſtit.mor.p.2.lib.6.c.6.q.9. Barboſa *dict. alleg.* 60.
num.90. quod ſiquis promoueatur ad ſimile be-
neficium, in Eccleſia tamen, vel loco ma-
pliori, maiorive, aut nobiliori, vel celebratiori,
ſit iterum examinandus; quod ego abſque cauſa
non admitterem, præcipuè in beneficiis ſimplici-
bus, Canonicatibus, Dignitatibus, ſeu Portionibus.
66 † Sed libenter admitto cum eiſdem, quando in
priori examine minos idoneè, & aptè reſpoodit,
aut creditur eum poſt examen, ſe negligenter in
ſtudio litterarum geſſiſſe, & oblitum eſſe eius, quod
ante didicerat, aut ſi alij ſint Candidati, qui vnâ
cum eo beneficium petunt; & comprobo ex ad-
ductis *ſupra* ſub verſ. *ad primam, ad ſecundam, ad*
tertiam, vbi quando ex cauſa poſſunt ſemel appro-
bari ad confeſſiones denuo examinari. † Quod
67 fallit etiam ex adductis in promotionibus ad cu-
rata beneficia per concurſum; quia tunc id proce-
dit; eo quod ſunt alij coopppoſitores, inter quos
agitur de commutatiua iuſtitia, quis eorum magis
dignus ſit; quia, etſi aliquis prætenſorum, aut om-
nes ſint Parochi aliarum Eccleſiarum ſimilium,
æqualiumque, erunt omnes denuo examinandi
iuxta quæ dico *in c.29. de præb. & dignit.* aliqua *in*
cap. quia propter, & aliis *de elect.* vbi etiam de re-
quiſitis examinibus, & de obligatione examinato-
68 rum. † Et in raorum ad Parochialem Eccleſiam
prærequiritur examen; quod ſi ſe offerat Doctor,
aut Licétiatus in Theologia, vel iure Canonico, &
in publica vniuerſitate graduatus, non excuſetur
ab examine, quando petit prouideri de aliqua
Eccleſia Parochiali vt docent Nicolaus Garcia *p.2.*
*de benefic. cap.5. num.*103. Zenedus *collect.* 15. *ad*
decret. n.5. Gonzalez *ad regul.* 8. *Cancel. gloſſa* 4.
*n.*90. Proſpero de Auguſt. *in additionib. ad Quarã-*
tam in ſumm. Bullar. verbo *benefic. Paroch. collatio*
*quæſt.*1. Zerola *in praxi Epiſcop. p.2.* verb. *Doctor*
§.2. Vgolinus *de poteſt. Epiſcopi cap.*50. §.6. *&* 10.
*num.*6. *& in eodem tract.* Barboſa *dicta allegat.* 60.
*num.*88. cum aliis, *& in dicto cap.13. Trid. ſeſſ.7. de*
reform. num. fin. Leſſius *de Iuſtitia lib.2. cap.34. n.*83.
Flamin. *de reſignat. benef. lib.*8. *quæſt.9. à num.* 83.
Lambertin *de Iure Patron. p.1. lib.2. quæſt.11. art.3.*
*num.*5. Rebuffus *de priuileg. ſcholar. priuileg.* 86
*num.*4. referentes deciſum. † Quod procedit etiam 69
ſi eſſet famoſiſſimus Doctor, qui cum maximo
applauſu per plures legerit annos, iuxta ea, quæ
tradunt Fuſcus *de viſit. lib.2. cap.5. num.*10. etiam
ſi eſſet Vicarios ipſius Epiſcopi, Flamin. *dict. q.9.*
*num.*89.

Pro complemento notabis cum Aldano *in com-* 70
pendio Canonic. reſolut. lib.2. tit.5. qui atteſtatur de-
ciſum, & reſolutum in nullius 19. Nouemb. 1628.
Barboſa *in dicto cap.13. ſeſſ.7.* quod Epiſcopus po-
teſt procedere ad executionem litterarum Apoſto-
licarum ad fauoré illius, qui eas obtinuit in forma
dignum cum clauſula, *Si per diligentem examina-*
tionem illum idoneum reperreris; etiam ſi per duas
vices, tanquam non idoneus ab examine fuerit
reiectus, non tamen vti talis renunciatus, ſi tertia
vice fuerit admiſſus, & approbatus, dummodo
infra ſex menſes à die datæ litterarum examen
ſubierit, quod tene memoriæ, eo quod ſæpius
contingit in praxi.

Poſtremo notabis per verba dicti Trid. Concilij 71
c.13. ſeſſ.7. de reform. ibi, *Et nullius appellationis*
remedio, quod à neceſſitate præfati examinis requi-
ſiti, vel primo ad beneficia, quæ à præteoſoribus
intenduntur, vel denuo, non detur, nec admittatur
appellatio ad effectum euitandi examen: argum.
eorum, quæ dixi *in c.11. de appell.* docét in terminis
Barboſa cum multis *ibi n.*25. Vberius *in paſtorali*
*alleg.*72. *n.*124. Nicol. Garcia *de benef. dict. p.9. c.2.*
*n.*142. Gonzalez *in dict. reg.8. Cancel. gloſſa 9. §.1. in*
*annotation. contra nullitates n.*184. Azeuedus *ad*
leg.1. num.4. tit.16. lib.3. recop. Maſobr. *in ſua praxi*
habendi examinis concurſum Reg.5. dub. 5. & ad-
dunt idem Gonzalez *num.* 186. Barboſa *in dicto*
cap.13. num. 26. Maſobr. *dicto dubio 5. num.* 5.
Gregorius XV. *deciſ.515. &* 538. Rota *deciſ.* 10.
part.2. diuerſ. † vt non tollatur appellatio à mala 72
relatione, & grauamine, ac reprobatione exami-
natorum. Et cum his finem impono expoſitioni
huius noſtri textus, *& tit. de ætate, & qualitate*
ordin. die 25. Maij anni 1658. in ipſa die, quo ce-
lebratur feſtiuitas ſolemniſſima Aſcenſionis Do-
mini noſtri IESV-CHRISTI ad Cœlos de hoc
mundo, quem precor, vt ſit in eius laudem, &
ſanctiſſimæ eius Matris Virginis Mariæ.

Finis partis primæ huius Tractatus de Officij & Sacris Eccleſiæ.

ANT · 131633



Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

7168

Digitized by Google

Digitized by Google